COORDINATUS; SEU OMNES RESOLUTIONES MORALES EIUS IPSISSIMIS...




BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XII
H
23
NAPOLI

R. P. D. ANTONINVS

DIANA

PANORMITANVS:

CLERICVS REGVLARIS, DOCTOR CELEBERRIMVS CORAM S.D.N. ALEXANDRO VII. Episcoporum Examinator, & S. Officij Regni Siciliæ Consultor,

COORDINATVS;

SEV


OMNES RESOLVTIONES MORALES

EIVS IPSISSIMIS VERBIS AD PROPRIA LOCA, & materias fideliter disposita, ac distributa.

Sed Titulis nouis, Notis Marginalibus, & Indicibus necessariis, clarâ luce, & clariori dispositione illustratus, ac in nouem Tomos digestus, nunc primùm prodit:

Per R. P. MARTINVM DE ALCOLEA, *Monachum Carthusiensem ex Regali Cœnobio de Paulari.*

TOMVS SEPTIMVS.




LVGDVNI,

Sumptibus IOANNIS-ANTONII HVGVETAN, & GVILLIELMI BARBIER.

M. DC. LXVII.

CVM APPROBATIONIBVS ET PERMIS.



ADMONITIO BIBLIOPOLARVM AD LECTOREM.

BENEVOLE Lector, *vt de ordine noua Methodi Operum Dianæ notitiam iucundam, & vtilem habeas, sequentia lege. Tractatus Primus* De Dubiis Regularium, *continens in* 1. *part. Dianæ res.* 1. *in* 2. *p.r.*7. *in* 3. *p.r.*108. *in* 4. *p.r.*25. *in* 5. *p.r.*30. *in* 6. *p.r.*24. *in* 7. *p.r.*25. *in* 8. *p. r.*14. *in* 9. *p.r.*31. *in* 10. *p. r.*30. *& in* 11. *p.r.*35. *in hoc Tomo r.*352. *continet. Secundus Tractatus* De Cingulo militari pro validitate professionis Equitum Melitensium, *complectens in* 10. *p. Dianæ, res. vnic. in hoc tomo r. etiam vnic. complectitur. Tertius Tractatus* De paupertate Religiosa super Bull. Clem. VIII. de largitione munerum, *habens in* 1. *p. Dianæ r.*44. *in* 2. *p.r.*1. *in* 3. *p. r.*3. *in* 4. *p.r.*1. *in* 5. *p.r.*2. *in* 6. *p. res.*1. *in* 7. *p.r.*9. *in* 9. *p.r.*1. *in* 10. *p.r.*3. *& in* 11. *p.r.*2. *in hoc tomo habet r.*67. *Quartus Tractatus* De Correctione fraterna, *exhibens in* 2. *p. Dianæ r.*1. *in* 3. *p.r.*5. *in in* 4. *p.r.*2. *in* 5. *p.r.*4. *in* 7. *p.r.*61. *& in* 9. *p.r.*1. *in hoc tomo r.*74. *exhibet. Quintus Tractatus* De Scandalo, *includens in* 1. *p. Dianæ r.*1. *in* 2. *p.r.*6. *in* 3. *p.r.*10. *in* 4. *p.r.*6. *in* 5. *p.r.*41. *in* 6. *p.r.*5. *in* 7. *p. r.*2. *in* 8. *p. r.*1. *in* 10. *p. r.*2. *& in* 11. *p. r.*3. *in hoc tomo r.*78. *includit. Sextus Tractatus* De Comitiis, seu Parlamento Regni Siciliæ & Neapolis, sed aduerte obsecro, *Amice Lector*, quod multæ res huius Tractatus deseruient, non solum pro isto Tractatu de Parlamento, sed etiam mutatis mutandis pro aliis similibus casibus sæpius occurrentibus in omnibus & singulis aliis Communitatibus, Capitulis, Congregationibus, Collegiis, & Vniuersitatibus, *ostendens in* 1. *p. Dianæ r.*32. *in* 3. *p.r.*1. *in* 4. *p.r.*2. *& in* 11. *p.r.*1. *in hoc tomo r.*35. *ostendit. Septimus Tractatus* De Bello, & de aliquibus restitutionibus propter illud: atque de prohibitione ne Clerici, Episcopi & Cardinales præsint Exercitibus. Et de Potestate, aut Iurisdictione Ecclesiastica, & quasi Episcopali Vicarij Generalis exercitus etiam agitur, *dans in* 3. *p. Dianæ r.*2. *in* 4. *p.r.*6. *in* 5. *p.r.*2. *in* 6. *p.r.*41. *in* 9. *p.r.*2. *in* 10. *p.r.*9. *in* 11. *p.r.*2. *& in* 12. *p.r.*1. *in hoc tomo dat r.*65. *Octauus Tractatus* De Seruis & Mancipiis, *referens in* 2. *p. Dianæ r.*1. *in* 5. *part. r.*2. *& in* 7. *p. res.*63. *in hoc tomo refert r.*67. *Hæc omnia perpende & Vale.*



SYLLABVS TRACTATVVM HVIVS TOMI SEPTIMI.



INDEX



INDEX

Tractatuum, & Resolutionum huius Tomi Septimi.

Vltimus Numerus paginam indicat.

TRACTATVS I.

De dubiis Regularium. p. 1.

exerceizet sine Episcopi licentia, & cum certis conditionibus: Et an vero Episcopus in ordine ad Clericos possit multas restrictiones apponere circa modum exorcizandi: Ex p.3.tr.2.res.36.ibid.

49. An Episcopus in Ecclesiis Regularium possit, ipsis inuitis, prædicare? Et in dictis Ecclesiis Regulariũ an possint Episcopi diuina Officia priuatim, & publice audire, & ea etiam in Pontificalibus ibidẽ celebrare, & solemniter populo ibidẽ benedicere, & Baldachino vti? Et notatur, quod non possunt ea, quæ iurisdictionẽ dicunt, exercere, vt chrismare, ordinare, confirmare, degradare, &c. Ex p.3.tr.2.res.109.ibid.

50. An Episcopus, inuitis Regularibus, possit in eorũ Ecclesiis conuocare processiones, & ordinationes & confirmationem facere; vel cogere, vt ibid. reus vinctus detineatur? Et an Inquisitores, inuitis Regularibus, possint eorum acta publica in eorum Ecclesiis celebrare: Ex p.9.tr.6.& Misc.1.res.47. aliàs 48. p.34.

51. An Regulares pro concionibus debeant ab Episcopis examinari? Et an Parochus possit bis, vel ter dare licentiã Regulari valde docto, & graui, & noto, aliàs ibi nõ approbato, vt prædicet in sua Ecclesia? Et an Fratres Minores, & Prædicatores, & similiter cõmunicantes in eorũ priuilegiis prædicantes in suis domibus quocumque anni tẽpore possint cõcedere auditoribus 18. annos, ac 320. dies Indulgentiarũ, & extra suas Ecclesias, vt in calce huius Resolutionis, & hoc ex variis Põtificũ priuilegiis. Ex p.4.tr.4.& Misc.res.22.ib.

52. An Regulares sint ab Episcopis examinandi, si munus prædicationis exercere velint in alienis Ecclesiis? Ex p.6. tr.8.& Misc.8.res.20. p.35.

53. An Episcopi possint examinare Regulares, qui prædicare volunt in alienis Ecclesiis? Et an saltẽ Religiosi Mendicantes semel examinati in vna Diœcesi ad prædicandum non possint in ea amplius examinari? Ex p.9. tr.9. & Misc. 4.res.42. aliàs 41. ibid.

54. An Regulares, si velint prædicare, possint ab Episcopis examinari. Ex p.11.tr.2.& Misc.2. res.29. p.36.

55. An Regulares prædicantes in aliena Ecclesia sine licentia Episcopi possint ab eo puniri? Et an Parochus possit dare licentiã viro docto & noto etiã Regulari, vt bis, vel ter concionatur in sua Ecclesia sine Episcopi approbatione? Et an Prædicatores Regulariũ non debeant ab Episcopis examinari, sed tantum requiratur ipsorum licentia ad prædicandum? Et notatur quod Concionatores Regularium semel approbati in vno Episcopatu itinerantes possint prædicare, vbi voluerint, non contradicente Parrocho, & non obstante proprio Episcopo loci. Ex p.3.tr.2.res.111. p.37.

56. An prædicatores tã Regulares, quã sæculares peccent mortaliter cõcionando sine licentia Episcopi? Et an prædicãtes sine tali licentia possint excommunicari? Et an in transgressione talis præcepti detur paruitas materiæ, vt si quis prædicaret semel, aut bis, possit excusari à peccato mortali? Ex p.8.tr.7.& Misc.res.11. ibid.

57. An Episcopi possint suspendere licentiam Regularibus prædicandi solum in casibus à iure expressis? Et quid circa hoc Sacra Congregatio declarauit? Et an Episcopi possint examinare Regulares volentes prædicare? Ex part.7. tr.12. & Misc.3.res.30. aliàs 28. ibid.

58. An Episcopi possint prohibere, ne Regulares prædicent in Ecclesiis suorum Ordinum. Ex p.3.tr.2.res.58. p.38.

59. An Regulares, si extra tẽpus Quadragesimæ, & Aduentus velint in suis Ecclesiis prædicare, teneantur petere benedictionẽ prædicandi, si Regulares nolint coram ipso emittere professionẽ Fidei: Ex p.7.tr.12.& Misc.3.res.24. aliàs 22. ib.

60. An Regulares possint prædicare in suis Ecclesiis absq; petitione benedictionis Episcopi? Et an possint in Ecclesiis extra suos conuentus prædicare absq; licentia Episcopi? Et an Regularis Episcopo præsentatus, & ab eodẽ approbatus, vel etiã indebitè recusatus possit vbique in Ecclesiis prædicare, etiã contradicente Episcopo: Et an hos Regulares, & quoscumque alios ab antecessore suo approbatos à prædicatione possit Episcopus suspẽdere. Ex p.11.tr.2.& Misc.2.res.1.p.39.

61. An Regulares prædicantes in suis Ecclesiis non petita benedictione ab Episcopo, possint ab eo puniri? Ex p.7. tract. 12. & Misc. 3. resol. 25. alias 23. pag. 40.

62. An vt Episcopus, possit etiam Vicarius Sede vacante punire Regulares prædicantes in Ecclesiis sine licentia, & benedictione. Ex p.7.tr.12.& Misc.3. res.26. aliàs 24. p.41.

63. An Vicarius sede vacante possit suspendere, & ordinare, ne aliquis Regularis amplius prædicet? Et an supradictus Vicarius Sede Vacante possit reuocare Confessores Regulares, & reexaminare? Et notatur, quod in solo casu hæresis possit capitulum sede vacante suspendere prædicationem Regularibus. Ex p.7.tr.12.& Misc.3. res.27. alias 25.

64. An Superiores Regularium possint concedere laicis vt in suis Oratoriis prædicent? Et an Episcopus non possit contradicere laico, vt ne sic prædicet in Oratoriis Religiosis de licentia Superioris; vel an possit ab huiusmodi laicis exigere, vt petant ab ipso benedictionem ad hoc, vt prædicent, & vt prius faciant Fidei professionem? Ex part.9. tr.7. & & Misc.1. res.68. p.42.

65. An si Episcopus sine iusta causa non admittat Regulares ad confessiones audiendas, possint, non obstante dispositione Concilij Tridentini, confessiones audire, ac si essent approbati: Ex p.3.tr.2. res.24. ibid.

66. An Religiosus præsentatus, & iniuste ab Episcopo à confessiones non admissus possit adhuc confessiones excipere. Ex p.6.tr.7.& Misc.2. res.60. p.43.

67. An si Episcopus neget Religiosis dignis, & idoneis approbationes ad audiendas confessiones, possint, hoc non obstante confessiones audire: Et an licentiæ semel legitime, ac prænio examine factæ Religiosis ab Episcopo non debeant, nec possint reuocari absque magna causa, etiam si Episcopus dixerit in approbatione velle illas tantum valere ab beneplacitum. Ex p.5.tr.13.& Misc.1.res.45. p.44.

68. An Regularis si iniuste non sit admissus ab Episcopo ad confessiones audiendas, possit illas audire: Et an dicta licentia possit coarctari ab Episcopo ad tempus, vel pro diuersis personis? Ex p.11.tr.2.& Misc.2.res.19. ibid.

69. An non obstante Conc. Trid. Regulares teneantur se subiicere examini Episcoporũ quoad confessiones audiendas? Et inter alia, quæ circa hoc in textu huius Resolutionis discutiuntur, etiã ex Sacra Cardinaliũ Congregatione docetur Prælatos Regulares, seu alios Religiosorum confessores posse audire confessiones sæculariũ, quæ sunt de familia, aut alias deseruiunt in eorũ Monasteriis, si tamen sunt continui cõmensales absque licentia, seu approbatione Episcoporum. Et etiam quæritur, an Prælati Regulares ex Tridentino cogendi sint ad examen, & approbationem Episcoporum ad audiendas sæcularium confessiones. Ex part.11. tract.2. & Misc.2. res.12.p.46.

70. An Episcopi possint ex iusta causa approbare Religiosos ad audiendas confessiones limitate, v.g. ad viros, & non ad fœminas. Ex p.3.tr.2.res.25. p.48.

71. An Episcopus possit approbare Regulares, vt non excipiant confessiones mulierũ ante ætatẽ quadraginta annorũ? De Sacerdotibus sæcularibus non est dubitandum. Sed docetur Sacerdotẽ sæcularem pro masculis tantum approbatum probabile esse posse eligi à fœminis virtute Cruciatæ, & Iubilæi. Et an possit Episcopus denegare Regularibus licentiam, & approbationem ad confessiones excipiendas, dicendo se habere superfluitatem confessariorum? Et an hæc sit iusta causa. Ex p.11. tr.8.& Misc.8.res.27.p.49.

72. An confessarius Regularis possit approbari cum limitatione ad tempus, ad personas, &c. Ex part.6.tr.7. & Misc.2. res.61. p.50.

73. An Episcopus admittens Regulares ad audiendas confessiones vsque ad beneplacitum possit dictas licentias ad libitum reuocare? Ex p.3. tr.2.res.26. ibid.

74. An licentia excipiendi confessiones præsertim Regularibus concessa ab beneplacitum expiret mortuo Episcopo? Et si cõstet Regularem, v g esse satis idoneum, & approbatum; an possit Episcopus limitare licentiam pro excipiendis confessionibus ad annum, ad beneplacitum, ad personas, &c. Et an approbatio semel data ab Episcopo possit reuocari ab eodem licite ex causa, & valide etiam absque causa, maxime si dederit illam ad libitum, seu beneplacitum? Et quid;

approbatum , sed sufficit eligere idoneum , hoc est non suspensum , vel excommunicatum. Et deciditur omnes Prælatos Conuentuales Religiosorum habere iuri dictionem Ordinariam in vtroque foro , & proinde posse eam delegare. Ex part.3.tr.2.ref.2. ibid.

95. *An Generales, & Prelati Regularium possint licentiam prabere suis subditis , vt Confessario extra Religionem confiteantur.* Ex p.4.tr.4.& Misc.ref.2.p.71.

96. *An Regulares possint confiteri (seclusa prohibitione suorum Prælatorum,vel de eorum licentia,) cum Sacerdotibus secularibus non approbatis ab Ordinario , dum tamen sint idonei ? Et quid de Equitibus D.Iacobi Alcantaræ, Calatrauæ,&c.Et an quando Regulares confitentur Sacerdoti seculari vigore alicuius Iubilai, an tunc talis Sacerdos debet esse ab Ordinario approbatus?Et an Regulares,qui cõfitentur vigore Iubilai,seu Bullæ Cruciatæ , possint eligere Confessorem Regularẽ approbatum solum per eius Superiorem, quamuis non obtineat approbationem per Episcopum? Et aduertitur quod Regulares iter facientes de licentia sui Superioris secum portant virtualem licentiã eligendi Confessorem Sacerdotem secularem , vel regularem non approbatum ab Ordinario , &c. Sed docetur regulares in itinere , etiam si habeant expresse licentiam confitendi cum quocumq; Sacerdote sub tali licentia non possunt obtinere absolutionem à reseruatis.* Ex p.3.tr.addit.ref.4. ibid.

97. *An Regulares, quando confitentur extra Ordinem cum licentia Superiorum,teneantur eligere confessarium ab Ordinario approbatum ? Et an Præpositi nostræ Religionis possint confiteri simplici Sacerdoti nostræ Religionis , qui non sit admissus ad confessiones audiendas a nostro P. Generali.* Ex p.4.tr.4.& Misc.3.ref.3. p.72.

98. *An Religiosus,si cum licentia Superioris maneat extra Monasterium,teneatur confiteri cum Sacerdote approbato ab Ordinario? Et an Religiosi eligentes Confessariũ virtute Iubilæi eligere possint ab Ordinario , non approbatum , sed solũ a suis propriis Prælatis designatũ ? Et adducitur insigne priuilegium,videlicet,quod Regulares possint semel eligere de eadem obseruantia confessorem,qui de omnibus peccatis reseruatis,& censuris posset eos absoluere; imo & dispensare in irregularitatibus,excepto homicidio , & mutilatione voluntaria.* Ex p.9.tr.8.& Misc.3.ref.55. p.73.

99. *An Equites D.Ioannis, D.Iacobi,Calatrauæ, Alcantaræ, Montesæ, &c. possint confiteri cum Confessario non approbato ab Episcopo? Et supponitur Concilium Tridentinũ nihil innouasse circa approbationẽ Confessariorum Regulariũ; & ideo si habeant licentiam confitendi in itinere possint eligere secularem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario. Et ex doctrina huius Resolutionis inferuntur alij sex diuersi casus ad supradictos Equites pertinentes. Et vltimo notatur dictos Equites Militares decenter accedere ad Sacramentum Pœnitentiæ & Eucharistiæ ense, & pugione accinctos,& laicos, non obstante consuetudine contraria , si hoc facerent, nullum peccatum committere , imo neque irreuerentiam.* Ex part.3. tract.2. resol.30. p.75.

100. *An Milites D.Iacobi, Alcantaræ,Calatrauæ,& præsertim Equites Ierosolymitani possint confiteri sua peccata Confessariis non approbatis ab Ordinario.* Ex p.8. tr.7. & Misc.ref.96. ibid.

101. *Quis in Religione obtinuit licentiam a Superiore confitendi per spatium octo dierum cum quodam Sacerdote , à quo absolutionem obtinuit ; post aliquos dies recordatur aliquorum peccatorum, quæsiuit , an possit illa confiteri cum suo prædicto Sacerdote ? Et infertur habentem , licentiam audiendi confessiones ad tempus posse , eo transacto , prosequi confessionem antea captam.* Ex p.6.tr.7.& Misc.ref.46. p.76.

102. *An Regulares absentes cum licentia , vt possint cuicumque confessario confiteri, possint absolui a reseruatis.* Ex p.3. tr. 2.ref. 119. ibid.

103. *An Regulares extra Monasterium existentes possint à peccatis reseruatis absolui ? Et an hoc non valeat pro casibus ab ipsismet Superioribus Regularibus reseruatis.* Ex part. 8. tract. 7. & Misc. Resol. 78. p. 76.

104. *Quidam Religiosus, eum in casum reseruatum incidisset , ex industria cuiusdam negotij se transtulit in aliam ciuitatem,vt ibi absolueretur ; quæsiuit, an valida fuisset illa confessio ? Et explanatur etiam idem quoad seculares ex Sacra Cardinalium Congregatione, id est,quod casus reseruati non possint absolui etiam à confessario pro illo loco , in quo non sunt reseruati , si pœnitens malitiose discedat à sua Diœcesi, in qua sunt reseruati , & tendat ad confessarium alterius Diœcesis.* Ex p.6. tr.7.& Misc.2.ref.57.ibid.

105. *An confessarius secularis possit absoluere Nouitios Regulares etiam à peccatis in Religione reseruatis.* Ex p.3.tr.2. ref.4. ibid.

106. *An quilibet confessarius secularis , vel Regularis possit absoluere Nouitios etiam à peccatis reseruatis in Religione ? Et infertur posse confessarios designatos à Superiore domus excipere confessiones Clericorum professorum manentium sub Magistro. Et deciditur , quod quando præceptum est dubium, non obligat.* Ex part.4. tr.4. & Misc. resol.5. p.78.

107. *An casus reseruatio Superioris Monasterij comprehendat Nouitios ? Et an Superiores Regulares possint reseruare sibi casus non solum quoad professos , sed etiam quoad Nouitios.* Ex p.3.tr.2.ref.110. p.79.

108. *An qui de proximo vult ingredi Religionem possit absolui per confessarium illius Religionis à casibus Episcopo reseruatis* Ex p.3.tr.2.ref.46. ibid.

109. *An confessarius, si petat à Superiore Regulari potestatem absoluendi aliquem à reseruatis,si neget , possit pœnitentem illum absoluere pro illa vice ? Et difficultas est circa prædictam dictionem* pro illa vice, *an intelligenda sit pro vna vice tantum? Et an si confessarius petit à Superiore Regularium licentiam absoluendi à reseruatis aliquam personam particularem , possit etiam illam à peccatis reseruatis commissis post licentiam obtentã pro prima vice? Et quid, si talis licentia fuerit obtenta à pœnitente ? Et si confessarius eam petat pro vna persona,an possit ea vti pro sua persona ? Et an Regulares possint sine licentia suorum Prælatorum semel absolui ab omnibus reseruatis & censuris, imo & dispensari in irregularitatibus, excepto homicidio , & mutilatione voluntaria?* Ex p.3. tr.2.resol.126. p.80.

110. *An si Prælatus Regularis neget pio confessario licentiam absoluendi subditum à reseruatis, possit adhuc confessarius illum absoluere ? Et si in dicto casu licentiam neget Prælatus, an peccet non solum contra Charitatem,sed etiam contra iustitiam.* Ex p.6.tr.6.& Misc.1.ref.56. ibid.

111. *Quidam Regularis petiit a suo Superiore authoritatem absoluendi à reseruatis pro vna persona , quæsiuit à me, vtrum in sua facultate comprehendi possit ipse petens? Et si Vicarius Episcopi, Prior, vel alius quisque, qui à suo Superiore habet facultatem absoluendi à casibus reseruatis, vna cum potestate subdelegandi , dato quod ipse incidat in casu reseruato à suo Episcopo, vel Superiore , an possit de illo casu absolui ab eo, quem ipsemet delegauerit.* Ex p. 8. tr.7. & Misc.ref.91. p.81.

112. *An vicarius possit concedere facultatem absoluendi à reseruatis,si Præpositus absit à domo per vnum diem naturalem ? Et quid est dicendum, si subditus ex industria ,& sine sufficienti causa in illum diem confessionem distulisset? Et quid, quando Superior eodem die est reuersurus?* Ex p.3. tr.2.ref.18. p.82.

113. *An Superiores Regulares possint authoritate propria reseruare casus in Decreto Clem.VIII. contentos,vel opus sit hoc facere cum consensu capituli.* Ex p.8. tr.7. & Misc. ref.69. ibid.

114. *An Superiores Regulares aliqua peccata prohibere possint sub pœna excommunicationis sibi reseruata.* Ex p.3. tr.2. ref.49. ibid.

115. *An Religiosus tactibus alium polluens incidat in casum reseruatum Clem.VIII. Et vtrum lapsus carnis voluntarius opere consummatus sit reseruatus , quando non fuerit perfecte consummatus cum seminis emissione?*

pro so vendis debitis? Ex part.3. tract.2. resol.41. ibid.

141. An debitores, si non habeant spem, quod manendo in sæculo fiant potentes ad soluendum, possint Religionem ingredi, non obstante Bulla Sixti V. Et quid, quando quis breuiter, v.g. duorum, vel trium annorum manendo in sæculo habeat spem soluendi debita creditoribus? Et an dicta constitutione non comprehendantur debitores ex sola promissione liberali, vel qui incertis debitis sunt grauati, vel damnati ad pecuniarum pœnam ratione alicuius damni, vel iniuria illata, ut v.g. qui Virginem deflorauit, &c. Ex p.4.tr.4.& Misc. res.82. ibid.

142. An mutus, & surdus, vel cæcus possint esse Religiosi professionem emittendo? Et quid, si mutus esset simul cæcus, aut quis esset simul cæcus, & omnino surdus, quamuis non mutus, nec hoc à natura habeat, sed casu, & antequam in hoc incideret, nosset, quid esset professus. Ex p.5. tr.6. resol. 34. p.95

143. An serui possint ingredi Religionem sine licentia Domini? Et explanatur, quod Concilium Chalcedonense excommunicationis gladio Prælatum vulnerat, quid sine licentia Domini recipit seruum in Monasterium. Imo & excommunicantur, qui seruos suadent Dominum contemnere causa Religionis. Et an professio serui, contradicente vel ignorante Domino, sit nulla, & irrita, & aliqua alia circa hoc deciduntur. Ex part.7. tract.7. resol.61. aliàs 60. ibid.

144. N. ex genere Mahometano, sed infans baptizatus, & postea Religionem ingressus, an possit sine ulla dispensatione ad Prælaturas assumi. Et an in tali casu non sit excludendus à Sacris Ordinibus? Et aduertitur, quod Bulla Pauli IV. prohibens, ut descendentes ab Infidelibus possint in Ordine Minorum ad Prælaturas assumi, de solo Ordine D. Francisci loquitur; & ideo non est extendenda per communicationem ad alios Ordines, quia Religiosi communicantes in priuilegiis non proinde communicant in pœnis, & odiosis. Ex part.6. tr.7. & Misc. 2. Res.1. p.96.

145. An quis peccet mortaliter, si absque iusta causa retrahit aliquem ab ingressu Religionis? Et supponitur posse aliquando ex iustis rationibus alicui sine peccato dissuaderi Religionis ingressum. Et quid est sentiendum de peccato, & de damno temporali, & commodo facto Religioni, quando quis vi, vel fraude Nouitium, vel alium impediuit à profitenda Religione, &c. Et quid, quando sine vi, vel fraude ex Monasterio Religiosum professum se duxit. Ex p.11. tr.3. & Misc. 3. res.22. ibid.

146. An Superiores Regulares nolentes admittere aliquem absque causa in Religionem ad annum Nouitiatus, peccent mortaliter? Et quid, si petens ingressum haberet votum ingrediendi Religionem eius Superioris, à quo petit admitti; an ille negans simpliciter ingressum peccet mortaliter, si nullam habeat legitimam causam negandi ingressum. Et an peccent negantes suffragium Nouitio idoneo ad professionem. Ex p.10. tr.13. & Misc. 3. res.6. p.97.

147. An Prælati Regulares omittentes informationes, quas præcipit Sixtus V. in receptione Nouitiorum, peccent mortaliter. Ex p.3. tr.2. res.82. p.98.

148. An Prælati recipientes Nouitios sine dicta informatione incurrant in pœnas Bullæ Sixti V. Si Nouitius careat illis defectibus. Ex p.3. tr.2. res.83. ibid.

149. Elucidantur aliqua circa informationes sumendas quoad Nouitios, virtute Bullarum Sixti V. & Clementis VIII. Vbi diuersi casus etiam pro Nouitiis laicis, seu conuersis, puellis Nouitiis, & Equitibus Ierosolymitanis aliam Religionem volentibus ingredi in textu huius Res. adducuntur. Ex p.9. tr.8. & Misc. 2. res.54. ibid.

150. An Religiosi, qui secundum Decreta Clem. VIII. Nouitiatum non fecerunt in locis designatis, possint, stante Bulla Vrbani VIII. edita die 2. Aprilis 1631. coram Ordinariis locorum professionum nullitatem petere, non seruatis tamen seruandis, & præsertim dispositionibus Concilij Tridentini. Ex p.5. tr.14. & Misc. 2. res. 16. p.100.

151. An Nouitiatus factus partim in vno conuentu, & partim in alium eiusdem Ordinis sit Validus? Et an in tali casu Nouitius indigeat ad profitendum consensu vtriusque Monasterij. Ex p.9. tr.7. & Misc. 2. res.44. p.101.

152. Quis ingressus in Religionem extitit quatuor menses in nouitiatu vt laicus, postea transiuit in statum Clericalem, & perficit annum nouitiatus, quæritur, an eius professio fuerit valida? Et quid è contra? Ex part.9. tr.6. & Misc. 1. res.12. ibid.

153. An egressio Nouitij è Monasterio cum licentia tamen Superioris interrumpat annum nouitiatus? Et quid si licentia sit illicite data. Et an in dicto casu possit extra Monasterium demorari non solum per vnum, vel duos menses, sed etiam per maiorem partem anni? Et an interrumpatur annus nouitiatus, si Nouitius retento habitu perterritus seueritatis Superioris, seu Magistri Monasterium abdire exeat causa se celandi, dummodo animum habeat redeundi? Et quid, si retento habitu indebite, & sine licentia exeat clausuram, dummodo ad Monasterium redire intendat. Ex p.3. tr.1. res.84. p.102.

154. Nouitius, qui ex licentia sui Superioris per aliquos dies in domo paterna moratus est, dicatur interrupisse annum sui nouitiatus, ita vt professio postea facta sit nulla? Ex part.7. tr.11. & Misc. 2. res.38. ibid.

155. An in continuatione anni Nouitiatus detur paruitas materia. Ex p.5. tr.5. res.19. p.103.

156. An sit reuocatum priuilegium Iulij II. concessum Minoribus, vt nouiciatus interruptus possit continuari. Ex p.3. tr.1. res.89. ibid.

157. An, vt valida sit professio, annus Nouitiatus Sumendus est de momento ad momentum? Et an idem dicendum est, si Nouitius, expleto anno nouitiatus, non attingat annum decimum sextum. Ex p.3. tr.2. res.57. ibid.

158. An in ætate requisita ad professionem emittendam detur paruitas materiæ? Et quid in anno nouitiatus? Et quid est agendum, si Nouitius compleat probationis annum die 24. Februarij anno bisextili, an dicatur expletus hic annus nisi secunda die, quem etiam appellatur 24. id est 25. dies. Ex p.5. tr.5. res.18. p.104.

159. An professio alicuius Nouitij, vel Nouitiæ sit inualida, si fuerit admissa contra prohibitionem Generalis, Episcopi, &c. Vnde clare discutitur illius difficultatis quæstio, an lex prohibens aliquem actum reddat illum non solum illicitum, sed inualidum? Et docetur legem prohibentem simpliciter actum an etiam si nihil aliud addat, irritare illum: Et pro firmanda doctrina prædictarum difficultatum alia multa adducuntur, & tota doctrina est valde notanda, & in mente, & promptu tenenda, quia in multis casibus in praxi est quotidiana. Ex p.10. tr.11. & Misc. 2. res.6. ibid.

160. An Nouitius in articulo mortis constitutus, non expleto probationis anno, ad professionem admitti possit? Et si moriatur sine testamento, an succedat in bonis eius Monasterium? Ex p.3. tr.2. res.17. p.107

161. An in articulo mortis possit dari professio Nouitiis? Et si moriatur sine testamento, an succedat in eius bonis Monasterium? Et an in dicto casu, quo fiat professio, an nouitius, vel Nouitia conualescens de infirmitate teneatur continuare, seu complere residuum anni integri probationis, ac iterum profiteri? Ex part.5. tract. 3. res.139. ibid.

162. An Nouitius in mortis articulo possit quouis anni nouitiatus tempore professionem emittere? Et in dicto casu notatur, quod talis Nouitius debet habere sexdecim annos completos. Ex part.7. tract.12. & Misc. 3. resol.3. alias 1. p.108

163. An Nouitij morientes possint eligere sibi sepulturam? Et quid, si in domo Parentum moriantur, si ibi sint cum habitu & licentia Prælati, an debeant sepeliri in Monasterio? Et notatur, quod Religiosi possunt suos familiares intra Claustra morientes in sua Ecclesia sepelire. Ex p.5. tr.3. res. 109. ibid.

164. An Nouitij gaudeant priuilegiis professis alicuius

191. An

191. *An eiectis à Societate IESV, si sint constituti in Sacris, debeatur aliquid pro patrimonio?* Ex p.10. tr.11. res. 68. p.121.

192. *An expulsus à Religione teneatur se corrigere, vt iterum in illam admittatur? Et notatur, quod Religiosus expulsus tenetur ad votũ castitatis. Et an ratione voti teneatur ad obedientiam Episcopi? Et difficultas est quoad votum paupertatis, an expulsus a Religione maneat liber ab hoc voto, & quicquid acquirat, an Monasterio acquirat. Et quid de officio Diuino, si non est in Sacris, de ieiuniis, & aliis annexis Religioni.* Ex p.3.tr.2.res.60. p.122.

193. *An Religiosus eiectus ab Ordine, si emendatus petat ingredi, teneantur Superiores iterum in Religione eum recipere, sicut ius habet Religio reuocandi Religiosum eiectum? Et an Religiosus eiectus, quando admissio in suam pristinam Religionem post debitam correctionem desperatur, non teneatur ad aliam Religionem transire? Et an Religiosus eiectus non teneatur redire ad ipsammet Religionem, de qua eiectus est? Et an eiecti à Religione non teneantur ad præcepta, & ieiunia contenta in regula Religionis, de qua eiecti sunt? Et an dicti eiecti possint ad Ordines promoueri.* Ex p.3.tr.1. res. 116. ibid.

194. *An iuste eiectus à Religione, si aliquid acquirat, Monasterio acquirat? Et ex doctrina huius quæstionis infertur, an Religiosus eiectus, si se dignum efficiat, & reformet suos mores, teneatur eum Monasterium recipere? Et an teneatur etiam ipse redire, quoties fuerit à Monasterio vocatus.* Ex part.7.tract.12.& Misc.3. res.4. aliàs 2. p.123.

195. *An Religiosi eiecti, si expendant bona in vsus illicitos, teneantur accipientes ea Monasterio restituere? Et aduertitur Religiosum habentem licentiam à Superiore expendendi bona in quoscumque vsus volet, non peccare contra iustitiam, si det talia bona meretricibus, &c. nec eas teneri ad restitutionem.* Ex p.7. tr.12. & Misc.3. res. 5. alias 3. ibid.

196. *An sententia data ab Episcopo N. super nullitate professionis cuiusdam eiecti absque interuentu Superioris Religionis fuerit nulla? Et quid supra hoc, etiam si non fuerit eiectus, sed petierit nullitatem professionis coram Episcopo? Et ex doctrina huius Resolutionis aliqua alia circa hoc inferuntur, quæ sunt valde notanda.* Ex par.8. tr.7. & Misc.res.2. p.124.

197. *An regularis delinquens in alio Monasterio possit puniri ab Episcopo, vel saltem à Superiore illius Monasterij? Ex quo cursim sequitur, quod Clericus delinquens in Monasterio exempto, puta, ludens aleis non incurrit censuram suspensionis latam à suo Episcopo contra ludentes. Et notatur sub nomine Regularium, in verbis Concilij non includi Superiores, qui egent speciali mentione.* Ex p.9.tr.7. & Misc.2.res.49. p.125.

198. *Quæ sint causæ legitimæ, vt quis possit transire ex Religione strictiori ad laxiorem.* Ex part.3. tract. 2. resol.43. p.126.

199. *An Regularis transiens cum licentia ad aliam Religionem teneatur ibi integrum annum nouitiatus perficere? Et an hoc procedat, licet fiat transitus ab arctiori ad laxiorem Religionem; imo respectu eiusdem Ordinis.* Ex p.7.tr.11. & Misc.2.Res.25. ibid.

200. *An bona Religiosi transeuntis ad aliam Religionem, vel Episcopatum pertineant ad primum, vel ad posterius Monasterium? Et notatur ius succedendi Religioso competens, cum sit personale, transire cum eo ad Monasteriũ, ad quod transfertur, si est capax succedendi; vnde infertur legatum relictum sub conditione, quæ impleta est tempore secundæ professionis, ad secundum Monasterium pertinere.* Ex p.3. tr.2. Res. 114. p.127.

201. *An votum subditi de transeundo ad strictiorem Religionem possit Prælatus Regularis dispensare, non vero irritare.* Ex p.3.tr.2. res.91. ibid.

202. *An per renouationem votorum Regularium obtineatur remissio omnium peccatorum.* Ex part.4. tr.4. & Misc. res. 180. ibid.

203. *An vota vitæ Quadragesimalis Minorum, Redemptionis captiuorum Mercenariorum, non acceptandi Prælaturas extra Religionem Patrum Societatis IESV, & Discalceatorum D. Augustini, & similia sint dispensabilia saltem per Generalem? Idem dicendum est de quocumque statu Religioso habente votum aliquod ex peculiari ratione talis status præter vota communia, quod Prælatus Religionis non potest dispensare, irritare, aut commutare.* Ex p. 6. tr.8.& Misc.3. res.34. ibid.

204. *An Carthusiani, secluso scandalo, extra morbum possint comedere carnes sine peccato mortali?* Ex p.3.tr.2. res.39. p.128.

205. *An Carthusiani in articulo mortis teneantur edere carnes? Et an peccet Medicus, aut alius minister, qui Carthusiano ægrotanti, & inscio præberet cibos aliquos ex carnibus.* Ex p.5. tr. 3. Res.136. ibid.

206. *Quidam Regularis propter æstum ad capiendum somnum dormiebat sine tunica lanea, quæ erat habitus suæ Religionis, quæsiuit, an peccauerit mortaliter? Et quid est dicendum, si Fratres Minores, & obseruantes vterentur camisiis lineis? Et an Religiosus, qui spoliatur habitu ad liberius fornicandum, peccet mortaliter non solum contra temperantiam, sed etiam se exuendo habitu, quamuis Apostata non sit.* Ex part. 5. tract. 14.& Misc.2. resol. 72. p.129.

207. *Aliqui casus, in quibus Religiosi dimittentes habitum suæ Religionis non incidunt in censuras* cap. vt periculosæ, ne Clerici, vel Monachi in 6. *Et an Religiosus iniuste grauatus à Prælato, fugiens ad Prælatum Superiorem possit dimittere habitum, donec tuto accedat ad Prælatum Superiorem?* Ex p.3. tr.2.res.115. ibid.

208. *An in dimissione habitus propriæ religionis detur paruitas materiæ?* Ex p.5. tr.5. res. 61. ibid.

209. *An religiosi dimittentes habitum ad aliquam honestam repræsentationem faciendam in Monasterio inter ipsos peccent venialiter, etiam si coram sæcularibus repræsentent in Monasterium? Etiamque in textu huius resolutionis alij diuersi casus discutiuntur circa dimissionem habitus regularis. Et etiam quæritur, an si Patres Societatis dimittant habitum, incidant in pœnas à iure latas.* Ex part.9.tr.7. & Misc.1.res.5. p.130.

210. *Quidam ex graui necessitate Parentum egressus religione non poterat illos iuuare, nisi habitum religionis dimitteret, seruiendo viro Nobili habitu sæculari, quæritur, an hoc licite fieri poterit? Et in dicto casu, an poterit supradicto religioso proprius Prælatus licentiam admutandum habitum dare. Et an si Religiosi professi pro viribus in religione non possint huic graui necessitati Parentum succurrere, tunc petita licentia, & non obtenta, licite possint egredi, quamuis ad id non teneantur.* Ex part. 6. tract. 7. & Misc.2.resol. 19. p.131.

211. *An Prælatus possit dare licentiam subdito manendi extra Claustra ad subueniendum Parentibus non solum in extrema necessitate constitutis, sed etiam in graui? Et quid est faciendum, si Prælatus neget licentiam subdito, vt extra Claustra subueniat Parentibus grauiter tãtum indigentibus, an possit subditus de bonis sibi in vsum concessis Parentibus subuenire, vel debet ad illa donanda procurare licentiam.* Ex p.3.tr.2. res.90. p.132.

212. *An stante Decreto Clem. VIII.* de reformat. regular. *possint hodie Superiores præbere licentiam subditis ex iusta aliqua causa extra Claustra permanendi absque consensu Summi Pontificis? Et an post Decretum Clem. VIII. & Vrbani VIII. si Prælatus faceret alicui potestatem foras degendi, possit hic tuta conscientia remanere? Et an ante prædicta Decreta assereretur posse Generalem facere facultatem Fratri alicui inquieto, & insolenti, qui propter delicta sua condemnatus fuit ad triremes, & ab his postea restitutus, vt possit Eremiticam regulariter vitam ducere, vel in aliquo hospitali, vel Ecclesia; præstita per eum obedientia Ordinaria loci, seu Generali ipsi.* Ex p.10.tr.11.& Misc.1.res.30.ibid.

213. An

Index Tractatuum,

uocare absque iusta causa. Et an hæc licentia non expiret, quamuis Prouincialis, qui eam concessus fuerit, moriatur? Et an hæc dispensatio ad petendum debitum possit fieri extra Sacramentum; & urgente necessitate in absentia per scriptum. Ex p.3.tr.2.ref.14.p.187.

281. *An Regulares possint dispensare in impedimento affinitatis ad petendum debitum inter coniugatos, & hoc virtute priuilegiorum, præcipue Pij V. Et an hoc sit reuocatum per particularem Bullam Vrbani VIII. anno 1631. Et an Regulares debeant esse confessores deputati ad talem dispensationem faciendam per Superiorem Monasterij? Et an dicta dispensatio debeat fieri in Sacramento Confessionis, & non extra: & in domibus, & Ecclesiis Religionis, & non extra.* Ex part. 6. tr.8. & Misc. 3. ref.32. ibid.

282. *An Confessarij* Regulares *possint dispensare ad petendum debitum cum coniugibus, qui intra se contraxerunt affinitatem ex incestu? Et an vigore alterius priuilegij Iulij II. possint hodie confessarij Regulares dispensare in prædicto casu absque deputatione Prouincialis, quod erat necessarium vigore priuilegij Pij V. Et an coniugatis ignorantibus hoc impedimentum non sit opus eos docere de huiusmodi impedimento, maxime si nullus spectatur fructus.* Ex p.10. tract.14. & Misc.4. ref.21. alias 20. p.188.

283. *An Prælati Regulares possint commutare, & dispensare vota Nouitiorum? Et an prædicti Prælati Regulares, & Abbatissæ non possint irritare vota Nouitiorum, & Nouitiarum, sed tantum commutare, & dispensare.* Ex p.3. tr.2.ref.71. ibid.

284. An *Generales Religionum possint dispensare cum subditis illegitimis ad Dignitates, & Officia ordinis extra Capitulum generale? Et an Generales ordinum possint dare licentiam Prioribus localibus, atque Prouincialibus dispensandi cum illegitimis ad dignitates, & officia ordinis absque Capitulo Generali, vel Prouinciali? Et an legitimatus à Rege, si intret in Religionem, non censeatur legitimatus ad Officia ordinis? Et an Sacerdos illegitimus dispensatus in sæculo, & habens ibi beneficium Curatum, si Religionem intret, sit dispensatus ad officia, & dignitates ordinis.* Ex part. 3. tract.2. resol.102. p.189.

285. *An irregularitas ex defectu natalium tollatur per professionem solemnem Religionis, non solum quoad Sacros ordines, sed etiam ad Prælaturas suscipiendas. Et an Prælati Regulares possint dispensare cum suis subditis illegitimis ad Prælaturas, & Dignitates in Capitulo generali, vel prouinciali ex constitutione Greg. XIV. Et an per professionem Religionis deleatur etiam irregularitas ex vsu ordinis contracta, vt si illegitimus in sæculo absque dispensatione ad ordines promotus fuisset?* Ex p.4. tr.2.ref.65. ibid.

286. *An illegitimus per professionem censeatur ipso facto dispensatus ad omnes Dignitates Religionis? Et an illegitimus in Prælatum eligatur à sciente illegitimitatem eius, & potente dispensare super ea, hoc ipso censeatur dispensatus saltem quoad forum conscientiæ, & secus dicendum est quoad forum externum? Et an Religiosus dispensatus ad gradus, honores, & dignitates ordinis necesse sit, quod exprimat qualitatem illegitimitatis, (an scilicet sit spurius, naturalis, Sacrilegus, aut incestuosus?) Et cursim docetur, quod ius Canonicum Religiosos illegitimos, hoc ipso quod solemnem faciunt professionem, reddit habiles ad recipiendos Ordines Sacros. Et an dispensatus ad dignitatem inferiorem, vi talis dispensationis eligi possit etiam ad Dignitatem superiorem. Et docetur dispensatum ad Prioratum, Prouincialatum, & omnes alias Dignitates Religionis non posse esse Generalem Religionis sine noua dispensatione. Et an illegitimus dispensatus in sæculo ad omnia, & qualiacumque beneficia, hoc ipso non possit eligi ad Prælaturas, ac Dignitates Regulares? Et quid è contra, an dispensatus ad Dignitates Regulares non censeatur dispensatus ad Dignitates sæculares.* Ex p.10.tr.13.& Misc.3.ref.39. ibid.

287. *An Superiores Religionum Monachalium, Mendicantium, & aliorum possint cum suis subditis illegitimis non solum ad Prælaturas inferiores, sed etiam ad Generalatum virtute suorum priuilegiorum dispensare? Et an saltem Generales Religionum possint dispensare cum suis subditis illegitimis ad Generalatum? Et deducitur, quod illegitimus dispensatus ad ordines, censetur tantum dispensatus ad Minores. Et quid, si in dispensatione dicatur ad omnes Ordines? Et si illegitimus esset dispensatus, vt possit obtinere beneficia, an talis dispensatio non intelligatur, nec extendatur ad beneficia Curata? Et quid est sentiendum, si in dispensatione apponerentur hæc verba,* ad quæcumque beneficia: *Et docetur, quod in decretis, & rescriptis Pontificiis verba aliquid operari debent, & non solum verbum, & qualibet dictio non debent sine effectu aliquid operandi apponi, sed etiam qualibet Syllaba. Et asseritur, quod licet ipsa dispensatio odiosa sit, ac strictè interpretanda, potestas tamen dispensandi latè interpretanda venit. Et aduertitur, quod dispensatus ad omnes, seu quascumque dignitates non censetur dispensatus ad Episcopatum. Et an priuilegia contraria iuri communi strictè, vel latè sint interpretanda? Et an priuilegia Regularibus concessa absolutè, pro vtroque foro concessa intelligantur? Et asseritur, quod legitimatus per subsequens matrimonium potest eligi in Episcopum, Cardinalem & Papam. Et an priuilegia dubia Regularium, dubietate orta ex ambiguitate verborum, & iurisconsultorum interpretatione in fauorem Regularium sint intelligenda.* Ex part. 10. tract. 9. ref. vnica p.191.

288. *An eiecti à Religione, vel dimissi à Superioribus ex Societate IESV reincidant in irregularitatē ex defectu natalium, ita vt non possint exercere ordines receptos, nec ad alia promoueri? Et quid dicendum est de Religioso illegitimo post annullatam professionem, an possit post latam sententiam in sæculum rediens exercere susceptos ordines, & ad alios promoueri? Et notatur professionem non solum tollere irregularitatem quoad ordines suscipiendos, sed etiam quoad ordinum vsum susceptorum. Et an ex declaratione Sacræ Cardinal. Congregationis eiecti à Religione, & extra illam degentes sint perpetuo suspensi ab exercitio ordinum, sublata Ordinariis locorum facultate dictam suspensionem relaxandi, aut moderandi.* Ex part. 4. tract. 2. resol. 66. p.199.

289. *An spectet ad Prælatos Regulares iudicare circa suos subditos, an defectus corporis sit ita notabilis, vt inducat irregularitatem, vel non? Et an qui aures non habet, sit irregularis? Et an Prælati Regulares possint dispensare cum suis subditis in irregularitate ex vitio corporis proueniente, vt v. g. cum illo, qui digito caret, non tamen pugillari vel pollice; qui caret oculo dextro, vel sinistro, auribus, vel pede, & ambulat cum pede ligneo, vel habet manus tremulas, &c.* Ex p.4. tr.2. ref.73. p.200.

290. *An Prælati Regulares quoad suos subditos possint dispensare super infamia iuris etiam publica?* Ex p.5.tr.14.& Misc.2. ref. 91. ibid.

291. *An Prælati Regulares vti possunt priuilegio Concilij Tridentini c.6.*sess.24.de Reformat. *quoad dispensandū & absoluendum suos subditos? Et an sub nomine Episcopi in dicto Concilio comprehendatur Vicarius generalis.* Ex p.7 tr.2.ref.5. ibid.

292. *An Superiores Regulares possint dispensare cum suis subditis super irregularitate contracta ex homicidio voluntario? Et quid, si sit occultum? Et an hoc etiam extendatur ad Nouitios? Et adducitur insigne priuilegiū Pauli III. pro Religiosis, vbi conceditur, vt in singulis annis primo die*

confessiones

Appendix ad cæteras alias quæstiones simul pertinentes ad hunc *tract.* 1. *de Regularibus huius tom.7.* pag.241.

ni,

b 3

existimant

existimauerunt posse Regulares ministrare sæcularibus Eucharistiam, vt impleant præceptum Communionis? Et notatur, quod Iesuitæ habent priuilegia propria, quæ circa Confessionem, & prædicationem amplissima sunt, sed deciditur stylum Curiæ esse contrarium, Et an Regulares possint sine incursione censuræ ministrare Eucharistiam in die Paschatis ad implendũ præceptum Equitibus Ierosolymitanis, D. Iacobi, Alcantaræ Calatrauæ &c. Et cursim infertur idem dicendum esse de Sacramento Extremæ Vnctionis, Et supponitur non licere sub pœna excommunicationibus Papalis Regularibus iure communi administrare Eucharistiam, & extremam Vnctionem sine licentia Parochi, Possunt tamen ministrare Eucharistiam extraneis Religiosis, etiam tempore Paschatis ad impletionem præcepti Communionis, quando absunt à loco, vbi sunt ipsorum Prælati, Et notatur Regulares sine incursione censurarum posse in multis casibus præbere sæcularibus Eucharistiam pro adimplẽdo præcepto tempore Paschatis, & in textu huius Resolutionis apponuntur quinque casus pro praxi supra dictæ quæstionis. Et quæritur, an Parocho deficiente, aut nolente per se Eucharistiam ministrare, nec licentiam concedere, possint Religiosi illam sæcularibus porrigere ad implendum annuæ communionis præceptum? Et aduertitur posse Regulares ministrare Eucharistiam tempore Paschatis suis familiaribus sæcularibus Sed quæritur, an hoc priuilegium extendendum sit ad famulos coniugatos, dormientes noctu extra Monasterium? Et tandem notatur Regulares posse hospitibus sæcularibus, si in eorum Monasterium infirmentur ad mortem, ministrare Sacrum Viaticum, Extremam Vnctionem, & sepulturam in suis Ecclesiis absque licentia Parochi, & hoc ex pluribus Pontificum priuilegiis. Ex p.6.tr.7. ex ref.58. & in p.2.tr. 14. ex ref.73. & in p.5.tr.3. ex ref.51. & 52.& in p.9.tr.9. ex ref.64. alias 63. & 27.& in tr.7.ex ref.43. & in p.3.tr.2. ex ref.12.& in p.10.tract.11. ex ref.31. Quæ hic reperientur in tom.2. tract.2.de communione ref. 20. 19. 61.63.62.23. 47.21. & 22.

An Religiosi Sacerdotes satisfaciant præcepto Ecclesiæ de audienda Missa diebus festiuis, si Missam dixerint cum voluntaria distractione? Et an Religiosus satisfaciat præcepto audiendi Missam, si illam audiat, dum simul excipit confessiones Nouitiorum, vel aliorum? Ex p.10. tr. 11. ex ref.6.& in tr.14.ex ref.47. alias 45. Quæ hic sunt in tom. 2.tr 3.de Audienda Missa in die festo ref.4.& 13.

An si ægrotus sit morti proximus, & non inueniatur Parochus, vel quia non vult licentiam concedere, possit simplex Sacerdos etiam Regularis Sacramentum Extremæ Vnctionis ministrare? Et an si extra casum necessitatis extremæ, absente Parocho, Regularis infirmum vngat, extra peccatum mortale incurrat in excommunicationem? Et notatur ex priuilegio posse conferri Extremam Vnctionem à Regularibus familiaribus omnibus, hospitibus, iter agentibus, peregrinantibus, architectis, aut cuiusuis artis, aut Officij Officialibus, & iis, qui Ecclesiæ Immunitate gaudent, & omnibus sæcularibus, quos in locis, prædiis, seu Grangiis Monasterij reperiri contigerit periculum mortis. Ex p.5. tr.3. ex ref.89. in p.9. tr.7. ex ref.56. Quæ nunc inuenientur in tom.2.tr.4. de Extrema Vnctione ref. 31. & 13.

Nota, quod in tom. 2. tr.5. de Sacramento Ordinis, sunt multæ, & diuersæ difficultates fere omnes mistæ pro suscipiendis ordinibus à Regularibus, & pro conferendo illos ab Abbatibus Regularibus, & aliquæ aliæ difficultates pertinentes tantum ad istum tract. de Regularibus, quas omnes ibidem reperies in ref.15.74.75.76. 77.78.79.80.81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 94. 104. & 113.

An sponsalia dissoluantur per solum ingressum Religionis, vel sit expectanda professio? Et an sit licitum Religionem ingredi post sponsalia, etiam iuramento firmata? Et an in supradicto casu dissoluantur sponsalia quoad vtrumque? Et an, si viro seminante, fœmina non seminauerit, idque partibus constet, possint Religionem ingredi, & profiteri, & pars relicta in sæculo aliud matrimonium inire? Et an si coniux infidelis velit permanere cum coniuge fideli sine iniuria Creatoris, & scandalo, possit, hoc non obstante, coniux fidelis ingredi Religionem? Et an deficientibus hominibus sæcularibus, teneantur Religiosi contrahere matrimonium? Et an mulier quinquagenaria dicatur senex, vt vir possit profiteri Religionem, remanente illa in sæculo cum voto castitatis? Et an pertineat ad Episcopum despicere, vtrum vxor extra incontinentiæ periculum existat? Et an si vno coniuge ingrediente Religionem, alter sit iuuenis, & ingredi Religionem compellitur, an sufficiat ingredi Religionem S. Ioannis. Et an ingrediente vxore Religionem, possit vir senex remanere in sæculo cum voto Castitatis perpetuæ, vel si creetur Episcopus. Ex p. 3. tract.4. ex ref. 207. alias 208. & in p. 5. tr. 13. ex ref.54. & in p.3. tr.4. ex ref.251. & 288. alias 252. & 189. & in p.4. tr.4. ex ref.73. Quæ nunc inuenientur in tom.2. tract. 6. de Matrimonio ref.30. 114. 121. 115. & 222.

An matrimonium conuersi cum infideli contractum ante Baptismum dissoluantur per solemnem professionem Religionis? Et an sit valida professio, dum vir minatur vxori in adulterio repertæ mortem, nisi Religionem profiteatur, quando minatur mortem authoritatem iudicis infligendam, secus vero si minatur authoritate proprij viri? Et an vt adultera profiteatur in Religione, non sit necessarium, vt innocens etiam ad Religionem transeat, vel votum castitatis emittat, sed possit manere in sæculo absque vllo voto; neque ingrediente innocente in Religionem adstringatur nocens ad illius ingressum? Et an post datam sententiam diuortij possit coniux innocens ad Religionem transire, in eaque, adultero inconsulto, imo inuito, profiteri? Et an si coniux innocens sit Nouitius tantum, possit reconciliari cum nocente adultero? Et an pro valore professionis quis potest sequi opinionem singularem contra communem? Et notatur, quod quando sponsa duodennis intra bimestre intrat in Religionem, debet sponsus expectare vsque ad annum sextum decimum sponsæ donec profiteatur, & si intrat Religionem D. Francisci de Padua debet sponsus spectare vsque ad annum octauum decimum, Et an qui cum ignorantia inuincibili emittit professionem, non impleto anno Nouitiatus, & post annum sextum decimum, hoc non obstante, professio sit irrita? Ex p. 9. tr. 7. ex ref. 47. & in tr. 8. ex ref. 27. & 61. alias 60. & 39.& in p. 10. tr. 13. ex ref. 19. & 51. §. vlt & in tr. 14. ex ref. 24. alias 22. Quæ hic reperientur in tom 2. tr. 6. de Matrimonio ref. 125. 139. 226. 227. 155. 170. & 42.

An peccent Regulares nolentes dispensationem votorum concedere pœnitentibus virtute suorum priuilegiorum? Et quid, si priuilegium sit concessum in fauorem pœnitentis, vt est priuilegium Bullæ Cruciatæ, & Iubilæi? Et an Potestas, quam habent ex priuilegio Superiores Regularium ad dispensandum, & absoluendum cum Religiosis sit Ordinaria, & non delegata; & an possint hanc potestatem delegare? Et an Episcopus possit cum Regularibus exemptis dispensare, si ipsi cedant exemptioni? Et an hoc intelligatur casu, quo in Prælato Superiore non esset potestas absoluendi, vel dispensandi? Et an nomine Episcopi in præsenti intelligatur tantum Episcopus, in quo Religiosus ortus est, vel habet domicilium, aut saltem commoratur? Et an quando Pontifex dispensat vt ante Nouitiatus annum emittatur professio, quomodo facienda sit renuntiatio bonorum iuxta Concilium Tridentinum sess. 25. c. 6. de regular. Idem dicendum est, si esset sexdecim annis, atque ita abreuiaretur tempus professionis iure præscriptum, Et an Pontifex possit dispensare in voto solemni paupertatis, & obedientiæ: Et quid de Religioso facto Episcopo? Et an Regulares, quibus Superiores præmiserint, habeant priuilegium expediendi literas Pœnitentiarias, etiam si non sint Doctores, vel Magistri? Et an Prælatus Superior possit dispensare circa pœnas impositas ad

Et an Prælatus Regularium possit supprimere Beneficiarium Regularem suarum Ecclesiarum? Et an Prælatus Regularis non possit iure communi, deponere, nec degradare suos subditos, nisi competat ei de consuetudine, vel priuilegio? Et an sit priuilegium aliquod, per quod possit degradare subditum tantum verbaliter? Ex p.8. tr.4. ex res. 51. 72. 73. 48. 49. 39. 14. 50. & 68. in p.7. tr. 11. ex res.28.& in p.10. tr.11. ex res.51. *Quæ hic sunt* in tom.1. tr.5. de capitulo sede vacante res.34.10.11.33.28.35. 37. 45. 39.36. 18.

Nota, quod in tom.3.tr.6. de Horis Canonicis, *sunt quam plurimæ difficultates omnes mistæ pro Regularibus, & Monialibus, & eorum obligationibus circa Horas Canonicas, & modum illas canendi, vel recitandi, ideo si ita casus mistus occurrerit, require ibi illum in resolutionibus hic assignatis, & non in aliis prædicti tractatus, videlicet* à res.11. vsque ad res.24. inclusiue, & in res.29.30.31.33.47.50. 54.55.56.57. 59.72.90. 99.101.102.103.104.105. 106. 107.108.& 109. *Sed non est dubitandum fere cæteras omnes alias Resolutiones, & quæstiones præciuati tractatus pertinere etiam posse ad Regulares, & Moniales pro omnibus illis occurrentibus casibus, &c.*

Aduerte etiam, quod in tom.4.tr.1.de Altaribus priuilegiatis *inuenies aliquas difficultates pro Altaribus priuilegiatis Regularium, & celebratione Missarum in illis ab ipsismet Regularibus, ideo si ita casus mistus occurrererit illum reperies,* ibidem in res.11. 22.26.27.28.19.30.31. & 33. *Sed cæteræ omnes aliæ Resolutiones etiam pertinere possunt Regularibus pro aliis generalibus occurrentibus casibus, circa celebrationem Missarum in prædictis Altaribus priuilegiatis.*

Docetur Missas votiuas, sicut Missas de Requiem *à Religiosis Mendicantibus posse dici in quacumque die vetita Festo duplici, modo non sit Festi Domini Sabbaoth.* Ex p.9.tr.2. ex res.29. *Quæ nunc inueniuntur* in tom.4 tract.1. de Altaribus priuilegiatis res 41.

Nota, quod in tom.4.tr.2.de Oratoriis priuatis, *sunt multæ quæstiones mistæ pro Oratoriis priuatis Regularium erectis in suis propriis* Monasteriis, *Cameris, Cellis, Grangiis, & locis ruralibus, in quibus possunt prædicti Regulares, & etiam Clerici sæculares Missam audire, & celebrare, & ibi sacram* Eucharistiam, *& Pœnitentiam ministrare, quas difficultates ibi reperies,* à res. 11. vsque ad res.17. inclusiue, & in res.29.42.43.44.45.46.57.58. & 62. & non in aliis Resolutionibus supradicti tractatus.

Aduerte etiam quod in prædicto tom.4. tr. 3. de Bulla Cruciatæ, *sunt etiam multæ Resolutiones, & difficultates pro Regularibus & Bulla Cruciata; & aliquæ earum non ita sunt mistæ pro Bulla Cruciata, & Regularibus, sed pertinent priuatim ad ipsosmet Regulares tantum; quas omnes ibidem inuenies* in Resolutione 5.7.17.19.20.22.23. 26.27.28.29.30.31.32.33. 50.61.63. 66.69.72.80. 89. 91.92.93.94.95.96.97.98.99.100. 101. 106. 117. 119. 122.125.126.127. 128.129.132.133.144.145.159.164. 165. & 169.

An Prælati Regulares sint eligibiles in confessarios virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iubilei? Et cursim docetur ex Decreto Clem. VIII. §.2. de reseru. cas. pro Regularibus, *quod Prælati* Regulares *prohibentur audire confessiones suorum subditorum, nisi sponte accidant; Et à fortiori infertur extra tempus Iubilei, vel sine Bulla Cruciata Prælatos* Regulares *non posse audire confessiones sæcularium absque Episcopi approbatione. Et an Iubilæum anni Sancti suspendat priuilegia* Regularium *commutandi vota, & in eis dispensandi, & absoluendi a reseruatis? Et an Prælatus* Regularis *possit cunctis dispensare ex vi suorum priuilegiorum in irregularitate contracta ex violatione censurarum, iterandi Baptismum, hæresis, vel Apostasiæ, vel ex illegitima Ordinum receptione?* Ex p.11.tr.2. ex res.52. & in p.7. tr.11. ex res.109.& in p.10 tr.11. ex res.22. *Quæ nunc inueniuntur* in tom.4.tr.3. de Bulla Cruciatæ res.20. 154.& 152.

An per Iubilæum sit eligibilis in confessarium Regularis *approbatus tantum limitate ad paruum locum, & oppidum, vel quoad personas? Et an* Religiosus *approbatus ab Episcopo sit eligibilis per Iubilæum, etiam si a suo Prælato per sententiam priuatus sit, ne confessiones sæcularium audiat? Et an sit probabile etiam sine Bulla, vt valide possit Religiosus sæcularium confessiones audire virtute approbationis ab ordinario concessæ, etiam si legitime non fuerit ordinario præsentatus, & per suum Superiorem per sententiam prohibitus? Et an per Iubilæum sit eligibilis in confessarium Prælatus* Regularis *non approbatus ab ordinario loci? Et an confessarius eligendus virtute Cruciatæ, vel Iubilæi debeat esse approbatus ab Episcopo etiam quoad Regulares, ita vt non sufficiat esse approbatum à Prælato* Regulari *suæ, vel alterius Religionis? Et an sententia huius quæstionis procedat etiam quoad Nouitios? Et an tempore Iubilæi Religiosi possint sine licentia Superioris confiteri cum extraneis, ita vt non possit Superior prohibere suis subditis ne confiteantur cum Sacerdotibus sæcularibus, vel Regularibus alterius Religionis? Idem est dicendum de Monialibus. Et an quicumque confessarius ab ordinario approbatus possit tempore Iubilæi absoluere Moniales à peccatis, vel a casibus reseruatis, & censuris.* Ex p.5.tr.12. ex res.49. 59. & 52. alias 48. 49.& 51.& in p.3. tr.2. ex res. 21. & in p.2. tr.17. ex res. 47. & in p. 5. tr.12.ex res.47. & 12. & in p.3. tr.2. ex res.29. *Quæ hic reperientur* in tom.4.tr.4.de Iubilæo res.4.5.6.7.8.9. 10. & 11.

An Regulares ex vi priuilegiorum possint commutare votum Religionis, *vel castitatis perpetuæ, quando non est tota materia voti? Et an possint commutare materiam surrogatam à Pontifice, pro votis Castitatis, & Religionis? Et an Regulares teneantur per se, seclusio scandalo, obseruare præcepta Synodalia? Et an censuræ Synodales per Episcopum promulgatæ ligent Regulares? Et an Superiores Regulares possint pro suis subditis promulgare Iubilæum, non expectata promulgatione Episcopi Diœcesani, seu Parochi? Et quid, si Episcopus, aut Parochus non mittit copiam, vel Breuiarium Bullæ Iubilæi? Et an dici possit Papam Religiosos volentes acquirere Iubilæum subiicere ordinario loci, non coactione, & læsione suæ exemptionis? Et an prælatus Regularis duabus postquam authenticam habuit Iubilæi notitiam hebdomadibus eum indici, esto Episcopus serius, aut citius indicat Iubilæum? Et an quando in Iubilæo Superior non vult aliquid dare per eleemosynam, possit subditus clam a Monasterio accipere? Idem est in prædicto casu de Monialibus respectu Abbatissæ.* Ex p.5. tr.12. ex res.61. alias 60. & 36 & in p.10. tract.14. ex res.35. alias 33. & in tr.15. ex res.22. *Quæ nunc inueniuntur* in tom.4. tract.4. de Iubilæo res.16. 12.& 30.

An Indulgentiæ concessæ Regularibus, & reuocatæ à Paulo V. hodie censeantur reualidatæ? Et an Indulgentiæ, & priuilegia pro defunctis concessa censeantur reuocata per dictam Bullam Pauli V vel permaneant in suo robore, & firmitate? Et quid est dicendum de Indulgentia plenaria concessa à Clem. VIII. Parentibus Fratrum existentibus in Purgatorio, si pro illis Minoretta dixerit vnam Missam. Idem dicendum est de Indulgentia plenaria à Calixto III. concessa Parentibus Fratrum Minorum, in qua possint eligere Confessarium, per quem absoluantur plenarie à culpa & pœna? quo priuilegio gaudent Parentes aliorum Regularium. *Et an prælati inferiores Episcopo per consuetudinem præscriptam possint acquirere potestatem concedendi Indulgentias, etiam habentes iurisdictionem Episcopalem? Et an quando* Religiosus *morietur nondum applicatis Indulgentiis à Pontifice obtentis, possit eius Superior de illis dispensare? Et adducitur, quod Superior* Regularis *possit suorum subditorum satisfactiones, & preces applicare Benefactoribus propter interpretatiuum consensum subditorum, vel vt satisfactiones superfluas cedant in emolumentum habentium cum illis participationem bonorum operum? Et an* Regularis *possit applicare Indulgentiam*

defunctis

etiam Regularis, *qui ausus fuerit matrimonialiter coniungere, aut benedicere alienos Parochianos absque licentia proprij Parochi, ipso iure suspensus maneat. Et an in hoc casu cesset pœna excommunicationis contra* Religiosos *matrimonia solemnizantes secundum Declarationem Cardinalium?* Et *an Monachi Benedictini incurrant suspensionem, si non deferant habitum præscriptum* in Clem. 1. §. Si quis autem, de stat Monach. *Et an Superior, si esset suspensus ab admissione ad professionem, professio sic ab eo admissa sit valida? Et an ex eo, quod prohibetur Abbatissam dare professionem, Nouitia, antequam moneat Episcopum pro faciendo examen libertatis; si tamen Abbatissa, omissa monitione & examine Episcopi, Nouitiæ det professionem, sit valida, si alias non sit impedimentum dirimens professionem? Et an ex eo quod disponitur, vt si vir, & vxor velint Religionem ingredi, hoc minime efficiatur sine consensu, & licentia Episcopi, tamen si professionem emitterent absque tali licentia, professio sit valida? Et an si in Constitutione alicuius* Religionis *statutum sit, ne Nouitij, v.g. recipiantur ante* 18. *annum, si tamen admittantur ad professionem, expleto anno* 16. *valida sit professio. Et an Religiosus, cui Prælatus per obedientiam prohibuit, ne confessiones audiat, an tales confessiones sint validæ, quidquid sit de peccato illius, nam* Religiosus *alias erat approbatus?* Ex p.5.tr.10.ex ref.58.42.43.44. 31.40.& 33.& in p.10. tr.12.ex ref.6. *Quæ hic reperientur* in tom.5. tract. 3. *de Suspensione* ref.33.27.28.29.44.45.62.*& vltima Resolutio hic annotata inuenientur supra in hoc ipso* tom.7. tr.1. ref.159. §.Potest.

An prohibitus celebrare in loco interdicti possit celebrare v.g. in Ecclesia Patrum Capucinorum, Carmelitarum prope Vrbem existente? Et an Clerici interdicti, intelligantur etiã Religiosi interdicti? Et quid etiam de Monachis, Conuersis, Monialibus, Nouitiis, & Eremitis. Ex par.4. tr.4. ex ref.123. & in p.5. tr.10. ex ref.81. alias.80. *Quæ hic sunt* in tom.5. tr.4. *de Interdicto* ref.6. & 24.

An Monachus in Sacris exercens Chirurgiam per incisionẽ, vel adustionem sit irregularis, morte sequuta, licet adhibeat necessariam diligentiam? Et *an illa actio prohibeatur in extrema necessitate, quando non est alius Chirurgus, velut est in tempore pestis. Et quid, si illam operaretur extra extremam necessitatem cum ignorantia inuincibili huius prohibitionis, an tunc incurrat irregularitatem. Et an, vena sectio sit Religiosis in Sacris prohibita, ita vt incurrat irregularitatem, si ex tali sectione sequuta sit mors? Et an Religiosi, si non sint subdiaconi possint exercere Medicinam, & Chirurgiam abscindendo, & adurando secundum artem? Et an Religiosi possint seruire infirmis, etiam constitutis in vltimo vitæ, & eos voluere in lecto, & reliqua exhibere cum prudentia absque metu irregularitatis? Et an Religiosi assistentes, quando reus in patibulo suspenditur, incurrant irregularitatem, & peccent mortaliter? Et an Religiosus incurrat irregularitatem occidendo inuasorem, si non fugiat, cum possit? Et an valeat collatio Prælaturæ facta irregulari. Et an illegitimus, cui dispensatum est à Papa, vt possit obtinere curatum, si postea efficiatur Religiosus, possit sine noua dispensatione fieri Prælatus* Regularis? *Et an* Religiosus, *qui votum habet castitatis, si contrahat etiam cum virgine, incurrat irregularitatem bigamiæ?* Ex p.4.tr.2. ex ref.23. & 24. & in p.5.tr.3. ex ref.117. & in p.4. tr.2. ex ref.35.& 37. & in p.7. tr.10. ex ref.6. & in p.4. tr.2. ex ref. 39. *Quæ nunc inuenientur* in tom.5.tr.5. *de Irregularitate* ref. 72. 73.75.76.140.143.& 148.

An Religiosi virtute suorum priuilegiorum possint absoluere ab excommunicatione propter abortum, si à suis Prouincialibus non sint deputati ad hoc? Et an Prælati Regulares possint dispensare in irregularitate suorum subditorum contracta ex abortu animato? Et quid, si homicidium sit occultum apud sæculares, & manifestum inter Fratres. Et an Prælatus Regularis possit committere vni confessario subdito hanc dispensationem? Et an dicti Prælati possint inhabilitare ad officia suos Religiosos etiam pro foro externo, & sine dubio absoluere ab excommunicatione incursa propter abortum? Et an Religiosus indigeat dispensatione super excommunicationem, vel irregularitatem, si in Visitatione, aut Capitulo fuerit dispensatus ab irregularitatibus, prout fieri solet in visitatione à Prælatis etiam non cogitantibus dispensationem huius, vel alterius irregularitatis, etiam si Religiosus crediderit se non indigere dicta Prælatorum dispensatione pro illo tunc? Et quid, si Religiosus procurauit abortum fœtus animati, si effectus non sequatur? Ex p.7.tract.5.ex ref.15.& in p.4. tract.2. ex ref.87. & in p.7. tr.5. ex ref.22. 23.& 9. *Quæ hic reperientur* in tom.5. tract. 6. *de Abortu* resol.7. 10. 11. 12. & 16.

An tantum Symonia in beneficio, ordine, & ingressu Religionis subdatur pœnis Symoniæ? Et *an Generalatus, Prouincialatus, Correctoratus, Guardianatus, Prioratus, &c. includantur sub nomine beneficij ad incurrendas pœnas Symoniæ. Et an mediatores Symoniacæ electionis ad Prælaturam aliquam Religionis incurrant excommunicationem? Et an Regulares conuenientes inter se, vt alter in vna electione suffragetur vni, & alter alteri in alia, committant Symoniam? Et quid, si pactum non interueniat, sed tantum futura oblatio spei, vt si dicatur, da hoc suffragium, & prouidebitur tibi de alia re, vel quid simile.* Et *an sit Symonia, si Monachus dicat alteri, elige me in Prouincialem, & ego eligam te in Priorem; vel faciam pro te Sacrum, & tu fac pro me, vel audiam tuam confessionem, si tu audias meam, &c.* Et *an incurratur labes Symoniaca, si petatur à Monialibus dos, quando Monasterium est diues.* Et *an sit peccatum Symoniæ dare aliquid Titio, vt Caium adscribere faciat inter Equites D. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, &c.* Et *docetur, quod dans, vel accipiens aliquid pro ingressu* Religionis *ligatur excommunicatione Summo Pontifici reseruata* in Extrauag. 1. de Symonia. *Sed notatur ad facilius impetrandam suam receptionem in aliqua Religione posse quem gratis, & sponte præbere munera Superioribus, vel aliis; imo in tali casu pactum adhibere posse.* Et *an quis probabiliter sustinere potest dictos ordines* Equitum *D. Iacobi Alcantaræ, Calatrauæ, &c. non esse vere Religiosos? Et an sit Symonia, si* Rex *vendat* Las Encomiendas, *dictorum ordinum, vel saltem sit peccatum mortale?* Et *excusatur quædam conuentio Equitum Ierosolymitanorum à labe Symoniaca.* Et *docetur commendas Equitum D. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, &c. esse beneficia Ecclesiastica, & materiam Symoniæ. Et an emere cedulam Habitus prædictorum* Equitum *ab aliquo Ministro* Regis *sit Symonia?* Et *an Habitus prædictorum Equitum, non sit Habitus veræ Religionis, sed secundum quid.* Et *an committens Sacrilegium cum Moniali, cui annexa reseruatio, afficiatur reseruatione, si hæc ignoretur?* Ex parr. 4. tract. 4. ex resol. 157. & 156. & in p.3. tract. 2. ex ref. 125. & in p. 8. tract.7. ex ref.29. & in p.4. tract. 4. ex ref. 150. & in p. 3. tract.2. ex ref.64. & in p. 6. tract. 8. ex ref. 17. & in p. 9. tract.9. ex resol.35. & in p. 7. tract. 4. ex ref.14. *Quæ nunc inuenientur* in tom. 5. tr. 7. *de Symonia* ref.6. 10. 11. 13.12.34.36.35.& 62.

An Regulares virtute suorum priuilegiorum possint etiam absoluere sæculares à casibus contentis in Edicto Dominorum Inquisitorum, dummodo excommunicationes non proueniant ex hæresi formali, vel ex aliis criminibus contentis in Bulla Cœnæ? Et an Prælati Regulares possint absoluere subditos suos ab hæresi occulta. Et an Prouinciales possint delegare hanc facultatem in casibus particularibus? Et an Regulares possint absoluere sæculares ab hæresi occulta? Et an Regulares possint absoluere à casibus Bullæ Cœnæ, si sint occulti, etiam quoad hæresim? Et quid, si supradictæ censuræ deductæ sint ad forum contentiosum, & licet publica sint? Et in textu huius Resolutionis assignantur alij sex casus,

in

Index Tractatuum,

in quibus Regulares *virtute suorum priuilegiorum minime possint saeculares absoluere nisi in articulo mortis.* Ex p. 1. tr.5.ex ref.8.& 6.& in p.3.tr.2.ex ref.121.& in p. 6.tr.7. ex ref.63.& in p.8.tr.7.ex ref.50.& in p.6.tr.6.ex ref. 54. & in p.11.tr.2.ex ref.18. *Quae hic reperientur* in tom. 5. tr.8.*de Haeresi* à ref. 3.vsque ad ref.39. *inclusiue.*

An Monialis non potens adire Inquisitores satisfaciat denunciando per Epistolam missam ad Inquisitorem? Et an confessarius Regularis *ex abiuratione propter sollicitationẽ remaneat inhabilis ad officia Religionis? Et an supradicti non possint rehabilitari nisi per Pontificem, vel Illustrissimos Inquisitores Sacrae Congregationis. Et an Episcopus possit cognoscere de crimine sollicitationis,& hoc separatim ab Inquisitoribus,si sollicitans sit exemptus* Regularis*? Et an foemina sollicitata, quae censuram incurrit, si praeceptum denunciationis adimpleat, possit absolui à censura à Regularibus virtute suorum priuilegiorum? Et an in caeteris casibus praeter Haereticum dogmatizantem, & docentem eos haeresim, non teneantur criminosi procedere se ipsos ex Edicto Inquisitorum, sed possint absolui per Cruciatam, vel per priuilegia Regularium? Et an Inquisitores possint imponere* Regularibus *sollicitantibus, quod teneant vltimum locũ inter Regulares sui Monasterij in Choro,in Refectorio & in aliis locis,& aliquando mãdare,vt sententia cõtra talem Confessarium Regularem lata publice legatur in proximo Capitulo suae* Religionis.Ex p.1.tr.4.ex ref.7.& in p.4. tr.5. ex ref.48.29.& 52.& in p.1.tr.4.ex ref.8.& in p.10. tr.14.ex ref.43. alias 41. *Quae hic sunt* in tom.5. tr.9. *de Denunciationibus* ref.18.93.21.96.20.& 92.

An Inquisitores debeant procedere cum Generalibus Religionum in casu haeresis,sicut procedunt cum Episcopis? Et an hodie interdictum sit Praelatis Regularium cognoscere de causis haereticalibus suorum subditorum, eosque punire? Et an Regulares abiurantes de leui reddantur inhabiles ad officia,gradus,& dignitates Religionis.*Et quid si abiurassent de vehementi? Et an Inquisitores habeant potestatem erga exemptos quoad corpora, imagines,tabellas,&c. quae in locis publicis,seu priuatis apponuntur? Et si* Religiosi *transgressi fuerint, an priuentur voce actiua, & passiua? Et an Inquisitores,si sint* Regulares,*& delinquant in eis,non quae sunt officij Inquisitoris,possint puniri à suis Praelatis? Et an in Hispania sancitum sit inquisitores particulares non posse comprehendere* Religiosum,*quin prius certiorem faciant Inquisitorem Generalem, & eius Supremum Senatum? Et an Sanctimoniales,* Religiosi *laici, conuersi, & donati comprehendantur in* Capite Inhibemus, *circa disputationem cum Haeretico? Et an inquisitores possint punire dicentes confessos* Religiosis *ab Episcopo approbatis, iterum eadem peccata teneri confiteri Parocho.* Ex p.4. tr. 8. ex ref.23.64.127.53.121.22.& 102. *Quae nunc inuenientur* in tom.5.tr.10. *de Potestate Inquisitorum* ref.12.83.113. 132.67. 71.& 82.

An Religiosus *possit incarcerari ab Inquisitoribus sine Consilio supremi Senatus ex delatione vnius foeminae propter sollicitationem in confessione.* Ex p.4.tr. 6. ex ref.21. *Quae hic reperietur* in tom.5. tr.11. *de Tortura S. Inquisitionis* ref. etiam 21.

De Religiosis matrimonium ineuntibus. Et an in tali casu non solum committant Sacrilegium, sed sint de haeresi suspecti, & qua poena puniendi sunt? Ex p.4.t. 7. ex ref. 5. *Quae hic est* in tom.5.tr.12. *de Poenis* 5. *Inquisitionis* ref. etiam 5.

An Regulares *teneantur obseruare leges Episcoporum? Et quid quoad Festorum obseruationes, interdicta, ieiunia, &c. Et an* Regularis *reus teneatur respondere iudici, si testium depositio non notificetur? Et an* Regulares *virtute suorum priuilegiorum possint pro satisfactione praecepti communionis communicare peregrinos,qui non habent animum manendi in aliquo loco pro maiori parte anni? Et an verba imperatiua ex consuetudine* Religionis *praeceptum contineant? Et an verbum* Iubeo, mando, *importent praeceptum graue? Et an lex praecipiens* Regularibus *accedentibus Monasteria Monialium sub poena priuationis officij, & vocis actiuae,& passiuae obliget ad mortale? Et notatur, cum legislatores possint, & soleant comminari spiritualem poenam, quando in conscientia obligare volunt, si tantum tamen temporalem poenam statuant, indicium esse videatur, quod ad eandem tantum obligare volunt. Et an Sacerdos* Regularis *solemnizans matrimonium absque proprij Parochi licentia, vltra suspensionem ipso iure impositam à Tridentino* sess.24. c.1. *incurrat etiam excommunicationem Pontifici reseruatam latam in Clement. I. de priuilegiis? Et an in Bullis Pontificiis,& Decretis,Sacrae Congregationis sub nomine priuationis officiorum, graduum,dignitatum,&c. intelligantur comprehensi concionatores. Lectores, Confessores, Magistri Nouitiorum, Magistri, Consultores, Diffinitores, Discreti, &c. Sed notatur dictas poenas non incurri nisi post sententiam criminis declaratoriam.* Ex p.3. tr.5. ex resol. 92. alias 91. & in p.1. tr.10.ex ref.11.15.& 16.& in p.9.tr.6.ex ref.5.& in p.1. tr.10. ex ref.20. & p.10. tr.13.ex ref.14.& in p.4.tr.4.ex ref.224. *Quae nunc inuenientur* in tom.6.tr.1.*de Legibus* ref.98.44.45.46.43.77.33.& 34.

An priuilegia Religiosorum non amittantur per non vsum nisi post 60.annos. Ex p.6.tr.5.ex ref.18.*Quae hic reperietur* in tom.6. tr.2. *de Consuetudine* ref.25.

An fas sit Religiosis inire contractum societatis cum Campsore,aut Mercatore conferente totam operam, Religiosis ex parte sua non nisi neruos negotiationis, siue pecuniam ferentibus? Et vtrum Religiosus possit negotiari per se, vel per alium? Et an Religiosi *in propria domo, vel Monasterio vendere per famulos vinum collectum ex eorum praediis? Et an Religiosi occasione, quod merces emptae cariori pretio potest vendi, si hoc faciant dicantur negotiari? Et an negotiatio prohibita sit Nouitiis nondum in Sacris constitutis? Et an bona donata, seu relicta cum conditione, vt à Monasterio possit alienari absq; solemnitatibus, & consensu Apostolico, an talis conditio sit adimplenda? Et an pecunia data pro dote Monali possit insumi emendo agro, vel vinea, vt de fructibus ipsius Monialis sustentetur? Et an Superiores possint in contractu licito absque solemnitate obligare bona Monasterij sub hypotheca generali, non obstante Paulina* Ambitiosae, *& decreto Vrbani VIII. Et an pecunia ad Cambium, vel mutuo accepta cum solusione lucri cessantis, vel damni emergentis comprehendantur sub decreto Sacrae Congregationis,& Paulina* Ambitiosae? *Et an obligando fructus bonorum immobilium, & mobilia non pretiosa possit Praelatus, seu Monasterium absque solemnitate, quam iura ad alienationem bonorum Ecclesiasticorum requirunt, pecuniam mutuo accipere? Et an hoc etiam procedat, si mutuum sit acceptum absque vlla obligatione aliquid pro eo soluendi, alioquin non possit fieri, etiam si tantum fructus, & mobilia bona obligentur? Et an quamuis permutatio bonorum Ecclesiasticorum maxime cum laicis sit iure prohibita, tamen permutatio cum Principe Patriae est permissa absque solemnitate. Idem est cum Fundatore, sed solemnitate prius praemissa.* Ex p. 9. tr.7. ex ref.69. & in p.1. tr.8.ex ref.72. & in p.8.tr. 7. ex ref.26. & 27. & in p.7. tr.10. ex ref.21.& in p. 10. tr.16. ex ref.51.53. & 85. *Quae hic sunt* in tom.6. tr.3. *de Contractibus* ref.181.180.182.179. 183.190.*& duae vltimae resolutiones huius annotationis,&* §.*inuenientur* in tom.5. tr.1.ref.79.& 80.

Aliqua practicabilia circa negotiationem Religiosi *interdictã. Et inter alios casus, qui pro praxi huius quaestionis adducuntur, quaeritur, an Religiosus peccet mortaliter, si vna vel altera vice negotietur? Et an Religiosus, qui suis sumptibus, vel Monasterij imprimit libros à se compositos, eaque exemplaria postea in diuersis* Religionibus *vendit,dicatur negotiator?* Et *docetur, quod illa tantum est negotiatio proprie dicta, quae res emitur, vt eadem immutata, & in eadem specie carius vendatur. Et alij multi casus pro* Regularibus *adducuntur, in quibus illis est licita negotiatio, vt si vendant panem coctum, ex fructibus eorum,*

eorum, latres, calcem, &c. Et notatur, quod Monachi absque licentia Prælati, & maioris partis capituli fideiubere non possunt; quod si fecerint, & mutuo acceperint, non obligatur Monasterium, nisi quatenus in eius vtilitatem conuersum est. Et an hæc doctrina locum habeat in Prælato? Et docetur professionem Religionis metu reuerentiali factam non valere, & ideo rescindendam, & declarandam irritam. Idem est de electione. Ex p.11.tr.3.ex ref.10. & in tr.6.ex ref.41. & in tr.4. ex ref.31. & in p.3. tr.5. ex ref.20. *Quæ hic reperientur* in tom.6. tr.3. de contractibus ref.187.188. 189.& 118.

An peccent mortaliter Religiosi *ludendo ludis prohibitis alea, & taxillorum? Et quid, si inspiciant notabili tempore ludos fortunæ, mortaliter peccaminosos, nisi ludi causa sint, vel omittant corrigere, quando tenentur? Et quid, si aspiciant eos, qui mortaliter peccant in ludo? Et an Religiosus possit aliquid ludo exponere? Et an possit lucrari, & perdere notabilem summam cum expressa Superioris licentia. Et an in tali casu tam Prælatus, quam Religiosus peccent mortaliter? Et an Religiosus, qui ludo exponit pecunias, quas alienare non potest, teneatur restituere id, quod cum dictis pecuniis lucratus est, ac proinde qui cum eo perdidit, non possit de rigore compensare, quando postea in alio ludo lucratur ab eodem? Et an professio sit valida, quamuis professus non habeat animum seruandi vota?* Ex part.4. tr.4. ex ref.188. & in p.7. tract. 9. ex ref.40. 4. 14. 8. & 25. *Quæ hic sunt* in tom. 6. tract. 4. de Ludo ref. 10. 11. 12. 13. 18. & 35.

Ad quem pertineat Thesaurus inuentus in Monasterio Regularium? Et quid, si in loco Religioso incantatione quadam, & magica arte quæsitus, & inuentus fuerit Thesaurus? Ex p.9. tr.5. ex ref.11.& 12. *Quæ nunc inuenientur* in tom.6. tr.5. de Thesauris ref.12. & 13.

Nota, quod in tom.6. tr.7. de Donationibus *sunt multæ quæstiones mistæ pro Donationibus Religiosorum, Superiorum Regularium, & Episcopi Religiosi, commendatarij, & etiam pro Donationibus Nouitiorum, atque pro donationibus factis, vel faciendis ipsis Religiosis, & Monasteriis Regularium, quæ ibi reperientur* in ref.7.8.9.10. 23.31. 32. 70.76.77.78. 124.& 143. *& non in aliis Resolutionibus præcitati tractatus.*

An moriturus possit committere Fratribus Minoribus nominationem executorum sui testamenti? Et an ipsi nominare possint cum licentia sui Superioris? Et Bernardus in suo testamento vltimo reliquit hæredem Cinthiam filiam cum onere soluendi quotannis Mariæ Sorori suæ Moniali aureos tot; quæritur, an huiusmodi legatum sit pium in fauorem Mariæ Monialis? Et an commendatarij D. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, de Auis, morituri possint testari de fructibus commendarum in vsus non pios? Et quid de commendatariis D. Ioannis? Et an ingrediens Religionem teneatur in testamento seruare solemnitates iuris? Et an legatum sub conditione, v. g. si Religionem non ingrediatur, sit validum in foro conscientiæ? Ex p.5. tr.3. ex ref.127. & in p.7. tract.12. ex ref.11.& in p.5. tr.3.ex ref.129. & in p.10. tr.15. ex ref. 15. §.vlt.& in p.3.tr.5. ex ref.57. *Quæ hic reperientur* in tom. 6. tract. 8. de Testamentis resol. 18. 49. 93. 92. & 42.

Nota, quod in tom.6. tr 9. de Executoribus Testamentorum, *sunt quamplurimæ difficultates omnes mistæ pro Religiosis Executoribus, & Commissariis testamentorum, ideo si ita casus mistus occurrerit require illum* ibid. in ref. 10. vsque ad ref.21. inclusiue, & in ref.24.25.26.27.28. 31. 32.33.57.70.& 71.

Aduerte etiam quod infra in hoc ipsomet tom.7. tr. 2. de Cingulo Militari *pro validitate professionis Equitum Melitensium*, & tr.3. de Paupertate Religiosa *per consequens hi duo tractatus simul etiam pertinere possunt ad istum de Regularibus. Sed quia prope sunt tractatus in hoc ipsomet* tom. 7. *in illis reperies quidquid cogitare poteris pro difficultatibus comprehensis sub titulis eorum. Similiter nota, vt his fastidium, & multiplicationem non ingeramus, quod etiam infra* in hoc ipsomet tom.7. in tract.4. de Correctione fraterna *sunt multæ quæstiones mistæ pro correctione fraterna Regularium, quas ibi inuenies* in ref. 8. 10. 14. & à ref. 20. vsque ad ref. 27. inclusiue, & in resol. 33. 40. 50. 51.52. 53. 54.55.60. 61. 62. 65.66.67. & 68. & non in aliis ref. præcitati tractatus.

An sit differendus ingressus Religionis propter scandalum, vel ne Parentes turbentur? Et an Regulares incidentes per ciuitatem in diebus Bachanalibus Personati vulgo Maschareti, recreationis causa mortifere non peccent, neque quoad ludum laurealem, neque quoad præceptum, neque quoad rationem scandali, neque quoad Habitus dimissionem, ad modicum tempus? Ex part. 5. tract.7. ex resol. 23. & in part. 10. tract. 13. ex ref.29. *Quæ hic sunt infra* in hoc tom.7. tr. 5. de Scandalo ref.5.& 6.

An Religiosi laici, & Monachi conuersi, vel Choro mancipati peccent pugnando propria manu? Et an Religiosi subditi possint se conferre ad exercitum sine venia saltem tacita sui Superioris, quia in omnibus ab eius voluntate pendent? Et an subditus indoctus, qui non possit discernere, quando sit causa iusta, aut dubia, teneatur semper obedire Superiori præcipienti? Et an Monachis laicis prohibitum sit, ne præsint exercitibus? Et an prædicti Monachi laici possint præliari, & pugnare suis manibus, immediate occidere, mutilare, & ducere exercitum, ac præesse iis, qui Machinas, vel tormenta bellica dirigunt, neque incurrant vllam irregularitatem, quoties bellum est necessarium ad defensionem propriæ vitæ, & personæ, vel patriæ, & boni communis, & ad obtinendam victoriam, à qua pax & salus innocentium, & bonorum Ecclesiæ dependet. Ex p.6.tr.4.ex ref.34. & 36. & ex p.9.tr.8. ex ref.64. alias 63.& in p.10.tr 2.ex ref.2. *Quæ hic sunt infra* in hoc ipsomet tom.7.tr.7.de Bello ref.59.63.36.& 62.

An quando varietas opinionum versatur inter Superiorem, & subditum, teneatur subditus obedire? Et an Superior possit iuste punire subditum non obedientem ductum ad id opinione probabili? Et an subditus possit non obedire præcepto Superioris, quando probabiliter iudicat esse illicitum, vel extra iurisdictionem? Et notatur, quod si sub opinione probabile est Superiorem non esse ligitimum, subditum esse obligatum obedire. Ex p.2. tr.13. ex ref.10. & in p.4.tr.4. ex ref.31. *Quæ nunc inuenientur* in tom.8.tr.1. *de opinione probabili* ref.15.16.

An detractiones leues de aliquo apud Prælatum possint peruenire ad damnum graue, & peccatum mortale. Ex p.10. tr.15.ex ref.17. *Quæ hic reperietur* in tom.8.tr.3. *de Paruitate materiæ* ref.16.

An præceptum Prælati de re leui, & in Ordine ad bonam gubernationem obliget sub solo peccato veniali, nam esset intolerabile, si posset Prælatus in omni materia etiam leuissima obligare sub peccato mortali, nam solus Deus potuit pro materia leui obligare ad mortale. Ex p.3.tr.5.ex ref.24. *Quæ hic est* in tom.8.tr.4. de Voto ref.13.

Nota, quod in prædicto tom.8.& tr.4. de Voto, & Iuramento, *sunt multæ aliæ difficultates pro Voto, & Iuramento ingrediendi Religionem, & quamuis hic non assignemus Resolutiones in quibus sunt adscriptæ, facillime ibi illas reperies.*

An Religiosus inuasus possit licite inuadentem se occidere, cum liberum sit illi fuga euadere, quia fuga non esset illi decorosa? Et an Religiosis liceat occidere aliquem pro defensione honoris, vel an teneatur fugere? Et an quis possit occidere Religiosum *inuasorem cum peccato nefando, si aliter non potest se defendere? Et an licitum sit Religioso occidere inuasorem pro defendendis propriis bonis? Et an* Religiosus *teneatur permittere sibi membrum secari, si Medici iudicent necessarium, & Superior id ei præcipiat? Et an Religiosus nolens fugere, si occidat inuasorem, peccet contra iustitiã, ita vt teneatur ad restitutionẽ. Et an* Religiosus *non possit occidere si te peccato minaut.m*

minantem alapam, vel fustis ictum, &c. Et an liceat Religiosis aliquando occidere calumniatorem, crimina grauia de sua Religione spargentem. Idem est de Religioso in singulari. Ex p.5.tr.4.ex ref.1.q.56.17.32.& 49. & in p.8. tr.7.ex ref.49. & 46. & in p.7. tr. 10.ex ref.28. *Quæ nunc inuenientur* in tom.8. tr.5. de Homicidio ref. 1.2. 20.29.57.64.65.3.& 13.

An peccet Prælatus, si alicui dederit licentiam accipiendi particulas aliquarum Reliquiarum? Et an de furtis Religiosorum non sit Philosophandum, vt de cæteris furtis? Et an Religiosi semper peccent venando, & teneantur animalia capta restituere. Ex p.5. tr.5. ex ref.35. & 34. & in p.9. tr.9. ex ref.40. *Quæ hic reperientur* in tom.8.tr.7. de Furto,& Restitutione ref.1.2.& 55.

An Religiosi, qui tenentur progredi in via perfectionis, peccent mortaliter, si nolent obseruare omnes Regulas Religionis, licet non obligent sub mortali. Ex p.3. tr.6. ex ref. 24. *Quæ hic est* in tom.8.tr.10.ref.4.

Nota, quod in tom 9. tr.1. de Immunitate Ecclesiæ, & eius pollutione,& reconciliatione, *sunt multæ difficultates pro Immunitate Ecclesiarum, Monasteriorum,& Grangiarum Regularium, & pro Immunitate Ecclesiæ, qua gaudent ipsimet Regulares, Nouitij, Apostatæ, Moniales, &c. Et pro benedictione, & reconciliatione Ecclesiarum Regularium, quas difficultates ibi inuenies* in ref.8. 10.22.28. 32. 33. 36.37. 38.39. 78. 97.107. & pro pollutione Ecclesiæ à ref. 130. vsque ad ref. 140. & pro reconciliatione facienda signanter à Regularibus in ref.142.143. & 144.

Similiter aduerte, quod in prædicto tom.9. tr. 2. de Immunitate Ecclesiastica, *sunt etiam plures quæstiones pro Immunitate Regularium, & illorum priuilegio fori,& exemptione gabellarum, in quibus etiam agitur de Nonitiis, Hospitibus admissis ad Religionem, & de illis, qui assumpto aliquo Habitu Religioso adhibentur ad seruitia Monialium; Tertiariis,Eremitis,Equitibus Militarium Ordinum, & tandem etiam de conseruatoribus agitur* in ref. 26.37.38.102. 111. 156. 157.& à ref. 162. vsque ad ref.176. inclusiue, & in ref. 220. 230. 262. 263. 264. 269.270. 277.& 315. *& non in aliis supradicti tractatus.*

Quam-nam potestatem habeant Cardinales in suis titulis,quæ sunt Monasteria Regularium? Et an Cardinales Monasteria Monialium ingredi valeant? Et an hoc intelligendum sit de Cardinalibus protectoribus solum? Et an hoc post Bullam Gregorij XIII. possit amplecti? Et an Cardinalis Religiosus statim absoluatur a voto paupertatis, &c. & aliis votis, quæ emittuntur in Religione præter tria substantialia? Et de aliis difficultatibus agitur pro Cardinalibus Religiosis. Et an Episcopus Religiosus, si deponat Habitum suæ Religionis, incidat in excommunicationem? Et an Cardinalis Religiosus possit esse compater in Baptismo, & Confirmatione? Et an in Religione possit in electione aliquis Religiosus suffragium suum negare? Et docetur esse prohibitum ingressum infantium intra septa Monialium. Et an excommunicatio contracta ex fractione Bullæ Pij IV. & Greg. XV. de collationibus, & Scriptionibus vetitis tempore Conclauis, si sit occulta, possit absolui virtute priuilegiorum Regularium? Et docetur, quod confirmatio priuilegiorum facta vni Religioni, valet pro omnibus aliis. Et infertur Corollarium in ordine ad Eminentissimos Cardinales Regulares. Et discutitur, an Episcopus Regularis amittat, nec possit vti priuilegiis, quibus antea cum Religiosis vtebatur; quod idem erit de Religioso ad Cardinalatum assumpto? Ex p.5. tr. 2. ex ref.60.20. 64.65.66. & 67. & in p. 12. tr. 2. ex ref. 13. 16.20.26.27.& 28. *Quæ nunc inuenientur* in tom. 9. tr. 7. de Cardinalibus ref.43. 44. 84.85. 86.87.106.109.113. 119.120. & 111.

An olim aliquando Principes sæculares elegerint Abbatissas, Abbates,& Priores. Ex p.10.tr.1.ex ref.5. & 8. *Quæ hic sunt* in tom.9.tr.9. de prisco more eligendi Episcopos ref. etiam. 5.& 8.



TRACTATVS II.

De Cingulo Militari pro validitate Professionis Equitum Melitensium. p.241.



AN professio N. emissa in Religione Hierosolimitana,non sumpto prius ornamento Cinguli Militaris fuerit inualida? Et infertur, quod quando forma seruanda est in aliquo actu,si deficiat, actus est nullus, & corruit, & ideo forma specifice adimplenda est, & non per æquipolens. Et quæritur, an in Religione Equitum Hierosolimitanorũ sit de forma,vt Miles professionẽ emittens sit ornatus Cingulo Militari? Et quæritur etiam, an Verbum Oportet*, ex sua natura importet necessitatem, & præceptum,vel tantum decentiam,& consilium? Et quid de aliis verbis imperatiuis? Et an forma censeatur inducta à Statuto, si aliquid præter ius commune contineat,vel mandat aliquid facere certo modo? Et an quando lex desiderat actum cum aliqua qualitate, non sufficiat facere actum absque illa qualitate; & ideo actus erit nullus? Et probatur Decretum irritans inducere formam,ita vt actus aliter factus sit omnino nullus. Et an omnis lex quæ inducit solemnitatem aliquã, censenda est habere inclusam in se clausulam Decreti irritantis? Et an actus corruat,quando deficit forma, etiamsi non adsit Decretum irritans? Et asseritur professionem esse nullam ex defectu formæ, etiam absque Decreto irritante. Et docetur, quod si aliquis profitetur in aliqua Religione,& si professionem annullet,non tenetur postea votum simplicis castitatis seruare. Et probatur, quod quando consensus requiritur pro forma, si non currit ante, vel in ipso actu, actus erit nullus, quamuis postea consensus sequatur, vt in alienatione rerum Ecclesiarum,& in licentia, & facultate testandi. Et aduertitur quod professionem nullam non ratificat exercens actus professorum, dum est ignarus causæ suæ professionis. Et quod tunc valet professio tacita, quando à principio ex parte Religionis professio fuit valida, vt si quis, v. g. emitteret professionem ex metu, vel sine voluntate profitendi;tunc tacita professio operatur, & non est opus noua acceptationis ex parte Religionis, secus vero si fuit inualida ex parte profitentis,& Religionis. Et cursim docetur, quod Statuta Religionis confirmata à Papa,dicuntur Statuta Papalia propter illam Papæ confirmationem. Et an si quis emitteret professionem in aliqua Religione si vestibus consuetis, non proinde illa professio esset nulla? Et docetur omnes cæremonias præscriptas in acceptatione professionum Religiosorum esse de substantia valoris. Et tandem quæritur,an quando dubium est, an forma inducta sit substantialis, vel accidentalis, præsumi debet substantialis.* Ex part.10.tract.10. Ref. vnica. *In qua continentur omnes istæ difficultates positæ pro titulo præcitatæ Resolutionis* ibid.



TRACTATVS III.

De paupertate Religiosa super Bullam Clem. VIII. de Largitione munerum. p.249.

1. *AN ista Bulla sit vsu recepta, & adhuc obliget ad sui obligationem.* Ex part.1.tr.6. ref. 1. ibid.
2. *Quod nam sint fines, seu causæ finales huius constitutionis Clem. VIII.* Ex part. 1. tract. 6. resol. 12. ibid.
3. *An ista Bulla Summus Pontifex condat nouum ius circa largitiones munerum Religiosorum.* Ex p.1. tract.6. ref. 2. p.150.

4. *An*

Index Tractatuum,

quam restitutionem? Et notatur, quod si aliquis lucraretur magnam summam pecuniarum a Religioso, possit illam eidem restituere, & non Monasterio. Idem in vtroq; dicendum est de filiofamilias, vxore, &c. Ex p.7. tr.9. res. 15. ibid.

61. *An Religiosus illicite ludēdo si lucretur, teneatur restituere colludenti? Et quæ possit ludere? An possit ludere aliquid manu scriptum, celatum, pictum, vel aliud qualecumque in quod habet dominium, &c. Sed maior difficultas est, si inquires, an qui lucratus est lectionem aliquot Missarum, possit pro illis accipere stipendium, an vero ille, qui perdidit illud accipere debeat? Et notatur posse* Religiosum *dare quacumq; alteri* Religioso *eiusdem Monasterij, quin peccet contra paupertatem, & eum illo concertare de rebus ad vsum concessis, &c.* Ex part.9. tr.6. & Misc.1. res.24. ali. 25. p.274.

62. *[illegible] pacto Religiosus debeat restituere, si absque licentia Superioris bona aliqua sæcularibus donauit, aut in ludis, & cum meretricibus consumpsit.* Ex part.10. tr.12. & Misc.2. res.15. ibid.

63. *Quidam vir Nobilis plura munera ob malum finem Moniali dederat, & aliqua ab ipsa acceperat, queritur, an de istis teneatur ad restitutionem? Et supponitur primo Regularem acquirentem rem illicite acquirere Monasterio. Secundo Regularem non posse expendere nummos in vsus illicitos, & consequenter, qui eos recipit, tenetur ad restitutionem. Et quid est dicendum & faciendum, si bona fide quis recipiat munera à Moniali, vel Religioso dante, credens de illis licite acquirere posse dominium? Et an talis restitutio possit fieri Moniali, vel Religioso danti? Et an si sæcularis daret aliquid Monacho non sibi retinendum, nec ad libitum consummandum, sed dandum fœmina, cum qua ipse Monachus fornicatur, si is de facto illud tradat fœmina, hac non teneatur restituere, cum illud censeatur non accepisse à Monacho, sed ab illo sæculari? Et an quando Prælatus Regularis dat subdito plenam, ac liberam facultatem expendendi aliquid pro suo libito, si ex vsu illicito, vel licito fœmina, vel alius aliquid ab isto recipiat teneatur illud restituere? Et quid, si Prælatus dedit talem facultatem ad vsum illicitum?* Ex p.10. tract.14. & Misc.4. res.4. alias 2. p.275

64. *An Bulla Clem. VIII prohibens Iurisdictionem munerum locum sibi vindicet, si Regularis, vel Monialis det eleemosinam? Ex quo alij casus inferuntur, qui non includuntur in dicta Bulla Clem. VIII.* Ex p.1. tr.6. res.11. p.276.

65. *An Religiosi tempore mortis cum licentia Superioris possint aliquid donare? Et ex doctrina huius Resolutionis infertur, an possit Prælatus dare licentiam Monacho scribenda schedula, qua disponat, quid de suis bonis faciendum sit post mortem eo animo, vt vim habeat testamenti, aut Codicilli ea dispositio? Et notatur, quod potest aliquid relinqui Monacho cum facultate tempore mortis disponendi de eo inter consanguineos, non per testamentum aliquod solemne, sed per electionem personarum, &c.* Ex p.5. tr.3. res.128. ibid.

66. *An Religiosus peccet mortaliter contra votum paupertatis, si recipiat pecunias sæcularium in depositum absq; superioris licentia? Et aduertitur, quod si Religiosus moriatur proprietarius, priuatur Ecclesiastica sepultura. Et quaritur, an si Religiosus, (dummodo non sit Minoreta,) inueniatur mortuus cum bursa denariorum, non sit statim priuandus sepultura Ecclesiastica, quia iura nō priuant officio Altaris talem Monachum viuentem cum peculio, nisi quando prius monitus noluit dimittere? Et docetur, quod Religiosus, casu contingente, supradictum depositum pecuniæ sæcularis non admittat in vim depositi, sed solū in vim cuiusdā familiaris custodiæ, & sic erit immunis à scrupulo. Et an Religiosus recipiens aliquid considerabile à sæculari cū intentione petendi licentiam à superiore, & si non concesserit, illud reddere, cui dedit, peccet mortaliter.* Ex p.10. tr.15. & Misc.5. res.40. ibid.

67. *An Religiosus, qui ex improuiso mortuus inuentus est in cella cum marsupio denariorum, sit priuandus Ecclesiastica sepultura? Et quid, si talis Religiosus sit Minoreta? Et an sit contra votum paupertatis accipere pecunias sæcularium in depositum:* Ex p.4. tr.4. & Misc. res.23. p.277.

Appendix ad alias paucas difficultates pertinentes ad hunc *Tr.3. de Paupertate Religiosa huius tom.7.*

AN *Pontifex possit dispensare cum Regularibus super habenda proprietate?* Ex p.8. tr.1. ex res. 73. *Quæ nunc inuenietur* in t.3. tr.1. de Potestate Pontificis res.78.

An quamuis Superior interdicat eleemosynas largiri, non videatur interdicere moderatas, & consuetas: Et de eleemosynis faciendis à Prioribus Regularibus, Monasteriis, Episcopis Religiosis, Militibus D. Iacobi, Alcantaræ, &c. etiam agitur in Resolutionibus hic assignandis. Ex part.5. tr.8. ex res.32.27.30.33. & in p.4. tr.4. ex res.158. *Quæ hic reperientur* in t.4. tr.7. de Eleemosyna res.33.23.30.32. & 31.

An Cardinales Religiosi statim soluantur à voto paupertatis? Et an Cardinales Religiosi recuperent facultatem testandi, & disponendi de rebus suis, quas ex professione Religionis amiserunt. Ex p.5. tr.2. ex res. 64. alias 65. *Quæ hic sunt* in tom.9. tr.7. de Cardinalibus res.84. & 85.

An Religiosus factus Episcopus sit liber ab obseruatione votorum, & efficiatur Dominus redditum Ecclesiasticorum, & absoluatur à voto paupertatis, & possit libere testari de bonis patrimonialibus, & ex industria acquisitis. Ex p. 5. tr.2. ex res.61. & 50. *Quæ hic sunt supra* in hoc ipsomet tom.7. tr.1. de Regularibus res.26. & 27.

An saltem Religiosus peccet mortaliter ludendo ludis prohibitis, & quid de Religiosis Episcopis: Et an possit lucrari, & perdere notabilem summam cū expressa Superioris licentia? Et in tali casu tam Prælatus, quam Religiosus *an peccent mortaliter? Et an Religiosus possit aliquid ludo exponere?* Ex p.7. tr.9. ex res.4. & 14. *Quæ nunc inuenientur* in tom.6. tr.4. de Ludo res.12. & 13.

An donatio Episcopi Religiosi ad vsus prophanos non solum sit illicita, sed etiam inualida: Et an Superiores Regulares donare possint, & quāta summa à Prælatis Regularibus donari possit: Et an Religiosi subditi donare possint, & quomodo? Et quid de Beneficiario Religioso? Et an donationes Beneficiarij Regularis in vsus prophanos sint inualidæ? Et an Monachi habentes beneficia in perpetuum ad libitum possint dispensare, & disponere de suis fructibus ad libitum, quemadmodum sæculares disponunt de fructibus beneficiorum sæcularium. Et an Monachus, qui fecit professionem, & licite à Religione recedit, recuperet bona Ecclesiæ collata contemplatione ingressus Religionis. Et an accipientes non possint tuta conscientia retinere, quæ acceperunt indebite à Beneficiario Religioso? Et an Capucini, Minores, & PP. Societatis IESV possint succedere ab intestato? Et an donatio facta supradictis Religionibus, vel alicui Religioso particulari, non sit irrita, si facta sit per modū legati? Et an Commendatarius possit in suam concubinā facere donationem? Ex p.8. tr.6. ex res.132.12.134.133.86.104. & 83. *Quæ hic reperientur* in tom.6. tr.7. de Donationibus res.9. 8. 7. 10.76.124. & 143.



TRACTATVS IV.

De Correctione fraterna pag.278.

1. QVOTVPLEX *sit Correctio.* Ex p.7. tr.3. res.1. ibid.

2. Ad quam virtutem spectet correctio fraterna? Ex p.7. tr.3. res.2. p.279

3. *An detur præceptum de correctione fraterna?* Ex p.7. tr.3. res.3. ibid.

4. *An hoc præceptum obliget sub mortali? Et notatur, quod quamuis omissio correctionis de mortalibus*

35. An

Appendix ad alias paucas quæstiones, quæ simul pertinent ad hunc *tract. 4. de Correctione fraterna huius tom.7.*

TRACTATVS. V.

De Scandalo p.325.

Patriæ, & absque vlla mala intentione. Ex p.5.tr.7.ref.31. ibid.

11. An vbi adest consuetudo, quod mulieres incedant pectore nudato, hoc nō obstāte peccent mortaliter? Et an Principes, & Episcopi sub peccato mortali teneantur talem consuetudinem stirpare, & an tales fœminæ à Sacra Synaxi repellendæ sint? Et an mulier ita superflue ornata, & potissimū nudans pectora, & si nolet ornatum deponere, possit nihilominus absolui in confessione? Et an in hac insueta pectoris fœminæ nuditate possit dari leuitas materiæ? Et notatur ornatum mulierum superfluum, & immoderatum esse illicitum, sed aliquando cum peccato veniali, aliquando vero cum mortali. Et an excessus ornamentorum immoderatus in pretio sit peccatum lethale? Et an saltem peccent mortaliter fœminæ vtendo vestibus pretiosis, & odoriferis? Idem est dicendum de ornamento superfluo, & immoderato virorum. Et tandem quæritur, an semper peccent mortaliter fœminæ, si incedant, pectore nudato, vbi non est talis mos incedendi. Ex p.10.tr.12.& Misc.2.ref.30.p.332.

12. An fœmina Nobilis possit Choreas ducere, si timeat aliquem in particulari arrepturum occasionem peccandi. Ex p.5. tr.7.ref.25. p.335.

13. An sit licitum fœminis vti vestibus virorum? Et quid è contra. Ex p.5.tr.7. ref.32. ibid.

14. An sit licitum in diebus festis occupare puellas in faciendis recamaturis? Ex quo deducitur, an pictura sit opus seruile. Ex p.6.tr.6. & Misc.1. ref.15. ibid.

15. An sit peccatum mortale, si in omnibus festiuis diebus, quis exerceat v.g. per mediam horam opus seruile. Et explanatur, si aliquis singulis diebus festiuis laboret per spatium duarum horarum, non peccare mortaliter. Et similiter notatur non esse peccatum mortale, si quis efficiat, vt multi eodem die, vel diuersis festiuis magna parte temporis laborent, si omnium labor vniatur, & singuli tantum modico tempore. Et an si quis distinctis vicibus eodemmet festiuo die seruilia exerceat ita vt in singulis vicibus parum temporis insumat, & totum tempus sit notabile, peccet mortaliter? Et an qui Templorum parietes tapetibus, & auleis ornant, possint hanc autem exercere in diebus festis sine peccato mortali? Et an puella laborans in diebus festis ad euitandum otium excusetur à peccato. Ex p.3.tr.5.& Misc. 1.ref.8. p.336.

16. An Agasones, seu Muliones possint cum bestiis, aut rhedis oneratis iter inchoare in diebus festis? Et an qui per duas horas laborant in diebus festis, excusentur à peccato mortali ratione paruitatis materiæ. Ex p.2. tr.15.& Misc.1.ref.36. ibid.

17. An in diebus festis detur paruitas materiæ in ordine ad opera seruilia? Et an vendere calceos, vel alia huiusmodi in diebus festis sit materia grauis ad peccatum? Et quid est dicendum, si res vendita esset magni momenti, & venditio aliqua solemnitate celebretur, etiam si breui tempore fiat, an sit hoc peccatum mortale, quod à fortiori militat in quolibet actu iudicij. Ex p.5. tr.5. ref.6. p.337.

18. An piscatio, aucupatio, & venatio sint licita in diebus festis? Et an iter agere sit opus seruile siue pedibus, siue equo fiat? Et an ex consuetudine viatores excusentur à peccato? Et notatur, quod non sunt opera seruilia quædam agitationes corporis, quæ in saltationibus, choreis, & tripudiis consistunt, vnde talia opera sunt licita in diebus festis non ratione consuetudinis, sed quia per se opera liberalia sunt. Ex p.4.tr.4.& Misc. ref.221.ibid.

19. An Magistri artis digladiatoriæ, vulgo dicti Schermidori, possint illam docere in diebus festiuis. Ex p.4.tr.4. & Misc. ref.250.ibid.

20. An Typographiam, & picturam in diebus festiuis exercere sit licitum? Et notatur sartores in diebus festis conficientes vestes pro aliquo funere, &c. & tonsores condentes, & puellas, & domicellas consuentes, vel alio modo laborantes non peccare. Et an iuramenta iudicialia sint prohibita in die festo. Ex p.4.tr.4.& Misc.ref.62. p.338.

21. Solent Rustici inter se in diebus festiuis, vel cum Dominis celebrare contractus, quæritur, an Notarij, & ipsi contrahentes sine peccato possint hoc facere? Item quæritur, an vsus tonsorum sit licitus, qui festiuis diebus tondent omnes, qui ad frontinam accedunt? Et notatur, quod Summus Pontifex indulsit in die festo piscationem halecum, quæ vno anni tempore transire solent. Et an similiter idem dicendum erit de piscatione aliorum piscium, qui simili modo certo anni tempore concurrunt. Et an etiam idem dicendum erit de quouis alio lucro transitorio, quomodolibet repente occurrente. Ex p.2.tr.15.& Misc.1.ref.34.ibid.

22. Notarij, commissarij, & alij Officiales Curiæ an possint in diebus festis acta transcribere? Idem quæritur de illis, qui sermones Prædicatorum, & allegationes Doctorum, vt vulgo dicitur, pro mercede copiant. Ex p.2.tr.15.& Misc.1.ref.35. p.339.

23. An propter pietatem licita sint opera seruilia in diebus festis. Ex p.4.tr.4. & Misc. ref.177. ibid.

24. An sit licitum in diebus festis computare cum operariis eorum mercedem, & soluere? Et an qui ex pietate laborant in gratiam Templi, & loci pij in diebus festis excusentur à peccato. Ex p.5. tr.13.& Misc. 1. ref. 83. p.340.

25. An repræsentationes sacræ possint fieri in Ecclesiis. Et notatur aliquos Episcopos prohibuisse dictas repræsentationes nullibi fieri posse absque eorum expressa licentia. Ex p.4.tr. 4 & Misc.ref.148.ibid.

26. Pluries à nonnullis confessariis quæsitus fui, an comediis interesse tam quoad Clericos, quam quoad sæculares, cessante scandalo, sit peccatum mortale? Idem dicendum est de illis, qui legunt libros, in quibus res turpes, & facinora repræsentantur. Ex p.2.tr.17.& Misc.3.ref.35.ibid.

27. An audientes comedias peccent saltem mortaliter, quia ex eorum stipendiis aluntur hystriones, qui peccant, (vt suppono,) lascinas comedias repræsentando? Ex p. 5. tr. 13, & Misc.1. ref.81. ibid.

28. An audientes comedias obscœnas, si non peccent mortaliter ratione periculi, peccent tamen peccato scandali, quatenus sua præsentia, & pecunia excitant hystriones ad recitandum? Et notatur nullum posse absque peccato scandali alios inuitare ad comedias, vel amatorias, vel quibus inhonesta Choria, & cantinelæ inseruntur, &c. Ex p.11.tr.5.& Misc.5. ref.52. p.341.

29. An Magistratus permittendo recitationem comediarum peccent mortaliter. Ex p.5. tr.13.& Misc.1. ref.82. p.342.

30. An aliquando quis non teneatur salutare inimicum, & possit ei mortem desiderare. Ex p.5.tr.13.& Misc.1. ref.89. ibid.

31. An quis teneatur alloqui, salutare, resalutare, & familiaritem cum inimico habere, vel alia signa amicitiæ ei ostendere, si ille hæc omnia procuret. Ex p.2.tr.15.& Misc.1.ref.62.ib.

32. An si quis obiiciat alicui verum crimen occultum, possit illi respondere Mentiris? Et an sit licitū contumeliose obiicere alia crimina, ex quibus adstantes facile credant illum esse mendacem? Et docetur licere defensionem aduersus obiicientem crimen verum occultum, non obstante eius morte. Ex p.5. tr.13.& Misc.1.ref.26.p.343.

33. Vtrum liceat respondere iniurianti, Mentiris. Ex p.6.tr.6. & Misc.1. ref.16. ibid.

34. An licitum sit suadere minus malum ad euitandum maius? Et an hoc intelligatur in volente adulterium committere, suadere, vt cum tertia persona fornicetur? Et volenti furari Petro 100. aureos, consulere, v.g. vt furetur 50. Paulo? Et an quis possit suadere furi volenti furari Petro 100. & simul 50. Paulo, vt furetur 50. Paulo. Ex p.3. tr.5. & Misc.1. ref.37. p.344.

35. An sit licitum sine peccato scandali consulere minus malum ei, qui paratus non erat illud efficere. Ex p.5.tr.7. ref. 18. ibid.

36. An sit licitum volenti subripere nummos pauperi consulere, vt à diuite subripiat, determinando etiam personam? Et an teneatur ratione huius consilij restituere, si furtum alicui factum sit? Et quid in dicto casu, si persona diues furanda non determinaretur, an in tali casu, qui dederit consilium

---

Appendix ad cæteras alias quæstiones, pertinentes simul *ad hunc tract. 5. de Scandalo huius tom. 7.*

TRACTA

TRACTATVS VI.

De Comitiis, seu Parlamento Regni Siciliæ, & Neapolis. Sed aduerte, obsecro, amice Lector, quod multæ Ref. huius Tractatus deseruient non solum pro isto Tract. de Parlamento, sed etiam mutatis mutandis pro aliis similibus casibus sæpius occurrentibus in omnibus, & singulis aliis Communitatibus, Capitulis, Congregationibus, Collegiis, & Vniuersitatibus p.371.

TRACTATVS VII.

De Bello, & de aliquibus restitutionibus propter illud. Atque de prohibitione, ne Clerici, Episcopi, & Cardinales præsint Exercitibus. Et de Potestate, aut Iurisdictione Ecclesiastica, & quasi Episcopali Vicarij Generalis Exercitus etiam agitur. p.384.

26. *An*

Appendix ad alias paucas quæstiones pertinentes ad hunc *tract.7. de Bello huius tom.7.*

semetipsum tradere Tyranno id postulant i, pro salute Patriæ? Et an ab ipsa Republica id possit præcipi, & si ipse innocens resistat, possit ab ipsa Republica occidi? Et an si inuasus sit Miles, possit in foro conscientiæ occidere inuasorem. Ex p.5.tr.4.ex ref.15.23. & 9. *Quæ hic reperietur* in tom.8.tr.5. de Homicidio ref. 38.39.& 2.

An in obsidione alicuius ciuitatis licitum sit vesci carnibus humanis, quando alius cibus non est: Et an Christiani mācipia Infidelium possint remigare in eorum triremibus, vel eis alia obsequia ministrare in bello contra Christianos. Ex p.3.tr.6. ex ref.48. & in p.7.tr.7. ex ref.57.alias 58. *Quæ hic sunt supra* in hoc ipsomet tom. 7. tr. 5. de Scandalo ref.76. & 75.

Quibus modis quis efficiatur seruus; & primo an iure belli, &c. Ex p.7.tr.7. ex ref.5. *Quæ hic est infra* in proximo seq.tract.de Seruis ref.etiam 5.

An si mutus, & surdus sit Miles possit testari saltem ad pias causas. Ex p.5. tr. 6. ex ref. 23. *Quæ nunc inuenietur* in tom.6. tr.8. de Testamentis ref.16.

Nota, quod in prædicto tom.6. & tr.8. de Testamentis à ref. 68.vsq; ad ref.89.*inclusiue omnes sunt pro testamētis Militum; ideo si ita casus mistus occurrerit illum in præcitatis resolutionibus inuenies, & nō in aliis supradictis tractatus.*

An incidant in censuram Bullæ Cœnæ deferentibus Infidelibus pecunias, merces, & victualia tempore belli? Ex quo deducuntur alij diuersi casus, qui contingere possunt in bello pro prædicta censura, vel si aliquis reuelet, vel narret Infidelibus secretum, & consilia Reipublicæ *Christianæ, & Regis Catholici, &c. Et an deferre arma Infidelibus, & instrumenta bellica sit prohibitum.* Ex p.9. tr.7. ex ref.16. & in p. 5. tr.13.ex ref.14.15.& 13. *Quæ nunc inuenientur* in tom.5. tr.1.de Excommunicatione ref.45.47.46. & 48.

De transferentibus arma, equos, &c. in terris Infidelium, & de pœnis, quibus puniuntur in S. Officio, si animo adiuuandi Infideles, & Hæreticos in bello ad expugnandum Christianos hoc fecerint, & secus si lucrandi, & negotiandi causa hoc egerint. Et an contra supradictos Inquisitores procedere possunt. Ex p.4.tr.7.ex ref.19. *Quæ hic reperietur* in tom.5.tr.11.de Pœnis S.Inquisitionis ref.etiam 19.

An Clericus in bello iusto si incitet ad aliquem determinate occidendum, sit irregularis? Et an Clerici, qui in graui necessitate pugnant in bello, incurrant irregularitatem? Et quid est sentiendum de Clericis ex licentia Summi Pontificis bello assistentibus? Et an qui vendit arma, vel tribuit, aut mutuat illa ad bellum iustum incurrat irregularitatem? Et quid? si præbeat arma offensiua in ipso conflictu belli, & quamuis sit Clericus in Sacris? Et an Milites *pugnando in bello iniusto, si aliquem non occidant, remaneant tamen irregulares? Et quid de custodientibus pugnantium sarcinas? Et an militantes in bello iusto aggressiuo fiant irregulares, quamuis suis manibus sanguinem non fundant, si alij mutilant, vel occidunt? Et an Milites in bello iusto, si occidant alios ad defendendam propriam vitam cum moderamine inculpatæ tutelæ incurrant irregularitatem? Et quid est dicendum de mandantibus, cooperantibus, animantibus, vel subministrantibus arma, &c. si bellum iustum sit aggressiuum? Et an qui pugnant in bello iusto, si dubitant, an occiderint, vel mutilauerint, debeant se iudicare irregulares? Et an* Clericus *incurrat irregularitatem, si existens in exercitu det causam propinquam, horteturque non solum ad fortiter agendum, sed etiam ad occidendum, modo non hortetur, vt occidat hunc hostem in particulari? Et docetur posse Clericum esse à Conciliis rerum bellicarum, sed cum aliquibus circunstantiis. Et an Clerici pugnantes, & percutientes in bello, dummodo aliquem non occidant, aut deformident, sint irregulares.* Ex p. 5. tr. 14. ex ref.98. & in p.6. tr.4.ex ref.38. & in p.4.tr.2. ex ref.28.27. 29. 30. & 52. & in p.3. tr.5. ex ref.72.& in p.11.tr.8.ex ref.42. *Quæ hic sunt* in tom.5.tr.5.de Irregularitate ref.91.93.97. 99. 100.101.103.102. & 109.

An Episcopus possit dispensare vigore Concilij Tridentini in irregularitate contracta ex homicidio in bello iniusto, & maxime cum Clericis in Sacris constitutis, ne mendicare cogantur? Et quid, quoad beneficium obtinendum? Idem est de Prælatis Regularium habentibus priuilegium. Ex p. 7. tr.2. ex ref.27. & in p.4.tr.2. ex ref. 100. *Quæ nunc inuenientur* in tom. 3.tr.3.de Episcopis ref.39. & 50.

An quando commutantur vota per Bullam Cruciatæ non solum vota diuitum, sed etiam pauperum commutanda sint in temporale aliquid belli subsidium per eleemosynam? Et an qui ad bellum pergunt, possint lucrari Indulgentiam plenariam per Bullam Cruciatæ toties, quoties peccauerint, & confessi fuerint. Ex p.1.tr.11.ex ref.21.& 109. *Quæ hic reperientur* in tom.4.tr.3.de Bulla Cruciatæ ref.76.& 154.

An possit absolui à quocumque Sacerdote ab omnibus reseruatis, & censuris, qui coactus bellum aggreditur, & secus si ex voluntate propria id faceret. Ex p.5.tr.3. ex ref. 59. *Quæ hic est* in tom.1.tr.5. ref.39.



TRACTATVS VIII.

De Seruis, & Mancipiis.

1. *QVO iure sit seruitus introducta.* Ex p.7 tr.7. ref.1. p.427.
2. *Quid sit seruitus.* Ex p.7.tract.7. ref.2. p.428.
3. *Vnde veniat origo vocabuli seruorum, & mancipiorum.* Ex p.7. tr.7. ref.3. p.429.
4. *Quamnam potestatem habeant Domini in seruos. Et an liceat Domino seruum suum pro arbitrio quam pecudum occidere? Et adducitur eandem olim fuisse Patrum quoque in filiosfamilias potestatem.* Ex p.7.tr.7.ref.4. ibid.
5. *Quibus modis quis efficiatur seruus, & primo, an iure belli? Et an fas sit Christianis, qui bellum iustum cum Christianis gerunt, Christianos bello acceptos detinere, non vt seruos, sed vt ab illis, dum detinentur, sint securi & tuti, & vt pecuniam aliquam iustam, & moderatam pro eorum libertate, & dimissione accipiant.* Ex p.7.tr.7. ref.5. ibid.
6. *An quis efficiatur seruus ob delictū.* Ex p.7.tr.7.ref.6.p.430.
7. *An quis efficiatur seruus titulo vēditionis? Et an liceat emere eum, qui se egestatis causa vendit.* Ex p.7.tr.7.ref.7. ibid.
8. *An sit licita emptio mancipiorum Æthiopum fieri solita ab aliquibus in Angola, Guinea, & viridi Promontorio? Et docetur posse Parētes in necessitate constitutos filios vēdere. Imo posse quemquam se ipsum vendere in eandem grauem necessitatē constitutum* Ex p.7.tr.7.ref.71.alias 70. p.431.
9. *An Pater, aut Mater in necessitate constituti possint vēdere filium, aut permutare, vel alio quocumque contractu filiū alienare? Et quid, si filius sit coniugatus, emancipatus, Sacris Ordinibus initiatus, aut Clericus? Et vtrum, si occurrat æqualis Patris necessitas cum nimia paupertate, & egestate, aut etiam maior, vt si in seruitutem sit redigendus, aut occidendus, vel mutilandus, nisi filium vendat fas sit Patri filium vendere? Et an in supradictis casibus, deueniente postea Patre in pinguiorem fortunam, cogi possit, vt filium, quem ita vendidit redimat.* Ex p.7.tr.7.ref.8.p.432.
10. *An in extrema necessitate non solum Pater, sed etiā Mater possit vendere, aut donare, vel permutare filium? Et supponitur, quod homo liber vendi non potest.* Ex p.9.tr.7. & Misc.2. ref.27. p.433.
11. *An quis ratione natiuitatis efficiatur seruus?* Et *an possint fugere, qui à se, vel à Parentibus legitime sunt venditi, vel in pœnam criminum iuste ad seruitutem sunt condemnati? Eandem conditionem subdit proles, quam mater.* Et *an peccet, qui consilium seruis ad fugam dedit? Et an teneatur ad restitutionem totius damni inde sequuti.* Ex p. 7. tr. 7. ref.9. ibid.
12. *An serui capti in bello iusto tam inter Infideles, quam inter Christianos possint licite fugere ad suos, vel ad alia Regna, vel peccent, & teneantur seipsos restituere. Idem dicendum*

intolerabilibus. Ex part. 7. tract. 7. resf. 48. alias. 47. ibid.

43. *An Domini propter nimiam sæuitiam cogendi sint seruos vendere.* Ex p. 7. tr. 7. resf. 65. alias 64. ibid.

44. *An licite Dominus aliquando possit alimenta seruis denegare.* Ex p. 7. tr. 7. resf. 47. alias 46. p. 448.

45. *An serui, & ancillæ peccent, si cibos communes ex domo Heri ad comedendum accipiant, vt furta esculentorum, & poculentorum, etiamsi sensim perueniant ad notabilem quantitatem, vt ipsimet consumant; secus vero vt vendant? Et si furta sint præter esculenta, an serui, siue mancipia peccent mortaliter, & teneantur ad restitutionem.* Ex p. 7. tr. 7. resf. 28. ibid.

46. *An serui in casu æqualis necessitatis possint alimenta potius sibi, quam Dominis ministrare? Et quid est dicendum, si daretur casus, in quo salus, & vita Domini esset Christiano populo, vel alicui Reipublicæ necessaria, & salus & vita serui minime.* Ex p. 7. tr. 7. resf. 67. alias 66. ibid.

47. *An serui possint parare mensam, & ministrare cibos Dominis in die ieiunij.* Ex p. 7. tr. 7. resf. 58. alias 57. p. 449.

48. *An licitum sit Dominis offerre carnes seruis infidelibus in die ieiunij, vel illis imponere opera seruilia in diebus festis.* Ex p. 7. tr. 7. resf. 59. alias 58. ibid.

49. *An Dominus licite possit imponere seruo infideli, vt opera seruilia exerceat in diebus festis? Idem est dicendum de perpetuo amentibus. Et docetur Paganis, & perpetuo amentibus fas esse ministrare carnes diebus ieiunij, quia nulla lege Ecclesiastica obligantur.* Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. resf. 7. ibid.

50. *An serui, & famuli possint licite obedire Dominis, si præcipiant ne audiant Missam, vel laborent in diebus festis?* Ex p. 7. tr. 7. resf. 53. alias 52. p. 450.

51. *Serui in quibus non teneantur obedire Dominis.* Ex p. 7. tr. 7. resf. 49. alias 48. ibid.

52. *An Christiani Infidelium serui possint licite obsequium præstare Dominis, quando intrant in Templum Idolorũ? Et an ancilla Christiana à Paganis capta possit genua flectere vna cum Domina in Templo Idolorum genua flectente, & sese prosternente.* Ex p. 7. tr. 7. resf. 56. alias 55. ibid.

53. *An serui teneantur defendere vitam Dominorum cum periculo vitæ.* Ex p. 7. tr. 7. resf. 50. alias 49. p. 451.

54. *An serui valide possint emittere vota.* Ex p. 7. tr. 7. resf. 25. ibid.

55. *An valeat votum seruorum collatum ad tempus libertatis? Es an prædictum votum possit irritari à Dominis? Et an valeat contractus seruorum collatum ad tempus libertatis? Et omnia supradicta exponuntur etiam pro votis vxoris, & impuberum collatis ad tempus libertatis, & pubertatis.* Ex p. 7. tr. 7. resf. 26. ibid.

56. *An Domini possint irritare vota seruorum? Et quid, si votum sit audiendi Missam, ieiunandi, communicandi, &c. Et quid de voto seruandæ Castitatis? De votis vero ante seruitutem emissis, an Domini possint suspendere eorum executionem? Et obseruatur vxorem non posse serui vota irritare, nisi spectet ad eius bona paraphernalia. Et notatur posse Dominum serui impuberis Parentibus orbati omnia illius Vota irritare, quod est valde notandum.* Ex p. 7. tr. 7. resf. 27. p. 452.

57. *An serui possint valide & licite matrimoniũ contrahere. Et an peccet Dominus, si prohibere intentet seruo suo, ne ineat matrimoniũ, vel conetur impedire, aut supplicio afficiat seruum ob contractũ matrimoniũ? Et an Dominus post promissionem, & sponsalia serui non possit amandare, vel vendere illum in aliam regionem.* Ex p. 7. tr. 7. resf. 36. ibid.

58. *An serui matrimonio copulati possint licite vendi? Et an vxor serui teneatur eum sequi in longinquam regionem ablegatum.* Ex p. 7. tr. 7. resf. 37. p. 453.

59. *An seruus teneatur magis seruire Domino, quam vxori?* Ex p. 7. tr. 7. resf. 38. ibid.

60. *An seruus possit dare mutuo.* Ex p. 7. tr. 7. resf. 23. ibid.

61. *An serui valide contrahant, & obligentur? Et quid, si seruus promisit pecuniam pro libertate Domino, an tunc concedatur actio aduersus illum? Eodem modo, si pactum fuit inter seruum, & Dominum, & propter pecuniam illum manumitteret, & seruus soluit pecuniam, seruus actionem contra Dominum, vt se manumittat, & alij diuersi casus adducuntur, & explanantur pro praxi supradictarum quæstionum.* Ex p. 7. tr. 7. resf. 24. p. 454.

62. *An serui possint esse testes.* Ex p. 7. tr. 7. resf. 72. alias 71. ibid.

63. *An serui possint testamentum facere? Et an mancipia, & Christiani captiui à Turcis, possint etiam in statu, & loco captiuitatis, testamentum facere.* Ex p. 7. tr. 7. resf. 51. alias 50. ibid.

64. *An serui, inuitis Dominis possint eligere sepulturam? Et an Dominus teneatur facere expensas circa funus serui? Et an pro seruo tamen impubere Dominus possit eligere sepulturam? Quod idem dicendum est de seruo pubere, si puber seruus illam non elegit.* Ex p. 7. tr. 7. resf. 75. alias 74. ibid.

65. *An licitum sit se exponere ludo cum periculo manendi mancipium in triremibus.* Ex p. 7 tr. 7. resf. 43. p. 455.

66. *An serui possint à Dominis castrari ad suauitatem vocis conseruandam, si ipsi consentiant? Et an liceat alicui non seruo ad vocis suauitatem conseruandam hoc permittere, vel Parentibus maxime etiam pauperibus liceat ad lucrum comparandum castrare filios suos.* Ex p. 7. tr. 7. resf. 64. alias 63. ibid.

67. *An Dominus teneatur resarcire damnum à seruis illatum. Et an ista obligatio liget in foro conscientiæ, vel solum post iudicis condemnationem.* Ex p. 7 tr. 7. resf. 74. alias 73. ibid.

Appendix ad alias difficultates simul pertinentes *ad hunc Tract. 8. de Seruis huius tom. 7.*

AN in mortis articulo filij Infidelium sint inuitis Parentibus, baptizandi? Et an secluso mortis periculo sit licitum, inuitis Parentibus, baptizari à Dominis filios seruorum Infidelium? Et an Domini teneantur hoc facere sub peccato mortali in casibus, quibus licitum est baptizare filios Infidelium, non separando eos à Parentibus? Et an filij Infidelium post septennnium, si sit dubium, necne, rationis compotes sint, sint inutilis Parentibus, baptizandi? Et an infantes baptizatorum, quamuis Hæreticorum, & Apostatarum valide possint, inuitis Parentibus, baptizari? Et an quando baptizatur filius infidelium Parentum, Minister baptizans, & tenens contrahat cognationem spiritualem cum his Parentibus non baptizatis. Ex p. 5. tr. 3. ex resf. 10. & in p. 2. tr. 15. ex resf. 45. & ex p. 3. tr. 4. ex resf. 1. & in p. 7. tr. 7. ex resf. 68. 69. & 70. alias 67. 68. & 69. & in præcitata part. 7. tr. 11. ex resf 40. & in p 9. tr. 7. ex resf. 51. *Quæ nunc inuenientur* in tom. 1. tr. 1. De Baptismo resf. 86. 87. 90. 88. 89. 91. 92. & 94.

An Christiani serui infidelium, si tempore Paschatis non habeant copiam Confessarij, teneantur elicere actum contritionis de peccatis mortalibus perpetratis. Ex p. 7. tr. 7. ex resf. 63. alias 62. *Quæ hic reperietur* in tom. 1. tr. 3. de Pœnitentia resf. 82.

An Dominus peccans cum seruo, vel serua infideli teneatur in confessione hanc circunstantiam explicare? Et quid, si copulam sodomiticam habeat cum Infideli, vel Hæretica. Ex p. 7. tr. 7. ex resf. 73. alias 72. & in p. 9. tr. 9. ex resf. 3. *Quæ hic sunt* in tom. 1. tr. 7. de circunstantiis resf. 127. & 128.

An serui sint irregulares, & quid faciendum si Episcopus alterius seruum ordinet, absente, vel contradicente Domino. Ex p. 7. tr. 7. ex resf. 54. alias 53. *Quæ nunc inuenietur* in tom. 5. tr. 5. de Irregularitate resf. 57.

An confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare votum Castitatis, seu Religionis emissum à seruo sine licentia Domini? Et an Dominus possit talia vota irritare. Ex p. 1. tr. 11. ex resf. 84. *Quæ hic reperietur* in tom. 4. tr. 3. de Bulla Cruciatæ resf. 106.

An Dominus teneatur compellere seruos ad ieiunia seruanda.

TRACTATVS I.



TRACTATVS PRIMVS DE DVBIIS REGVLARIVM.



RESOLVTIO PRIMA.

An Cardinales, vel quiuis alius non expresſè profeſſus in Religione, ſit eligibilis in Generalem alicuius Religionis ſine authoritate Pontificis?

Et docetur abſque authoritate Pontificis aliquem non poſſe eligi in Prælaturam Regularem, niſi expresſè in illa Religione emiſerit profeſſionem: ita vt ſi dignus non inueniatur in Religione, non poteſt eligi in Superiorem profeſſus alterius Religionis.

Et notatur, quod electio facta in Eccleſia Regulari de non profeſſo venit irritanda, conſuetudine non obſtante contraria, & quod hodie eſt ipſo iure nulla.

Et aduertitur non poſſe Prælatum Regularem ſubiicere ſubditum ſuum Epiſcopo in foro conſcientiæ, & multo minus in loco externo, & contentioſo. Expart.9.tr.9. & Miſcell.4.Rel.63. alias 62.

§.1. HANC quæſtionem à nemine, quod ſciam, in terminis vidi pertractatam: ſed noſtris ærumnoſis temporibus illam vidimus non ſine omnium admiratione in praxi poſitam: nam Patres Religionis N. elegerunt in ſuum Generalem Cardinalem N. Tunc quæſitus fui de huiuſmodi electione iudicium meum proferre; Ideò more meo clarè, & reſolutoriè,

2. Aſſero primò, dictam electionem fuiſſe illicitam, vt patet ex toto Titulo *de elect. lib. 1. Decretalium*, & præſertim ex *cap. Cauſam*, *cap. Officij*, *c. In magiſtrum*, & *cap. Cùm ad noſtram*, & docet Gloſſa *in cap. Presbyteros*, 16. *q.*1. *verſ. Abbatem.* Facit etiam *Clement.*1. *de ſtatu Monachorum, &c. In noua*, 16.*q.*7. cum Concil. Trid. *ſeſſ.*14. *cap.*10. & *ſeſſ.*25. *c.*21. & communiter Doctores, vt Vallenſis Paratitla *in Decretal. lib.*1.*tit.*6. *num.*12. Toloſanus *de elect. cap.*10. *num* 7. Sylueſter *ver. elect.*1. *quæſt.*13. Caſtellinus *de elect. c.*20. *num.*1. Lauorius vbi infrà, Layman *in qq. Can. de Pral. Eccleſ. cap.*16. *quæſt.*193. Lezzana *in ſumma qq. Regul. tom.*1. *cap.*15. *num.*25. & *cap.*18. *num.*5. Zipæus *in Analyt. Iur. Pont. lib.*1. *tit. de electione, numer.*8. & alij penès ipſos, aſſerentes, abſque auctoritate Sedis Apoſtolicæ, aliquem non poſſe eligi ad Prælaturam Regularium, niſi expresſè in illa Religione emiſerit Profeſſionem. Quod certum eſſe, ex obligatione iuris poſitiui, ſtantibus ſupracitatis textibus, obſeruat, & docet Suarez *de Religione, tom.*4. *lib.*2. *cap.*3. *num.*8. & *ſeqq.* quicquid ſit de obligatione iuris naturalis, quod voluit Miranda *in Manuali tom.*2. *q.*3. *art.*4. Et rectè quidem hoc fuit determinatum à Sacris Canonibus, quia non Profeſſus non poteſt habere experimentum diſciplinæ Regularis, & Regiminis. Vide etiam alias rationes apud Gonzalez *in Regul.*8. *Cancel. gloſ.*8. *num.*78. vbi adducit declarationem Sacræ Congregationis Concilij ſub die 12. Decembris 1585. aſſerentis, Abbatias, & beneficia adminiſtrationem habentia, nonniſi Profeſſis, iuxta Canones, conferri poſſe. Quod adeo verum eſt, vt Suarez *vbi ſupra num.*11. Bononia *num.*4. aſſeruerint, etiam ſi dignus non inueniatur in Religione, abſque auctoritate Summi Pontificis, non poſſe eligi in Superiorem Profeſſum alterius Religionis. Dicendum eſt igitur, dictam electionem fuiſſe illicitam. Sed difficultas eſt, an fuerit inualida. Ideò,

3. Aſſero ſecundò dictam electionem, non ſolùm illicitam, ſed etiam inualidam fuiſſe, vt patet expresſè ex *cap. Nullus, de elect. in* 6. & ex *Clemen.*1. *eodem titulo, & lib.* vnde Panormitanus *in cap. cauſam, n.*6. ſic ait: Nota quòd electio facta in Eccleſia Regulari de non Profeſſo, venit irritanda, conſuetudine contraria non obſtante. Hodie verò eſt ipſo iure nulla, per *cap. Nullus, de elect. in* 6. Sic ille. Imò Suarez contra ipſum putat, vbi ſupra n.9. etiam ex iuribus antiquis ante *cap. Nullus*, dictam electionem fuiſſe nullam. Quod etiam docet Gloſſa, *in cap. Cùm cauſam de elect.* citans cap. *Abbatem*, &c. *Quamuis* 18. *q.*2. Et ratio eſt, quia conditio Profeſſionis eſt ita neceſſaria, vt ſine illa electus eſſet inhabilis; quia illa conditio ponitur tanquam de forma ſubſtantiali electionis, & neceſſaria, tam ex parte eligentium, quàm ex parte electorum, vt infra probabitur. Ergo, &c. Hanc ſententiam docet etiam Lauorius *in var. Elucubrat. titul.*4. *cap.*16. *num.*127. Caſtellinus *de elect. c.*20. *num.*1. citans Abbatem; quibus adde Mirandam *vbi ſupra*, & *q.*23. *art.*11. *concl.*4. Samuelem, *in diſp. de elect. tract.*2. *contr.*1. *concl.*3. *num.*5. Layman. *in qq. can. de Pral. Eccl. cap.*16. *q.*189. Bononiam, *tract. de elect. par.*2. *c.*5. in meo Codice *dub.*87. *num.*4. Ricciu*m*, *in praxi tom.*4. *reſ.*136. *num.*5. cum aliis penès ipſos. Et ita firmauit Sacra Rota in vna Vrgellenſi Abbatiæ die 26 Mercurij 1583. coram Seraphino *tom.*1. *dec.* 647. *num.*1. vbi ſic habetur. Fuit reſolutum pro nullitate electionis Franciſci, ſine aliqua difficultate, quia non erat expresſè Profeſſus. *cap. Nullus, de elect. in* 6. Ita Sacra Rota.

4. Nec obſtat primò, quòd *c. Nullus, & Clement.* 1. loquuntur de tacito, vel expresſè Profeſſo, & non de nullo modo Profeſſo, ergo cù verſemur in odioſis,

& pœnalibus, textus ille non est extendendus præter casum expressum. Respondeo: Nos non versari in odiosis, sed in fauoralibus, cùm determinationes illæ Pontificiæ, latæ in fauorem Religionum propter earum bonam gubernationem; non enim, vt dicunt Canones, conueniens erat ad Regimen Religionis illum eligi, qui nullam haberet cognitionem de statu, & obseruantia Regulari. Adde, quòd dato, & non concesso, quòd versaremur in odiosis, & pœnalibus, tamen lex pœnalis ex identitate, vel paritate rationis, extenditur ad eos casus, causas, & personas, in quibus eadem, vel par obtineat ratio. Communis est Doctorum sententia, Daniel Mollarus, *in Comment. ad constit. elect. Saxonic.* 41. *numer.* 10. *&* 11. *par.*4. Portel. *in Respons. Regul. tom.*2. *casu* 30. *n.*2. 3.4. Cardinalis Tuschus *concl. pract.*31. *n.*38. *tom.*6. Ioan. Petrus Surdus *decision. Mantuan.*62. *num.*27. Sanchez *de Matrim. lib.*3. *disp.*42. *num.*4. Ludolphus Schraderus *de Feud. par.*9. *sect.*6. *num.*12. *Cod. de seru. fugitiu.* Carolus Ruinus *cons.*112. *num.*18. *cons.*3. *numer.* 13. *vol.* 5. Et in tali casu propriè non efficitur extensio, sed comprehensio; quia lex illud continere dicitur, quod ratione eiusdem comprehenditur; vt optimè obseruat Borgninus Caualcanus, *decision. Fiuizanens.*3. *num.*7. *p.*5. Ioan. Petrus Surdus, *decision. Mantuan.*62. *num.*25. Hartmanus Pistoris, *lib.*3. *q.*30. *num.*18. *& lib.*4. *q.*6. *num.*23. Ludolphus Schraderus *cons.*23. *num.*36. *vol.*2. Guttierrez *in pract. qq. lib.* 3. *q.* 17. *num.*83. cum aliis, quos ad satietatem adduxi *in par.*6. *tract.* 1. *res.* 34. Si igitur Canones determinant, tacitè professum non esse eligendum ad Prælaturam, nec expressè professum in vno Monasterio, esse eligendum in alio; quanto magis dicendum est, disposuisse nullo modo professum (vt est in casu nostro) posse eligi ad Generalatum. Quis potest dicere hunc casum non inesse, & comprehendi in dictis iuribus? Vide omnino meipsum vbi suprà.

Sup. hoc late in tom. 6. tr. 1. Res. 79. & in aliis multis eius primæ not.

Sup. hoc infra lege ex Res. 3. §. 1. prope finem, a vers. & ideo, &c.

Quæ hic est in tom. 9. tr. 1. Res. 1. quãuis videatur non facere ad rem; Sed melius ibi tr. 8. Res. 3. & hic infra ex Res. 3. §. 1. prope finem, à vers. Et ideo. & inferius 104. §. Confirmatur supradicta sententia. & in aliis multis eius annot.

5. Nec obstat secundò, quòd in Constitutionibus Pontificiis non includuntur Cardinales, nisi de illis expressa fiat mentio. Nam respondeo cum Dicastillo *de iust. lib.* 2. *tract.* 1. *disp.*5. *dub.*7. *num.* 234. Escobar *lib. Theol. moral. tract.* 1. *exam.* 1. *c.*6. *n.*6. & aliis, hoc non procedere in rebus interdictis à iure communi, & in Constitutionibus insertis in corpore iuris, nam alioquin, Cardinales percutientes Clericos, alienantes bona Ecclesiastica, legentes libros hæreticorum, non incurrerent in censuras. Sed in nostro casu, Canones, de quibus loquimur, non solùm habeantur in corpore iuris veteris Decretalium, sed etiam in nouo sexti, & Clementinarum, vt suprà ostensum est: ergo, &c. Et ideò testatur mihi Doctus, & amicissimus Pater Abbas Don Hilarion Roncati, Ripam *in* 1. *lib. Decretal. respons.* 10. de electione, docere, non posse eligi in Abbatem, qui non est Professus; etiamsi sit Cardinalis. Adde, quòd requisitio Professionis apponatur tanquam forma: nam particula *nisi*, inducit conditionem, *ex leg. obligationum. §. conditio. ff. de obligat. & action. leg. fideicommissum, ff. de legat.* 3. & docet Barbosa *in leg. Titia, n.* 36. *vers. Neque obstat secundo, ff. soluto matrim.* Conditio autem inducit formam; vt obseruat Felinus *in cap. dilecto, n.*6. *de Rescript.* Vasquez *de success. creat. lib.* 1. *§.*4. *n.*26. & alij quos adducit Vrties *ad Ritum*, *M. C. V. N. cap.*2. *num.* 355. Ergo eius omissio reddit actum nullum, & inualidum, vt docuit sæpius Sacra Rota, & præsertim in vna Paduana feudi, die 21. Ianuarij 1627. coram Merlino; & docent communiter Doctores. Quòd clarè patet à fortiori in nostro casu: nam Pontifex apponit decretum irritans, inducens etiam formam; vt patet ex Decisionibus Rotæ, quas adducit Garzias *de Benefic. par.* 9. *cap.* 2. *numer.* 230. & patet ex nouissima Cortonensi Pensionis, die 22. Martij 1632. coram Eminentissimo Domino meo Verospio.

6. Nec obstat tertiò quòd Cardinalis N. erat Episcopus, & quòd Ordo N. erat exemptus ab Episcoporum iurisdictione, ex priuilegio. Ergo potuit illud renunciare, & se Episcopo subiicere non solùm tanquàm vniuersali Prælato, sed etiam particulari. Non inquam hoc obstat, quia contrarium asserendum est, vt patet ex cap. *Cùm tempore, de Arbitris*, vbi Papa approbat quoddam compromissum inter Ecclesiam exemptam cum quodam Episcopo; & excipit, quæ contra Ecclesiæ illius exemptæ libertatem in eo compromisso continentur; reddens hanc rationem, cum etsi spontè volueris, de iure tamen nequiueris: sine licentia Rom. Pont. renunciare priuilegiis vel indulgentiis libertatis, quæ Monasterium illud indicant ad ius, & proprietatem Romanæ Ecclesiæ pertinere. Sic ibi Papa. Quod nihil clarius ad nostrum intentum potuit desiderari; est enim casus in terminis: & iuuat *cap. Cùm olim.* 2. *de Priuilegiis.* Vbi Papa circa Priuilegia, vel causam vnius Ecclesiæ priuilegiatæ, subdit hæc verba: Nos igitur attendentes, quòd eadem Priuilegia, non solummodo pro libertate Monasterij faciebant, sed etiam exprimebant ius nostrum, & Ecclesiæ Romanæ iustitiam tuebantur, &c. Tertiò faciunt pro hac parte plusquàm tredecim Doctores graues, quos citat Sanchez, *citato cap.* 39. *lib.* 4. *Decalog. n.* 29. Qui omnes, Rationibus, & Textibus neruosè probant, non posse Prælatum regularem, suum subditum subiicere Episcopo, etiam in foro conscientiæ, vt absoluatur ab illo in casu, à quo ipse Prælatus regularis non potest. Et multo minus, dicunt posse illum subiicere Episcopo, quò ad forum externum, quia inquiunt, non potest Prælatus Regularis in hoc renunciare Priuilegio exemptionis spiritualis sibi concesso, non personaliter, sed pro tota Religione. Et quamuis ipse Sanchez, ibi, n. 32. cum aliis Doctoribus teneat, posse Prælatum in foro solo interno, subiicere suum subditum Episcopo pro absolutione Sacramentali, ait tamen cum Lapo, & Anchatano, id non posse Prælatum regularem facere, subiiciendo illum Episcopo in foro externo, & contentioso, qui est noster casus. Itaque, si exemptus ab Episcopo, immediatè subiicitur Pontifici, & eius iurisdictioni, *cap. Graue gerimus*, 19. *de Officio ordinarij*, cum ibi adductis per Glossam, & Doctores, & *in l. fistulam. §. fin. cum Gloss. fin. ff. de seruitutibus rusticorum*, *& in l. Parietem, ff. eodem*, *cap. per exemptionem* 9. *cap. si Papa* 10. *de Priuilegiis lib.*6. Non ergo poterit exemptus Episcopi iurisdictionem sine licentia Pontificis prorogare; ex ratione Text. *in cap.* 1. & 2. *de foro competenti iuncto cap. significasti.*

Sup. doctrina contenta in hoc & seq §. infra in Res. 46.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. Res. 43. & hic in tr. 3. Res. 7. per totam.

7. Deinde probatur etiam hæc opinio: nam Archiepiscopus maiorem habet iurisdictionem in subditos suffraganei sui, quàm Episcopus in exemptos: at subditus suffraganei, sine illius licentia, non potest Archiepiscopi iurisdictionem prorogare, *ex cap. Romana, de foro compet. in* 6. *cap. Pastoralis*, *de Officio ordinarij.* Ergo à fortiori, exemptus non poterit consentire in iurisdictionem Episcopi, sine licentia Pontificis. Et ita hanc sententiam more suo neruosè, & doctè sustinet Valboa de Margrouejo, *in Lection. Salmaticens. ad cap.* 1. *de foro compet. num.* 34. cui adde, me citato, Barbosam *de Potest. Episcop. part.* 3. *allegat.* 105. *num.*76. Sed, dato, & non concesso, regulares priuilegiatos, posse se subiicere Episcopis, hoc procederet quo ad Episcopos locorum,

Sup. doctrina contenta in hoc §. lege infra Res. 46.

corum, in quibus morantur: nam illis de iure communi subiecti erant, *ex cap. obitum*, 61. *dist. cap. Omnes Basilicæ*, 16. *quæst.* 3. *cap. Monasteria*, *cap. Abbatibus*, 18. *quæst.* 2. *cap.* 1. *de Offic. ordin.* Sed in nostro casu, Religio se subiecit Cardinali N. Episcopo, in cuius Diœcesi Monasteria non habebat. Ergo, &c.

8. Et tandem quartò non obstat dicere, (& hoc prima facie videtur validum Argumentum) Canones adductos, non esse intelligendos de Episcopis; quia ex dicto *cap. Nullus*, *de elect. in* 6. Nouitius, & Clericus sæcularis, potest eligi ad Episcopatum Ecclesiæ Cathedralis Regularis, vt immediatè præsit Monachis; ait ibi Glossa *verb. Regularibus*, *& in cap. quod Dei timorem*, *de statu Monach. verb. Regimen.* Et rationem adducit Paulus Layman. in *qq. Can. de Prel. Eccles. cap.* 16. *quæst.* 190. quia asserit, Dignitas Episcopalis supplet defectum Professionis. Ergo & in nostro casu, potuit Cardinalis N. Episcopus eligi ad Generalatum, non obstante, quòd Professus illius Religionis non erat, quia dignitas Episcopalis talem defectum supplebat. Non, inquam hæc obstant: nam respondeo; casum in argumento adductum, esse casum specialem exceptuatum ab ipso Pontifice à lege generali, opposita in dicto *cap. Nullus*, propter rationem, & æqualitatem naturalem, vt seruaretur æqualitas inter sæculares, & Regulares: nam sicut Regularis potest assumi ad Episcopatum Ecclesiæ Cathedralis sæcularis; vt patet ex *cap. si Abbatem*, *& cap. quorundam*, *de elect. in* 6. *& Clem.* 1. *de elect.* Ita sæcularis etiam è conuerso debebat assumi ad Episcopatum Ecclesiæ Cathedralis Regularis. Non tamen ex hoc sequitur, nec potest inferri, Ergo Episcopus sæcularis potest assumi ad Generalatum alicuius Religionis sine licentia Pontificis; cuius tamen auctoritate assumitur ad Ecclesiam Cathedralem Regularium, absolutè, & primariò eligitur ad gubernandos Laicos illius Diœcesis, vt patet; per accidens, & secundario postea euenit, vt præsit Regularibus, ratione Ecclesiæ Cathedralis Regularis. Et nota, quòd in isto casu, licèt quoad alia Regulares subdantur Episcopo sæculari, tamen quoad instituta Regularia non recognoscunt alium superiorem, nisi Prælatum Regularem; vt determinauit Paulus III. in quadam Bulla; & Sacra Rota Romana anno 1604. coram Coccino, in causa Ludou. de Torres Archiepiscopi montis Regalis, cum Patribus Benedictinis. Et ita docet etiam Lezzana *in Summa qq. regul. tom.* 3. *verbo Episcopus quo ad regulares*, *num.* 16. Barbosa *de Potest. Episcop. par.* 3. *Allegat.* 105 *num.* 73. Gratianus, *discept. forens. c.* 170. *n.* 4. & alij. Ergo, &c.

9. Itaque ex omnibus supradictis apparet, electionem Cardinalis Episcopi, vel cuiuscumque alius non expressè Professi, in Generalem Religionis, esse illicitam, & inualidam, & illam facientes introducerent in Ecclesia Dei rem nouam, & vsque adhuc inauditam.

RESOL. II.

An expediat Generales Religionum esse perpetuos? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 114.

§. 1. Affirmatiuam sententiam mordicus tenet Nauarrus *commen.* 3. *de Regul. n.* 3. *& lib.* 3. *de stat. Monach. cons.* 7. *num.* 8. Miranda *in man. Pralat. tom.* 2. *q.* 7. *art.* 6. Suarez *de Relig. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 5. Azorius *tom.* 1. *lib.* 12. *c.* 10. *q.* 21. & alij. Ratio est, quia ex temporanea duratione fit, vt Generales certo modo à subditis dependeant, cùm ab eis deprimi & erigi possint, & per consequens fit, vt eorum authoritas multum diminuatur; cæteras rationes videbis apud citatos DD.

2. Sed his non obstantibus supradictam sententiam non esse ita certam docet Layman Societatis I. su *in qq. canon. c.* 17. *q.* 235. vbi sic ait. Non desunt qui expedire magis existimant, vt Ordinum Prælati in perpetuum instituantur; sed hanc rem difficile est definire, cùm ex vtraque parte tam commoda, quàm incommoda existant. Ita ille, & ante illum Ioannes Baptista Antonucius, *in catechesi Neapolit. lib.* 1. *de simon. priuat. cap.* 6. *fol. mihi* 184. vbi ita asserit. Ergo licèt Nauarri opinionem de perpetuitate Generalium aliquando probauerim, hodie tamen in hac re anceps sum, cùm valde probabiles rationes sint pro vtraque parte, tum propter iustitiam distributiuam, tum propter incautam electionem ab initio factam, & præsertim quo ad capita Ordinum. Hæc Antonucius; vide etiam Tamburinum *de iure Abbat. tom.* 1. *disp.* 23. *quæst.* 3. *n.* 4. vbi putat quòd hæc res arbitraria sit, & quòd alterutra pars eligi possit, dummodo incommoda, quæ in vnaquaque illarum contingere possint, quantum fieri possit, euitentur.

RESOL. III.

An in Religione Clericorum Regularium Minorum Generalis possit confirmari ad alium sexennium absque vlla dispensatione?

Et deducitur, quod vbi militat eadem ratio, debet esse eadem iuris dispositio.

Et quod vbi est eadem ratio, dicitur adesse eadem lex non extensiue, sed comprehensiue.

Et quod mens legis magis est attendenda quam verba. Ex p. 10. tr. 15. & Misc. 5. Ref. 1.

§. 1. De hoc casu à Patribus dictæ Religionis interrogatus, testati sunt Mihi quendam virum dignitate & sapientia eminentissimum de hac re consultum in partem affirmatiuam inclinasse ex verbis Constit. *p.* 4. *c.* 18. *n.* 10. vbi sic habetur. *Generalis, sex annos perduret quantum ab vno ad aliud Generale Capitulum interponitur, si tamen qui in defectu Generalis infra sexennij spatium ad hunc ipsum gradum assumptus perdurauit solummodo ad sequens generale Capitulum; in quo tamen nullatenus confirmari posse volumus.* Quæ quidem vltima verba videntur tantum intelligenda de Capitulo generali faciendo post sexennium, in quo Generalis defecit, & in eius loco alius assumptus est, qui perdurauit vsque ad sequens Capitulum; quod probatur ex dictis verbis, *in quo tamen nullatenus confirmari posse volumus*, Nam dictio, *Tamen*, est limitatiua, & restrictiua, vt patet ex *leg. Ita tamen ff. ad Trebell. & in l. vbi adhuc* §. *ita tamen*, *C. de iure dotium.* notant Ruin. *cons.* 1. *n.* 12. *lib.* 4. Menoch. *consil.* 146. *n.* 8. Vulpell. *de prepos. & aduerb. signif. sub hac dict.* qui etiam notat dictam particulam esse diuersificatiuam, diuersificans vnum casum ab alio, & includens quod terminat, & omne aliud excludens. Sed his non obstantibus negatiuæ sententiæ ego adhæreo, quia clara sunt verba *Constitutionis*, nempe Generalem non debere perdurare nisi per sexennium ablata potestate eum confirmandi, & hoc vt necessariò dicendum videtur propter inconuenientia, quæ ex diuturna gubernatione, & ex dicta confir-

matione sequi poterant, nam Generalis potius de eius confirmatione, quàm de bona Religionis administratione in primo sexennio solicitus esset, sed supradicta inconuenientia sequi possunt quoad omnes Generales siue intra sexennium electos, siue perdurantes per integrum sexennium vsque ad aliud Capitulum. Ergo absolutè dicendum est Constitutionem comprehendere omnia Capitula generalia, & confirmationem omnium Generalium, nam vbi militat eadem ratio, debet esse eadem iuris dispositio, vt patet *ex leg. Illud ff. ad l. Aquil. l. Si postulauerit §. 2. ad leg. Iul. ff. de adult. l. quidem nummularios, ff. de edendo, l. Nauta. §. fin. nauta caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. Illud, Cod. de Sacros. Eccles. §. si igitur instit. quod cum eo*, gloss. *verbo Italia, in cap. 1. de tempor. ord. d. l. 6.* Abb. *in cap. nihil, num. 5. de elect.* Dec. *cons. 15. num. 2. & cons. 301. num. 6. & 8.* Calderin. *consil.* 147. Et ideò hic intrat aliud Axioma iuris, quod vbi est eadem ratio, dicitur adesse eadem lex non extensiuè, sed comprehensiuè *ex leg. his solis vers. satis etiam caute putamus, Cod. reuocandis donat. d. leg. illud, Cod. de Sacros. Eccl. leg. item veniunt, §. ait Senatus, ff. de petit. hæret.* Tiraq. *in l. 1. vnquam verbo libertis, n. 45. & 46.* Rebuff. *ad l. in lege censoria 203. vers. itemque de seruis, versic. colligitur. D. de verb. signific. pag. mihi 647.* Surdus, *decis. 276. numer. 8.* Guttier. *practic. lib. 3. quæst. 17. num. 84. cum seqq.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. 7. proœm. numer. 105. ibidem fol. 122.* quibus adde duos Iurisconsultos Hispanos Castillum Sotomaior, *tom. 5. contr. part. 2. cap. 177.* & Larream, *in Allegationibus fiscal. tom. 2. Alleg. 115. num 51.*

Sup. hoc infra in Res. 304. §. Sed ego. ad medium. à vers. Et quidem. & in multis aliis eius not.

Sup. hoc in Res. not. præsenti § Cōfirmatur supra dicta sententia. & in multis aliis eius annot.

2. Nec obstat argumentum in contrarium adductum, nam respondeo primò, quod mens legis magis est attendenda quàm verba, *leg. Scire leges, ff. de legibus, leg. non alter D. de legat. 1. leg. nominis, & rei, §. verbum ex legibus, ff. de verb. signif.* Surd. *decis. 35. num. 34.* Marc. Anton. Genuen. *in practicab. Ecclesiast. quæst. 144. num. 1.* Ferret. *in Constit. Cathalonie, glos. 4. num. 66. ibidem, fol. 87.* Sed in nostro casu mens legis est tollere inconuenientia, quæ in diuturna confirmatione Generalis oriri possunt: ergo magis hæc mens, quam ipsa verba legis erit inspicienda, vnde rectè dixit Socinus, *cons. 35. l. 1.* & Cardinalis Tuschus, *litera R. concl. 31. numer. 16.* quod mens, & ratio statuentium præponderat verbis. Respondeo secundò, quod argumentum contrarium procederet, quando in confirmatione Generalis facienda in omnibus Capitulis non adesset eadem ratio, sed ratio quæ militat in confirmatione Generalis electi infra sexennium, militat etiam in confirmatione Generalis, qui integrum sexennium expleuit; ergo confirmatio istius erit prohibita per Constitutiones, ac confirmatio illius, cùm in vtroque casu militet eadem ratio, vnde corruit doctrina adducta circa dictionem *Tamen*, appositam in constitutione, quod à fortiori probatur exemplo dictionis, *Tantùm*, quæ includit expressum, & reliqua excludit, vt patet *in leg. qui aliena, §. libertos, ff. de negot. gestis, & in leg. qui sella, §. qui actum, ff. de seruitu. rustic. prædiorum*, notant Bart. *in leg. 1. num. 1. & ibi* Ias. *numer. 9. D. si quis ius dicenti non obtemperauerit, Cod. in cap. contingit*, & *ibi* Felinum 3. *de fide instrument.* Panorm. *per text.* ibi *in cap. Cum Ecclesia Sutrina, num 9. de causa possess.* Petr. de Anchar. *cons. 92.* Abb. *cons. 51. lib. 1.* Alex. *cons. 86.* incip. *Visis & ponderatis, n. 11. vers. consil. 86.* incip. *Visis & ponderatis, n. 11. ver. aliàs sequeretur lib. 7.* Dec. *consil. 327. num. 1.* Gozadin. *consil. 31. num. 22.* & alij. Attamen licèt hæc dictio sit limitatiua, & restrictiua, non propterea excludit alios casus similes, vt notant gloss. *in leg. ob æs, Cod. de prædiis minorum, & in l. si mora verb. dumtaxat, ff. soluto matrimonio & in leg. vltim. Cod. de reuocand. donat.* Ias. *in d. leg. 1. à num. 10. ff. si quis ius dicenti, & in d. leg. si constante numer. 86.* Bart. *per text.* ibi *in l. seruum nomine, num. 2. ff. de vsucap.* Dec. *in rubr. de constit. leg. num. 18. & in l. numer. 3. Cod. de bonorum possess. ibidem* Guttierrez *Canonic. quæst. lib. 1. cap. 14. num. 5. & practic. lib. 3. quæst. 15. num. 23.* Paul. Montan. *de tutel. & curis cap. 37. num. 66.* Sanch. *de matrim. l. 7. d. 31. num. 6.* Ceual. *commun. contra comm. quæst. 504. num. 4.* Calder. Pereira *de empt. & vendit. cap. 14. num. 23. cap. 20. num. 15. & cap. 28. numer. 4.* Melch. Plebos *Lusitan. decis. 54. n. 14. tom. 1.* Sic, & in casu nostro dicendum est particulam, *Tamen*, licet sit limitatiua, & restrictiua non excludere casus similes; ergo verba constitutionis non solùm comprehendunt Capitulum faciendum Generali electo infra sexennium, sed etiam omnia alia Capitula facienda post completum integrum sexennium ab vno Generali: Nam non solum similes, sed etiam ratio, vt dictum est, militat in confirmatione facienda in quibuscunque Capitulis; Ergo, &c. Et ita ego sentio saluo, &c.

Sup. hoc infra in Res. 308. §. 1. ante mediū. vers. Tum quia. & in tom. 3. tr. 4. Res. 3. §. vl. ante mediū, à vers. Vnde in casu. & in tom. 5. tr. 1. Res. 87. §. Sed ergo. post medium, a vers. Et ideo legis mens. & in tom. 6. tr. 1. Res. 32 §. Sed instabis. prope finem, à vers. & quidem iura. & in tom. 9. tr. 1. Res. 128. §. 2. à lin. 4. Et ibi in tr. 7. Res. 95. §. Probatur primo.

RESOL. IV.

An ad Prelaturas Regulares Generalis teneatur eligere digniores?

Et an Religiosi in suis electionibus teneantur eligere digniorem? Ex part. 2. tract. 15. & Misc. 1. Resol. 61.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docent communiter Fernandez *in instr. confess. part. 2. cap. 4. num. 11.* Nauarr. *lib. 2. cap. 2. num. 159.* Rebell. *p. 1. lib. 3. quæst. 4. concl. 5.* & Portel *in dub. reg. verb. electio, numer. 6.* vbi sic ait. Regulares etiam tenentur ad officia eligere digniores: sunt enim Prælaturæ regulares, & cætera officia, beneficia Ecclesiastica: proinde etiam in illis militat ratio naturalis, & dispositio iuris, vt eligatur dignior. Idem etiam docet Turrian. *tom. 2. in 2. 2. disput. 22. dub. 4. numer. 1.* vbi quærit, an Religiosi in suis electionibus teneantur eligere digniorem; & ita respondet; Est obligatio eligendi digniorem, considerata qualitate officij, & constitutionibus Religionis cuiuslibet. Quòd si ad solum Generalem Religionis pertineat eligere superiores, ipse obligabitur ad eligendum digniorem, vel æquè dignum, post sufficientem, & exactam diligentiam, circa cognitionem personarum. Ita Turrianus.

Sup. hoc in Res. seq & in Res. not. seq. §. Hucusque.

Sup. hoc late infra in Res. 218. à principio.

2. Sed his non obstantibus, Ioann. Valerus, *in differentiis vtriusque fori, ver. electio, differ. 1. numero primo*, ponit aliquas causas excusantes à peccato eligentes minus dignum, dummodo sit dignus; vt cùm eligitur (ait ille) Prælatus regularis non habens ex electione beneficium, sed tantùm onus, & officium, vt sunt nostri Prioratus, & Prioratus Dominicanorum, & similes. Ita singulariter Caietan. *ver. Electio Prælati.* Et facit Concil. Trident. *sess. 7. cap. 3.* vbi sufficit eligere dignum ad curata inferiora. Vnde quod dicitur *sess. 24. capite 1.* intelligitur de electione Episcoporum, & aliorum Superiorum. Ita Valerus. Et quod mirum est, Filliuc. Soc. Iesu *tom. 3. tract. 41. cap. 4. n. 187.* asserit absolutè, esse probabilem illam sententiam, quæ asserit sufficere

re

re in qualibet electione eligere dignum, prætermisso digniori. Sed an hæc opinio sit probabilis, remitto me iudicio aliorum, nam est contra communem, vt notat Barbos. *in collect. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 6. *cap.* 9. *num.* 4. qui citat 33. Doctores. Ad authoritatem verò Concil. Trid. *sess.* 7. *cap.* 3. quam adducit Valerus, & Filliucius, respondeo, quòd Concilium requirit, vt beneficia conferantur dignis, non vt collatio sit sine peccato, sed vt non sit irritanda in foro externo, vt patet ex verbis sequentibus, aliter facta collatio omninò irritetur. Et eodem modo intelligi possunt quidam Canonistæ, vt Petrus Tholosanus *in partit. iur. can. lib.* 1. *tit.* 29. *cap.* 1. *num.* 1. & alij, dum dicunt sufficere, vt eligatur idoneus; & sic ex Couarruu. respondent ad authoritatem Concilij, Lessius *lib.* 2. *c.* 34. *dub.* 14. *n.* 69. & alij. Nec facit pro Filliucio & Valero *cap. cum nobis, de elect.* & electus potest, quatenus habet litteraturam non eminentem, sed solùm conuenientem, sufficere; nam, vt olim respondebam cuidam viro docto, electus in illo Canone erat Subdiaconus Pontificis, & cum competenti litteratura habebat curialitatem antiquam; ideò ob experientiam benè regendi, quam acquisiuisse præsumitur, diu viuens in Curia, poterat præferri digniori. Et ita explicat hunc Canonem Alexander Raudensis *dec.* 66. *cas.* 17. & ita declarasse Leonem X. refert Aloys. Ricc. *in suis collectan. p.* 4. *collect.* 931. & alij.

RESOL. V.

An Generales, & Diffinitores teneantur eligere digniores ad Prælaturas Regulares? Ex p. 5. tract. 14. & Misc. 2. Res. 11.

§. 1. Alibi pro affirmatiua sententia adduxi Nauarram, Rebellium, Portel, Turrianum, & alios, quibus nunc addo Vasquez *in opusc. de benefic. cap.* 2. §. 3. *dub.* 2. *num.* 72. Sotum *de Iust. lib.* 3. *quæst.* 6. *art.* 2. Peyrinum *tom.* 1. *de Religioso subdito, quæst.* 1. *cap.* 31. §. 4. *verb. ex quo sequitur*, Sanchez, *in opusc. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 11. *dub.* 2. *n.* 28. Salonium *in* 2. 2. *quæst.* 63. *art.* 2. *contr.* 7. & Villalobos *in summ. tom.* 2. *tract.* 8. *diffic.* 3. *num.* 6. vbi sic ait. [Los Prelados Ecclesiastiquos tienen obligacion de elegir los mas dignos por los oficios de gubierno, como es prouisor fiscal, &c. Mas para otros oficios menores basta que sea digno, como haga lo que le manden, y sea prouido, y fiel. Y lo mismo hemos de dezir de los Religiosos, que se proueen los oficios de la Religion, como son Prouinciales, Difinidor, Prior, Guardian, Lector, y otros semejantes tienen obligacion à mirar al bien commun, eligiendo al mas digno; y si no lo hazen, pecan mortalmente, y son aceptatores de personas. Otros oficios ay ad nutum, que pueden quitardos, y ponerlos cada, y quando qui quisieren, como de Vicario, y Superior y estos antes son coadjutores de los Prelados, que oficios, o beneficios espirituales; y assi puede el Prelado escoger el que quisiere, como no sea hombre cansado, y prenoso à la communidad.] Ita ille.

Alibi in Res. quæ hic est antecedens, & in Franc. Res. 218. §. Hucusque.

2. Sed his non obstantibus non desinam hìc adnotare contrariam sententiam docere Castrum Palaum *tom.* 2. *tract.* 13. *disp.* 2. *punct.* 11. §. 2. *n.* 14. Nam spectato iure communi, & seclusis specialibus Religionum constitutionibus, non apparet firmum argumentum huius obligationis. Nam esto eadem ratio procederet in Prælatura Religionis, ac in beneficiis curatis, seu Prælaturis Ecclesiæ secularis, non inde infertur nasci eamdem obligationem, si præceptum ad electiones regulares extensum non est, quia lex ob similitudinem rationis extendi non debet ad casum sub lege non comprehensum. Præterea, quia non est eadem ratio in Prælatura Religionis, quæ facilè amouetur, & temporaria est, quàm in Prælatura Ecclesiæ perpetua, & difficulter amouibili. Adde in electione beneficiorum hoc præceptum haberi ex traditione, vt supponere videtur Trid. *sess.* 24. *cap.* 1. & 18. quod tamen non supponitur de Prælaturis Religiosorum. Hæc Castrus Palaus. Sed hæc opinio mihi non placet, quia est contra communem, & ratione iustitiæ distributiuæ tenentur Electores semper eligere digniores, & electio Prælatorum Regularium est res maximi momenti, & Superior Regularis eligitur ad Prælaturam, quæ habet curam animarum Religiosorum.

RESOL. VI.

An mutus, surdus, & cæcus sint eligibiles ad Prælaturas?

Et difficultas est, an si quis, v. g. eligatur in Visitatorem alicuius Religionis, & postea factus est cæcus, an possit, cæcitate non obstante, Visitationem cum Visitatore sano, & socio continuare? Ex p. 5. tract. 6. Resol. 10.

§. 1. Quoad cæcum respondeo negatiuè, ex *cap. hinc etenim.* §. *cæcus, dist.* 49. & D. Thom. *in* 3. *part. q.* 82. *art.* 10. *ad* 3. Idem dicendum est de surdo, ex *cap. constitutionem, de verborum significat. in* 6. & ideò de iure ciuili surdus non potest gerere publicum officium, testatur Campanili *in diuer. iur. can. rubr.* 11. *c.* 17. *num.* 37. & mutos etiam esse ineligibiles, ex supradictis tradit ex multis Doctoribus Peyrinus *de Relig. Prælat. tom.* 2. *q.* 2. *c.* 4. *n.* 18. 20. & 21. cui adde Iulium Lauorium *in var. elucubrat. tit.* 4. *c.* 16. *n.* 81. & Sigismundum à Bononia *de election. part.* 2. *c.* 4. *n.* 89.

Quoad hoc lege doctrinam §. 1. 2. & 3 Resp. seq. & in tom. 8. tr. 9. Res. 3.

2. Sed difficultas est, an si quis, v. g. eligatur in visitatorem alicuius Religionis, & postea factus est cæcus, an possit cæcitate non obstante Visitationem cum Visitatore sano & socio continuare? & videtur quòd sic, quia, vt infrà probabitur, cæcus potest esse iudex. Sed contrariam sententiam, & meritò, docet ex multis rationibus Megala *variarum resolutionum, tom.* 2. *resolut.* 183. *per totam*; quia cæcus non potest esse testis in testamento, quia testatorem videre debet, ex *cap. si non speciali, & si vnus, C. de testament.* & ideò Sebastianus Medices *tract. de fort. cas. quæstion.* 6. *numer.* 55. tenet non posse cæcum esse testem in actibus quæ visu percipiuntur. Sed Visitatores debent de supradictis actibus testimonium ferre Generali, & Capitulo Generali, ergo, &c.

RESOL. VII.

An Regularis cæcus sit eligibilis, vt interueniat alicui Capitulo Generali?

Et an cæcus teneatur recitare Horas Canonicas cum socio?

Et an supradictus Regularis cæcus possit eligi in Scribam, in Visitatorem, in Prælatum, in Collegam?

Idem est dicendum de surdo respectu officij.

Et an saltem Religiosus cæcus possit eligi in Commissum?

Et an cæcus teneatur Horam Canonicam integram, quam memoria retinet, recitare?

Et an si adest dies cuius integrum officium diuinum memoria tenet cæcus, istud solummodo recitare teneatur?

Et docetur, quod surdus, qui potest legere, tenetur recitare, siue se audiat, siue non, sed si solus dicere non potest, non tenetur cum socio.

Idem est de surdastro.

Et an cæcus, vel infirmus, si cum socio possit recitare officium diuinum, & iste se offerat, teneatur cæcus, vel infirmus illum acceptare, & recitare?

Et an vero superius dicta de cæco procedant in Beneficiario cæco, & Præbendario quoad recitandum officium diuinum?

Et quid, si solitus erat cum socio recitare? Ex p.10.tr.16. & Misc.6. Ref.46. alias 45.

Quoad contentum in hoc & duobus §§. seqq. lege doctrinam præcedentis Ref. & alterius eius not.

§. 1. HÆc quæstio quoad primum annis præteritis fuit ardenter agitata hîc Romæ inter viros doctos, nam casus in facti contingentia acciderat, & ego tunc affirmatiuæ sententiæ adhæsi, quam in terminis docet Stephanus Isnardus, *conf.16. post Codicem Minim. Sancti Francisci de Paula*, vbi sic ait: Colligo, cæcum non posse eligi in Scribam, nec in Scrutatorem, vt patet. Nec in Superiorem, cum Superioris munus rectè non possit exequi: ideò vt dixi *v. cæcus*, declaratur priuatus voce passiua, *cap. 5. Valent. 19.* Nec etiam potest esse Visitator, ob eandem rationem. Tùm quia Visitatorem, oportet esse oculatum: de quo *v. Visitator.* Non potest denique eligi in Collegam; tùm ob rationem præallatam; tùm quia, vt ostendimus *v. Pœnitentia*, Collegæ sunt comparticipes officij Prælati. Cùm ergo cæcus non possit eligi in Prælatum, ex *cap. 5. Valent. 19.* ineligibilis est etiam in Collegam. Idem ob prædicta censeo de surdo, respectu officij, quod exequi rectè non potest, v g. Prælaturæ, Collegatus, Scribæ, & similium, *arg. cap. apud, de Spon.* Certè concipere non possum, quomodo ponderatis omnibus surdus, vel cæcus dignior sit cæteris Religiosis alicuius Prouinciæ florentissimi Ordinis, qualis est noster. Tenemur autem eligere digniorem.

2. Potest tamen cæcus eligi in Commissum. Quidquid enim Commissi officium respicit, reducitur ad electiones, negotiorum discussiones, seu conclusiones, & litterarum fratrum ad Capitulum delationes; quibus non obstat cæcitas. Ita Isnardus, cuius sententia potest deseruire pro nostro Vocali, & pro Electo Societatis Iesu ad Capitulum Generale; Sed, vt verùm fatear, certum est, quod digniores ad id munus eligi debent, at difficile videtur, quod in vna Prouincia cæcus sit dignior aliis, vel etiam in aliqua domo: verùm hoc spectat ad conscientiam Electorum, nam in foro exteriori electio esset valida.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 6. Ref. 36.37. & 97 § 2. ad finem, 3 vers. Ex quibus.& seq. Et in aliis earum notationum.

3. Quoad secundum dubium, an cæcus sit adstrictus ad recitandas Horas Canonicas, si possit illas recitare cum Socio; de hac quæstione his diebus fuit mihi magna altercatio cum quodam Ministro huius Curiæ, & præter Doctores alibi à me adductos, afferam nouissimè Martinum de San Ioseph, *in Alorasf. Confess. tom. 1. lib. 1. tractatu 11. de Oratione, numer. 4.* vbi sic ait. [Deque se consigne, que el ciego no esta obligado à rezar Maytines, aunque sepa de memoria los Psalmos, no pudiendo leer las leciones. Sic Sanctius, *vbi proximè.* Y desta opinion deuen ser los Doctores citados à lo vltimo del numero precedente; pues donde milita vna misma razon, deua militar vna misma disposicion de Derecho, *leg. illud, ff. ad L. Aquileam.cap. transacto, de Constitutionibus.* Ni tam poco esta obligado à buscar compañero, que lea Lectiones, porque el præcepto no obliga à esso, y el rezar con companero: es priuilegio, y este cada qual puede renunciarle, *l. si iudex, 41. ff. de minoribus, l. si quis 39. C.de Episcopo, l. si quis in conscribendo 24. C. de pactis gloss. 1. in l.pacisci. ff.de pactis, gloss. 1.in lib. 4. C. pactis conuentis.* Y por estos Derechos me parece probable la opinion de Sanchez *vbi supr.* que defiende, que aunque al ciego, ò a enfermo se le ofrezca alguno, que quiera ayudarles à rezar, no tienen obligacion à admitirle, y estan desobligados del rezo, pues no pueden rezar solos. Contra Nauarr. *cap. 11. de Oration. num. 13.* Suarez, *lib. 4. de Horis Canonic. cap. 28. à num. 3.* Reginaldus *in praxi, lib. 18. num. 183.* que probablemente enseñan, que estan obligados al precepto, pudiendo complirle con facilidad, con la ayuda del companero teniendole.] Ita ille.

Sup. hoc in Ref. 1. not. præteritæ legeius §. pen.& vlt. & ex Ref. 1. aliquid in §. 1. & ex Ref. 3. § 2. prope finem vers. nec tenetur socium quærere. &c. Et pro seq. in hoc §. à vers. Y por estos in tom. 3. tr. 6. ex Ref. 33. §. An verò, ante medium, ad vers. & alioqui.& in Ref. 97. §. vl.

4. Puto igitur cum ipso vtramque sententiam probabilem esse. Quidquid dictus Prælatus asserebat contra cæcos; & ad eorum consolationem, non desinam hîc apponere verba doctissimi, & amicissimi Patris Antonij Escobar, & Mendoza *in Theol. Mor. tract. 5. exam. 6. cap. 2. num. 62.* vbi sic asserit, Cæcus non tenetur Horam integram, quam memoria tenet recitare, imò nec integrum commune, aut speciale officium; quia Ecclesia præscribit variationem per Ferias, ac Sanctorum solemnitates. Possum cæcus Psalmos recitare, & à Socio exorare vt legat, me audiente Lectiones. Potes quidem, sed non teneris. Adest dies, cuius integrum Officium memoria teneo. Istud solummodo teneris recitare. Ita ille.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 6. ex Ref. 35. l. doctrinam, §. 1. & 2. & si vacas otio, quàuis non iam plenè ad rē, vide alias Ref. not. 1. ad text. dictæ Ref.

5. Nota etiam, quòd post hæc scripta inueni ea, quæ dicta sunt, me citato, docet etiam Rocafull, *in praxi Theol. Mor. tom. 1. part. 2. libr. 3. de Oratione, cap. 4. num. 313* sic itaque asserit. An cæcus excusetur eo quod legere non potest. Communis sententia tenet excusari. Sed sunt aliquæ difficultates. Prima, an teneatur adhibere Socium. Dico primò, si cæcus scit memoriter Psalmos, tenetur dicere cum Socio, si habeat præbendam pinguem, & solitus erat cum socio recitare, quando non erit cæcus. Ita Nauarr. *cap. 11. cit. num. 11.* Suarez *lib. 4. cap. 28. numero 13.* & Filliucius *cap. 9. num. 289.* Dico secundò, si non erat solitus recitare cum socio, probabile est, non teneri socium adhibere. Ita Garcias *de benefic. part. 3. cap. 1. num. 215.* Layman *lib. 4. tract. 1. cap. 6. num. 2.* Diana *1. part. tract. 12. de Hor. Canon. ref. 43. & 4 part. tract. 4. resolut. 11.* Dico tertiò, non tenetur cæcus, si se offerat socius ad recitandum, recitare. Ita Ioan. Sanchez *in select. disp. 15. n. 2.* & ratio est; quia recitare cum socio priuilegium est, & fauor, quo potest liberè non vti. Hucusque Rocafull. Et ideò probabiliter ego elapsis diebus dicebam bonæ memoriæ Patri Antonio Sanctarello Societatis IESV, ratione suæ cæcitatis, ipsum non esse adstrictum Horas Canonicas persoluere cum socio, licet in promptu haberet; sed doctus, & bonus senex contra me arguebat.

Sup. hoc. in tom. 3. tr. 6. Ref. 33. §. nec referam & in Ref. 37. §. pen. & vlt. &c.

Quæ nunc inuenientur in tom. 3. tr. 6. Ref. 97. & 35. & in aliis earum notationum pro istis quæst.

6. An verò superius dicta procedant in cæco beneficiario, & præbendario, vide Doctores vbi suprà.

7. Sed quid dicendum de surdo? Respondeo, surdum, qui potest legere, teneri recitare, siue se audiat, siue non: Satis etiam est, quod mente attendat, & cognoscat quid dicat. Nota quòd si surdus solus dicere

Sup. contento in hoc §. in tom. 3. tr. 6. Ref. 31. & in Ref. 33. §. 1.

dicere non potest, non tenetur cum socio, quia surdus est. Idem dicendum est de surdastro, qui non tenetur dicere cum socio, quia esset magnum gravamen socij, & propterea humana non obligant cum tanto onere. Ita ex Suarez, & Filliucio docet Rocafull. *ubi suprà n.* 316. quibus adde Trullench. *in Decal. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 7. *dub.* 28. *num.* 9.

RESOL. VIII.

An Generales Religionum possint avocare ad se causas pendentes coram inferioribus Prælatis? Ex p. 6. tr. 8. & Misc. 3. Res. 35.

§. 1. NEgativè respondet Portel. *in dubiis Regularium, verb. Prælati potestas, n.* 8. cui adde novissimè Leonem Zambellum, *in Repertorio Morali, verb. Prælatus, n.* 34. vbi sic ait: Prælatus maior non potest avocare suo Tribunali causam quam incœpit Prælatus inferior in prima instantia, nisi fuisset interposita appellatio talis gravaminis quod sufficeret pro huiusmodi avocatione. Sint ergò Prælati cauti & recordentur doctrinæ S. Concilij Tridentini *sess.* 24. *c.* 10. nec se ingerant in causis spectantibus ad immediatos Superiores, sed si cognoscant necessitatem, ad summum assignent Collegam, qui vna cum Provinciali causam expediat. Ita Zambellus.

2. Aliqui verò affirmativæ sententiæ adhærent Ecclesiis constitutionibus in contrarium ex voto Obedientiæ quo omnes Generali Ordinis obstringuntur, & ideo ratione maioris obligationis, & subiectionis subditorum possunt hanc facultatem exercere avocando ad se causas. Hinc asserunt quod voluntas Prælati inferioris subiicitur voluntati Superioris ratione voti Obedientiæ, vt notat Suarez *n.* 22. *loci citati*, vnde non potest esse efficax contra voluntatem Superioris; imo nec iusta, quia ratione voti ex iustitia obligatur se conformare cum voluntate Superioris. Ergo non potest Prælatus inferior velle prosequi causam coram se pendentem, nisi cum consensu Superioris, & si vellet iniustè vellet: ergo ob huiusmodi subordinationem, & dependentiam est in potestate Generalis, quod Prælatus inferior prosequatur causam ad se pendentem, vel non prosequatur: nam sicut est in potestate ipsius voluntas inferioris Prælati, ita etiam omne ius, & iurisdictio ipsius; cum hæc sequantur voluntatem, & ideò avocando ad se causam, facit actum suæ potestatis. Verùm hæc ratio parùm vrgeret apud Portel, & Zambellum, nam concederent Generales habere omnimodam iurisdictionem in subditos, sed regulatam, & restrictam secundùm Canones, sed Concilium Tridentinum, novissimè satis declarat, primas instantias tractandas esse ante locorum Ordinarios. Ergo. Respondendum est igitur tenendo opinionem affirmativam, posse Generales avocare ad se causas pendentes non solùm ex supradicta ratione potestatis in subditos, sed quia illud Decretum Concilij nihil innovat quoad Regulares, vt ex Sacra Congregatione, & ex Aldrette, & Riccio observat, & docet Novarius in novo iure Pontificio *concl.* 54. *n.* 12. vnde patet responsio ad principium ex quo negativam sententiam tenuit Portel, & Zambellus. Verùm affirmativam sententiam in praxi nisi ex vrgentissima causa, & quasi coacti Generales minimè admittant.

RESOL. IX.

An Generales possint eximere subditum ab obedientia Prioris, Rectoris, Præpositi, vel Provincialis?

Et an Generalis non possit dispensare in pœnam positam à Prælato inferiori sine consensu prædicti Prælati inferioris?

Et quid si dictus inferior Prælatus obiisset, vel vacasset? Ex p. 9. tract. 9. & Misc. 4. Res. 38.

§. 1. AFfirmativæ sententiæ adhæret Pellizzarius *in Man. Reg. to.* 1. *tr.* 4. *sect.* 6. *n.* 167. ex Suarez; quia Prælatus inferior pendet in suo esse à Superiore: ergo & in iurisdictione, & consequenter in quantitate, seu amplitudine iurisdictionis: tum quia inferior Prælatus est subditus Superiori: ergo si Superior præcipiat, vt in hac, aut illa re non se intromittat, tenetur ei obedire, supponendo in eo præcepto nullam reperiri turpitudinem; sicque etiam Prælatus poterit ei limitare potestatem: Tum denique quia Prælatus vniversalis potest immediatè præcipere omnibus subditis: ergo & potest eis prohibere, ne in hac, aut illa re obediant inferioribus Prælatis: ergo etiam hoc pacto poterit limitare facultatem illorum, cùm eius potentia, & voluntas sit efficacior. Verum tamen est, quod non sine gravi causa talis exemptio concedi debet, aliàs concessio erit licita, quamvis valida. Ita Pellizzarius.

2. Sed negativa sententia mihi placet, quam præter Sylvestrum, Mirandam, Peregrinum, Rodriquez, & Lezanam à Pellizzario citatos, tenet doctus Bordonus *in consil. Regul. tom.* 2. *resol.* 80. *num.* 49. quia, ait ille, sicut ipsemet subditus hoc præscribere non potest, *cap. Sicut nobis* 17. *de Regul. cap. Cum non liceat, de prescript.* Ita neque Superior huius occasionem dare non potest. Aliam rationem adducit Portel, *in dub. Regular. ver. Generalis, nu.* 3. & Leandrus à Murcia *in qq. Regular. cap.* 4. *super c.* 8. *Reg. n.* 6. vbi sic ait: [No puede el General eximir algun Frayle de la iurisdicion ordinaria de su Provincial, ò de su Guardian, ò Prelado local, porque se seguiria manifesta contradicion moral, y que fuesse subdito y no lo fuesse, y gran confusion y causa de pleytos.] Ita ille quibus adde Peyrinum *ad Constit.* 5. *Iulij II. num.* 6. Vnde apparet hanc sententiam esse communem inter Doctores; fateor tamen posse Generalem facere aliquam gratiam alicui subdito vt v. g. non accedat ad matutinum, vel non comedat in Refectorio, aut non legat in mensa, & similibus.

3. Notandum tamen est hîc obiter cum eodem Leandro, quod Generales Religionum [pueden dispensar en la pena impuesta por el Prelado inferior, v. g. por el Provincial, come se collige del Concilio Tridentino en la Session 14. de reformacione, en el cap. 1. sin consentimiento del mismo Prelado inferior, saluo si el Prelado, que puso la pena fuesse y a muerto, ò huviesse vacado. que en tal caso podria el General dispensar, y tambien lo podria hazer, si el mismo caso llegasse à el, ò se devolviesse por via de apelacio.] Ita ille. Sup contento in hoc 9. In tom. 3. tr. 2. Res. 49.

RESOL. X.

An Regularis in casu iustæ appellationis possit, omisso medio, non appellare ad Provincialem, seu ad Generalem,

neralem, sed ad Romanum Pontificem?

Et notatur, quod licet aliqua Religiones habeant priuilegia Summi Pontificis interdicentia Religiosis appellare, tamen intelligenda sunt eo modo, quod ius commune dictis Religiosis appellationem denegat, secus quando grauant eos limites transgrediendo, &c. Ex p. 3. tr. 2. Res. 54.

§. 1. NEgatiuè respondet Duardus *in expos. Bul. Cœn. lib. 2. can. 9. q. 37. num.* 8. Spatarius *in praxi tract. 10. p. 4. cap. 1. num.* 3. Peirinus *de Religioso subdito tom. 1. quæst. 1. cap.* 20. & alij penes ipsos, & hanc sententiam nouissimè etiam docet Ioan. de Santa Maria *in Tribun. Relig. tract. 5. cap.* 10. §. 1. *num.* 3. in fine, vbi sic asserit. [La appellacion no se ha de hazer por causas liuianas, sino pocas vezes, y quando la qualidad del negocio lo demandare, y hauiendo primero hecho recuso a los Prelados de la orden, y no hauiendo les desagrauiado, ò fauorecido, y lo mismo que se ha dicho del Papa, se entiende tambien del Nuncio Apostolico.] Ita ille, & hoc stante quadam declaratione Cardinalium, & Decreto Clem. VIII.

2. Non reticebo tamen, contrarium docere Remigium Scofra *in opusc. de inualiditate Professionis dub.* 25. *&* 26. qui facit mentionem Decreti Clem. VIII. Idem etiam docet Laurentius Portel. *in dub. Regul. verb. Appellare, num.* 3. vbi sic asserit Congregatio Cardinalium declarau[it] modum appellandi hunc esse seruandum, vt scilicet à Guardiano appelletur ad Prouincialem, ab hoc ad Generalem, ab hoc ad Protectorem Cardinalem ab hoc ad Papam. At his non obstantibus, potest Religiosus omissis illis mediis, statim ad Papam seu Nuncium appellare, vt praxis obseruat. Ita Portel.

3. Notandum etiam cum Sanchez *in summ. tom. 2. lib. 6. cap. 8. num.* 10. & aliis, quod licet aliquæ Religiones habeant priuilegia summi Pontificis interdicentia Religiosis appellare, tamen intelligenda sunt eo modo, quo ius commune appellationem dictis Religiosis denegat, nempè quando Prælati corrigentes, seu punientes subditum, non excedunt limites religiosæ disciplinæ, tunc enim minimè grauant, secus quando grauant, eos limites prætergrediendo, nec valet dicere, quod priuilegia aliquid vltra ius commune operari debent, *c. Abbate, de verb. signif.* Nam respondetur aliquando nihil nouum continere, sed maioris expressionis gratia, concedi, vt probat idem Sanchez *de matrim. lib. 2. disp.* 37. *n. vlt. ad vltin.*

4. Non reticebo tamen Sanchez in loco citato suæ summæ putare etiam dicta priuilegia hoc amplius continere, vt subditus non possit appellare nisi excessus Prælatorum manifestus sit, quia pax & simplicitas, & obedientia Religiosorum hoc postulat.

RESOL. XI.

An Religiosi possint recurrere ad Superiores supremos sine inferiorum Prælatorum licentia ad ornatum Concilij Tridentini sess. 25. c. 4. de Regular.

Et explanatur, quod licet Ordinarius iustè possit capere talem Regularem per suum territorium transeuntem, iuxta tenorem prædicti Concilij, non tamen iustè detinere, si fidem faceret, se grauatum appellasse, &c. Ex p. 3. tr. 2. Res. 56.

§. 1. VErba Concilij sunt hæc. Ne liceat Regularibus à suis Conuentibus exire, etiam prætextu ad Superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi aut vocati fuerint; Qui verò sine prædicto mandato, in scriptis obtento, repertus fuerit, ab Ordinariis locorum, tanquam desertor sui instituti, puniatur. Ita Concilium, quæ verba non sunt intelligenda de adeunte Superiorem ex graui causa, vt si à Superiore monasterij nimium fuerit grauatus, & inique vexatus; sed Concilium solum vetat, ne quis Religiosus possit exire à Monasterio sine licentia Superioris, etiam vt adeat Superiorem, non autem vetat, ne grauatus grauiter per viam iusti grauaminis, & appellationis iustæ, verbo, vel facto interpositæ, possit adire superiorem ad conquerendum de illo. Vnde arbitror, quod licet Ordinarius iustè possit capere talem Regularem per suum territorium transeuntem, iuxta tenorem prædicti Concilij, non tamen iustè retinere, nec punire, si fidem faceret se grauatum appellasse, vel de grauamine protestatum iter arripuisse ad Superiorem, & ideò licentiam scriptam non deferre, quia noluit eam dare Prælatus, à quo appellauit, vel iustè metuit petere, quia ob appellationem vel licentiæ petitionem, in carcerem iniustè coniectus fugit, & quia in tali casu non tenetur Religiosus petere licentiam, non enim consensus petendus est ab eo, qui vexat iniquè, vel de cuius culpa corrigenda, & emendanda curatur, nec enim verisimile est voluisse Concilium punire actus licitos, vt non possit iusta de causa recurri ad Superiorem. Et hæc omnia desumpta sunt à Sanctarello *tr. de Apostas. cap. 3. dub. 1. n.* 11. quæ ipse desumpsit à Nauarro *comm. 2. de Regul. n.* 61. *& commen. 3. num.* 51. ab Azorio *tom. 1. lib. 12. cap. 11. quæst.* 7. Sayro *in claui lib. 12. cap. 17. num.* 40. & Rodriquez *tom. 1. quæst. 29. art. 2. & quæst. 30. art.* 4. Claudam hanc resolutionem cum verbis Emanuelis Sà *verb. Religio, n.* 71. sic asserentis; Non obstat Concilium Tridentinum ei qui fugit, nimis sæuiente Superiore.

Sup. hęc verba Concilij, & eorum doctrinam. infra in Res. 44. cum sim. §. Sextus. Et lege etiam ibi doctrinam. §. Hoc supposito. & seqq.

RESOL. XII.

An in iudiciis Regularium nomina testium sint reo manifestanda: Ex p. 11. tr. 38. & Misc. 3. Res. 7.

§. 1. HIc casus fuit his diebus agitatus in sacra Congregatione deputata super negotiis Episcoporum & Regularium, & de illo interrogatus respondi, quòd licet aliqui Doctores videantur negatiuè respondere, tamen intelligendi sunt quando non agitur de re graui. Dico igitur culparum differentiam attendendam esse; nam in leuioribus culpis in quibus nullum reo imminet periculum cōsideratione dignum, prudenter facit Superior, qui denunciatorum, & testium nomina occultat, id enim maximè conducit ad animorum tranquillitatem, & pacem inter Religiosos conseruandam, & è contrario iustè vereri potest, rixas & odia in Religionis perniciem fore excitanda.

2. At verò in grauioribus criminibus, de quibus nos agimus, in quibus de punitione publica agitur, & Religiosus periclitatur, constat diligenter [illegible] rum oportere inuestigari, & ideò testium nom[ina] aperienda, & maximè vbi ab externo Religiosus accusaretur, & nomina testium in his causis publicari debere in Sacra Minorum Religione esse constitutum tradit Emanuel Rodriquez, 2. *tom. quæst.* 3. *artic.* 1. *in fine, & quæst.* 15. *artic.* 1. *in fin.* quod si præfari

facti DD. culparum differentiam consideraffent, non vtique esset inter eos disceptatio, sed satisfuit hoc Superioris remittere arbitrio, quod nos in hoc consistere arbitramur, manifestúmque facit Innocentij III. illa constitutio, *in d. cap. per tuas in fin. de Simonia.* Et ita hanc sententiam præter Rodriquez *vbi supra*, tenet Ioseph Aldrette, *de Religiosa disciplina tuenda, lib. 1. cap. 24. num. 8. & 9.* Victorinus Mancus *de modo procedendi cap. 7. num* 8. Pellizzarius *tom. 2. tract. 9. cap. 4. sect. 2. num.* 115. & Martinus de San Ioseph *in ordine iudiciario cap. 14. num. 1.* vbi sic ait, [Se han de publicar no solamente los dichos de los testigos, sino tambien sus nombres, para que les pueda tachar el reo defendiendose, Clarus *vbi supra*, Rojas *sing.* 140. Salzedo ad Bernard. Diaz *c.* 128. *litera* C, en las causas de la fee manda el derecho no se publiquen los nombres de los testigos, ni accusadores, *c. vlt. de hær. l. 6.* el Padre Miranda *quæst. 23. artic. 1. concl. 2.* y guada las causas de la fee en esta parte con las de los Religiosos, quando son criminales, porque en ellas es cosa notoria. Se procede extraordinariamente, y de plano: lo mismo siente nuestro hermano Fray Ioseph de Santa Maria *tract. 4. cap. 19. in fine*, y ambos seguiaron por Paz *tom. 1. part. 4. temp. 9. numer.* 170. Pero creo yo no miraron *el cap. final. de hæret.* lo que dispone Bonifacio VIII. en el es, que se callen los nombres de los testigos en causas de heresia, quando amenazare graue peligro à los mismos testigos por la potencia de las personas contra quien se inquiere, pero añade luego. *Cessante vero periculo supradicto, accusatorum, & testium nomina, prout in aliis fit indiciis publicentur.* No hizo el barato el derecho en cosa tan graue que pensaron estos Padres, pues quiere que si se callaren los nombres de los testigos en causas de heregia sea en caso que à menaze graue peligro à los accusadores y testigos, y que entonces se manifesten los nombres al Obispo Diocesano, y la glosa señalando que peligro ha de ser que llama Bonifacio graue; dize que se ha de temer la muerte, otruncacion de miembros de los testigos, o destrucion y a solamientò de sus haziendas, o cosas semejantes. Vease esta glosa *verbo periculum* y que no le auiendo, manda el mismo Capitulo se publiquen los nombres de los testigos: y en el *§. cæterum* y penultimo encarga las conciencias à los inquisidores, que no miraren bien si ay peligro, ò nò. Por donde se echara de ver la importancia de la materia presente, pues en las causas de la fe procede el Pontifice con tan gran recato, como se ha visto y assi resoluiendome, me parece que no se puede seguir la opinion de Miranda sino es con tres limitacione; la primera, que sea en causas ordinarias, como de priuacion de officio de Prelado, por mal gouierno, ò otros que no sean infamatorios y graues; porque en tratandose de delictos infamatorios y graues, se ha de hazer publicacion de testigos, y de sus nombres si las pidieren los reos.] Ita ille; alias limitationes videbis penes ipsum.

3. Verùm si in aliquo graui casu Superior putauerit expedire, quod alicuius testis Religiosi nomen supprimatur, quia graue periculum immineret, optimè faciet si nomen non publicari præceperit, veluti quia reus, & si iam in carcere detineretur, eius tamen factio, & partium studium timeri potest, ne per potentiam iniuriam, vel graue damnum inferant testi; Tunc autem Superior ponderet verba Archidiaconi, sicut & Eimericus in directorio expendit; ait enim: O tu quicumque Iudex, in tali causa bene aduerte verba ista, nam non dicit leue periculum, sed dicit graue, noli igitur reum priuare debito iuris ordine sine magna causa, quoniam hoc fieri non potest sine offensione Dei. Ita *in cap. final. de hæreticis in 6. direct. 3. part. qu.* 76. Itaque tantummodò in graui testium periculo nomina occultet.

4. Deinde vt nullo modo id admittat, vbi accusator, & testis esset externus, tum quia nullum poterit à Religioso timeri periculum; tum etiam quia laïci Religiosis oppidò infesti sunt & valdè verendum est, ne per iniuriam eos falsis accusationibus, & depositionibus opprimere conentur, *cap. laicos, cap. laici 2. quæst. 7. cap. de cætero, de testibus.*

RESOL. XIII.

An Generales, & Capitulum generale possint limitare, vel omninò tollere à Fratribus vllum priuilegiorum Apostolicorum?

Et an Capitulum generale possit statuere aliquid contra ius commune?

Et in exemplum prædictarum difficultatum, adducitur curiosum, & notabile dubium in textu huius Resolutionis. Ex p. 3. tr. 2. Res. 87.

§. 1. REspondeo affirmatiuè cum Tamburino *de iure Abbat. tom. 1. disp. 16. quæst. .. num.* 2. Peirino *in priuileg. Minim. tom. 1. constit. 1. Iulij II. §. 3. num.* 9. Portel. *in dubiis Regular. ver. priuil. n.* 78. Miranda *in manual. Prælat. tom. 2. quæst. 43. art.* 4. Emanuele Rodriquez *in qq. Regul. tom. 1. q. 9. art.* 2. & hæc opinio procedit etiam in Religionibus non habentibus specialem auctoritatem Apostolicam ad hoc faciendum, quidquid aliqui contradicant, aduersùs quos insurgit Hieronymus Rodriquez *in compen. qq. Regul. resolut. 116. num.* 2.. & alij. Sup hoc in Res. seq.

2. Aduertendum est tamen, quòd Capitulum generale non potest statuere aliquid contra ius commune; vnde in gratiam lectorum ponam hìc per extensum quoddam consilium à me in casu de quo interrogatus fui, magna diligentia, & studio compositum, & facti species erat ista.

3. Capitulum generale cuiusdam Religionis determinauit quædam immobilia certæ domus alienanda esse tantùm à quinque Patribus eligendis per Capitulum dictæ domus, vt postea factum fuit. Quæritur, an tale decretum fuerit validum, & an alienatio, si tali modo efficeretur, fuisset inualida?

4. Respondeo supradictum decretum fuisse inualidum, & suppono primò. Capitulum generale cuiuslibet Religionis non posse determinare aliquid contra ius commune, vt patet *in cap. quod super his, de maior. & obedien.* vbi Panormitanus, & alij Canonistæ. Idem etiam docet in terminis Miranda *in manuali Prælat. tom. 2. quæst. 25. art.* 5. Tamburinus *de iure Abbat. tom. 1. disp. 5. quæst. 12. num* 6. Hieronymus Rodriquez *in compen. qq. regul. resol. 116 n. 16.* Peirinus *in priuil. Minim. tom. 1. constit. Pyrrh. § 4. n.* 10. Portel. *in dub. regul. 2. statutum. n.* 9. Salas *de leg. disput. 8. sect. 13. n.* 56. & Nauarrus *de Regular. lib. 3. conf. 56. n* 4. qui agit de quodam statuto facto in Capitulo generali Minimorum.

5. Suppono secundò, alienationem bonorum immobilium pertinere de iure communi ad totum Capitulum Monasterij, vt patet *ex cap. sine exceptione 12. quæst. 2.* & ex iuribus quæ affert Villagut *tract. de alien. rerum. Eccles. lib. 1. part. 1. cap. 1. num.* 1 quibus adde Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib. 1. cap. 4. dub. 3. conclus.* 2. Portel *in dub. Regul. ver. alienatio, num.*

num. 1. Filliucium *tom. 3. tract. 44. cap. 5. num. 13.* Bonacinam *de alien.bon. Eccles. disp. 2. q.vn.punct.4.n. 4.* Riccium *in praxi tom. 1. resol.* 48. Lancellotum *in instit. Can.lib. 2. tit. 27.* & alios penes ipsos. Vnde Vrbanus VIII. alienationem bonorum immobilium de qua loquimur, voluit faciendam esse à Patribus, & Præposito dictæ domus, quam quidem Bullam iuxta iuris formam interpretandam esse certum est, per ea, quæ adducit Decius *cons.* 403. *n.* 17. Amatus *cons.* 64. *num.* 15 & alij.

6. Hoc supposito sic argumentor. De iure communi competit Capitulo dictæ domus alienatio bonorum immobilium, sed Capitulum generale non potest determinare aliquid contra ius commune; ergo inualida fuit determinatio, de qua loquimur, quia est contra ius commune.

7. Sed instabis aduersùs supradicta, quòd dato dictam determinationem Capituli generalis fuisse inualidam, tamen vnusquisque potest cedere iuri suo, *ex l. si index, ff. de minor. cap. tuis, ver. nisi, de testibus, cap. ad Apostolicam, de Regul. cap. ex conscientia, de sortileg.* vt notant Doctores, quos affert Augustinus Barbosa *in collect. tom. 2. lib. 5. tit. 20. c. 9. n. 4.* & Petrus Barbosa *in l. alia §. eleganter, n. 12. cum seq. ff. soluto matrimonio*, vnde *in cap. quia propter, de elect.* habetur quòd potestas eligendi residens penes totum Capitulum, potest à Capitulantibus committi aliquibus viris. Sed hoc accidit in casu nostro, quia vocales dictæ domus cesserunt iuri suo, & legerunt illos quinque Patres; ergo valida erit alienatio dictorum bonorum ab illis facta. Nec possunt dicti Patres, qui elegerunt alios quinque, modò aliquid repetere. Nam qui renuntiauit iuri suo, illud repetere non potest, & actiones suas remittentibus, non est dandus ad eas regressus vt patet ex *l. quæritur, §. si venditor. de adilit.edict.* & ex multis probat Parisius *de resign. benefic. lib. 1. q. 13. n. 1. & 78.* Couar. *lib. 1. var. cap. 4. num. 1.* Surdus *decis.* 231. *num.* 13. Tiraq. *de retr. lig. §. 1. glossa 9. num.* 119. & Barbosa *in c. quàm periculosum, q. 1. n. 2.* Decius *cons.* 445. *n.* 56. Becius *cons.* 38. *n* 4. & alij.

8. Verùm ego his non obstantibus, puto supradictam alienationem factam à dictis solis quinque Patribus esse inualidam. Vnde pro eneruanda doctrina adducta, notandum est, quod sacri Canones in alienatione bonorum Ecclesiæ requirunt pro forma consensum Capituli, vt notant DD. citati *in 2.* supposito, quibus addo Tannerum *in 2. 2. D. Thom. disp. 4. quæst. 7. dub. 7. num.* 18. Lessium *lib. 2. cap. 24. dub.* 11. cum aliis, & pro hoc bono, & vtilitate dictarum Ecclesiarum, quia vt ait Villagut *tractat. de rebus Eccles. malè alien. lib. 1. p. 1. c. 1. n. 1.* illud quod commune est, negligi semper solet, & variis passionibus moti homines, potiùs quærunt quæ sua sunt, quæ communia, & Ecclesiarum. Meritò igitur visum fuit tot summis Pontificibus, negotium alienationis bonorum Ecclesiasticorum committere pluribus, vt illud accuratius expediatur. Ita Villagut, & alij communiter.

9. His suppositis ad argumentum adductum respondeo, posse aliquem cedere iuri, & priuilegio suo, quando illud ius respicit tantùm priuatum eius commodum, non autem quando respicit bonum publicum, & aliorum, vt patet ex *c. si diligenti, de foro competenti, & in l. ius publicum, ff. de pactis*, & aliis iuribus adductis per Tambur. *de iure Abbat. tom. 1. disp. 16. q. 15. num* 3. Peirinum *in Rituali Minim. part. 2. not.* 10. Syluest. *ver. Priuil. q.* 10. Armillam *eod. ver. n.* 9. Nouatium *in qq. forens. part. 1. q. 66. n. 2.* Sanch. *in summ. tom. 1. lib. 4. c. 39. n. 29.* Sigismundum à Bononia *tract. de electione, part. 1. c. 2. dub. 25. n. 7.* Lauorium *in variis elucubrationibus, tit. 4. c. 14. n. 87.* Suarez *de legib. lib. 8. c. 6. n. 2.* & alios communiter. Sed ius quod habet totum Capitulum Ecclesiæ, seu Monasterij, vt alienatio bonorum efficiatur cum ipsius consensu, respicit bonum commune, & bonum Ecclesiarum, quia plures magis accuratè perpendunt negotia, quàm pauciores, vt patet ex iuribus & ratione adducta à Villagut, *vbi suprà*. Ergo non licet Patribus alicuius Capituli cedere iuri suo, & eligere aliquos tantùm, vt possint bona Monasterij alienare, quia hoc vergeret in damnum Ecclesiarum, cùm alienatio bonorum à pluribus magis maturè perpendenda, efficeretur à paucioribus contra mentem Canonum, qui in alienatione bonorum Ecclesiarum, ad earum vtilitatem præscribunt talem formam, nempè consensum plurimorum saltem maioris partis Capituli, quæ omnia non accidunt in casu *c. quia propter, de el.* adducto in argumento contrario. Nam, vt optimè aduertit glossa *ibi in verbo, viri*, & miranda *in manual. Prael. tom. 2. q. 23. art. 34. q. 1.* Negotium electionis meliùs potest expediri per pauciores, quàm per plures, quod contrarium accidit in alienatione bonorum Ecclesiasticor. vbi quanto sunt plures, qui in illa interueniunt, tantò meliùs & accuratiùs rem pertractant, vt suprà ex sacris Canonibus, & rationib. probatum est. Non est igitur sumendum argumentum de electione ad alienationem, quia in electione electores cedunt iuri suo, non vrgenti in damnum Ecclesiarum, imò in vtilitatem: secus autem, vt dictũ est, accidit in casu nostro, in quo PP. Capituli si cederent iuri suo, frangerent formam immutabilem præscriptã in fauorem, & vtilitatem Ecclesiarum à sacris Canonibus, & summis Pontificibus, & vsque adhuc in Ecclesia Dei semper obseruatam; ergo, &c.

10. Et tandem his omnibus etiam addendum est, quòd licet dicti PP. cesserint iuri suo, & remittentib. ius suum non detur regressio, hoc tamen intelligitur, nisi ita remittens esset aliquo modo excusabilis, vt docet Io. Andr. *in c. vt quis duas, de elect. in 6. sub n. 3. ad fin. super ver. tolerabilis*, quem nouissimè citat, & sequitur Melchior Lotterius *de re beneficiaria, t. 1. lib. 2. q. 13. n. 93.* Sed hoc accidit in casu de quo loquimur, cùm certum sit, vt ex iuramento, & testibus patebit, supradictos PP. cessisse iuri suo ex ignorantia, quia putabant ad hoc teneri vigore, & obligatione decreti facti in Capitulo generali, de cuius nullitate supra iam dictum fuit; ergò necessariò dandus est illis regressus ad repetendum ius suum ex errore excusabili, vt dictum est, renuntiatum. Adde quòd licet ordinariè non liceat contrauenire facto proprio, & allegare propriam turpitudinem, excipitur tamen nisi fiat ob causam necessariam ad animæ salutem, vel nomine Ecclesiæ, vt notat Paul. Layman *in Theol. moral. lib. 3. sect. 5. tr. 4. c. 50. n. 4.* & ideò ex Abbate, & Nauarro, asserit quòd si rei Ecclesiasticæ alienatio contra iuris terminos facta sit, non tantùm Capitulum, siue Ecclesia, sed ipsemet Ecclesiæ Prælatus rem à se malè alienatam repetere potest, allegans propriam turpitudinem. Et ideò Naldus *in summ. ver. alienare, n. 7.* sic asserit, alienans rem Ecclesiasticam sine debita solemnitate recipit rem ipsam venditam vnà cum fructibus, in hoc enim casu contra iuris Regulas auditur allegans turpitudinem suam. Ita ille qui citat Rotam Romanam *part. 1. decis.* 24. sed hoc accidit in casu nostro; ergo, &c.

11. Vnde ex supradictis laïcus emptor dictorum bonorum Ecclesiasticorum, non voluit illa emere à solis illis quinque Patribus, sed à toto capitulo illius domus, vt posteà factum fuit, nemine discrepante.

RESOL.

RESOL. XIV.

An Capitulum Generale alicuius Religionis possit restringere, & limitare vsum priuilegiorum? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. Ref. 66.

Sup. hoc in Res. praeterita signanter in §. 1.

§. 1. NEgatiuè respondet Pasqualigus *in qq. Moral. Cent. 4. quaest. 331. numer. 8.* vbi sic ait; Hinc autem fit: quod nequeant Superiores Religionis, aut etiam Capitulum Generale limitare, aut restringere vsum priuilegiorum, si omnibus & singulis concessa sint contra id, quod docent Mirand. *in Manual. tom. 2. quaest. 43. art. 4.* Portel *in dub. Regularium verb. Priuilegium, num. 78.* Rodriquez *tom. 1. quaest. regul. quaest. 17. art. 5.* Lezana *tom. 1. summ. cap. 18. num. 56.* Neque valet ratio in oppositum, quod non sit praesumendum quod Pontifex, vt zelator obseruantiae regularis, velit, quod subditus vtatur priuilegiis contra voluntatem Superiorum; quia cùm veritati cedat praesumptio *l. Nuptura, ff. de iure dot. & l. cum de indebito, ff. De probat.* & constet de voluntate Pontificis, quod subditi habeant proprium ius ad vsum priuilegiorum, dum omnibus & singulis concedit, atque adeò personaliter non est inducenda praesumpta voluntas contraria, praesertim quia non est contra Regularem obseruantiam, quod subditus vtatur gratiis maiorum Superiorum independenter, & contra voluntatem minorum, cùm minores debeant se conformare maioribus, non minus quàm subditi immediatis superioribus. Nec priuilegia sunt contra regularem disciplinam, si non contineant abusum. Ita ille.

2. Sed ego prorsus talem sententiam reiiciendam puto, & affirmatiuam tenendam esse existimo. Et ita praeter Mirandam, Portel, Rodriquez, & Lezanam à Pasqualigo adductos, tenent communiter Doctores. Et ita me citato tenet Bordonus *in Conf. Regular. tomo 2. resolut. 52. numero 316.* & me citato Bassaeus *verb. Priuilegium 4. numero 11.* & me citato Pellizarius *in man. Regular. tomo 2. tractat. 8. capite 1. numero 62. & 63.* Quibus etiam adde doctum Magistrum Donatum *tomo 1. tractat. 13. quaestione 20.* Brauum *in tract. Monast. capit. 7. num. 11.* Tamburinum *de iure Abbatum tomo 1. disp. 16. quaest. 9.* Hieronymum Rodriquez *in Compend. res. 116. numero 26.* Bellasium *in Prompt. Regular. verb. Priuil. num. 6.* Suarez *de Relig. tom. 4. tra. 8. l. 2. c. 22. n. 14.* & alios.

3. Probatur haec opinio, nam vt benè obseruat Suarez *vbi supra*, & contra *Regem Angliae libro 4. capit. 7. numero 12. & 15. & capit. 13. numero 7.* quamquam priuilegium Apostolicum sit datum in fauorem verbi gratia Abbatum, aut aliorum subditorum Ordinis, eo pacto intelligitur datum, vt simul habeat secum imbibitam moderationem ab ipso Pontifice concessam supremis Potestatibus Ordinis, prout illius augmento, & conseruationi, iustis de causis visum fuerit expedire. Itaque Regula illa; Inferior non potest abrogare, &c. locum habet solùm, quando inferior restringit, aut tollit priuilegium contra voluntatem eius, cui concessum est; quod certè non euenit in casu nostro, cùm in Capitulis Generalibus, ac Prouincialibus, in quibus suppono eiusmodi priuilegia abrogari, adsit interpretatiua voluntas totius Religionis, cui concessa sunt dicta priuilegia: quod est talem restrictionem, aut ablationem priuilegij fieri de consensu habenti priuilegium. Praeterquam quod Papa concedens priuilegium in fauorem Religionis censetur illud conferre iuxta ordinem debitum, & magis consentaneum ipsi Religioni, quamdiu expressè non declarat in contrarium: debitus autem ordo Religionis petit, vt inferiores Praelati pendeant à Superioribus, & consequenter credendum est hanc esse mentem Papae concedentis talia priuilegia, quomodo non potest dici inferior auferre facultatem concessam à superiore; quippè quae non est concessa simpliciter, sed cum hac subordinatione.

4. Et quidem cùm priuilegia principaliter concedantur toti Religioni, & tota Religio in Capitulo Generali censeatur existere; sequitur, eam si iudicauerit ita expedire, posse à se tota abdicare vsum illorum, & consequenter etiam à proprio Generali, cùm nemo cogendus sit vti suo priuilegio. Ita sentiunt viri docti à me consulti.

5. Vnde ex his patet responsio ad argumenta à Pasqualigo adducta pro sua confirmanda opinione; quae licet vim haberent, quod nego, procederent seclusis priuilegiis ad faciendum, quae habere Regulares certum est. Leo namque X. concessit quod Generalis Minorum in suo capitulo Generali, & quilibet Prouincialis in suo Capitulo Prouinciali, cum consensu tamen eiusdem Capituli, vel maioris partis, declarare possit, & valeat, vtrum ab vsu alicuius concessionis, viuae vocis oraculo factae abstinere debeat, ac si concessio huiusmodi per Sanctitatem suam suspensa, vel reuocata fuisset, & habetur in supplemento Ordinis, *fol. 94. concess. 296.*

6. Id item concessit Gregorius XIII. Superioribus Illustrissimae Religionis Societatis IESV, vt possent scilicet indulta Apostolica, quomocumque hactenus concessa, limitare, eorumque vsum prohibere, prout habetur *in Compend. Societatis, tit. Gratiarum vsu*, §. 2. quod extenditur ad Superiores Mendicantium, ob communicationem priuilegiorum.

7. Et ideò rectè in Actis Capituli Generalis nostrae Religionis Clericorum Regularium celebrati Romae apud Sanctum Syluestrum Montis Quirinalis 1610. mensis Maij. sic habetur, Decreuerunt Patres, vt Compendium priuilegiorum, & facultatum Nostrae Congregationis Clericorum Regularium à Patre D. Alexandro Peregrino Clerico Regulari concinnè dispositum, & vtilibus annotationibus auctum publico nostri Ordinis commodo Typis excudatur, excusumque ad singulas nostras Domos quam primùm transmittatur. Nemini verò licitum sit ab ea die, qua praedictus libellus transmissus fuerit, aut quomodolibet innotuerit, absque licentia Admodum Reuerendi Patris Nostri Generalis aliquo alio priuilegio vti, praeterea quae in iam dicto Compendio continentur, ac alia quae apud nos sunt in vsu, dummodo non sint à Summo Pontifice reuocata; D. Theodosius Nigrisolius Secretarius.

RESOL. XV.

An Praelati Regulares possint amoueri à suis Praelaturis ad libitum suorum Superiorum sine causa?

Et Superior pendente accusatione, vel inquisitione contra aliquem, an in tali casu non possit spoliare eum Praelatura etiam manuali, nisi prius probato delicto, &c. Ex p. 3. tr. 2. Ref. 117.

§. 1. Affirma-

§. 1. Affirmatiuè respondeo, nisi Prælatura sit electiua. Dico igitur, Superiores Religionum posse amouere, & spoliare Prælatos manuales de suis Prælaturis manualibus quomodocumque, & quandocumque ipsis placuerit, etiam sine causa, nec ipsi Prælati manuales possunt conqueri, siue agere quicquam contra spoliatores, *ex cap. cùm ad monasterium, §. tales, in fine, iuncta gloss. ver. perpetuo, de stat. Monach.* Et ratio est, quia Superiores illos à dictis Prælaturis amouendo, vtuntur iure suo, nec illis iniuriam faciunt, & ita hanc sententiam ex multis Doctoribus, probat & tenet nouissimè Aloysius Riccius *in praxi, tom. 4. resol. 51. num.* 4. & ante illum Sigismundus à Bononia *in tract. de electione, part. 1. cap. 7. dub. 49. num. 7.* vbi *num.* 14. asserit Prouinciales, Rectores, &c. Societatis IESV, qui instituuntur à suo Præposito Generali, & item Priores seu Guardianos aliarum Religionum, qui prouidentur à suis Generalibus, seu Diffinitoribus, posse mutari, vel spoliari ab eisdem suis Prouisoribus, seu Institutoribus, etiam sine causa, quomodocunque, & quandocunque id eis placuerit; hi enim omnes censentur beneficia, & Prælaturæ manuales. Ita ille qui respondet ad argumenta, quæ in contrarium adduci possunt.

2. Nota tamen quòd in vno casu fallit supradicta opinio, & erit quando Superior, pendente accusatione, vel inquisitione contra aliquem, eum spoliaret Prælatura etiam manuali, & ratio est clara, quia dum Superior cœpit accusationem, vel inquisitionem contra subditum ad effectum spoliandi eum Prælatura, tum ipsa spoliatio superueniens non considerabitur, vt ius simplex, & imperium, Superioris in subditum, sed vt pœna illius delicti, de quo ipse iam cœpit accusationem, seu inquisitionem. Sed talis pœna non potest imponi, nisi prius probato delicto. Ergo, &c. vide etiam Lauorium *in var. elucubrat. tit. 4. cap. 23. n. 23. & 24.* vbi etiam addit, Prælatos Regulares de facili, & leuioribus causis posse amoueri à suis Prælaturis etiam electiuis, & citat. *c. per tuas el. 1. de simonia, & c. qualiter el. 2. de accusat.*

RESOL. XVI.

An Prælati Regulares teneantur emittere professionem Fidei?

Sed maius dubium est, circa Regulares Lectores Philosophiæ, & sacræ Theologiæ, an inquam, teneantur emittere Fidei professionem? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 78.

§. 1. Affirmatiuam sententiam præcipit Pius IV. in sua constitut & docet Hieronymus Rodriq. *in compen. qq. Regul. resol. 67. n. 1.* Emanuel Rodriquez *in qq. Regul. tom. 1. q. 72. art. 1.* Riccius *part. 4. decis.* 83. *numer.* 1. Ricciullus *tract. de iure part. 5. lib. 1. c. 13. n. 5.* Barbosa *de potestate Episc. part. 2. allegat. 61. n. 7.* & alij penes ipsos.

2. At ferè in omnibus Religionibus vsus est in contrarium, & ideo Prælati ad hanc fidei professionem non tenentur. Vnde Tamburinus *de iure Abbat. tom. 1. disp. 8. quæst. 3. num. 3.* sic ait. In illis Religionibus, in quibus constitutio Pij IV. non est vsu recepta, vel est contrario vsu abolita, Prælati Regulares non tenentur ad fidei professionem emittendam, & Hieronymus Sorbo *in annot. ad compen. priuileg. tit. Professio fidei*, dicit sacram Cardinalium Congregationem respondisse prædictam constitutionem quoad Prælatos Regulares non esse in vsu, atque ita pariter consuluisse alios doctissimos viros, & ita in praxi obseruari, quidquid dicant alij, & reuera hodie in Religionibus prædicta constitutio non obseruatur. Ita Tamburinus, & de dicta praxi testatur etiam Portel *in dubiis Regul. ver. professio, num. 3.* & illam approbat Sigismundus à Bononia *tract. de elect. part. 1. cap. 7. dub. 50. num. 7.* & Villalobos *in summa tom. 2. tract. 1. diffic. 6. num. 3.* vbi sic ait. [Aduerto que aunque el Concilio Tridentino no obliga à los Prelados à hazer la Professiõ de la fè; los obliga Pio IV. en vn moto proprio, aunque sean de los Ordines militares. Mas esto en muchas religiones no està en vso, y dondo no lo estuuiere, non obligarà.] Ita ille, & ego cum Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 2. cap. 5. num. 3.* quidquid afferat Barbosa *vbi suprà.*

3. Sed maius dubium est circa Regulares Lectores Philosophiæ, ac sacræ Theologiæ, an inquam, teneantur emittere fidei professionem? Portel *vbi suprà in dub. Regul. verb. Professio fidei, num. 3.* affirmatiuè respondet, & cum Rodriquez asserit Prælatos Regulares aliter promouentes Lectores in suo ordine incurrere pœnas positas in 1. Bulla Pij IV. sed si in aliqua Religione dicta Bulla non fuit vsu recepta, vel per contrarium vsum fuerit abrogata, vt suprà de Prælatis dictum est, non condemnarem Lectorem dictam professionem fidei minimè facientem.

RESOL. XVII.

An Superiores Regulares teneantur residere in suis Monasteriis, ita vt teneantur assistere etiam tempore pestis, & hæresis, & etiam cum periculo mortis?

Et quando vero, & pro quali causa debeat Generalis dispensare in casibus occurrentibus, vt Superior Monasterij remaneat extra conuentum per aliquos dies, &c. Ex p. 9. tract. 7. & Misc. 2. Ref. 54. alias 53.

§. 1. Respondeo affirmatiuè: nam, generaliter loquendo, ea, quæ in Concil. Trident. *sess. 6. cap. 1. & 2.* & aliis iuribus statuuntur circa residentiam Prælatorum, intelligi debent suo modo de Prælatis Religionum propter similem rationem. Miranda *in Manual. tom. 2. quæst. 9. art. 5.* Hinc Prælati Monasteriorum tenentur assistere suis Monasteriis tempore pestis, vel hæresis, etiam cum periculo mortis. Ratio est: quia sunt quasi Parochi illorum Monasteriorum: Parochis autem non licet fugere in euentibus. Sanch. *lib. 6. in Decal. cap. 2. num. 55.* & cum ipsis Lezana *in summa tom. 1. cap. 18. numero* 12. Vnde ego olim interrogatus, an Generalis cuiusdam Religionis potuisset permittere, vt Prior Monasterij Romæ remaneret per aliquot menses ad imprimendum quendam librum? Respondi negatiuè. Quod etiam nouissimè docet Bordonus *in suis consiliis Regular. tom. 2. resolut.* 80. *numer.* 47. Quando verò, & pro quali causa debeat Generalis in casibus concurrentibus dispensare, vide Tamburinum *de iure Abbatum, tom. 1. disputatione 14. quæstione 3. 4. & 5.* Et aduertant Generales Religionum in hoc, ne cæci cæcos ducant, & omnes in foueam cadant.

RESOL.

RESOL. XVIII.

An Superiores Regularium, qui non legunt Decreta Vrbani VIII. de Celebratione Missarum temporibus statutis, sed post aliquos dies incidant in pœnas?
Idem dicendum est de alia Constitutione Vrbani VIII. de obseruatione Bullarum pertinentium ad S. Officium. Ex p.5.tr.14. & Misc.2. ref.15.

§.1. IN dictis decretis statuitur quòd sub pœna priuationis vocis actiuæ & passiuæ, Superiores locales teneantur illa legere in publico refectorio bis in anno, scilicet feria secunda post 1. Dominicam Aduentus, & fer. 6. post Octauam Corporis Christi, quæritur an si ex negligentia legantur post dies aliquot, sit locus pœnæ supradictæ? Hic casus est multum practicabilis, quia sæpius Superiores ex negligentia, vel inaduertentia non faciunt legere dicta decreta diebus statutis, sed post dies aliquot. Verùm subditi, hoc non obstante, contra Superiores malè affecti intendunt illos in pœnas incurrisse. Ego autem frequenter de hoc casu interrogatus respondi negatiuè; & nouissimè inuenio sic quoque sentire Laurentium de Peyrinis *in priuileg. Minim. tom 3. cap. 12. num. 4.* vbi sic ait. Quæro an remaneat Superior priuatus, qui eo die determinato non facit legere dicta decreta Vrbani VIII. de celebratione Missarum, ex negligentia, vel inconsideratione, aut ignorantia; sed facit legere post mensem, v.g. Respondeo quòd dicta statuta determinatis diebus legi debent, quòd si non legantur, legi debent die sequenti, & sic deinceps. Non enim ponitur terminus ad finiendam obligationem, sed ne dilatetur executio. Quare transacto assignato termino non cessat obligatio. Vnde cùm pœna priuationis non sit statuta ad canonizandum diem præfixum ibi, sed solùm ad obligationem inducendam lectionis dictarum constitutionum, ne vllo vnquam tempore in obliuionem, aut dissuetudinem abeant, quod est finale motiuum dictæ lectionis, dicendum est, quòd qui ex ignauia, seu negligentia, vel obliuione dictas constitutiones diebus præfixis non curauerit legi, non incurret dictam pœnam, si alio tempore post mensem, v.g. termini præfixi legi faciat, facturus legi in termino præfixo, si meminisset, vel sciuisset. Ita Peyrinus, qui alias adducit rationes pro hac firmanda sententia, quam etiam tenent docti iuniores de hac re à me consulti.

2 Et idem dicendum est de alia constitutione Vrbani VIII. edita feria 6. die 14. Aprilis 1643. de obseruantia Bullarum pertinentium ad sanctum Officium. Vbi Sanctissimus decernit quòd legatur singulis annis in publica mensa, id est, feria 6. post Octauam Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, sub pœna priuationis officij, & vocis actiuæ, & passiuæ. Sed ego decisionem huius dubij remitto ad sacram Congregationem.

RESOL. XIX.

An Superiores Regularium. & alij excusentur à pœnis impositis in aliquibus Bullis Pontificiis ratione ignorantiæ & bonæ Fidei, etiam in Foro externo.
Et docetur, quod in tali casu ignorantia probatur per iuramentum.
Et notatur ignorantiam etiam vincibilem siue facti, siue iuris imponentis censuras, & alias pœnas spirituales, siue factum illud fuerit peccatum mortale, si peccatum non fuerit ignorantia crassa, & supina, factum excusare ab omnibus illis pœnis. Ex p.5.tr.14. & Misc.2. Ref. 24.

§.1. HIc casus est practicabilis, ad illum sic respondet Laurent. de Portel *in respons. Regul. p.1. cas. 27. n. 3.* Pro maiori istius casus noritia, & aliorum similium quotidie contingentium, in quibus violantur Bullæ Pontificiæ punientes illos, qui contrà facere præsumpserint, quomodo credendum sit transgressori dicenti se fecisse bona fide, & quomodo probanda sit illius bona fides. Respondeo in primis, quòd si agatur solùm de foro conscientiæ, credendum est omninò asserenti se fecisse bona fide, nec cogitasse ibi interuenisse culpam, vel pœnam; si enim id crederet, non fecisset. Et huic tali persuadendum est, vt omninò quietus sit, nec se credat incurrisse. Imò addo quòd licèt lex violata non poneret hoc verbum, *præsumpserit*, si tamen contrafaciens excusatus fuit à peccato, vel ob inaduertentiam, vel ob iustam ignorantiam, non incurrit pœnam aliquam, quia vbi non est peccatum, seu culpa, non datur pœna. Si verò agatur de foro externo, quomodo probanda sit bona fides, siue ignorantia.

Sup. hoc infra in Ref. 212 §.1. ad medium, à vers. Cum igitur. & in aliis eius annot. & signâter in §. 2. & in aliis annot. 1. dict. §. & pro bona fide contenta in hoc textu in to. 6. tr. 1. Ref. 38. § Quoad dictum. &c.

2. Dico primò id posse colligi ex præsumptione. Ad maiorem verò securitatem probari potest bona fides & ignorantia per iuramentum parti exhibitum, stante enim dubio, stabitur iuramento illius. Si verò obiiciatur in hoc casu, quòd contra istam Abbatissam datur præsumptio iuris, quia ius contra illam præsumit, quod sciuerit, quæ tenebatur scire pertinentia ad suum officium. Respondeo quòd etiam præsumptio iuris eliditur per iuramentum in contrarium, vt habetur *in cap. cùm in tua, qui matrim. accus. poss.* & glossa *ibid.* in fine casus, & hæc omnia docet Portel *loco citato*, qui citat Nauarrum *lib. 1. consil. tit. de constitut. cons. 1. quæst. 2. n. 6. & 7* vbi ponit alios duos modos ad probandum ignorantiam.

Sup. hac ignorantia in Ref. 1. not. prætertæ prope finem à vers. Asserunt, quod ignorantia. & in tom. 5. tr. 1. ex lata doctrina. Ref. 2. signâter in §. Cōfirmatur hęc ante mediū à vers. Et talem ignorantiā Et ibi ist tr. 2. Ref. 15. §. vltim: in . . . 5.

3. Verùm contra supradictam doctrinam Portel habeo aliquam difficultatem; nam licèt ignorantia probetur per iuramentum eam allegantis, vt patet ex glossa *in cap. 2. in ver. scienter. de temp. ord. in 6.* Baldo *in tract. de iure Protim. num. 18. ver. sic & ignorantia.* Iasone *in §. sed iste; num. 89 & sequentib. ver. aduertere; Instit. de act.* Tamen vbi adest præsumptio scientiæ, iuramentum ignorantiæ non tollit illam præsumptionem præsumptiuam scientiæ in contrarium, vt docet Bartolus *in l. si cui §. iisdem criminib. num. 2. & 3. ver. Item dicitur hic, & ver. sequent. ff. de accusat.* quem ibi sequitur Pomatus *in addit. in ver. dicit ipse*, & est de mente glossæ *in d. cap. 2. de temp. ordin. 6.* & expressè voluit Iason *in dict. §. sed iste; num. 92. vers. secundò & notabiliùs, & num. 93. ver. tertiò*, gloss. *Instit: de act.* vide etiam Bartolum *in l. inter omnes, §. rectè num. 3. ver. quæro circa voluntatem furis, ff. de furtis*; asserentem in dependentibus ex animo, conscientia, & voluntate nostra non stari assertioni nostræ cum iuramento, si adsit præsumptio iuris in contrarium, & Bartolum sequitur Alexander *in addit. in ver. tamen breuius:*

4. His tamen non obstantibus sententiam Portel etiam tuetur Afflictus *in tr. de iure protim § 2. n. 9. ver. & si præsumptio.* & Lucas de Penna *in l. super te. tis, colum. 3. ver. in 1. gloss. C. qui militare possunt, lib. 12.* vbi videntur terminare quòd iuramentū super ignorantiā excludit præsumptionē iuris in contrarium existentē.

B 5. Notandum

5. Notandum est tamen hic obiter ignorantiam etiam vincibilem siue facti, siue iuris imponentis censuras, & alias pœnas spirituales, siue factum illud fuerit peccatum mortale, si tamen non fuerit ignorantia crassa, & supina, excusare ab omnibus illis pœnis. Ita ego alibi cum Sanchez & Portel, qui iterum hanc sententiam nouissimè docet *in loco suprà citato, n.*4. quod perpetuò tene menti.

Alibi in Res. quæ nunc est in tom. 5. tr. 1. Res. 33. & in aliis designatis in annot. posita ad lin. 1. textus datæ Res. & vide etiam eius §. penult. &c.

RESOL. XX.

An Superiores Regulares possint erigere Monasteria seu conuentus absque Episcopi Diœcesani licentia?
Et quid de mutatione conuentus de loco incommodo ad alium commodum locum ex priuilegiis? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. Res. 25.

Sup. hoc infra in Res. 44. cursim in §. Decimusquintus. Sed lege eius doctrinam à §. Hoc supposito. & §. eius annot.

§. 1. Quando de nouo Ecclesiæ, seu loca sunt ædificanda à Regularibus in aliqua Ciuitate, vel loco, aduertere debent, quod tres ordinationes de hac materia fuerunt huc vsque emanatæ à Summis Pontificibus.

2. Prima fuit emanata à Clemente VIII. die 23. Iulij 1603. per suam Constitutionem, quæ incipit, *Quoniam ad institutum, &c.* in qua statuit Ordinarios locorum non posse licentiam ad nouos Conuentus cuiuscunque, præsertim Mendicantium Ordinis in Ciuitatibus, & locis eorum Ordinariæ iurisdictioni subiectis erigendi impartiri, nisi vocatis, & auditis aliorum in eiusdem Ciuitatibus, & locis existentium Conuentuum Prioribus, seu Procuratoribus, & aliis interesse habentibus, & causa seruatis seruandis cognita, constiterit, in eisdem Ciuitatibus, & locis nouos huiusmodi erigendos Conuentus sine aliorum detrimento commodè sustentari posse. Si verò ab eorum sententiis ad Sedem Apostolicam appellari contigerit, ipsos Ordinarios tamdiù erectionem nouorum Conuentuum suspendere debere, quamdiù à dicta Sede in ea Causa pronunciatum extiterit.

3. Secunda fuit emanata à Sacra Congregatione Eminentissimorum Cardinalium super negotiis Regularium die 17. Augusti 1621. per viuæ vocis oraculum habitum à Papa Gregorio XV. in qua quatenus opus sit, innouat, & in vsum reducit dictam ordinationem Clementis VIII. non obstantibus concessionibus factis à Paulo V. suo prædecessore diuersis Religionibus. Volens de cætero obseruari, & insuper statuit, vt dicta noua loca non erigantur, nisi in eo saltem duodecim Religiosi inhabitare, & ex redditibus, & consuetis eleemosynis sustentari valeant. Ac Priores, seu Procuratores aliorum Monasteriorum, seu domorum aliarum Religionum per quatuor millia passuum circumuicinis locis vocentur, & audiantur, ac tali erectioni consenserint, vel aliàs Ordinariis locorum constiterit, Religiosos Monasterij sic erigendi, absque detrimento Religiosorum in Monasteriis, in Ciuitatibus, seu locis huiusmodi erectis degentium ibi in numero duodecim commodè manuteneri, & ali posse.

4. Si verò vbi noui Conuentus instituendi erunt, nulli alij Regulares inibi reperiantur, Ordinarij locorum nihilominus diligenter inquirant, an locorum incolæ, & habitatores quorum & consensum requirant, & adhibeant, huiusmodi duodecim Religiosos in conuentibus commodè alere, & manutenere valeant.

5. Tertia fuit emanata à Papa Vrbano VIII. die 28. Augusti anno 1624. per suam Constitutionem, quæ incipit, *Romanus Pontifex, &c.* in qua reuocat omnes licentias, & facultates concessas à prædecessoribus suis diuersis Ordinibus ædificandi Ecclesias, seu loca Regularium, contra formam datam à Clemente VIII. in sua Constitutione, & Decretum Sacræ Congregationis Eminentissimorum Cardinalium supradictum, ac contrauenientes excommunicat ipso facto, & priuat voce actiua, & passiua, & Officij, &c.

6. His constitutionibus tamen non obstantibus, putat nouissimè Bruno *de Priuileg. Regular. parte prima, tractatu quarto, capite sexto, propos.* 12. quod Regulares Prælati possunt erigere Monasteria, seu Conuentus absque Episcopi Diœcesani licentia, & de illius consensu idem possunt, nullius alterius, siue Regularis, siue secularis consensu requisito. Probat suam sententiam, quia idemmet Vrbanus VIII. Idibus Maij 1625. priuilegia Dominicanorum restituit, ac ex consequenti possunt Regulares circa ædificationem Conuentuum quoad ante Clement. VIII. poterant.

7. Sed hoc minimè admittendum esse docent communiter Doctores, & praxis omnium Episcoporum, & ipsorummet Regularium. Et quis credet Vrbanum VIII. in illa confirmatione Priuilegiorum Patrum Dominicanorum voluisse destruere id quod anno 1624. tam maturè statuerat? Adde, quod requiritur ex Concilio Tridentino *sess. vltim. de Regularibus capit.* 3. Ordinarij licentia, quando de nouo Ecclesiæ, & loca à Regularibus ædificantur.

8. Sed Pater Bruno respondet, Tridentinum non destruere Priuilegia Regularium, cum careat clausula reuocatoria ipsorum. At hoc non admittunt Doctores, nec communis Praxis. Et ideò contra Brunum ne desetas videre ex Regularibus Bordonum, vbi me citato *decis.* 124. sic ait; Iure Priuilegij Prælati Regulares etiam Mendicantium possunt irrequisito Episcopo benedicere, & imponere primum lapidem, vt Cœlestinus Papa V. concessit id priuilegium Abbatibus Cœlestinorum, confirmatum ab Eugenio IV. eidem Congregationi, cuius Bullam registrat Rodriquez, *Bulla* 18. *dicti Eugenij numero* 18. Tamburin. *tom.* 1. *disput.* 22. *quæstion. fin.*

Citato in Res. nót seq. post medium a vers. Nec priuilegiis.

9. Sed quoniam Tridentinum *Sess.* 25. *capite tertio*, prohibuit, ne de cætero Monasteria, & loca erigantur sine licentia Episcopi, in cuius diœcesi erigenda sunt iuxta ius commune, *capite quidam decimo, capite qui vndecimo, capite de Monachis decimo, quæstione secunda*, idcircò illud priuilegium censetur reuocatum, si quidem si non possunt amplius erigere Monasteria sine licentia Episcopi, vt etiam nouissimè mandauit Vrbanus VIII. sua constitut. incipit *Romanus Pontifex*, quam cum aliis refert Tamburinus *tomo tertio, disputatione quinta, quæstione prima*, & non inueniantur illa sine Ecclesiis, à fortiori censetur prohibita sine auctoritate Episcopi fundatio Ecclesiæ Monasterij, quia non minorem, imò maiorem habent subiectionem Ecclesiæ Episcopo, quam Monasteria, propter illam solemnem benedictionem, & impositionem primi lapidis; præterquam quod situs, super quem fundanda est Ecclesia, vt plurimum non est exemptus, quare dictum priuilegium non videtur amplius desistere. Ita Bordonus.

10. Item

10. Item *decis.* 125. me citato subdit, quod licet iure priuilegij incipientis, Iniunctum nobis, Sixti V. concessi Congregationi Sancti Benedicti Portugalliæ, ista mutatio fieri potest de solo consensu Capituli Generalis, sine licentia Episcopi, priuilegium refert Rodriquez *in suo Bullario, Bulla* 21. *Sixti V.* Miranda *tom.* 1. *quæst.* 35. *artic.* 2. *conclus.* 1. & alij cum Tambur. *tom.* 3. *disput.* 5. *quæst.* 4.

Sup. hac mutatione in Res. seq.

11. Dictum priuilegium nostris temporibus puto non habere locum, Primò, quando de nouo fundatur Conuentus obstante Bulla Vrbani VIII. Secundò præcipuè, si fundetur Ecclesia, quæ ædificari non potest sine auctoritate Episcopi; vt dixi in præcedenti. Tertiò si Ecclesia sit subiecta Episcopo, quia illam de eius manu recipere debent. In vno casu non requirerem licentiam Episcopi, cum nimirum fit permutatio Conuentuum inter Regulares, siue eiusdem, siue diuersi Ordinis, quia permutantes in nullo subsunt Episcopo. Hucusque Bordonus; quæ omnia destruunt. Et licèt ego olim docuerim in tali casu non requiri licentiam Episcopi, tamen nunc accedo contrariæ sententiæ, quam docet Bordonus *vbi supra*, & alij, nimirum in translatione requiri licentiam Episcopi ex præscripto Tridentini, & dictarum Bullarum, in quibus fit mentio de erectione nouorum Conuentuum, derogando omnibus priuilegiis, quo nomine venit quæcumque erectio Conuentuum, siue fiat simpliciter, quia antea non extabat, siue aliud de nouo construatur Monasterium, relicto, aut retento veteri, verè enim dicitur de nouo fundari, & erigi, cum antea non esset, sed incipiat primò esse.

12. Pergit postea Pater Bruno *proposit.* 13. *per totam* probare, quod in construendis Conuentibus non obseruatur spatium cannarum antiquitus præscriptum: obseruari tamen debet, cum Fratres Minores repugnant. Et probat hoc ex vsu qui talis est, vt distantia illius spatij 300. aut 140. cannarum in ædificandis domibus Regularibus, oppositionibus in contrarium non obstantibus, nullatenus obseruetur, vt iam pridem aduertit Sorbus *in Compend. verb. ædificare*, qui notat etiam à Sede Apostolica iuxta illum vsum decisum fuisse. Et huius sententiæ est etiam Marcellinus à Sancto Benedicto eodem verbo, quorum sententiæ stare necesse est ratione vsus, licet reuera probabilius sit, imò certum, subsistere priuilegium Minorum quoad spatium 300. cannarum; cum motu proprio, & ex certa scientia, post emanatum priuilegium eiusdem Societatis, priuilegia Minorum fuerint per Sixtum V. & Clementem VIII. confirmata: nec non etiam per Paulum V. licèt non ex certa scientia, sed æquiualenter, cum clausulis reuocatoriis omnium contrariorum, vt alibi ostendimus: ac ex consequenti subsistere hoc priuilegium. Nec obstant vsus, & Sedis Apostolicæ decisiones prædictæ; nam vsus contrarius non tollit Regularium Priuilegium, vt alibi diximus, nec etiam decisiones Sedis Apostolicæ in causis particularibus, cum iuxta iuris Regulas Res, inter alios acta, aliis nocere non debeat. Quo circa iudicando rem ex priuilegiis, Regulares Societatis Iesu si post confirmationes proximè dictas, non impetrauerint dicti sui priuilegij confirmationem debitam, quæ ad meam notitiam minimè peruenit, non possunt ædificare suas domos, nisi cum illa distantia à Fratrum Minorum domibus. Quia antiquæ concessiones fuerunt reuocatæ per contrarias concessiones: nam Pius IV. vt habetur *in priuileg. Societatis Iesu pag.* 77. & *in Compend. priuilegiorum eiusdem verb. Ædificia*, eidem Societati concessit; Vt illius Prælati possint construere ædificia intra 140. cannas à Conuentibus aliorum Ordinum, etiam Mendicantium, non obstantibus eorumdem priuilegiis: Mandatur patriarchis, Archiepiscopis, & aliis in dignitate constitutis, vt per se, vel alium, seu alios, quoties pro parte alicuius illius Societatis fuerint requisiti, priuilegij huiusmodi literas solemniter publicantes, faciant illius Societatis personas contentis in eisdem gaudere: non permittentes eos super his, aut eorum aliquem, per quoscumquis Ordinum Religiosos, aut alias personas, etiamsi Pontificali, seu Regali auctoritate fungantur, quouis quæsito colore, quomodolibet molestari: hæc præfatus Pontifex. Quæ in authenticis Instrumentis, sicut & cætera eiusdem Societatis priuilegia in Archiuiis Domus Professæ Burdigalæ seruantur. Et licet hoc priuilegium fuerit reuocatum in Causa domus Toletanæ per Pium V. fuit tamen in eademmet causa reualidatum à Gregorio XIII. vt refertur in *Compend. proximè citato, verb. eodem, paragrapho primo*, Bulla, quæ incipit, *Saluatoris Domini nostri Iesu Christi*, cum clausula derogatoria priuilegij Mendicantium per respectum ad dictam Societatem. Hucusque Bruno.

13. Sed hæc sententia quoad primam partem est contra praxim, & contra plures Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ, vnde Peregrinus *in Compend. Priuileg. Clericor. Regular. verb. Ædificare.* §. 1. sic ait: Nulli Religiosi, vel Ecclesiasticæ personæ vtriusque sexus possunt nouas Ecclesias, & loca construere vel alias de nouo recipere, & habere iuxta loca, & Ecclesias Regularium Clericorum nostræ Congregationis infra spatium centum quadraginta cannarum per aërem mensurandarum, vbi alias commodè per terram mensurari non possunt. Et §. 2. ait; Possunt nostri nouas Ecclesias, & loca construere, & de nouo recipere & habere, & acceptas, & constructas retinere, quamuis sint vicina Monasteriis, vel Ecclesiis aliorum ordinum, etiam Mendicantium, intra spatium centum quadraginta cannarum.

14. Et aduersus Patrem Brunum sufficiat hic adducere tantum Decisionem vnam nouissimam Sacræ Rotæ in Causa Ianuensi Priuilegiorum die 28. Iunij 1649. coram nunc Eminentissimo Domino meo Corrado, quæ sic incipit, & ait. Commissa mihi causa appellationis interpositæ ad Sanctissimum Dominum Nostrum pro parte RR. PP. Congregationis Sancti Philippi Nerij Ciuitatis Ianuens. à sententia Rotali, quia fuit declaratum illis non licuisse, neque licere Ecclesiam, Domum, seu Conuentum ædificare, vel recipere, neque habitare, aut residere in Ecclesia Sancti Pancratij, vel alio loco infra spatium centum quadraginta cannarum ab Ecclesia Sancti Siri, seu Conuentu RR. PP. Theatinorum distanti iuxta summorum Pontificum Constitutiones. Hodie dubitaui, An illa sit confirmanda, Domini re denuò exactè discussa, responderunt affirmatiuè.

15. Quod posteà probat ex multis priuilegiis, & rationibus, & posteà subdit. Certum est, quod obiectum ex facto tollitur quoad PP. Theatinos, nam hi quoties casus euenit, huiusmodi priuilegio tam in iudicio, quam extra vsi fuerunt, & specialiter in ipsa Ciuitate Ianuæ cum Reuerendissimis Patribus Iesuitis, vt apparet *ex decision.* 676. *num.* 11.

num.11. verf. quia tamen part. 1. & dicta decif.87. parte 4. recent. ac iterum cum eifdem in Ciuitate Meffanæ anno 1641. vt patet ex litteris Sacræ Congregationis Epifcoporum, & Regularium, & cum RR. PP. Præmonftratenfibus hic in Vrbe. Ac demum cum Præsbyteris fæcularibus Sancti Caroli Borromei in Ciuitate Neapolis, vt apparet ex decreto eiufdem Sacræ Congregationis fub die 16. Februa.ij 1643. Huc vfque Sacra Rota. Ex quibus apparet contra Brunum; non effe verum quod hodie in conftruendis Conuentibus non obferuatur fpatium cannarum antiquitus præfcriptum, & quod peius, ait ita fuiffe decifum à Sede Apoftolica, quod falfum effe patet ex Decifionibus Rotæ, & Declarationibus Sacræ Congregationis, vt vifum eft fupra.

16. Nota hic obiter, Peregrinum *vbi fupra*, *in Scholio*, docere, Priuilegio Pij IV. conceffo Societati die 13. Aprilis 1561. poffe nos Clericos Regulares vti contra alios ordines, dicta tamen Societas Iefu, & alij Ordines vti non poffunt contra nos: quia fundantur in negatione præiudicij; Nobis autem qui neque ex redditibus, neque mendicando viuimus, fed ex fponte oblatis, & maximè à vicinis, fit præiudicium, & propterea nos non comprehendit, comprehendit tamen Mendicantes, quia poffunt à longe vltra viciniam mendicare. Nec obftat nobis dictio taxatiua, *tantum*, quæ eft in hoc priuilegio Gregorij XIII. quia illa non obftante, poffumus gaudere eorum priuilegiis, etiam cum claufula communicationis prohibitiua, per priuilegium Gregorij XIV. Congregationis Sancti Bernardi Hifpan. conceffum, & nobis communicatum. Ita Peregrinus.

RESOL. XXI.

An Regulares poffint mutare conuentus de loco v.g. non fano, vel incommodo ad alium faniorem, vel commodiorem fine licentia Epifcopi? Ex part.3. tract.2. Refol.136.

§. 1. QVòd ad iftam mutationem requiratur noua licentia Epifcopi, docet Emanuel Rodriq. *in quaft. Regul. tom.1. quaft.23. art.7.* & Portel *in dubiis Regul. verb. Monafterium, num.5.*

Sup. hoc in Ref. præterita §. Item decif. Sed lege eam per totam.

2. Verùm notandum eft, quòd Sixtus V. conceffit Generali fancti Benedicti, quòd in Capitulo Generali de confenfu Capituli poffit mutare Conuentus de locis incommodis ad locos commodiores, non petita licentia Epifcopi, cum cæteris ibi contentis, & id ipfum conceffit Sixtus IV. Minoribus. Nec priuilegiis derogatur per Concilium Tridentinum, nam loquitur tantùm de noua erectione, & ædificatione domorum, non autem de mutatione. Et hæc omnia docent Miranda *in manual. Pralat. tom.1. quaft.33. art. 2.* Portel *vbi fuprà, numer.7. & in addit. eodem verb. numer.3.* & nouiffimè poft illos Hieronymus Rodriq. *in compen. quaft. Regul. refol.55. num.4.*

RESOL. XXII.

An Regulares poffint exhumare cadauera, & in alio loco eiufdem Ecclefia transferre, fine licentia Epifcopi? Et an hoc intelligatur de corporibus perpetua fepultura traditis, & de tranflatis de vna ad aliam Ecclefiam, & fecus quando funt depofita, feu ad tempus feruata in vna, & poftea transferantur de vno loco ad alium eiufdem Ecclefia, vel fi corpus defuncti fuit Regularibus datum, vt illud ponerent ipfi, vbicumque voluerint? Ex p.3. tr.2. Ref.120.

§. 1. NOtandum eft, quòd corpora defunctorum non poffunt exhumari, & tranferri de loco in locum fine Epifcopi licentia, vt definitur *in cap. corpora fanctorum, de confecr. dift.1. l.fi nec dum, l. nemo humanum, Cod. de relig. & fumpt. funer.* quod certè intelligitur, vt rectè obferuat Hieronymus Rodriquez *in compen. qq. Regul. refol. 127. num.25.* de corporibus perpetuæ fepulturæ traditis, & de tranflatis de vna ad aliam Ecclefiam, fecus quando funt depofita, feu ad tempus feruata in vna, vt poftea transferantur de vno loco ad alium eiufdem Ecclefiæ, & ita etiam docet Villalobos *in fumma tom.2. tract.31. difficult.6. num.4.* vbi fic ait. [Es licito transfadar los cuerpos de los fantos, que eftan depofitados de vna Iglefia a otra, o de vn lugar a otro, en la mifma Iglefia; mas no lo es quando eftan perfettamente fepultados, efto es, que no eftan depofitados fin licentia del Obifpo.] Ita ille, vbi etiam notat *num.5.* [que Leon X. concedio que los Prelados de la orden de los frayles menores de obferuancia, pueden defenterrar de fus Iglefias y Capillas los cuerpos de los defuntos, y transfadar los à otras fepulturas de las mifmas Iglefias, con confentimiento de los que fueren intereffados, gozan defte priuilegio las demas ordenes, que gozan de nueftros priuilegios.] Sed hoc priuilegium intelligo de corporibus pofitis in aliqua Capella particulari, & propria fæcularium, vel in alio aliquo loco electo pro corpore defuncti à confanguineis, vel amicis, fecus autem fi corpus defuncti fuit Regularibus datum, vt illud ponerent ipfi vbicumque voluerint, nam in ifto cafu fine vlla licentia, neque Epifcopi, neque confanguinei poffunt exhumare, & ad alium locum eiufdem Ecclefiæ transferre. Et ex his patet refponfio ad dubitationem pofitam.

RESOL. XXIII.

An Abbates poffint confecrare Calices, Altaria, Campanas, & benedicere lapides, Pixides, & alia vafa Ecclefiaftica, non folum ad vfum fuarum Ecclefiarum, fed etiam alienarum?

Et notatur, quod priuilegio conceffo Abbatibus quoad fupradicta, non poffunt perfrui alia Religiones, priuilegium etiam habentes communicationis. Ex p.3. tr.2. Refol. 15.

§. 1. NEgatiuè refpondent Suarez *de Relig. tom.4. lib.2. cap. 30. num.8.* Marianus Antonius Maceratenfis *lib.2. refol.112. caf.3.* Aloyfius Riccius *in praxi, tom.1. refol.461. num.2.* Piafecius *in praxi, part.1. cap.2. art.4. n.14.*

2. Sed hæc opinio vera eft, ftando in iure communi, vt patet ex *cap. Abbates, iuncta gloffa in verb. tonfuram, de priuileg. in 6.* Verum ex confuetudine fundata in priuilegio Innocentij VIII. contrariam fententiam docent Barbofa *de poteft. Epifc. part. 2. allegat.26. numer.36.* Miranda *in man. Pralat. tom.2. quaft.40. art.4.* Portel *in dubiis Regular. var. Abbas, n.3.* Rodriq. *in fumm. tom.3. cap.19. n.2.* & nouiffimè Afcanius Tamburinus *de iure Abbat. to.1. difp.23. q.13.* qui

qui adducit verba priuilegij dicti Innocentij Papæ, & ideò sic asserit: Abbatibus non est interdictum campanas ad vsum alterius loci consecrare, vt docet communis praxis, & consuetudo. Videmus enim actu Abbates habentes vsum Pontificalium, consecrare campanas vndecunque ad eos ad hunc effectum delatas. Et idem dicendum puto de Altaribus portatilibus, de corporalibus, & vestibus, &c. Ita Tamburinus. Vide etiam Riccium, virum quidem doctum, sed in hoc sibi contrarium *in collect. part.* 4. *col.* 955. qui malè citat pro hac sententia Maceratensem.

3. Quoad consecrationes campanarum etiam idem dicendum est ex priuilegiis Vrbani II. & Pauli III. quæ referuntur à Tamburino *vbi suprà q.* 12. & à Renato Chopino *in Monast. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 18. Ex quibus omnibus priuilegiis sententiam in fauorem Abbatum tenuit Sacra Cardinalium Congregatio, vt testatur noster Pater Naldus *in summ. ver. Abbas, num.* 4. vbi sic asserit: Abbas benedictus mitræ, & baculi pastoralis vsum habens, ex Sacræ Congregationis declaratione non potest se ingerere in illis benedictionibus, in quibus vnctio requiritur. Dubitatum verò fuit, an huiusmodi declaratio, seu prohibitio, sit intelligenda de omnibus Abbatibus etiam Regularibus, & qui gaudent priuilegiis amplissimis, pro benedictionibus altarium calicum, & huiusmodi, & eadem Sacra Congregatio, instante Procuratore Generali Congregationis Cassinensis, & exhibente summarium priuilegiorum, & gratiarum eiusdem, declarauit in hæc verba, videlicet Decisionem, aliàs à se editam, vt Abbates vtcumque benedicti, benedicere non possint ea, in quibus vnctio requiritur, non obstare quominus iidem prædictæ benedictionis munus quo ad ea, in quibus vnctio requiritur, impendere queant, si specialibus Sedis Apostolicæ priuilegiis, quibus Concilium Tridentinum nequaquam derogat, muniti fuerint. Datum Romæ die 10. Nouembris 1614. Hæc omnia Naldus.

Quo ad hoc lege infra latam doctrinã Res. 128. & in tom. 3. tr. 6. ex Res. 18. §. Falsum est. sed vide eam per totam.

4. Notandum tamen est cum Miranda *vbi suprà*, quod supradicto priuilegio non perfruuntur, nec perfrui possunt aliæ Religiones, priuilegium etiam habentes communicationis. Nam prædicti Abbates sunt benedicti, & in suis domibus & Monasteriis habent iurisdictionem, quasi Episcopalem, & secundum ius, ac priuilegia multa sibi conceduntur, quæ non conueniunt, nec conceduntur Prælatis aliarum Religionum, quod est multum notandum, ac memoriæ commendandum; nam in his, & similibus non fit communicatio, cum non militet eadem ratio.

RESOL. XXIV.

An Prælati nostræ Religionis, & aliarum possint benedicere paramenta, non solum nostrarum Ecclesiarum, sed etiam exterarum? Ex p. 3. tr. 2. Res. 40.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docent Peirinus *de Relig. tom.* 1. *cõst.* 1. *Iulij II.* §. 19. *n.* 44. Rodriq. *in qq. Regul. tom.* 1. *q.* 16. *art.* 2. Miranda *in manuali Prælatorum, tom.* 1. *q.* 40. *art.* 1. & in nostris priuilegiis *part.* 1. *tit. Benedicere*, §. 1. sic habetur. Præpositi nostræ Cõgregationis, & in eorum absentia quilibet habens principale regimen cuiuscumque nostræ domus, & Ecclesiæ, possunt solemni benedictione benedicere paramenta, corporalia, ornamenta, & alia quæcumq; ad diuinum cultum pertinentia, vndecumque eis delata, etiam ad vsum nostrarum Ecclesiarum non pertinentia. Innocentius VIII. S. Iustinæ de Padua, vt habetur in compendio Societ. Iesu, *tit. benedicere*, §. 2. & in compendio Minorum *eodem titulo*; & notat Cabucin. *in suis Adnotat. tit. benedicere Ecclesiastica.*

2. Sed his non obstantibus Bartholomæus Gauantus *in comment. rubr. Missal. tom.* 1. *part.* 4. *tit.* 19. *n.* 21. adducit Decretum sacræ Rituum Cõgregationis *die* 24. *Augusti* 1609. quo cauetur, Prælatos Regulares non posse benedicere paramenta Ecclesiarum sibi non subiectarum, sed aliqui asserunt de hac responsione non constare authẽticè, & Tamburinus Romæ editus *de iure Abbat. tom.* 1. *disp.* 22. *q.* 2. *n.* 2. putat supradictum Decretum Congregationis procedere seclusa consuetudine, & vsu dictorum priuilegiorum.

3. Verùm, iterum Gauantus *vbi suprà*, in noua editione *n.* 22. asserit sacram Congregationem *die* 18. *Augusti* 1629. abrogasse dictam consuetudinem.

RESOL. XXV.

An saltem Generalis Religionis possit præcipere subdito, vt Episcopatum acceptet? Ex p. 6. tr. 8. & Misc. 3. Res. 33.

§. 1. PRo parte affirmatiua faciunt quædam verba Sancti Magistri *in* 2. 2. *q.* 85. *art.* 2. *ad* 3. vbi ait; votum emittentem teneri obedire Superiori Prælato obliganti ad acceptandum Episcopatum. Item docet Richardus *quodl.* 3. *q.* 21. D. Antonin. *part.* 3. *tit.* 20. *c.* 2. §. 6. Angelus *verb. Electio, n.* 30. & *ibi* Armilla *n.* 37. Syluester *q.* 19. & alij. Deinde confirmatur, Prælatus Religionis potest obligare subditum ad acceptandum beneficiũ habens adiunctã curam animarum. Ergo & Episcopatum; videtur enim æqualis ratio.

2. Sed his non obstantibus ego prorsus negatiuam sententiam tenendam esse puto. Ratio est, quia Religiosus tenetur obedire Prælato in iis quæ sunt secundum Regulam. At fieri Episcopum non est secundum regulam, nec ad regularem vitam pertinet, immo ab illa eximit, & prorsus contra rationem est, posse Prælatum id subdito præcipere, per quod ille ab eius obedientia eximitur.

3. Tum quia potestas, quam habet Prælatus Religionis ordinatur per se ad commune bonum Religionis, aut bonũ particulare subditi, nec ex vi officij habet communi Ecclesiæ necessitati prouidere. Sed Episcopatus non ordinatur ex se ad bonũ Religionis aut subditi, sed ad commune bonum Ecclesiæ, ergo.

4. Tum etiam quia Prælatus secundum D. Bernardum in libro de præcepto, non potest augere votum subditi sui, at in promotione ad Episcopatũ valdè augetur votum Religiosorum, cùm ascendat ad dignitatem altioris perfectionis, & extra ordinem Religiosus inuitus trahatur. Igitur dicendum est non posse Generalẽ alicuius Religionis præcipere alicui Religioso subdito, vt acceptet Episcopatum; quia nec illa est materia voti obedientiæ; vt probatum est, nec iurisdictio Generalis ad hoc extenditur, quia non est proportionata materia obedientiæ, & vitæ regulari; vnde solùm Generali demandata est cura suæ Religionis, non autem vniuersalis Ecclesiæ, ad quem spectat Episcoporum prouisio. Et ita nostram sententiã docet ex Dominicanorum familia Pater Lud. Lopez *in instruct. Sacerdot. part.* 1. *c.* 56. ex societate P. Suarez *de Relig. tom.* 3. *lib.* 10. *c.* 10. *n.* 22. & Pater Sanchez *in summa, tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 2. *n.* 49. Castrus Palaus *tom.* 3. *tract.* 16. *disp.* 4. *punct.* 5. *n.* 1. quibus adde etiam Faustum *in Thesauro Religiosorum, lib.* 6. *q.* 95. vide etiam Layman *lib.* 4. *tract.* 5. *cap.* 9. *num.* 10.

5. Nec obstat in contrarium adducta, nam ex rationibus allatis dicendum est nomine Prælati D. Thomam

Thomam intelligere Pontificem, vt optimè notat Faustus,& Sanch. *locis citatis*, ex Soto *de iust. lib.* 10. *q.* 2. *art.* 2. Ad confirmationem respondeo negando paritatem rationis, nam per Episcopatum ita mutat Religiosus statum, vt substrahatur ab obedientia Prælatorum Religionis, & quodammodo desinat esse membrum illius corporis, argumento *cap.* 1. 18. *q.* 1. per inferiora autem beneficia non fit tanta mutatio; sed potest Religiosus manere sub obedientia sui Prælati, quamuis beneficium habeat. Est autem difficile intellectu, quod Prælatus possit præcipere subdito aliquid, per quod subtrahatur à sua obedientia; facilè autem, quod præcipiat ministerium sub obedientia sua exercendum. Deinde in statu Episcopali multò magis est periculi, quàm in inferiori, non solùm maioris obligationis, sed etiam propter maiorem libertatem, honorem, potentiam, & rerum abundantiam; in quibus omnibus magis distare videtur ab humili Religiosorum statu. Rursus Religiosus semel factus Episcopus, non potest per voluntatem Superioris, Episcopatu priuari vt per se constat; potest autem priuari beneficio inferiori, etiã sine speciali causa. Cæteras autem rationes videbis apud Suarez, *vbi supra*, vnde sine fundamento aliqui his diebus circa præsens dubium loquuti sunt.

RESOL. XXVI.

An Religiosus factus Episcopus sit liber ab obseruatione Votorum? Ex p. 3. tr. 2. Resol. 61.

Sup. hoc in Res. seq. & in aliis eius primæ not. pro parte.

§. 1. Communiter negatiuè respondent, sic D. Thom. *in* 2. 2. *quæst.* 185. *art.* 8. & *quæst.* 88. *artic.* 11. *ad* 4. D. Bonauentura *in* 4. *dist.* 38. Sotus *lib.* 10. *quæst.* 5. *art.* 7. Syluester *ver. Religio* 7. *num.* 11. Rodriquez *tom.* 2. *quæst.* 58. *art.* 3. Sylvius *in* 2. 2. *quæst.* 185. *art.* 8. *concl.* 1. Valerus *in diff. vtr. fori, ver. Regularis, differ.* 5. Toletus *lib.* 5. *c.* 4. *n.* 24. & alij quibus ego libenter adhæreo *ex cap. de Monachis*, 16. *q.* 1.

2. Non desinam tamen hîc adnotare contrariam sententiam probabilem à multis existimari, & ita illam vocat Villalobos *in summ. tom.* 2. *tract.* 35 *diffic.* 40. *num.* 6. vbi sic ait. [Algunos tienen que el Papa dispensa con los Obispos Religiosos en los votos, assi lo tiene Bobadilla, que fue Padre muy docto de nuestra Orden, el fundamento desta sentencia es vn texto en el *c. statutum*, *q.* 1. que dize.] Statutum est, & rationabiliter secundùm Sanctos Patres à Synodo cõfirmatum, vt Monachus, quem Canonica electio à iugo Regulæ Monasticæ professionis absoluit, & sacra Ordinatio de Monacho Episcopum fecit, veluti legitimus hæres paternam sibi hæreditatem postea iure vendicandi potestatem habeat, [y hase aqui de ponderar la palabra *absoluit*, y la palabra *legitimus hæres*, y la palabra, *sibi*, y aun la palabra *de Monacho Episcopum fecit*; que parece, que diga, que dexa de ser Frayle. Esta sentencia es probable, y si alguno le contentara mas esta, que otra opinion, podra responder al *c. de Monachis*, que se entiende de decencia, y no obligacion. Y la razon de congruencia de S. Thomas, puedese responder, que como el Religioso, que se passa de Orden menos estrecha, à la que es mas, no queda obligado à las cosas de perfecion de las que dexo, que basta cargarse de las nueuas, assi es à qui. Y como el Religioso à quien hazen Papa, no esta obligado à las cosas de la Religion, assi el Obispo.] Ita Villalobos, & ante illum absolutè docuit hanc sententiam Medina *de sacr. homin. contin. lib.* 5. *cap.* 26. & 27. cum Angles *in* 4. *quæst. de voto, dub.* 6. *concl.* 1. & consequenter Ouandus *in* 4. *dist.* 38. *propos.* 17.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 7. Res. 16. §. Verum, ad medium, à v. Ex supradictis. & in aliis §. eius not. & lege præcitatum §. à principio & §§. eius primæ annot. & in tom. 3. tr. 2. Res. 66. §. 2. ad med. à v. & fauet.

RESOL. XXVII.

An Religiosus factus Episcopus efficiatur Dominus redditum Ecclesiasticorum, & absoluatur à voto paupertatis?

Et an prædictus Episcopus possit liberè testari de bonis patrimonialibus, & ex industria acquisitis?

Et an dictus Religiosus Episcopus teneatur saltem sub veniali ad obseruantias regulares quæ Pontificio muneri non obstant.

Et infertur Religiosum Episcopum, si edat carnes feria 6. in qua Natalis Domini incidit contra id, quod præcipitur in sua regula, non peccare etiam si Episcopus esset ex Fratribus Minimis.

Etiamque non teneri Officium diuinum iuxta suæ Regulæ ritum soluere.

Et si Religiosus Episcopus omittat habitum suæ Religionis, & assumat exteriorem Episcopalem, tunc non incurrit excommunicationem latam contra dimittentes habitum suæ Religionis. Ex p. 3. tr. 2. Resol. 50.

§. 1. Hic casus frequenter accidit, & licet negatiuam sententiam teneant 42. DD. quos citat & sequitur Sanchez *in summ. to* 2. *lib.* 6. *c* 6. *n.* 8. quibus ego addo Tannerum *in* 2. 2. *D. Th. disp.* 5. *q.* 4. *dub.* 6. *n.* 131. Sanctarellum *tr. de Apostasia c.* 6. *dub.* 3. *n.* 10. Cenedo *de paupertate relig. dub.* 43. & Barbosam *in collect. to.* 4. *p.* 2. *causa* 18. *q.* 1. *n.* 13. Barthol. à S. Fausto *in Thes. Relig. lib.* 6. *q.* 190. quia vota a talibus Episcopis in Religione emissa non laxantur, nec limitantur, nisi quatenus obstant muneri Episcopali, tanquam maiori bono; sed muneri Episcopali non obstat paupertatis votum, & abdicatio dominij, dummodo tales Episcopi habeant liberam administrationem omnium bonorum Ecclesiasticorum, vt ea in quoslibet vsus, decentes expendant, ergo, &c.

Sup. hoc in Res. præterita, & in to. 3. tr. 2. Res. 66. §. ideò. ad med. à v. an quando. & in §§. seqq. & in tom. 4. tr. 7. Res. 16. §. Verum difficultas. & latè ibi in tr. 8. Res. 106. cum plurimis DD. & in tom. 6. tr. 7. Res. 9. & in tom. 9. tr. 7. Res. 84.

2. Attamen his non obstantibus, contrariam sententiam puto esse probabilem, quam ex Dominicanorum familia docet Sotus *de iust. lib.* 7. *q.* 4. *art.* 2. *ad vlt.* & ex Soc. IESV Vasq. *in p.* 2. *q.* 96. *art.* 4. *disp.* 165. *c.* 8. *n.* 91. *in fin.* & *n.* 104. Palacius, Medina, Angles, & alij. Et si hæc opinio non esset probabilis negatiua esset tenenda, sequeretur quod aliàs deberent Episcopi superuacaneè consumpta restituere, atque ab ipsis sic accipientes etiam restituere tenerentur. Dicendum est igitur Religiosum ad Episcopatum assumptum eximi à paupertatis voto, efficique verum dominum redditum Ecclesiasticorum, instar Episcoporum sæcularium, ex quorum numero est, quia eodem prorsus modo adiudicatur sua portio Episcopo sæculari, ac regulari, cum libertate transferendi in alium, dominij administrationem. Ex his patet posse liberè supradictos Episcopos testari de bonis patrimonialibus & ex industria acquisitis. Vide Villalobos *in summ. tom.* 2 *tract.* 15. *dub.* 40. *n.* 6.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 7. Res. 6. §. Verum post hæc. & in aliis eius not.

3. Sed quæret aliquis, an dictus Religiosus Episcopus teneatur saltem sub culpâ veniali ad obseruantias Regulares, quæ Pontificio muneri non obstant, imò valdè conferunt, vtpotè quæ iuuant ad promouendam, & custodiendam perfectionem, quam Episcopalis status profitetur, vt sunt oratio, abstinentia moderata, &c. Respondeo negatiuè, & ita docent Sanctarellus *vbi supra, numer.* 17. Lessius *lib.*

lib. 2. *cap.* 40. *dub.* 14. *num.* 113. Sanchez *loco citat. n.* 19. Villalobos *n.* 17. & alij penes ipsos; solùm igitur dicendum est debere illas obseruare ex quadam honestate, & debito morali.

4. Hinc infertur primò contra Caietanum 2. 2. *quæst.* 185. *art.* 8. *dub.* 1. *in fine*, Religiosum Episcopum, si edat carnes feria 6. in quam Natalis Domini incidit, contra id, quod præcipitur in sua regula, non peccare. Ita docent Barbosa *vbi supra num.* 5. Sanctarellus *num.* 20. Sanchez *num.* 20. Cenedo *numer.* 20. qui benè asserit, hoc etiam verum esse, si Episcopus esset ex Fratribus Minimis. Secundò infertur supradictum Episcopum Religiosum non teneri diuinum officium iuxta suæ Religionis ritum persoluere. Ita Faustus *in Thes. Relig. lib.* 6. *quæst.* 194. *num.* 3. *in fine*, & alij. Et tandem contra Doctores, quos rectè impugnat Sanchez *num.* 3. Cenedo *numer.* 18. Si Religiosus promotus ad Episcopatum omittat habitum suæ Religionis, & assumat exteriorem Episcopalem tunicam, non incurrit in excommunicationem latam aduersus Religiosos dimittentes habitum Religionis. Et ita etiam hanc sententiam docet Sanctarellus *vbi supra tract. de Apostas. cap.* 1. *dub. vnic. num.* 15. Villalobos *in summ. vbi supra tom.* 1. *tract.* 35. *dub.* 4. *num.* 19 Barbosa *in collect. tom.* 3. *lib.* 3. *tit.* 24. *cap.* 1. *num.* 4. & alij. Sed circa præsentes quæstiones præter Doctores citatos, lege Syluium *in* 2. 2. *quæst.* 185. *art.* 8. *conclus.* 1. 2. *&* 3. & Ledesmam *in Addit. ad sum, tract.* 32. *c.* 1. *concl.* 25. *& seq. fol. mihi* 73.

Sup. hoc lege Ref. seq. & eius primæ not.

Sup. hoc habitu in tom. 4. tr. 8. Ref. 106. §. vlt. ad medium, vers. Secundo tamen. Et in tom. 9. tr. 7. ex doctrina Ref. 86. & hic infra cursim & recitatiue in fine §. 1. Ref. 210.

RESOL. XXVIII.

An Episcopus ex Religione Minimorum assumptus teneatur ad votum vitæ Quadragesimalis? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 39.

Sup. hoc ex doctrina Ref. seq. & in Ref. præterita §. vlt. ad lin. 6. cursim. & in tom. 6. tr. 7. Ref. 9. §. 1. ante medium, vers. Nulla dignitas. & in tom. 9. tr. 7. lege doctrinam Ref. 25. & quamuis non plene sup. hoc, lege tamen infra doctrinam Ref. 203.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Laurent. de Peyrinis *in priuileg. Minim. tom.* 3 *cap.* 14. *num.* 1. vbi hoc probat ex auctoritate trium Summorum Pontificum. Primus fuit Paulus V. qui Duci de Alburquerque, eo tempore Legato Romæ pro Rege Hispaniarum, petenti dispensationem super hoc voto pro R. P. Fr. Gondisaluo de Angulo Ordinis nostri Episcopo Valenzolæ in Indiis, respondit: Ego semper fui huius Religionis deuotissimus, & abstinui à Fratribus dictæ Religionis in Episcopos promouendis, ne cogeret eum eis super voto vitæ quadragesimalis dispensare, & sic dispensare recusauit. Ita testatus est P. Trimarchi dicti Ordinis audiuisse ab ipsomet Duce Alburquerque, cùm esset Prorex Siciliæ *anno* 1618. Secundus fuit Gregor. XV. qui noluit dispensare, quamuis multum rogatus super duo vota cum R. P. Fr. Francisco à Mayda Ordinis nostri Generali, & Episcopo Lauellensi, qui etiam Episcopus eiusdem opinionis erat, retulit enim ipsemet mihi Romæ, quòd cùm quadam die fuisset inuitatus à quibusdam Prælatis ad prandium, parauerunt illi cibos Paschales, dicentes: Iam domine Episcope potes nobiscum cibos Paschales comedere. Qui respondit: Non equidem, nam teneor obseruare dictum votum, sicut antequam essem Episcopus & erat hic Episcopus vir doctissimus, & eloquentissimus Concionator. Tertius Pontifex Vrbanus VIII. qui in examine, quod fiebat coram ipso R. P. Fr. Francisco Castellano Episcopo Caprulìensi Ordinis nostri, petiit ab eo, an teneretur ad votum vitæ quadragesimalis? & cùm ipse Castellanus respondisset, non teneri, respondit Papa: Errasti, teneris enim, quin ex hoc solùm arceretur à dicto Episcopatu consequendo, nec voluit cum eo super dicto voto dispensare.

2. Secundò probatur eadem conclusio; quia Minimi vouent obseruare vitam quadragesimalem toto tempore vitæ suæ, vt patet ex eorum professione *in Correctorio, num.* 18. Nec valet dicere quòd illud, *toto tempore vitæ suæ*, intelligitur, quamdiu in Religione permanserint, nam est implicantia in terminis, quòd quis profitendo intelligat perseueranter viuere sub voto quadragesimalis vitæ, & id expresè dicat, & quòd deinde intelligat vitam quadragesimalem obseruare, quamdiu tantùm in Religione steterit, si enim vult perseueranter viuere toto tempore vitæ suæ in Religione, quomodo potest intelligi quòd nolit se obligare ad seruandum votum vitæ quadragesimalis, nisi quatenus in Religione steterit? Hæc omnia Peyrinus, qui tamen pro negatiua sententia me citat, sed immeritò amicissimus vir asseruit, esse parum consideratè prolatam.

3. Nam licèt affirmatiua sententia circa præsentem quæstionem sit satis probabilis, negatiuam tamen non minus probabilem esse existimo, quam nouissimè tuetur doctus Ioannes Henriq. *in Compend. casuum moral. cap.* 6. *num.* 17. vbi sic ait. [El Religioso expulso de la Orden de los Minimos, siendo la expulsion perpetua, y el Obispo de la misma Religion, no estan obligados à guardar el voto de la vida quatesmal por la mudança de la materia in qua.] Sic ille. Ad auctoritatem verò Summorum Pontificum, quam affert Peyrinus, respondeo primò de illis responsionibus non constare authenticè, vel dicendum est dictos Pontifices ita respondisse adhærendo opinioni affirmatiuæ, quam nos, vt diximus, probabilem etiam esse existimamus, sed non exinde sequitur negatiuam sententiam carere probabilitate.

Citat lin. 6. §. vlt. præcedentis Ref.

RESOL. XXIX.

An vota, quæ in quibusdam Religionibus annectuntur tribus votis substantialibus, obligent Episcopos ab istis Religionibus assumptos? Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 71. alias 70.

Sup. hoc lege doctrinam Ref. præcedentis, & aliarum Ref. & §§. eius primæ annot.

§. 1. Sypponο in aliquibus Religionibus adesse talia vota, & sic in Religione Beatæ Mariæ de Mercede adest votum incumbendi Redemptioni Captiuorum: apud Minimos Diui Francisci de Paula, votum vitæ Quadragesimalis: In Religione Societatis IESV, votum quartum solemne obediendi Summo Pontifici in Missionibus peragendis. Deinde emittuntur alia quinque vota simplicia. Primum est de non relaxanda paupertate, nec admittenda eius relaxatione. Secundum est de non procuranda dignitate aliqua directè, vel indirectè in Societate. Tertium de non procuranda, vel acceptanda Prælatione, vel Dignitate extra Societatem, nisi obedientia intercedat. Quartum de denunciandis ambientibus Supradictas Dignitates. Quintum est de audiendo Præposito Generali à constituto in statu Prælationis eiusque consilia sequendo, si meliora visa fuerint.

2. Difficultas est, an ista vota obligent Episcopos ab istis Religionibus assumptos? Et affirmatiuè respondent aliqui; quia dicta vota sunt accessoria statui Religioso, & tribus votis substantialibus.

Ergo manentibus istis, manent & illa. Deinde dicta vota non pugnant cum statu Episcopali, imò plurimum illum adiuuant. Ergo, & cùm votum sit obligatio personalis, sequitur personam in quocumque statu. Hæc sententia est satis probabilis, & consulenda; sed existimo contrariam sua probabilitate non carere. Dico igitur omnia vota supradicta, durante Episcopatu, suspendi; seclusio tamen voto Patrum Societatis de audiendo Præposito Generali, si aliqui ex ipsis ad Prælationes ascendant, eiusque consilia sequendo, si meliora visa fuerint.

3. Prima pars probatur, quia supradicta vota emittuntur ad conseruationem, & augmentum status Religiosi, & Communitatis, & obseruantiæ, & ad profectum Religiosorum, & ædificationem sæcularium. Ergò Regularis ad Episcopatum assumptus non tenetur talia vota obseruare. Probo consequentiam, quia est exemptus iugo Monasticæ Professionis, & ab obseruatione Regulæ. Cæteras rationes videbis apud Castrum Palaum, *tom.3. tract.16. disp.4. punct.24. num.5. & seq.* vbi in particulari de omnibus supradictis votis id probat, quod etiam docet nouissimè Machadus *tom.2. lib.4. par.6. tract.17. docum.2. num.5.* Secunda vero pars conclusionis, nempe votum Patrum Societatis de audiendo Præposito Generali, &c. perdurare in statu Episcopali, Probatur, quia tale votum pro tali statu emittitur. Ergo si in assumptione ad Episcopatum non obligaret, ad nihil deseruiret, & irrisorium esset. Et ita hanc sententiam tenet Palaus, vbi supra, *num.4. & 8.* & Sanchez in Summa *tom.2. lib.6. cap.6. num.1*, cum Vazquez, & Suarez penes ipsos; quibus nouissimè adde Amicum *in Curs. Theolog. tom.4. disp.32. sect. 7. num.101.* & Lezanam in Summa *qq. Regul. par.2. cap.4. num.15.* Nec aliter, quidquid alij dicant. Ego sensi *in par.5. tract.2. resol.65.* quod patet, quia, quando Auctores asserunt aliquod enunciatum, & illud non explicant, vel limitant, aut distinguunt, sed citant tantum ad illius confirmationem auctoritatem alicuius Doctoris; illud enunciatum est intelligendum secundum mentem, explicationem, limitationes, & distinctiones Doctoris ab ipso citati; & hoc est ita clarum, vt non indigeat probatione. Vnde dixit Bartolus *in leg. non solum §. liberationis, num.7. ff. de lib. leg.* & Cardinalis Albanus *in Lucubrat. super Bartolum, ibidem num.3.* dictum Doctoris intelligendum esse secundum legem quam adducit; quòd etiam obseruat Antonius de Sousa in Lusitania liberata, *lib.1. cap.6. num.22.* Acacius Enkelius *de Priuileg. Iur. Ciuilis lib.2. cap.2. num.24.* Valençuela *tom.2. consil.187. num.106.* Guttierez *Pract. qq. lib.1. q.2. num.22.* Ioseph Vela *differ.24. num.66.* Franciscus Ansaldus, *consil.142. num.32.91. & 347. & consil.36. num.3 & 4.* Gratianus *in Discept. tom.2. cap.215. num.31.* Bertrandus *lib.1. consil.128. num.5.* Iason *in leg. cum filio famil. num.129. ff. de legat.1.* Corneus *lib.2. consil.124. num.25. & alij communiter: sed ego in dicta mea resol.65.* existimaui opinionem negatiuam esse probabilem, quam tuetur Sanchez, non explicando aliud. Ergo meum enunciatum est intelligendum secundum mentem Sanchez à me citatum; qui asserit, vota Religiosorum annexa tribus substantialibus, non obligare, durante Episcopatu; secluso tamen voto Patrum Societatis Iesu, de audiendo Præposito Generali.

Quæ nunc est in tom.9. tr.7. Res.85.

4. Negandum est igitur (vt legentibus patebit) me in dicta resolutione admisisse negatiuam sententiam tanquam probabilem absolutè; sed amisisse negatiuã sententiam tãquam probabilem, quam tuetur Sanchez: sed Sanchez tenet opinionem negatiuam, quo ad alia vota, non autem quoad istud, de quo est quæstio. Ergo sententia negatiua, quam ego tanquam probabilem admisi, intelligenda est de illis, & non de isto, secundum mentem Sanchez, quem ego cito & cui ego adhæsi. Quod confirmatur, quia ego dum in prima opinione affirmatiua dictæ Resolutionis adduxerim exemplum de voto Minimorum, & de dicto voto Patrum Societatis. Postea in secunda opinione negatiua, pro qua citaui Sanchez, tantum mentionem feci de voto Patrum Minorum, & dixi, non obligare in statu Episcopali. De voto autem Patrum Societatis nihil asserui; quia Sanchez illud in opinione negatiua non includebat, neque ego includere intendebam, eius opinionem citando, & sequendo. Assero igitur cum ipso, vota aliquarum Religionum, quæ annectuntur tribus votis substantialibus, non obligare, durante Episcopatu, secluso, & excepto voto Patrum Societatis de Præposito Generali audiendo, &c. Et ita Resolutione 65. tunc sensi, & nunc iterum sentio.

RESOL. XXX.

Quidam Episcopus, dum erat Religiosus, multa vota emiserat; quæsitum à me an postea potuerit irritare illa Prælatus Religiosus?

Idem dicendum est quoad Cardinales ex Ordine Religioso assumptos, aut aliquo priuilegio Pontificio exemptos. Ex p.6. tr.7. & Misc.2. Resol.26.

§. 1. ET pro parte affirmatiua adducebat Emanuel Sà *verb. voti irritatio, num.5.* vbi sic asserit: Votum Impuberis de Religione potest pater & tutor irritare etiam post pubertatem, si ille in pubertate se de nouo non obligauit. Idémque dicendum de Prælato Religiosi facti Episcopi, scilicet poterit similiter huius votum antea factum irritare, si illud de nouo non confirmauit Episcopus factus. Ita Emanuel Sà.

2. Sed ego tunc in facti contingentia mordicus negatiuam sententiam tenui: nam ad irritandum votum requiritur potestas dominatiua erga sibi subditum: sed Regularis post adeptum Episcopatum non est ampliùs subiectus Prælato regulari, sed immediatè Summo Pontifici: ergo. Et ita hanc sententiam docet Castrus Palaus *tom.3. tractat.15. disp.2. punct.3. §.3. num.1.* Layman *in Theolog. Moral. lib.4. tract.4. cap.7. numer.11.* Et Trullench. *in Decalog. tom.1. lib.2. cap.2. dub.32. numer.12.* qui citat Sanchez & Suarez. Et hæc omnia intelligenda sunt etiam quoad Cardinales ex ordine Religioso assumptos, aut aliquo priuilegio Pontificio exemptos.

RESOL. XXXI.

An Regulares possint exponere Eucharistiam publicè absque licentia Episcopi? Ex p.11. tr.2. & Misc.2. Resol. 5.

§. 1. NEgatiuè respondet Gauantus *in man. Episc. ver. Eucharistia num.53. & 54.* vbi sic ait: Non exponantur cum solemnitate à Regularibus sine licentia Ordinarij Congreg. Rit. 26. Febr. 1628. Pro personis particularibus exponatur in ostiolo tabernaculi, aut in Pixide velata cum luminibus, & assistentia Congregat. Episc. 7. Septembris 1598. Ita Gauantus. Vnde nouissimè Illustrissimus, & amantissimus Dominus meus D. Bernardus de Lacabra *in*

sua

sua Synodo Diœcesi celebr. & impressa anno 1651. in libr. 2. tit. 5. cap. 7. sic ait, [Assi como es iusto que por necessidades communes, y vniuersales de la Iglesia, del Summo Pontifice, de su Magestad, y otros casos semeiantes, se exponga el Santissimo Sacramento, paraque el pueblo acuda à perdirle misericordia en sus necessidades: assi tambien es cosa indecente que esto se haga por causa particolar, y leue, segun el arbitrio de cadauno. Por tanto ordenamos, y mandamos (S.S.A.) que en ninguna Yglesia aunque sea de Regulares, y exempta se exponga el Santissimo Sacramento, aunque sea por causa publica, sin licentia nuestra, ò de nuestro Prouisor General, y Vicarios: aduirtiendo que los Regulares podran por causa particular aprir las puertas del Tabernaculo, pero el Sacramento, ha da estar cubierto de manera, que no se pueda ver la Hostia consagrada; segun mas vezes lo ha declarado la Sacr. Congr. de Ritus, y consta desu decreto, que es como si sigue.] Declaratio Sacra Rituum Congr. sæpius censuit, non licere Regularibus etiam in eorum propriis Ecclesiis Sanctissimum Euchar. Sacrament palam adorandum exponere, nisi ex causa publica, que probata sit ab Ordinario: ex causa verò priuata posse, dummodo Sacramentum è Tabernaculo non extrahatur, & velatum maneat, ita vt ipsa Sacra Hostia videri non possit. Iu. Cardinalis Saquestus. Locus † sigilli. C. Palutius Sacr. Congregationis Rituum Secretarius.

2. Verùm his non obstantibus causam Regularium latè defendit Pater Bruno *de priuileg. Regul. part. 1. tract. 2. cap. 3. propos. 6.* Quoniam, ait ipse, Episcopus, dum eius vexillo regulares militarent, poterant sine dubio in eorumdem Ecclesiis sibi prorsus subditis Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, quoties sibi videbatur opportunum, populo publicè adorandum exponere: at totum ius Episcopi in dictas Ecclesias, in Prælatum Regularem translatum est, ergo etiam id potest Prælatus regularis. Prima propositio patet, in qua non est distinguendum si Episcopus id poterat quatenus Prælatus Regularium; aut quatenus Episcopus, quoniam nulla ratio vrget cur id non posset quatenus regularium Prælatus, cùm vna & eadem esset superioritas Episcopi relatiua indistinctè ad sæculares, & Regulares subditos. Propositio secunda etiam patet, quoniam eorumdem Ecclesiis ab omni prorsus iurisdictione, dominio, & superioritate Episcopi per Papam exemptis, necessarium erat ad eorumdem perfectum regimen, vt omnis eiusdem Episcopi potestas Prælato Regulari concederetur, quod de facto actum est, vt ex innumeris Canonibus, & Pontificum Romanorum Bullis manifestè patet, & quia de Ecclesiis est sermo, in medium afferre liceat antiquum Gregorij Magni decretum, *cap. Luminoso,* Nec audeat ibi Cathedram collocare episcopus. vel quamlibet potestatem exercere imperandi, nec quamcumque ordinationem quamuis leuissimam faciendi, nisi ab Abbate loci fuerit rogatus; quatenus Monachi semper maneant in Abbatum suorum potestate, vt remotis vexationibus, ac cunctis grauaminibus diuinum opus cum summa deuotione animi perficiant. Hæc Gregorius. Cathedram autem Episcopus in dictis Ecclesiis poneret, & exercceret potestatem imperandi, & ordinandi, si non liceret Regulari Prælato sine eius mandato Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum populo adorandum publicè exponere.

3. Probatur secundò, quia Prælatus Regularis posset in suis Ecclesiis Ordinis, necnon etiam iurisdictionis, & superioritatis potestate: Sed actus exponendi Eucharistiæ Sacramentum non superat hanc potestatem; ergo potest illam exercere: Prima propositio constat ex eo, quòd in locum Episcopi quatenus antea superioris illarum Ecclesiarum successit. Secunda autem probatur, quoniam illius est exponere, cuius est conficere, & ministrare illud Sacramentum: hoc autem ad Sacerdotem præcisè spectat. Dixi præcisè, quia vt in Ecclesiis Regularium hoc fiat, requiritur in faciente sola superioritas, vel saltem illius licentia, sine iurisdictione, cum ille actus non sit iurisdictionis vt constat; Ergo cum Prælatus regularis sit simul & Sacerdos, & superior Ecclesiarum, poterit illud in suis Ecclesiis exponere. Tertia, Quia non videtur qua ratione Episcopi requiratur licentia: non enim, qua Episcopus, quoniam non est actus caracteris Episcopalis, non qua Diœcesanus, seu qua superior territorij, in quo sunt dictæ Ecclesiæ, quia illarum non est superior, & locus exemptus, iuxta Canonistas, extra Diœcesim iudicandus est: nec denique quia ad eas confluat populus ei subditus; quoniam etiam ad eas sine licentia (necnon etiam ipso contradicente) confluit populus ad audiendum verbum Dei, & Diuina officia; ad Sacramenta recipienda, ad processiones, confraternitates, funeralia, & quod maius est ad vota in manibus Prælati regularis (si sit populus ex Tertio Ordine) emittenda, & cætera facienda, quæ procul dubio maiorem, requirunt in Regulari potestatem, quam actus exponendi Sacramentum Eucharistiæ. Quartò, Quoniam nemo negabit, quin Canonici Ecclesiæ Cathedralis exemptæ, & aliarum Ecclesiarum exemptarum possint illud exponere; ergo à fortiori potest illud Prælatus regularis: cum illi sint tantùm exempti velut ad instar Regularium, vt inferiùs dicetur; & Tridentinum ab exemptionis iure illos expressè excludat; cùm tamen non excludat Regulares, maiorique in suos subditos, suasque Ecclesias Prælatus Regularis, quàm Decani, & Canonici in suos, & suas, potestate calleat. Nec obstat, Primò opponere, quòd in multis Synodis Diœcesanis ordinatum habetur, quod id non liceat Prælato regulari sine Episcopi licentia: quoniam illa lege Regularis non ligatur. Non obstat Secundò, quod nouæ indulgentiæ non possint à Prælato Regulari publicari in dictis Ecclesiis absque Episcopi licentia; ergo nec Sacramentum Eucharistiæ exponi. Respondetur, ita esse, si rescriptum, in quibus continentur, hanc conditionem apponat; sin autem, in dubio res versatur. Sed supposito, quòd Prælatus regularis non possit illas publicare absque Episcopi licentia; non est similis in vtroque ratio, nam indulgentiæ sunt publicus extraordinariæ iurisdictionis effectus d legatione Apostolica exercendus erga suos subditos: ac ex consequenti cùm delegata potestas, quæ non transit in ordinariam, non debeat exerceri sine Episcopi facultate, saltem ex decentia ab eodem habenda est. At verò Sanctissimi Sacramenti expositio est actus ordinariæ potestatis; & ideò hæc licentia non requiritur. Non obstat, Tertiò, quòd in pluribus causis à Sacr. Congregat. Cardinalium decisum est, id ei non licere absque Episcopi licentia, quoniam vel illa decisio est interpretatio iuris communis, vel decreti alicuius Concilij generalis, aut denique Pontificis: vel non est declaratio, sed lex: non potest dici prius, scilicet quòd sit declaratio. Primò, quia nullum est ius declarandum, quod de hac materia in specie agat. Secundò quoniam declaratio alicuius iuris facta à potente non potest esse contraria iuri declarato, cum sit vnum & idem cum eo; esset autem talis, cum sint duæ decisiones circa hanc materiam penitus contrariæ ab eisdem

eisdem Cardinalibus emanatæ, vt mox constabit. Non potest dici posterius, scilicet quod sit lex; quoniam Cardinales illius Congregationis facultate pollent ad legem condendam. Hæc huiusmodi decisio vt lex publicatur. Quod confirmatur ex decreto per Cardinalem Grimaldum, tunc in Gallia Nuncij Apostolici munere fungentem, fauore Archiepiscopi Burdigalensis, patribus videlicet Dominicanis inauditis, ab eadem Congregatione impetrato, 1544. in quo loquens de quodam alio decreto circa hanc materiam alias emanato, sic fatur: Hanc eandem opinionem secuta fuit Sacra Congregatio Episcoporum in pluribus causis. Quibus vides decisionem Cardinalium esse opinionem, non autem legem. Dices, ergo saltem hæc decisio erit opinio sequenda, cùm sit tantorum virorum. Respondetur, quod si velis sequi illorum opinionem, sequenda potissimum illa, quæ vniuersaliter, ab illis pronunciata fuit, & non sicut hæc in causis priuatis, illa (inquam,) quæ etiam auctoritate Apostolica iudicialiter promulgata fuit, anno à Nuntio Apostolico apud Hispaniæ Regem residenti in toto illo regno obseruanda: Et denique Bulla Vrbani Octaui inchoata in plenitudinem, de qua aliis, qualis est hæc, cuius tenor sic habet, Sacra Congregatio Regularium censuit, & statuit, vt liceat Regularibus in eorum Ecclesiis, & intra septa Monasteriorum suorum Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum processionaliter circumferre: & super altari publicè adorandum exponere ex quauis causa publica, vel priuata, die 2. Iulij 1580. Verùm supponamus Decisionem Cardinalium legem facere, vt ego alibi disserui, certè vt reuocet Ius Regularium, & præfatam generalem eorumdem Cardinalium decisionem in fauorem omnium Regularium editam; non debet esse particularis, quoniam nulla lex in causa particulari, seu speciali lata generalem reuocat: imò nec generalis generalem, aut specialem; nisi habeat clausulas derogatorias ad id necessarias; Præfata autem decisio particularis, sicut & cæteræ; non habet aliquam clausulam reuocantem, quam Doctores iudicant necessariam, etiam in Conciliis generalibus, & rescriptis Pontificum, dum aliquod Priuilegium, aut Ius quæsitum reuocant, maximè si in iure communi insertum sit, aut tanquam merces datum, vt est hoc priuilegium immediatè suam originem trahens ab exemptione iurisdictionis, potestatis, & superioritatis Episcopalis, cuius intuitu eadem iurisdictio, potestas, & superioritas collata fuit Prælato Regulari in suos subditos, & Ecclesias suorum omnium Monasteriorum. Et hæc omnia docet Pater Brunus, vbi supra. Sed mihi fas non est de purpuratorum Patrum auctoritate in suis declarationibus aliquid detrahere, solùm aduerto dictam declarationem Cardinalium non videri vsu receptam, passim enim Regulares exponunt Populo Eucharistiam ad adorandam absque Episcoporum licentia, nisi dicas hoc illos efficere videntibus, & non renitentibus Episcopis, atque ideò ex eorum licentia, tacita videlicet.

RESOL. XXXII.

An Regulares teneantur seruare dies festos ab Episcopo indictos?

Et an ad hoc possint compelli per censuras?

Et quamuis Regulares possint cogi ad obseruationem Festorum ab Episcopo indictorum, non tamen quoad Octauas, nec ad Festa Votiua populorum, quæ ex deuotione obseruantur?

Et quid, quando populus obseruantiam Festi vouit, aut promisit? Ex p. 11. tr. 3. & Misc. 3. Resol. 6.

§. 1. NEgatiuè respondet Hinojosa *in tract. de-cis. Regul. verb. festum fol.* 234. sic enim asserit; Licet ius commune *in cap. final. de fer.* præcipiat fidelibus seruare festa, quæ Episcopus cum Clero, & Populo seruanda statuerit, non tamen huiusmodi constitutio facta per Episcopum ligat Fratres Mendicantes, quia constitutionibus Episcopi non subduntur, vt hãbes verbo exemptio; Nec Papa præcipit per illud *cap. final.* Fratribus illa festa seruare; aliàs omnia eiusmodi festa essent de iure communi sicut dies Dominici, imò & ipsimet Episcopi tenerentur illa iure communi seruare. Neque etiam per illud *cap.* datur Episcopis facultas statuendi dies feriatos, quia ante illud eam habebant iure diuino.

Sup. hoc in Res. seq. & infra in Res. 44. cursim in §. Decimus. Sed lege eius doctrinam à §. Hoc supposito. & in tom. 6. tr. 2. Res. 44. §. vlt. ante mediũ, vers. Leges, Episcoporum.

2. Quid ergo fecit Pontifex per illud cap. Respondetur, quòd limitauit potestatem Episcopis, seu dedit eis formam statuendi obseruantiam festorum, vt scilicet non sine Clero, & populo id faciant, quia quod omnes tangit ab omnibus debet approbari.

3. Aduersus prædicta obstant hæc verba Concil. Trident. Dies etiam festi, quos in Diœcesi sua seruandos Episcopus præceperit, ab exemptis omnibus etiam Regularibus seruentur. Sed si post Concilium omnimodæ exemptionis regularium priuilegia confirmata sunt, vt habes verbo Confirmatio priuileg. huius statutis non subiicientur, tutius tamen erit illa omninò seruare. Video enim Doctores, exemptionis Regularium tutores, eorumdem priuilegiorum post Concilium confirmationem affirmantes, docere, regulares ad huiusmodi festa ab Episcopis præcepta, seruanda teneri. Et quidem non consequenter loquuntur. Nam vel restitutionem priuilegiorum exemptionis omnimodæ, non obstante Concilio negent, vel obligationem ad obseruanda statuta Episcopi tollant.

4. Saltim ergo ratione scandali ad huiusmodi festa seruanda tenebantur; sicut ad festa, quæ Populus vouerit; etiamsi Episcopus confirmarit, ad quæ secluso scandalo non tenentur Regulares, quia eiusmodi votum est personale. Hucusque Hinojosa.

Sup. contento in hoc §. ex Res. 1. not. præteritæ lege §. Quibus. & in tom. 4. tr. 6. ex Res. 59. & §. Confirmatur. lege eius tres vlt. lin. & doctrinam §. vlt.

5. Sed affirmatiuam sententiam prorsus sustinendam esse praxis vniuersalis omnium Regularium demonstrat, & ita hanc sententiam probat Lezzana *in summa tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 46. Sanchez *in summa tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 22. Tuschus Riccius, & Rodriquez, quos sequitur Barbosa *de potest. Episc. part.* 2. *allegat.* 105. *à num.* 32. Leander *de preceptis Ecclesiæ tract.* 1. *disp.* 3. *quæst.* 17. vbi firmat hanc conclusionem, Regulares non teneri ad seruanda ieiunia indicta ab Episcopo, teneri tamen ad festa seruanda. Sed licet Episcopis præcipientibus dies festos, obedire teneantur Regulares iuxta dicta, illa tamen Regulares, qui priuilegium habent à Sede Apostolica ne possint ab Ordinariis obligari per censuras ad aliquid faciendum, non possunt obligari ad hoc per censuras ab ipsis Episcopis impositas. Vnde declaratio quædam Sacræ Congregationis, quam ex Sellio *in Select. Canon. cap.* 2. *num.* 11. refert Barbosa *in Collect. bullar. verb. Festum*, in qua dicitur declarasse Sacr. Congregat. in vna Ostiensi anno 1617. Regulares posse compelli per censuras ab Episcopis ad obseruantiam festorum, intelligi debet (casu quo illa declaratio sit authentica) de Regularibus non habentibus tale priuilegium, vt obseruat Lezzana *in summa tom.* 3. *ver. exemptio Regularium*

Sup. hoc in tom. 4. tr. 6. Res. 40. & in alijs eius primæ not.

Sup. hoc in Res. seq. cursim prope finem, vers. Y sienesto contra vimeren.

larium num. 11. Sed quoad hoc non desunt Doctores asserentes, Regulares exempti quoad ea, quæ vigore Concilij Tridentini subduntur Ordinariis, vel ab illis vigore d. Concil. Tridentini possunt compelli, possunt & excommunicari, & docent Doctores, quos citat & sequitur Meroll. *tom.* 3. *disp.* 7. *c.* 5. *dub.* 12. *num.* 210. idem tenet Bordonus *tom.* 1. *res.* 7. *num.* 9. Rubeus *in Aphor. Episcop. verb. regulares, numer.* 7. Piasecius *in praxi part.* 2. *cap.* 3. *art.* 6. *num.* 58. Solorzanus *tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 57. *& seqq.* Cenedus *in q. can q.* 26. *num.* 16. Gratianus *in decis.* 132. *Marchia num.* 15. Nouat. *in summa Bullar. tom.* 1. *titul. de processionibus numer.* 2. Campanilis *Rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 167. Lazatius *de blasphem. quæst.* 10. *à num.* 55. Ciarlinius *lib.* 1. *cap.* 50. *num* 21. Armendar. *in addit. ad Recopil. leg.* Nauarr. *lib.* 1. *tit.* 14. *cap.* 18. §. 31. *de process. num.* 7. Salzedus *in praxi Dialog. caput.* 3. *littera A. ver. quæ potestas* 31. Paz *in Annal. Iur. Pontif. lib.* 1. *tit. de maior. & obed. num.* 11. Lauretus de Franchis *in controuers. inter Regulares, & Episc. quæst.* 6. Salgadus *de protection. regia part.* 2. *cap.* 9. *numer.* 109. Machadus *tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 6. *tract.* 10. *docum. num.* 4. Thæmudo *tom.* 1. *decis.* 62. *n.* 11. *& decis.* 63. *num.* 9.

6. Sed quidquid sit de hac quæstione quam ego alibi pertractaui, esto Regulares cogi possint ad obseruantiam festorum, non tamen quo ad octauas, prout ex declaratione Sacræ Congregationis, & Aldana *in compend. resol. iur. Canon lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 10. & quamuis etiam Regulares obligentur ad obseruantiam festorum ab Episcopis indictorum, non tamen obligari ad festa votiua populorum, eò quod Concilium solum loquatur de festis indictis ab Episcopo, tenet Naldus *in summa verbo festum, num.* 4. & Nouarius *supra num.* 1. limitandum tamen est; si enim festa votiua dicantur ea, quæ ex deuotione obseruantur à Populo, ad illa quidem non tenentur Regulares, nisi ex quadam decentia vt videlicet Populis conformentur; si verò festa votiua dicantur ea, quorum obseruantiam Populus vouit, aut promisit, probabilius est ad ea teneri Regulares, non solum quando ea cum Populis obseruare vouerunt, sed etiam quando, casu dato, illis inconsultis Populi cum Episcopo tale votum emiserunt; sunt enim ciues, & membra Reipublicæ sæcularis participantque illius bona, ac per consequens debent conformari cum ipsa in iis, quæ pertinent ad communem vtilitatem dummodo contraria non sint Ecclesiasticæ libertati, Vasquez *in lib.* 2. *disp.* 167. *num.* 34. Sanchez *lib.* 4. *in decalog. cap.* 15. *num.* 21. credo tamen hæc vota non obligare Regulares, qui ea non emiserunt, nec acceptarunt propria obligatione voti, quia impossibile est aliquem obligari propria obligatione voti sine propria voluntate & consensu, Suarez *tom.* 2. *de Relig. tract.* 6. *lib.* 4. *cap.* 9. Neque ex vi præcepti Ecclesiastici Episcopi, vel Prælati Ecclesiastici, cuius auctoritate fiunt, propter exemptionem Regularium ab Ordinariis, sed solum ex vi iuris naturalis, quod præscribit vt pars Reipublicæ conformetur toti corpori; vide etiam Layman, *lib.* 4. *tract.* 7. *cap.* 1. *num.* 5.

Alibi in Ref. not. præterita.

RESOL. XXXIII.

An Regulares teneantur obseruare Festa ab Episcopo indicta?

Et an contra facientes possit Episcopus procedere censuris?

Et cursissime docetur ex Decreto Sacræ Congregationis Regulares non teneri ad officia Festorum; teneri tamen ad officium de Patrono, non autem ad Octauam. Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. Ref. 10.

§. 1. Negatiuam sententiam tenet Bruno *de Priuil. Regular. part.* 1. *tract.* 1. *cap.* 3. *propos.* 5. vbi probat Regulares non seruantes festa, quæ ab Episcopis ordinantur, non peccare, quoniam institutio illorum festorum est lex Diœcesana, quam vt supra probatum est, non tenentur Regulares seruare, vt expressè concessit Eugenius IV. Monachus Sancti Benedicti Congregationis Hispaniæ verbis sequentibus à Roderico *tom.* 2. *quæst.* 91. *artic.* 1. relatis; Quòd in suis Monasteriis non teneantur seruare, siue colere alias festiuitates nisi illas præcipuè quæ per vniuersalem Ecclesiam obseruantur: aliàs licitè vacare laboribus, & consuetis exercitiis, vel occurrentibus possunt, nisi communiter ab omnibus secundùm consuetudinem locorum vbi Monasteria sita fuerint, vel Superiorum obseruentur, quibus sine scandalo in huiusmodi laboribus faciendis contrauenire non possint.

Sup. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

2. Quibus verbis huius sequelæ veritas concluditur: estricta tamen causa scandali, quo interueniente, tenentur Regulares se huiusmodi obseruantiis Festorum cum Populo conformare. 2. Restricta ex consuetudine vim legis obtinente; qua huiusmodi festa in Diœcesi introducta sunt, tunc enim ad illa obseruanda Regulares obstringuntur sub mortali, sicuti ad cæteras consuetudines. Vt autem huiusmodi consuetudines obligent, tum ad festa, tum ad cætera, euidens esse debet, quòd sub obligatione peccati mortalis, non verò ex deuotione introductæ fuerint; alioqnin si dubitetur num ex deuotione, an verò ex obligatione introductæ fuerint; tunc obseruandæ non erunt sub mortali. Nec obstat huic veritati Tridentinum *sess.* 25. *c.* 12 quod vult, vt Regulares seruent illos dies festos: quoniam sicut non habet vim vbi receptum non est, sic etiam non obligat in illis decretis, quæ clausulam reuocatoriam non habent; hoc autem decretum caret illa clausula. Ita ille.

Sup. hoc in Ref. præterita §. Saltem, & in aliis lin. & § eius annot.

3. Sed in contrarium tene cum communi Doctorum sententia. Dico igitur quòd dies festos, quos in sua Diœcesi Episcopus seruandos præcepit, exempti omnes, etiam Regulares seruare tenentur, vt ex eo colligunt Lezana *tom.* 3. *verb. Episcopus, num.* 21. Fusc. *cap.* 15. *num.* 63. Fr. Emman. *quæst. Reg. tom* 2. *quæst.* 70. *art.* 1. *& 2. quæstione* 108. *art.* 2. *in fine.* Piasec. *part.* 2. *cap.* 3. *numer.* 47. *vers. dies festos.* Aloys. Ric. in *praxi aurea resol.* 210. *vers.* 6. Vgolino *de officio Episcopi, cap.* 20. §. 3. *numer.* 1. Campan. *cap.* 13. *ex numer.* 91. Erasmus à Cochier *part.* 2. *quæst.* 45. *num.* 55. Laurentius de Peyrinis *constitut.* 28. *Leonis X. num.* 2. *cum sequentibus.* Tamburin. *tom.* 3. *disput.* 5. *quæst.* 11. *num.* 54. Nouar. *in summa Bullarij titul. de festis diebus*; Solorzan. *lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 69. & alij penes ipsos, quibus adde ex Regularibus doctum, & amicissimum Patrem Hieronymum Garsiam *in Polit. Regul. tom.* 1. *tract.* 8. *difficult.* 3. *dub.* 2. *num.* 72. & Machadum *tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 6. *tract.* 10. *docum.* 4. *numero secundo*, vbi sic ait: [Puede obligar el Obispo à los Religiosos à la obseruacion de las fiestas que el mandare guardar en sen Diocesis; porque como consta de los sagrados Canones: *Regimen Monasteriorum, quoad celebrationem festorum ad Episcopum pertinet*: y por disposicion expressa del Concilio Tridentino, los Religiosos por exentos que sean estan obligados à obseruar las fiestas que el Obispo mandare guardar en sù Obispado; y si en esto

Sup. hoc magis late in Ref. prætérita, § Sed affirmatiuam, paulo post initium, à verſ. Sed licet.
Et pro officio festorum in Reſ. ſeq.

esto contrauinieren, puede proceder contra ellos con censuras. Ita ille. Cui etiam adde Merollam *tom. 3. disput. 7. cap. 5. dub. 9. num.* 152. & Gauantum *in Man. Episcop. ver. Regularium cura sub Episcopis num.* 26. vbi obſeruat, quòd non tenentur ad officia feſtorum ex Declaratione Sacræ Congregationis, teneri tamen ad officium de Patrono, non autem ad octauam.

RESOL. XXXIV.

An Regulares in Missis Festorum, quæ Episcopus præcepit ſeruare in ſua Diœceſi debeant permutare Ritum ſuarum Religionum?

Et aduertitur quoad Conciones, & Lectiones, quas iidem Regulares ad populum habuerint debere ſe conformare Euangeliis, & Epiſtolis, quibus Clerus ſæcularis vtitur in illis diebus feſtiuis. Ex p. 3. t. 2. Reſ. 108.

Sup. hoc cursim in quatuor vlt. lin. præcedentis Reſ.

§. 1. AD hanc quæſtionem reſponſum fuit à ſacra Cardinalium Congregatione, cuius verba apud Laurentium de Peirinis *in priuil. Minim. tom. 1. constitut. 17. Leonis X. num. 2.* hæc ſunt Congregatio Concilij cenſuit decretum *cap. 11. ver. Dies etiam feſt. ſeſſ. 23. de Regul.* ita eſſe intelligendum, vt Regularium ritus illis feſtis ſemper permaneat, quo ad Miſſas celebrandas, & cætera diuina Officia tam publicè, quàm priuatim ab ipſis Regularibus in eorum Eccleſiis perſoluenda, nec circa hæc ab Epiſcopis quoquo modo quidquam in contrarium eiſdem Regularibus præcipi poſſe, quòd ſi de facto præceperint, Regulares neutiquam ipſis Epiſcopis obedire teneri. Verùm quoad conciones, & lectiones, quas iidem Regulares ad populum habuerint, debere ſe conformare Euangeliis, & Epiſtolis, quibus Clerus ſæcularis vtitur illis diebus feſtiuis. Ita ſacra Congregatio.

RESOL. XXXV.

An Regulares poſſint facere proceſſiones extra Conuentum ſine licentia Epiſcopi?

Et an proceſſio Roſarij poſſit fieri per totam Ciuitatem, ſi ita habeat conſuetudo à decem retro annis ſeruata, & in quatuor feſtiuitatibus B. Mariæ, nimirum Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, & Aſſumptionis? Ex p. 3. tr. 2. Reſ. 77.

§. 1. AD iſtam quæſtionem ſic reſpondet Villalobos *in ſumm. tom. 2. tract. 35. diffic. 5. n. 9.* [En lo que toca à Proceſſiones dize Rodriquez *in addit. ad ſumm. tom. 4. cap. 105. num. 5.* que los Religioſos no las pueden hazer de derecho comun fuera de ſus conuentos, porque no tienen territorio. Mas el Padre Portel *in dub. Regul. ver. Proceſſiones, num. 8.* dize que ſiempre ha viſto praticar, que los Religioſos ſin licencia del Obiſpo hagan proceſſiones fuera de ſus conuentos.] Ita ille. Vnde Tamburinus *de iure Abbat. tom. 1. diſput. 15. quæſt. 7. num. 39.* Hieron. Rodriquez *in compend. qq. Regular. reſolut. 118. n. 10.* exiſtimat in hoc ſtandum eſſe conſuetudini locorum, & Iacobus de Graffis *conſil. 10. Regul.* opinatur Regularibus licere per triginta paſſus extra ambitum Conuentus proceſſiones facere.

2. Non reticeam tamen Barboſam *de poteſt. Epiſcop. part. 2. allegat. 78. num. 7.* & alios penes ipſum, docere, non poſſe Regulares dictas proceſſiones facere extra Conuentum ſine licentia Epiſcopi; & ita determinaſſe Sacram Cardinalium Congregationem ſub die 2. Iulij 1620. quod etiam teſtatur Peirinus *in priuileg. Minim. tom. 2. conſtit. 7. Pij V. §. 10. n. 11. ad 8.* & hic Panormi obſeruatur.

3. Nota tamen quòd ex eadem declaratione Cardinalium obſeruat Peirinus *vbi ſuprà*, proceſſionem Roſarij poſſe fieri per totam ciuitatem, ſi ita habeat conſuetudo à decem retro annis ſeruata, & in quatuor feſtiuitatibus B. Mariæ, nimirum Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, & Aſſumptionis.

RESOL. XXXVI.

An Epiſcopus poſſit excommunicare Regulares nolentes ad proceſſiones accedere? Ex part. 3. tract. 2. Reſol. 76.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet Riccius, Genuenſis, & alij, quos citat, & ſequitur Barboſa *de poteſtat. Epiſcop. part. 3. alleg. 78. num. 25.* & ita declaraſſe Cardinalium Congregationem teſtatur.

Sup. hoc in Reſ. ſeq. & infra in Reſ. 39. §. Sed quia. & ex doctrina Reſ. 44. §. penult. & vlt. & ex Reſ. 45. §. vlt.

2. Non deſunt tamen Doctores contrarium ſentientes, & præter Sanchez, Henriquez & Rodriquez, quos citat Barboſa, docent etiam hanc ſententiam Tamburinus *de iure Abbat. tom. 1. diſput. 19. quæſt. 7. num. 7.* Scortia *in Bull. Pontificiis, theorem. 391.* Peirinus *in priuil. Minim. tom. 1. conſt. 11. Sixti IV. num. 60.* Portel *in addit. ad dub. regul. ver. Epiſcop. num. 5.* & Villalobos *in ſumm. tom. 2. tract. 35. difficult. 5. num. 17.* vbi ſic aſſerit. [Duda es, ſi en los caſos, que los religioſos eſtan ſujetos, à los Obiſpos, como en obligarles à yr à las proceſſiones, los puede compeler por deſcomuniones, y cenſuras. A lo qual reſpondo, que ſepueſto, que los mendicantes tienen priuilegio eſpecial, para que no los puedan deſcomulgar, ni poner otras cenſuras, no ſe podran poner los Obiſpos, ſi no es quando eſpecialmente ſe les concede, como ſe haze en el concilio en algunos caſos particulares, y anſi no los podran compeler con cenſuras en el caſo de las proceſſiones, y otros, donde no tienen eſpecial comiſſion para eſſo.] Ita ille, qui multos alios Doctores citat.

3. Ad declarationem Cardinalium dicendum eſt, quòd de illa non conſtat authenticè. Imò nouiſſimè Hieronymus Rodriquez *in compend. qq. Regul. reſ. 118. num. 1.* ex Quaranta & Portel *in addit. ad dub. Regul. ver. Proceſſiones, num. 1.* ex Barboſa notant Sacram Cardinalium Congregationem pluries determinaſſe, non poſſe Regulares compelli ab Epiſcopo per cenſuras ad proceſſiones, & ideo à noſtra ſententia non eſt recedendum.

RESOL. XXXVII.

An Regulares non accedentes ad proceſſiones poſſint ab Epiſcopo compelli per cenſuras vigore Concilij Tridentini ſeſſ. 25. cap. 15. Ex part. 8. tract. 7. & Miſc. Reſol. 5.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet Riccius Genuenſis, & Barboſa, quos citaui *in 3. part. tract. 2. reſolut. 76.* quibus nunc addo Laram *de Anniuerſ. lib. 1. cap. 24. num. 74.* Zerolam *in praxi part. 1. verb. proceſſio, §. 1. ver. ad ſecundam.* Maceratenſem *variar. reſolut. lib. 1. reſolut. fin. caſu 35.* Merollam

Sup. hoc in Reſ. præterita. & in aliis eius not.

tom. 3.

tom. 3. disput. 7. cap. 5. numero 210. Bordonum *tom. 1. resol. 7. n. 9.* Rubeum *in Aphor. Episc. verb. Regulares; num. 7.* Piasecium *in praxi, part. 2. cap. 5. art. 6. n. 57.* Solorzanum *tom. 2. lib. 3. c. 17. nu. 57. & seq.* Cenedum *in question. Canon. quaest. 26. num. 16.* Gratianum *in decis. 132. Marchiae, num. 25.* Nouarium *in summa Bull. tom. 1. tit. de Processionibus, num. 7.* Campanilem *rubr. 12. cap. 13. n. 167.* Lazatium *de blasphem. quaest. 10. à num. 55.* Ciarlinium *lib. 1. cap. 50. numer. 20.* Armendariz *in Addit. ad Recopilat. leg. Nauarr. lib. 1. tit. 14. cap. 28. §. 31. de process. num. 7.* Salzedum *in praxi Diaz cap. 3. littera A. verb. quae potestas.* Zipaeum *in Anal. iur. Pontif. lib. 1. tit. de maioritate, & obedientia, num. 11.* Lauretum de Franchis *in controuers. inter Regul. & Episcop. quaestione 6.* Salgadum *de Protectione Regia, part. 2. cap. 9. numer.* 109. & Machadum *tom. 2. lib. 4. part. 6. tractat. 10. document. 5. num. 4.*

2. Sed ego, *vbi suprà,* negatiuae sententiae adhaesi; nam sacrum Concilium *in dicto loco,* dat quidem facultatem Episcopis, vt possint compellere Regulares accedere ad publicas processiones, non tamen dicit per censuras Ecclesiasticas. Et stare haec duo possunt: quòd Episcopus possit compellere ipsos Regulares, & hoc possit aliis poenis comminatis, & non censuris: Ergò non per hoc, quia datur illi facultas compellendi Regulares ad id faciendum, censetur concessum, vt possit compellere per censuras, lex enim noua simpliciter loquens accipit determinationem à lege veteri. *leg. sciendum, ff. qui satisdare cogantur. Authent. Offeratur, Codice de litis contestatione;* Sed Concilium Tridentinum est lex noua respectu, *cap. 1. de priuilegiis in 6.* in quo disponitur non posse Regulares excommunicari, suspendi, vel interdici ab Episcopo; ergo quando sacrum Concilium dicit simpliciter, quòd potest Episcopus illos compellere, *vt suprà,* debet ab isto textu recipere determinationem, & per consequens intelligi debet de compulsione cum aliis poenis, non autem cum censuris. Confirmatur; quia quando voluit sacrum Concilium quòd Regulares possint ab Episcopo compelli hoc speciali modo, scilicet per censuras, expressit, vt in casibus suprà relatis; ergo signum est tantùm in illis, non autem in aliis tribuere Episcopo talem authoritatem, & sic intrat regula illa, quòd expressum facit cessare tacitum, *l. fin. Cod. de pactis conuentis.* Vnde ex his patet responsio ad argumenta aduersariorum.

3. Nec etiam obstat dicere cum aliquibus contra nos facere Decretum Concilij Trident. *sess. 25. c. 5. de Regul.* quatenùs mandet obseruari omnia decreta de Regularibus, non obstantibus priuilegiis: & deputet exequutores Episcopos: nec Bulla Pij IV. per quam reuocantur omnia Priuilegia contraria Concilio Tridentino, quia non sunt contraria: imò conformia Concilio, nempè, quòd in illis decretis, in quibus datur facultas procedendi per censuras, quòd possint: in aliis autem, in quibus non datur talis potestas, quòd abstineant.

4. Vnde patet ex his responsio ad aliquas declarationes sacrae Congregationis, quae circumferuntur; nam respondeo Purpureos, & Augustos Patres esse intelligendos de casibus in quibus expressè Concilium dedit facultatem Episcopis compellendi Regulares per censuras. Quod probatur; nam Concilium *sess. 25. cap. 4. de Regular.* cùm dedit iurisdictionem Ordinariis contra Regulares vagabundos, ea asserendo, tanquam desertor sui instituti puniatur; sacra Congregatio, teste Farinacio, *ibidem* declarauit, esse puniendum, vt vult Concilium, sed non excommunicandum. Quod etiam patet ex aliis declarationibus sacrae Congregationis, quas adducit Rodriguez *in compend. quaest. Regular. resolut. 118. numero 1.* & alij.

5. Quae quidem declarationes non sunt inter se pugnantes, vt aliqui nimis immodestè loquuntur; sed vt dixi, conciliandae, & applicandae sunt. Quando enim Eminentissimi Patres dixerunt, Episcopos posse compellere per censuras Regulares, per Concilium eis subiectos, intelligendi sunt in casibus, in quibus Concilium hoc expressit: quando verò asserunt, non posse, intelligendi sunt in casibus, in quibus hoc Concilium non explicauit, vt fuit in casu nostro de compellendo ad Processiones.

6. Aliqui verò asserunt Episcopos posse communicare censuras in casu de quo loquimur contra exemptos, non autem sententiam ferre, & ita concordant declarationes Cardinalium, quae inter se videntur contrariae, & fundantur in declaratione apposita à Barbosa, *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 43. n. 163.* Sacra enim Congregatio sic respondit Episcopo Vercellensi sub die 20. Maij 1616. posse quidem Episcopum poenam intimare exemptis, sed poenis eos non posse punire; quod si facta poenarum intimatione non paruerint, totum esse eidem sacrae Congregationi deferendum.

7. Sed absolutè nostram sententiam praeter Villalobos, Tamburinum, & Scortiam, quos citaui *in 3. part. tract. 2. resol. 76.* tenet Portel *in dubiis Regularibus, verb. Episcop. num. 5.* Nouarius *in Lucerna Regularium, verb. excommunicare, num. 5.* Sanchez *de matrimonio, lib. 7. disput. 33. numer. 23. & in summa tom. 2. lib. 6. cap. 1. num. 14. & in opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 9. dub. 2. num. 14.* Cochier *de iurisdict. tom. 1. part. 5. quaest. 99.* Miranda *in Man. Praelat. tom. 1. quaest. 35. art. 11.* Peirinus *in priuileg. Minor. tom. 1. constit. 2. Sixti IV. §. 10. n. 13.* Leone *de Censuris Recollect. 2. n. 488.* Marcellus Vulpe *in praxi fori Eccles. cap. 42. num. 26.* Lezzana *in summa qq. Regular. part. 1. cap. 11. num. 14.* Zambellus *in repert. moral. verb. Religiosus, n. 41.* Henriquez *lib. 7. cap. 25. n. 7.* Rodriguez *in compend. quaest. Regular. resol. 60. num. 15. & 61. n. 7.* Gambara *de officio Legati, lib. 8. cap. vlt. n. 77.* & alij penes ipsos.

8. Igitur inhaerendo sacrosancto Concilio Tridentino in illis casibus, in quibus datur facultas Episcopis compellendi per censuras Regulares vtantur ipsi hac facultate. In aliis verò casibus hoc facere minimè audeant; nam Pontificia priuilegia, Regularibus concessa, temerarent. Sic censeo, saluo meliori iudicio, & determinatione sacrae Congregationis Concilij, quam tanquam Oraculum, veneror, & vt par est, humiliter ceruices flecto. Vnde si apertè constaret in posterùm de aliqua eius declaratione circa praesentem quaestionem, ei parendum esse existimo.

RESOL. XXXVIII.

Ad quas Processiones possit Episcopus compellere Regulares? Ex p. 3. tt. 2. Res. 106.

§. 1. AD hoc dubium ita respondet sacra Cardinalium Congregatio apud Laurentium de Peirinis *in Priuil. Minim. tom. 2. const. 7 Pij V. §. 29. n. 25.* Ordinarius potest praecipere Regularibus, vt eant ad Processiones publicas, vt puta in festo Corporis Christi, in Litaniis, & Iubilaeis publicis faciendis in plebibus in quib. ipsi habent Monasteria, dùmodo Processiones sint eius generis, quòd in Bulla S. D. N. Pij V. Mendicātib. cōcessa, quae incipit, *Etsi Mendicāt,* publicata

Sup hoc id Res. seq. & infra in Res. 24. cursim in §. Vndecimus. Sed longe eius doctrinam à §. Hoc supposito. & §. eius not.

publicata 17. Kalend. Iunij anno 1567. comprehendatur; & dummodo Regulares non sint ex illis Conuentibus, Collegia nuncupatis, quæ in eadem Bulla excipiuntur. Ita sacra Congreg. Notat tamen Peirinus *vbi sup.* ex Quaranta, & ex S. etiam Congreg. quòd per publicas processiones intelliguntur etiam hæ, quæ pro bono publico de nouo indictæ sunt.

RESOL. XXXIX.

An Regulares possint ab Episcopo compelli, vt Processionibus publicis assistant?

Et si Prælati nollent ad Processiones conuenire, quæritur, an Episcopus possit illos censuris, & pœnis compellere? Ex p. 11. tr. 2. Misc. 2. Res. 8.

Sup. hoc in Res. præterita. & in aliis eius not. Et pro determinare controuersias infra in Res. 44 §. Decimus.

§. 1. NEgatiuam sententiam tenet Bruno *de priuileg. Regular. tractat.* 8. *capite* 4. *posit.* 7. vbi sic ait; Ex Tridentino apparet quòd Regulares possint compelli ad Processiones, qui autem possint compelli non dicit expressè Tridentinum, nam postquam pronuntiauit esse muneris Ordinarij terminare controuersias circa præcedentiam in processionibus, & aliis huiusmodi comitiis: Amota omni appellatione, & non obstantibus quibuscunque (de quo mun. re agemus infra, subdit postea) exempti autem omnes, tam Clerici Sæculares, quàm Regulares quicunque, etiam Monachi ad publicas processiones vocati, accedere compellantur: In quibus vides quòd ius compellendi datum agnoscitur, nullo nihilominus expresso cui illud ius concessum sit. Quod autem Episcopo non sit è Tridentino concessum, rationabiliter potest præsumi. Primò, quia per dictas clausulas circa præcedentiam, Tridentinum terminauit quod iuris Episcopalis erat; alioquin illas non apposuisset, sed expectasset in fin decreti illas apponere, vt solet, quod non fecit. Secundò, Quoniam si illi hæc potestas concessa fuisset, Episcopi in Tridentino congregati; cùm de illorum iure ageretur id clarè in dicto decreto expressissent, quòd autem id non fecerint, contra illos interpretatio est facienda, *iuxta iuris Regulam in 6.* Contra eum qui legem dicere potuit, apertius interpretatio est facienda: ac propterea concludendum ius illud compellendi ad Episcopum non spectare, vt de simili modo loquendi materia de approbatione Confessar j ex Bellarmino, & aliis diximus *in tract. de Confess.* Ergo in vi Tridentini non potest Episcopus compellere Regulares, vt ad dictas processiones accedant. Et confirmatur; quia vt probauimus *in tract. de exemp.* & alibi, Regulares sic sunt exempti à iurisdictione Episcopi directiua, & coactiua, vt nisi specialiter, & expressè potestas in illos à Pontifice ei detur, non censeatur ei concessa: non est autem ei sic concessa in hoc decreto, cùm neque de Episcopo mentionem faciat, neque de huiusmodi exemptionis clausula reuocatoria, quorum expressio ad hunc effectum est necessaria.

2. Dices, ad quem ergo illa potestas compellendi spectabit? Posset quis dicere ad Prælatum Regularem, cùm ad eum omnis compulsio in Regularem subditum pertineat: Verùm, si hic nolit ire, nec mittere suos subditos, quis illum, & illos compellet? Respondebit fortasse quispiam, tunc temporis posse Episcopum vti in compulsiua, non in vi Tridentini, sed in vi iuris communis antiqui sibi ex consuetudine acquisiti; reintegratur enim in hoc casu potestas iurisdictionis, quâ ante exemptionem Regularium in eos potiebatur, vt alibi in simili materia diximus, quod forsan vult innuere Concilium, cùm non dicat, vt compellantur Authoritate Apostolica, aut ab Episcopo, aut aliis tanquam à Sede Apostolica delegatis, vt solet facere, cum vult vt Episcopus, aut quiuis Ordinarius Pontificia procedat authoritate, illam tamen responsionem non esse vniuersaliter veram existimo, cùm possit ab alio Prælato sibi Superiore in casibus ordinariis compelli; sed tantùm in casu magnæ necessitatis publicæ, in qua processio huiusmodi Regularium abesse non possit à Generali processione Clerici, & Populi, sine graui scandalo.

3. Sed quia communi sensu Doctorum illa compulsio Episcopo concessa existimatur, ideò stando in illa sententia, quæritur, an Episcopus Regulares, eorundémque Prælatum nolentes ad processiones conuenire, censuris, aut pœnis possit compellere? Respondetur non posse; Et primò quòd non possit compellere censuris fusè *in tract. de exemp.* probatum est; Et hanc sententiam tenent Henriquez *in Summa lib. 7. cap. 25. §. 57.* Roder. *in summa tom. 1. cap. 74. num. 4.* Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 31. numero 23.* Villal. *in summa tom. 2 tractat. 35. difficul. 5. num. 17.* Portell. *in addit. ad dub. Regul. verb. Episcopus num. 5. & verb. Processiones num. 1.* Hieron. Roder. *in Compend. qq. Regular. resol. 118. num. 1.* Scorc. *in Bulla Select. theorem. 393. verb. si autem.* Laurent. de Peyrin. *part. 1. Ritual. notab. 3. & tom. 1. in constit. Minim. constit. 2. Sixti Quarti, num. 60.* Tamburinus *de iure Abbat. tom. 1. disputat. 19. quæstione 7. numero 7.* Diana *resolut. moral. tom. 2. tract. 2. resolut. 76. & alij.* Sup. hoc supra in Res. 36. & 37. & infra in Res. 44. §. penult. & vlt. & ex lata doctrina Res. 45. §. vlt.

4. Secundò verò, quòd non possit etiam pœnis compellere, eadem prorsus est ratio, fuitque ex grauissimis Doctoribus, & ex iure probatum in proximè dicto tractatu. Quæ hic est supra Res. 36.

5. Instabis, si non possit censuris, aut pœnis compellere Regulares, vt ad processiones accedant, frustrà est data illi potestas ad compellendum, cùm nullum aliud sit medium ad hunc effectum. Respondetur, esse multa alia media, vtpotè inobedientes illos instanter monendo, & acriter arguendo, ac etiam si opus fuerit sententiam aduersus illos proferendo, & denique adhibendo potestatis sæcularis brachium, vt cogat, cùm ad ipsum spectet facere, vt ius Ecclesiasticum vnicuique debitum seruetur, quod sufficit vt hæc potestas possit compulsiua dici, non enim omnis potestas compulsiua vtitur censuris & pœnis vt in potestate Iudicum sæcularium eiusdem naturæ manifestissimum est. Hucusque Brunus.

6. Sed non parùm faceret Pater Brunus, si Regulares eximeret à potestate Episcoporum, ne possint illos compellere ad processiones cum censuris, ideò non recedo à sententia, quam docui in loco citato à Bruno, & assero in tali casu posse Episcopos, Regulares compellere, si non censuris, saltem aliis pœnis, mulcta indicta, pignoribus captis, vel alio modo. Vnde me citato amicissimus Magister Lezana *in summa. qq. Regul. tomo 4. vers. Processio quoad Regulares num.* 2 sic ait: Esto autem Regulares compelli non possint ad prædictas processiones per censuras, compelli saltem possunt aliis pœnis, iuxta *cap. 1. de priuileg. in 6.* nimirùm deponendo Superiores, & contradictores incarcerando, à Monasterio amouendo, priuando prædicatione verbi Dei, seu etiam pœnis pecuniariis. Ita ille, & ita etiam docet Ciarlinius *in Contr. Foren. tom. 1. cap. 50. numero 19.* Peyrinus *in priuileg. minim. tom. 1. Constitut. 2. Sixti IV. numero 60.* Gratian. *decis. 532. num. 15.* Et miror te Patrem Docuit in Res. not. præterit. & in aliis eius not.

Brunum

Brunum, vt fugiat compulsionem Episcoporum, admittere eo modo tamen quo admittit compulsionem Laïcorum. Vnde contra illum apponam hic per extensum verba Ioannis Petri Crescentij *in Arsen. Religios. lib. 3. num. 33.* vbi sic ait, [Con esprimere, dunque il Concilio, che non ostanti i priuilegij, è l'esentioni possa l'Ordinario sforsare alle sudette processioni il Clero, e i Regolari: s'intende di quei rimedij, è castighi, che bonno vsarsi senza pregiudicio de priuilegi qualificati, massime del detto *cap. 1. de priuileg. in 6.* d'allistesso Concilio acceptato, à cui deuesi attendere, ex Bartol. *in extrauag. ad reprimendum V. videbitur numero* 8. Cæsa Grass. *decis.* 7. *numero* 7. *& decis.* 8. *numero* 2. *de sent. & re iudic.* Cosi vediamo, che in Roma, non con censure, ma con pene pecuniarie castiganci i contumaci, & allo stile di Roma deuonsi l'altre Chiese conformare DD. *in capit. damnamus in fin. de Summ. Trinit.* Colleg. Paduan post consil Cardin. *consilio* 20. *numero* 48. Ma se non giouano le pene pecuniarie, può il Vescouo venire sino alla carceratione, ò depositione de Superiori, & alla suspensione dalla predica, ò dalle confessioni. DD. *in d. cap. primo, de priuileg. in* 6. Tamburin. *loc. cit.* Sanchez *lib. 7. de matrimon. disputat.* 33. Lezana *part. 3. V. exemptio Regularium, numero 9. & part. 4. V. processio numero secundo.* In questo senso deuonsi interpretare quelle dichiarationi della Congregatione, che si leggono à fauore de Vescoui presso Zerol. *part prima prax. Episcop. V. excommunication. §. quarto, & V. procession. §. primo. ad secund.* Ioan. Franc. Leon *in Thesaur. forens. Eccles. parte prima, capite* 8. *numero* 18. Barbosa *in collect. ad dict. cap.* 13. *Consil. numero* 19. delle quali alcune dicendo alternatiuamente, *compellantur per censuras aut pœnas*, mostrano, che le Censure per quelli, che ponno censurarsi; le pene per ly priuilegiati, si hanno da vsare. Argument. *ex gloss. fin. in leg. si negotium,* 16. *Codice de negot. gest.* & alibi penes Cyriac. *controu.* 174. *numero* 1. *&* 2. ma perche in contrario a fauore de Regolari trouansi altrettante dichiarationi della Congregatione medesima, apud Barbos. *in remiss. ad dict. capit.* 13. *V. Compellantur*, Quarantam *V. Pracedentia in fin.* Hieron. Henriq. *resolut.* 118. *numero* 1. Portell. *in addit. ad dubia Regular. V. procession. numero primo.* Dianam *citata resolutione* 76. *in calce*, le quali dicono apertamente, che i Vescoui non ponno in ciò seruisi del rimedio delle Censure: come pur del 1616. li 20. di Maggio d'alla medesima Congregatione risposto fù al Vescouo di Vercelli, Barbosa *lib. 1. de Eccles. iure capit. 43. vers. qua de re.* Dobbiamo credere, che non di censure, ma di pene s'intenda quella dichiaratione dell'istessa, sotto li 27. Luglio 1628. *pœnis sibi bene visis.*] Hucvsque Crescentius. Itaque Regulares contenti sint, vt per censuras ab Episcopis non possint compelli ad Processiones, secus autem per alias pœnas, vt supra dictum est, quicquid asserat Bruno. Vnde non adhæreo docto, & amicissimo nostro Patri Augustino de Bellis in quadam allegatione lingua Hispanica conscripta, *part. 1. Assumpt.* 5. qui sententiam Bruni tenet, sed aduersus illum rectè insurgit Cespedes *de exemption. regular. capit. 18. dub. 74. numero* 13. cum aliis.

Quæ hic est supra Ref. 36. &c.

RESOL. XL.

An Episcopi possint pracipere Regularibus vt interdicta ab Apostolica Sede, vel propria authoritate lata populo renuncient? Ex p. 11. tract. 2. & Misc. 2. Resol. 21.

§. 1. NEgatiuè respondet Brunus *de Priuil. Reg. part. 1. tract. 2. c. 3. propos. 7.* Probat, nam Regularis ab Episcoporum Iurisdictione, legibus, & præceptis exemptus est, vtique ab hoc præcepto liber erit, qua libertate expressè donatus est à Sede Apostolica, cum ab obligatione recipiendi commissiones, etiam à Sede Apostolica antedicta emanata, liberetur, ex concessione Honorij III. facta Dominicanis verbis sequentibus; Quieti vestræ prouidere volentes auctoritate vobis Præs[illegible]tium indulgemus, vt commissiones à Sede Apostolica, vel legatis eius, seu quibuslibet aliis vobis factas, non teneamini contra vestram recipere voluntatem.

Sup. hoc id Ref. 44. cursim. in §. Decimus sextus sed lege eius de ct. iam à §. Hoc supposito. & §. eius annot.

2. Deinde nostræ propositionis veritas constat ex Mari Magno singulorum Ordinum, & maximè ex illo Minorum, & Prædicatorum post Tridentinum confirmatorum. Accipe verba in illo Prædicatorum inserta; Quod per literas Apostolicæ Sedis, aut Legatorum, seu Delegatorum ipsius, ad denunciationes sententiarum; Interdicti, & excommunicationum procedere compelli aliquatenus non possitis, &c. Per literas præfatæ Sedis, in quibus facta non fuerit de huiusmodi Indulgentia mentio specialis: Et post aliqua verba sic prosequitur: Nullus insuper Archiepiscopus, vel Episcopus, nullúsque alius Prælatus Ecclesiasticus, vel eorum Vicarij, vel Officiales ad portandum, seu deferendum Literas, vel exequendum, vel denunciandum sententias contra Principes sæculares, Communitates, Populos, seu quoscunque benefactores vestros, quemquam vestrum compellere valeant, sine prædictæ Sedis mandato; vel licentia speciali, expressam faciente de hac indulgentia mentionem. Atque modo eodem concessit Paulus III Societati Iesu vt refertur *in Compend. Priuil. eiusdem Societatis, verb. Exemptio.*

3. Nec obiicias Tridentinum *sess. 25 de Reg. c. 12.* decernere, quòd Regulares prædictas denunciationes præstare debeant, dum sic pronunciat Censuræ & Interdicta, nedum à Sede Apostolica emanata, sed etiam ab Ordinariis promulgata, mandante Episcopo, à Regularibus in eorum Ecclesiis publicentur, atque seruentur. Nam respondetur, illud decretum non habere clausulam derogatoriam priuilegiorum, ac propterea non ligare Regularem, vtpotè priuilegio huic decreto contrario gaudentem. Accedit quod hoc priuilegium post Tridentinum à pluribus Pontificibus, qui confirmarunt motu proprio, & ex certa scientia priuilegia Regularium, confirmatum est, vt alibi diximus. Et quamuis Pius V. in Bulla, *Et si Mendicantium,* inchoata, videatur supponere quod Regulares debeant illa publicare, & seruare; attamen circa hæc nihil declarat: Sed tantùm suspendit illa in Regularium certis casibus; sicut ergo illi Pontifices, & Doctores in vi suorum priuilegiorum eos excusant ab obseruatione censurarum, & interdictorum, ita similiter ab eorundem publicatione in vi dictorum priuilegiorum etiam excusare tenentur. Vbi autem Tridentinum non est receptum, nullam prorsus vim habet obiectio aduersus dictum priuilegium. Quod autem conclusum est de censurarum & interdictorum denunciatione, id etiam similiter intelligendum de jeiuniorum, & Festorum publicatione, ad quam faciendam Regularis nullatenus obligatur; nec obligari potest ab Ordinariis. Hucvsque Bruno.

4. Sed ego hæc omnia minimè amplectenda esse puto cum communi Doctorum sententia. Dico igitur vigore Concilij Tridentini, *sess. 25. cap. 12.* Censuras, interdicta etiam ab ipsis Episcopis emanata, ipsis mandantibus esse à Regularibus & exemptis in eorum Ecclesiis publicanda, atque seruanda. Referunt Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 15. numero 62.* Henriq. *in summ. lib. 3. cap. 42. §. 3. in fin.* Fr. Emman. *in addit. ad Bullam Cruciata fol. mihi 29.* Fr. Ioann. à Cruce *de statu Regular. lib. 2. cap. 7. dub. 2.* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. part. 1. cap. 8. num. 19.* Piasec. *in praxi Episc. part. 2. cap. 3. n. 47. vers. Censuras.* Vgolin. *de officio Episcopi, cap. 20. §. 3. num. 3.* Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub. 12. c. 13. num. 114 cum seqq.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol. 210. vers. 5.* Nouat. *in lucerna Regul. verb. Interdicta.* Homobon. de Bonis *de Examine Ecclesiastico, tract. 11. c. 12. q. 23. supposit. 2. & 3.* Erasmus à Cochier *de Iurisdict. Ord. in exemptos, part. 1. quæst. 45. numer. 46.* Laurent. de Peyrinis *in Const. sui Ordinis Minim. tom. 1. const. 26. Leonis X. num. 11. cum seqq.* Ego ipse *d. part. 3. alleg. 105. num. 43.* Tambur. *d. tom. 3. disp. 5. quæst. 11. numer. 53.* & alij penes ipsos quibus adde Machadum *de Perf. Confess. tom. 2. lib. 4. part. 6. tract. 10. docum. 4. num. 3.* vbi sic ait; [Puede tambien el Obispo proceder contra los Religiosos que no quisieren publicar en sus Iglesias los entredichos, y censuras que el mandare que se publiquen; porque à esto estan obligados por Derecho comun, y nueuo del Concilio Tridentino. Item, puede el Obispo proceder contra los Religiosos que no obseruaren en sus Iglesias el entredicho, cessacion à Diuinis, que se pusiesem por la Sede Apostolica, ò por el Ordinario; por ser assi, que el mismo Concilio los obliga à ello.] Ita ille.

5. Sed vt Patri Bruno Auctorem Regularem adducamus, sentiat Hieronymum Garciam *in Polit. Regular. tom. 1. tract. 8. difficult. 3. dub. 2. punct. 3. num. 21.* sic asserentem [Pueden los Obispos iuxta prædictum Concilium, *sess. 25. cap. 12.* hazer publicar en las Iglesias de los Conuentos, y mandar guardar el entredicho, no solo puesto por el Papa, ò Nuncio à latere, sino tambien puesto por el mismo Obispo à toda Diocesi, Ciudad, ò Villa.] Vide etiam Merollam *tom. 3. disput. 7. capite 5. dub. 9. numero 153.* & tandem Andreas Mendo *in Bulla Cruciata, disputat. 15. capite 1. numero 9.* sic ait; Debent nostri mandante Episcopo, qualibet interdicta promulgata publicare, & obseruare iuxta decretum Tridentini *sessione 25. capite 12. de Regularibus.* Ita ille.

RESOL. XLI.

An Episcopus possit punire Regulares in casu, sess. 7. c. 14. Concilij Tridentini?

Et pro praxi huius difficultatis aliqua notabilia discutiuntur in textu huius Resolutionis quoad Regulares; & etiam quoad Equites Sancti Ioannis Ierosolymitani degentes, & delinquentes extra Claustra, & quoad degentes intra Claustra, sed extra delinquentes; & etiam si cum notorietate, & scandalo deliquerint intra Ecclesiam sui Monasterij; & quid in istis casibus Episcopis competat facere? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. Res. 23.

§. 1. Negatiuè respondet Bruno *de priuil. Regul. tr. 2. c. 4. propos. 1.* Nec obstat, ait, Tridentinum contrarium decernere *sess. 7. cap. 14* vbi habetur; In exemptorum causis constitutio Innocentij IV. quæ incipit, *Volentes*, in Generali Concilio Lugdunensi edita seruetur: quam eadem Sacrosancta Synodus innouandam censuit, innouat; Addendo insuper, quòd in ciuilibus causis mercedum, & miserabilium personarum, Clerici Sæculares, aut Regulares extra Monasterium degentes quomodolibet exempti, etiamsi certum Iudicem à Sede Apostolica deputatum in partibus habeant, in aliis verò si ipsum Iudicem non habuerint, coram locorum Ordinariis, tanquam ab ipsa Sede delegatis conueniri, & iure medio ad soluendum cogi, & compelli possint; Priuilegiis, exemptionibus, conseruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus, aduersus præmissa nequaquam valituris.

2. Respondetur, in locis in quibus Tridentinum non est receptum obiectionem minimè procedere; vbi autem receptum est, non afficere Regularem gaudentem præfatis concessionibus, & intra Claustra degentem, vt sæpiùs Sacra Congregatio Cardinalium declarauit: nec etiam illum qui extra Claustra degit, teste Marcellino à Sancto Benedicto *in Compend. priuileg. Fulienfium, verbo, Conueniri*, cuius Congregationis declarationes inferius afferemus. Ratio est, quia illud decretum non habet clausulam reuocatoriam necessariam ad reuocationem priuilegiorum, vt diximus *in Tractatu de priuileg. in comm.* Quod autem hæc responsio sit pertinens, probatur quoad præcipuam partem, videlicet, quòd Regularis exemptus sit ratione delicti ab Episcopi iurisdictione, quoniam non est vllatenus credibile, decretum Tridentini posteriùs abrogare prius decretum: hoc autem faceret, si supra positum decretum afficeret huiusmodi Regularem. Minor probatur ex Tridentino *sessione 25. de Regular. cap. 14.* vbi sic loquitur; Regularis non subditus Episcopo, qui intra Claustra Monasterij, & extra ea ita notoriè deliquerit, vt populo scandalo sit; Episcopo instante à suo Superiore, intra tempus ab Episcopo præfigendum seuerè puniatur, ac de punitione Episcopum certiorem faciat, sin minus à suo Superiore officio priuetur. Sup. hoc prope fin. huius Res. à v. La quarta es.

3. Quibus verbis videre est, Regularem intra, & extra claustra delinquentem non esse quoad cognitionem delicti iurisdictioni Episcopi subditum: cum Tridentini verba illum ad suum Superiorem remittant, ac ex consequenti decretum præcitatum *sess. 7. cap. 14.* Tridentini non afficere Regularem vt supra exemptum, alioquin hoc posterius, prius decretum destrueret. Ita ille.

4. Sed communiter Doctores asserunt, quòd Ordinarij tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, in causis mercedum, & miserabilium personarum regulares debitores extra Monasterium degentes, cogere, & compellere ad soluendum debitum possunt, quamuis certum Iudicem à Sede Apostolica deputatum in partibus habeant, & in aliis quoque, si ipsum Iudicem non habuerint, priuilegiis, exemptionibus, &c. nequaquam valituris. Et ita docet Merolla *tom. 3. disput. 7. cap. 5. dub. 9. num. 132.* Sanchez *in Opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 9. dub. 2. n. 5.* Tamburinus *tom. 3. de iure Abbatum, disp. 5. q. 11. n. 90.* Henriquez *lib. 7. de Indulgen. cap. 25. n. 5. in Glossa littera O, & alij.*

5. Nota etiam hîc absolutè, quod Regularis extra Monasterium degens, si deliquerit, ab Ordinario loci, tanquam Sedis Apostolicæ delegato, puniri potest, vt statuit Concilium Tridentinum *sess. 6. cap. 3. de Reformat.* quæ dispositio habet etiam locum in Equitibus Sancti Ioannis Hierosolymitani, vt inquiunt Nauarr. *cons. 22. de Regular. in prima edit.* Sup. hoc infra in Res. 44. §. Quintus. & inferius lege doctrinam Res. 197.

edit. & *conſ.* 12. *in ſecunda.* Sayrus *deciſ.* 26. *eod. titulo.* Campanil. *in diuerſ. Iur. Canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *numer.* 22. Aloyſ. Ricc. *collect.* 503. *verſ. Amplia primo.* Azor. *tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 4. *quaeſt.* 3. Rodriguez *qq. regul. tom.* 2. *quaeſt.* 2. *art.* 4. & *quaeſt.* 63. *art.* 7. *verſ.* 5. Dicitur autem, quod tunc Regularis maneat extra Monaſterium, quando non viuit ſub Superiore conuentualiter, & ita declarauit Sacra Congregatio, vt referunt Genuenſ. *in praxi Archiepiſc. cap.* 59. Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 42. Campan. *loc. cit.* & Barboſa *de poteſt. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 105. *num.* 16. Si vero maneat de Superiorum licentia ſub Regulari obſeruantia in aliquo membro, ſeu grangia ſui Monaſterij pro Religionis ſeruitio, ſi deliquerit, non ab Ordinario loci, ſed à Superiore puniri debet ſecundùm formam Concilij Tridentini *ſeſſ.* 25. *de regul. cap.* 14. quia cùm huiuſmodi Superior, poſſit illi dare licentiam iuxta Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 4. & dicta loca ſint membra, & dependentia è ſuis Monaſteriis, cenſentur eodem iure, & gaudent priuilegiis ſuorum monaſteriorum *cap. Recolentes,* §. *Caeterum. de Stat. Monach.* Ita Ricc. *deciſ.* 281. *Cur. Archiep. Neap. num.* 4. *part.* 4. Barboſa *loc. cit. num.* 17. & alij.

6. Quod ſi Regularis intra Clauſtra Monaſterij degat, & extra ea ita notoriè delinquat, vt populo ſcandalo ſit, Epiſcopo inſtante, à ſuo ſuperiore intra tempus ab Epiſcopo praefigendum, ſeuerè puniri debet: ac de punitione Epiſcopum certiorem facere: ſin minus à ſuo Superiore officio priuandus eſt, & delinquens ab Epiſcopo puniri poteſt; ſic habetur in Concilio Tridentino *d. ſeſſ.* 25. *cap.* 14. de qua materia agunt Nauarr. *comm.* 1. *de Regul. num.* 63. & Rodriquez *qq. Regul. tom.* 2. *quaeſt.* 2. *art.* 6. & *quaeſt.* 63. *articl.* 4.

7. Vbi nota, quòd poſt Tridentinum, emanauit ſuper hoc Bulla Clementis VIII. contra Superiores non punientes ſuos ſubditos, iuxta formam Conſtitutionis Concilij Tridentini, ſub poena priuationis ipſo facto dignitatum, ac officiorum, & inhabilitatis ad illa, ac priuationis vocis actiuae, & paſſiuae, incipit, *Suſcepti muneris*, Romae publicata die 18. Martij 1596. quam referunt Quarant. in *Summa Bull. verb. Exemptio* Cochier *de Iuriſd. Ord. in exempt. part.* 1. *quaeſt.* 17. *num.* 29. & Piaſec. *in praxi Epiſcoporum part.* 2. *cap.* 3. *num.* 44. Addunt aliqui poſſe Regularem in caſu illius decreti Tridentini, deprehenſum in delicto, deduci ad carcerem Epiſcopi, & ſumpta informatione ſuper delicto (dummodo ſine mora ſumantur) remitti tum copia proceſſus ad ſuum Superiorem puniendum, cum praefinitione termini ad puniendum. Et hanc opinionem ſequuti ſunt Nald. *in ſumma verb. Epiſcopus numero* 28. Piaſec. *loc. cit. num.* 43. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 3. *allegat.* 105. *num.* 19. & Portell. *in addit. ad dub. Regular. verb. Punitio religioſi extra conuentum, num.* 17.

Sup. hic in Reſ. not. ſeq.

8. Sed ego quoad hoc vltimum contrarium docui *in part.* 3. *tr.* 2. *reſ.* 132. Vide etiam circa praeſentem materiam Machadum *de Perf. Confeſſ. tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 6. *tract.* 10. *docum.* 3. *numer....* Qui quoad ſuperius dicta, ponit reſponſiones aliquas Sacrae Congregationis ad aliqua dubia propoſita, & ſic ait; [La primera duda es, ſi luego que el Religioſo cometiere el delito en la forma dicha, podra el Obiſpo recibir informacion del, y embiar ſela a ſu Prelado, para que no pretenda ignorancia del delito; à la qual reſpondio la Sagrada Congregacion que ſi. La ſegunda es, ſi baſtaua que el Obiſpo requirieſſe vna vez al Superior del Conuento, para que caſtigaſſe al Religioſo delinquente, ò ſi era neceſſario requirir le dos, ò tres vezes, ſegun lo afirmauan algunos Dotores Religioſos; fundados en aquella palabra del Concilio, *Inſtante*, à la qual reſpondio la Sagrada Congregacion, que baſtaua que el Obiſpo requirieſſe vna vez al ſuperior del Conuento. La tercera es ſi el Superior del Conuento, cumple con embiar al Obiſpo copia de la ſentencia en que condenna al Religioſo, ò deua embiarle todos los demas autos, para que el Obiſpo ſe entere, ſi el caſtigo fueſe vero como lo manda el Concilio Tridentino. La Sagrada Congregacio reſpondio, que no baſtaua que el Superior le remitieſſe la ſenteneia, ſino que tambien deuia embiarle los demas autos, y teſtimonio del caſtigo, y execucion de la ſentencia. La quarta es, ſi quando el Religioſo delinque, Intra Eccleſiam ſui Monaſterij, con eſcandalo, y notoriedad, ſea lo miſmo que ſi comitieſſe delito extra clauſura. La Sagrada Congregacion reſpondio que ſi.] Ita ille Dico igitur Regulares degentes extra Clauſtra poſſe ab Epiſcopo puniri; degentes verò intra Clauſtra, ſed extra delinquentes, modo quo ſupra ab Epiſcopo puniendos eſſe exiſtimo; ſi aliter Pater Bruno ſentit, non bene ſentit.

Quae hic eſt infra Reſ. 47.

Sup. hac quarta in fine §. 1. huius Reſ. & ad literam infra in Reſ. 41. §. Duodecimus. Sed lege eius doctrinam à §. Hoc ſuppoſito. & §. eius not.

RESOL. XLII.

An Epiſcopus poſſit denunciare, vt euitentur, ſi Regulares exempti inciderint in aliquam excommunicationem?

Et an hoc fieri poſſit tantum ab Epiſcopis in illis caſibus, in quibus id illis ſpecialiter permittitur, vt v. g. *ſi Extrema-Vnctionis, & Eccleſiae Sacramenta miniſtrent, aut matrimonia ſolemnizent?* Ex part. 3. tr. 2. Reſol. 35.

§. 1. Affirmatimè reſpondent Cenedus *in quaeſtionibus Canonicis quaeſt.* 26. *num.* 30. Alterius *de cenſuris tom.* 1. *diſput.* 10. *lib.* 3. *cap.* 5. *in fine.* Riccius *in addit. ad Inſtit. canon. lib.* 2. *tit.* 21. §. *nec id mirum, & in praxi tom.* 2. *reſol.* 210. *num.* 4. Bagnus *de S. R. E. dignitatibus tract.* 12. *fol.* 102. Tririſanus *lib.* 1. *deciſ.* 36. *num.* 2. Henriquez *lib.* 7. *cap.* 2. *numero* 7. Rodriquez *in qq. Regul. tom.* 2. *quaeſt.* 63. *art.* 11. & Piaſecius *in praxi Epiſc. nouiſſima, part.* 2. *cap.* 3. §. 6. *num.* 59. vbi ſic aſſerit. Licet Regulares exempti propter eorum priuilegia, ab Epiſcopo excommunicari non poſſint, nec ligentur ſtatuto Epiſcopi excommunicationem annexam trahente, ſi tamen committant aliquod delictum, propter quod ex iuris communis diſpoſitione, vel ex conſuetudinibus Apoſtolicis incurrant ipſo facto excommunicationem, poſſunt declarari per Epiſcopum, & pro excommunicatis publicari ad effectum, vt euitentur à populo Dioeceſis. Imò Felinus *in cap. non poteſt, num.* 3. *de re iudic.* dixit, exemptum ſic excommunicatum, citari etiam poſſe ad videndum declarari, conceſſo enim principali, videtur conceſſum acceſſorium, praeſertim cum ſit ſumenda informatio ſuper excommunicatione incurſa. Ita Piaſecius.

2. Non deſunt tamen Doctores contrariam ſententiam docentes, & aſſerentes hoc fieri poſſe ab Epiſcopo tantùm in illis caſibus, in quibus id illis ſpecialiter permittitur, vt v. g. ſi Extremae Vnctionis, & Euchariſtiae Sacramenta miniſtrent, aut matrimonia ſolemnizent. Et ita docent Laurentius de Peirinis *ſuper priuilegia Minimor. tom.* 1. *conſtit.* 2. *Sixti IV.* §. 10. *numer.* 13. Thomas Zerola *in praxi Epiſcop. part.* 1. *ver. excommunicatio, de excommunicationis cauſa materiali in fine,* & Nauarr. *conſ.* 2. *verſ.* 2. *de ſentent. excomm.*

Pro ſolemnizatione matrimonij in tom. 6. tr. 1. lege doctrinam à lin. 5. Reſ. 33. & alterius verſ. eius primae annot.

Ratio est, quia antequam Regulares denuncientur, declarare Episcopus prius debet, eos in excommunicationem incidisse; declaratio autem hæc fieri non potest, nisi cognita causa, & citata parte; fieri enim potest, vt Regulares probent se in excommunicationem non incidisse. At causæ cognitio ad proprium iudicem pertinet. Ergo Episcopus incompetens iudex Regularium, non potest illos declarare, neque denunciare excommunicatos.

3. Aliqui verò limitant hanc secundam opinionem, vbi delictum, propter quod excommunicatio lata fuit, notorium est, itémque notorium nullam causam Regulares habere, quamobrem se excusent, tunc enim quod declaratione opus non est, denunciari ab Episcopo etiam poterunt, ne alij eorum communione vtentes in excommunicationem incidant: & ita hanc sententiam ex multis rationibus probat Vgolinus *de potest. Episcop. cap.*29. §. 10. *num.*2. & hanc opinionem videtur etiam docere Barbosa *de potest. Episcop. part.*3. *allegat.*105. *num.*73. Vide etiam alios penes ipsos.

RESOL. XLIII.

An Episcopus possit ferre censuras in Regulares?

Et notatur, quod quamuis Episcopus non habeat iurisdictionem in Monasteria Monialium, tamen ex iustis causis possit præcipere suis subditis, ne intrent in prædicta Monasteria Monialium exemptarum, & erunt validæ censuræ.

Et aduertitur, quod non potest Episcopus excommunicare, nec interdicere famulos Regularium sine mandato Pontificis. Ex p.5.tr.9. Resol.43.

§. 1. Libet mihi respondere cum verbis Henrici Villalobos *in summ. tom.*1. *tract.*16. *diffic.*5. *num.*13. vbi sic ait. [Los Obispos no pueden descomulgar à los Religiosos, si no es en las causas en que el Papa, o el derecho les hazen juezes delegados de los Religiosos, porque los Religiosos son exentos de su jurisdicion por muchos textos, y Bulas. Si el Legado à latere pusiere alguna descomunion en comun, aunque sea Paulina, no liga à los Religiosos mendicantes, si no es, que en ella se declare como concedio Nicolao V. El Obispo no puede descomulgar, ni poner entredicho à los criados de los frayles, mientras estan en su seruicio sin special mandato del Romano Pontifice, y aunque lo hagan, no hazen nada por vn Priuilegio de Alexandro IV. concedido a la Orden de San Iuan.] Ita ille, vide etiam Henriquez *lib.*7.*cap.*25.*num.*7.*in gloss.lit. L.* Portel *in dub.regul.ver. Episcopus, num.*5.& Aloysi um Bariolam in *Aphor.lit. E.ver. Episcopus*, §. 3. quod fallitur in quibusdam casibus.

2. Notandum est tamen hîc cum Moscoso *in summa, tract.*6. *cap.*5. *num.* 6. quòd [aunque el Obispo no tenga iurisdicion en vn Monasterio de Religiosas, esentas de su iurisdicion, por iustas causas puede mandar el Obispo à sus subditos con censuras, que no entren allà, y seran validas.]

RESOL. XLIV.

An Vigore Concilij Tridentini possint Episcopi censuris, ac aliis pœnis in aliquibus casibus castigare Regulares?

Et pro praxi 17. casus in textu huius Resolutionis adducuntur, & assignantur. Ex part. 11. tract. 2. & Misc.2. Resol. 22.

§. 1. Supposo, Regularem in multis casibus in Concilio Tridentino expressis Episcopis subiici. Primus est, Nouitius Regularis subiectus est Episcopo in renunciatione suorum bonorum, ac etiam Professus si nollet reddere Nouitiis exeuntibus ante professionem omnia data illis à consanguineis, & Curatoribus, *sess.* 25. *capite* 16. *de Regular.* Pro casibus seqq. Vsque ad §. Hoc supposito. huius Res. lege doctrinam vers. positi in annot. dicti §. Hoc supposito.

2. Secundus est, si Regularis contra voluntatem Ordinarij celebret in Oratoriis particularibus, ex *sess.*22. *de obseruandis in celebrat.* Sup. hoc in tom.4.tr.2. Res.45.§.vlt.

3. Tertius est *in sess.* 5. *eiusdem Concilij c.* 2. *de Reformat.* in quo subiicitur Regularis Episcopo, in petenda licentia prædicandi. Sup. hoc infra in Res. 55.§.1.&c.

4. Quartus in eodem c. Datur licentia Episcopo puniendi Prædicatorem prędicantem errores, & scandala, & hæreses. Sup hoc infra in Res. 57.§.1.

5. Quintus in *sess.* 6. *cap.* 3. *de Reform.* vbi dicitur Regularis degens extra monasterium, etiam prætextu priuilegij sui ordinis non obstante, potest puniri ab Ordinario, si extra Claustrum delinquit. Sup. hoc supra in Res. 41. §. Nota, &c.

6. Sextus in *c.*4. *sess.*25. in quo habetur, Ne Religiosus exeat è suo Conuentu etiam prætextu adeundi Prælatum, nisi licentia in scriptis obtenta, aliter facientes possint puniri ab Episcopis tanquam desertores sui Instituti. Sup. hoc supra in Res. 11.

7. Septimus in eodem c. vbi statuitur, vt Regularis missus ad vniuersitates causa studij, habitet intra conuentum, alioquin ab Ordinariis contra illum procedatur.

8. Octauus in *cap.*11. in quo decernitur, vt Regularis qui habet in suis domibus curam personarum sæcularium, sit subditus Episcopo in visitatione, & correctione quoad curam, & administrationem Sacramentorum. Sup. hoc in tom.3. tr.3. Res.85.&c.

9. Nonus in eodem c. vt Prælati non possint ibi assignare aliquem administrandum, nisi de consensu, & examine Episcopi. Sup. hoc infra in Res. 89.&c.

10. Decimus in *cap.*13. *eiusdem sess.* vbi præcipit, vt Episcopus componat controuersias, ac discordias omnes inter præcedentias Regularium in processionibus publicis, & in iis quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus, in deferenda vmbella, & aliis similibus. Sup. hoc in Res.1 not seq.ad lin.7.

11. Vndecimus in *eodem cap.* 13. vbi præcipit Regulari, vt vocatus ad processiones accedere teneatur, ad quas secundùm antiquam locorum consuetudinem solitus est accedere, & ad illas, quæ vel pro bono pacis Ecclesiæ, vel pro victoria contra Infideles instituuntur. Et in Bulla Pij V. quæ incipit, *Etsi Mendicantium*, interpretantis idem *cap.*13. *sess.*25. Sup. hoc late supra in Res. 38.& 39.

12. Duodecimus in *cap.* 14. *eiusdem sess.* in quo decernitur, vt Regularis viuens intra Claustrum, & scandalosè intra illud delinquens, à Prælato, instante Episcopo, intra tempus assignatum, ab Episcopo præfigendum, seuerè puniatur, ac de punitione Episcopum certiorem faciat, sin minus à Superiore priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit. Sup. hoc supra prope finem Res. 41. vers. La quarta.&c.

13. Decimus tertius in *sess.*23.*c.*12. iubet, Quòd Regularis ab Episcopo examinetur ad Subdiaconatum, & cæteros Ordines Sacros suscipiendos, & quod ante ætatem ibi assignatam non illos suscipiat. Sup. hoc in tom.1.tr.5. Res. 81. §. Deinde.&c.

14. Decimus quartus in *cap.* 15. in quo dicitur, Quòd non possit Regularis audire confessiones Sæcularium, etiam Sacerdotum, absque examine, & licentia Episcopi. Sup. hoc late infra in Res. 69.

15. Decimus

Sup. hoc latè supra in Ref. 20.

15. Decimus quintus in *seff. eadem cap.* 3. vbi prohibet, Ne erigantur in posterum noua Monasteria absque licentia Episcopi illius Diœcesis.

Sup. hoc latè supra in Ref. 40.

16. Decimus sextus in *cap.* 12. vbi præcipit, vt Regularis in suis Ecclesiis publicet, & obseruet censuras positas per Sedem Apostolicam, & interdicta: & hæc etiam posita per Ordinarium publicet, & seruet.

Sup. hoc latè supra in Ref. 31. &c.

17. Decimus septimus in *eodem cap.* vbi præcipit, vt obseruet etiam dies festos præceptos ab Ordinario.

Quoad hoc in tom. 6. tr. 1. Ref. 44. prope finem, lege ver. Notandum est vero.

18. Hoc supposito, Pater Bruno de *Priuileg. Regular. tract.* 2. *cap.* 3. *propos.* 2. asserit, quòd vbi receptum est Concilium, Regulares non subiiciuntur Episcopis nisi ad summum in sex dictorum septemdecim casibus, quoniam Decreta Concilij Tridentini non derogant priuilegiis Regularium, nisi specialiter addant hanc clausulam, *Non obstantibus, &c.* aut aliquid æquiualens; sed hæc clausula non est apposita, nisi in sex dictis casibus, videlicet in 2. 4. 5. 10. 13. & 14. Ergo Episcopo non subiiciuntur, nisi in illis sex.

19. Obiicies, in fine Decretorum *seff.* 25. quæ regulares respiciunt, apposita est illa Clausula generalis, *Non obstantibus, &c.* ergo illi subiicitur Regularis in dictis illis 17. casibus. Respondetur, illam clausulam nihil operari, nisi præcedentium specialium clausularum derogatoriarum decretis Concilij expresse appositarum confirmationem. Quod confirmatur ex sententia communi, & ex Canonistarum axiomate, quòd generi detrahitur per speciem, non vice versa: Dixi in propositione, Regularem in sex casibus ad summum subiici Episcopo: nam admodum probabile est, imo & certum existimo, non subiici Regularem Ordinario in quarto, quinto, & decimo casibus, cum in quarto, & quinto clausula non obstantiæ excludat tantum prætextum priuilegiorum, non autem vera priuilegia: & superius ostendimus Episcopum nihil posse aduersus Regularem in illis quarto, & quinto casibus, nec etiam in decimo, cum clausula excludat tantùm quæcumque priuilegia, sine specificatione priuilegiorum Regularium, qui terminus nimis generalis est, vt excludat priuilegia Regularium, sicut probatum est in Tractatu de Priuilegiis, ac iuxta eam sententiam Regularis subiicitur Ordinario in tribus proximè ponendis ex 17. illis casibus.

20. Primus, si contra eius voluntatem in Oratoriis particularibus celebret. Secundus, in examine ad Subdiaconatum, & cæteros Ordines Sacros suscipiendos, & in susceptione illorum quoad ætatem à Concilio assignatam. Tertius in licentia audiendi confessiones. Quid autem in illis tribus casibus sentiendum sit, ostendam alibi. Monendo in præsentiarum Lectorem, quod Tridentinum caret in dictis tribus casibus, clausula specifica, & nominatim priuilegiorum illis casibus contrariorum; quam tamen in tractatu de Priuilegiis in communi diximus ad reuocationem necessariam. Hæc omnia Bruno.

Sup. contento in hoc & seq. §. lege latam doctrinam Ref. seq. & Resolutionum eius secundę not.

21. Sed posteà plus addit *in propos.* 3. nempe posito quod Regularis in illis 17. casibus Episcopo subiiceretur, non posset tamen censuris cogi, aut aliis pœnis castigari. Etsi concederetur posse Ordinarium censuris, & pœnis cogere, & castigare Regularem; non propterea id posset censuris & pœnis in omnibus illis casibus; sed dumtaxat in duobus primis: In quinque verò proxime sequentibus, pœnis dumtaxat, non autem censuris: In aliis verò sequentibus decem casibus, nec censuris, nec pœnis. Ratio illius dicti est, quoniam in istis non exprimitur facultas concessa Ordinario cogendi Regulares censuris, & pœnis; ac propterea iuxta dicta in Superioribus non poterit pœnis, aut censuris illos cogere. Ita Bruno.

22. Sed licet sit difficultas inter Doctores, An Regulares possint censuris compelli ab Episcopis in supradictis casibus, & aliqui probabiliter asserant posse solùm in his, in quibus Concilium specifice id eis concedit; tamen omnes concordant contra Brunum, posse Episcopum in aliis casibus pœna arbitraria illos punire, & ita Merolla *tom.* 3. *disput.* 7. *cap.* 8. *dub.* 13. *num.* 209. docet Regulares non accedentes ad processiones posse puniri ab Episcopo aliqua pœna arbitraria, quia, ait ille, Tridentinum in hac materia subiicit illos Episcopis etiam quoad vim coactiuam; Et ita docent Doctores communiter; Et quidem in hoc, & aliis casibus nobis laborandum est eximere Regulares, vt non possint compelli ab Episcopo cum censuris, nam aliqui in omnibus casibus superius positis posse hoc Episcopos efficere constanter tenent, vt Solorzanus *de Indiarum Iure tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 57. Salgadus *de Protect. Regia part.* 2. *cap.* 9. *num.* 109. Themudo *tomo* 1. *decis.* 61. *num.* 11. Gratianus *in decis.* 132. *Marchia num.* 15. Campanili *in Diuerf. Iur. Rubr.* 12. *capite* 13. *num.* 167. & alij, licet ego alibi contrarium sentiam. Vnde Machadus *tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 6. *tracta-tu* 10. *num.* 4. sic ait, [Dudan los Dotores, si el Obispo para castigar al Religioso delinquente en los casos referidos, en que el Concilio le concede facultad para ello, pueda proceder con censuras; Rodriquez siente que si; Sanchez, y otros con mas probabilidad defienden que no, porque el Concilio no lo expressa: siendo assi, que quando ha querido conceder esta potestad à los Obispos lo ha expressado.] Ita ille. Sed de hac materia à nobis in hoc Tractatu actum est, loquendo de Processionibus; vide Doctores ibi citatos.

Alibi in Resolutionibus not. præteritæ & seq. & signanter in Ref. 1. & 3. non. seq.

In hoc Tr. in Ref. quæ hic est supra 39. per totam & in Ref. 36. & 37.

RESOL. XLV.

An Episcopi possint censuris, & aliis pœnis punire Regulares in iis, in quibus illis à Sede Apostolica subiiciuntur? Ex p. 7. tract. 12. & Misc. 3. Resol. 29. alias 27.

Sup. hoc in Ref. præterita per totam, signanter in § penult. & vlt. & lege doctrinam Ref. annot. seq. & aliam eius annot.

§. 1. Negatiuè respondet P. de Bellis *in Alleg. sæpius citata, part.* 1. *Assumt.* 5. *num.* 1. *& seq.* vbi sic ait: [No tan solamente con censuras, pero tam poco con otras qualesquiere penas puede el Ordinario castigar à regulares, aun en casos, en los quales le estan sugetos, si Concilios, i Pontifices no hazen expressa mencion, de que los pueda castigar: i el castigarles pertenece priuatiuè, à sus Superiores, ò à los Pontifices, Abbas *cap. fin. num.* 5. *vers. si verò populus de Cleric. peregr.* Bart. *l. à Diuo Pio in princ. ff. de re iud.* Cokier *tom.* 1. *part.* 4 *q.* 33. *num* 2. 1. Card. Zabar, & Lapus *in cap. Archiepiscopo, §. fin. num.* 5. *de de priuileg.* dizen: Episcopus agere debet coram Superiore exemptorum, vt eos cogat ad parendum, & non parentes puniat. Mas, lo fundo en priuilegios, en presumptiones, en Derecho, i Declaraciones de la Congregacion.]

2. [Primo lo fundo en priuilegios: los hai de Sixto IV. à Padres Dominicos]: Decernimus quoscumque processus, quasuis pœnas, & sententias generales & speciales continentes, promulgatas contra fratres, & domos eorum, nullius roboris, & momenti esse. In libro Priuil. Ord. Prædic. f. 158. Otro semejante

mejante concedio à Padres Franciscos: Rodriq. *tomo 2. quæst. 56. art. 5.* Reparese en aquellas palabras: Quasuis pœnas, & sententias. Luego no tan solamente con censuras no pu. de el Ordinario proceder contra Regulares, mas tampoco con qualquiera genero de penas, y castig s, si no es: Absque speciali Sedis Apostolicæ concessione, como dize el Pontifice en la Bulla para Pad es Franciscos. Y si esto no se entendiera aun en los casos en que estan sugetos al Ordinario, el priuilegio fuera de valde, y no aprouechara de nada.

3. Segundo lo fundo en presumpciones, que estan por los exemptos. I. Porque la causa impulsiua de la exempcion de Regular s, ha sido, in odium Ordinariorum, quia nimis erant infesti Religiosis, & nimis eos grauabant. Rebuff. latè *resp.* 142. Vbald. *tract. de Canon. Epis. c. cap. 3. quæst. 6. num. 9.* Tuschus *ver. exemptio, concl.* 566. *num.* 6. Cokier *tom.* 1. *p.* 1. *quæst.* 1. *num.* 15. Y se saca d l *cap. nimis iniqua*, & *cap. nimis praua de excess. Prælat.* Luego siempre se ha de ampliar resp cto à Regulares, y coartar respecto à Ord narios: assi porque en esta parte de castigar Religiosos han siempre excedido en tanto grado, q e obligaron los Pontifices, à que les exemptassen de la iurisdicion de les. Cenc. *quæst.* 16. *numer.* 3. Castr. *cons.* 432. como tambien porque por concession de Leon X. Priuilegia ex mutationis Religiosorum in d bus sunt semper in erpretanda in fauorem Regularium, como hemos dicho arriba *Assunto* 5. *num.* 4. II. Presumpcion. Porque la causa final, i principal de la exempcion de Regulares ha sido: In fauorem sanctæ Sedis Apostolicæ, cuius interest habere multos immediatè subditos *cap. Pastoralis, de re iud.* Rebuff. & Cokier *vbi suprà*, Luego se han de ampliar à fauor de la Sede Apostolica, que no quiera despojarse de la iurisdicion immediata que tiene con Regulares, si no lo expressa claramente en la Comission que delega ab Ordinario. III. Presumpcion, porque, iurisdictio delegata est odiosa, cùm sit correctiua iuris communis, ideo non extenditur ad personas non expressas: Glossa *in cap. edoceri, de rescript.* Feder. *consil.* 161. & *cap. cùm in Iure peritus, de offic. deleg.* IV. Presumpcion, porque, Quod non inuenitur concessum expressè, intelligitur esse prohibitum: *cap. illa, ne sed. vac.* & Gloss. *ib. lit. C.* Luego adonde no se ha concedido expressamente ab Ordinario que pueda castigar, se presume estar vedado: tanto i mas, que se lo vedan expressamente los priuilegios de Regulares.

4. Tercero: lo fundo en Derecho Comun. En el *cap. licet de offic. vic.* se determina, que en la iurisdicion delegada general que se dà para hazer mandatos, i ventilar causas, no se entiende dar iurisdicion, corrigendi, & puniendi excessus: nisi speci liter hæc committantur. En el *cap. attendentes, de stat. mo.* Se da Iurisdicion al Obispo, para que pueda visitar Monasterios de Monias exemptas: pero si alla la Abadessa merecer por sus faltas ser priuada de su oficio; no lo pueda por esso hazer el Obispo: porque en la comission que se le da, no se exprime que la pueda priuar. Gloss. *ibi ver. compelli*, Card. *ib.* Hostiens. *cap. Quæris de ætat. & qual. ordin.* Tambien *en el cap. Dilectus* 1. *de rescr.* se diò al Abad de San Esteuan Iurisdicion deleg da para visitar la Dieceси de Bononia, sin expressar que priuasse di linquentes priuo algunos, i por el Pontifice se diò por nulo hecho. Luego siempre i quando al Ordinario se delega Iurisdicion con Regulares, si no và expressada facultad de punirlos no la tendrà.] Ita P. Debellis.

5. Sed nouissimè affirmatiuam sententiam tenet Ioann. Anton. Nouarius *in sum. Bull. p.* 1. *tit. de Processione num.* 6. & Bordonus *in Cons. Reg. resol.* 7. *quæst.* 6. *num.* 9. Quia delegata iurisdictione alicui, illi intelliguntur concessa ea omnia, sine quibus illa expleri non potest, *cap. Præterea* 5. *in fine*, *cap. Prudentiam* 21. *in fine*, §. 6. quod ampliatur, licèt negotium commodè explicari possit, Nauarr. *consil.* 12. *de elect. numer.* 3. & *cons.* 40. *num.* 1. & 55. *de Regul. num.* 9. Megal. *cons.* 10. *num.* 6. ex Aretin. & Decio, & iuribus aliis ab illis citatis, etiam in materia stricta, & odiosa docet idem Nauar. *tom.* 1. *in d. distinct.* 5. *de Pœnit. num.* 28. Sed Episcopi commodè non possunt imò cum non leui difficultate valeant compescere Regulares inobedientes, nisi vtantur censuris: Ergo hæc facultas illis intelligitur concessa in Delegatione. Tum quia Delegatus repræsentat personam Delegantis, *ex cap. fin. dist.* 93. *cap.* 1. *dist.* 94. Gloss. *vers. Impendunt, Extrau. comm.* 2. *de sepult.* ac proinde facit idem Tribunal cum ipso *cap.* 2. *de consuet.* Guttier. *lib.* 1. *qq. Can. cap.* 1. *num.* 83. Megal. *de consil. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 40. Delegatus igitur vices delegantis exercet, Gloss. *vers. Iudices, ad fin. Extrau. comm. de offic. deleg.* Sed Delegans potest censuris compellere Regulares ad obediendum, cùm in casu nostro sit Sum. Pontifex; ergo & Episcopus eius Delegatus, personæ enim duæ habentes rationem vnius in aliquo officio, vti possunt iisdem mediis ad illud exercendum. Tum quia iurisdictio contentiosa adiunctam semper habet coactionem, *cap. Pastoralis*, 28. *init. de offic. Deleg.* & *ib.* Gloss. *vers. si ergo coercitionem*, dic t, quòd nulla est iurisdictio sine coercitione, per *l. fin. ff. de offi. eius, cui man d. est iur. car. Ex litteris* 29. *eod.* Sed Episcopus vix cogere potest sine censuris, ergo illis vti potest, vt debito modo suum exerceat officium; nec dicas cum Sanchez citando, Episcopum posse vti aliis pœnis, quia huiusmodi pœnas eludere possunt fugiendo, non autem censuras, quibus absentes & fugitiui afficiuntur. Tum quia Sum. Pontifices subiiciendo Regulares Episcopis, eisdem dant omnimodam iurisdictionem super ipsos. Vnde Gregor. XV. in sua Const. *Inscrutabilis*, Episcopis subdendos Regulares circa animarum curam, Sacramentorum administrationem, Sanctimonialium Monasteria, Prædicationem verbi Dei, vtitur illis verbis: *Omnimodæ iurisdictioni, visitationi, & correctioni Diœcesani Episcopi, tanquam sedis Apostolicæ delegati plenè in omnibus subiiciantur.* Et paulò infrà, loquendo de ratione administrationis singulis annis reddenda à Regularibus Episcopo, dicitur ad hæc compellendos esse iuris remediis; & prope finem apertè dicit; quòd contra Regulares delinquentes in prædictis potest Episcopus procedere per censuras, & alias pœnas; de quo etiam modo procedendi per censuras fit mentio in plerisque locis Trid. de quibus Sanch. referens *sess.* 22. *in Decreto de vitandis, & obseruandis in celebratione Missarum, sess.* 25. *capite* 15. & 16. quæ loca pro se adducit, probando, Episcopos non posse vti censuris contra Regulares, nisi in dictis, & aliis casibus expressis. Sed dic m, illam expressionem non excludere eumdem modum procedendi in aliis casibus, vbi subiicerentur censuræ, quia expressio eius, quod tacitè inest nihil operatur, *cap.* 2. *de reseru. cap. quemadmodum* 25. *de iureiurand.* Gloss. *fin. cap. cùm adeò* 17. *de reseru.* & Gloss. *fin. de præsumpt. vers. Ex illa clausula*; constat autem ex suprà probatis, iurisdictioni delegatæ, Ecclesiastico inesse ius compellendi inobedientes per pœnas non solùm temporales, sed etiam spirituales, censuræ enim propriè sunt arma, & iuris remedia, quibus Iudex Ecclesiasticus vtitur in iudicando. Hucusque Bordonus, qui me

citato,

citato, citat Doctores, quos ego adduxi *in resol. 76. de dubiis Regularium.*

Quæ hic est supra Ref. 36 & in aliis eius not. Et pro contentis in §. vlt. huius Ref. ibidem.

6. Verùm quòd Episcopus non possit punire Regulares quoad Censuras, ego docui *vbi supra*, & docet Lezzana *in summa tom. 1. cap. 11. num. 14.* & iterum nunc teneo contra Bordonum cum nostro Patre de Bellis, licèt ab ipso dissentiam quoad aliàs pœnas; & idcò non grauabor hîc apponere verba Villalobos *in Summa tom. secundo, tractatu trigesimo quinto, difficultate quinta, numero decimo-septimo*, vbi sic ait. [Dize Hostiense, è Ancharrano, Dominico, y otros, que podra el Obispo deponer los Religiosos, ò recluyrlos en monasterios mas estrechos, ò castigarlos por otra via, mas no puede ponerles censuras porque tiene coartada su potestad quanto à esto, y si las pusiere seran nullas.] Ita Villalob. & ego.

RESOL. XLVI.

An Episcopus habeat iurisdictionem in Regulares exemptos, quando esset in possessione iudicandi illos? Ex p. 3. tract. 2. Ref. 134.

Sup. hoc supra lege latissimam doctrinam Ref. 1. signanter à § Nec obstat tertio. & seq.

§. 1. Videtur respondendum affirmatiuè, nam in tali casu apparet eos renunciasse priuilegio exemptionis, & ita tenet Triuisanus *lib. 1. decis. 36. n. 2.* Capra *reg. 84. n. 21.* Cucchus *in inst. can. lib. 1. tit. 6. num. 6. & seq.* cum aliis.

2. Sed ego contrariam sententiam teneo, quia exemptus sine licentia Summi Pontificis non potest exemptioni etiam expressè renunciare; ergo multo minus tacitè, vt est in casu nostro. Et ita fuisse resolutum in vna Vlissiponensis Monasterij die 19. Nouembris 1625. coram Illustr. Coccino testatur Barbosa *de potest. Episc. part. 3. allegat. 105. n. 76.* & ita nostram sententiam tenet Hieronym. Rodriq. *in compen. qq. Regul. resol. 63. num. 13.* & alij penes ipsum.

RESOL. XLVII.

An Episcopus vigore Concilij Tridentini sess. 25. c. 14. possit carcerare Regularem notorie delinquentem, & contra illum processum formare, vt postea remittat suo Superiori, vt illum puniat? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 132.

Sup. hoc supra in Ref. 41. §. Vbi nota. ad medium, à vers. Addunt aliqui. & §. seq.

§. 1. Respondeo negatiuè, & ita docet Villalobos *in sum. tom. 2. tr. 35. diffic. 4. num. 5.* vbi sic ait. [Estan sujetos los Religiosos à los Obispos quanto ala correcion del Religioso, que mora en Conuento, y comete delito escandaloso, fuera del qual dize el Concilio.] Regularis non subditus Episcopo, qui intra claustra Monasterij degit, & extra ea ita notoriè deliquerit, vt populo scandalo sit Episcopo instante, à suo Superiore intra tempus ab Episcopo præfigendum, seuerè puniatur, ac de punitione Episcopum certiore faciat, sin minus, à suo Superiore officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniatur. [Y note se la palabra *notoriè*, que si no lo es, no podra el Obispo entremeterse en ello, y aunque lo sea, no le ha de poner el Obispo en su carcel, sino remitirle luego al Superior, aunque no haga instancia en ello, como declararon los Cardinales, mas si se temiesse fuga del Religioso, puede el ordinario prenderle, y remitirle luego à su Prelado.] Hæc Villalobos.

2. Verùm Piasecius *in praxi Episc. part. 2. cap. 3. n. 43.* tenet posse Regularem in tali casu deduci ad carcerem Episcopi, & sumpta informatione super delicto, dummodo sine mora sumatur, remitti cum copia processus ad suum Superiorem puniendum, cum præfinitione termini ad puniendum. Et hanc opinionem tenet etiam Naldus *in sum. ver. Episcopus, num. 28.* Barbosa *de potest. Episc. part. 3. alleg. 105. num. 19.* & Portel *in addit. ad dubia Reg. ver. punitio Relig. extra conuentum, n. 17.*

3. Sed in tali casu non posse Episcopum formare processum contra dictum Religiosum, solidè probat nouissimè Heronymus Rodriquez *in compend. qq. Regular. resol. 62. num. 8.* & respondet ad argumenta contraria, & ad declarationes Cardinalium, quas Barbosa adducit, vnde non est recedendum ab hac sententia; & satis in hoc casu contra Portel, & alios potest Episcopus instare, & bene instare, certiorem faciendo per suas literas Prælatum Regularis de notorietate delicti à Religioso ita commissi, vt nulla tergiuersatione celari potuisset, ad quod non est necessarius processus iuridicus ab Episcopo formatus, quin ipso iure nullus est ex defectu iurisdictionis.

RESOL. XLVIII.

An Regulares includantur in prohibitione Episcopali, ne aliquis exorcizet sine Episcopi licentia ita, & cum certis conditionibus?

Et an vero Episcopus in ordine ad clericos possit multas restrictiones apponere circa modum exorcizandi? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 36.

§. 1. Negatiuè respondeo cum Laurentio de Portel *in addit. ad dub. Reg. ver. Exorcismus*, vbi sic ait. Si Episcopi in sua Diœcesi prohibeant exorcizare absque expressa illorum licentia, talis constitutio solos Clericos ligat, non verò Religiosos exemptos, qui aliàs iure communi non prohibentur, & ex ordine Ecclesiastico, Exorcistæ, & Sacerdotes id facere permittuntur. Ita ille.

2. An verò Episcopus in ordine ad Clericos possit multas restrictiones apponere circa modum exorcizandi, negat Nauar. *tom. 1. lib. 1. cons. 6. de offic. iud. ordin. num. 5.* & Vgolinus *de offic. & potest. Episcop. c. 47. num. 6.* Sed tu vide Naldum *verb. Dæmon. num. 9.* Homobonum *de exam. Eccles. p. 1. tract. 3. cap. 8. q. 73.* & nostram Synodum Panormitanam Eminentissimi Cardinalis ab Auria *part. 1. c. 7. num. 15.*

RESOL. XLIX.

An Episcopus in Ecclesiis Regularium possit, ipsis inuitis prædicare?

Et in dictis Ecclesiis Regularium, an possint Episcopi diuina Officia priuatim, & publice audire, & ea etiam in Pontificalibus ibidem celebrare, & solemniter populo ibidem benedicere, & Baldachino vti?

Et notatur, quod non possunt ea, quæ iurisdictionem dicunt, exercere, vt Chrismare, Ordinare, Confirmare, Degradare, & c. Ex p. 3. tr. 2. Ref. 109.

§. 1. Aliqui dubitant, quia actus videtur honoris. Sed Peirin. *in priuil. Minim. tom. 1. constit. 26. Leonis X. §. 24. num. 47.* tenet, quòd non, per doctrinam Cardinalis in Clem. *Archepisc. §. si tamen, n. 2. & 3.* quia exemptis, & priuilegiatis non præiudicatur in suo priuilegio, nisi quatenus exprimitur.

2. Nota

2. Nota tamen, quòd in Ecclesiis Regul. possunt, Episcopi diuina Officia priuatim, & publicè audire, & ea etiam in Pontificalibus ibidem celebrare, & solemniter populo ibidem benedicere, per illa verba Sit nomen Domini benedictum, &c. & ibidem facere coram se celebrari, sed sine Pontificalibus: non possunt tamen propter hoc in dictis Regularium Ecclesiis ea, quæ iurisdictionem dicunt, exercere, vt chrismare, ordinare, confirmare, degradare, &c. possunt tamen in dictis Ecclesiis Baldachino vti, & contradicentes Fratres ad id possunt pœnis, & censuris Ecclesiasticis cogi per decretum sacræ Congregationis datum Romæ die 10. Iunij 1603. Et hæc omnia inuenies apud Peirinum *vbi suprà n.45.*

Sup. hoc in Res. not. seq. §. Aliam. & lege etiam aliam Res. eius not.

Pro Chrismare, &c. etiam cursim in Res. seq. §. 1. ad mediū.

RESOL. L.

An Episcopus, inuitis Regularibus, possit in eorum Ecclesiis conuocare processiones, & Ordinationes, & Confirmationem facere, vel cogere, vt ibidem reus vinctus detineatur?

Et an Inquisitores, inuitis Regularibus, possint eorum acta publica in Ecclesiis celebrare? Ex part.9.tr.6.& Misc.1.Res.47. alias 48.

§. 1. NEgatiuam sententiam tenet Tamburinus *de iure Abbatum tom.1. disput.15. quæst.15. num.* 10. vbi sic ait: [Nequeunt tamen Episcopi in locis exemptis Ordinationes celebrare: quia est iurisdictionis. Anchar. *in dict. Clem. Archiepiscopo, numero* 8. Cardinal. *num.3. in princ. & in §. Sic tamen, num.*1. Imol. *num.*4. Abbas *num.*3. Vitalin. *num.*20. Neque Confirmationis Sacramentum ministrare: quia habet mixturam iurisdictionis, & officij Episcopalis. Anchar. Cardin. Imol. Abb. & Vitalin. *locis proxime citatis.* Neque degradare. Ancharan. *ibidem, num.*20. Neque facere Processiones solennes, & generales: quia est potiùs officij, quàm honoris Episcopalis. Vitalin. *ibid. num.* 55.] Et hanc sententiam tenet Portel. *vbi infrà.*

2. Sed non desunt Doctores Episcopis hanc authoritatem tribuentes, & ex Regularibus ita tenet Pater Bordonus *in consil. Regul. tom.1. resol.7. num.*132. & Pater Lezzana *in Mari Magno Carmelitarum, §.*75. *num.*423. Ratio est, (ait ipse:) quia hoc videtur ius Episcopale, iuxta dicta *tom. 4. verbo, Processio quoad Regulares, num.* 4. & priuilegium, de quo in præsenti, & alia similia, quibus prohibentur Episcopi Conuentus publicos in Regularium domibus conuocare, intelligi debent de Conuentibus odiosis, contentiosis, aut præiudicialibus, non de illis, qui cedunt in honorem, & æstimationem Religionum, quales sunt Processiones.

3. Aliam rationem adducit Bordonus: quia Episcopi in Ecclesiis Regularium possunt exercere Pontificialia, aut Pontificalibus paramentis cum Mitra, aut etiam sola Cappa vti: at hæc ratio displicet Lezzana, *vbi suprà.* Verùm, quicquid sit de hoc, etiamsi standum esset in prima sententia negatiua; certum est, illam non procedere quoad Inquisitores nostri sacri Tribunalis: ipsi enim, etiam Regularibus inuitis, possunt eorum Acta publica in eorum Ecclesiis celebrare. Et ideò sic ait Portel *in dubiis Regul. verb. Processiones, num.*10. [Non potest iudex sæcularis, aut Episcopus, conuocare Processiones, facere Ordinationes, vel similes actus in Ecclesiis Regularium, inuito illarum Prælato: neque cogere, vt *ibidem* retineatur reus vinctus; secùs de Inquisitoribus sancti Officij.] Ita ille.

Sup. hoc in Res. 1. not. seq. & in eodem §. ex loco. & magis latè in Res. 2. Pro ministratione sacr. Confirmationis contenta in hoc textu in Res. præterita in §. vlt. cursim ad medium; & quamuis non explicet an pro Ecclesiis Regularium; lege tamen in tom. 3. tr. 2. latam doctrinam Res. 77. per totam, signanter in §. 2. à vers. Non inquam.

Et pro contento in lin. 2. §. Aliam. huius Res. in Res. 1. not. præteritæ cursim in principio §. vlt. & lege etiam doctrinam Res. 2. signanter §. Quod. & aliorum eius annot.

4. Nota, quòd post hæc scripta in lucem prodiit Tomus secundus Conciliorum Patris Bordoni, qui *in resol.* 68. *quæst.* 6. *num.*21. se retractat de opinione, quàm *loco vbi suprà citato*, docuit, & tenet, Episcopum non posse in Ecclesiis Regularium Processiones ordinarias conuocare. Et, vt verum fatear, hanc negatiuam sententiam sequendam esse existimo.

RESOL. LI.

An Regulares pro Concionibus debeant ab Episcopo examinari?

Et an Parochus possit bis, vel tardare licentiam Regulari valde docto, & graui & noto, alias ibi non approbato, vt prædicet in sua Ecclesia?

Et an Fratres Minores, & Prædicatores, & similiter communicantes in eorum priuilegiis prædicantes in suis domibus quocumque anni tempore possint concedere auditoribus 18. *annos ac* 320. *dies Indulgentiarum, & extra suas Ecclesias vt in calce huius Res. & hoc ex variis Pontificum priuilegiis.* Ex p.4. tr.4. & Misc. Res.22.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Henriquez *lib.*10.*capite* 23. *in gloss. lit. L.* vbi docet Episcopos posse examinare Regulares ad Ordines, confessiones, & conciones.

2. Verùm his non obstantibus de iure negatiuam sententiam tenendam esse puto, quam docet Mauritius Alzedus *in praxi Episc. p.* 2. *cap.* 13. *num.*104. Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *allegat.*76. *num.* 23. Hieronymus Rodriquez *in compend. qq. regul. res.*112. *num.*2. & ante illos Miranda *in manuali Prælatorum, tom.*1. *quæst.*50. *art.*2. *concl.*1. quia est dispar ratio de Confessoribus & de Prædicatoribus; nam Concilium Tridentinum *sess.*23. *cap.*15. agens de Sacerdotum approbatione pro audiendis confessionibus sæcularium, inquit. Nullus etiam Regularis ad id idoneus reputetur, nisi aut parochiale beneficium habeat, aut licentiam ab Episcopis obtineat per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus iudicetur, quod nullatenus dicit, quando agit de Prædicatoribus Regularium. Cùm igitur vno in loco mentionem faciat de examine faciendo, si Episcopis videbitur necessarium, non verò alio in loco agendo de Prædicatoribus, planissimè apparet, nostram sententiam veram esse, nam vbi Concilium voluit hanc authoritatem Episcopis supra Regulares concedere, id expressit, ergo quando non expressit, non concessit. Verùm post hæc scripta inueni sacram Cardinalium Congregationem *in vna Vgentin. sub die* 22. *Januarij* 1622. declarasse, posse Episcopos examinare Regulares prædicare volentes in Ecclesiis quæ non sunt suorum Ordinum.

Sup. hoc in tribus Res. seqq. & in quarta in §. vlt. & infra in Res. 57. in fine, à vers. sicut etiam.

3. Notandum est etiam hîc obiter posse Parochum bis, vel ter, dare licentiam Regulari valde docto & graui, & noto, aliàs ibi non approbato, vt prædicet in sua Ecclesia. Quod maximè verum erit, si Prædicator sit in itinere. Ita Portel *in dubiis Regular. ver. Prædicatores, num.*2. vterque Rodriquez, Hieronymus & Emanuel, ille *in compen. qq. Regul. resol.*112. *num.*4. hic *in qq. Regul. tom.* 3. *quæst.*32. *art.*1. quibus adde Barbosam *vbi suprà n.*26. & alios penes ipsum.

Sup. hoc in Res. 4. not. præteritæ §. Notar etiam. & pro peccato in tali casu, infra in Res. 56 cursim in § vlt.

4. Et tandem nota quòd Fratres Minores & Prædicatores, & similiter communicantes in eorum priuilegiis, prædicantes in suis domibus quocumque anni tempore, possunt concedere suis auditoribus decem

decem & octo annos ac trecentos viginti dies Indulgentiarum, extra verò suas Ecclesias vltra dictos 18. annos 222. dies tantùm. A tempore Quadragesimæ prædicantes apud suas domos feria 2. 4. & 6. centum quinquaginta sex annos, & viginti quatuor dies, & hoc ex variis priuilegiis Pontificum, quas quidem Indulgentias dicti Prædicatores debent expressè concedere nomine suæ Sanctitatis, aliàs auditores illas non lucrantur. Ita Hieronymus Rodriquez *vbi suprà, resolut.* 112. *num.* 20. *&* *resol.* 77. *n.* 58. Portel *in dub. regul. ver. Prædicatores num.* 15. Miranda *in manual. Prælat. tom.* 1. *q.* 50. *art.* 10. & alij.

RESOL. LII.

An Regulares sint ab Episcopis examinandi si munus prædicationis exercere velint in alienis Ecclesiis? Ex p.6. tr.8. & Misc.3. Res.20.

Quæ hic est infra Res. 55. in eius §. vlt. & supra in Res. præterita & infra in duabus seqq. in fine Res. 57. vers. sicut etiam.

§. 1. PRo negatiua sententia *in* 3. *part. tract.* 2. *resol.* 111. adduxi Mirandam, & Rodriq. quibus nunc addo Cyprianum Crousers *in Regulam S. Francisc. cap* 9. *lect.* 1. vbi probat ex Concilio Tridentino *sess.* 5. *cap.* 2. quod tam examen quàm approbatio Prædicatorum regularium, ab vniuersitate Episcoporum ibidem congregatorum, non committitur Episcopo loci, sed Superioribus Ordinis quibuslibet respectu suorum; nec, vt regulares prædicare possint in Ecclesiis Diœcesanorum, præter examen, & approbationem Superiorum, examen aut approbationem ipsius Diœcesani requirit: sed solam eiusdem licentiam, quam gratis concedere iubetur Quapropter, sicut fratres non tenentur se subiicere examini Episcopi, neque etiam Episcopus iure id exigere potest à fratribus, & contra dispositionem Concilij Trident. facit, si tantùm, quia fratres nolunt se eius examini subiicere, non vult eis dare licentiam prædicandi in Diœcesi: sicut iniquè ageret Parochus; qui nollet illos, qui ad prædicandum admissi sunt ab Episcopo, prædicare in Parochia sine sua licentia speciali; quod si quærant Ordinarij, quo priuilegio prædicatores mendicantium exempti sint ab eorum examine: Respondetur, esse exemptos iure Concilij Tridentr. cui subscripserunt omnes Episcopi Catholici: vbi verò Concil. Trident. non est receptum, prædicatores Ordinum mendicantium, ab Ordinariorum examine sunt exempti, *per Clement. Dudum, de sepult.* Ita Crousers. Et nouissimè hanc sententiam docet etiam Ludouicus Cellotius *de Hierarchia, lib.* 5. *cap.* 22. vbi etiam docet pro leui, & temporaria prædicatione esse in arbitrio Parochi admittere Regulares ad concionandum sine licentia Episcopi, nam Concilium loquitur de diuturna, & ordinaria prædicatione. Idem etiam in fauorem Regularium tenet Henriquez *lib.* 10. *cap.* 23. *in Glossa, littera L.* Aliter Rodriquez *in Compend. QQ. Regul. resol.* 112. *num.* ... *in fine.* Campanili *in Diuer. iur. Canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 20. quos citat Barbosa *vbi infrà.* Vide etiam Laurentium de Peyrinis *in Priuileg. Minim. tom.* 3. *c.* 2. *num.* 11.

2. Verùm licèt me citato hanc sententiam teneat etiam Franciscus Bordonus *in Consiliis Regularium, resolut.* 7. *num.* 16. tamen *num.* 17. obseruat, vt ego vbi suprà obseruaui, praxim esse in contrarium, & ita declarasse Sacram Congregationem die 22. Ianuarij 1628. asserentem posse Episcopum examinare Regulares prædicare volentes in Ecclesiis, quæ non sunt suorum Ordinum. Et de hac declaratione testatur etiam in Concil. *sess.* 5. *capite secundo, numero* 20. Vnde supposita quod sit vera, non est ab ea recedendum.

RESOL. LIII.

An Episcopi possint examinare Regulares, qui prædicare volunt in alienis Ecclesiis?

Et an saltem Religiosi Mendicantes semel examinati in vna Diœcesi ad prædicandum, non possint in ea amplius examinari? Ex part. 9. tract. 9. & Misc. 4. Resol. 42. alias 41.

§. 1. NEgatiuam sententiam ex Barbosa, Miranda, & Peyrino docet nouissimè Pellizzarius *in Manual. Regular. tom.* 2. *tract.* 8. *c.* 4. *sect.* 1. *numer.* 22. Quia si quod ius habent Episcopi examinandi Regulares Concionaturos in aliena Ecclesia, maximè est ex Concil. Trident. *sess.* 23. *c.* 15. statuente, nullum etiam Regularem posse confessiones sæcularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus iudicetur: cùm tamen potius oppositum in Concilio præfato decernatur; stante quod *sess.* 5. *cap.* 2. Prædicatorum Regularium examen de vita, moribus, ac scientia ibi committitur ipsorum Superioribus, seu potius supponitur esse de iure commissum: eoque præmisso Regulares prædicaturi, solùm obligantur ad petendam licentiam, aut benedictionem ab Episcopis modo supra dicto: idque nulla mentione examinis facta: In odiosis autem, (cuiusmodi vtique est examen, de quo hic) non est facienda extensio à casu expresso ad non expressum: & consequenter ex eo, quòd Regulares subiiciuntur examini Ordinariorum, ad hoc vt approbentur pro confessionibus; non sequitur illos etiam subiici examini, ad hoc vt approbentur pro prædicatione: cùm hæc duo sint diuersa, & à diuersis non fiat illatio: præsertim cum Leo X. in sua Constitut. 21. relata *in Bullar. tom.* 1. statuat, vt Regularis prædicaturus, non solùm examinetur per suum Superiorem (onerans in hoc conscientias superiorum,) sed etiam vt ille quocumque prędicaturus accesserit, de huiusmodi examine, & idoneitate sua per litteras authenticas, seu alias sui examinatoris fidem legitimè faciat. Ex quo constat vi præsentis Constitutionis denegari Episcopis potestatem examinandi Prædicatores Regulares hoc ipso, quod hi adstringuntur exhibere Episcopis testimonium authenticum suæ doctrinæ per examen exploratæ, vt sic ipsis sufficienter innotescat illorum idoneitas: aliàs quippe inutilis esset exhibitio talis testimonij, nimiique onerarentur Regulares, si ad obtinendam licentiam prædicandi necessariò subiici deberent examini, tum Episcoporum tum Superiorum Regularium. Hucusque Pater Pellizzarius, qui pro hac sententia citat Campanilem, & Cespedem, & me etiam adducit *in p.* 3. *tract.* 2. *resol.* 111.

Sup. hoc in duabus præcedentibus Res. & in Res. seq. §. vlt. & in fine Res. 57. vers. Sicut etiam.

Quæ hic est infra Res. 55. §. vlt.

2. Sed ego ibi adduxi tantùm Mirandam, & Peyrinum, nec illis adhæsi, imò dixi, praxim esse in contrarium, quam video canonizatam à Sacra Congregatione Concilij in vna Vngentina die 22. Ianuarij 1612. cuius verba hæc sunt. Prædicare volentes Regulares in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt, examinare potest Episcopus. Hanc declarationem adducit, & sequitur Barbosa *in decis. Apost. Collect.* 591. *num.* 3. Bordonus *in Consil. Regul. tom.* 1. *resolut.* 7. *n.* 15. & Lezzana *in summa tom.* 3. *verb. Concionari, num.* 7.

3. Ad id verò, quod asserit Pater Pellizzarius dicta

ctæ declarationi Sacræ Congregationis obstare Bullam Leonis X. Respondeo, negandum esse; nam licet asserat in dicta Bulla Pontifex, Regulares pro prædicatione examinandos esse à suis Superioribus, non negat minimè Episcopos, postea si velint, examinare illos non posse; sicuti quando Episcopus non ordinat, examinat suos Diœcesanos pro Ordinibus alibi recipiendis, & testatur de hoc in dimissorijs; & tamen non ex hoc sequitur Episcopum ad quem mittuntur non posse illos, si velit examinare, vt de facto aliqui examinant, vt docet Alzedus *in praxi Episcop. part.* 2. *c.* 3. *n.* 72. & alij, Ergo, &c.

4. Nec obstat dicere, quòd Concilium, quando loquitur de prædicatione Regularium, non facit mentionem de examine: nam respondeo, Concilium asserere, Regulares non posse prædicare in alienis Ecclesiis, nisi ab Ordinario licentia obtenta. Ergo, supposita necessitate dictæ licentiæ, debet Ordinario constare de sufficientia Concionatoris: sed hanc Episcopus assequi non potest, nisi per examen: ergo per Concilium, Episcopis dictum examen concessum est: quod patet ex obseruantia subsequente; & ideò rectè dicitur, quòd consuetudo sit optima legum interpres, ex *leg.* 37. *ff. de legibus*, & statuta ex praxi, & obseruantia ipsorum practicata, interpretantur, restringuntur, & ampliantur, vt probant Doctores, quos citat, & sequitur Hulricus Hunnius *in sua Encyclopedia iuris, part.* 1. *tit.* 3 *c.* 7. *num.* 71. Ergo, &c.

Sup. hoc latissimè in tom. 6. tr. 2. Res. 31. & in alijs multis eius not.

5. Confirmantur supradicta ex Bulla Pij V. allata à Bassæo *in Florib. Theol. mor. verb. Prædicator. num.* 7. Tamburino *de iure Abbatum tom.* 2. *disput.* 11. *q.* 2. *num.* 12. & Emanuel Sà *verb. Prædicare. num.* 7. vbi habetur, Religiosos Mendicantes semel examinatos in vna Diœcesi ad prædicandum, non posse in ea amplius examinari: ergo dicendum est contra Pellizzarium, & alios, Concilium præbuisse Episcopis potestatem examinandi Regulares, quoad prædicandum; nec Bullam Leonis X. abstulisse Episcopis hanc potestatem; cùm Pius V. clarè asserat, Regulares Concionatores ab Episcopis saltem examinari posse.

6. Non deseram tamen hîc adnotare in fauorem amicissimi Patris Pellizzarij, suam sententiam præter Doctores ab ipso citatos, docere mordicus Cyprianum Crousers Cappucinum in Regulam D. Francisci *ad cap.* 9. *lect.* 1. & probabilem ex Miranda existimare Hieronymum Rodriquez *in Compend. qq. Regular. cap.* 111. *num.* 2. Verùm cùm circa præsentem quæstionem adsit praxis in contrarium, & declaratio Sacræ Congregationis, vt visum est, ab opinione affirmatiua non recedo.

RESOL. LIV.

An Regulares, si velint prædicare possint ab Episcopo examinari? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. Res. 29.

Sup. hoc in tribus præcedentibus Res. & in Res. seq. § vlt. & infra in fine Res. 57. vers. fiunt etiam.

§. 1. Negatiuè respondet Bruno *de priuileg. Regular. tract.* 6. *cap.* 2. *propos.* 3. Quia cum examen de prædicatoris capacitate ad superiores Regulares spectet, nec de obligatione ad aliud examen in iure, & Pontificiis concessionibus sermo habeatur, nulla ratio illud admittendi apparet. 2. Quoniam etiam vigente Tridentino non est imposita huiusmodi obligatio: nam de illo nullam facit mentionem, quando de Prædicatore Regulari agit, sed tantum illi imponit onus se se præsentandi, & benedictionem petendi ad prædicandum in suis Ecclesiis; & vltra hæc duo ad prædicandum in alienis Ecclesiis. 3. videlicet licentiam ab Episcopo accipiat, sic habetur *sess.* 5. *cap.* 2. Et hanc sententiam veram esse, ac de iure sustinet Mauritius Alzedus *in praxi Episcop. part.* 2. *cap.* 13. *numer.* 104. Barbosa *de potest. Episcop. part.* 3. *allegat.* 76. *numero* 23. Hyeron. Roder. *in Compend. Regul. resol.* 112. *n.* 2.

2. Nec obstat, Sacram Congr. Cardinalium in vna Vngentina sub die 22. Ianuarii 1622. ex relatione Antonini Diana, *tract.* 4. *Miscellan. resolut.* 22. declarasse, posse Episcopos examinare Regulares prædicare volentes in Ecclesiis, quæ non sunt suorum ordinum, quoniam nec de illo decreto authenticè constat: nec si constaret reuocat priuilegia, ius commune, & Tridentinum, quod etiam in litteris Apostolicis, imò & in Conciliis, quando aliquid determinant, necesse est. Accedit, quod ab illo tempore fuerunt confirmata priuilegia Regularia, quæ Tridentino non aduersantur: illud autem priuilegium exemptionis ab examine, non est illi contrarium, vt probatum fuit.

Quæ hic est supra Res. 52.

3. Nec obiicias, Regularem pati illud examen ab Episcopis, antequam prædicandi licentiam obtineat: imò à multis obligari iuramento interposito, se ordinationes Diœcesis obseruaturum. Respondetur primò, illud examen ab omni Regulari non sustineri, nam notum est omnibus à Fratribus Minoribus Capuccinis non tolerari: si alius illud sustineat, non propterea amittitur priuilegium; vt in 1. tract. probatum est: sed violentiæ, & iniuriæ sibi factæ indulgens, priuilegio non vtitur. Quod simil ter facit cum iureiurando promittit, se seruaturum Diœcesis ordinationes qui si non æquiuocè iuret, non dubito quin peccet. Potest autem amphibologicè verbis iuramentum exprimentibus, vel, & meliùs, verba illa exprimere absque iurandi intentione. Nam sicut incompetente Iudice illud à non suo subdito extorquente in iudicio potest non subditus id facere, cur similiter id agere non potest Regularis, cum ab Episcopis vtpote iudicibus incompetentibus, iurare cogitur? Aduertant autem Illustrissimi Domini Episcopi, quod hoc agendo grauiter peccant; cum actum iurisdictionis, & torturæ exerceant in non subditum sitque illis hoc prohibitum tum ex iure, tum ex priuilegiis: vt alibi diximus. Hucusque Bruno.

4. Sed licet hæc de iure videantur procedere, tamen Praxis est in contrarium, nam Regulares prædicare volentes extra suas Ecclesias, examini Episcoporum se subiiciunt; & ita ex declaratione Sacræ Congregationis tenet etiam Pater Lezana *in summa tom.* 3. *verb. Concionatores Regulares num.* 7. Vnde Reuerendissimus, & amicissimus Pater Bordonus nunc meritò Generalis suæ Religionis *in Consil. Regular. tom.* 1. *res.* 7. *num.* 17. postquam adduxisset Bullam Leonis X. à Bruno adductam, sic asserit; Dixi de iure, quia in Praxi seruatur oppositum volentibus Episcopis examinare Regulares, licet à suis Prælatis approbatos, prædicaturos in alienis Ecclesiis; & in confirmationem huius praxis fuit resolutum 22. Ianuarij 1628. posse Episcopos examinare Regulares prædicaturos in Ecclesiis suorum non Ordinum, teste Aldano *titul.* 4. *num.* 10. apud Barbosam *ad cap.* 2. *sess.* 5. *num.* 20. eam resolutionem se non vidisse authenticam asserit Peyrinus citatus, sed non passim exterminandæ sunt resolutiones Sacræ Congregationis vti adulterinæ, maximè cum constat de tempore, & loco, pro quo datæ fuerunt, vt de hac clarum est apud præcitatos; illæ verò sunt suspectæ, quæ carent tempore, loco, & personis, in quarum fauorem emanarunt. Ita Bordonus.

5. Non deseram tamen adnotare, sententiam Patris Bruni docere etiam Pellizarium *in Manual. Regular.*

Regular. tom. 2. *tract.* 8. *cap.* 4. *sect.* 1. *num.* 22. *&* 23. qui postea *num.* 24. sic asserit; Moneros hic velim Regulares ipsos iniustè queri de Episcopis, quod eos nolint admittere sine examine ad prædicandum in Ecclesiis non sui Ordinis; cum potius ipsi debeant id sibimet ipsis imputare: cum aliqui illorum ad comparandum aliquod léue lucrum nobilissimum prædicandi ministerium vile nimis efficiant; dum per litteras Principum suggestum aliquem, & quidem etiam rusticanum de manibus Episcoporum extorquent, ita importunè, vt eos cogant subire onera, quæ alioqui nullatenus subirent; non ergo tantam sui faciant copiam, & tunc Episcopi ex penuria concionatorum cogentur ad ipsos recurrere, sibique magni beneficij loco ducentes, quod acceptentur tales suggestus, aliàs minus expectabiles, sententiam quoad hoc mutabunt, & seruantes iura Regularium, non amplius eos subiiciunt examini. Hæc Pellizarius.

RESOL. LV.

An Regulares prædicantes in aliena Ecclesia sine licentia Episcopi possint ab eo puniri?

Et an Parochus possit dare licentiam viro docto, & noto etiam Regulari, vt bis, vel ter concionetur in sua Ecclesia sine Episcopi approbatione?

Et an Prædicatores Regularium non debeant ab Episcopo examinari; Sed tantum requiratur eius licentia ad prædicandum?

Et notatur, quod Concionatores Regularium semel approbati in vno Episcopatu, itinerantes possint prædicare, vbi voluerint, non contradicente Parocho, & non obstante proprio Episcopo loci. Ex p. 3. tr. 2. Res. 111.

Sup. contento in hoc & seq. §. lege infra doctrinam Res. 61. per totam signanter §. Non desinam. & alterius §. eius annot. per totum, & supra ex Res. 44. §. Tertius.

§. 1. RESpondet negatiuè Tamburinus *de iure Abbat. tom.* 2. *disp.* 11. *quæst.* 4. *num.* 3. Campanili *in diuer. iur. can. rubr.* 12. *cap.* 13. *n.* 10. & alij ex Declaratione sacra Cardinalium sub his verbis. Congregatio Concilij censuit Regulares, qui absque licentia Episcopi prædicauerint in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt, tametsi decreto eiusdem Concilij *c.* 2. *sess.* 5. contradixerint, non posse tamen puniri ab Episcopo, sed tantùm à suis Superioribus.

2. At his non obstantibus Laurentius de Peirinis *in priuil. Minim. tom.* 1. *const.* 2. *Sixti IV.* §. 11. *num.* 21. & Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 76. *num.* 24. contrarium docent ex Bulla Greg. XV. quæ incipit, *Inscrutabile*, data Nonis Febr. 1622. vnde aduertant Regulares, quid faciunt.

Sup. hoc supra in Res. 51. §. Notandum, & vide §. vlt. Res. seq.

3. Notat etiam Rodriquez, & Barbosa *vbi suprà*, Parochum, seu Curatum posse dare licentiam viro docto, & noto, etiam Regulari, vt bis, vel ter concionetur in sua Ecclesia sine Episcopi approbatione. Imò, & Concionatores Regulares semel approbati in vno Episcopatu, itinerantes possunt prædicare vbi voluerint, non contradicente Parocho, & non obstante proprio Episcopo loci, ex concessione Gregor. XIII. facta Societati Iesu, qua per communicationem frui possunt alij communicantes in priuilegiis. Vide Villalobos *in sum. tom.* 2. *tract.* 35. *diffic.* 5. *n.* 2. Ioann. de la Cruz *de statu Relig. lib.* 1. *c.* 6. *dub.* 2. *concl.* 3. Porrel *vbi suprà*, *n.* 16. Barbosa *vbi infrà*, *n.* 26. *&* 27. Miranda *art.* 4. *concl.* 1. & alios.

Sup. hoc in quatuor præcedentibus Res. & infra in fine Res. 57. vers. sicut etiam.

4. Non desinam tamen hic adnotare, id quod habet Miranda *in manual. Prælat. tom.* 1. *quæst.* 50. *art.* 2. Barbosa *de potest. Episc. part.* 2. *allegat.* 76. *n.* 23. & Rodriquez *vbi sup. n.* 2. nempe probabile esse, quòd Prædicatores Regulares, etiam iuxta Conc. Trident. non debent ab Episcopis examinari, quia in Superiori eiusdem decreto tantùm requiritur ipsorum licentia ad prædicandum extra suas Ecclesias, & nullum fit verbum de examine, vt patebit legenti textum Concilij, sed contrarium obseruatur in praxi à DD. Episcopis.

RESOL. LVI.

An Prædicatores tam Regulares, quam sæculares peccent mortaliter concionando sine licentia Episcopi?

Et an prædicantes sine tali licentia possint excommunicari?

Et an in transgressione talis præcepti detur paruitas materiæ, vt si quis prædicaret semel, aut bis, possit excusari à peccato mortali? Ex part. 8. tract. 7. & Misc. Resol. 11.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Bassæus *in Floribus Theologiæ sacramental. & moral. vers. Prædicatio, num.* 4. Affirmatiuam verò Caietanus *in Summa, vers. Prædicatorum peccata*, & Nauarrus *c.* 21. *n.* 141. Et vtramque sententiam tanquam probabilem videtur admittere Ioannes Machadus *de perf. confess. tom.* 1. *lib.* 4. *part.* 2. *tract.* 1. *docum.* 5. *num.* 3. vbi sic ait. *Tambien es dudoso que pecado sea predicar sin licencia legitima, Cayetano, y otros sienten, que es mortal, pero otros muchos iuzgan, que no llega à serlo quando la dottrina no es falsa, ò scandalosa.* Ita ille.

2. Sed ego prorsus teneo sententiam Caietani esse sustinendam, quam docet Fernandez *in exam. Theolog. moral. part.* 4. *cap.* 15. §. 2. *num.* 10. Emanuel Sà *versiculo, Prædicare, num.* 4. malè citatus pro contraria sententia, & nouissimè docet Bordonus *in consiliis Regular. resolut.* 7. *num.* 28. vbi sic asserit: Prædicantes sine licentia peccant mortaliter, quia faciunt contra illud Sacræ Scripturæ. *Quando prædicabunt nisi mittantur?* præterquam quòd Prædicantes sine licentia possunt excommunicari, ex *cap. excommunicamus, §. quia verò, de hæret.* Excommunicatio autem secundùm communem Doctorum opinionem supponit peccatum mortale; ergo isti peccant mortaliter. Vnde Portell. *versic. eod. n.* 1, vbi facit mentionem de ea excommunicatione iuris, quam benè dicit esse comminatoriam, non latæ sententiæ. Ita Bordonus: vnde minor, quo pacto Machadus potuit dicere, plures Doctores tenere negatiuam sententiam.

Sup. hoc infra in Res. 60. §. Sed hæc. cursim ad medium, vers. Qui vero & in alio §. eius not.

3. Sed quia in transgressione talis præcepti danda est paruitas materiæ; cogita, an si quis (verbi gratia) semel prædicaret sine licentia, possit à peccato mortali excusari.

Quo ad hoc lege doctrinam præcedentis Res. & alterius §. eius annot.

RESOL. LVII.

An Episcopus possit suspendere licentiam Regularibus prædicandi solum in casibus à iure expressis?

Et quid circa hoc Sacra Congregatio declarauit?

Et an Episcopi possint examinare Regulares volentes prædicare? Ex part. 7. tract. 12. & Misc. 3. Res. 30. alias 28.

Quoad contentum in hoc §. supra cursim pro parte in Res. 44. §. Quartus. Sed lege §. Hoc supposito. & vide etiã Res. ibi doctrinã & §. not. sequ. huius Res.

§. 1. AFfirmatiuè respondet P. de Bellis *in citat. Allegat. Assum. vltim.* Apoio 2. *Coral.* 4. *numero primo, & sequentibus*, vbi sic ait. [Las causas justas, i legitimas por las quales puede el Obispo suspender à Regulares licentia de predicar, son seis: Tres sennala el Concilio Later. *sess.* 11. La primiera, si predica milagros falsos, ò inciertos: la se-

gunda, Profecias, que no se fundan en la sagrada Escritura. Tercera, si murmuran en pulpito de Obispos, ò sus superiores. Por qualquiera destas, estan Ipso facto, entredichos para siempre de predicar. Otras tres hai por el Concilio de Trento *sess. 5. cap. 2.* La primiera, si predicare proposiciones erroneas. Segunda escandalosas. Por qualquiera dellas puede el Obispo, Tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, suspenderles la facultad de predicar, por lo que dispone ai el Concilio.

2. Fuera destas seis causas, no tiene iurisdicion el Obispo, ni ordinaria, ni delegada, para suspenderles: De suerte, que declarar las causas legitimas para quitar licencia de predicar à Regulas, no està en arbitrio del Obispo, pues sennaladas estan por los Concilio.

3. Preuase primò. Suspender el predicar à Regulares, lo haze el Obispo en fuerça de iurisdicion delegada, segun està prouado Color. 2. i se declara el mismo Concilio *sess. 5. c. 2.* La qual por ser correctiua del ius comune, que tienen Regulares de predicar, aun. Independenter ab Episcopis, es odiosa, i penal, *c. 1. de offic. deleg. in 6.* Rota *dec. 30. p. 1.* Por consiguiente se hà de restringir, que Non se extendat ad ea, quæ in Cõmissione non exprimuntur. Gaspard. Thesaur. *decis. 3.* Riccius, *dec. 124. n. 5. p. 1.* Luego no se extiende à las demas causas, que en el Concilio no se exprimen: i assi fuera de las que se señalan en el dicho Concilio, no puede el Obispo suspender à Regulares el prædicar. Por esto remata el Concilio ad dicho: Curent autem Episcopi, ne quis Prædicator, vel ex falsis informationibus, vel aliàs, calumniosè versetur, iustamve de eis occasionem conquerendi habeant: Como si dixera: En las tres dichas occasiones pueda el Obispo suspender à Predicadores Regulares, en las demas, puedan estos querellarse justamente, si los vexaren.

4. Por esto la Congregacion del Concilio muchas vezes hà encarezido à Obispos, que miren como suspenden à Predicadores Regulares: Vease arriba *fol. 27. n. 2.* I manda; que si, illicitè suspendunt, les puedan lleuar pleito, Et ad ius lis deferatur, *fol. 19. n. 4.* (Sup. hoc infra ex Ref. 60. lege doctrinam eius §. vlt. & Ref. eius not.)

5. Segundo se prueua: Quod non inuenitur in iure expressum intelligitur esse prohibitum. Gloss. *in cap. Pastoralis, vers. E pressè, de Appell.* I esto mas, In odiosis, pœnalibus, i tratando se con exemptos, como es el caso que tratamos. Luego, si no se expressa en los Concilios, que declarar las causas legitimas para suspender à Predicadores Regulares, està en arbitrio del Obispo, no puede, ni tiene iurisdicion para hazella: antes, Intelligitur esse illi prohibitum, præsertim, por que los mismos Concilios las declaran ellos, lo qual fuera frustratorio si quisiessen que esto se quedasse à cargo, i arbitrio del Obispo.

6. Tercero. Quando el castigo, i pena, Expressa requiritur in iure, no tiene mas arbitrio el Iuez para inouar otra: *c. de causis. §. Illis autem de offic. del.* Luego no tiene arbitrio el Obispo para declarar las causas legitimas de suspender à Predicadores Regulares, pues, Expressæ reperiuntur in iure.

7. Si arguien: Muchas vezes ha declarado la Congregacion, que puede el Ordinario suspender el predicar a Regulares, teniendo justa causa, sin limitarse à alguna particular: Luego lo dexa à arbitrio del mismo Obispo.

8. Respondo. La consequencia tuuiera fuerça, quando en los Concilios no se exprimeran las causas que se han de passar por justas: pero, supuesto que, in iure, expressadas se hallan, no hai mas arbitrio para el Obispo, segun el citado cap. de causis. Antes, por la misma razon, que la Congregacion no exprime qual sea la causa justa, i legitima, se reputa por, Casus omissus, qui relinquitur dispositioni iuris, por la *leg. Commodissimè, ff. de lib. & post.* i assi se hà de dezir, que por causas justas entienda las que disponen los Concilios solamente. Tanto i mas, que, sumus in odiosis, & pœnis, quæ non dilatandæ sunt ad casus non expressos, imò potius restringendæ, por la Gloss. *in c. 1. de pœnis, verbo Casus:* i por el *c. Vbicumque de pœnis, in 6.*] Ita Pater de Bellis, qui alias adducit rationes.

9. Sed hanc opinionem Episcopi in praxi non admittunt: asserunt enim habere auctoritatem suspendendi Regulares à munere prædicationis, etiam non explicata causa stante Declaratione Sanctæ Congregationis, quam affert Barbosa *in Collect. Declar. verbo Prædicatores, n. vl. & de Potest. Episcop. p. 3. Allegat. 16. n. 28.* Franc. Leo *in Thes. Fori Ecclesiastici p. 1. c. 8. n. 9.* Piasecius *in Praxi p. 2. c. 3. n. 41.* & alij. Vide etiam Hier. Rodriq. *in Compendio qq. Regul. Resol. 112.* Sicut etiam in Praxi Episcopi, Regulares prædicare volentes examinant, vt obseruat Bordonus *in Cons. Reg. Resol. 7. n. 17.* Ioann. Ant. Nouarius *in Summa Bullarum. p. 2. tit. de exemptorum Priuilegiis, n. 47.* Quod tamen me citato idem Ioannes Antonius Nouarius obseruat non procedere de iure, & idem notat Bordonus. (Sup. hoc examine latè supra à Ref. 51. vsque ad Ref. 55. inclusiue.)

RESOL. LVIII.

An Episcopi possint prohibere, ne Regulares prædicent in Ecclesiis suorum ordinum? Ex part. 3. tractat. 2. Resol. 58.

§. 1. Negatiuam sententiam docent Cenedo *in qq. can. quæst. 26. n. 13.* & Vega *in summ. to. 2. c. 86. cas. 40.* ex Bulla quadam Pij V. quæ incipit, *Etsi mendicantium.* Dat. Romæ ann. 1567. & licet Portel. *in dub. Regul. ver. Prædicatores, n. 7.* Piasecius *in praxi p. 2. c. 3. art. 6. n. 7.* Francisc. Leo *in Thes. Fori Eccl. p. 1. c. 8. n. 9.* contrarium doceant, asserentes Greg. XIII. reuocasse dictam Bullam Pij V. Tamen Laurentius de Peirinis *sup. priuil. Minim. tom. 1. constit. 2. Greg. XIII. §. 2. n. 21.* docet minimè dictam Bullam reuocasse Greg. XIII & ideò speculatiuè loquendo, existimo Prædicatores Regulares posse etiam contradicente Episcopo, prædicare in suis Ecclesiis, dummodo non prædicent illa hora, & tempore, quo Episcopus prædicare voluerit. Et ita docet Miranda *in Manuali Prælat. tom. 1. q. 50. art. 3. concl. 1.* Barbosa *de potest. Episc. p. 3. alleg. 76. n. 20.* & Peirinus *vbi suprà*, interpretantes Concilium Trident. in duobus locis. Vide etiam Villalobos *in sum. tom. 2. tract. 35. diff. 5. n. 4.* (Sup. hoc infra ex Ref. 60. § 1. ad mediũ. vers. Et ad id. & § vlt. ad medium. vers. Prædicator Regularis. Sed lege eã per totam, & aliam Ref. vers. §. eius vlt. annot.)

2. Sed nota quod dixi, *speculatiuè loquendo*, nam vt in simili casu dicebat Suarez *de Relig. tom. 4. lib. 9. c. 1. n. 9.* in praxi puto dictum Concionatorem prædicare non expedire, quia scandalum potius, vel detrimentum timeri posset ex tali prædicatione, quàm fructus sperari. Sed Episcopi non deberent prædicationem dictam Regularibus prohibere, quia non possunt.

RESOL. LIX.

An Regulares, si extra tempus Quadragesimæ, & Aduentus velint in suis Ecclesiis prædicare, teneantur petere benedictionem ab Episcopo?

Et an Episcopi possint denegare benedictionem prædicandi, si Regulares nollent coram ipso emittere professionem Fidei? Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. Ref. 24. alias 22.

§. 1. Negatiuam sententiam tenet Bordonus *in consil. Regul. Resolut. 7. quæst. 11. num. 15.* vbi sic (Sup. hoc in Ref. seq. Sed quoad hos)

pro examine in hoc casu infra in Res. 255. §. I. cursim ad medium, vers. Tertio declaratio.

sic ait. Pro benedictione debet prædicator personaliter accedere ad Episcopum, & non per literas, aut tertiam personam, vt apertè habetur ex citatis verbis supra allatis. Se præsentare personaliter. Ita dicunt Zerola *in praxi Episcop. part. 1. versiculo Prædicatio. §. 3.* Franc. Leo *in Thesau. Fori Ecclesi. part. 1. c. 8. n. 10.* & ex ipsis Peyrinus *tom. 3. c. 2. n. 11.*

2. Videtur sequi contra lictio inter loca Tridentini citata; si velimus sustinere, posse regularem petita benedictione, sed non obtenta & contradicente Episcopo, in sua Ecclesia prædicare, nam secundo loco expressè dicitur, quòd nullus potest prædicare etiam in propria Ecclesia contradicente Episcopo. Sed tollitur contradictio dicendo, hoc secundo loco Trident. intelligi quando Episcopus vult per se, vel per alium coram se prædicari solemniter, quod est conforme Clem. *Dudum, de sepult.* & sic cum Mirand. *tom. 1. q. 50. artic. 3.* aduertit Barbosa *part. 1. de officio Episcop. alleg. 76. n. 20. & ad capitulum 2. sess. 5. n. 18.*

3. Vsus autem obtinuit apud Regulares prædicandi in propriis Ecclesiis absque alia Episcopi benedictione; quam solum petunt pro Quadragesima, & Aduentu, & non pro aliis Festis infra Annum. Hucusque Bordonus.

4. Sed ego valdè dubito, an adsit talis vsus, nam in quocumque tempore quando Regulares volunt in suis Ecclesiis concionari se præsentant coram Episcopis, & petunt benedictionem iuxta Concilium Tridentinum *sess. 24. c. 6.* vbi absolutè loquitur, & non distinguit inter tempora Quadragesimæ, Aduentus, & alia tempora. Et hanc sententiam docuit Sacra Congregatio die 16. Octobris anno 1601. Teste Gauanto *in Man. Episcop. ver. Concio Sacra n. 16.* Sic asserens: Tenentur Prædicatores benedictionem petere quouis tempore, nedum in Quadragesima & Aduentu; ideo absolutè contra Bordonum affirmatiuam sententiam teneo.

5. Notandum est hîc obiter Episcopos, posse denegare benedictionem prædicandi, si Regulares nollent coram ipso emittere professionem fidei. Ita Marcellus Vulpe *in praxi Episcop. cap. 42. num. 4.* Francisc. Leo *in Thes. Fori Ecclesi. part. 1. cap. 6. num. 8.* Campanili *in Diuer. Iur. Can. Rubr. 12. cap. 13. num. 8.* Gauantus *in Man. Episcop. vers. Concio Sacra, num. 20.* Ioan. Anton. Nouarius *in Summa Bul. part. 2. tit. de exemptorum priuilegiis, numero 49.*

RESOL. LX.

An Regulares possint prædicare in suis Ecclesiis absque petitione benedictionis Episcopi?

Et an possint in Ecclesiis extra suos Conuentus prædicare absque licentia Episcopi?

Et an Regularis Episcopo præsentatus & ab eodem approbatus, vel etiam indebitè recusatus, possit vbique in Ecclesiis prædicare, etiam contradicente Episcopo?

Et an hos Regulares, & alios quoscumque ab Antecessore suo approbatos à prædicatione possit Episcopus suspendere? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. Resol. 1.

Sup. hoc in Res. præterita, & quoad hoc lege aliu ver. eius nor.

§. 1. PAter Bruno Chassaing ex ordine Minorum edidit eruditum opus de Priuilegiis Regularium, & licèt ego sæpius eius sententiis non adhæream, tamen hoc non obstante existimo illum esse virum doctissimum, & cui non solum multum debent Regulares, sed etiam Theologiæ moralis Professores. Verum in his materiis cautè procedendum puto, nec omnia calamo committenda, ideò partes Episcoporum semper sumam, puto enim cum Eminentissimo Cardinali Lugo *de Sacrament. Pœnitent. disputat. 21. sectio. tertia, numero 55.* Dominos Antistites dexteritate, prudentia, ac humilitate laudandos esse, vt postea nostra priuilegia tueantur, vel saltem secundum opinionem probabilem, relinquant illis non vti, propter labores, quos in eorum Diœcesibus sustinemus, diu noctuque docendo, prædicando, confitendo, missiones faciendo, &c. Itaque ad casum propositum affirmatiuè respondet Brunus *vbi supra tract. 6. capite tertio, propos. 1.* in qua asserit quod Regularis potest absque præsentatione coram Episcopo, & petitione benedictionis ab eodem in Ecclesiis propriis, ac plateis communibus prædicare. Si enim à Pontifice Romano pendet omnis prædicandi facultas, & ab eodem absoluta facultas prædicandi concessa est Regulari dependenter à iudicio, & examine propriorum Prælatorum, & non Episcopi; ad quid præsentatio coram Episcopo, & petitio benedictionis, vt in propriis Ecclesiis, & plateis prædicet? Certè nulla apparet iusta causa illam petendi. Quod patet ex priuilegio Benedicti XI. Nec obstat, ait Tridentinum *session. 5. de reform. cap. 11.* sub Paulo III. celebratum, in quo decernitur, vt Regularis qui prædicaturus est in suis propriis Ecclesiis, petat prius ab Episcopo benedictionem, his verbis: Regulares verò cuiuscunque Ordinis, nisi à suis superioribus de vita, moribus, & scientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in Ecclesiis suorum Ordinum prædicare non possint: cum qua licentia, personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiat. Quod decretum idem Tridenti. *sess. 24. capite quarto*, sub Pio IV. celebrata confirmatum est: imò in fauorem Episcopalis potestatis auctum, dum his terminis pronuntiatur: Nullus autem sæcularis, siue Regularis, etiam in Ecclesiis suorum Ordinum contradicente Episcopo prædicare præsumat: in reliquis, ea quæ de prædicationis munere sub eodem Paulo III. decreta fuerunt, suum robur obtineant. Ergo Regularis tenetur se Episcopo præsentare, & ab illo benedictionem petere, antequam in suo Episcopatu prædicet. Respondetur, hanc obiectionem nullam habere vim in locis, in quibus Tridentinum non est receptum: vbi autem viget, respondetur: Primò, hæc duo decreta non habere clausulam reuocatoriam necessariam ad priuilegia regularia tollenda: non enim ius commune reuocant, quod esset necessarium, vt alibi pluries diximus: Et ad id attendisse videtur Pius V. qui in Bulla inchoata, *etsi Mendicantium*, interpretando præfatum decretum *sess. 24.* & ex consequenti illud *sess. 5.* in eodem inclusum, declarat, Regulares Mendicantes sub illo minimè comprehendi, his verbis, *Declaramus*, Canonem *sess. 24. capite 4.* per quem omnibus regularibus, etiam in suorum Ordinum Ecclesiis, contradicente Episcopo prædicationis officium interdicitur: Mendicantium Ordinum Fratres huiusmodi, &c. non comprehendere, nec eos efficere: imò volumus, quod in suis Ecclesiis, quando eis placuerit, licitè, & absque vllo impedimento, vel contradictione etiam Episcopi; nisi ipse prædicauerit, prædicare possint. Idemmet Pius Bulla inchoata, *Ad hoc nos Deus prætulit*, hanc facultatem illi concessit, dum vult, *vt in propriis Ecclesiis prædicet*, absque eo quod se præsentauerit Episcopo, & absque petita benedictione, eoque contradicente, etiam dum in Cathedrali prædicatur, dummodò non prædicet eo tempore,

Sup. hoc supra lege Res. 58. & hic infra §. vlt. huius Res. & aliam eius not.

tempore, quo ipse prædicauerit. Adiunge quod etsi sub illo Decreto Tridentini, Mendicantes comprehenderentur, non propterea necessaria esset acceptio benedictionis, sed sola præsentatio cum petitione benedictionis, licet recusatæ: Nam in iure petita benedictio iniustè negata, censetur concessa; vt tenent Tamburin. *de iure Abbat. tomo* 2. *dub.* 11. *quæstion.* 2. & alij, quos citat Archang. Rom. *de priuileg. verb. Prædicatores*, & Henriquez cum pluribus aliis quos citat *lib.* 6. *de Pœnit. cap.* 13. qui etiam asserit, hoc declarasse Sacram Congregationem Cardinalium 1597. cuius decretum his verbis refertur, Sacra Congregatio censuit, quod Regulares in Ecclesiis suorum Ordinum prædicare volentes, non teneantur ab Episcopo licentiam obtinere, sed tantum à suis superioribus examinati personaliter Episcopo se præsentare, ab eoque petere benedictionem; tametsi eam minimè obtinuerint. Verum Vrbanus Octauus Bulla inchoata, *Alias à nobis emanarunt*, in qua explicat quasdam facultates, quas per aliam Bullam Cardinali de Sandoual, priuilegiis regularium contrarias fecerat, sic omne dubium resoluit, Ad hæc quod in eisdem præinsertis litteris dicitur, Regulares non posse verbum Dei prædicare, sine Episcopi licentia; hoc sibi vendicare tantum in Ecclesiis, quæ sui Ordinis non sunt: cum in aliis sui Ordinis Episcopi benedictio petita, licet non obtenta sufficiat: ita tamen, vt si Episcopus non modò benedictionem simpliciter non concesserit, verum etiam Regularibus prohibuerit, quominus prædicent: tunc illo contradicente in sui quidem Ordinis Ecclesiis, liceat illis prædicare, quemadmodum S. Concilij Tridentini decretis salubriter est cautum. Ex quibus vides, quod posito, quod præsentatio, & benedictionis petitio requireretur in Regulari, posset tamen illa non obtenta in suis Ecclesiis prædicare.

2. Dices, ergo ex Vrbani declaratione requiritur petitio benedictionis, & Tridentinum hanc regulari vt necessariam desiderat. Respondetur, ita esse in Regulari, qui non est ex aliquo Ordine Mendicantium; non autem in Regulari, qui talis est, alioquin contradictoriam interpretationem illi quam Pius vt supra dederat dicto decreto Tridentini, interponeret, quod non est credibile. Accedit quod prædicta Bulla Vrbani caret clausula reuocatoria iuris communis, & ex consequenti non adimit priuilegium in illo insertum. Plura de hoc decreto in sequentibus. Hucusque Brunus.

3. Sed hæc sententia pugnat cum praxi omnium Regularium fundata in Decreto Concilij Tridentini. Vide Lezanam *in summa qq. Regul. tomo* 3. *vers. concionari num.* 6. & Portellium Authorem ex Ordine Patris Bruni *in dubiis Regul. vers. Prædicatores numero* 1. vbi sic ait, Regularis in suis Ecclesiis non potest prædicare absque licentia sui Prælati, & benedictione Episcopi. In aliis verò Ecclesiis extra suos Conuentus non potest prædicare absque licentia Episcopi. Trident. *sess.* 24. *cap.* 4. Qui verò absque tali licentia Episcopi prædicauerit, poterit excommunicatione ferri, *cap. Excommunicamus* 1. *de hæreticis* §. *Quia verò*. Illa verò excommunicatio ibi non est lata, sed ferenda. Sed nota, quod propter hoc solum quod Regularis prædicauerit absque licentia Episcopi, non debet puniri ab Episcopo, sed à Prælato; ita declarauit Congreg. Cardinal. sub Clem. VIII. Ita Portell. & ego cum communi Doctorum sententia.

Sup. hoc supra in Ref. 56. &c.
Sup. hoc notato in Ref. seq. §. 2. ante medium, vers. Congregatio. & in aliis not. vlt. dictæ Ref.

4. Nota, Brunum vbi supra *cap.* 3. *propos.* 4. docere quod Regularis, etiam vbi Tridentinum viget, Episcopo præsentatus, & ab eodem approbatus, vel etiam indebitè recusatus, potest vbique in Ecclesiis prædicare, etiam eodem contradicente; Et latè conatur hoc probare, & Concilium Tridentinum explicare. Sed ego sententiam meam circa præsentem quæstionem alibi explicaui; nunc tantum addam id quod sentit Portellus *loc. citat. num.* 7. sic asserens, Prædicator Regularis ab Episcopo iam approbatus, non potest prædicare etiam in suis domibus si Episcopus id specialiter prohibuerit; Et hoc intellige etiamsi ipse Episcopus non prædicet: licet enim Pius V. in quadam Bulla declarauerit illam prohibitionem Episcopi solum tenere, quando ipse Episcopus prædicauerit: tamen Gregorius XIII. illud reuocabit postea in Bulla, quæ incipit: In tanta rerum, & reduxit ad terminos iuris communis. Et ita responderunt quinque Doctores consulti hac de re Conimbricæ, anno 1610. Circa proximè dictum, accedit declaratio Cardinalium, quæ loquens de Prædicatoribus sic ait: Hos, & quoscumque alios ab antecessore suo approbatos, à prædicatione poterit suspendere, (id est, Episcopus) Attendant tamen Episcopi propter quas causas id imperent. Volumus namque quod si illicitè iusserint, ad ius lis deferatur, & interim cessent. Sic ibi. Ita Portel. Lezzana vbi supra *num.* 7. docet, quod si Episcopus suspendat Prædicatores Regulares, non tenetur causam exprimere, quare ad id moueatur, quod etiam docet Franciscus Leo *in Thes. fori Ecclesiastici part.* 1. *capit.* 8. *numer.* 9. & Barbosa *de potestat. Episcop. part.* 2. *allegat.* 76. *numero* 22. & omnia superius dicta me citato firmat ex decreto Vrbani VIII. doctissimus, & amicissimus Ioannes Palafox Episcopus Angelopolitanus *in defen. Canon. part.* 2. *num.* 59.

Alibi in Ref. quæ hic est supra 58. & pro contento in hoc §. lege doctrinā Ref. 17. signanter §. Porro esto. & hic supra ad medium §. 1. huius Ref. Vide à vers. Et ad id.

RESOL. LXI.

An Regulares prædicantes in suis Ecclesiis, non petita benedictione ab Episcopo, possint ab eo puniri? Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 3. Ref. 25. alias 23.

§. 1. OLim negatiuam sententiam communiter Doctores tenebant, & ita docuit Hieronymus Rodriquez *in Compend. qq. Regularium Resol.* 112. *numero* 3. & alij, quos me citato adducit Bordonus *in Consil. Regular. Resolut.* 7. *num.* 21. Sed ipse ibi etiam meritò aduertit, hodie stante Constitutione, *Inscrutabili*, &c. Gregorij XV. Regulares prædicantes sine Episcopi licentia, & benedictione, etiam in suis Ecclesiis puniri posse ab Episcopo etiam per censuras, vt patet ex verbis Bullæ Gregorianæ sic asserentis. *Ac demum habeat Episcopus tanquam dictæ Sedis Delegatus authoritatem coercendi, ac puniendi quoscumque exemptos tam sæculares, quàm Regulares qui in alienis Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt, absque Episcopi licentia, & in Ecclesiis suis, aut suorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipso contradicente prædicare præsumpserint.* Ita ibi Summus Pontifex. Quod etiam notauit Gauantus *in Man. Episcop. vers. Concio Sacra, numer.* 17. Lezzana *in summa tom.* 1. *cap.* 20. *num.* 3. Rubeus *in Aphor. Episc. ver. Prædicatio, n.* 2.

Sup. hoc supra ex Ref. 55. lege doctrinam §. 1. & 2. & alterius eius primæ not. & annot. seq. huius Ref. &c.

Et pro cæteris contentis in hoc textu in Ref. præterita §. Sed hæc. ad medium. vers. Qui vero. & in alio vers. eius annot.

2. Non desinam tamen hîc adnotare nostrum P. D. Augustinum de Bellis *in allegat. Hispano Idiomate conscripta* obseruare S. D. N. Vrbanum VIII. Bullæ Gregorij XV. derogasse; Sic enim asserit §. 1. *num.* 2. [Dado caso que dicha Bulla estuuiesse recebida en Espanna, aun no tiene fuerça, porque està reuocada ia puer nuestro Sāctissimo Padre Vrbano VIII.

por

por vna Bula fecha à 12. de Maio de 1625. En que à instancia de todas las Religiones de Espanna, confirmò, entre otros Priuilegios, vn Decreto de la Congregacion de Concilio, traida, por el Barb. 1. Past. alleg. 76. n. 24. que dize assi. Congregatio Concilij censuit Regulares qui absque licentia Episcopi prædicauerint in Ecclesiis, quæ suorum ordinum non sunt, tametsi Decreto eiusdem Concilij sess. 5. c. 2. contrafecerint, non posse tamen puniri ab Episcopo, sed tantùm à suis Superioribus Regularibus. Esta Bula sobredicha de Vrbano VIII. con todos los Priuilegios, que confirma à Regulares, allase en vn librillo impresso, y legalizado por orden del Eminentissimo Sennor Cardenal Panfilio, entonces Nuncio Apostolico en estos Reinos de Espanna.] Ita ille. Sed Lezzana & Gauantus cum Barbosa de potest. Episc. part. 3. alleg. 76. n. 24. Tamburinus de iure Abbatum, tom. 2. disp. 21. q. 4. n. 3. & alij, qui Romæ scripserunt de dicta Bulla Vrbani VIII. nullam faciunt mentionem.

Sup. hoc in Ref. præteri-ta, §. Sed hæc. post mediũ, verf. Sed nota. & in Ref. & §§. not. primæ huius Ref.

3. Nota tamen quòd post hæc scripta, inueni Ioannem Antonium Nouarium in summ. Bullarum p. 1. titul. de exemptorum priuilegiis, n. 51. facere mentionem de dicta Bulla Vrbani VIII. relata a P. de Bellis, qui tamen addit, non obstare, quin hodie Episcopi possint punire Regulares, quia dicta Bulla videtur tantùm localis lata pro Ciuitate & Diœcesi Giennensi.

RESOL. LXII.

An, vt Episcopus, possit etiam Vicarius Sede vacante punire Regulares prædicantes in Ecclesiis sine licentia, & benedictione? Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. Resol. 26. alias 24.

§. 1. NEgatiuè respondet Pater de Bellis *in dicta Allegatione* §. 1. n. 3. vbi sic ait[Aunque dicha Bula de Gregor. XV. estuuiesse recebida en Espanna: Aunque no la huuiesse reuocada Vrbano VIII. en fuerca della no pudo el sennor Vicario general descomulgar à Fulano Reglar, ni tuuo iurisdicion para hazello: por que esta auctoridad concede la Bula solamente al Obispo, como à Delegado de la sede Apostolica y assi dize: Possit Episcopus tanquam sedis Apostolicæ Delegatus, &c. Mas es assi, que el Vicario de sede vacante no sucede à la iurisdicion delegada del Obispo, sino à la sola Ordinaria: luego no puedo tenello para descomulgar al dicho Iulan Que el Vicario de Sede Vacante no suceda à la iurisdicion delegada del Obispo, es opinion comun.] Ita ille, qui plures citat Doctores, quibus ego addo Gauantum *in Man. Episc. ver. Capitulum sede vacante, n. 51. & 52.* vbi sic asserit. Succedit Episcopo in iurisdictione ordinaria non delegata & ideo vbi Concilium Tridentinum committit aliquid Episcopis vti delegatis sedis Apostolicæ non potest Capitulum. Ita Gauantus, vide doctissimum Felicianum à Vega *in relect. c. ac si Clerici* §. *de Adulteriis, n. 50. & seq.* quicquid distinguat Molina *de Iust. tom. 6. disp. 11. n. 8.* vt nominatim contra illum rectè obseruat Barbosa *de Potest. Episc. part. 3. Alleg. 92. n. 17.*

Sup. hoc infra in Ref. 81. ad mediũ, & in tom. 3. tr. 5. Ref. 1. Et si placet lege doctrinam aliarum Ref. eius primæ not.

2. Ex his oritur altera difficultas, quæ in praxi sæpius potest occurrere.

RESOL. LXIII.

An Vicarius Sede Vacante possit suspendere, & ordinare, ne aliquis Regularis amplius prædicet?
Et an supradictus Vicarius Sede Vacante possit reuocare Confessores Regulares, & reexaminare?
Et docetur, quod in solo casu hæresis possit Capitulum Sede Vacante suspendere prædicationem Regularibus: Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. Ref. 27. alias 25.

§. 1. AD hanc quæstionem latè respondet Pater de Bellis *in citata Allegatione*, ex qua ego aliqua deprompsi, (est enim satis docta, & fauens Regularium Priuilegiis) sic itaque asserit, *part. 1. Asser. 11. n. 1. & seq.* [La iurisdicion que dà el Concil. Trident. al Obispo, que no puedan, Ipso contradicente, predicar Regulares, es con Exemptos, i por dicho Concilio: Augetur, & alteratur su iurisdicion ordinaria, luego es delegada, por lo que està arriba dicho, luego no sucede à el a el Vicario, sede Vacante, segun la opinion comun de todos los Dottores que traigo en la 3. Nulidad del otro papel.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 5. Ref. 33.

2. Dira el Fiscal: El Ordinario, tiene Iurisdicion à Iure, que Regulares no prediquen, Ipso contradicente, por el cap. Excommunicamus de Hæreticis: à la qual sucede el Vicario, sede Vacante, luego la que le da el Concil. Trident. no es delegada, si no, Excitatio Ordinariæ.

3. Respondo. A quel capabla de Predicadores Seglares, de los quales se hauia ablado en el cap. præcedente, segun apunta la Gloss. *ibi lit. I.* Mas, dado caso que ablara de Regulares: *Clement. V. c. dudum de sepult.* mas de 112 annos despues que salió el dichò, *c. excommunicamus*, lo reuocò: dando facultad à Regulares que pudiessen predicar con sola licencia de sus Prouinciales, i Generales; Y el Concil. Later. V. de nuestros tiempos del anno 1516 confirma lo mismo de Clemente V. De suerte que el Obispo no tiene mas Iurisdicion à iure, i ordinaria, con Regulares en materia de la predicacion si no la del Concilio, la qual es delegada, como es à prouado.

4. Dira: La Iurisdicion de approbar Confessores Regulares, la manda tambien el Concil. Trident. *sess. 23. cap. 23.* al Obispo, i sin embargo es constante que la tiene tambien el Vicario, Sede Vacante, luego serà lo mismo de la licencia predicar.

5. Respondo, ser diferente el caso: porque dicha Iurisdicion para aprouar à la Confession Regulares, compete al Obispo de Iure, por la *Clem. misma dudum de sepult.* Y assi la que se le dà por el Concilio no es delegado, sino excitatio Ordinariæ. Abb. *in c. licet num. 3.* Felin. *de off. ord. num. 1.* Anchar. *in cap. Cum qui de Reg. iur. num 4.* à la qual Iurisdicion de iure, i ordinaria bien sucede el Vicario, Sede Vacante.] Ita ille.

6. Qui postea *Assert. 2. num. 1. & seq.* magis confirmat hanc sententiam, & ideò asserit [Hasta ahora se ha iusto, que el Cabildo Sede Vacante, de iure cómuni, no tiene Iurisdicion para suspender à Regulares el predicar; i por si à caso alguna duda quedara, entran. Priuilegios à quitarla de todo: hi tam solamente quanto al predicar, sino tambien quanto al Confessar. La Santidad de Clemente IV. diò Priuilegio à los Padres Dominicos: Ex parte vestra fuit nobis propositum, quòd dubitatis vti licentia vobis concessa ab Episcopo, Confessiones audiendi, & prædicandi, Ecclesiis vacantibus: Præsentium authoritate concedimus, vt possitis vti tandiu dicta licentia, donec, viduatis Ecclesiis, prouisum fuerit de Pastore. Se alla en el libro de Priuilegios, autentico de Padres Predicadores, *fol. 55 lit. D.* Otro semejante concediò el mismo Pontifice à Padres Franciscos, in Monumento Ordinis, *fol. 123. concess. 144.* Clemente IV.

7. A esso mismo và la Bula de Pio Quinto, el qual manda, que la licencia de confessar que diò vn Obispo

Obispo à Regulares, no se la pueda suspender, sino otro Obispo successor: con que excluie al Capitulo Sede Vacante: Traen dicha Bula Barb. *allegat.* 25. *num.* 25. Mirand. *tomo primo, quæstione* 45. *articulo septimo.* Y lo que dize de Confessiones, se entiende tambien de predicationes, por lo que apuntò el mismo Mirand. *quæst.* 50. *art.* 6. Ni esta Bula de Pio V. se reuocò per Gregor. XIII. como declarò la Congregacion, cuia decision trae Viuald. 1. *p. tit. de Confess. num.* 28. Barbosa *alleg.* 25. *num.* 28. i otros Autores que el trae.

Sup. hoc infra in Res. 80. §. vlt. cursim ante medium, vers. Negamus. & magis latè in Res. 81. & Res. antenor. præterea per totam.

8. No suffragarà al Capildo dezir, que estos priuilegios se han de entender, quando no se ofrezca causa justa, i legitima, para suspender el Predicar, i Confessar à Regulares. Primero porque entonces tam poco el Obispo puede suspenderlos, como hemos prouado en la 4. Nulidad del otro papel: i para esto no hauia menester priuilegios. Segundo, porque glossar priuilegios de Regulares, aun quando van dudosos, no es para el Ordinario, sino para el mismo Pontifice: por vnas Bulas particulares de Clemente IV. Alexand. VI. i Paulo III. apud Rodriq. *resol.* 63. *num.* 18. i lo ai claramente en el *cap. cùm venissent de re ind. l. si Imperialis, C. de legib. cap. inter alia, de sent. excomm.* Hostiens. *in sum. tit. de priuil.* Azor. *tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 23. *quæst.* 1. Tercero, porque, por mui estricte que interpretetur priuilegium, siempre se ha de dar, que obre algo, i derogue, ò annada al Derecho comun, para que no sea frustratorio *cap. In his. de priuil. l. ff. ad Municipalem.* Glossa *de rescripr. in cap.* 1. *vers. vt liberi.* Azor. *ibid q.* 1. & apud ipsum, Felin. Panormit. Hostiens. Innocentius, & alij: Luego se los priuilegios de Clem. IV. i. Pio V. se entienden que no pueda el Capitulo Sede vacante suspender confessiones, i predicationes, sino en caso que tenga justa, i legitima causa, ia no obrara cosa, ni dispensara algo de pretenso Derecho: porque esto sin priuilegio lo tienen los Regulares: Et frustra impetraretur, quod de iure communi conceditur Molfesius *tr.* 9. *c.* 12. *n.* 14.

9. Solamente in casu hæresis, puede el Cabildo suspender la predication à Regulares, porque: Cùm sit periculum in mora, in fauorem fidei, se abaten todos priuilegios: como lo declarò particularmente la Congregacion de Cardenales.] Hucusque Pater de Bellis, cuius doctrinam approbat Franc. Bordon. *in consil. Regul. Resol.* 16. *num.* 24. vbi tenet vt suprà in resol. particulari visum est, Vicarium Sede vacante non reuocare Confessarios regulares, & reexaminare, sicut potest nouus Episcopus, quia non succedit Episcopo in iis, quæ illi competunt iure delegato.

Sup. hoc in Res. not. præterita, & in Res. 3. per totam, & in alio §. eaium annotationum.

RESOL. LXIV.

An Superiores Regularium possint concedere licentiam laicis, vt in suis oratoriis prædicent?

Et an Episcopus non possit contradicere laico, vt sic prædicet in oratoriis Religiosis de licentia Superiorum, vel an possit ab huiusmodi laicis exigere, vt petant ab ipso benedictionem ad hoc, vt prædicent, & vt prius faciant fidei professionem? Ex part. 9. tract. 7. & Misc. 2. Resol. 68.

§. 1. Affirmatiuè respondet Baldellus *tom.* 2. *lib.* 1. *disput.* 21. *num.* 13. vbi sic ait: [Nomine Sacerdotis, cuius rogatu permittitur laicis prædicatio, omnis ille videtur intelligendus, qui habet iurisdictionem spiritualem in loco, in quo prædicatio est facienda, quales sunt etiam Superiores Religiosi pro suis Oratoriis, & Ecclesiis. Vnde Episcopus non potest illis prohibere, quominùs permittant aliquos laicos, alioqui sufficientes, interdum disserere de rebus diuinis, & prædicare in suis Oratoriis, cùm hæc permissio, & concessio illis competat de iure communi, cap. *Mulier. dist.* 23. & ideò non possit Episcopus plus contradicere laico, ne sic prædicet in Oratoriis Religiosis de licentia Superiorum quàm possit contradicere ipsismet Religiosis: quamuis, in rigore loquendo, tam possit exigere ab huiusmodi laicis, vt petant ab ipso benedictionem, ad hoc, vt prædicent, quàm potest id exigere ab ipsis Religiosis, iuxta Trident. *sess.* 5. *c.* 2. *de reform. & sess.* 24. *c.* 4. *de reform.* & ab vtrisque æqualiter possit exigere, vt priùs faciant professionem fidei.] Sic ille. Et ita ego olim respondi Eminentissimo Cardinali ab Auria, in fauorem Mariani Manfredi, Procuratoris laici, qui Panormi, vt omnes sciunt, optimè concionabatur.

RESOL. LXV.

An si Episcopus sine iusta causa non admittat Regulares ad confessiones audiendas, possint, non obstante dispositione Concilij Tridentini, confessiones audire, ac si essent approbati? Ex p. 3. tr. 2. Res. 24.

§. 1. Negatiuam sententiam docent Suarez *in* 3. *p. tom.* 4. *disp.* 28. *sect.* 1. *n.* 5. Coninch. *de Sacram. disp.* 8. *dub.* 7. *n.* 58. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 7. *c.* 9. *n.* 257. Barbosa *in collect. tom.* 3. *p.* 2. *lib.* 3. *Clem. tit.* 7. *Clem. dudum, n.* 8. Sylvius *in addit. ad* 3. *p. q.* 8. *art.* 5. *quæritur* 4. Vasquez *in* 3. *p. tom.* 4. *q.* 93. *art.* 3. *dub.* 3. *n.* 2. Pitigianus *in* 4. *sent. tom.* 2. *dist.* 17. *quæst. vnica, art.* 4. *dub.* 4. Sancius *in select. disp.* 48. *n.* 16. Reginaldus *in praxi tom.* 1. *lib.* ... *c.* 16. *q.* 5. *n.* 192. Fernandez *in exam. Theol. mor. p.* 3. *c.* 9. §. 8. *n.* 2. & alij; quia Concilium statuens nullum, nisi habentem Parochiale beneficium, aut approbatum ab Episcopo, idoneum esse audiendis confessionibus, satis indicat ad eam idoneitatem requiri approbationem actu datam. Nam particula conditionalis, *nisi* eam vim habet, vt si conditio requisita non ponatur reipsa, non sequatur effectus. Sic enim facto statuto, ne quis bonis suis priuetur, nisi per sententiam iudicis declaratus fuerit hæreticus, quamdiu iudex aliquem non declarat talem esse, etiamsi fortè id iniustè faciat, ille non priuatur bonis suis, & sic de similibus.

Sup. hoc in tribus Res. seqq. & infra in Res. 69. §. Episcopus tamè & seq. & in tom. 1. tr. 1. Res. 24. § Quarto secundo. & seqq. & in Res. 39. §. 2. in fine, quàuis cū Henriquez, tantum, hic citato, & in tom. 3. tr. 1. Res. 18. §. Secundus casus.

2. His tamen non obstantibus non desunt præstantissimi viri, contrariam sententiam docentes, vt Cochier *de iurisdict. ord. in exempt. p.* 4. *quæst.* 77. Layman *in Theol. moral. lib.* 4. *tract.* 6. *cap.* 11. *num.* 4. Finellus *de cas. reseru. cap.* 3. *num.* 3. Villalobos *in sum. tom.* 1. *tr.* 1. *diffic.* 53. *num.* 3. Peirinus *de Religioso subdito tom.* 1. *q.* 1. *cap.* 21. §. 2. Miranda *in manuali Prælat. tom.* 1. *q.* 45. *art.* 6. Henriq. *lib.* 3. *de pœnit. c.* 6. *n.* 4. Io. de la Cruz *de sacra Relig. lib.* 2. *c.* 6 *dub.* 1. Rodriquez *in qq. reg. tom.* 1. *q.* 59. *art.* 2. Sotus *in* 4. *dist.* 18. *q.* 4. *art.* 3. Graffius, Angelus, Vega, Cenedus, quos citat, & sequitur nouissimè Fagundez *præcept.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 15 nam *in Clem. dudum, de sepult.* ipso iure approbantur Mendicantes ad confessiones audiendas, si Episcopi ex odio non approbauerint. Et Concilium Tridentinum non reuocare dictam Clementinam probat solidè Fagundez, & ante illum Doctores citati, quibus adde iterum Rodriquez *in addit ad Bull. Cruc.* §. 9. *n.* 30. & Nauarrum *in manuali c.* 27. *n.* 264. *in fine.*

Sup. hoc infra in Res. 69. §. Quod autem, paulo post initium, à vers. Nos vero.

RESOL.

RESOL. LXVI.

An Religiosus præsentatus, & iniustè ab Episcopo ad confessiones non admissus, possit adhuc confessiones excipere? Ex part. 6. tractat. 7. & Misc. 2. Resol. 60.

§. 1. Magna fuit mihi his diebus controuersia cum quodam Regulari de hac quæstione: nam mordicus asserebat affirmatiuam sententiam esse tenendam ex authoritate Doctorum, quos ego attuli *in part. 3. tractat. 2. resolut.* 24. quibus nunc addo Cellotium *de Hierarch. lib. 5. cap.* 24. vbi sic ait. Existit tamen hîc non inutilis dubitatio, & quædam quæ videtur ἀντινομία. Nam si Sacerdotem præsentatum, aliàs doctrinâ, moribusque idoneum, aut examinare Prælatus, adeóque approbare: aut etiam examinatum iterùm approbare recusauerit, in vsu Tridentini quid fiet, homine indignam passo repulsam? Aperta enim legis verba sunt, nullum posse, nisi approbationem obtineat reipsa, & non priuilegio repulsæ aliunde obtineat, & accipiat. Distinctione hîc vtendum arbitror, vt sæcularem à Religioso separemus: nam illum puto interdici confessionibus, si verè, & actu approbatione priuetur: id enim ius apertè sic decernit: neque habeat in alio loco, & lege perfugium. At Regularis Ordinum prædictorum longè alia ratione est: cui ius antiquum Extrauagantium, & Clementinæ dat, vt si fortè Prælati fratribus electis, & præsentatis licentiam exhibere recusauerint. Pontifices ex tunc eam ipsis gratiosè concedant de plenitudine Apostolicæ potestatis. Et Lateranen. sub Leone. Talibus præsentatis, admissis, vel etiam indebitè recusatis. Itaque de iure isto nouo deiectus ad antiquum recurret, & sibi approbationem, licentiam, iurisdictionem concessam putabit à Summo Pontifice, quam inferior Pontifex iniustè, vt quidem ponimus, recusarit.

Quæ hic est Res. antecedens, & in duabus Res. seqq. & in tom. 1. tr. 3. Res. 24. §. Quæro septimo. & seqq. & in Res. 39. §. 2. in fine. & in tom. 3. tr. 1. Res. 38. §. Secundus casus.

2. At enim illi contrarium est Tridentinum, & cessare in hoc iubet priuilegia, & consuetudinem. Equidem sic respondeo, hac Concilij constitutione antiquis non derogari: lex enim posterior generalis sæpè limitatur per speciale ius antiquum, vt probat Nauarrus, quòd ius illæsum manet, vt euitetur correctio iuris, quoad fieri potest. Derogat autem priuatis quorundam priuilegiis extra corpus iuris vagantibus, quæ restringi debent, cùm censeantur odia iuris, vt idem Nauarr. Henriquez, Rodriq. Layman, & alij docent. Quoniam igitur expressa illius iuris non est in derogatione facta mentio, nulla ex parte violatum censetur. Neque vim facias in expressis priuilegiis. Ego enim sententiam definitiuam, qualis ea est, vt initio dicebamus priuilegium esse nego; sed ius commune corpori iuris insertum habens rationem fauoris. Itaque ius illud duobus Mendicantium Ordinibus datum, vigere adhuc affirmo, licet aliud generali lege statutum esse videatur. Hucusque Cellotius. Et nouissimè hanc sententiam tenet ex eadem Societate Stephanus Bauny *in Theolog. Moral. part.* 1. *tractat.* 4. *quæst.* 11. & Gamacheus *in* 3. *part. D. Thom. de Sacrament. Pœnitent. cap.* 18. & Cœlestinus *in compend. Theolog. Moral. tract.* 1. *cap.* 14. *num.* 4. vnde apparet hanc doctrinam inter Doctores inclytæ Sorbonæ esse communiter receptam, quibus adde alios quos adduxi *in part.* 3. *tract.* 2. *resol.* 14.

Quæ hic est Res. antecedens & in

3. Sed pace istorum Doctorum virorum ego magis sententiæ negatiuæ adhæreo cum Doctoribus, quos nouissimè me citato adducit Pater Lugo *de Pœnitentia, disput.* 21. *sectione* 5. *numero* 52. vbi asserit sententiam affirmatiuam esse contra sensum fidelium, & praxim Ecclesiæ & contra mentem Concilij Tridentini, in quo procul-dubio intentio fuit reformandi has Regularium facultates: & ideò dictum fuit. Nullus Sacerdos sæcularis, vel regularis, &c & posteà, non obstantibus quibuscunque priuilegiis. alioquin non liceret adhuc Regularibus audire Confessiones, licèt Episcopus ex iusta causa approbationem denegaret, cùm in illo priuilegio solùm requiratur quòd se Episcopo præsentent, quod tamen nemo concedit.

aliis non præteritæ huius Res.

4. Ad illud ergo antiquum priuilegium respondendum est, reuocatum esse in Tridentino: quia cùm decretum etiam Tridentini sit lex conciliaris & pontificia, quæ vim habet corrigendi superiorem legem; etiam si in iure contineatur: & licet non fiat specialis mentio illius, quando verba posterioris legis hoc requirunt, vt constat *ex cap.* 1. *&* 2. *de const. lib.* 6. & in nostro casu lex illa Tridentini nullius esset momenti pro Regularibus, nisi reuocatum esset antiquum priuilegium. Faciliùs fortasse responderi potest cum Vasquez, & aliis non fuisse necessarium, quòd illud priuilegium antiquum reuocaretur: quia illud solùm erat in ordine ad iurisdictionem, ad quam obtinendam ab Episcopo, ipsi præsentabantur Religiosi, quibus si Episcopus nolebat iurisdictionem concedere, Summus Pontifex illam concedebat: hoc autem non est reuocatum, quia Pontifex iam illam concedit, & concessit multis Religionibus independenter ab eo, quod concedatur ab Episcopis: Tridentinum verò addidit conditionem requisitam ex parte Sacerdotis, vt ei iurisdictio concedi intelligatur: seu vt sit idoneus ad hoc, vt ei siue à Papa, siue ab aliquo alio iurisdictio delegetur, nempè approbatio Episcopi, quæ si non præcedat, Papa protestatur se ex dispositione subiecti non concedere ei iurisdictionem: quæ conditio introducta fuit de nouo à Concilio Tridentino, & circa ea non habent Religiosi eiusmodi priuilegia.

5. Nota etiam id quod aduertit Lugo *vbi suprà*, sententiam videlicet affirmatiuam suprà relatam, etiamsi probabilis esset, ad praxim tamen parùm aut nihil posse conducere: quia facultas illa Prælatis Regularibus concessa exponendi ad confessiones eos, quos præsentatos Episcopus nollet acceptare, concessa quidem fuit cum multis limitationibus, quæ habentur *in d. Clem. dudum, de sepult.* præsertim quòd tenuente Episcopo aliquem ex sibi præsentatis admittere, Prælatus regularis alium illius loco debeat surrogare. Item quòd non plures præsentent Episcopo, quàm sint necessarij: sed numerus, ait, personarum assumendarum ad huiusmodi officium exercendum esse debet, prout vniuersitas Cleri, & populi; ac multitudo, vel paucitas exigit eorum. Quæ limitatio licet solùm procedat, quoad priuilegium ibi concessum, & non de facto: quia de facto Religiosus idoneus ius habet, vt approbetur, licet non sit necessarius, vt suprà vidimus: qui tamen volunt vti priuilegio illius Clementinæ, deberent illo vti cum illa limitatione ibi posita. Potest autem Episcopus semper, vel ferè semper dicere se nolle approbare illos Regulares, quia pro numero pœnitentium illius loci non sunt necessarij pro nunc: cuius contrarium in praxi probare difficilimum erit: atque adeò in praxi non video, quomodo possit vtilis esse illa sententia, cuius assertio aliunde non deseruit, nisi ad irritandos & exacerbandos Episcoporum animos contra personas Regulares; quæ quò magis excutere à se volunt iugum Episcoporum hac in parte, eò magis ab ipsis

Episcopis adstringuntur experiri illorum potestatem. E contra verò, quò magis se Episcopis hac in parte subiiciunt, & ostendunt se ab illis dependere, eò experiuntur illos magis benignos: & maiori cum libertate, & pace sua ministeria possunt cum maiori proximorum fructu atque meliori cum ædificatione exercere.

RESOL. LXVII.

An si Episcopus neget Religiosis dignis, & idoneis approbationes ad audiendas confessiones, possint, hoc non obstante, Confessiones audire?

Et an licentia semel legitimè, ac prævio examine facta Religiosis ab Episcopo, non debeant, nec possint reuocari absque magna causa, etiamsi Episcopus dixerit in approbatione velle illas tantùm valere ad beneplacitum? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 45.

Sup. hoc in duabus præcedentibus Ref. & in aliis earum primarum notationum

§. 1. Nouissimè affirmatiuam sententiam docet Cœlestinus *in compend. Theolog. moral. tract.* 1. *cap.* 16. *numero* 1. *& cap.* 14. *quæst.* 2. *num.* 4. vbi sic ait: Approbationem tenentur dare Domini Episcopi, si Religiosi illis præsentati secundùm formam *Clem. dudum, de sepulturis*, post examen inuenti sint capaces & idonei ad Officium confessionum audiendarum, & si suam approbationem absque rationabili causa dare recusent, docet nihilominus Gammachæus *Commentar. in D. Thom. de sacram. Pœnit. c. p.* 18. quòd possunt audire confessiones, & id non esse prohibitum à Tridentino, & hoc asserit prædictus Doctor Gammachæus consequenter ad verba *Clement. dudum d. Sepultur. in* 6. & quia illius authoris verba sunt magni momenti, ea referam de verbo ad verbum. Tribuitque, inquit, Summus Pontifex Religiosis Ordinis Prædicatorum, & Minorum potestatem audiendi confessiones omnium ad se venientium, ita vt præfati Religiosi debeant priùs examinari à Prælatis, & licentiam humiliter ab eis petere, si tamen obtinere non potuerint, & re vera digni inuenti fuerint, tunc temporis Summus Pontifex de plenitudine Apostolicæ potestatis eandem facultatem illis concedit. Atque istæ Extrauagantes, Bonifacij scilicet VIII. & Clementis V. in corpus iuris communis relatæ sunt, & multis iam locis redactæ, neque à Concilio Tridentino mutatæ, aut reuocatæ; sed & Clement. *dudum*, est Concilij totius generalis Viennensis. Hæc ille Doctor; & ante eum docuerunt hanc sententiam Rodriquez *in Addition. ad Bullam Cruciata, §.* 9. *numero* 30. *& in quæstionum Regularium, tom.* 1. *quæst.* 59. *artic.* 3. Nauarrus *in Manuali, cap.* 27. *numer.* 264. & alij plures. Huc vsque Cœlestinus, qui etiam addit licentias semel legitimè & prævio examine factas Religiosis ab Episcopo non debere, nec posse reuocari absque magna causa, etiamsi dixerit in approbatione velle illas tantùm valere ad beneplacitum. Sed ne deseras videre me ipsum *part.* 3. *tractat.* 3. *resolut.* 25. *&* 26. vbi hanc quæstionem magis amplè pertracto, & communem sententiam Doctorum appono.

Sup. hoc in Ref. 2. not. seq. & in aliis eius annot.

Quæ hic sunt infrà Ref. 70. & 73. & in aliis earum notationum.

RESOL. LXVIII.

An Regularis, si iniustè non sit admissus ab Episcopo ad Confessiones audiendas, possit illas audire?

Et an dicta licentia possit coarctari ab Episcopo ad tempus, vel pro diuersis personis? Ex p. 11. tract. 2. & Misc. 2. Ref. 19.

§. 1. AD primum affirmat, ad secundum negat Pater Benno *de priuil. Regular. part.* 1 *tract.* 5. *cap.* 1. *propos.* 3. *&* 4. Probatur prima pars ex multis priuilegiis, & si quid daret Episcopo hanc facultatem negandi licentiam Regulari, hoc esset *cap.* 15. *sess.* 23. *de Reformat.* vbi habetur, quòd non possit Regularis audire confessiones sæcularium; etiam Sacerdotum, &c. nisi approbationem obtineat priuilegiis & consuetudine, &c. Sed illud non dat ei hanc facultatem, cùm nihil penitùs ex ea sequatur, possitque legitimè pati hanc exceptionem, sicuti alias exceptiones de quibus suprà: eo maximè, quòd, vt asserit Nauarrus *in cap. placuit, de Pœnit.* Lex posteriòr generalis sæpè limitatur per specialem ius antiquum: & quod iura iuribus sunt concordanda etiam aliquando cum quadam improprietate verborum, ne ius antiquum, nisi ratione vrgentissima, & expressione verborum incompatibilium iuris noui cum eo abrogetur, *vt in tractat. de Prædicator.* fusè probabitur; & ideò communis Canonistarum sensus semper ad hoc requirit clausulam iuris antiqui expressè derogatoriam: hoc autem ius nouum Tridentini de facili potest cum antiquo concordari; estque ius commune, & antiquum speciale, nec nouum habet debitam clausulam derogatoriam. Accedit, quòd vt dicit Peyrinus *de Priuileg. Minim. tom.* 1. *constit.* 26. *Leonis X. §.* 7. hanc sententiam sustinens; Non credendum est, Concilium voluisse confouere Episcopos in suis passionibus, & odiis aduersus Regulares, quòd procul-dubio faceret, si capaces quoad scientiam, & probatos quoad mores posset reiicere. Nec hoc est nouum in iure, quòd petita licentia, & iniustè, vel iniuriosè denegata, habeatur pro obtenta: nam ita conceditur in hac speciali materia in Lateranensi Concilio, ac etiam in certis casibus quoad ministrationem Sacramentorum, in quibus petita, licet non obtenta, sufficit ad licitè, & debitè ministranda Sacramenta Eucharistiæ, & extremæ Vnctionis, vt patet ex dictis *Clementin. dudum, & Extrauag. inter cuncta, & ex cap. Licet, de Regularibus, & cap.* 1. *de supplenda negligentia Prælatorum.*

Sup. hoc in tribus præcedentibus Ref. & in Ref. seq. §. Episcopus tamen & seqq. & in tom. 1. tr. 3. Ref. 4. §. Quæro septimo. & seq. & in fine Ref. 39. & in tom. 3. tr. 1. Ref. 38. §. Secundus casus.

2. Probatur secunda pars, videlicet quod Episcopi non possint coarctare licentias Regularibus ad confessiones audiendas; Quoniam concessiones Apostolicæ Regularibus concessæ generaliter ad personas quaslibet, tempora, & loca etiam qualibet, in perpetuum facultatem illam, seu iurisdictionem extendunt; & ne grauaretur Lector, si eas enumerarem, hîc vnam adducam cum altera declaratione Cardinalium: Sic enim Pius V. Bulla, *Et si Mendicantium*, declarando *cap.* 15. *sess.* 23. *Trident.* quod agit de Confessariis, pronunciat, ita vt à confessionibus audiendis tam intra eorum Ecclesias, & domos, quàm extra minimè prohibeantur, &c. Super hoc literas Pauli IV. concedentis eisdem Fratribus Mendicantibus Regulæ obseruantiæ, posse confessiones sæcularium personarum, etiam infirmarum, etiam extra domos, & Monasteria sua, & vbilibet audire, & approbando, & de nouo concedendo. Hæc Pontifex. Sacra autem Congregatio 1623. quibusdam Episcopis arbitrantibus in vi Constitutionis Gregor. XV. inchoatæ, *Inscrutabili*, posse limitationes in suis approbationibus, seu admissionibus apponere, sic Regularibus de hac vsurpatione conquerentibus; respondit: S. Congregatio decreuit vi illius Constitutionis, Episcopos Regularibus

Sup. hoc infrà in §. Ad illud. huius Ref. à vers. Sed quoad Secundum. & in §. vlt. & in Ref. seq. §. Episcopus tamen. & infrà in Ref. 70. 71. 72. & 74. §. Non desinam. ad medium, à vers. ipse mordicus. & in Ref. 77. §. Ex his.

gularibus, quibus non incumbit cura animarum, non posse præscribere, vt certis tantùm in locis, vel temporibus, aut certarum personarum confessiones audiant; vel alia illorum priuilegia in Sacramentis administrandis restringere, aut moderari. Quid clarius? Ita ille.

Sup. hoc ex seqq. vsque ad dimidium §. Ad illud. huius Ref. ad literam in Ref. seq. §. Sed sentiamus, & seqq.

3. Verùm quoad primum dubium assero id quod alibi firmauimus, nempè talem negationem esse esse iniustam, sed non inualidam, ita vt Regularis non possit excipere confessiones, licet Episcopus peccauerit. Et ideò hanc sententiam me citato tenet Eminentissimus Lugo *de Pœnit. disp.* 21. *sect.* 3. *nu.* 52. vbi sic ait: De Religiosis verò Mendicantibus, & iis qui eorum priuilegiis fruuntur, est specialis difficultas propter quædam priuilegia eis concessa à Bonifacio VIII. in Extrauaganti *Super cathedram de sepulturis*; vbi conceditur, quòd postquam Generalis, vel Prouinciales peterent facultatem ab Episcopo ad eligendos Confessarios, & electos Episcopo præsentarent, si tamen Episcopus eos nollet admittere, haberentur pro admissis, Pontifice eos ex tunc admittente: quod Clemens V. in Concilio Viennensi, relato *in Clement. Dudum, de sepulturis*, de nouo confirmauit, ablata quadam magis ampla concessione Benedicti XI. quæ habetur in *Extrauaganti. Inter cunctas, de priuileg.* Quare Nauarrus *in summ. cap.* 27. *numero* 264. *&* 265. existimat etiam post Tridentinum durare hoc priuilegium, & sufficere licentiam petitam, etiamsi negetur: quia illud priuilegium concessum in duobus Conciliis Generalibus, & contentum in corpore Iuris, nondum videtur sufficienter reuocatum. Quam sententiam sequuntur alij non pauci moderni, quos refert Diana, *tomo* 2. *tractatu* 2. *de dub. Regul. resolut.* 24.

Quæstio est supra Ref. 65.

4. Hæc Nauarri sententia communiter reiicitur, & meritò: quia est contra sensum fidelium, & contra praxim Ecclesiæ, & mentem Concilij Tridentini, in quo procul-dubio intentio fuit reformandi has Regularium facultates; & ideò dictum fuit: *Nullus Sacerdos Sæcularis, vel Regularis, &c.* Et posteà; *Non obstantibus quibuscunque priuilegiis:* alioquin nunc liceret adhuc Regularibus audire confessiones, licet Episcopus ex iusta causa approbationem negaret, cùm in illo priuilegio solùm requiratur, quòd se Episcopo præsentent: quod tamen nemo concedit. Vnde hanc communem sententiam tenent Suarez *in præsenti, disput.* 28. *sect.* 5. *numer.* 13. Vasquez *quæst.* 93. *artic.* 3. *dub.* 3. Coninch. *disput.* 8. *dub.* 7. *numer.* 58. Filliucius 1. *tom. tr.* 7. *cap.* 9. *num.* 158. & alij multi quos refert Diana *loco citato*.

5. Ad illud ergo antiquum priuilegium respondent Suarez, & alij, reuocatum esse in Tridentino: quia cùm decretum etiam Tridentini sit lex Conciliaris, & Pontificia, quæ vim habet corrigendi superiorem legem, etiamsi in iure contineatur, & licet non fiat specialis mentio illius, quando verba posterioris legis hoc requirunt, vt constat ex *cap.* 1. *&* 2. *de Constitut. libro* 6. & in nostro casu lex illa Tridentini nullius esset momenti, pro Regularibus, nisi reuocatum esset antiquum priuilegium. faciliùs fortasse responderi potest cum Vasquez, & aliis, non fuisse necessarium quòd illud priuilegium antiquum reuocaretur: quia illud solùm erat in ordine ad iurisdictionem, ad quam obtinendam ab Episcopo, ipsi præsentabantur Religiosi, quibus si Episcopus nolebat iurisdictionem concedere, Summus Pontifex illam concedebat: hoc autem non est reuocatum, quia Pontifex iam illam concedit, & concessit multis Religionibus independenter ab eo, quòd concedatur ab Episcopis: Tridentinum verò addidit conditionem requisitam ex parte Sacerdotis, vt ei iurisdictio concedi intelligatur; seu vt sit idoneus ad hoc, vt ei, siue à Papa, siue ab aliquo alio iurisdictio delegetur, nempè, approbatio Episcopi quæ si non præcedat, Papa protestatur se ex indispositione subiecti non concedere ei iurisdictionem: quæ conditio introducta fuit de nouo à Concilio Tridentino, & circa eam non habent Religiosi eiusmodi priuilegia. Huc vsque Lugo, cui adde nouissimè Andream Mendo *in Bull. Cruc. disp.* 22. *cap.* 2. *num.* 25. Dicendum est itaque Tridentinum esse ius nouum derogans cuilibet iuri antiquo sufficienterque exprimit derogationem priuilegij cuiuscunque, quo olim Regulares gauderent (quale est illud quod extat in *Clem. Dudum, §. Statuimus, De Sepulturis.* dum asserit, nullum Regularem absque Episcopi approbatione, posse confessiones sæcularium deinceps excipere: quæ expressio opponitur illi priuilegio, nec in suo robore manet, nisi illud derogatum esse censeatur. Semel enim admisso, esse conditionem necessariam, sine qua non approbationem Episcopi à Concilio requisitam, siue is neget eam absque causa, siue cùm illa, inualida erit concessio peracta cum non approbato, sicut esset peracta cum non habente iurisdictionem, ista iurisdictio fuisset absque causa negata. Ita ego alibi contra Cellorium, sed quoad secundum dubium, sto etiam contra Brunum cum eodem Cardinali Lugo *loco citato*, §. 1. *num.* 57. vbi me citato ex communi sententia, & praxi Episcoporum, sic ait; Certum videtur, limitationem illam, siue iustè siue iniustè apponatur, validam esse, ita vt qui approbatus est pro hoc solùm anno, verbi gratia, transacto anno non possit valdè audire confessiones, sine noua approbatione. Ratio est, quia approbatio requiritur essentialiter, vt vidimus ad valorem Sacramenti: hic autem non est verè approbatus anno sequenti, cùm Episcopus solùm iudicauerit eum idoneum pro hoc anno, & non pro sequenti. Idem est quando approbatus fuit ad confessiones virorum, & non fœminarum. Porrò non esse idem approbare pro hoc anno, vel ad confessiones virorum, ac approbare simpliciter: Probatur, quia loquendo de possibili, potest aliquis idoneus esse ad audiendos viros, & non fœminas propter minorem grauitatem, aut propter iuuenilem aspectum, aut propter aliquam suspicionem de ipso conceptam: ergo potest iudicari aptus ad illas confessiones, & non ad istas; ergo non est idem approbare ad aliquas, ac approbare ad omnes. Item potest aliquis aptus esse ad confessiones puerorum, vel rusticorum, & non ad confessiones mercatorum, vel iudicum, qui difficiliores casus habent: non ergo consistit ita in indiuisibili iudicium approbationis, vt non possit diuidi & approbari aliquis ad vnam familiam, vel ad vnum genus personarum, quin approbetur ad omnes. Ita Lugo, qui etiam hoc procedere asserit in limitatione ad certum tempus.

Alibi contra Cellorium supra in Ref. 66. & in aliis eius primæ not & pro hoc seq. & secundo dubio huius textus, in §. 1. huius Ref. & in aliis eius annot.

6. Subdit tamen, quod quando in particulari circa aliquam personam maximè Religiosam Episcopus haberet notitiam sufficientem, vt eam absque limitatione approbaret; non videntur posse absque alia iusta causa opponi eiusmodi limitationes. Nam ille habet ius, vt petat approbationem simpliciter, & absolutam præuio examine, cui se offert: ergo supposita plena notitia, quæ de ipso habetur, non potest Episcopus pro solo libito negare approbationem simpliciter, & dare solùm semi-approbationem: alioquin liceret illi pro libito dare approbationem

probationem pro vna hebdomada, vel pro centum personis; quæ omnia essent in fraudem priuilegiorum Regularium, vt constat. Quando autem fit de facto iusta causa ad apponendas eiusmodi limitationes, hoc arbitrio, & conscientiæ Episcopi relinquimus: dicimus autem, siue iustè siue iniustè apponantur, obseruandas omninò esse: quia ille Sacerdos reuera non est approbatus ab Episcopo pro tali tempore, vel ad tales confessiones, quæ approbatio necessaria omninò est ad valorem absolutionis post Concil. Trident. Huc vsque Lugo, & iterùm ego.

7. Et ad omnium supradictorum confirmationem, vide Isambert. *in 3. part. D. Thom. tom. 3. de pœnit. disput.* 21. *artic.* 4. cuius verba per extensum alibi adduxi: Et ne deseras omninò videre Barbosam *consil.* 1. *per totum*, vbi nostram opinionem firmat contra Patrem Brunum, & respondet ad argumenta contraria, & Mendo *in Bulla Cruc. disp.* 22. *c.* 10. *n.* 102. sententiam Bruni falsam appellat; verùm sententiam Bruni tenet nouissimè Leander à Murcia *in Reg. S. Francisci q.* 8. *c.* 7. *n.* 18. vbi etiam, *num.* 14. docet, Episcopum non posse approbare Regulares absque iusta causa ad tempus, vel ad certas personas, & *num.* 17. sic ait; [Prouable es, que los señores Obispos non pueden limitar à los Religiosos la aprobacion, y iurisdicion, solo por la edad; Assi lo tienen Vega in summa, *tom.* 1. *capit.* 62. *cas.* 7. *pag.* 576. in principio; y Villalobos vbi suprà *num.* 2. y muchos hombres doctos de la Compañ a de Iesus, consultado en el caso; y la razon es, porque en todos los Obispados se da vn Beneficio curado à vn Clerigo de 14. annos sin limitacion alguna; y por el consiguiente puede confessar mugeres, no obstante que no tenga 40. annos; luego no puede auer razon, ni causa iusta paraque se limite la licencia à los Religiosos por este respeto, pues se deue presumir dellos mayor virtud.] Ita ille; sed hoc est contra Praxim Romanam, & aliorum locorum.

Alibi signanter in Res. quæ nunc inuenietur in tom. 1. tr. 3. Res. 24. a §. Sed his vsque ad §. Caueant. Sed aduerte obsecro quod ad fin. huius §. Auctor dicit: Alibi adduxi. & videtur supponere quod ante hanc q. alibi adduxit, & non est ita sed lapsus memoriæ vt etiam in aliis accidit.

RESOL. LXIX.

An non obstante Concilio Tridentino Regulares teneantur se subijcere examini Episcoporum quoad Confessiones audiendas?

Et inter alia, quæ circa hoc in textu huius Resolutionis discutiuntur, etiam ex Sacra Cardinalium Congregatione docetur Prælatos Regulares, seu alios Religiosorum Confessores posse audire confessiones Secularium, qui sunt de familia, aut aliàs deseruiunt Monasteriis, si tamen sunt continui commensales absque licentia, seu approbatione Episcoporum.

Et etiam quæritur, an Prælati Regulares ex Tridentino cogendi sint ad examen, & approbationem Episcoporum ad audiendas sæcularium Confessiones. Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. Res. 12.

Sup. hoc supra in Res. 44. circa fin. in § Decimus quartus. sed lege ibi doctrinam à § Hoc supposito.

§. 1. NEgatiuam sententiam sustinet Pater Bruno *de Priu. Reg. tr.* 5. *c.* 2 *propos.* 1. Firmat enim Extrauag. Bonifacij VIII. super Cathedram, non esse à Tridentino reuocatam: nec etiam *Clem. Dudum, nec Extrauag.* Frequentes, in quibus ne quidem verbum de approbatione, & examine Episcopi mentio fit, sed tantùm de sola admissione ab Episcopo. aut licentia ad confessiones audiendas: ergo cùm illæ Constitutiones non requirant in Regulari, Episcopi examen, & iudicium de capacitate, seu approbatione, sed tantùm præsentationem cum humili petitione licentiæ, ad confessiones audiendas, illa nequaquam requiritur. Quòd manifestè probatur ex declaratione per Pium V. illius cap. Trid. facta per Bullam quæ incipit, *Etsi Mendicantium*, In qua interpretatur, Mendicantes non comprehendi sub illo capite, his verbis, quod verò *in sess.* 23. *cap.* 15. circa confessiones audiendas statuitur, hoc etiam dictorum Ordinum, videlicet Mendicantium Fratres à præfatis suis Generalibus, vel Ministris Prouincialibus ad audiendas confessiones vtriusque sexus fidelium approbatos, vt præmittitur, minimè comprehendat. Quid clariùs? Verùm vt vis huius declarationis perfectiùs dignoscatur, notandum est, quòd Pontifex illam facit, respondendo querelæ Mendicantium ad ipsum delatæ tenoris sequentis; Quòd quorundam locorum Ordinarij quosdam Religiosos, probos viros, & idoneos, etiam à suis Superioribus approbatos ad confessiones audiendas admittere nullo modo volunt. Quibus vides, Mendicantes conqueri, quòd Ordinarij prætextu Tridentini in prauum sensum retorti (vt verbis illius Bullæ vtar) cogebant mendicantes ad approbationem recipiendam, alioquin illos non admissuri violantes in hoc ius commune, quod disponit, approbationem Regularium Prælatorum, & præsentationem Regularis per eosdem factam, sufficere, vt illis præstitis Ordinarij illum, sic præsentatum ad confessiones audiendas admittant. Quam sententiam sustinere coguntur illi, qui Clementinam, *Dudum*, & Bullam Leonis, &c. in Concilio Lateran. editam, inchoatam, Sacro approbante Concilio, sustinēt non esse reuocatas. Ita ille, qui posteà respondet ad aliqua argumenta, & tandem sic asserit; Quod si instes, ex omnibus superiùs conclusis sequi, Regulares omnes ab approbatione, & examine esse exemptos; cùm in Priuilegiis Mendicantium participent: ac proinde decretum Tridentini suo effectu, sicut etiam illud Lateranensis, priuari. Respondebitur, plurima Conciliorum decreta absque effectu existere, vel quia non promulgata, aut recepta; aut quia vsu contrario, vel priuilegio abrogata: cuius generis hæc duo decreta existunt, quæ per priuilegium contrarium, aut per confirmationem priuilegiorum, & Clementinæ *Dudum*, abrogata sunt, quibus priuilegiis, vt alibi ostensum est ac Clementina prædicta potiuntur non Mendicantes, quod aduersarij minimè negare possunt: cùm in vim illius postulent quartam funeralem, & alia tum à Mendicantibus, tum à non Mendicantibus; cùm tamen non sit extensa in terminis nisi ad solos Dominicanos, & Minores, & post à per Ioannem XXII. ad Augustinienses, & Carmelitas. Nec obest huius priuilegij non vsus, qua vt sæpiùs dictum est, non quilibet non vsus derogat priuilegio, præsertim si ille non vsus sit, tantùm secundum quid voluntarius: videlicet ne offendantur Prælati; & quia minus malum, ideò magis eligibile videtur non vtentibus, examinis experimentum ferre, & approbationem recipere, quàm Episcopos exacerbare: dummodò neque tacitè, & virtualiter neque expressè, & formaliter contineat actum in substantia, vel forma repugnantem dispositioni legis: imò etiamsi repugnantem, vt proximè dictum est, contineret, non derogaret ex indultis ab Eugenio IV. concessis, Bulla quæ incipit *Regularem vitam, & alia inchoata*, Ex Apostolicæ Sedis, &c. vt probauimus in primo Tractatu.

2. Quòd autem torrens Doctorum sit contrariæ sententiæ, nihil obest: nam vel plurimi illorum priuilegia non legerunt, aut non satis examinarunt, vel forsan approbationis nomen pro admissione vsurparunt. Nos verò pro nostra sententia habere præmemoratam declarationem Pontificiam, & mul-

tos

tos graues Doctores, Nauarrum *in Manuali capit. 27. numer. 265. & 266.* Rodericum *in Bulla Cruciata, §. 9. num. 10. & 15.* graues Doctores à Diana *citat. 3. part. tract. 2. de Dub. Regular. resolut. 24.* qui omnes existimant per illud Decretum Tridentini non esse reuocatam Clementinam *Dudum*, & ex consequenti nostram sententiam sustinere coguntur, cùm Clementina non postulet examen, & approbationem Episcopi. Huc vsque Pater Bruno, qui tamen consulit Regularibus, ne approbationem, & examen Episcoporum recusent; & subdit tamen, tria, posita obligatione, ad examen certissima esse. Primum, posse Sacerdotem Regularem audire confessiones Sæcularium, qui sunt de familia sui Conuentus, absque approbatione, & licentia Episcopi, ex priuilegiis, quæ multa quoad hoc sunt. Quod etiam Congregatio Cardinalium declarauit explicando dictum *Canon. 15. session. 23.* his verbis, Sacra Congregatio censuit, præfatos Regulares, seu alios Religiosorum Confessores, posse audire confessiones Sæcularium, qui sunt de familia, aut aliàs deseruiunt in eorum Monasteriis, si tamen sint continui commensales, absque licentia, seu approbatione Episcoporum.

Quæ hîc est suprà Ref. 65. in fine. à vers. Et Concilium.

Sup. hoc infrà in §. quoad illa huius Ref. & infrà in Ref. 88. & 89. & in tom. 2. tr. 3. Ref. 24. §. Quæro octauo. & cursim in aliis earum annotationum.

3. Secundum, quod certissimum est, Confessarium Regularem præuio examine Romæ à Vicario eiusdem Vrbis ad confessiones audiendas approbatum, non debere extra Romam examinari à locorum Ordinariis, si in illis Confessiones audire voluerit; sed sufficere præsentationem eius Romæ habitam, & ab eisdem Ordinariis petitionem licentiæ: Sic concessit Sixtus V. Congregationi Oratorij Sanctæ Mariæ in Vallicella 1586. nonis Septembris, vt habetur apud Quarantam *in Summa Bullarij, titul. Confessor.* & tenet Marcellin. à Sancto Benedicto, *verbo Confessor. §. 9.*

Sup. hoc infrà in Ref. 83. §. Notandum est.

4. Tertium, quòd licet Prælati Regulares ex Tridentino cogendi essent ad examen, & approbationem ad audiendas confessiones, priuilegio tamen Cassinensibus per Sixtum IV. concesso eximerentur quo fit illis facultas, vt possint audire confessiones omnium ad eos vndequaque accedentium, & illos absoluere, etiamsi à locorum Ordinariis ad id examinati, & approbati non fuerint: quam facultatem refert Iacob de Graffiis *in suo lib. Consil. consil. 4. de pænit. & remiss. num. 6.* & Marcellinus à Sancto Benedicto, *verbo, Absolutio quoad Monachos, §. 13.* illámque asserit esse in vsu apud Cassinenses, & à Paulo V. confirmatam. Et hæc omnia docet Bruno *loco citato.*

Sup. hoc infrà in Ref. 87. & in Ref. 343. §. 2. & signanter §. 3. & infrà in §. vlt. huius Ref. & in to. 1. tr. 3. Ref. 24. §. 1. & 2. & in tom. 3. tr. 1. Ref. 39. § Quintus casus. & in tom. 4. tr. 3. Ref. 20. § vl. & ibi in tr. 4. Ref. 6. §. 1. ad medium, à v. Deinde.

5. Sed ego aduersus illum contrariam sententiam sustinendam esse puto, vnde relinquendo nomina omnium Doctorum, apponam hîc tantùm verba Patris Mendo *in Bull. Cruc. disp. 22. cap. 2. nu. 41.* vbi sic ait; Opposita opinio est contra fidelium sensum, Ecclesiæ praxim, & Tridentini mentem, cùm enim Tridentinum apposuit ea verba; Nullus Sacerdos Sæcularis, vel Regularis, &c. aliquid nouum statuit circa Regulares, aliàs neutiquam illos expressisset; Vnde hæc lex Tridentini correctoria est primæ legis: at per primam legem tenebantur Regulares Episcopo, solúmque eis concedebatur, vt si non admitterentur ab Episcopo, pro admissis censerentur; igitur hoc vltimum per Tridentinum corrigitur, satisque exprimitur in verbis prædictis, vt quantumuis esset ius commune, reuocatum existimetur, alioquin non esset, in quo verificarentur ea verba Tridentini. Vllus ex Regularibus, cùm ferè nullus, aut nullus priuilegio illo per concessionem, aut per communicationem non frueretur. Nec obstat in hac reuocatione Tridentini non fieri mentionem illius primæ legis; non satis exprimitur reuocatio, & lex posterior vim habet corrigendi priorem, & si eius mentionem non faciat *cap. 1. & 2. de constitut. in 6.* Præterea nihil de iure antiquo corrigitur, cùm in eo non esset quid statutum circa approbationem Episcoporũ; quippè solùm decernebatur, vt Mendicantes præsentarentur Episcopis, ad hoc vt eis concederet iurisdictionem absoluẽdi, quòd si eam negarent, pro admissis censebantur Mendicantes, quia eis Pontifex tunc iurisdictionem largiebatur. Per Tridentinum autem nihil circa hoc est innouatum, sed additum est, vt approbatione indigeant, suprà quam iurisdictio adinueniat, in approbatione autem, nec per Tridentinum, nec per vllum aliud ius conceditur id priuilegium Mendicantibus, vt si Episcopus approbare nolit, censeantur pro approbatis; atque equidem eo priuilegio erat opus, vt approbati censerentur, sicut erat opus priuilegio supradicto, vt censerentur iurisdictione fungentes casu quo Episcopus illam ipsis denegaret.

6. Episcopus tamen limitans, atque negans absque iusta causa Mendicantibus approbationem peccat contra ius, quod ipsi habent ad audiendas confessiones. Nec causa iusta erit reputanda, quòd sint in Vrbe, aut Diœcesi plures alij Confessarij, nam cum ad quemuis euentum Regulares illud ius ex suis priuilegiis habeant, debet Episcopus illud ipsis illibatum seruare, & *cap. quando amplius de priuileg.* ita Mendo.

Sup. hoc in quatuor præcedentibus Ref. & in to. 1 tr. 3. Ref. 24 à §. Quæro septimo. & in tom. 3. tr. 1. Ref. 38. §. Secundus casus. Et pro parte limitationis dictæ licentiæ in Ref. seq. & in aliis eius annot. & in Ref. 4. huius not. §. Probatur. & in aliis eius annot. & ad literam in dicta Ref. à §. verum. & seqq. sicut à §. Sed sentiamus etiã huius textus & Ref.

7. Sed sentiamus etiam verba Eminentissimi Cardinalis de Lugo tunc non Cardinalis, sed Regularis, sic itaque asserit *de pænit. disp. 21. sect. 3. n. 51.* De Religiosis verò Mendicantibus, & iis qui eorum priuilegiis fruuntur, est specialis difficultas propter quædam priuilegia eis concessa à Bonifacio VIII. in Extrauaganti super Cathedram, de sepulturis, vbi conceditur, quòd postquàm Generalis, vel Prouinciales peterent facultatem ab Episcopo ad eligendos Confessarios, & electos Episcopo præsentarent: si tamen Episcopus eos nollet admittere, haberentur pro admissis, Pontifice eos ex tunc admittente: Quod Clemens V. in Concilio Viennensi, relato in Clementina *Dudum*, de sepulturis, de nouo confirmauit, ablata quadam magis ampla concessione Benedicti XI. quæ habetur in extrauaganti, *Inter cunctas de priuilegiis*, Quare Nauarrus *in summa cap. 27. num. 264. & 265.* existimat, etiam post Tridentinum durare hoc priuilegium, & sufficere licentiam petitam, etiamsi negetur: quia illud priuilegium concessum in duobus Conciliis generalibus, & contentum in corpore iuris, nondum videtur sufficienter reuocatum; quam sententiam sequuntur alij non pauci moderni, quos refert Diana *tom. 2. tract. 2. de dub. reg. resolut. 24.*

8. Hæc Nauarri sententia communiter reiicitur, & meritò, quia est contra sensum fidelium, & contra praxim Ecclesiæ, & mentem Concilij Tridentini, in quo procul-dubio intentio fuit reformandi has Regularium facultates; & ideò dictum fuit, *Nullus Sacerdos Sæcularis, vel Regularis*, &c. posteà: *Non obstantibus quibuscunque priuilegiis*; alioquin nunc liceret adhuc Regularibus audire Confessiones, licet Episcopus ex iusta causa approbationem negaret, cùm in illo priuilegio solùm requiratur, quòd se Episcopo præsentent: quod tamen nemo concedit. Vnde hanc communem sententiam tenent Suarez *in præsenti, disp. 28. sect. 5. num. 13.* Vasquez *q. 93. art. 3. dub. 3.* Coninch *disp. 8. dub. 7. num. 58.* Fillincius *1. tom. tract. 7. c. 9. num. 257.* & alij multi, quos refert Diana *loco citato.*

Quæ hîc est sup. Ref. 45.

9. Ad illud ergo antiquum priuilegium respon-

dent

dent Suarez, & alij, reuocatum esse in Tridentino: quia cùm decretum etiam Tridentini sit lex Conciliaris, & Pontificia quæ vim habet corrigendi superiorem legem, etiamsi in iure contineatur, & licet non fiat specialis mentio illius, quando verba posterioris legis hoc requirunt, vt constat. ex *cap. 1. & 2. de constitut. lib. 6.* & in nostro casu lex illa Tridentini nullius esset momenti pro Regularibus, nisi reuocatum esset antiquum priuilegium. Faciliùs fortasse responderi potest cum Vasquez, & aliis, non fuisse necessarium, quòd illud priuilegium antiquum reuocaretur, quia illud solùm erat in ordine ad iurisdictionem, quam obtinendam ab Episcopo ipsi præsentabant Religiosi, quibus si Episcopus nolebat iurisdictionem concedere, Summus Pontifex illam concedat: Hoc autem non est reuocatum, quia Pontifex iam illam concedit, & concessit multis Religionibus independenter ab eo quod concedatur ab Episcopis: Tridentinum verò addidit conditionem requisitam ex parte Sacerdotis, vt ei iurisdictio concedi intelligatur; seu, vt sit idoneus ad hoc, vt ei siue à Papa, siue ab aliquo alio iurisdictio delegetur, nempè approbatio Episcopi. quæ si non præcedat, Papa protestatur, se ex indispositione subiecti non concedere ei iurisdictionem, quæ condiditio introducta fuit de nouo à Concilio Tridentino, & circa eam non habent Religiosi eiusmodi priuilegia. Hæc Lugo.

10. Qui posteà subdit sententiam P. Bruni desumptam ex Nauarra, etiamsi probabilis esset; ad praxim tamen parùm, aut nihil posse conducere; quia facultas illa Prælatis Regularibus concessa exponendi ad confessiones eos, quos præsentatos Episcopus nollet acceptare; concessa quidem fuit cum multis limitationibus, quæ habentur in d. Clem. *Dudum*, de sepulturis, præsertim, quòd renuente Episcopo aliquem ex sibi præsentatis admittere, Prælatus Regularis alium illius loco debeat subrogare. Item quòd non plures præsententur Episcopo, quàm sint necessarij: Sed numerus, inquit personarum assumendarum ad huiusmodi officium exercendum, esse debet prout vniuersitas Cleri, & populi, ac multitudo, vel paucitas exigit eorundem. Quæ limitatio, licet solùm procedat quoad priuilegium ibi concessum, & non de facto, quia de facto Religiosus idoneus ius habet, vt approbetur, licet non sit necessarius, vt suprà vidimus; Qui tamen volunt vti priuilegio illius Clementinæ, deberent illo vti cum illa limitatione ibi positâ. Potest autem Episcopus semper, aut ferè semper dicere se nolle approbare illos Regulares; quia pro numero pœnitentium illius loci, non sunt necessarij plures pro nunc: cuius contrarium in praxi probare difficillimum erit, atque adeò in praxi non video quomodo possit vtilis esse illa sententia cuius assertio aliundè non deseruit, nisi ad irritandos, & acerbandos Episcoporum animos contra personas Regulares. Ita Lugo. & ego.

Sup. hoc suprà post medium. § Quod autē huius Res. & in aliis eius annot.

11. Quoad illa verò corollaria, quæ Brunus certissima putat, ego non certissima, sed nimis dubia, (ne dicam ampliùs) existimo, post Decretum Clementis VIII. & Innocentij X. & quoad primum etiam ante dicta Decreta contra Brunum tenuit Ioannes Præpositus *in 3. part. q. 8. dub. 2. n. 7.* qui adducit responsionem Cardinalium, & ita etiam docet Pater Mendo *vbi infrà n. 31.* & Suarez *de relig. tom. 4. tr. 10. l. 9. cap. 4. num. 18.*

Sup. hoc suprà in § Secundum. huius Res. & in alio eius not.

12. Ad secundum verò, quod asserit Brunus de Confessario Regulari præuio examine Romæ à Vicario Vrbis approbato, &c. Respondeo cum Eminentissimo Cardinali Lugo *de pœnit. disput. 21. sect. 2. numer. 29.* vbi sic ait; Aliqui fortasse prætendebant per communicationem, se habere tale priuilegium, vt semel approbati in Vrbe à Vicario Papæ, censerentur approbati in toto orbe absque nouo examine. Quod quidem priuilegium, ego nunquam apud aliquem Ordinem inueni: apud Congregationem verò Oratorij de Vrbe, de qua rumor sparsus fuerat, inueni Bullam Sixti V. quam refert ad literam Antonius Naldus Clericus Regularis *in summ. verbo Confessio, numer. 39.* in qua inter alia priuilegia, pro quorum perpetuâ cōfirmatione instabat S. Philippus Nerius, erat hoc, vt approbati in Vrbe, non indigerent aliâ approbatione extra Vrbem; quod quidem concessit Sixtus V. sed talibus verbis, quibus gratia redditur ferè inutilis, nempè vt semel præuio examine in Vrbe approbati, possint absque alio examine audire vbique confessiones, de consensu Ordinariorum. Ita Lugo.

13. Et tandem ad tertium corollarium Bruni quod certissimum putat, nempè Superiores Regulares posse excipere sæcularium confessiones absque approbatione, & examine Episcopi, ego contrarium sustinendum esse puto, & ita hanc sententiam, me citato, communem, & veram putat Cardinalis Lugo *de Sacram. Pœnitent. disp. 21. sect. 1. num. 10.* vt ego alibi contra aliquos satis probaui, & ita etiam me citato tenet nouissimè Andreas Mendo *in Bull. Cruc. disp. 22. cap. 2. nu. 30.* & me citato Ioannes Dicastillo *de Sacram. tom. 2. tract. 8. disputatione 10. dub. 2. numer. 264.*

Sup. hoc suprà in §. Tertium, huius Res. & in aliis eius annot.

RESOL. LXX.

An Episcopi possint ex iusta causa approbare Regiosos ad audiendas Confessiones limitatè, v. g. ad viros, & non ad fœminas? Ex p. 3. tr. 2. Res. 25.

§. 1. Affirmatiuè respondeo cum Fagundez *præcept. 2. lib. 7. cap. 2. n. 1.* & Doctoribus citatis in superiori resolutione pro prima sententia.

2. Sed his non obstantibus minimè grauabor hîc apponere verba Henrici Villalobos *in sum. tom. 1. tr. 9. diffic. 53. n. 2.* sic asserentis. [Hauiendo iusta causa puede el Obispo no solamente limitar à los Religiosos la licencia de confessar quanto al tiempo, sino tambien quanto à las personas, como si por falta de sciencia limitasse, que no confessassen mercaderes. Lo mismo dizen esto DD. que puede hazer Obispo por falta de edad limitandoles, que solo confiessen hombres, y no muger hasta que tengan quarenta annos. Mas lo contrario es probable, y se puede seguir seguramente, que ansi lo tuuieron hombres doctissimos de la compania, que fueron consultados à cerca desto, lo qual lleua gran camino, mayormente que à penas parece que se puede dar caso, en que esto sea iustificando, y es menester para ello que aya causa iusta. La razon es, porque en todos los Obispados, se da vn beneficio curado a vn Clerigo de veynta quatro annos sin limitacion ninguna, y por el consiguiente puede confessar mugeres, non obstante que no tenga quarenta annos, luego no puede hauer razon paraque se limite la licencia a los Religiosos, por esse respeto, pues se deue presumir dellos mayor virtud.] Ita Villalobos, & ante illum Vega *in summ. tom. 1. c. 62. cas. 7* quem posteà citat, & sequitur Portel *in dubiis Regul. ver. Confess. 3.* Vide etiam Peirinum *de Relig. sub tom. 1. q. 1. c. 21. §. 2.* & Zanardum *in direct. Theol. p. 1. de sacrament. Pœnit. cap. 24. fol. 296.* Verum praxis Episcoporum est in contrarium, nam limitant Regularium confessiones ad viros, & non ad fœminas.

Quæ hîc est suprà Res. 65. & pro difficultate & doctrina huius Res. in Res. 68. §. Probatur. & in Res. 69. §. Episcopus tamen. & seqq. & infrà in duabus Res. seqq. & in Res. 74. §. Non desunt. & in Res. 77. §. Et eius.

RESOL.

RESOL. LXXI.

An Episcopi possint approbare Regulares, vt non excipiant confessiones mulierum, ante ætatem quadraginta annorum?

De Sacerdotibus sæcularibus non est dubitandum.

Sed docetur Sacerdotem sæcularem pro masculis tantùm approbatum probabile esse posse eligi à fœminis virtute Cruciatæ, & Iubilæi.

Et an possit Episcopus denegare licentiam, & approbationem ad confessiones excipiendas, dicendo se habere superfluitatem Confessariorum?

Et an hæc sit iusta causa? Ex part. 11. tractat. 8. & Misc. 8. Resol. 27.

Sup. hoc in Ref. præterit. & in cæteris aliis eius notat.

§. 1. HIc casus in praxi ponitur in quadam Diœcesi Regni Siciliæ. De Sacerdotibus sæcularibus non est dubium, difficultas est quoad Regulares, & negatiuè respondet nouissimè Dicastillus, *de sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 10. dub. 6. num. 289.* vbi sic ait; Circa Regulares verò difficiliùs est asserere, quod propter solùm defectum ætatis possit Episcopus approbationem coarctare. Nam (vt suprà dicebam ex Conc. Lateran. & Leone X.) examen Regularium restrictum est, vt sit super litteratura duntaxat: ergo quidquid est præter litteraturam, maximè quod pertinet ad mores, non ad Episcopum, sed ad Prælatos Religiosi spectat; ætas autem si propter aliquam rationem obstaret approbationi, solùm esset quatenus defectus maturioris ætatis reducitur ad mores, quia scilicet timeri potest periculum, ne tam intima, & particularis colloquutio iuuenis adhuc Sacerdotis cum fœmina occasio sit, vel ipsi, vel fœminæ, vel vtrique alicujus peccati. Verum autem eius virtutis Sacerdos sit, aut ita se probauerit in moribus, & vita, vt merito possit illi, quamuis iuueni, committi administratio huius Sacramenti fœminis; Prælati potiùs Religiosorum iudicium esse videtur, qui nouit eorum mores, & vitam, quam Episcopi, qui non sibi subditorum non tam plenè aut non tam facilè videbitur posse habere notitiam. Ideò meritò dixit Pontifex in Lateranensi: super litteratura duntaxat; cætera vtique permittens Prælato Religionis. Quod si verum est, aut saltem probabile (vt videtur) omninò etiam videtur probabile, eo ipso, quod Episcopus dedit approbationem super litteratura functum esse munere suo; cumque iurisdictio Religiosi confessarij non dependeat ab Episcopo; hanc enim habet, vel per Bullam Cruciatæ in fauorem pœnitentis, quando ad hoc eligitur, vel quod pleræque Religiones habent) à Summo Pontifice in fauorem ipsius confessarij. Hinc est, vt valeat absolutio comparatione fœminæ, etiamsi verba approbationis videantur etiam restringere ad solos mares ante certam quandam ætatem confessarij. Idque à fortiori docent, & expressè plerique qui putant etiam Sacerdotem sæcularem pro masculis tantùm approbatum probabile esse posse eligi à fœmina virtute Bullæ Cruciatæ, aut Iubilæi. Ita Dicastillus.

Sup. hoc, quod hic docetur in to. 4. tr. 3. Ref. 22. & in aliis eius primæ not.

2. Hanc etiam sententiam docet Leander *de Sacr. tom. 1. tr. 5. disp. 11. q. 85.* posse quidem (ait) interueniente causa, Episcopos cum limitatione Regulares approbare: hanc tamen causam non adesse, quando solùm interuenit defectus ætatis, aut suspicio in moribus (nisi aliàs Episcopus specialem habeat causam tales defectus timendi) sed quando interuenit tantùm insufficientia, aut defectus scientiæ. Ratio est, quia approbatio, quam exigit Tridentinum, *loco citato*, solùm est circa scientiam. Nam quoad mores, tandiù quis præsumitur bonus; quandiù non præsumitur malus. Ex quo colligitur, quod casu quo Episcopus remittat Regularem priuilegiatum ad examen, & examinator dicat, se idoneum illum inuenisse? tunc etiam si Episcopus postea limitet licentiam, vt scilicet non audiat mulieres vsque ad Quadragesimum annum, &c. Non est necesse seruare dictam limitationem. Sic Leander qui posteà pro hac sententia citat Villalobos, Vegam, Lezanam, Mirandam, & Bossium, quibus adde Martinum de San Ioseph *in mon. confess. tomo 1. lib. 1. tractat. 24. de pœnit. numer. 15.* sic asserentem; [Lo mismo se ha de dezir, quando los Obispos, sin iusta causa no admiten los regulares presentados por sus superes al examen, ò despues de examinandos, iniustamente, no les requieren dar licencia para confessar, que queda approbados por la Extrauagante, y Clementina dichas. Ho niego que pueda el Obispo aprobar los Regulares con limite, por defecto de cienci, que para experimentar la los remite à examen el Concilio: pero si auiendo cometido el examen à algun hombre docto, esto les hallo sufficientes, despues no podrà el Obispo limitar la licencia de confessar por tiempo señalado, ò para confessar mugere, por defecto de edar, porque esta limitacion, no valdrà, y podran confessar sin limite, porque la autoridad y iurisdicion, la dà el Pontifice, y no la puede estrechar sin causa el Obispo.] Ita ille. Sed de hac quæstione à me alibi dictum est, & praxis est in contrarium in aliquibus locis.

3. Sed quid dicendum, an possit Episcopus denegare Regularibus licentiam, & approbationem ad confessiones excipiendas, dicendo se habere superfluitatem confessariorum: & an hæc sit iusta causa? Negatiuè respondet Vasquez *3. part. tom. 4. quæstione 93. artic. 3. dub. 5. numer. 5.* Cardinalis Lugo *de pœnit. disput. 21. sectione 3. numer. 54.* vbi ex errore Typographi, verba illa, *sed superfluitatem*, corrige, *solam superfluitatem*. Idem tenet Ioannes Dicastillus *vbi suprà dub. 10. numer. 298.* & Laurentius Longus *in Tabulis sacramentorum, part. 2. cap. 58. numer. 7.* vbi sic ait: Episcopus nolens approbare, vel admittere ad examen approbationis Religiosos ea tantùm de causa, quod in propria Diœcesi constet adesse nimiam confessariorum copiam, peccat contra ius quod ipsi Regulares habent ad audiendas confessiones, vt potè qui per sua priuilegia sunt quasi Parochi fidelium à Summo Pontifice ad tale ministerium delegati.] Ita ille. Sup. hoc infra in Ref. 81. §. vlt.

4. Et ideò asserit Pellizarius *in man. Regular. tom. 2. tractat. 8. cap. 3. section. 2. subsect. 1. numer. 25.* Episcopos nolentes approbare aut admittere ad examen ex eo præcisè quòd in propria Diœcesi censeant adesse nimiam confessariorum copiam, iniustè procedere contra ius, quod ipsi Regulares habent ad audiendas confessiones; vtpotè qui per sua priuilegia sunt quasi Parochi fidelium à Papa delegati ad tale ministerium. Et hoc non obstante, Clementina *Dudum*, in qua dicitur. Sed numerus personarum assumendarum ad huiusmodi officium exercendum, esse debet, prout vniuersitas Cleri, & populi ac multitudo, vel paucitas exigit eorundem: Hæc enim limitatio solùm procedit quoad priuilegium in d. Clementina concessum, non autem absolutè vt notauit Ioan. de Lugo *nu. 55.* addens tamen eos qui voluerint vti priuilegio d. Clementinæ, teneri illo vti cum præfata limitatione.

5. Et posteà subdit: Potest autem Episcopus semper, aut ferè semper dicere se nolle approbare illos Regulares, quia pro numero pœnitentium illius loci

loci non sunt necessarij plures pro nunc: cuius contrarium in praxi probare difficillimum erit, atque adeò in praxi non video, quomodò possit vtilis esse illa sententia, cuius assertio aliunde non deseruit, nisi ad irritandos, & acerbandos Episcoporum animos contra personas Regulares quæ quo magis excutere à se volunt iugum Episcoporum, hac in parte eo magis ab ipsis Episcopis adstringuntur experiri eorum potestatem: E contra verò, quò magis se Episcopis hac in parte subiiciunt, & ostendunt se ab illis dependere, eò experiuntur illos magis benignos, & maiori cum libertate, & pace sua ministeria possunt cum maiori proximorum fructu, ac ædificatione exercere. Hucvsque Lugo, prudenter quidem; quod etiam ego Regularibus consulo.

RESOL. LXXII.

An Confessarius Regularis possit approbari cum limitatione ad tempus, ad personas, &c. Ex p. 6. tractat. 7. & Misc. 2. Resol. 61.

Sup. hoc sup. in Ref. 68. § Probatur. & in Ref. 69. §. Episcopus tamen. & in Ref. 70. 71. & 74. §. Non desinam. ad medium, ipse mordicus, & infrà in Ref. 77. §. ex his.

§. 1. Negatiuam sententiam mordicus sustinet P. Cellotius *de Hierarch. lib. 5. c. 25* vbi sic ait. Postremò de restrictione quod queri potest, leuiorem habet disputationem, duabus breuiter Partibus definiendam. Nam si Religiosus de moribus doctrinaque ritè examinatus non is esse reperitur, qui pœnitentiæ Tribunal pro eius officij dignit. exercere valeat, quidni locis, personisque ipsis interdicatur? quidni annua, vel triennalis tantùm concedatur approbatio; sistendi sese iterùm, & vitæ laudabiliùs actæ, aut comparatæ maioris scientiæ specimen edendi onere perquam salubri imposito? Quòd si virum ponis suis partibus absolutum, cui neque virtus ad exemplum, neque peritia ad animarum regimen desit, qui sit eiusmodi, quales reliquos optare debeas, etiã Parochiali beneficio instructos: huic ego Regulari arctam, & aliqua sui parte luxatam approbationem aio nec debere nec concedi. Est enim, quod semper animo recolendum, approbatio, non fauor tuus, sed veritas; non gratia, sed testimonium, non arbitrij tui libertas, sed eius meritum. Et si negatur iniuria, si sine causa restringitur ab Episcopo, iam ad Extrauag. & Clem. recurritur, & ipso iure à Summo Pontif. absolutè approbatus censetur. Ita ille. Cui adde Zambellum *in Reper. Mor. ver. Confessor quoad authoritatem*, vbi sic ait. Confessor doctus & approbatus ab Ordinario per vnum annum, etiam transacto anno, potest audire cõfessiones, quia remanet approbatus à Papa; *& nu.* 4. ita asserit. Confessor approbatus ab ordinario pro hominibus duntaxat, eo quia ætatis suæ adhuc non tetigit 40. annum, potest etiam audire confessiones mulierum: quia hęc non est causa rationabilis pro coarctatione suæ authoritatis. Ita ille, & alij quos citaui *in 3. p. tr. 2. ref. 25.* Quibus adde Præpositum *in 3. p. de Sacr. pœn. q. 8. dub. 3. n. 17.*

Quæ hic est sup. Re. 70.

2. Sed ibi ego affirmatiuæ sententiæ adhæsi, & illam nouissimè me citato tenet P. Lugo *de pœnit. disp. 21 f. 3. §. 1. n. 17.* vbi ex multis rationibus hoc firmat. Et ideò asserit debere damnari approbationem cum eiusmodi limitationibus ab Episcopis datam, tanquam iniustam, etiam respectu Regularium: possunt enim de facto interuenire vel omnes, vel aliqua ex rationibus adductis, vel aliæ similes, quibus prudenter moueatur Episcopus ad non probandum absolutè, & vniuersaliter, sed cum aliqua limitatione. Nec obstat exemplum illud de Parocho, qui 25. ætatis anno approbatur absque vlla limitatione. Respondeti enim potest mai s examen procul dubiò debere præcedere per se loquendo, circa probitatem & mores Parochi, vt illi committatur animarum cura, & beneficium parochiale, quàm regulariter pręcedat ad probandum Confessar. Vnde nõ mirũ, quòd Parochus approbetur ad omnium etiam fœminarum confessiones, & non Religiosus iuuenis, quem Episcopus non cognoscit. Sic etiam Episcopus eligitur 30. ætatis anno, atque eo ipso approbatur ad absolutiones, & dispensationes grauissimas, quas Pontifex, & Concilia non possent prudenter confidere omnibus Religiosis etiam sexagenariis: quia nimirùm Episcopi electionem præcedit magnum examen circa doctrinam, prudentiam, & mores ipsius, qualem notitiam Pontifex non habet de omnibus Religiosis etiam senibus.

3. Non desinam tamen annotare cum eodem P. Lugo: quod quando in particulari circa aliquam personam maximè Religiosam non procederent prædictæ rationes: sed Episcopus haberet notitiam sufficientem, vt eam absque limitatione approbaret: non videntur posse absque alia iusta causa apponi eiusmodi limitationes. Nam ille habet ius, vt petat approbationem simpliciter, & absolutam præuio examine, cui se offert: ergo supposita plena notitia, quæ de ipso habetur, non potest Episcopus pro solo libito negare approbationem simpliciter, & dare solùm semi approbationem: alioquin liceret illi pro libito dare approbationem pro vna hebdomada, vel pro centum personis, quę omnia essent in fraudem priuilegiorum Regularium, vt constat. Quando autem sit de facto iusta causa ad apponendas eiusmodi limitationes, hoc arbitrio, & conscientię Episcopi relinquimus: dicimus autem, siue iustè siue iniustè apponantur, obseruandas omninò esse, quia ille Sacerdos reuera non est approbatus ab Episcopo pro tali tempore, vel ad tales confessiones, quæ approbatio necessaria omninò est ad valorem absolutionis post Conc. Trid.

RESOL. LXXIII.

An Episcopus admittens Regulares ad audiendas confessiones vsque ad beneplacitum possit dictas licentias ad libitum reuocare? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 26.

§. 1. Ad hanc quęstionem ita respondet Peirinus *sup. priu. Mini. to. 1, const. Sixi V. n. 44.* Licet communiter, quod ad beneplacitum conceditur, possit ad libitum concedentis reuocari. In subiecta tamen materia, puto, quòd non possit ad libitum Episcopus licentiam confessiones audiendi ad beneplãcitum datam reuocare, sed quod requiritur iusta aliqua causa ad sacramentum Pœnitentiæ pertinens. Moueor, nam licentia, quæ datur ab Episcopis Confessariis Regularium ad audiendas Sæcularium confessiones, non est propriè licentia, sed approbatio personæ, & quasi iusta sententia, seu declaratio, quod talis persona est idonea ad confessiones audiendas, vt patet ex ipsis Concilij verbis, *sess. 15. de reform. c. 25.* vbi, *& approbationem*: vnde postquam Episcopi iudicauerint, Regulares esse idoneos ministros sacramenti Pœnitentię, statim Papa illis concedit facultatem d. Sacramentum ministrandi, vt patet ex Clem. *dudum, de sepult.* sed sententia data secundùm regulas iustitiæ non potest reuocari; ergo dicta approbatio facta, supponitur, modis debitis, licet non sit ad beneplacitum, non potest ab Episcopo reuocari absque magna causa, & ad dictum Sacramentum pertinente, vt ait Glossa *in Clem. dudum. ver. concesserint.* Ita Peirinus; sed non desunt alij Doctores contrarium sentientes, quod communiter obseruatur.

Sup. hoc sup. in Ref. 67. cursim in fin. & infrà in Ref. seq. §. Nota. & seq. & in Ref. 77. §. Non desinam. & in Ref. 78. §. §. Sed. & in Ref. 79. §. Verum. & in to. 3. tr. 1. Ref. 36. Quamuis recitatiuè lege §. eius. Notandum secundo.

RESOL.

RESOL. LXXIV.

An licentia excipiendi confessiones præsertim Regularibus concessa, ad beneplacitum expiret, mortuo Episcopo?

Et si constet Regularem esse, v. g. satis honestum, & approbatum, an possit Episcopus limitare licentiam pro accipiendis confessionibus ad annum, ad beneplacitum, ad personas, &c.

Et an approbatio semel data ab Episcopo possit reuocari ab eodem licitè ex causa, & validè etiam absque causa, maximè si dederit illam ad libitum, seu beneplacitum?

Et quid si Episcopus illam dederit absque limitatione?
Ex p. 6. tt. 6. & Misc. 1. Res. 48.

Sup. hoc in Res. seq. & pro Ecclesiasticis quoad hoc in to. 3. tt. 2. ex lata doctrina Res. 145. lege §. Notandum secundò. & ibi in tt. 1. ex Res. 36. §. Verum. prope fin. vers. Et aliundè. & seq. & vide ibi à §. Sed difficultas.

§. 1. Affirmatiuè respondendum videtur; quia voluntas morte finitur, vt patet *ex l. 4. ff. locati, l. centesimis, §. fin. ff. de verb. oblig. & l. vxor. §. Scæuola, ff. de legat. 3. & ex c. si gratiosè, de rescript. in* 6. vbi sic habetur. Si gratiosè tibi à Romano Pontifice concedatur, vt beneficia, quæ tempore promotionis obtinebas, possis vsque ad suæ voluntatis beneplacitum retinere, huiusmodi gratia per obitum, per quem ipsius beneplacitum omninò extinguitur, ex ipso expirat. Ita ibi, & Ancharanus *n.* 6. Geminianus *n.* 3. Francus *n.* 9. Gloss. *in c. à nobis, verb. non nisi, de sent. excomm.* Guttierrez *in pract. q. lib. 3. q. 11. n.* 19. Velascus *de Iur. emphyt. q. 34. n. 7.* Gonzales *ad Regul.* 8. *Cancellariæ, §. 1. in proœmio, n. 9.* Sacra Rota in vna Bononiensi Parochialis die 18. Martij 1613. coram Verospio apud Farinacium *decis. 489. n. 4.* Couarruuias *lib. 3. var. c. 15. n.* 2. Felinus *in c. ex literis, n. 10. de constit.* & alij. Hinc suspensio Banni ad beneplacitum Principis, vel iudicis cessat per mortem illius, vt docet Angelus *consil. 217. n. 9.* Decius *consil. 108. n. 1.* Mascardus *de probation. conclus.* 188. *n. 29. & 30.* Gozzadinus *consil. 22. n. 10.* Gratus *consil. 92. n. 1.* Socinus Iunior *consil. 63. n. 12. lib. 2.* & alij penes ipsos: quibus adde Præpositum *in p. 3. D. Th. q. 97. dub. 4. n. 42.* Suarez *de legibus, lib. 8. c. 32. n. 3.* Pontium *de matrimonio, lib. 8. cap. 19. §. 1. n. 9. & 10.* & Sanchez *lib. 8. disp. 28. n. 52.*

2. Nec valet dicere. Ergo si in dicta concessione non adderentur illa verba, *Ad beneplacitum*, etiam periret gratia, & licentia; siquidem perit voluntas concedentis ex eius morte, ex qua voluntate gratia habet efficaciam: vnde ex his non apparet differentia inter licentiam absolutam & ad beneplacitum. Respondeo ex voluntate positiua concedentis habere gratiam efficacem vt fit; non tamen vt conseruetur; non enim indiget ad sui conseruationem positiua voluntate concedentis; solùm enim requirit, ne adsit contraria voluntas, sc. reuocatio. At quando conceditur ad beneplacitum, tunc indiget positiua voluntate conseruante, quia sub illa conditione conceditur: quare si hæc absolutè cesset, cessat & gratia.

3. Verùm licet supradicta in rigore iuris essent tenenda; tamen contrariam sententiam in casu proposito probabilem putat Castrus Palaus *to. 1. tr. 3. disp. 4. punct. 16. §. 5. n. 5.* vbi sic ait. Addendum existimo non carere probabilitate ex d. verbis non limitari gratiam ad vitam cōcedentis, sed prorogari post illam, quousque reuocetur: quia videntur in communi loquendi modo æquiualere illa verba *ad beneplacitum meum*, illis verbis *donec reuocauero, seu aliter ordinauero*, quia dum aliter non ordinatur semper videtur esse & perseuerare eadem voluntas, & confirmari potest ex vsu, & consuetudine Ordinariorum, cùm facultatem Religiosis, & aliis personis concedunt administrandi; subiungunt ferè semper se velle, vt illa licentia efficaciam habeat, dum fuerit nostra voluntas: At ex his verbis non censentur, neque reputantur licentiæ cessare, quousque reuocentur. Ita Palaus, & aliqui innominati apud Præpositum *in p. 2. q. 97. dub. 4. n. 42.* Quorum opinio confirmari potest ex Molina Iurisconsulto *de primog. Hispan. lib. 1. cap. 15. n. 14.* atque Vanrio *de nullitate ex defectu iuris, de leg. n. 104* asserentibus, quod si Princeps creat aliquem iudicem ad suum beneplacitum, per mortem Principis non amittit officium, & ratio est, quia hi DD. putant tunc gratiam ad beneplacitū cessare morte concedentis, quando concederetur in fauorem, & vtilitatem alicuius personæ priuatæ, secus si concedatur in fauorem publicum, sed licentię excipiendi confessiones potiùs respiciunt fauorem publicum, quàm priuatum. Ergo, &c.

4. Non desinam tamen hîc in gratiā curiosorum apponere aliud principium, pro stabilienda supradicta sententia, quod tamen tenet doctissimus Alphonsus Carança *in alleg. pro Ordinib. Mendicantib. ad Regē, p. 2.* vbi sic asserit [El Confessor idoneo aprouado con limitacion] in omnem euentum poterit se habere tāquam simpliciter approbatum: [y esta es la cosa por que las licencias que communemente se dan en este Arçobispado mienter fuere la volontad del concedente siempre se han reputado y obrado como perpetuas y absolutas, y en virtud dellas han continuado en confessar, despues de la muerte de los Prelados, que las conceden, lo que non hizieran, ny pudieran, si tuuieran la naturaleza de concessiones ad placitū, vel ad libitum, que conforme à derecho sabido, cessan con la muerte del concedente.] Hæc Carrança, in quibus verbis, vt etiam antea dixerat, ipse mordicus tenet Episcopos non solum illicitè, sed inualidè apponere in d. licentiis limitationes quasdam, quando eis constat Confessarium, & præsertim Regularem esse idoneum. Vnde Lugo *de Sacram. Pæn. disp. 11. sect. 3. §. 1. n. 60.* docet; quòd si constaret Regularem, v. g. esse satis idoneum, & probatum, non posse Episcopum limitare ei licentiam pro excipiendis Confessionibus ad annum, ad beneplacitum, ad personas, &c. quia ille habet ius, vt petat approbationem simpliciter, & absolutam præuio examine, cui se offert. Ergo supposita plena notitia, quæ de ipso habetur, non potest Episcopus pro solo libito negare approbationem simpliciter, & dare solùm semi-approbationem. Vnde quando sit iusta causa ad apponendas eiusmodi limitationes, Conscientię Episcopi relinquendum est, qui tamen si sine iusta causa dictas limitationes apponeret, puto ei parendum esse, vt me citato tenet idem Lugo *vbi suprà*.

Sup. hoc sup. in Res. 72. & in cæteris aliis Res. & §§. eius primæ not.

5. Nota tamen hîc, Amice Lector, Cælestinum *in Compend. Theol. Mor. tr. 8. c. 9. q. 3.* obseruasse me docere approbationem semel datam ab Episcopo non posse reuocari ab eodem Episcopo etiamsi dederit illam ad libitum, seu beneplacitum. Sed ego vt legentibus patebit *in 3. p. tr. 2. resol. 26.* assero dictam sententiam docere Peitinum, & contrarium communiter asserere alios Doctores, non benè igitur Cœlestinus dixit me dictam sententiam docere.

Quæ hîc est Res. antecedens & in aliis eius notat.

6. Dico igitur cum Lugo *vbi sup. §. 1. n. 63.* quòd si approbatio data fuit ad beneplacitum, posse reuocari licitè ex causa; & validè etiam absque causa: rationes videbis penes ipsum; qui tamen docet *n. 65.* satis probabile esse, reuocationem sine causa alicuius licentię iam priùs sine limitatione ab Episcopo concessæ non esse validam, quia cùm sit sentētia iudicis iniusta, non videtur posse auferre ius, quod iam Confessarius habebat ex approbatione priùs posita, & per consequens nullum sortitur effectum. Sed magis amplè loquitur Carança *loco citato*, vbi sic ait. [Que si la limitacion

Sup. contento in hoc §. in Res. præterita. & inf. in Res. 77. §. Non desinā. & in Res. 78. §. Sed. & in Res. 79. §. Verum. & suprà in Res. 67. cursim in fine.

Et pro Confessariis sæcularib. in t. 2.tr.3.Ref. 6. in princ.& in tom.3.tt.1. Ref.36. quãuis recitanter lege eius §.Notandũ secundo. & hic infrà in Ref.38.&c.

sin causa de las licentias para confessar es nula y peca el Obispo en su concession estricta, y no absoluta; con quanta mas razon sera nula, y pecara en la reuocacion sin causa del derecho acquirido; en che milita maior razon.] Ita ille.

RESOL. LXXV.

An licentia concessa Regularibus excipiendi confessiones ad beneplacitum expiret mortuo Episcopo. Ex p. 8. tr.7. & Misc. Ref. 74.

Alibi in Ref. quæ hic est antecedens, &quoad hoc pro Confessariis sæcularibus lege doctrinam aliorum §§. eius primæ annot.

§. 1. DE hac quæstione ego alibi,& latè illam discutit noster doctus P.Pasqualig. *to.*1.*decis.* 499.*per totam*, vbi citat plures DD pro sententia negatiua; quibus addo Bordonum *in conf.Reg.resol.*36. *q.*9. *n.*38. Bossium *de Iubilæo,sect.*3. *cas.*2.*n.*10 & nouissimè Raphaëlem Auersam *de sacram. Pænit.q.* 16. *sect.* 4. asserentes in ordine ad Regulares licentiam confitendi ad beneplacitum durare etiam post mortem Episcopi, vt patet ex constitutione Clem. IV. quæ incipit: *Exigentibus,& in Extrauag.Inter cunctas, de priuil.* §. *vt autem*, ibi, Datam verò licentiam per Diœcesanorum mortem nolumus terminari.

RESOL. LXXVI.

An reuocatio confessionum præsertim quoad Regulares facta ab Episcopo sine iusta causa, sit nulla?

Et quid circa hoc, quoad Sacerdotes sæculares; Ex part. 3. tractat. 2. Resol. 22.

Sup.hoc in 1. ef.seq.& in Ref.1.§. post seq.à §. 2. & infrà in Ref. 79 & 81.§. Ab eodem. & supià in Ref.67. cursum in fin. v. qui etiam addit pro illicita reuocatione,&c.

§. 1. TAlem reuocationem non esse nullam docet nouissimè ex Vasq. Turrianus *de pænit.q.*8. *art.*1.*disp.*26.*dub.* 3.Imò Ioan.Sancius *in selectis disp.* 48. *n.* 23. tenet etiam non interueniente causa posse Episcopum licentias confitendi reuocare.

2. Sed ego puto cum Portel *in dub. Reg. ver. confessoris præsentatio,n.*1.non posse Episcopum licitè sine iusta causa approbationem semel concessam reuocare,quia potestas illi data est in ædificationem.Deinde puto etiam probabiliter,licentiam sine iusta causa reuocatam esse nullam,& posse talem Confessarium ex vi prioris licentiæ confessiones audire. Et hanc sententiam docet Suar. *in* 3.*p.to.*4.*disp.* 28. *sect.*8. *dub.* 7. Ratio est quia talis reuocatio sine causa facta,est quasi ablatio iuris iam acquisiti, vel quasi reuocatio sententiæ iustæ sine causa; ergo non tantùm erit iniusta, sed etiam nulla. Et licet hæc opinio quoad Confessarios sæculares non sit ita certa; tamen quoad Regulares omninò tenendam esse puto, per ea quæ adducunt Henriq. *lib.* 3.*de pænit. c.*6.*n.*4.& Peirinus *de priu.Minim.to.*1.*const.*26.*Leonis X.*§.6.*n.*7.vbi sic ait. Si Episcopus Regularem debitè præsentatum,&examinatum indebitè reprobauerit,poterit nihilominus per eius priuilegia licitè,& validè confessiones audire Nam hoc est contra Conc. Trid.*sess.*23.*c.*15.Nam credendum est,Concilium voluisse tantùm idoneis ministris facultatem concedere confessiones audiendi per examen Episcoporum rectè & rationabiliter iudicantium, non autem confouere aliquos eorum in suis passionibus, & odiis contra regulares, & quandoque cum maximo Christi Fidelium scandalo.Quare si quis Regularis cum licentia sui Prælati examinatus,& iudicio examinatorum,vel maioris partis ipsorum fuerit idoneus iudicatus,& tamen propter passionem fuerit ab Episcopo reprobatus (saluo saniori, & meliori iudicio) puto, quòd licitè, & validè poterit confessiones audire,si nihil obstet,v.g.quod non sit malæ famæ, nec scandalosè viuat, quod tamen præsumendum non est, quando adest legitimi Superioris licentia.Ita Peirinus qui adducit Nauarr. Mirandam,Rodriquez,& alios asserentes Clem. *Dudum, de sepul.*per Conc. Trid. esse reuocatam.

Sup. hoc in Ref.1.not. præteritæ, §. 1.sed lege eã per totam,& in Ref. 3. d. annot.& in to.1.tr.1.Ref. 6. in princ. & hic sup.in fin.Ref.74.

3. Igitur si Regularis potest audire confessiones,si iniustè ei licentia denegetur ab Episcopo, etiam poterit illas excipere,si iniustè reuocetur.Et tandè hanc sententiam præter DD.citatos,tenet etiam Zanardus *in direct.Theo.p.*1.*c.*24.§.7.vbi sic ait.Non possunt Ordinarij suspendere , vel impedire Regulares ab audientia confessionum, si semel eos approbauerunt; nam non habent nisi eos examinare, non autem eis iurisdictionem dare,cùm examinare illam intelligantur ante,qui à Papa ex suis priuilegiis,&c.Ita Zanardus. Verùm in facti contingentia consulo Regularibus,vt ab excipiendis confessionibus se abstineant.

RESOL. LXXVII.

An Episcopi possint licitè sine rationabili causa reuocare approbationes liberas Regularium audiendi confessiones?

Et an approbatio Regularium possit ab Episcopo ex iusta & rationabili causa restringi, & limitari ad certum tempus,locum,& personas?

Et an facultas audiendarum confessionum ad beneplacitum per Episcopos concessa , possit quandocunque reuocari?

Et notatur,quòd Regulares ab Episcopo antecessore prævio examine approbatos,possit modernus Episcopus rursus examinare. Ex p.4.tr.4.& Misc. Ref.200.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Gaspar.Hurtado *de sacram. Pænit. disp.* 10. *diffic.* 19. vbi sic ait. Addimus reuocationem approbationi,etiam Religiosorum,quantumuis sine rationabili causa pro solo nutu Episcopi factam esse validam, & licitam. Et in primis est valida,vt aduertit Vasquez,quia approbatio sua natura est reuocabilis,& nullo iure eius reuocatio limitatur. Ergo si de facto fiat reuocatio , quamuis absque rationabili causa fiat, erit valida. Deinde est licita,quia nullo iure prohibetur; non positiuo, quia nullibi extat;nec naturali, quia sicut in principio potuit ab Episcopo pro solo suo nutu absque causa licitè negari, quia nullo iure Sacerdotis, nec alio titulo cogitur Episcopus ad id faciendum; ita etiam post eam factam poterit pro libito absque causa licitè reuocari,quia post approbationem factam nullum apparet ius in approbato acquisitum, vt approbatio ipsius non reuocetur; quia quamuis approbatio sit instar sententiæ,est tamen solùm declaratiua sufficientiæ , quam antea approbatus habebat ; non collatiua alicuius,in quo vel ad quod ius aliquod acquirat,ac proinde sicut potuit à principio licitè pro solo nutu Episcopi non declarari sufficientia Sacerdotis; ita etiam declaratio semel facta poterit licitè pro libito Episcopi reuocari. Ita Hurtado; Sed,pace viri docti,immeritò quidem,& ideò contrariam sententiam teneo cum DD.quos citaui *in* 3. *p.tr.* 2. *resol.* 22.quibus adde Mercerum, *in* 3.*p. D.Th. q.* 8.*art.* 4. *dub.* 2. *n.* 8.& hanc sententiam sequendam esse apparet ex declaratione sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium *in vna Giemensi, & Criolensi* 10. *Augusti* 1630.quam affert Barbosa *in collectan.declarationum ver.Regularis Confessor,& ver. Approbare.* & ex alio decreto sacræ Congregationis 20. *Nouembris* 1615.quod affert Gauantus *in manuali Episc. v. Confessor.n.*23.*&* 24. & Peirinus *in priuil.Minim.to.*1. *const.*2.*Sixti IV.*§.11.*n.*45.non possunt igitur ex dicto decreto

Sup. hoc in Ref.præterita, & in Ref. seq. à §. de Religiosis.& seq.&in Ref. 1. post seq. & infrà in Ref.81.§ Ab eodem.& suprà in Ref. 67. cursim in fin. v. Qui etiam addit. Sed in Ref.1. huius not. agitur de nullitate reuocationis.

Quæ hic est Ref. antecedens.& in aliis eius primæ annot.

decreto Confessarij Regulares suspendi ab Ordinariis, nisi ex noua causa, atque ad confessiones ipsas pertinente, aut ob non seruatum interdictum ab ipsis Ordinariis positum: vnde si contra determinationes huius decreti Confessarij Regulares suspendantur ab audiendis confessionibus, Io. Bapt. Lezana, vir quidem doctus, & amicissimus, *in summa qq. Regul. cap. 19. n. 9.* putat quòd tenentur obedire, sed ne omittas videre me ipsum, *vbi suprà*.

2. Ex his infertur, quòd licet secundùm aliquos approbatio Confessariorum Regularium possit ab Episcopis ex iusta & rationabili causa restringi, & limitari ad certum tempus, locum, atque personas; si tamen id fiat sine iusta causa, probabilissimum est restrictionem non valere. Ita Lezzana *vbi suprà n.* 8. Miranda *in manuali tom. 1. q. 45 n.* 10. Henriquez *lib. 3. de pœn. cap. 6. n. 5. & 9.* & vide omninò me ipsum *loc. cit. resol.* 20.

Quæ hîc est sup. Res. 70. & in Res. 72. & in cæteris aliis eius primæ not.

3. Non desinam tamen adnotare, quòd licet supradicta sint vera, tamen Regularibus facultas audiendarum confessionum ad beneplacitum per Episcopos concessa potest quandocunque reuocari. Ita sacra Congregatio Episc. & Regular. *in vna Papiensi 12. Martij* 1619. apud Barbosam *loc. citat. ver. Regular. Confessor. & ver. Approbare.* contra Petrinum, quem videbis penes me ipsum *vbi suprà, resol. 26.*

Quæ hîc est sup. Res. 73. & in aliis eius not.

4. Et tandem nota, quòd Regulares ab Episcopo antecessore præuio examine approbatos, potest modernus Episcopus pro maiori conscientiæ suæ quiete rursus examinare. Ita S. Congreg. *in vna Albanensi 5. Februar.* 1628. & *in vna Giennen. 10. Ianuar.* 1629. apud Barbosam *vbi suprà* contra aliquos DD. quos citaui, *loc. cit. reso.* 27. Sed nostram sententiam nouissimè docet etiam Lezzana *in summa qq. Reg. c. 19. n. 7.* & Aldanus *in compen. Can. resol. lib. 3. tit. 12. n.* 8.

Quæ hîc est infr. Res. 80. & in aliis eius primæ not.

RESOL. LXXVIII.

An Confessarius Secularis vel Regularis semel approbatus possit ab eodem Episcopo examinari, & licentia data reuocari?

Et quid circa hoc quoad Regulares de Episcopo successore? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. Res. 62.

Sup. hoc pro sæcularibus Confessariis in to. 1. tr. 3. Res. 6. à principio. & cursim prop. fin. v. sed vt nec possint. & suprà in Res. 76. §. 2. ante med. v. Et licet. &c. & infrà in Res. seq. & pro Religiosis Confessariis in §. seq. huius Res. & in aliis eius annot.

§. 1. NEgatiuè respondet Lud. Cellotius *de Hierarch. lib. 5. c. 25.* vbi sic asserit. Tempus est, tempus approbationis exquiram. Putasne illam esse temporariam, an perpetuam? ex Superioris nutu pendere, an semel collatam detrahi non posse? Scis autem non esse gratiam, adóque non perpetuò pendentem ex conferentis arbitrio: istud cùm optimè de iurisdictione delegata dixeris, non item de approbatione. Siquidem nec testimonium est, quod neque meritò negari potest, neque merenti eripi. Vt n. qui Doctoratus lauream consequutus est, eam semper retinet, etiam mutata in eum conferentis voluntate: sic quod semel à te iudicatum est, in tuo ampliùs arbitrio non est. Quod scripsisti, scripsisti. Reuoca tuam à Sacerdote approbationem, si iurisdictionem relinquis, validè absoluet, at non licitè: quemadmodum Doctori ius est docendi, quantumuis Superioris authoritate prohibeatur, & eo facto contra obedientiam Prælato debitam peccet. Quis igitur modus characterem illum delendi? si reddis incudi, si reuocas ad examen, si recoquis illa purgatoria fornace. Quem autem; Sacerdotem sæcularem. Is si denuò satisfecerit, altiùs impressa est approbatio, non obliterabis. Quia testimonium veritati datum perdurante obiecto petere non potest. Si prodiderit ignorantiam, ipse se de libro vitæ deleuit; pronuncia testimonium errore datum fuisse: aut peritiam cui ante datum fuit, euanuisse, desinit esse approbatus.

2. De Religioso autem quid? Non ita mi Lector. Quamobrem? Quia n. semel præsentari sufficit. Cur hoc? Quia sic voluerunt priuilegiorum dispensatores Benedictus XI. ea extrauagante, cui derogauit Clementina nostra, in ius tantùm quæ Bonifacij Extrauaganti erant contraria. Nec à Trid. Conc. nec à Greg. XIII. reuocatum est illud priuilegij genus. Ac licet concederemus illud ab eorum aliquibus antiquatum fuisse; restituit tamen Pij V. pietas quoad forum conscientiæ: qui FF. Minoribus postulante Min. ístro Generali, viuæ vocis oraculo confirmat, & concedit omnia priuilegia, & quascunque gratias, etiam vocis oraculo concessas per bonæ memoriæ Paul. IV. & alios Rom. Pontifices Prædecessores Sanctitatis suæ, cum singulis clausulis, & decretis derogantibus in eis contentis: ita vt illis gaudere, & vti possint toties quoties opus fuerit, & eis videbitur. Et quoad illa quæ sunt restricta seu derogata per Conc. Trid. etiam vti illis possint in foro conscientiæ tantùm. Certè Author est Henriq. Pium V. motu proprio concessisse, vt Religiosus ab aliquo Episcopo examinatus ab eodem iterùm examinari non possit: quòd si sit ex Mendicantibus, nec à successore, vt addit Emanuel Sà. Ita Celloti s.

Sup. hoc in duabus præcedentibus Res. Res. & Res. seq. & in Res. 81 §. ab eo dem. & sup Res. 67. in v. Qui etiã addit. in qui bus agitur de nullitat. & illicita reuocatione.

3. Cuius sententiam & meritò quoad hoc vltimum non approbat Stephanus Bauny *in Theol. Moral. p. 1. tr. 4. q. 10.* & Ioan. Præpositus *in 3. p. de Sacram. Pœnit. q. 8. dub. 3. n.* 17. vbi sic ait. Cæterùm Regulares Ordinum Mendicantium ab aliquo Episcopo approbati præuio examine, non possunt ab eodem examinari; possunt verò à successore: ita Pius V. in bulla edita anno 1571. quæ incipit, Romani Pontificis. Quæ constitutio non est reuocata per Greg. XIII. vt respondit Congregatio. Ita ille. Sed ne deseras recognoscere me ipsum *in p. 3. tr. 2. resol.* 27.

Sup. hoc in Res. not. sec.

4. Sed quoad reuocationem licentiarum ego puto cum P. Lugo *de sacram. Pœnit. disp. 25. sect. 3. §. 1. n. 63. & 64.* Si approbatio Confessarij data sit ad beneplacitum posse ab Episcopo reuocari licitè ex causa, & validè etiam absq; causa non solùm sæcularibus, sed etiam regularib. Ratio est, quia approbatio data cum limitatione, & ad certum tempus, transacto illo tẽpore cessat, vt diximus, & potest aliquãdo approbatio cum tali limitatione conferri ex causa iusta. Quandò autem approbatio ad beneplacitum, est approbatio limitata ad certum tempus vagum determinandum pro arbitrio approbantis: ergo aliquandò licitè dabitur cum illa clausula, quando scilicet sunt causæ suprà adductæ ad dandam approbationem cum limitatione: semper autem valida erit limitatio, ita vt cessante beneplacito approbantis, approbatio eo ipso intelligatur cessare. Deinde assero ex iusta causa, & rationabili posse etiam Religiosis reuocari approbationem priùs absq; limitatione concessam: quod quidẽ quãdo rationabilissima saltem causa intercedit, non potuit negare P. Vasq. erit autem cõtrouersia parui momenti, an causa debeat esse rationabilis, vel rationabilissima: nam si causa rationabilis est, sufficiens est; si n. sufficiẽs non est, erit insufficiens, & per consequens irrationabilis. Porrò posse interdicere causam sufficientem reuocandi approbationem non videtur posse negari; siquidem potest interdicere causa sufficiens auferendi beneficium semel ritè & absolutè collatum, quod multò magis radicatum ius confert, quã approbatio: quæ cùm sit sententia testimon. perhibens de idoneitate alicuius, non apparet, cur mutato obiecto non possit licitè, & iuridicè reuocari. Nam sicut ille qui hodie idoneus est, potest posteà corruptis moribus, vel obliuione doctrinæ fieri ineptus: qui eum hodie declarat idoneum, poterit posteà eum declarare ineptum, & retractare

Quæ hîc est infr. Res. 8. & in aliis eius primæ not. Sup. hoc cu eod. Lugo sup. in Res. 74 §. vlt. & lege alias Res. & §§. eius not & not. primæ dictæ Res.

tractare reuocationem pro tempore sequenti. Etcetera si Episcopi hoc non possent facere, non possent satis consulere suo gregi, cùm non possent prohibere illi Confessarium ineptum semel approbatum, etiamsi clarè constaret de eius ineptitudine. Sed si Episcopus sine iusta causa reuocaret approbationem concessam Regularibus, puto cum Lugo *vbi suprà n.64.* esse non solùm illicitam, sed etiam inualidam talem reuocationem. Et hanc sententiam præter DD. quos citaui *in 3. part. tr. 2. resol. 22.* tenet nouissimè Stephanus Bauny *in Theol. Mor. part. 1. tr. 4. q. 9.* quia, ait ille, Regulares quos Episcopus approbauit vt idoneos, cùm ab eo ampliùs non pendeant in vsu potestatis absoluendi: sed à solo Pontifice Romano, à quo iurisdictionem suam habent, reuocari hæc ab Episcopo non potest, nisi inualidè, ac sine effectu. Deinde reuocatio iustæ causæ, ac iuris per illam acquisiti sine causa, non modò est iniusta, sed etiam nulla, eò quòd sententia quæ data est per regulas iustitiæ, sit irreuocabilis: sed approbatio alicuius ad Confessiones est instar iustæ sententiæ, cùm tali approbatione iudicetur ad eas idoneus: & sic per eam ius ad eas audiendas approbato acquiratur; ergo si tollitur, tollitur iniustè, ac sine effectu: ac proinde poterit Regularis, cui per talem reuocationem videtur fieri iniuria confessiones excipere, vt prius, ita Peirinus *de Priuil. Minimorum, tom. 1. const. 26. Leo X. §. 6. n. 7.*

5. Obiicies. Quod ad beneplacitum datur, potest ad libitum concedentis reuocari: sed ab Episcopo manat ad Religiosos potestas audiendarum confessionum. Ergo, &c. Maior est distinguenda: nam id quod conceditur, merum est beneficium, aut sententia: si primũ, vera est maior: si secundum verò falsa. Ad minorem autem dicendum est approbationem licentiam non esse, sed sententiam, seu declarationem, quòd examinatus dignus sit, qui ad confessiones excipiendas applicetur. Huc vsque Bauny.

6. Et hæc dicta esse volo, non studio contradicendi opiniones, quas nouissimè docuit Lud. Cellotius; est enim vir doctissimus, & eruditissimus, & de cuius lectura magnopere delectatus sum: sed ne Regulares illas in praxi deducant; & hoc ad tollenda dissidia, & remouenda scandala, quæ cum Episcopis oriri possent. Vellem tamen Dominos Episcopos conseruare Regularibus eorum priuilegia & considerare, quod pro illorum tuitione non desunt Auctores magni nominis, & simul agnoscere merita Regularium, & quantùm eis detur pro seruitiis factis, & quæ in dies faciunt Ecclesiæ vniuersali, & eorum particularibus Diœcesibus.

Quæ hîc est supra Ref. 76. & in aliis eius annot.

RESOL. LXXIX.

An Episcopi absque causa possint validè reuocare approbationem, non solùm Confessariis sæcularibus, sed etiam Regularibus?

Et an Episcopus absque iusta causa possit saltem reuocare approbationes Regularium, si data fuerint ad beneplacitum?

Et notatur Sacerdotem semel approbatum, si absque causa ab Ordinario reprobetur, aut suspendatur, posse eligi in Confessarium per Bullam Cruciatæ, si non ex culpâ sua propria hoc euenerit? Ex part. 11. tractat. 4. & Misc. 4. Ref. 15.

Sup hoc pro Confessariis sæcularibus, & regularibus. in Ref. præterita, & pro di-

§. 1. Affirmatiuè respondet Nicolaus Isambert Doctor Sorbonicus *in 3. part. D. Thom. tr. 3. disput. 21. de Sacrament. Pœnit. artic. 4.* Probatur, Approbatio de qua agimus, tandiù debet in confessario moraliter perseuerare, quandiù proxima idoneitas ad Sacramentũ hoc administrandum, supposita iurisdictione, perseuerat in illo, quia est quædam conditio in illo essentialiter requisita, sed hæc approbatio in præsenti difficultate non ampliùs moraliter perseuerat in illo, quia supponitur reuocata: neque potest responderi esse inualidè reuocatam, & sic censeri adhuc moraliter perseuerare, nam hæc approbatio iam concessa, non est minùs sub libera dispositione Episcopi, seu Ordinarij; quàm sit iurisdictio per eum absolutè & simpliciter concessa alicui alieno Sacerdoti in Sacramento Pœnitentiæ exercenda circa proprias oues eiusdem Episcopi; vtraque enim concessio est aliquis actus iurisdictionis, & hic posterior magis propriè quàm sit ille prior solius approbationis; sed Episcopus, seu Ordinarius potest validè (esto non licitè) absque vlla causa legitima, ita reuocare iurisdictionem, quam alicui docto, & probo Sacerdoti dedit pro pœnitentibus in Sacramentali confessione audiendis, & absoluendis, vt Sacerdos ille, vbi hæc reuocatio ei sufficienter innotuit, non possit ampliùs validè pœnitentes absoluere in Sacramento Pœnitentiæ: ergo, & pari iure Episcopus, seu Ordinarius potest validè quidem (esto non licitè) approbationem hanc à se datam alicui pio & docto Sacerdoti absque causa legitima reuocare: itavt in posterùm non possit validè hoc Sacramentum administrare. Deinde probatur; Summum Pontificem dare alicui alieno Sacerdoti speciale priuilegium, quo approbatio simpliciter, & absolutè ei per Episcopum concessa pro confessionibus pœnitentium excipiendis, & Sacramentali absolutione impertienda, non possit reuocari, est signum, talem approbationem esse ex sua conditione reuocabilem per Episcopum, seu Ordinarium, qui illam concessit; nam priuilegium est quædam lex priuata, qua quis eximitur per authoritatem superioris à communi lege; & si hæc approbatio sic obtenta est ex se irreuocabilis; cur petitur, & confertur à Summo Pontifice priuilegium, ne reuocetur; Sed Pius Quintus Summus Pontifex motu proprio decimo-septimo Kalendas Iulij, anno Christi Domini 1567. & octauo Idus Augusti, anno 1571. vt videre est apud Emanuelem Rodericum *tomo 4. quæstionum Regularium, Bulla 6. & 7.* dedit priuilegium Mendicantibus, vt semel approbati cum examine ab Episcopo non possint ampliùs ab illo eodem examinari, sed maneant approbati; ita tamen vt ab eius successore possint iterùm examinari: igitur approbatio absolutè ab Episcopo, seu Ordinario data alicui pro audiendis confessionibus Pœnitentium, iisque Sacramentaliter absoluendis, potest validè etiam sine causa rationabili ab eo, qui concessit illam, reuocari.

ciis sæcularibus in aliis eius primæ not. & pro Regularibus in aliis eius Secundę not.

2. Neque huic nostræ propositioni obstat, quòd in citatis decretis Bonifacij Octaui, & Clementis Quinti, Mendicantes æquentur Curatis, seu Parochis; Episcopus autem non possit etiam absque aliqua causa rationabili impedire Parochum, seu Curatum, ne proprium Paræcianum debitè confitentem, & ritè dispositum validè absoluat. Nec item quòd Pius Quintus Bullis proximè citatis dederit Mendicantibus priuilegium, quod approbatio illis semel per Episcopum concessa, non possit reuocari: nec denique quòd aliqui habeant immediatè à Summo Pontifice iurisdictionem pro hoc Sacramento omnibus & singulis administrando. Hæc inquam non obstant, primùm quidem, quia Mendicantes ibi æquantur tantùm Curatis, seu Parochis penes potestatem absoluendi, quatenùs Mendicantes possunt vi illius vtriusque decreti absoluere pœnitentes ab iis tantùm casibus, à quibus Parochi iure communi possunt

possunt suos absoluere; vt longè dispar est conditio Parochorum à conditione illorum Sacerdotum, quibus hæc approbatio est necessaria, quòd istorum approbatio sit fundata in eorum parochiali beneficio, & illi annexa per Concilium vniuersale; Episcopus autem non possit validè, sine causa aliqua rationabili spoliare Parochum suo beneficio; nec possit nuda, & simplici sua auctoritate disiungere, quæ speciali decreto vniuersalis Ecclesiæ sunt inter se coniuncta; cùm sit hoc inferior.

3. Secundum item non obstat: illud enim rectè potest intelligi de eo, quòd tantùm fit non licitè, non autem de non valido præcisè sumpto (de quo tamen præsens difficultas tantùm procedit) quia expressis verbis ait, successorem eius Ordinarij, qui dedit hanc approbationem, posse, si velit, approbatos à suo prædecessore subiicere examini, & ex consequenti (loquendo absolutè) illam penitus reuocare; deinde, si quis contendat Summum Pontificem ibi agere de valido, respondetur non propterea responsionem nostram esse falsam: hæc enim procedit tantùm de approbatione secundùm se considerata, non autem prout subest speciali subordinationi Summi Pontificis, qui vt supremæ suæ authoritatis potest impedire effectum inualidationis per aliquem Episcopum factæ, nimirum hunc confessarium, de quo agimus, renuente etiam Episcopo suo, seu ordinario approbare pro confessionibus sacramentaliter excipiendis, sicut potest (vt supra docuimus) dare iurisdictionem sufficientem pro excipienda Sacramentali Confessione alicuius Diœcesani contra voluntatem sui Episcopi. Tandem potest responderi priuilegium istud videri abrogatum per Gregorium XIII. Is enim Bulla sua; quæ incipit, *In tanta rerum, & negotiorum mole*, quæque fuit data Calendis Martij anno 1573. & refertur à Roderico loco superius citato, Bulla 38. reduxit litteras, & constitutiones Pij V. pro Mendicantibus, & aliis Regularibus contra locorum Ordinarios ad terminos iuris communis, & decretorum Concilij Tridentini; & per hanc responsionem intelligitur esse satisfactum confirmationi ab Auctoribus contrariæ sententiæ, petitæ ex responso sacræ Congregationis Cardinalium, dato tempore Pauli V. anno 1615. 20. die Nouembris, quod totum de verbo ad verbum Puteanus refert secunda parte de confessione in fine vltimi dubij, nam priori parte Patres illi volunt solummodò Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum ordinariis non licere confessarios Regulares aliàs ab eis liberè approbatos posthac ab audiendis confessionibus suspendere, nisi ex noua occasione, & causa; sicque agunt dumtaxat de licito: nos verò agimus de valido, quod in hac materia latius patet licito; posteriori autem parte statuunt, prædictos Episcopos, & ordinarios nullo pacto posse inconsulta Congregatione omnibus simul vnius conuentus regularibus confessariis facultatem audiendi confessiones adimere, quod rectè potest etiam explicari de licito, quatenus censent, vix posse dari causam rationabilem ad licitè suspendendum omnes simul confessarios vnius integri conuentus; & ideò decernunt, vt antequam fiat talis suspensio, S. Congregatio consulatur, qua loquendi formula significant se tantum loqui de licito, si enim agerent simpliciter de valido, non opus esset hanc adhibere præcautionem, S. Congregatione inconsulta, quæ videtur adhibita, vt possit diiudicari num hæc suspensio fiat ex aliquo odio, aut alio malo motiuo, & sic absque causa rationabili, & legitima.

4. Denique tertium non obstat: est enim iurisdictio aliquid distinctum ab hac approbatione; nam iurisdictio potest aliunde haberi, vt supra animaduertimus quæ tamen, quia non potest ad praxim, & vsum reduci post decretum in Concil. Trident. factum, de illa tamquam essentialiter requisita in confessario, nisi Summus Pontifex conferret ipsi alicui iurisdictionem, simul etiam de speciali gratia illum approbare pro excipiendis omnis Sacramentalibus confessionibus, sicque huic decreto derogaret, quod tamen communiter non facit, quemadmodum constat ex Iubilæis, in quibus semper requirit, vt Sacerdos absoluens etiam virtute Iubilæi, sit approbatus ab ordinario.

5. Et hæc omnia docet Isambert *vbi supra*, cui adde Turrianum *de sacram. pœn. quæstione octaua, artic. 1. disputat. 26. dub. tertio, in fine*, Sancium, & Hurtadum.

6. Sed quicquid sit de Sacerdotibus sæcularibus; quoad Regulares; ergo contrariæ sententiæ adhærendum esse puto; & ita tenent Doctores, quos etiam me citato adducit & sequitur Leander *de Sacr. tom. 1. tr. 5. disp. 11. q. 89.* Sup. in prima Ref.

7. Verùm difficultas est, An Episcopus absque iusta causa possit saltem reuocare approbationes Regularium, si datæ fuerunt ad beneplacitum suum. Respondeo cum Cardinali Lugo *de pœn. disp. 21. sect. 3. n. 63.* quòd si approbatio data fuit ad beneplacitum posse reuocari licitè ex causa, & validè etiam absque causa, non solum sæcularibus, sed etiam Regularibus: Ratio est, quia approbatio data cum limitatione, & ad certum tempus, transacto illo tempore cessat, vt diximus, & potest aliquando approbatio cum tali limitatione conferri ex causa iusta; quando autem approbatio datur ad beneplacitum, est approbatio limitata ad certum tempus vagum, determinandum pro arbitrio approbantis: ergo aliquando licitè dabitur cum illa clausula quando scilicet sunt causæ ad dandam approbationem cum limitatione, semper autem valida erit limitatio; itavt cessante beneplacito approbantis, approbatio eo ipso intelligatur cessare.

8. Verum, his non obstantibus ad hoc dubium negatiuè respondet Leander *vbi supra quæst. 90.* cum Peyrino, Trullench. Fagund. & Ludouico à Cruz, probatur; quia licentia, quæ Regularibus datur ab Episcopis ad confessiones audiendas non est propria licentia, sed approbatio personæ quoad sufficientiam & idoneitatem ad confessiones excipiendas, qua supposita, statim Papa concedit illis facultatem, & iurisdictionem ad sacramentum pœnitentiæ ministrandum, vt patet ex *Clem. Dudum cit.* ergo nequit prædicta licentia, seu approbatio ad libitum Episcopi reuocari.

9. Nota hîc etiam contra Ioannem de la Cruz *in summa part. 2. de sacr. pœn. q. 5. dub. 4. concl. 4.* & alios, Sacerdotem semel approbatum, si absque causa ab Ordinario reprobetur, aut suspendatur, posse eligi in Confessarium per Bullam Cruciatæ, & ita tenet Leander *vbi supra quæst. 32.* si non ex culpa propria hoc euenerit.

RESOL. LXXX.

An nouus Episcopus possit omnes Regularium licentias suspendere, & de nouo illos examinare?

Et notatur hoc ipsum non posse fieri à Capitulo Sede Vacante.

Et an, si nouus Episcopus reuocat omnes licentias, & approbationes audiendi confessiones, non ideo comprehendantur Regulares, quando de illis specialiter

liter non loquitur? Ex part. 3. tractat. 2. Resol.27.

Sup. hoc latè in Res. seq. & supra Res. 77 §. vlt. & in Res. 78. § 2 in lin. vlt. & §. seq.

§. 1. HAnc quæstionem diffusè pertractat Sancius *in select. disp.* 48. *per totam*, affirmatiuam sententiam mordicus tenet quam etiam ego teneo, & tenent Riccius *in praxi tom.* 4. *resol.* 70. *num.* 5. Zanardus *in direct. Theol. part.* 1. *de sacrament. Pœnitent. cap.* 24. §. 4. Fagundez *precept.* 2. *lib.* 7. *capite* 2. *numero* 30. Miranda *in manuali Prælat. tom.* 1. *quæst.* 45. *art.* 7. Campanili *diuers. iur. can. rub.* 12. *cap.* 13. *n.* 70. & alij adducentes constitutionem Pij V. & declarationem Cardinalium.

2. Sed hanc sententiam non ita absolutè esse intelligendam tenet Villalobos *in summ. tom.* 2. *tract.* 9. *diff.* 13. *num.* 5. vbi sic asserit. [El Obispo, que aprobo vna vez al Religioso para confessar, no le puede quitar la licencia ni el capitulo sede vacante, por que no le da ella iurisdicion sino el Papa, ni le pueden boluer examinar, mas podrale examinar el Obispo successor pro maiori conscientiæ suæ quiete, que es quando fuere necessario para la seguridad de su conciencia conforme à vna Bula de Pio V. y lo declaran assi los Cardinales, y dizen, que no està esto reuocado por la Bula de Gregorio XIII. que endereza esta, y otras à los terminos del derecho comun, y assi se pratico en Roma. Esta permision es para que, quando los Obispos entran de nueuo stuuieren informados, que algun particular no tiene la suficiencia deuida, le pueden mandar examinar de nueuo, Mas no se entiende por esto, que pueden reuocar generalmente las licencias de todos los Religiosos ad nutum, y mandar, que se bueluan à examinar de nueuo, que esto no lo pueden hazer, como han dicho personas muy doctas, que han sido consultados à cerca desto.] Ita ille, & post illum Alphonsus Carranza, qui in fauorem Regularium contra Archiepiscopum Toletanum edidit quoddam pulchrum consilium, lingua Hispanica conscriptum, quod omnino legendum est. Vide etiam aliud consilium impressum Barcinonæ anno 1618. in fine explicationis Bullæ Cruciatæ Emanuelis Rodriquez, & subscriptum à 19. Doctoribus, qui ex multis rationibus firmant sententiam in fauorem Regularium. Sed praxis Episcoporum est contra Regulares. Vide etiam Becanum *de Sacram. cap.* 8. *q.* 11. *num.* 4. & Henriquez *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 5. & 6. Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib.* 2. *capite* 6. *dub.* 4. *concl.* 4. Vasquez *in* 3. *part. tom.* 4. *q.* 93. *artic.* 3. *dub.* 5. Ledesmam *in summ. tom.* 1. *de sacrament. Pœnit. cap.* 13. Lopez *in instruct. part.* 2. *cap.* 8. & Nouarium *in conclusionibus noui iuris Pontificij, conclus.* 69. *n.* 3.

Sup. hoc infra in Res. 82. & supra in Res. 43. §. A esso mesmo. & seqq. & in tomo 3. tr. 5. Res. 33.

3. Notandum est tamen hic obiter, quod quamuis DD. citati asserant, id fieri posse ab Episcopo successore, & compelli, vt Regulares iterum præsententur, vt si opus fuerit, examinentur, & approbentur. Negamus tamen id fieri posse à Capitulo Sede Vacante, vt patet per priuilegium particulare Clem. IV. & docet Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *quæst.* 45. *art.* 7. *ad finem*, & Fagundez *præc.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *numero* 28. qui etiam *num.* 30. & optimè notat, quod si nouus Episcopus reuocet omnes licentias, & approbationes audiendi confessiones, non comprehenduntur Regulares, quando de illis specialiter edictum non loquatur; & ita etiam docet Henriquez *lib.* 3. *de Pœnit. c.* 6. *n.* 6. quia in odiosis Regulares non comprehenduntur, nisi explicentur.

RESOL. LXXXI.

Vtrum Episcopus successor possit reuocare approbationes Religiosorum à suo prædecessore concessas?

Et an ab eodem tamen Episcopo, si præuio examine fuerint Religiosi approbati, nouo examini subiiti non possint?

Et infertur nullius particularis Religiosi approbationem suspendi posse à Prælato, à quo fuit concessa, tametsi non præuio examine concessa fuerit, nisi prius in particulari causa noua, & legitima suspensionis & probata fuerit.

Et notatur non posse Episcopos non admittere Regulares ad confessiones audiendas ex eo tantum, quod non sint necessarij tot Confessarij in sua Diœcesi, &c. Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. Res. 52.

Sup. hoc in Res. præterita, & in aliis eius primæ annot.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Castrus Palaus *tom.* 4. *tract.* 23. *per not.* 19. *numero tertio, cum sequentibus*, vbi post multas sic ait: Cæterum omnino dicendum est à successore reuocari dictam approbationem posse, vt supponitur à Pio Quinto in quodam motu proprio edito anno 1571. incipiente *Romani Pontificis*; ibi enim conceditur Episcopis vt possint Religiosos omnes à se non approbatos præuio examine præcedenti examinare. Ex qua concessione manifestè infertur, illis concedi reuocare approbationem posse, si facto examine indignos approbatione inuenerint, aliàs frustra examini subiicerentur. Ex quo manifestè infertur expleta approbatione non finiri ordinationem legationum; sed in ipsis eorumque successoribus continuari vt causa iusta exigente suspendere, vel mutare approbationem possint.

Sup. hoc supra in Res. 76. 77. & 78. à § De Religioso. & in Res. 79. & supra in Res. 67. cum sim in fine, vers. qui etiam addit.

2. Ab eodem autem Episcopo si præuio examine fuerint Religiosi approbati, nouo examini subiici non possunt: & consequēter nequit Episcopus eorum approbationem suspendere, aut aliquo modo reuocare. Sic expressè conceditur à Pio Quinto in dicto motu proprio, qui non est reuocatus per Gregorium XIII. vt ex declaratione Cardinalium testantur Barbosa, Fagund. Suar. & alij supra. Notanter dixi præuio examine: nam si nullo examine præcedente aliquem Regularem Episcopus approbauerit poterit examini subiici: quia ex nullo priuilegio contrarium videtur cautum, vti aduertit Suar. 4. *de pænit. disput.* 28. *sect.* 8. *num.* 5. Fag. *dict. lib.* 7. *capite* 2. *num.* 27.

3. Ad extremum notandum est, Sacram Cardinalium Congregationem decreuisse 20. Nouembris anni 1615. prout refert Barbosa *allegat.* 25. *num.* 30. ne Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum ordinariis, ad quos confessarios approbandi ius spectat, confessarios regulares alias ab ipsis liberè approbatos ab audiendis confessionibus suspendere posthac liceat, nisi ex noua causa, eaque ad confessiones pertinente, aut ob non seruatum Interdictum ab ipsis Ordinariis positum. Insuperque ne confessiones audiendi facultatem omnibus simul vnius Conuentus Regularibus confessariis eadem Sacra Congregatione inconsulta adimere possint. Ex quo decreto videtur inferri non posse iam locorum Ordinarios generali suo edicto Religiosis omnibus approbationem suspendere, nisi denuo examinentur: quia ex hoc generali decreto omnibus confessariis Conuentus simul licentia adempta esset. Deinde infertur nullius particularis Religiosi approbationem suspendi posse ab eo Prælato, à quo fuit concessa, tametsi præuio examine concessa non fuerit, nisi prius in particulari causa

causa noua legitima suspensionis cognita, & probata fuerit: quod est conforme doctrinæ Henriq. *lib. 3. de pœnitent. cap. 6. §. 6.* à successore autem videtur suspendi posse. Tum, ne dicamus motum Pij Quinti reuocari hoc Congregationis decreto. Tum quia hoc decretum manifeste insinuat de ipsis concedentibus approbationem loqui, non de successoribus, vt colligitur ex verbis, aliàs ab ipsis liberè approbatos. Hucusque Palaus. Vide etiam Amicum *in curs. Theol. tom. 8. disput. 15. sect. 3. numer. 134. & 136. & 137.*

4. Sed nouissimè negatiuam sententiam mordicus sustinet Pater Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 8. disputat. decima, dub. 11. cum sequenti*, vbi post adductum motum Pij Quinti superius à Castro Palao allatum, sic asserit *num. 310.* Asserendum nihilominus est huiusmodi motum Pij Quinti reuocatum fuisse à Gregorio XIII. anno primo sui Pontificatus, in constitutione, quæ incipit, *In tanta negotiorum mole*, in qua reducit omnes dispositiones Pij Quinti erga Regularium confessiones ad terminum iuris communis, & Concilij Tridentini. Quam constitutionem Gregorij refert Nauarrus *in summa Latina in fine*, errantque toto cœlo Henriq. & alij, dum per occasionem in Nauarro decepti sunt, existimantes illum dicere eam constitutionem non fuisse publicatam; neque enim Nauarrus id dicit de illa ipsa Constitutione, sed de alia quadam Bulla eiusdem Pij Quinti, vt constat ex citatis ad marginem in fine suæ Summæ.

5. Porrò esse reuocatum prædictum motum Pij Quinti à Gregorio VIII. in prædicta bulla *In tanta negotiorum*, apertissimè constat in ipsa Bulla; nam recitatis primo, & secundo motu proprio Pij V. circa regularium approbationem quoad confessiones, cum aliis multis quæ in eis decreuit Pius, sic loquitur Gregorius. Nos hac varietate cognita statuimus de prædictis, & omnibus aliis litteris, & constitutionibus, quæ ab eodem prædecessore eis de rebus pro quibuscumque Regularium Ordinibus quomodolibet emanauerint, ac omnibus, & quibuscumque in eis contentis, eam deinceps dispositionem ac decisionem pro subiecta materia futuram esse, quæ siue ex iure veteri, siue sacris dicti Conc lij decreris, siue aliàs legitimè antedictarum litterarum erat. Ad quam dispositionem illa omnia reducimus. Hactenus Pontifex. Standum ergo est verbis Concilij Tridentini, & eius legitimæ interpretationi seclusa declaratione Pij V. ac si nunquam emanarit à Pontifice vt ibidem dicit Gregorius XIII. atque ita docet Vasquez infra referendus cum multis aliis.

6. Nec illius declarationis, seu decreti Congregationis habetur authentica notitia, vt opus erat, maximè cùm sæpè soleant esse, vt notabimus *dub. 9.* non semel præsertim *num. 254.* circa eandem difficultatem declarationis Congregationis illius, non solum inter se diuersæ, sed aduersæ, atque in hoc ipso negotio ita contingit teste Suario *disp. 28.* qui dum de hac re *disp. 8. assert. 1.* refert esse quandam declarationem Cardinalium *num. 664.* in qua generaliter statuitur semel promotum ab Episcopo, non posse iterum ad examen vocari, nisi causa noua sit orta. Accedit quod multi opinantur satis probabiliter, huiusmodi declarationes non obligare in foro interno, nec externo, nisi vel publicentur sicut leges ipsæ, vel per modum sententiæ definitiuæ dentur, quamuis sint magnæ auctoritatis, & iuxta illas possit Iudex sæpius definire, perinde atque iuxta interpretationes, & declarationes Sapientum. Qua in re quod cum aliis dixerim, vide, si placet, supracitatum *num. 254.* & duos sequentes. Verum autem, & legitimum sensum illius declarationis Cardinalium postea subiicimus; ostendentes etiam posita illa declaratione, Ordinarium non posse iterum examinare Regularem semel approbatum solo suo arbitrio, & mera voluntate.

7. Habemus igitur dispositionem solius Concilii Tridentini *sess. 23. c. 15. de Reform.* seruandam esse, & iuxta illam, & præcedentia antiqua iura in hac materia esse decidendam: sed in tali decreto, aut aliis iuribus non præcipitur, vt semel idoneus, & approbatus ab Episcopo in aliqua Diœcesi, iterum ab eodem vel à successore approbetur, vel possit iterum examinari reuocata priori licentia, nec distinguit de eodem, vel de successore, atque adeo si idem qui approbauit non potest iterum: nec potest successor: ergo absque fundamento extenditur ea facultas.

8. Vnde Vasquez *de pœnitent. quæst. 93. art. 3. dubio 5.* cum retulisset renouationem factam à Gregorio illius Constitutionis Pij Quinti atque adeò dicendum esse secundum ius commune existimo non esse in Religiosis plus, quam vnicam approbationem in quacumque Diœcesi, & ita meмini me legisse in originali Bullæ Cruciatæ concessæ Regnis Hispaniæ, concedi priuilegium suscipienti eligendi Confessarium, quem velit ex approbatis sæcularem aut Religiosum, & de Religiosis (inquit) saltem semel approbatum. In quo existimo noluisse Pontificem nouum inducere priuilegium circa approbationem, sed quod iure communi li itum erat, aut statutum circa approbationem, illud in priuilegio expressit obseruandum. Et ratio est, quoniam cùm Episcopus semel approbauerit Religiosum, iam ille iure censetur idoneus, & ipsi ab Episcopo iurisdictio impediri non potest. Vnde nec reuocari approbatio. Hactenus Vasquez.

9. Quod si dicas etiam Religiosis dati iurisdictionem à Pontifice dependenter ab approbatione Episcoporum, facilè admiserim: sed ab approbatione in fieri, aut semel danda, non tamen ab approbatione dependente non solùm in fieri, sed in conseruari: id enim sine fundato dicitur, & esset probandum ab Ordinario aliqua idonea ratione, vel Textu: nec sufficit quod ipse Ordinarius sic intelligat; quia ipsi non est tanquam Iudici, aut Superiori data facultas interpretandi Concilium: nostra verò expositio & verbis, & iuri, & rationi & consuetudini Pontificum conformis est iuxta dicta, & constat ex tenore Bullæ Cruciatæ Latinæ, quam ego quoque non semel legi, & expendi.

10. Verba autem Bullæ Cruciatæ Gregorij XIII. anno 1573. die 10. Iulij, sic habet: Possint eligere Confessorem sæcularem, vel cuiuscumque etiam Mendicantium ordinis Regularem ex iis, qui ab Ordinario, & quoad Regulares semel tantum approbati fuerint. Cui priuilegio Bullæ Cruciatæ non potuit derogari per Pium Quintum citatum, nec per Tridentinum, cùm ambo præcesserint. Postea verò per alios Pontifices successiuè huiusmodi priuilegium confirmatum, & prorogatum fuit, cuius prorogationis factæ mihi constat vsque ad Paulum Quintum; quid autem fecerint postea Gregorius Decimus Quintus, & Vrbanus VIII. legisse mihi non contigit. Credidetim tamen minus fuisse indulgentes, nec restrinxisse verba Bullæ suorum Prædecessorum. Hæc Dicastillus.

11. Qui postea *num. 321.* ita subdit: Iam licet concedamus, quod Ordinarius volebat, Bullam scilicet, Pij Quinti iuxta declarationem illam Cardinalium asserentium eam non esse reuocatam per Greg. XIII. vim suam habere, atque adeo posse semel approbatum,

tum, rursus exam nari à successore pro suæ conscientiæ quiete (vt loquitur Pius V.) nihilominus existimo cum Henriquez *supr. de pænit. litter. S.* tantùm intelligendam esse in particulari casu erga istum, aut illum causa cognita, & probata; quia in genere & vniuersaliter non licet dubitare de idoneitate Regularium ex vno, aut alio minus idoneo: nec sanè æquum: sed satis exorbitans est, omnes alios bene meritos velle molestare, aut vexare. Inuigilet, si velit Ordinarius, aut inspiciat an aliquis sit minus idoneus, vel publicè si velit, per edictum aut per Notarium in visitatione, aut extra per viam Inquisitionis generalis inquirat an aliquis querelam habeat de sufficientia alicuius Confessarij, admittatque rumores, & denuntiationes, si de aliquo fortè sint in ea materia, & tunc causa cognita, & probata rursum examinet, & approbet vel reprobet iuxta ea, quæ inuenerit in tali examine.

12. Ita habetur in noua declaratione, seu decreto Congregationis Romæ 20. die Nouembris ann. 1615. in qua Eminentissimi Domini Cardinales enarratis scandalis, quæ ex opposito modo procedendi sequuntur, statuunt ac decernunt Ordinariis, ad quos ius approbandi spectat, Confessarios alias ab ipsis liberè approbatos, ab audiendis confessionibus suspendere post hac minimè licere; nisi ex noua causa, eaque ad confessiones ipsas pertinente, aut ob non seruatum Interdictum ab ipsis Ordinariis positum. Statuunt insuper, eosdem Ordinarios Confessiones audiendi facultatem, omnibus simul vnius Conuentus Regularibus Confessariis eandem Sacra Congregatione inconsulta, nullo pacto adimere posse: Quod quidem decretum, vt iidem Eminentissimi Patres opportunum & necessarium duxerunt, ita inuiolabiliter iubent obseruari. De quo decreto non potest dubitari, cùm authentica de illa habeatur relatio in scriptis non solum Romæ; sed apud multas Religiosas familias, vt vel inde appareat, quàm immeritò post aliquot annos suborta fuerit contentio vnius, aut alterius Ordinarij cum Religionibus in cognita causa reuocantis generali quadam reuocatione approbationes iam semel ritè habitas.

13. Expendendum verò est, in eo Decreto & declaratione non distingui inter approbantem Ordinarium, & successorem; est enim eadem ratio, & neuter potest aliquid erga Regulares in hac materia; nisi cognita causa; sed quia regulariter Successor, qui non existimauit, nec approbauit Regularem iam approbatum, si ex vno capite ignoret sufficientiam illius, & ex alio oborta fuerit aliqua considerabilis suspicio, poterit causa cognita & probata circa sufficientiam ad suæ conscientiæ quietem, illum iterum examinare. Hucusque Dicastillus.

14. Et hanc sententiam præter Vasquez, Villalobos, & alios, tenet etiam nouissimè Leander *de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disp. 11. quæst. 91.* vbi me citat pro affirmatiuâ sententia, sed licèt illam ego olim docuerim, & ab ipsa nunc neque recedam, tamen optarem Sacram Congregationem ad tollendas controuersias inter Ordinarios, & Religiosos, stantibus adductis à Dicastillo, *vbi supra*, hanc difficultatem declarare.

15. Nota hic obiter, Dicastillum ex Vasquez docere *vbi supra, n. 311. & dub. 10. n. 298.* non posse Episcopos non admittere Regulares ad confessiones audiendas, ex eo tantùm quod non sint necessarij tot Confessarij in sua Diœcesi, nam si digni sunt, debent approbari, vt possint à volentibus eligi. *Sup. hoc magis latè & clarè supra in Ref. 71. §. Sed quid & seqq.*

RESOL. LXXXII.

In quadam ciuitate, mortuo Episcopo, Vicarius electus a Capitulo reuocauit licentias audiendi confessiones, quas habuerant Regulares, volens illos nouo examini subiicere, quæsierunt à me, an licitè hoc fecerit? Ex p. 8. tr. 7. & Misc. Ref. 94.

§. 1. ET respondi negatiuè cum Francisco Bordono *in consil. Regul. resol. 36. quæst. 4. n. 24.* quia, ait ille, ista reuocatio conceditur futuro Episcopo, in cuius locum non succedit Capitulum, sed in locum præmortui; ergo neque in reuocatione. Tum, quia id conceditur pro tranquillitate, & quiete conscientiæ futuri Episcopi, quod signum est, hanc concessionem iterum examinandi Confessarios Regulares non respicere Sedem vt sic, sed personam de facto sedentem; in Sede autem Episcopali non potest sedere Capitulum, cùm non habeat dignitatem Episcopalem, præterquam quòd non esset Capitulum Sedis vacantis. Tum, quia iterum examinare est quid odiosum, & pertinens ad potestatem delegatam à Sede Apostolica respectu Regularium, vt notum est, cùm Regulares sint exempti ab Episcopo, & multo magis à Capitulo; sed hoc non succedit Episcopo in iis, quæ illi competunt iure delegato, vt ex Feder. de Senis *consil. 30.* Abbate, *in cap. cùm olim, de maior.* & aliis allegatis docet Quar. *cit. initio additionis*, & ratio est. quia iam non ageret vices Episcopi mortui, sed Papæ delegantis, vt dixit Gemin. *in cap. vnic. de maior. in 6.* ergo non potest eos iterum examinare. Non est igitur audiendus Marchinus *de bello diuino, part. 5. cap. 4. num. 15.* Vide Lugum *de sacrament. Pœnitent. disp. 21. sect. 3. §. 2. numer. 62.* Et ideò nostram sententiam præter Bordonum tenet in terminis noster P. Debellis in doctissima allegatione Hispano idomate conscripta *part. 1. assumpt. 2. n. 1. & 2.* vbi clarè probat Vicarium in Sede Vacante non habere potestatem suspendendi Regulares à munere confessiones audiendi.

Sup. hoc supra in Ref. 63. §. Aesso mesmo. & seqq. & in Ref. 80. §. vlt. cursim ante medium, vers. Negamus. & in tom. 3. tr. 5. Ref. 33.

Sup. hoc iure delegato supra in Ref. 61. §. 1. ad mediū, vers. Que el Vicario. & in to. 3 tr. 5. Ref. 2. & si placet lege etiam doctrinam aliarum Ref. eius primæ not.

RESOL. LXXXIII.

An Regulares approbati in vna Diœcesi, si in itinere commodè non se possint præsentare Ordinariis, possint confessiones audire, non repugnantibus tamen Parochis?

Et an Regulares Confessarij præuio examine approbati ad audiendas confessiones in Vrbe Roma, an egeant approbatione extra Vrbem, ab aliis Ordinariis?

Vt notatur, quod stante Constitutione Vrbani VIII. possunt hodie Regulares, si in aliena Diœcesi inuenerint subditum Diœcesis, in qua fuerunt approbati eum audire, & absoluere, quod etiam potest quilibet Sacerdos sæcularis. Ex p. 3. tr. 2. Ref. 123.

§. 1. EX priuilegij Eugenij IV. & Gregor. XIII. concessis Ordini Minorum, & Societati Iesu, vt patet apud Peregrinum *in compend. priuileg. part. 1. tit. absolutio quoad sæculares, §. 5.* apud Mirandam *in manuali Prælat. tom. 1. quæst. 45. art. 8.* & alios Confessarij Concilij Tridentini, quando non possunt commodè se præsentare Episcopis, quia sunt in itinere, vel alibi, possunt fidelium confessiones audire in illis locis, aut oppidis, vbi Ordinarij non existunt, non repugnantibus tamen Parochis. *Quoad hoc lege latam doctrinam trium Ref. seqq. & etiā latè in tom. 1. t. 3. & Ref. 14. §. vlt. & Ref. 14. §. Probatur.*

2. Sed his priuilegiis, an sit derogatum per constitutionem Vrbani VIII. editam die 17. Septemb. 1628. quæ

quæ incipit, *Cùm sicut accepimus*, secundùm opinionem Alphonsi de Leone *tract. de offic. & potest. confess. tom.2. recollect.10.num.56.* non est certum, quia etsi, ait ille, per dictam constitutionem reuocantur omnia indulta vt ex eius titulo apparet, audiendi sæcularium confessiones, absque Ordinarij, &c. tamen, vt etiam in corpore illius constitutionis constat, ibi est sermo de facultate generali audiendi confessiones sæcularium absque approbatione, vel examine Ordinariorum. Sed in casu nostro indultum est speciale, quando Regulares sunt in itinere, & commodè non possunt se præsentare Ordinariis. Tamen, quia in dicta constitutione interdicta est illis interpretatio, & reuocantur indulta ex quauis causa concessa, etiam de necessitate exprimenda, vt tutius procedatur in futurum in re tam magni momenti, esset petenda declaratio. Hæc omnia Leone; qui etiam obseruat, quòd si dictum priuilegium non est reuocatum, possunt Regulares eo vti, quando reperiuntur in aliquo loco distanti ab eo, vbi residet Ordinarius etiam si ibi manerent recreationis causa, quia secluso omni dolo, & fraude, si non possent se præsentare Ordinario, militaret ratio priuilegij. Ergo, &c.

Sup. hoc supra in Ref. 69. §. Secundum. & §. Ad secundum.

3. Notandum est hîc obiter primò, quòd stante dicta constitutione Vrbani VIII. cessat hodie priuilegium, de quo Molfesius *in summ. tom.1. tract.7. capite 16. num.25.* Campanili *in diuers. iur. canon. rub.12. cap.13. num.7.* & alij, concessum Congregationi Oratorij S. Mariæ de Vallicella, & per communicationem aliis Religionibus, nempe Regulares Confessarios præuio examine approbatos ad audiendas confessiones in vrbe Romæ, non egere approbatione extra Vrbem ab aliis Ordinariis, sed sufficere tantùm coram illis se præsentare, & ostendere licentiam Romæ habitam, non, inquam, hoc priuilegium amplius valet, nam Vrbanus VIII. in dicta constitutione annullat, & reuocat omnia priuilegia concessa quibusuis Religionibus, Societatibus, &c. audiendi sæcularium confessiones absque Ordinarij examine, & approbatione. Et ita docet Leone *vbi suprà, num.86.* qui *num.45.* ponit per extensum dictam Vrbani constitutionem.

...hoc in ...n.1.tr.3. ...10.& ...muis pro ...nfessariis ...laribus ...tamen ...n Ref. & ...is Prime & hic ...in Ref. Vide ...a verba ...d. inter ...um & ...ipium, ...postea & seq.

4. Nota secundò cum eodem Leone *num.82.* quod etiam stante dicta constitutione Regulares hodie si in aliena diœcesi inuenirent subditum diœcesis, in qua fuerint approbati, possent eum audire, & absoluere, quod etiam potest quilibet Confessarius sæcularis. Ratio est, quia hoc non est priuilegium particulare Regularibus concessum, sed dispositio iuris communis generalis quoad omnes Confessarios. Ergo constitutio Vrbani VIII. non militat, quia loquitur tantùm de priuilegiis. Vide Sanchez *de matrimon. tom.1. lib.3. disput.34. num.4.* Peregrinum *in compend. priuileg. part.1. tit. absolutio, §. 8. in scholio.* Tamburinum *de iure Abbatum, tom.2. disp.6. quæst.14. num.4.* Rodriquez *in qq. Regul. tom.1. quæst.60. art.5.* & alios.

RESOL. LXXXIV.

An Religiosus approbatus in vna Diœcesi censeatur vbique approbatus?

Et infertur in iure Parochi esse Sacerdotem, de cuius ad confessiones approbatione per Ordinarium certum habet argumentum, aduocare in partem suæ curæ, eique ...ones suas absoluendas committere posse. Ex p.6. tr.7. & Misc. 2. Ref.59.

...in Ref. ...lege

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet nouissimè Ludouicus Cellotius Societatis IESV *lib.5. de Hierarchia, cap.25.* vbi sic ait. Quæro: Qui ab Episcopo vno approbatus est Religiosus, possitne vbique sæculares audire pœnitentes? Satisfacit Clementis VII. beneficium, qui concessit, quòd Confessores Ordinis Minorum, semel præsentati alicui Episcopo pro confessionibus audiendis, vt mos est, post vnam præsentationem non teneatur ampliùs præsentari, etiamsi ad aliam transierint Diœcesim. Quod priuilegium latè sic interpretatur Corduba, vt non tantùm de eadem intelligat Diœcesi, sed etiam de quacumque alia, ad quam se transtulerit ad morandum ad tempus, vel in perpetuum: sed iam censeatur semper, & vbique debitè præsentatus. Ratio est, quia Papæ concedentis intentio conformis est impetrantis intentioni, si abest dolus malus. At verò ea fuit impetrantis intentio, quam dixi, vt vbique prodesset. Iam enim antea concedente Eugenio IV. semel in vna Diœcesi præsentatus, ad eam postliminio rediens, liber erat ab iterata repræsentatione. Imò etiam Eugenius idem concesserat Confessariis Fratrum Minorum, quòd quando non possunt commodè se præsentare Episcopis, quia sunt in itinere, vel alibi, & non possunt petere casus Episcopales, eo casu possint vti plenariè auctoritate Episcopi. Addit Emmanuël Sà accepisse se à viro graui, esse illud priuilegium Ordinis Prædicatorum, vt semel approbatus ex ipsis Confessor, vbique possit audire Confessiones: idem tradit Rodericus, Episcopum non posse compellere Fratres Prædicatores, ac Minores ad examen, vbi fuerunt semel approbati ab Episcopo: an verò eodem fauore gaudere possint Mendicantes alij, est dubium. Id quidem negat Rodriquez, sed verosimilius est posse per communicationem omnium gratiarum, qualem Societati nostræ concessit Pius V. & Gregorius XIII. & confirmauit Paulus V. Verùm Gregorij præter cæteros notanda sunt verba distinctè & enucleatè omnia recensentis.

doctrinam præcedentis Ref. & latè in tom.1. tr.3. ex doctrina Ref.14. §. vlt. & ex Ref. 14. §. Probatur, & Vide doctrinam Resolutionis not. seq. & videbis nouam, doctrinam & obiectionem pro hac quæst.

2. Sic enim orditur à causa. Et quia ipsa Societas inter omnia Religionum instituta, ex peculiari & solemni voto, specialem curam habet, causa salutis proximorum per totum orbem discurrendi, eius salutari ministerio, & vniuersi Christi gregis saluti consulentes, omnibus & singulis ipsius Societatis prædicatoribus, ac Confessariis ab aliquo Ordinario semel approbatis, & à suis Superioribus ad huiusmodi munera deputatis, vt quandocumque siue mari, siue terra iter fecerint, populos, non repugnantibus tamen Curatis Parochialium Ecclesiarum, prædicatione verbi Dei instruere, & consolari, & quorumcumque Christi fidelium, præsertim ægrotorum, & eorum qui in vinculis detinentur, confessiones, eisque prò commissis salutares pœnitentias iniungere: dummodo id non faciant in ipsis oppidis, aut locis, in quibus Ordinarij existunt, nisi eorum licentia desuper obtenta, liberè & licitè valeant, eadem auctoritate etiam perpetuò, de speciali gratia concedimus. Ita Magnus Pontifex. In quibus non pauca sunt, quæ diligenter obserues. Priuilegium istud concedi tanquam medium ad finem necessarium: non nostra, sed proximorum causa tribui: vnam approbationem sufficere: illam vbique habere energiam: petendam aliquo casu licentiam, non approbationem: opus esse tunc illa obtenta, non solùm postulata: seruandam cum Curatis concordiam: & vtramque ad Conciones tantùm esse necessariam, iis qui ita habent, vel sunt in loco, vbi nullum Societas domicilium fixit. Nam de Confessionibus ita Paulus egit Tertius, vt Societatis Patribus potestatem fecerit, Sacramenta ministrandi, suis nimirum in templis, Rectorum Parochialium, aut aliorum quorumuis licentia desuper minimè requisita. Hucusque Cellotius. Et hanc sententiam

tentiam magis absolutè tenet Stephanus Bauny *in Theologia Morali, p.1. tract.4. quæst.4.* vbi probat approbatum in vna Diœcesi à proprio suo Episcopo censeri idoneum ad confessiones audiendas in quacunque alia, si non est eius approbatio restricta ad certum locum. Causa est, quòd Concilium vnius dumtaxat approbationis meminerit; plures ergo frustra quis postulauerit: in vna ergo Diœcesi qui est approbatus, à Parocho suorum confessionibus audiendis adhiberi, absque noua Episcopi sui facultate aut examine potest, nisi expressè hoc ab illo fuerit ei prohibitum. Confirmatur: qui pro vno tantùm est oppido approbatus ab Ordinario, potest virtute Bullæ Cruciatæ à quocumque in Confessarium eligi, vt ab eo tam à censuris, quàm peccatis absoluatur, à Costa *in explicatione dictæ Bullæ, quæst.* 19. falsum est ergo tot ad confessiones audiendas validè approbationes exigi, quot sunt Prouinciæ diuersis subiectæ Episcopis, ad quas penetrare Sacerdoti est integrum. Sanè cùm hunc approbari ab Ordinario sit quoddam odium & grauamen, restringi illud oportet, iuxta regulam iuris, Odia sunt restringenda, fauores autem ampliandi; restringetur autem approbatio, quæ à Concilio postulatur, si ad vnam reuocabitur.

Sup. hoc in tom 1 tr.3. Res.12 §.2. à lin.4. & in Res.14.§. Et tandē. & lege etiam eius §.vlt. Et Res. ex §§. eius not. Et ex Res.17. Vide eius doctrinam, & alterius Res eius not. & in to. 4 tr.4. Res.3. §.vlt.

3. Vnde ex dictis infertur in Parochi iure esse, Sacerdotem, de cuius ad Confessiones approbatione per Ordinarium certum habet argumentum aduocare in partem suæ curæ, eique oues suas absoluendas committere: nam qui iure ordinario potest confessiones excipere, vt Ordinarius, vices quoque suas in hoc ministerio legare potest idoneo ad id Sacerdoti, vt docet Armill. *verb. absolutio, num.*15. Candid. *disput.*24. *art.*65. *dub.*10. 8. & 7. Sed Parochus respectu suorum Parochiarum est Ordinarius, habet autem approbatus ab Episcopo quicquid iura ad idoneam huius Sacramenti administrationem postulant. Patet ex Tridentino *sess.* 23. *cap.*15. vbi non alij ad nouandam fidelibus operam in expiatione animæ admittuntur, quàm qui Parochiale beneficium habent, aut alias per examen ab Episcopis, vel alias idonei iudicantur: erit ergo in audienda confessione officii proximo exhibendi capax, qui ab Episcopo testimonium doctrinæ erit consequutus. Et hæc omnia docet Bauny *vbi sup. à.*

Alibi in Res. & §§. duarum præteritarum annotationum signanter not. primæ huius Res.

4. Sed omnia supradicta penes me habent difficultatem, vt alibi adnotaui, stante responso Congregationis, consulente Archiepiscopo Valentino in hæc verba, Congregatio Concilii respondet approbatum ab alio, quàm ab Episcopo Valentino, in Diœcesi Valentina non censeri approbatum ab Ordinario. Quæ verba Emmanuel Rodriquez *in expositione Bullæ Cruciatæ*, §. 5. testatur, se legisse in epistola missa ad prædictum Archiepiscopum & Patriarcham. Ideò communiter alij contrariam sententiam docent: & idcirco Pater Lugo *de Sacrament. Pœnitent. disput.*21. *sect.*2. *num.*41. & Ioannes VViggers *in 3. part. de Sacrament. quæst.* 8. *art.*4. *num.*14. tenent Confessarium Regularem eodem etiam modo sicut sæcularem indigere approbatione illius Episcopi, in cuius territorio vult audire confessiones: quare si ipse domicilium suum habitationis habeat in illo Episcopatu, potest approbari, sicut Clerici sæculares subditi illius Episcopi: & postea, dum illud domicilium retinet, poterit etiam extra Episcopatum absoluere subditos illius Episcopi: quin in ordine ad illos est approbatus à suo ordinario, cùm adhuc retineat domicilium sub illo ordinario. Si verò mutet domicilium, indiget noua approbatione illius, ad quem vadit; quia, cùm ille prior desinat esse suus ordinarius, non manebit virtute prioris approbationis approbatus à suo ordinario. Denique si solùm obiter, & vt hospes transit per alium Episcopatum, adhuc indiget approbatione noua illius Episcopi, vt ibi possit audire confessiones. Quia licet sit approbatus à suo ordinario, hoc est, ab Episcopo sui domicilij, non tamen est approbatus ab ordinario, cui nunc subest, & ad quem pertinet approbare in ordine ad suum gregem: quare pro hoc loco non est approbatus à suo ordinario, qui est solus Episcopus huius loci. Vnde meritò responsum fuit à Congregatione non posse in Episcopatu Valentino audire confessiones eum, qui non est approbatus ab Episcopo Valentino; quia non est approbatus à suo Ordinario, quem scilicet habet, vt Ordinarium, & cui subditur nunc in ordine ad tale ministerium. Hoc tamen responsum intelligi debet iuxta intentionem interrogantis, quæ erat ad Confessiones illorum, qui subduntur Episcopo Valentino: quare non est contra id, quod diximus; quòd scilicet si Religiosus manens adhuc, v. g. subditus Episcopi Ostiensis, commoretur Tusculi, vt hospes poterit ibi absoluere subditos Episcopi Ostiensis, à quo est approbatus absque alia approbatione Tusculana: de quo casu peculiari ibi non agebatur, sed de audiendis confessionibus vniuersaliter in Episcopatu Valentino; quæ ferè omnes erant de iis, quorum cura pertinet ad Episcopum Valentinum, vel ad alios Episcopos, à quibus non est approbatus, vel certè quibus manet adhuc subditus ille Religiosus Confessarius.

Sup. hoc & primo seq. in Res. præterita. lege dōct: nam § vlt. & aliorum eius annot.

5. Hinc infert etiam idem Pater Lugo, cui fuerit necessarium priuilegium illud Gregorij XIII. vt Sacerdotes nostræ Societatis possent in itinere audire confessiones cum illis limitationibus: quia scilicet, eo ipso quòd ingressi essent Territorium alterius Episcopi, incipiebant esse illius subditi, & habere illum pro suo Ordinario in ordine ad audiendas Confessiones illis gregis: quare de rigore iuris, & secluso priuilegio speciali, indigent noua approbatione, vt possent ibi censeri approbati ab ordinario suo, cùm reuera iam haberent alium ordinarium, à quo in hoc puncto iudicari debebent.

6. Non desinam tamen hîc adnotare, quòd post hæc scripta inueni sententiam Cellorij tanquam probabilem admittere Ioannem Præpositum *in 3. part. D. Thom. quæst.*8. *de Sacrament. pœnitent. dub.*4. *n.*21. vbi sic asserit. Probabile est, quòd attento solo Concilio Tridentino Sacerdos absolutè à suo Episcopo approbatus possit vbique recipere iurisdictionem, quamtumuis mutet domicilium, & desinat esse subditus Episcopi approbantis. Probatur, quia in rigore verba Concilij non ampliùs exigunt: nam talis est verè approbatus à suo Episcopo & Ordinario, cui videlicet suberat (saltem quoad hoc) quando recepit approbationem, & Episcopus approbans verè potuit auctoritatiuè declarare talem esse idoneum ad confessiones excipiendas quod per loci mutationem non tollitur. Confirmatur primò. Constitutio Tridentini requirens conditionem in eo, cui possit demandari iurisdictio, quæ conditio aliàs non requirebatur, potest dici restringere potestatem committendi iurisdictionem; & proinde ipsa potest strictè intelligi, quantum verba patiuntur: verba autem prædictum sensum possunt commodè recipere, ab Episcopis approbationem obtineat, scilicet vnusquisque à suo, id est, vnusquisque hanc probationem obtineat ab Ordinario loci, in quo degit dum approbatur. Confirmatur secundò si Concilium aliud voluisset, videtur quòd mentem suam clarius explicare debuisset. Confirmatur tertiò, ex eo quòd approbatus ab vno Episcopo possit alibi recipere iurisdictionem, etiam postquam desiit esse subditus approbantis, nullum sequitur inconueniens contra scopum Concilij: cùm ergo de cætero verba possint

possint modo à nobis allato explicari, probabile est stando in verbis Conc lij, semel approbatum posse vbique recipere iurisdictionem delegatam.

7. Dices id inducere perturbationem in Ecclesiastica Hierarchia. Respondeo negando: quia approbatio nullam dat iurisdictionem; & de cætero singuli Episcopi in suis Diœcesibus possunt prohibere Parochis, ne delegent iurisdictionem aliis, quàm à se approbatis, etiam irritando delegationem secus attentatam: quod rationabiliter facere possunt, vt aliquo modo cognoscant de capacitate eorum, qui in suis Diœcesibus confessiones excipiunt. Secundò cùm Sacerdotes ratione domicilij, vel quasi domicilij in nostro casu fiant eorum subditi, possunt illorum approbationem reuocare, vel suspendere, non minùs, quàm eorum, quos ipsi approbarunt. immò longè potiori ratione. cùm hîc longè potior ratio subsit, cùm ipsi non habeant notitiam de eorum sufficientia: si agatur de Religiosis Mendicantibus, & aliis, qui cum iis participant in priuilegiis, Episcopus, ad cuius Diœcesim se conferunt in ea habitaturi, potest etiam illos examinare iuxta Bullam Pij V. superiori dubio citatam, si non fuerint vnquam ab eo examinati: quia Pontifex respectu mendicantium ei soli Episcopo negat secundum examen, qui per examen approbauit, non autem alteri.

8. Dices: Congregatio Cardinalium respondit Archiepiscopo Valentino, approbatum ab alio quàm à Valentino Episcopo in Diœcesi Valētina non censeri approbatum ab Ordinario. Respondeo non ita constare de hac responsione, quàm passim eam non ponant, qui responsiones Illustrissimorum Cardinalium collegerunt.

9. Dixi in conclusione: attento solo Concilio Trident no: quia cùm in variis locis consuetudo sit in contrarium, in illis omninò standum est consuetudini, quæ ita Decretum Concilij interpretatur; ita vt nulla sit absolutio data ab eo, qui approbatus in vna Diœcesi, ea deserta migrat ad aliam, & sine approbatione Episcopi loci absoluit virtute Iubilæi, &c. Quia tamen quibusdam in locis est consuetudo, vt Religiosi etiam mutantes habitationem, & migrantes in aliam Diœcesim, non petant nouam approbationem: quæ consuetudo ortum habuit ex sententia probabili variorum Doctorum: censeo iis in locis sufficere pro similibus approbationem semel obtentam, quamdiu Episcopus, in cuius Diœcesim commigrant, eos ad examen non euocat, hanc autem consuetudinem vigere in Belgio mihi constat; ac proinde Religiosi ibidem sese secundùm eam gerentes, non possunt meritò reprehendi. Huc vsque Præpositus.

Quæ hic est Ref. antecedens in eius §. 2. Sed omnia supradicta corruunt per Constitutionem Vrbani VIII. quam ego adduxi *in part. 3. tract. 2. resolut. 123.*

RESOL. LXXXV.

An Regularis approbatus ab vno Ordinario possit vbique absque alia approbatione confessiones audire saltem in foro conscientiæ?

Et an priuilegia Concilio Tridentino contraria sint reuocata in foro conscientiæ?

Et an hodie cesset omnis difficultas; stante Bulla Innocentij X. circa supradictam primam difficultatem? Ex part. 10. tractat. 14. & Misc. 4. Resol. 25. alias 23.

Sup. hoc id Ref. seq. & in §. 1. HAnc quæstionem nouissimè latè pertractat Leandrus à Murcia; vir quidem doctus; *in cap. 7. Regulæ S. Francisci, quæst. 8. concl. 3. num. 8.* cuius verba hic per extensum apponam; sic itaque asserit: [Probable es, que en el fuero de la conciencia el Confessor Regular aprouado para todas las Diocesis, y Obispados del mundo, aunque no se aprueue de nueuo, ni examine en ellos; sin que los penitentes tengan la Bula de la Cruzada. Esta sentencia tiene el doctissimo Padre Franc. Antonio de Cordoua, *super compend. verb. Absolutio, quo ad Seculares primo §. 16.* Antolines, Mancion, y Medina; à quien refiere, y sigue Enriquez, *lib. 3. de pœnit. cap. 6. §. 7. litterà A. in* Glossa, y Ægidio *de Sacramentis, de Pœnitent. disp. 8. dub. 7. num. 57.* contra el Colector, y Manuel Rodriquez, 1. *tom. p. 59. artic. 5.* y se prueua por vn priuilegio que trae el Colector, *verb. Absolutio, quo ad seculares primo, §. 16.* que es de Clemente VIII. como se sigue: Concessit, quod fratres Confessores Ordinis Minorum semel præsentati alicui Episcopo pro Cōfessionibus audiendis, vt moris est præsentari, post vnam præsentationem non teneantur ampliùs præsentari, etiamsi ad aliam transeant Diœcesim. El Papa concede, que el Confessor de la Orden de los Menores (y lo mismo es del de qualquiera otra Religion, que participa de nuestros priuilegios; que el que vna vez esta aprouado como se acostumbra, para oir Confessiones de Seglares, despues de la primera aprouacion del Obispo, no este obligado mas à presentarse, ni à aprouarse, aunque passe à otra Diocesi, ò Obispado; luego manifestamente concede que con vna aprouacion pueda confessar en todos los Obispados.

Ref. præterita & in aliis eius Prima hoc

2. Ni parece bastante lo que responde el Padre Fr. Manuel Rodriquez en el lugar citado; esto es, que se ha de entender, que no sea obligado à presentarse en el mismo Obispado, quando buelua à el, aunque aya passado à otros Obispados: y que se ha de entender al modo del priuilegio de Eugenio IV. que esta en los Monumentos de las Ordines, *fol. 61.* & in 2. *fol. 64.* y lo trae el Colector, *verb. Absolutio quoad seculares primo, num. 3.* y es del tenor siguiente: Concessit, quod quando Fratres se semel præsentauerint Episcopis; & obtinuerint casus suos: licet alibi postea ad habitandum se transferant ad tempus, & postea reuertantur ad easdem Diœceses; non sit necessarium iteratò se præsentare eisdem Episcopis; vel casus de nouo obtinere. Assi que no parece bastante esta respuesta, porque este segundo priuilegio de Eugenio IV. como por el mismo parece, y lo echara de ver qualquiera, es de muy diferente tenor, que el de Clemente VIII. arriba citado; porque este claramente dize, que concede, que no se bueluan à presentar, ni à aprouar en el mismo Obispado, los que por algun tiempo limitado (aunque sea largo) hizieren ausencia del, y se passaren à otro Obispado, quando despues bueluan. Assi que en este priuilegio ay dos palabras; que claramente limitan la disposicion al mismo Obispado; conuiene à saber: licèt alibi se transferant ad tempus ad habitandum. Y la segunda, & postea reuertantur. Las quales limitaciones no tiene el priuilegio de Clemente VIII. y no le era difficultoso al Papa, si quisiera, limitar la disposicion, el annadir que vna vez aprouados, quando boluiessen à la misma Diocesis, no tornassen à ser examinandos, ni aprouados: y assi se ve claramente, que se les haze violencia à las palabras, limitandolas; porque llamente concede el Papa, que el Religioso que fuere aprouado en vna Diocesi, no tenga necessidad de presentarse, ni aprouarse en ninguna otra del mundo.

3. Ni obsta contra esto el Concilio Tridentino, que el la *sess. 23. cap. 15.* determina que ningun Regular oyga Confessiones de Seglares, ni sea tenido por idoneo para ellas, ni si ab Episcopis approbationem obtineat. Luego si el Concilio manda, que alcen aprouacion de los Obispos, determina, que no basta la de vno solo? A loqual respondo, que à quella palabra, Episcopis, no se toma, ni se puede entender alli collectiue esto es, que sean menester muchos Obispos para la aprouacion en cada Diœcesis sino solo distributiuè, esto es, que de los Obispos que ay en las Iglesias, alcancæ del vno, ò del otro dellos el Regular la approuacion: como quando las leyes dispunen, que los Letrados, y Medicos noy puedan abogar ni curar, sino solo los Letrados, y Medicos no duedan abogar: ni curar, sino solo los que estuuieren graduados por las Vniuersidades, no se han se han de entender collectiuè esto es, que esten graduados por muchas Vniuersidades, sino distributiuè, esto es, cada vno de alguna Vniuersidad. De todo lo dicho se colige, que como los Regulares (como dicho es) reciben la iurisdicion immediatemente del Sumo Pontifice, aunque los Obispos les reuoquen las licencias de confessar, si estan y a aprouados por vno Obispo, podran confessar Seglares: porque despues de la primera aprouacion, los dichos Señores Obispos no les pueden quitar la facultad de confessar Seglares; porque omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur, como dize la regla del derecho: y supuesto que el Sumo Pontifice de la iurisdicion à los Seglares, el solo se la puede quitar.

4. Sea la quarta conclusion ann. caso que el dicho priuilegio de Clemente VIII. fuera contrario al Concilio Tridentino (lo qual como dexo prouado arriba no es assi) pudieran los Regulares en el fuero de la conciencia, siendo aprouados vna vez por algun Obispo, confessaren qualquiera Diœcesis, mientras el Obispo della no reuoca las licencias de los que no estan aprouados por el. Esta conclusion es expressa del Padre Fr. Manuel Rodriquez, *quæst. 59. art. 7. tom. 1.* y de todos los que lleuan, que los Priuilegios de los Regulares, contrarios al Concilio Tridentino, no estan reuocados en el fuero de la conciencia; los quales citamos en la question 19. Selecta, sobre el capitulo 6. de la Regla, en el numero 33. Luego en el dicho fuero esta en su ser el dicho Priuilegio de Clemente VII. y por el consiguiente se puede vsar del. Dixe mientras que el Obispo Diocesano no reuoca las licentias: porque como aduierte el Padre Fr. Manuel en el fin del dicho articulo septimo, no tendria lugar el vso deste priuilegio, aun en el fuero de la conciencia, si el Obispo reuocasse las licencias, y aprouaciones à los Regulares, si fuera verdad, que el dicho Priuilegio fuera contrario al Concilio Tridentino: porque el fuero della conciencia, supone en quanto à la Iglesia, y fuero exterior, que no ay prohibicion alcuna, ò reuocacion de la aprouacion, que pertenece al fuero exterior, y que sin esta no se puede confessar, aunque la administracion del Sacramento de la Penitencia seu acto del fuero de la conciencia.] Hucusque Leandrus; cui à fortiori adde Doctores, quos citat alter Leandrus *de Sacramentis, tom. 1. tract. 5. disput. 11. quæst. 66.* quorum sententiam probabilem ipse putat; nam contrariam quam tenet vocat tantùm probabiliorem; quod valdè miror; nam citat ibi Decretum Vrbani VIII. quo supposito non debebat amplius affirmatiuam sententiam tanquam probabilem admittere.

Sup. hoc infra in Res. 126. & 252. §. Quarta. & in Res. 255. §. Sed non, prope finē, vers. Ex his Pellizzarius, & in tom. 2. tr. 5. Res. 28. §. Qui etiam inter mediū & finem, à vers. au dicta priuilegia. Sed lege eam per totam.

5. Sed nouissimè de hac quæstione puto non esse amplius dubitandum stante Breui Sanctissimi D. N. Innocentij X. in causa Angipolitana iurisdictionis Indiis Occidentalibus nouæ Hispaniæ, impresso Romæ anno 1648. Cùm itaque, in dicto Breui Pontifex ad nonum dubium respondeat Regulares in vna Diœcesi approbatos nequaquam posse in alia Diœcesi confessiones audire sine approbatione Episcopi Diœcesani, sequitur affirmatiuam sententiam Leandri de Murcia, & aliorum, non posse amplius sequi, nec probabilem vocari, cùm apertè pugnet contra Pontificiam Declarationem, quam Pontifex inuiolabiliter, vt patet ex verbis Bullæ, cum clausula, & Decreto irritanti, obseruari mandat. Et quidem etiam secluso Breui Sanctissimi D. N. Innocentij, stante Decreto Vrbani VIII. Ego supradictæ sententiæ adhærere non poteram, & mecum sentiebat Eminentissimus Lugo *de Pœnit. disp. 20. num. 29.* & alij Doctores, quos alibi adduxeram, quibus adde Torreblancam, *lib. 14. Pract. cap. 2. num. 6. 10. & 11.* Granadum *in 3. part. contr. 7. tract. 10. disp. 5. sect. 2. num. 12.* & alios. Vnde rectè dixit nouissimè Pater Martinus de S. Ioseph. *in Monita Confessarior. tom. 1. lib. 1. tract. it. 24. de Pœnitentia, numer. 8.* *El Sacerdote aprobado por vn Ordinario no puede confessar en otros Obispados, sin nueua aprobacion: Assi lo determinò Vrbano VIII. en el año de 1628. reuocando todos los Priuilegios, y las licencias de oir confessiones, sin aprobacion de los Obispos Diocesanos. Con que en caso que aya decreto del Pontifice, cessa la opinion antes probables de Henriquez, lib. 6. de Pœnit. cap. 6. num. 7. de Ægidio, disp. 8. dubio 7. numer. 57. Y de otros que afirmaron, que bastaua la aprouacion de vn Obispo, para confessar en todo el mundo, porque no pedia mas el Concilio Tridentino; si bien es verdad que no hè visto autentica esta declaracion, y decreto de Vrbano VIII.*] Ita ille. Sed Decretum Vrbani VIII. adesse, non est dubitandum, & hodie vt diximus cessat omnis difficultas, stante Bulla Innocentij X. Ergo, &c.

Alibi signāter in Res. 2. not. 2. huius Res. Sed leg. etiam pro hoc Alibi cæteras R. prædictæ ant not.

RESOL. LXXXVI.

An Regularis approbatus in vna Diœcesi possit vbique locorum confessiones audire? Ex p. 2. 11. tr. 2. & Misc. Resol. 11.

§. 1. Affirmatiuam sententiam tanquam probabilem admittit Bruno Chassain *de priuileg. Regular. part. 1. tract. 5. cap. 2. propos. 2.* Supponit enim iurisdictionem audiendi confessiones Regulari concessam, à Papa, non ab Episcopo impartiri: ergo semel absolutè impartita, & accepta, perpetuo manet, vbicunque Regularis existat; nec apparet ratio, cur potiùs ad hunc, quàm ad aliam Episcopatum confessa sit, cum non maior requiratur idoneitas in vno, quàm in alio. Deinde Constitutio Clementis VII. illud concedit, vt habetur *in Compend. priuileg. Mendic. ver. Absolutio quoad seculares, 1. §. 16.* in hunc modum: Concedit, quòd confessores Ordinis Minorum semel præsentari alicui Episcopo pro confessionibus audiendis (vt moris est præsentari) post vnam præsentationem non teneantur amplius præsentari, etiamsi ad aliam transierint Diœcesim. Quam cōcessionem interpretatur Corduba *in annot. ad dictum Compend.* vt non tantum illam intelligat de eadem Diœcesi (sicut propriè non potest intelligi) sed etiam de quacunque alia, quam se transtulerit moraturus ad tempus, vel in perpetuum: sed iam censeatur semper, & vbique præsentatus. Ratio illius Doctoris est quoniam

Sup. hoc in tribus præcedentibus Res. & in to. 1. tr. 3. ex lata doctrina, Res. 14. §. vlt. & ex R. 24. §. Probatur. Sed si ibi per legis doctrinam Res. 12. & aliarum eius secundæ not. nouando doctrinam & obiectionem inuenies pro hac quæst.

quoniam Papæ concedentis intentio, conformis est impetrantis intentioni, si abest dolus malus. Quod autem ea fuerit Pontificis intentio, vt vbique prodesset, constat ex eo, quod iam antea concedente Eugenio IV. semel in vna Diœcesi præsentatus, ad eam rediens, liber erat ab iterata præsentatione: Imò etiam idem Eugenius concedit eam facultatem eisdem Minoribus, *vt habetur citato Compendio,* his verbis: Concessit confessariis Fratrum Minorum, quod quando non possunt commodè se præsentare Episcopis, quia sunt in itinere, vel alibi, & non possunt petere casus Episcopales, eo casu possint vti plenariè authoritate Episcopali. Ergo Clemens VII. aliquid superaddidit, alioquin illud priuilegium nihil operaretur. Superaddidit ergo extensionem admissionis ad omnes Diœceses. Accedit, quod priuilegium Principis absolutè concessum non debet restringi; sed latè, vt verba sonant, interpretari, vt sæpius diximus: ergo cum verba præfatæ Constitutionis absolutè pronuncientur, sintque vniuersalia absolutè, & vniuersaliter per respectum ad omnes Diœceses sunt intelligenda.

2. Nec hoc est contra Tridentinum vbi viget; quoniam decernit dum taxat, quod Confessarius approbari debeat ab Episcopo: quod cum sit onus, & odiosum, debet restringi quantum fieri potest, & de vna sola approbatione intelligi. Responsio hæc confirmatur; quoniam si Episcopi in Tridentino congregati voluissent subiicere Regulares pluribus approbationibus, illud sine dubio expressis terminis pronunciassent, cum de illorum iure ageretur: quod cum non fecerint, aduersus eosdem est interpretatio facienda iuxta *Regulam iuris in 6.* Contra eum, qui legem dicere potuit, apertius est interpretatio facienda. Adiunge præmissis, quod Tridentinum non requirit absolutè approbationem Episcopi, sed vt quis sit Parochus, aut alias idoneus iudicetur: Vnde sicut multi graues Doctores existimant, approbationem Parochi, aut vniuersitatis sufficere; quidni etiam vnius Episcopi approbatio, seu admissio pro omnibus Diœcesibus: Nec obiicias, illud verbum, iudicetur, ad Episcopi iudicium referendum cum multi ad iudicium aliorum illud referant, ac proinde sit res dubia; quæ cum sit in iuris antiqui odium, iuxta illud interpretanda est, ac ex consequenti in fauorem Regularis, cum illud Ius in fauorem illius conditum sit, vt iudicium in hoc feratur conformiter ad Regulam 30. *iuris citati*: videlicet, In obscuris minimum est sequendum, id est, quod in obscuris, & dubiis iuxta Glossam, quæ ad hoc duo exempla ponit, minima obligatio est sequenda: cum autem magis obliget. Regularem quod ipsius idoneitas debeat ab omnibus Episcopis iudicari, ideò minor obligatio, ad illam iudicandam, est pro illa sequenda, ac proindè, quod sufficiat vnius Episcopi iudicium.

3. Nec opponas secundò, quod dicitur in Tridentino, videlicet Approbationem debere fieri ab Episcopis, quoniam per hoc nihil aliud intendit, nisi quod vnus ab vno, & alius ab alio Episcopo approbetur; non autem quod vnus approbetur à multis.

4. Non obiicias tertiò, Declarationes Cardinalium in contrarium huius veritatis; quoniam præter quod in hac materia inter se vix conciliari possunt, cum pugnare videantur, sunt tantum sententiæ Doctorum, non habentes vim legis, ac sic non possunt leges priuatas tollere; quocirca standum iuri antiquo, & verbis Tridentini iuxta illud ius interpretati, & priuilegiis à Sede apostolica concessis, quæ sic vt supra decernunt. Et huius sententiæ sunt Cellotius *de Regular. in Hierarch. iurisdict. lib. 5. cap. 25.* cum multis aliis quos refert Diana *parte 2. tractat. 4. de Sacram. resolutione* 110. Hucusque Pater Bruno.

5. Sed ego Cellotium alibi satis impugnaui, & ideò sententiam Bruni puto non esse admittendam, quia vt optimè & latè obseruat Suarez *tom. 4. disput. 28. sect. 6.* & acriter Vasquez *quæst. 93. art. 3. dub. 4.* reducit approbationem requisitam à Concilio ad meram cæremoniam, si sufficiat pro toto mundo approbatio vnius Episcopi, quicumque ille sit, & quilibet Episcopus posset omnes Sacerdotes totius mundi approbare. Vnde apponam hic verba Eminentissimi Domini mei Cardinalis Lugo *de Pœnitent. disputat. 21. sect. 2. num. 29.* vbi sic ait: Cæterum quicquid sit de huius sententiæ probabilitate tempore præterito, nunc iam non videtur posse vllum habere locum post decretum Sanctissimi Domini nostri Vrbani VIII. editum anno 1628. quo reuocauit omnia priuilegia, & licentias audiendi confessiones sine approbatione ab Episcopis Diœcesanis, & absque examine facto ab Ordinario: & si quæ erant priuilegia contraria cuiuslibet Ordinis, vel Congregationis omninò abstulit. Huc vsque Cardinalis Lugo. Et ideò sententia Bruni hodie tamquam probabilis minimè potest sustineri, non solum propter dictum Decretum Vrbani VIII. à Lugo allatum, & à nostro Patre Peregrino *in Compend. Priuileg. ver. Absolutio quoad sæculares §. 1. in scholio,* in quo apponitur clausula, *Non obstante quouis indulto à sede Apostolica concesso*; sed propter nouissimum Breue Sanctissimi Domini nostri Innocentij X. in causa Angelopolitanæ Iurisdictionis, Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 14. Maij 1648. & postea confirmatum die 27. Maij anno 1653. & intimatum Reuerendissimo Generali Societatis Iesu. Vnde ex Responsione noua supradicti Breuis, apparet opinionem quam supra Pater Bruno tanquam probabilem docuit, non posse hodie ampliùs sustineri, est enim contra Decreta duorum summorum Pontificum Vrbani VIII. & Innocentij Decimi.

Quæ nunc est in to. 1. tr. 3. R. 12. &c. Alibi signāter in R. 2. not. 1. huius Ref.

RESOL. LXXXVII.

An Prælati Regularium possint sine approbatione Ordinarij audire sæcularium confessiones?

Et an Sacerdotes simplices sine licentia, & approbatione Episcopi possint absoluere non solum peccata venialia, & mortalia alias rite confessa, sed etiam peccata mortalia in confessione oblita?

Et an Equites Diui Ioannis, Diui Iacobi, Alcantara, Calatraua, &c. vtpote veri Religiosi possint peccata confiteri cum simplici Sacerdote non approbato ab Episcopo? Ex part. 2. tract. 16. & Misc. 2. Ref. 44. alias 46.

§. 1. NEgatiuam sententiam, & meritò tenet Suarez *in 3. part. tom. 4. disput. 28. sect. 4. numer. 21.* Rodriquez *in Bulla Cruc. §. 9. dub. 1. n. 4.* & alij.

Sup. hoc supra in Ref. 69. §. Tertiū. & infra in R. 343. §. 2. & signanter 3. & in tom. 1. tr. 3. R. 14. §. 1 & 2. & in tom. 3. tr. 1. Ref. 39. §. Quintus casus, &c.

2. Sed hîc non reticeam contrarium docere Henriquez *lib. de indulgentiis cap. 12. numero tertio, in glossa littera R.* vbi citat Mancium, Gallum, Medinam, & Bannez. Id etiam docet nouissimè, contra Suarez, Ioannes Valerus *in differentiis vtriusque fori, ver. nullitas, diff. 5. numero tertio,* vbi asserit, Prælatos Religionum, vt sunt Priores, Guardiani, Ministri, & similes, licèt non habeant approbationē, & licentiam

licentiam ab Episcopis, posse nihilominus audire confessiones sæcularium, quia quamuis strictè non habeant beneficium parochiale, largo tamen modo dicuntur ipsum habere, quia habent curam animarum, & sunt communiter probationes, & digniores, tam litteris, quàm moribus, plerisque sæcularibus habentibus curata, & consequenter per eos sufficienter satis fit menti Concilij Tridentini. Ita Valerus, qui etiam *ibid.* paulò pòst, docet Sacerdotes simplices, sine licentia, & approbatione Episcopi posse absoluere non solùm peccata venialia, & mortalia, aliàs ritè confessa, sed etiam peccata mortalia in confessione oblita, & hæc sunt eius verba. Ego puto probabile, peccata oblita (cùm iam sint indirectè absoluta in prima confessione) posse postea absolui à quocunque etiam non exposito, seu approbato. Sic Valerus, sed an probabiliter, iudicent alij; sicut de alia opinione Ioannis Sancij *in selectis, disp. 49. à num. 11. vsque ad 14.* vbi acutè & solidè probat Equites D. Ioannis, D. Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ, vtpote verè Religiosos (vt nos alibi satis probauimus) posse peccata confiteri cum simplici Sacerdote, non approbato ab Episcopo.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. ex Res. 35. §. 2. &c.

Sup. hæc mortalia oblita in to. 1. tr. 4. ex latissima doctrina Res. 1. à §. vlt.

Alibi signãter in R. quæ nunc est in to. 9. tract. 2. Res. 2.. in fine & hic infra in Res. 100. &c.

RESOL. LXXXVIII.

An Regulares possint excipere confessiones famulorum actu seruientium, & commorantium in eorum Monasteriis, absque Episcopi approbatione?

Et notatur dictos Confessarios absoluere posse supradictos famulos à casibus locorum ordinariis reseruatis.

Et etiam quæritur, à quo sit puniendus Regularis, excipiens sæcularium confessiones absque approbatione Episcopi?

Et an Regulares possint ministrare Sacramentum Extremæ Vnctionis sæcularibus ratione hospitij sine aliqua alia occasione in Monasterium ipsorum infirmantibus ad mortem?

Et notatur posse Regulares ministrare Eucharistiam in Paschate, & Viaticum in articulo mortis familiaribus, & seruitoribus commorantibus in Monasterio, vel si sint coniugati, & dormiunt noctè extra Conuentum. Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. Res. 36.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Bordonus *in Consil. Regul. tom. 2. res. 34. num. 41. & tom. 2. res. 75. n. 84.* Tamburinus *de Iure Abbatum, tom. 2. disp. 6. q. 6. n. 4.* Peyrinus *tom. 1. Const. 1. Iulij II. n. 12.*

Sup. hoc in Res. seq. & supra in Res. 69. §. Quod autem. post medium, à vers. Primum posse. & §. Quoad illa. & infra in Res. 38. §. 2. per totum, & in tom. 1. tr. 3. Res. 24. §. Quarto octauo. & in to. 2. tr. 2. Res. 21. cursim in §. penult.

2. Verum ego adhæreo negatiuæ sententiæ, quam tuetur Rodriquez *tom. 2. q. 67. art. 1.* & Suarez *tom. 4. de Relig. tract. 10. lib. 9. cap. 4. num. 18.* Quibus adde Mancinum *de visit. infirm. pract. 8 dub. 14.* Pellizar. *in Man. Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 3. sect. 2. num. 15.* & Lezzanam *in summa tom. 2. cap. 16. num. 16.* Constat enim ex Concil. Trident. *sess. 23. cap. 15* nullum etiam Regularem posse Confessiones sæcularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, &c. idoneus iudicetur. Deinde Vrbanus VIII. in Bulla, quæ incipit, *Cum sicut accepimus*; & refertur in Bullario *tom. 4 Bull. 92.* reuocat omnia priuilegia aliàs concessa, quoad audiendas confessiones sæcularium personarum, sine examine, & approbatione Ordinarij.

3. Dicere autem cum Peyrino & aliis, quod Patres Concilij Tridentini, & Vrbanus VIII. loquitur de confessionibus sæcularium extraneorum (quales sunt etiam artistæ, qui Monasteriis inseruiunt, sed in iis non viuunt, neque dormiunt; & teste Rodriquez *tom. 2. quæst. 67. art. 1.* dicuntur familiares lato modo) non autem de confessionibus famulorum, qui sunt continui commensales, qui scilicet ordinariè viuunt in Monasteriis, ibique comedunt, bibunt, & dormiunt hoc inquam dicere, est mera fuga, & gratis dicitur: nam Concilium, & Vrbanus absolutè genericè, & sine vlla distinctione loquuntur; ergo eorum verba secundum regulas iuris absolutè, & sine vlla limitatione intelligenda sunt.

4. Sed si aliquis quærat hîc quomodo, & à quo sit puniendus Regularis excipiens sæcularium confessiones absque approbatione Episcopi. De hoc dubio nouissimè extat declaratio Sacræ Congregationis tenoris sequẽtis. Eminentissimi & Reuerendissimi Domini. Quæritur ab Eminentijs Vestris, qua pœna, & à quo sit puniendus Sacerdos Regularis, qui absque præuia Archiep. seu Episcopi approbatione confessiones personarum sæcularium audit. Die 14. April. 1646. Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum respondit: Puniendum esse ab eodem Archiepiscopo, seu Episcopo pœnis, etiam censuratum. Petrus Aloysius Cardinalis Carafa. Franciscus Paulutius S.C.C. Secret.

5. Nota etiam hîc, quòd Bordonus, & Peyrinus locis citatis tenent, dictos Confessarios absoluere posse prædictos familiares à casibus locorum Ordinariis reseruatis. Sed ego contrarium teneo cum Patre Lezzana, vbi sup. à n. 17.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 3. Res. 14. §. Licet aliquis. ad medium.

6. Sed hîc obiter quæro, an Regulares possint ministrare Sacramentum Extremæ-Vnctionis sæcularibus occasione hospitij intra Monasteria ipsorum infirmantibus ad mortem? Affirmatiuè respondet Pellizarius *in Manual. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 3. sect. 4. num. 316.* Idque, ait ille, absque licentia Episcopi, aut Parochi; & hoc ex indulto concesso PP. Benedictinis, & relato in Compen. Soc. *verb. Extrema-Vnctio*, his verbis: Possunt nostri iis, qui intra septa Collegiorum, seu domorum infirmati fuerint, Extremam-Vnctionem Apostolica auctoritate liberè Parochialis Presbyteri, aut alterius cuiuscunque Episcopi, vel Superioris licentia, vel assensu nullatenus requisito ministrare. Ita Suarez *tom. 4. de Relig. tract 10. lib. 9. cap. 4. num. 16.* qui bene notat, ad vsum talis indulti, nullam familiaritatem requiri, sed sufficere, vt quis ægrotet intra Monasterium; siue id contingat ratione hospitij, siue aliqua alia occasione (studiorum v.g.) Aduertit autem Miranda *part. 1. Manual. quæst. 49. art. 1.* eiusmodi indultum fuisse concessum à Nicolao Franco Apostolicæ Sedis Legato de Latere, eoque posse frui etiam alios Regulares per viam communicationis, & quidem etiam in præsentia. Sed vt optimè obseruat Lezzana vbi supra num. 20. dubitari potest, an tale indultum inter *viuæ vocis oracula* recensendum sit, & per consequens his temporibus inutile. Notandum est etiam cum DD. quos affert & sequitur Leander *de Sacrament. tom. 2. tract. 7. disp. quæst....* posse Regulares ministrare Eucharistiam in Paschate, & Viaticum in articulo mortis familiaribus, & seruitoribus commorantibus in Monasterio, vel si sint coniugati, & dormiant noctè extra Conuentum, quia hi etiam commensales sunt continui.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 2. Res. 63. & 22. §. vlt. & ibi in tr. 4 R. 13. §. penult. & lege etiã §. vlt.

Sup. hoc notatio infra in Res. 238. §. 2. & in tom. 2. tr. 2. Res. 16. §. Nota hic. & in R. 18. à principio. & in Res. 21. §. Notandum est. & in Res. 22. §. penult. & in Res. 63.

RESOL. LXXXIX.

An Religiosi B. Ioannis à Deo, vulgo dicti Bonfratelli, vel alij Regulares, si priuilegia Mendicantium participant, possint excipere in suis Hospitalibus confessiones infirmorum sine Ordinarij approbatione?

Et cursim infertur, quod in Religione quorumcumque Regularium Sacramentum Pœnitentiæ administratur pœnitentibus

pœnitentibus de familia à Confessariis deputatis tantum in Religione, ex consequentia cap.11. sess.25. Concilij Tridentini. Ex p.8.tr.7.& Misc.Resol.95.

Quoad hoc supra in Resol. 44. §. Nonus. Sed lege eius doctrinam à §. Hic. supposito. & §. eius not. & in to. 3.tr.3.ex lata doctrina resol. 26. cursim ad lin. 12. & vet. ad quem precisè.

§. 1. Affirmatiuè respondet Bordonus *in consil. Regul. resol.36.quæst.21.n.63.* Quia omnes personæ de familia Religiosorum quo ad Sacramenta subduntur Prælatis Regularibus, Conc.Trid. *c.11. sess.25.* vti de famulis, & reliquis recensui *resol. 34. quæst.16.§. Famuli*; sed hospitalia Regularibus subiecta, & personæ in eis degentes sunt de familia Religiosorum, hospitalia enim cum suis pertinentiis non solùm iure antiquo, *Clem. quia contingit, de relig. dom. §. Præmissa, & Clem.1. de priuileg. §.fin.* Religiosis, quibus est ab Apostolica Sede concessum, vt familiaribus suis domesticis, aut pauperibus in hospitalibus suis degentibus Sacramenta ministrare possint, nullum per dictam Clementinam præiudicium generari vult; sed etiam nouo, *sess. 25. cap. 8.* hospitalia Regularium non eximuntur ab eorum iurisdictione, & de nostræ Religionis hospitalibus Nicol. V. constit. *Pastoralis officij*, Dat.20. Iul.1447. statuit in hæc verba. Et hospitalibus singulos ministros idoneos deputandi, & eligendi, ipsique sic electi, & deputati absque alterius Apostolicæ, vel ordinariæ conseruationis adminiculo in spiritualibus,& temporalibus iuxta ipsius ordinis mores, & instituta Regularia tegantur. Item Nicol. IV. Cistercienfibus Sacerdotibus ab Abbate deputandis concessit facultatem audiendi confessiones,& alia Sacramenta administrandi infirmis inibi degentibus in eorum hospitalibus, prout refert Compend. Rodriquez *resol. 74. num.4.* Et pro Domin. *in constitut. Dudum siquidem.* Bonif.IX. inserta in constit. *Ad Summi*, Mart.V. Ergo iudicandi sunt secundùm mores & statuta Religionis: in Religione autem quorumcunque Regularium sacramentum Pœnitentiæ administratur pœnitentibus de familia à Confessariis deputatis tantùm intra religionem; ergo & infirmi ab his audiri possunt sacramentaliter. Quod autem degentes infirmi in hospitalibus sint de familia Religionis, constat ex *c. 1. citatâ Clement. de priuileg. iuncto cap. fin. de verbor. signific.* tales enim inibi vocantur, qui viuunt de expensis Religionis, & comedunt in domibus Religiosorum; ad hoc facit etiam glossa *verb. quòd verò, quæst. 5. caus.3.* & quæ habet Graff. *lib.2. arbitr.36. num.6.* Tum quia si est aliqua difficultas, maximè ex Trident. illo *c.15. 25.* vbi disponitur nullum Religiosum posse confessiones sæcularium audire sine approbatione Episcopi, priuilegiis, aut quauis consuetudine etiam immemorabili, non obstantibus; sed hæc nullius est momenti, quia Concilium nil disponit in casu nostro, siquidem inibi sermo est de merè sæcularibus, vt infirmi degentes in hospitalibus Regularibus, qui quamdiu ibi detinentur, reputantur ac si essent Religiosi quo ad fauorabilia, & cùm Religiosis adhæreant, Religiosi censendi sunt, argument. *l. quæ Religiosis, ff. de rei vend.* & Concilium bene, & necessariò recipit hanc expositionem de iure, quia iura iuribus concordare expedit, *cap. cùm expediat, de elect. in 6.* aliter *cap.15.* vbi requiritur approbatio Episcopi, aduersaretur, *cap.11. sess.25. citat.* vbi, dicitur quòd personæ de familia Religionis quoad Sacramenta eximuntur à iurisdictione Episcopi; ergo illud intelligendum est respectu sæcularium, qui non sunt de familia, vt vitetur correctio iurium, maximè in eodem Concilio, quæ quantum fieri potest vitanda est, cùm sit odiosa, *cap. cùm dilectus, §. cæterùm, de consuet.* ad quam vitandam interdum verba impropriantur, vt dicunt Anton. *in dict. cap. num.15.* Imol. *num.12.* Abbas *in cap. cùm olim, de sent. & re iud.* Alexand. *consf.85.* & ex eis Sanchez *disputat. 15. num.19. lib. 10.* ergo si verba possunt impropriari ad euitandam correctionem; ergo à fortiori restringi, cùm restrictio non excedat eorum proprietatem, immo id fiat secundùm leges, quæ odiosa mandant restringi. Et hæc omnia asserit Bordonus, ex cuius mente dicta esse volo. Nam, vt optimè obseruat Gauantus *in man. Episcop. verb. Confessarius, num.25.& 26.* & alij, Religiosi non approbati non possunt audire confessiones sæcularium, qui sunt de familia lato modo sumpta, sed ij, qui verè sunt de familia, & continui commensales, sed inter hos annumerandos esse infirmos in hospitalibus Regularium ægrotantes nimis laxum videtur, ideo tu cogita. Sed post hæc scripta inueni Raphaëlem Auersam *de sacrament. Pœnitent. quæst. 16. section. 7.* nominatim Bordoni sententiam refellere.

Sup. hoc supra in Res. 69.§. Quod. post mediũ, & in aliis eius not.

RESOL. XC.

An Generales, & alij Prelati Religionum possint confiteri confessoribus extra Religionem?

Et quid de Generalibus & Præpositis Religionis?

Et an supradicti possint eligere in Confessarium quemcumque Sacerdotem etiam ab Episcopo non approbatum intra, & extra Religionem?

Et an priuilegium, quod habent Præpositi eligendi quemcumque Confessarium, extendi possit etiam ad Vicarios nostros in Sede Vacante, vel alio modo absente Præposito?

Et an si absentia Præpositi esset non solum à domo, sed etiam à Ciuitate, vel esset mortuus, vel ex alia causa dimisisset Officium, an in istis casibus Vicarius habeat iurisdictionem fori conscientiæ, & contentiosi?

Et docetur, quod priuilegium insertum in corpore iuris non comprehenditur in generali derogatione sub nomine priuilegij his verbis, non obstantibus quibuscumque priuilegiis. Ex p.3.tr.2.Res.1.

Sup. hoc in Res. seq. in principio, & in Res. 2. post seq. §. Quoad. & infra in §. Deinde. huius Res. ad medium vers. Cum ex dicto c. & Vide etiam Res. & §§. eius nota.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docent communiter DD. *ex cap. pro dilatione, de pœn. & remiss.* vnde Villalobos *in sum. tom.1. tract.9. diffic.47. num.4.* sic asserit. [Tienen iurisdicion ordinaria los Prel. dos de las Religiones, como son generales, y Prouinciales que tienen iurisdicion quasi Episcopal, y los Guardianes, Abades, y Priores que presiden a toda la communidad, que ellos todos son ordinarios respectiuè, y tienen facultad de eligir confessor, pot la concession de Greg.IX. porque todos ellos se comprehenden de baxo de nombre de Prelado, y assi està en vso en las religiones como dize] Soto *in 4. dist.18. q.4. art.2.* Sic Villalobos, & alij *vbi infrà.*

Sup. hoc in Res. 1. nota præteritæ à lin.4. & in Res 1.§. Et his.& recitatur in alio §. eius annot.

2. Sed difficultas est in nostra Religione, nam in decretis Capitulorum generalium *p.1. c.6. n.1.* sic habetur. Nemo nostrûm sua peccata extero Sacerdoti confiteri queat, sed iis tantummodo nostratibus Confessariis, qui à Præposito domus fuerint designati, nõ obstante quocumque priuilegio, cui ex nunc totius Religionis nomine renunciamus, ac cedimus. Vnde sub his verbis Peregrinus *in comm. ad nostras constit. const. 5. p.1. c.9. lit.C. §.1.* putat comprehendi Generales, & Præpositos, & ideo ait ille, quòd quando à Religione eliguntur ad dictas Prælaturas, subintelligitur pactũ implicitum, quod est obseruandi, & curandi, vt obseruentur constitutiones, & decreta Capituli generalis, vnde eo ipso quòd acceptãt Prælaturas, tacitè renũciare videntur dicto priuilegio, quo gaudere non possunt nisi intra Religionem, nec decretum hoc est contrarium canoni, quia priuilegio suo cuique licet renunciare, *l. si quis in conscribendis, C. de pactis,* hæc Peregrinus.

Sup. hoc in Ref. seq. §. Ex his. à lin. 9. & in Ref. 1. post seq. §. 1. cursim in fine, & infra in Ref. 171. lege doctrinā §. Accedit. & §. vlt. Et in tom. 1. tr. 5. Ref. 79. §. Verum & in tom. 9. tr. 7. Ref. 118. §. vlt. paulo post initium, à vers. Sed quis. & ibi in tr. 8. Ref. 8. prope finem. à vers. adde quod.

3. Sed contrariam sententiam prorsus sustinendam esse puto, primò, quia priuilegium insertum in corpore iuris, vt est illud, de quo loquimur, reputatur ius commune, vt patet ex textu *in l. eius militis, §. militia missis, de test. milit.* & notat Iason *in l. 1. num. 16. de constit.* Henriquez *vbi infrà* & Lotherius *de re beneficiaria tom. 1. lib. 2. quæst. 7. num. 26.* vnde in generali derogatione non comprehenditur sub nomine priuilegij; quia eo quod insertum est in corpore iuris, habetur pro iure, & lege, & ideo Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 9. diff. 51. num. 3.* loquens de priuilegio Religiosorum *in Clem. dudum, de sepulturis*, sic asserit. [Aunque el Concilio Tridentino en aquel decreto reuoca los priuilegios, mas no de los que estan insertos en el cuerpo del derecho, porque ellos son leyes Ecclesiasticas y no se entiende de baxo desta palabra priuilegio que la ley que se instituye de nuouo no reuoca estos priuilegios aunque ponga qualesquieras clausulas generales, si no es que se haga dellos expressa mencion.] Ita ille.

4. Idem etiam tenet Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib. 2. cap. 6. dub. 1.* vbi ita ait. Iuxta motem loquendi Iuristarum nomine priuilegij non intelligitur, quod est in corpore iuris insertum, & lex de nouo instituta non reuocat priuilegia in iure inserta, nisi de illis fiat expressa mentio, licèt apponat quaslibet non obstantias generales, & reuocet priuilegia, quia priuilegia in iure inserta vendicant sibi aliud nobilius nomen, & sunt iam leges communes. Sic ille. Hoc etiam docet Miranda *in manuali Prælatorum, tom. 1. quæst. 41. articl. 6. in concl.* Henriquez *lib. 6. cap. 6. num. 4.* Fagundez *præcep. 2. lib. 7. cap. 2. num. 15. & num. 78. & 82.* Rodriquez *in quæst. regular. tom. 1. quæst. 59. art. 2.* Paulus Layman *in Theol. moral. lib. 1. tractat. 4. cap. 23. num. 26. & lib. 4. tractat. 6. cap. 11. num. 5.* & alij.

5. Hinc præter Layman *vt suprà*, & alios citatos DD. notauit etiam glossa *in Auth. qua in prouincia. C. de criminibus, vers. illico omni priuilegio, & in l. 3. Cod. de silent. lib. 12* cum Barbosa *in l. 2. §. legatis num. 117. ff. de iudiciis.* Borgos de Paz. *in l. 3. Taur. num. 559.* Decio *consil. 165. num. 4.* Iacobo Bennio *de priuileg. Iurisconsf. part. 3. priuileg. 100. num. 2.* Ruyno *vol. 1. consil. 228. num. 13.* Rebuffo *respons. 15. vers. septimo etiam, & respons. 134. vers. item si mandetur,* Mandosio *de priuileg. ad instar. glossa 14. num. 2.* Gomez *in cap. 1. num. 93. de constitut. in 6.* Felino *in cap. 1. numer. 12. & in cap. nonnulli, num. 9. & 26. de rescriptis*, & aliis, quòd ista clausula, *non obstante quocumque priuilegio*, non comprehendit priuilegium in corpore iuris insertum.

6. His igitur omnibus suppositis, sic argumentor contra Peregrinum. Priuilegium quod habent nostri Præpositi locales, est insertum in corpore iuris, sed priuilegia inserta in corpore iuris non derogantur, neque comprehenduntur, vt probatum est in clausulis generalibus, *non obstante*, &c. etiam alicuius Concilij Generalis, nisi de illis efficiatur expressa mentio, ergo à fortiori dictum priuilegium nostrorum Præpositorum non erit comprehensum in illa clausula Decreti, quod Peregrinus adducit, cùm sit priuilegium, vt dictum est, in corpore iuris insertum. Dicendum itaque est illud decretum factum fuisse in Capitulo generali pro gaudere volentibus priuilegio Bullæ Cruciatæ, vel aliis licentiis, & indulgentiis confitendi cuicumque etiam extero Sacerdoti inscio Superiore, non autem pro Generalibus, & Præpositis habentibus hoc priuilegium clausum in corpore iuris; cum igitur tale decretum loquatur tantùm de priuilegiis, non est extendendum ad iura Prælatorum quorum mentionem non facit; nam si hoc priuilegium comprehendere voluisset, de illo expressam mentionem facere debuisset, & ideo quando in aliqua Religione Capitulum generale voluit restringere, aut limitare, ne Prælati vtantur supradicto priuilegio, specificè illis hoc prohibuit, & ita factum esse in Religione Cisterciensi, notauit Hieronymus Llamas *in meth. part. 1. c. 5. §. 5.*

7. Deinde supponitur in illo Capitulo Patres renunciasse huic priuilegio, quod ego nego, & negant omnes, qui in illo Capitulo adfuerunt; nam tunc nihil de hac renunciatione talis priuilegij inter illos actum fuit, & tamen renunciatio priuilegij supponit necessariò renunciantis consensum, vel voluntatem, vt notat Suarez *de legibus lib. 8. cap. 33. num. 8.* & alij communiter, nam consensus, & voluntas non fertur in rem non cognitam; ergo dicto priuilegio in dicto Decreto renunciatum fuisse minimè dicendum est. Concedimus igitur Peregrino Superiores, quando eliguntur ad prælaturas subire onus obseruandi, & curandi vt obseruentur constitutiones, & decreta nostræ Religionis, sed negamus, quòd renunciant tunc tacitè huic priuilegio, de quo dictum est; nam numquam ipsi huic renunciarunt, neque ex vi verborum decreti in illo comprehensi sunt, ideoque neque illud obseruare tenentur, cùm ex dicto cap. finali possint sibi eligere in Confessarium quemcumque Sacerdotem, etiam ab Episcopo non approbatum intra, & extra Religionem. Et ita præter Villalobos *vbi suprà* docet Miranda *in manuali Prælatorum tom. 2. quæstion. 20. art. 7. & quæst. 32. art. 6. concl. 1.* Syluius *in addit. ad 3. part. D. Thom. quæst. 8. art. 5. Quæritur 2. conclus. 2.* Ioan. Valerius *in diff. vtriusque fori, vers. iurisdictio dict. 14. num. 2.* Barbosa *in collect. tom. 2. lib. 5. titul. 38. cap. 16. num. 2.* Filliucius *tom. 1. tract. 7. cap. 9. num. 231.* Suar. *tom. 4. in 3. part. disp. 27. sect. 2. num. 9. & 10.* Coninch. *de Sacramentis disp. 8. dub. 8. num. 60.* Nugnus *in 3. part. tom. 1. quæst. 8. artic. 5. dub. 2.* asserentes Prælatos Regularium posse eligere Confessarium etiam extra Religionem, dummodo ab eorum constitutionibus, & statutis hoc illis facere non prohibeatur, quod in nostris non prohibetur, nam in hoc tantùm negatiuè se habent, vt patet.

Sup. hoc cap. finali, in to. 3. tr. 3. lege doctrinam Ref. 22. per totam, & signanter §. Sed ego. &c.

8. Non desistam adnotare etiam hic quod noster P. Alphonsus de Leone, vir quidem doctus *in tract. de officio, & potest. confess. tom. 2. recollect. 11. num. 95. & 106.* docet Capitulum generale, nisi fuerit à Papa confirmatum, non posse derogare huic priuilegio Superiorum, quod habent à iure eligendi Confessarium extra ordinem, lege illum, & non pigebit; vnde apparet, quàm parum solidè opinio Peregrini defendi potest. Vide etiam Hieronymum Rodriquez *in compend. quæst. Regul. resolut. 10. num. 17.* vbi ait, quòd confirmatio statutorum alicuius Capituli generalis facta à Papa intelligitur, quatenus ipsa non sunt contraria iuri communi, & sacris canonibus, sed de his opinionibus Leonis, & Rodriquez alibi à nobis fusiùs dicetur.

9. Notandum est tamen aliquos DD. dictum priuilegium de eligendo Confessario extra Religionem concedere tantùm Generalibus, & non inferioribus Prælatis, vt Guardianis, Præpositis, &c. & ita tenet Reginaldus *tom. 1. lib. 1. cap. 4. sect. 2. num. 36.* Llamas *in meth. part. 1. cap. 5. §. 5.* & alij, meliúsque fecisset Peregrinus si cum istis DD. tenuisset; sed ille tenet cum communi DD. sententia, & postea putat, vt visum est, huic priuilegio nostros Præpositos renunciasse, quod minimè, *vt suprà* probaui, admittendum esse censeo.

10. Non grauabor etiam his omnibus addere, quòd probabiliter secundùm Megalam *in 1. part. lib. 1. cap. 10. num. 4.* & Coriolanum *de cas. reseru. part. 1. sect. 1.*

Sup. contēto in hoc §. infra in Ref. 93.

sect. 1. *art.* 24. supradictum priuilegium, quod habent Præpositi eligendi quemcumque confessarium, extendi potest etiam ad Vicarios nostros in Sede Vacante, vel alio modo absente Præposito, & ita in terminis hanc sententiam post hæc scripta docet P. Leone *de officio confess. tom.* 2. *recollect.* 6. *num.* 36. licèt etiam probabiliter contrarium asserat Suarez *in* 3 *part. tom.* 4. *disp.* 27. *sect.* 2. *num.* 8. & ratio est, quia actio subrogata habet priuilegium eius, cui subrogatur; & in nostris constitutionibus *part.* 3. *cap.* 9. dicitur quòd Vicarius absente Præposito huius vicem gerit, quæ verba explanans *in commentariis suis littera F.* Peregrinus sic asserit. Si absentia Præpositi esset non solum à domo, sed etiam à ciuitate, vel esset mortuus, vel ex alia causa dimisisset officium, in istis casibus Vicarius haberet iurisdictionem fori conscientiæ, & contentiosi, quia esset quasi Ordinarius vices Præpositi in omnibus gerens, & sic declarauerunt P.P. Dominicani in suis constitutionibus in Capitulo generali Parisiis celebrato anno 1246. Ita Peregrinus. Cuius verba non parum probabilem nostram, & Megalæ sententiam efficiunt, nam vt dictum est, & patet ex *l. si cum*, §. *qui iniuriarum*, *ff. si quis cautioni, & ex cap. Ecclesia, vt lite pen.* subrogatus in locum alterius, in eius quoque iura, & priuilegia subrogatus esse censetur, quod etiam notauit Tamburinus *de iure Abbat. tom.* 1. *disput.* 15. *quæst.* 11. *num.* 10. Verùm pro coronide huius resolutionis aduerte cum Molfesio *in summa tom.* 1. *tractat.* 7. *cap.* 15. *num.* 44. quòd licèt omnia supradicta contra Peregrinum sint vera, tamen non conuenit, vt Prælati Regulares confiteantur extra Religionem, licèt, vt dictum est, de rigore possint.

RESOL. XCI.

Sup. hac prima diffic. huius tituli in Ref. præterita à principio & in Ref. seq. §. quoad.

An Generales, & Prælati Regularium possint confiteri extero Sacerdoti? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Resol. 1.

§. 1. RESpondeo affirmatiuè stando in iure communi, vt bene aduertit Guilielmus Mercerus *in addit. ad* 3. *part. D. Thom. quæst.* 8. *art.* 5. *dub.* 1. *num.* 2. Sed quoad Generales & Prælatos nostræ Religionis negat Peregrinus etiam nouissimè *in addit. ad comment. constitut. part.* 3. *quæst.* 1. stante decreto edito in Capitulum generali, vbi sic habetur. Nemo nostrûm sua peccata extero Sacerdoti confiteri queat, sed iis tantummodo nostratibus Confessariis, qui à Præposito domus fuerint designati, non obstante quocumque priuilegio, cui ex nunc totius nomine Religionis renunciamus, ac cedimus. Cùm igitur in dicto decreto sit apposita dictio illa, *nemo*, quæ est vniuersalis negatiua, etiam in illo inclusos Generalem & Præpositos esse dicendum est.

Sup. hoc in Ref. 1. not. præteritæ, & in Ref. 2. §. Ex his, & recitantes in alio §. eius annot.

Quæ hic est Ref. antecedens, à §. eius 2. & in Ref. seq. §. Ex his.

2. Sed ego hanc sententiam *in part.* 3. *tract.* 2. *resol.* 1. improbaui, & nunc iterum improbo. Dico igitur decretum supradictum loqui tantùm de subditis quod patet, nam ibi sic dicitur. Nemo nostrûm sua peccata extero Sacerdoti confiteri queat, sed iis tantummodo nostratibus Confessariis, qui à Præposito domus fuerint designati, ergo apertè patet quòd loquitur de subditis, nam subditi tenentur confiteri cum Confessariis de designatis: & Superiores non obstante hoc decreto hodie in nostra Religione non sunt a striicti confessiones facere cum Confessariis ab ipsis pro domo assignatis, qui quidem si essent inclusi in dicto decreto, vt vult Peregrinus, necessariò ex ipsius verbis cum dictis Confessariis confiteri deberent; sed hoc dicere est absurdum, vt patet ex ipsa praxi: ergo dicendum est, vt ex verbis ipsius decreti apparet, in illo tantùm subditos comprehensos fuisse.

3. Nec valet dicere cum Peregrino, quòd ratio, quæ mouet Capitulum generale ad id statuendum pro subditis, multo magis procedit in Prælatis, ergo voluit omnes comprehendere, etiam Prælatos, nam primò respondeo contrarium apparere, vt visum est in verbis decreti, & hoc ad sedandam quæstionem sufficeret. Secundò respondeo negando in hoc casu eandem rationem procedere cum subditis, quæ cum Prælatis, nam Prælati tanquam Aaron eliguntur inter tantos vt digniores, & in Sicilia tantùm quinque sunt, qui ex priuilegio *cap. ne pro dilatione*, *de pen. & remiss.* possunt cum extraneis confiteri; subditi verò qui poterant sumere, v.g. Bullam Cruciatæ, pro qua certum est fuisse factum dictum decretum in magno numero, vnde inconueniens, quod in istis in damnum Religionis poterat sequi ex vsu Bullæ Cruciatæ, non erat timendum in Prælatis ex vsu priuilegij dicti *c. ne pro dilatione*, ex supradictis rationibus; ergo est dispar ratio inter vtrosque.

4. Non est igitur verum dicere, quòd eadem ratio quæ militabat quoad subditos circà electionem Confessarij extra Religionem virtute alicuius priuilegij, militabat etiam quoad Prælatos, & ideo rectè in supradicto decreto subditi, & non superiores, comprehensi sunt, vt suprà ex ipsius decreti verbis probatum est. Vnde patet responsio ad argumentum Peregrini fundatum in particula, *nemo*: nam respondeo esse quidem vniuersalem negatiuam, sed circa illos, de quibus loquitur decretum, videlicet subditos; non comprehendi autem Superiores, cum isti in dicto decreto comprehensi non sint, & idem respondendum est quoad dictionem *quocumque priuilegio*.

5. Ex his etiam patet non indigere responsionibus alia, quæ adducit nouissimè aduersus me Peregrinus: nam cùm ex verbis decreti, vt visum est, Prælati in eo non comprehendantur, corruunt omnia quæ ipse dicit; sed dato, & non concesso, quòd Prælati in dicto decreto comprehendantur, quod mordicus nego, dico adhuc Prælatos posse vigore dicti *cap. ne pro dilatione*, confiteri extra Religionem: nam licèt renûtiassent in dicto Decreto quibuscumque priuilegiis sub nomine *priuilegij*, vt obseruant communiter Doctores, quos ad satietatem adduxi *in* 3. *part tractat.* 2. *resol.* 1. non includitur quod in corpore iuris insertum est, & hoc non solùm in clausulis derogatoriis, sed etiam contra Peregrinum in renunciationibus, quia renunciatio est stricti iuris, & semper eam recipit interpretationem, vt noceat renuncianti quantum minus potest; vt docet Gratianus *volum.* 1. *responsi.* 66. *num.* 18. Parisius *vol.* 1. *cons.* 7. *num.* 73. Cravetta *consil.* 200. *num.* 10. & alij, quos citat & sequitur Riccius *part.* 4. *decis.* 59. *num.* 6. & 7. quibus ego addo Nouarium *de elect. fori*, *sect.* 1. *quæst.* 3. *num.* 5. loquentem in terminis casus nostri de renunciatione priuilegij, ergo in casu nostro licèt decretum asserat renunciatum fuisse cuicumque priuilegio, dicendum est in illo non includi priuilegium de quo loquimur, cùm sub nomine *priuilegij* non veniat tamquam in corpore iuris insertum, confirmatur hæc omnia ex doctrina Parisij *de resignatione benefic. tom.* 1. *lib.* 8. *quæst.* 1. *num.* 16. vbi ex Burtio docet, quòd renuncians priuilegio non censetur renunciare iuri communi; sed priuilegium insertum in corpore iuris, vt inter alios docet Lotherius *de re beneficiaria*, *tom.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 7. *num.* 26. ex *l. eius militis*, § *militia missus, de testam. milit.* reputatur ius commune; ergo in renunciatione priuilegiorum istius decreti non includitur

Quæ hic est Ref. antecedens, & in aliis not. seq.

Sup. hoc in Ref. præterita §. Sed còntrariam, à lin. 2. & in aliis eius annot.

ditur priuilegium Prælatorum, de quo loquimur, quia vt clausum in corpore iuris censetur ius commune.

6. Restat modò respondere ad argumenta Peregrini. Dico igitur quòd non est verum quod dicit Peregrinus ad infringendum argumentum, quod aduersus illum adduxeram, *loco citato*, nempè renunciationem non esse stricti iuris, & ideò interpretandum, vt eius verba sonant, non est inquam hoc verum, quia, vt Doctores citati asserunt, totum contrarium dicendum est, nempè renunciationem esse stricti iuris, & in ea faciendam esse strictissimam interpretationem, vt minùs noceat renuncianti, & ita prætet Doctores citatos docet Decius *cons.* 352. *numer.* 7. Decianus *cons.* 45. *num.* 11. *volum.* 2. Surdus *cons.* 431. *num.* 20. *volum.* 3. Menochius *cons.* 286. *numer.* 8. *&* 9. *volum.* 3. & alij penes ipsos. Ad id verò quòd in decreto apponatur illa particula, *quocunque Priuilegio*, quæ est collectiua habens effectum importantem vniuersitatem, respondeo intelligendam esse de quocunque priuilegio, quod sub nomine *priuilegij*, potest includi, quod non accidit in casu nostro, vt probatum est. Ergo, &c. Ad illud verò, quòd Prælati scientes habere hoc priuilegium, & illud non excipiendo ideò renunciauerunt, assero satis excepisse, dum in specie de illo mentionem non fecerunt: nam cùm renunciassent simpliciter quibuscunque priuilegiis, sciebant hoc Priuilegium in dictis verbis non includi, cùm sub nomine *priuilegij*, non veniat tanquam in corpore iuris inclusum. Et tandem ad aliud argumentum quòd ratio, quæ mouit Capitulum generale ad renunciandum priuilegiis, multò magis procedit in Prælatis quàm in subditis. Respondeo primò, cùm renunciatio ex ipsomet Peregrino sit spontanea refutatio, Patres in illo capitulo voluerunt renunciare priuilegiis quo ad subditos, non autem quoad Prælatos. Vel secundò respondeo esse disparem rationem in hoc casu inter subditos, & Prælatos, vt suprà probatum est; remanet igitur satis firmata nostra sententia, nempè in dicto decreto non esse inclusos Prælatos nostræ Religionis quoad priuil. *cap. ne pro dilatione, de pœn. & remission.*

RESOL. XCII.

An Episcopi extra Diœcesim possint eligere Confessarium non approbatum ab Ordinario: & quid de Prælatis Regularium?

Idem esse dicendum de quolibet Regulari habenti licentiam eligendi Confessarium?

Et an Præpositi nostræ Religionis possint dare licentiam, vt Sacerdotes simplices audiant aliquando confessiones Fratrum?

Et an in administrandis, & recipiendis Sacramentis necessariis ad salutem, semper tutiores opiniones amplecti debeamus, extra opinionem, quæ versatur circa materiam, & formam Sacramentorum?

Et docetur, quòd non solùm error communis, sed etiam probabilis Doctorum opinio, efficit, vt Ecclesia det iurisdictionem, etiamsi opinio illa sit falsa, vt si probabile sit, talem posse absoluere à reseruatis, vel censuris, vel assistere matrimonio, excommunicare, eligere Confessarium, &c. Ex p. 3. tr. 2. Res. 3.

Sup. hoc inf. in Res. 97. §. Tertiò argumentatur. cursim in pr. & in to. 1. tr.

§. 1. QVoad primum Suarez *vbi infrà*, notat, Romæ fuisse hanc quæstionem excitatam & ventilatam in quadam congregatione, cui decem Cardinales interfuerunt, & diuisos fuisse in diuersas sententias, quinque enim illorum affirmabant, & quinque negabant. Prima ergo sententia affirmat, quam nouissimè tenet Villalobos *in summ. tom.* 1. *tractat.* 9. *diffic.* 55. *numer.* 4. Ioan. Valerus *in diff. vtr. fori, ver. iurisdictio, diff.* 14. *numer.* 2. Coriolanus *de cas. reseru. part.* 1. *sect.* 1. *artic.* 21. *numer.* 5. & alij. Nam cur non poterit Episcopus Sacerdotem sibi non subditum ad se confitendum per hanc electionem approbare, sicut potest illum approbare pro ouibus suis? Deinde Concilium Tridentinum *sess.* 23. *de reform. cap.* 15 in illis verbis, *Non obstantibus priuilegiis*, &c. non derogat priuilegiis in corpore iuris insertis. Neque enim per clausulam generalem priuilegio in iure inserto derogatur, vt est regula Canonistarum, quam tradit Decius *consil.* 165. & nos *suprà* satis probauimus. His tamen non obstantibus.

3. Res. 13. §. Quero quarto. & in Res. 31. § sed hic. ad med. & in to. 3 tr. 1. Resol. 38 §. Sed difficultas. & in to. 4. tr. 8. Res. 105 §. 1. in princ.

2. Secunda sententia negat; & ita decreuit Gregorius XIII. & ita docent Riccius *in praxi tom.* 1. *resol.* 470. *numer.* 2. Graffius *tom.* 2. *lib.* 5. *consil.* 4. *de pœn. & remission.* 13. Alphonsus de Leone *tract. de Iubileo, part.* 1. *quæst.* 9. *numer.* 28. Faustus *de Iubileo, lib.* 4. *quæst.* 73. Azorius *part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *quæst.* 16. Armendariz *in addit. ad recop. leg.* Nauar. *lib.* 1. *tit.* 18. *leg.* 7. *numer.* 54. Barbosa *in collect. tom.* 2. *lib.* 5. *tit.* 38. *cap.* 16. *numer.* 4. Filliucius *tom.* 1. *tractat.* 7. *cap.* 9. *numer.* 256. Suarez *in* 3. *part. tom.* 4. *disp.* 28. *sect.* 4. *numer.* 2. Megala *in* 3. *part. lib.* 1. *cap.* 10. *numer.* 18. Molfesius *in summ. tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 15. *numer.* 34. & alij. Quia Concilium verè & propriè non derogat Episcoporum priuilegio, quia priuilegium expressè dicit, vt possint eligere Sacerdotem idoneum, & hoc illis integrum manet, neque Concilium illud in totum, vel in partem abstulit, sed solùm ex parte Confessoris posuit conditionem necessariam, vt idoneus sit, nempè approbatus ab Ordinario: & hæc conditio vniuersaliter apposita est respectu omnium sæcularium, inter quos Episcopi continentur.

Et pro aduerbio suprà contento in lin. pen. § 1. huius Res. in Res. 90. §. sed contrariam. & in aliis eius annot.

3. Quoad verò Prælatos Regulares certum est, Concilium Tridentinum nihil innouasse; nam solùm loquitur de confessionibus sæcularium, & ad has approbationes Episcoporum in Confessariis requirit, tam sæcularibus, quàm Regularibus. Igitur Prælatus Regularis, vel quilibet Regularis, habens licentiam eligendi Confessarium, possunt eligere sibi in Confessarium quemlibet Sacerdotem, etiamsi ab Episcopo non fuerit approbatus. & ita docet Portel *in dub. Regul. verb. Confessor. erga Regulares, numer.* 14. Fagundez *præcept.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *numer.* 3. 4. *&* 5. Suarez *tom.* 4. *disp.* 28. *sect.* 4. *numer.* 5. Nauar. *in manuali, cap.* 4. *numer.* 2. Coninch *de Sacrament. disput.* 8. *dub.* 7. *numer.* 48. Zerola *in praxi pœnit. cap.* 15. *quæst.* 2. §. *Dico quarto.* Reginald. *tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 5. *numer.* 41. *cap.* 15. *numer.* 175. *& lib.* 8. *cap.* 3. *sect.* 4. *numer.* 36. cum aliis communiter. Quòd verò Prælatus Regularis possit eligere quemlibet Sacerdotem sibi in Confessarium, patet *ex cap. ne pro dilatione, de pœn. & remiss.* & tradunt communiter DD. & nos dicemus *infrà*.

Sup. hoc sup. in Res. 90. à pr. & § Deinde. ad med. v. cũ ex dicto. & in aliis eius not. Et pro quolibet Regulari cõtento in hoc textu infr. in Res 96. §. Et ita. ad lin. 4. & in aliis eius annot. & in to. 3. tr. 1. Res. 38. §. 2. in fin.

4. Ex his infero contrà Peregrinum *in comment. ad nostras constitut. part.* 1. *cap.* 5. *litt.* C. Præpositum nostræ Religionis posse confiteri simplici Sacerdoti nostræ Religionis, etiamsi non sit admissus ad audiendas confessiones à nostro Patre Generali, quia, vt dictum est, habet potestatem, ex *dicto cap. ne pro dilatione*, &c. eligendi pro Confessario quemlibet Sacerdotem, & Concilium Tridentinum nihil innouat quoad Regulares; ergo, &c. Vndè ex multis aliis rationibus hanc opinionem post hæc scripta inueni contra Peregrinum docere etiam ex nostris P. Leon. *de offic. & potest. confess. tom.* 2. *recollect.* 6. *numer.* 92.

Sup. hoc sup. in Res. 90. à §. 2. & in R. 91. à lin. 4. & infrà ex doctrina R. 97. recitatiuè in eius §. vlt.

Et

Et dato, sed non concesso, quòd contraria opinio esset probabilis, displicet mihi id, quod asserit dictus Peregrinus, nempè esse sequendam tanquam tutiorem, & quod in administrandis, & recipiendis Sacramentis necessariis ad salutem semper tutiores opiniones amplecti debeamus; quia obligatio charitatis, qua tenemur prouidere proximo de remedio, postulat, vt illa prouideamus remedia, quæ sunt absque periculo, quando possumus id absque detrimento; ergo qui minus tutam opinionem amplecteretur, non satisfaceret huic obligationi. Præterea sic est vniuersalis vsus Ecclesiæ. Ita Peregrinus.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 1. Res. 2. & in multis aliis eius annot.

5. Sed si hæc doctrina esset vera ita absolutè prolata, mundus scrupulis implicaretur, & væ væ Confessariis, pœnitentibus; non est igitur admittenda in casu nostro. Nam quando sunt opiniones probabiles circa iurisdictionem Sacerdotis ad confessiones audiendas, potest Sacramentum ministrari secundùm opinionem probabilem, relicta probabiliori: secus autem si opiniones versarentur circa materiam, & formam Sacramenti; nam tunc tutior opinio est sequenda, & in hoc casu loquuntur Doctores, quos citat Peregrinus. Et ratio nostræ sententiæ est, quia probabilis opinio confert Sacerdoti iurisdictionem, & sic nulli periculo pœnitens exponitur. Vnde cessat ratio Peregrini. Adde quod semper pœnitens se accusat de aliquo veniali, & cum simplex Sacerdos super venialia iurisdictionem habeat, absoluens propter opinionem probabilem semper gratiam causabit, & sic pœnitenti nulla irrogabitur iniuria. Et ita hanc nostram sententiam tenet Granado *in 1. 2. D. Thom. controuers. 2. tractat. 12. disput. 4. sect. 4. numer.* 38. Suarez *tom. 4. disput. 26. sect. 6. numer. 7. &* 8. Martinez *in 1. 2. D. Thom. tom. 1. quæst. 19. artic. 6. dub. 6. conclus.* 7. Malderus *in 1. 2. D. Thom. quæst. 19. artic. 5. disput.* 86. Salas *de legibus disput. 12. sect. 6. numer.* 24. Vasquez *in 1. 2. tom. 1. disput. 156. num.* 27. Henriquez *lib. 2. de pœnit. cap. 14. n. 3. &* 4. Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 22. n.* 65. & alij. Quidquid in contrarium asserat Nugnus *in 3. p. to. 2. q. 8. art. 5. dub.* 3.

Sup. hoc in to. 8. tr. 1. R. 2. §. 2. ad medium, v. Et tandem, & in aliis eius notat. & pro materia, & forma Sacrament. ibi in Res. 5.

Sup. hoc in R. 1 not. præterita. §. vlt. & in aliis eius annot. & pro hac iurisdictione inueni alia in to. 3. tr. 1. lege doctrinam. R. 39. à principio.

Sup. hac materia, & forma Sacram. cursim in §. præterito huius R. ad lin. 8. & in tr. 1. & R. 58. & pro in iurisdictione ministri in R. 2. §. 2. ad med. v. & tandem, & in aliis eius annot.

6. Vnde non grauabor hîc apponere verba Henrici Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 1. diff. 13. numer.* 5. sic asserentis. [Hase de aduertir aqui grandamente, que si de hecho de verdad falta la materia, ò forma del Sacramento, aunque aya opinion, que diga, que lo es, la que se pone, no se haze Sacramento, ò aunque todos los Doctores dixessen lo contrario, porque las materias, y formas de los Sacramentos son de derecho diuino, y no se pueden supplir por derecho humano, ni por opinion de Doctores, mas quando ay diuersas opiniones en cosa, que toca à iurisdicion. v. g. como si se duda, si vn Clerigo puede assistir validamente al Sacramento del matrimonio, ò no, ò en el Sacramento de la penitencia se duda, si fue legitima la licencia que se dio à tal Sacerdote, ò si el priuilegio de la Bulla esta reuocado en todos los casos dichos, ò otros semejantes, que tocan à iurisdicion, aunque de verdad la opinion, que dize, que no es legitimo ministro sea, verdadera delante de Dios con todo esso, mientras la tal verdad està escondida, y ay probable opinion de lo contrario, lo que el ministro en estos casos haze, es valido por razon del comun error, y el titulo presumpto, que tiene de legitimo superior, y el defetto de la tal iurisdicion, ò licentia le puede suplir, y suple el derecho humano.] Ita Villalobos, & ante illum præter Doctores citatos, Lessius *lib. 2. cap. 29. dub. 8. numer.* 68. sic asserens. Non solùm error communis, sed etiam probabilis Doctorum opinio efficit, vt Ecclesia det iurisdictionem, etiam si opinio illa sit falsa. Vt si probabile sit talem posse absoluere à reseruatis, vel censuris, vel assistere matrimonio, excommunicare, eligere Confessorem, priuilegium non esse reuocatum, & similia, & ille ex hac opinione operetur, validum erit, Ecclesia supplente defectum, si fortè subsit. Sic Lessius. Ad vsum verò vniuersalem Ecclesiæ, quem Peregrinus adducit, nescio quomodo possit illum probare, imò contrarium apparet ex communi DD. sententia, vt suprà visum est, & confessarij passim absoluunt cum opinione probabili, etiam in casu in quo agitur de eorum iurisdictione.

Sup. hoc in to. 8. tr. 1. R. 4. §. 1. per tot.

& signanter ad med. & in aliis not. 2 præcit. §. & in to. 3. tr. 1. ex R. 4. §. Sed audiamus.

7. Notandum est etiam hîc obiter ex dictis, posse Præpositos nostræ Religionis dare licentiam, vt Sacerdotes simplices audiant aliquando confessiones Fratrum, quidquid in contrarium videatur sentire Peregrinus *in compend. Priuileg. ver. absolutio quoad fratres, §. 2. in scholiis*, & ita aduersus dictum Peregrinum docet Leone *in tractat. de offic. & potest. Confessar. tom. 2. recollect. 6. numer.* 97.

RESOL. XCIII.

An Vicarij Superiorum localium, & præsertim nostræ Religionis possint eligere Confessarium, etiam præsente Superiore, extra Religionem? Ex p. 6. tract. 8. & Misc. 3. Res. 15.

§. 1. Gaudere solùm in absentia Superioris priuilegio cap. finalis de Pœnitent. tradidi cum aliquibus Doctoribus *in part. 3. tractat. 2. resolut.* 1. Sed nouissimè nominatim contra me affirmatiuam sententiam docet Pasqualigus *decis.* 103. *num.* 2. quia præsente Superiore, sunt etiam ipsi verè Superiores.

Quæ hîc est sup. R. 90. in eius §. vlt.

2. Secundò, quia subrogatus in locum alterius fruitur iisdem priuilegiis, quibus ipse.

3. Sed his non obstantibus, ego iterùm negatiuæ sententiæ adhæreo, & argumenta Pasqualigi procedunt absente Superiore; & quidem non video, quomodo potest admitti, quòd præsente Superiore in nostra Religione Vicarius dicatur Prælatus exemptus. Et vt verum fatear non parùm liberales sumus cum nostris Vicariis, concedendo tantùm contra Pasqualigum authoritatem eligendi Confessarium, absente Præposito, Nam Bordonus *in Consiliis Regularium, resolut. 34. numer.* 6. docet dictos Vicarios, neque absente Superiore posse Confessarium eligere, & ad argumentum adductum à Pasqualigo, quod subrogatus in locum alterius gaudet priuilegiis subrogantis, respondet, illud axioma habere locum quando quis propriè subrogatur in locum non existentis, & ita etiam in terminis casus nostri exponit hoc axioma Syluester Casuistarum Princeps, *ver. Confessor. 1. numer.* 8. & contra sententiam Pasqualigi, præter Doctores à me *vbi suprà* citatos, vide Faustum *de Sacrament. Pœnit. lib. 6. quæst.* 92. vbi docet Superiorem licèt aliis præferatur, præsente priore non posse eligere sibi Confessarium. Vide Scropham *in qq. Regul. quæst. 33. numer.* 2.

RESOL. XCIV.

An Guardiani, Priores, Præpositi, & Rectores Regularium possint illis præbere licentiam, vt eligant Confessorem extra Religionem?

Et notatur, quod quando Regulares ex licentia, vel priuilegio confitentur extra Religionem, non tenentur eligere confessarium ab Episcopo approbatum, sed sufficere

cere eligere idoneum, hoc est non suspensum, vel excommunicatum.

Et deciditur, omnes Prælatos Conuentuales Religiosorum habere iurisdictionem ordinariam in vtroque foro, & proinde posse eam delegare: Ex part. 3. tract. 2. Resol. 2.

Sup. hoc in Res. seq.

§. 1. Affirmatiuè respondeo, seclusa constitutione Religionis, vel statuto in contrarium, & ratio est, quia qui habent ordinariam potestatem, possunt illam alteri delegare, vt habetur *in c. quibus, de officio Ordinarij*, & notat Syluius *in addit. ad 3. part. D. Thom. quæst.* 8. *art.* 5. Ioan. de la Cruz *in direct. part.* 2. *de sacram. Pœnit. quæst.* 5. *dub.* 6. *concl.* 1. Barbosa *in leg. cùm prætor.* §. 1. *numer.* 527. *ff. de iudiciis*, & alij communiter. Sed Guardiani, Præpositi, &c. habent potestatem ordinariam, & sunt suorum subditorum Ordinarij, vt notat Suarez *de Relig. tom.* 4. *lib.* 10. *cap.* 5. *numer.* 3. Molfesius *in sum. tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 14. *numer.* 6c. Fillucius *tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 7. *numer.* 188. Ledesma *in summ. tom.* 1. *de Sacrament. cap.* 8. *quæst.* 7. *numer.* 3. & alij communiter. Ergo possunt hanc potestatem aliis subdelegare, & ideò Villalobos *in summ. tom.* 1. *tract.* 9. *diffic.* 49. *numer.* 11. sic asserit. [Los Guardianos, y Prelados semejantes como son Ordinarios, tambien pueden delegar su iurisdicion,] & & citat Angles, Rodriquez, & Cenedum, quibus etiam ego addo Portel. *in dubiis Regularium, ver. Prælatus numer.* 1. & 2. vbi ita ait, Guardiani possunt delegare, id est, committere alicui vt faciat omne illud, quod ipsi possunt facere ex officio ordinario, quia habent potestatem ordinariam, & *in addit. verf. Prælati potestas, numer.* 2. sic etiam ait. Omnes Prælati conuentuales Religiosorum habent Iurisdictionem ordinariam in vtroque foro, ac proinde possunt illam delegare, quia habent iurisdictionem ex officio, seu ex lege Canonica, quæ Prælatis ritè electis dat iurisdictionem competentem suo officio, & tandem Ioann. de la Cruz *de statu Religionis, lib.* 1. *cap.* 6. *dub.* 8. docet, quòd non tantùm iurisdictio competens Prælatis Regularium ex iure communi, vel particulari suarum legum est ordinaria, ac subinde delegabilis, sed etiam iurisdictio illis concessa ex priuilegio Principis. Vide omninò Ascanium Tamburinum *de iure Abbat. tom.* 1. *disp.* 3. *q.* 2. *n.* 1. & Sa *verf. delegatus, num.* 2.

Sup. his in to. 3. tr. 1. ex lata doctrina R. 16. prop. fin. v. Secundo infertur. Sed lege eam per totam, & si placet etiam alias R. eius primæ not. quamuis ibi sit potestas ex priuil.

Sup. hoc in Res. seq. à lin. 2.

2. Sed difficultas est in nostra Religione. Nam Peregrinus *in commet. ad nostras const. part.* 1. *c.* 9. *lit.* C. §. 2. negatiuam sententiam docet. Sic enim ait: Dubitari posset, vtrùm præpositi locales possint licentiam tribuere vni ex nobis sibi subdito, vt confiteri possit Confessario extra Religionem nostram. Respondetur, quòd non, absque necessitate; ratio est, quia Capitulum generale potuit hoc prohibere, & de facto prohibuit hoc decreto. Ita Peregrinus.

3. Verùm ego contrarium sentio; nam verba decreti sunt hæc *in part.* 2. *cap.* 6. *numer.* 2. Nemo nostrûm sua peccata extero Sacerdoti confiteri queat, sed iis tantummodò nostratibus Confessariis, qui à Præposito domûs fuerint designati, non obstante quocunque priuilegio, cui ex nunc totius Religionis nomine renunciamus, ac cedimus. Quæ quidem verba, vt clarè apparet, & nos in superiori resolutione firmauimus, loquuntur tantùm de priuilegiis, vt est Bulla *Cruciata*, vel aliud indultum eligendi quemcumque Confessarium inscio Superiore, & ideò non debent neque possunt extendi ad licentias, quas subditi obtinent à suis Prælatis, quibus de iure communi ex *cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss.* tanquam ordinariis competit, & possunt hanc facultatem præbere, & hæc omnia in resolutione superiori satis firmata sunt. Igitur cùm tale decretum loquatur expressè de priuilegiis, non est extendendum ad iura Prælatorum, quorum mentionem non facit. Adde, quod de renunciatione huius priuilegij, vt patet omnibus, nihil actum fuit in illo Capitulo generali, ex quo decretum supradictum emanauit, & cùm esset res grauis, tollens circa hoc potestatem ordinariam Prælatis, specificè efficeretur prohibitio, si Capitulum generale, tunc dictam potestatem tollere, aut limitare voluisset, sicuti fecerunt constitutiones Prædicatorum, in quibus notauit Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib.... cap.* 6. *dub.* 11. habetur non posse Priorem concedere sibi subdito licentiam confitendi Sacerdoti alterius Ordinis, sed solus Magister Ordinis hoc potest concedere, quando non adest Confessor Ordinis. Per quod infert Ioan. de la Cruz, limitatur authoritas ordinaria istorum Prælatorum, quòd in nostra Religione per constitutionem, vel per aliquod decretum vsque adhuc minimè factum esse censeo.

Quæ hîc est sup. R. 90. ad med. §. His igitur.

4. At diceret aliquis Sixtum IV. Innocentium VII. Clementem VII. Leonem X. concessisse Regularibus, vt cum licentia suorum Prælatorum, tantùm cùm itinerantur, possint extra Religionem Confessarium eligere, quas Bullas affert Ioan. de la Cruz *vbi suprà*, Villalobos *in summ. tom.* 1. *tract.* 9. *diff.* 49. *num.* 12. ergo si Prælati Regularium possint hanc licentiam subditis præbere, vt etiam extra Religionem confiteantur, ad quid deseruiunt priuilegia illa Pontificum? Respondeo cum Llamas *in meth. part.* 1. *cap.* 5. §. 5. quòd aliquando in priuilegiis conceditur Regularibus minùs quàm quod de iure communi illis competit, & ideò in casu nostro plus possunt subditi à Prælatis Regularibus ex potestate ordinaria obtinere, quàm quod in priuilegiis Summi Pontificis concesserunt, qui tamen cum dictis priuilegiis potestatem ordinariam Prælatis Regularium tollere minimè intenderunt. Probatur totum hoc ex priuilegiis quæ affert Llamas *vbi suprà* concedentia Prælatis Regularem eligere Confessorem cum licentia sui Generalis, non obstante, quod hoc competebat illis de iure, *ex cap. fin. de pœnit. & remiss.* vt *suprà* probatum est, independenter à licentia Generalis, & tamen, vt patet, per dicta priuilegia hoc ius illis non fuit ablatum, quin si vellent, sine Generalis licentia Cõfessarium eligere non possunt. Sed dicendum est in casu nostro supradicta priuilegia non tollere Prælatis Regularium potestatem ordinariam, quin possint, si velint præbere licentiam subditis, non solùm itinerantibus, sed etiam in Monasterio existentibus eligere sæcularem, vel Regularem Confessarium, & ideò Miranda *in Manuali Prælatorum, tom.* 2. *quæst.* 32. *art.* 6. *conclus.* 1. Villalobos *in sum. tom.* 1. *tractat.* 9. *diff.* 49. *numer.* 11. & 12. & alij adducunt supradicta priuilegia Pontificum. Attamen non obstantibus dictis priuilegiis, firmant posse Prælatos supradictam licentiam potestate ordinaria suis subditis præbere, quia proprias oues, ait Miranda vbi suprà, cui voluerint pastori, aliàs idoneo possunt committere. Et ideò ait Graffius *in decis. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 23. *numer.* 54. quod Franciscanus de licentia sui Prælati, confiteri possit Augustiniano, & credendum est illi sine literis, si dicat habuisse licentiam. Nec refert quod possit Prælatus indiscretè vti tali potestate; nam id est, per accidens, & quomodocumque id faciat, factum tenebit. Verùm aduertant Prælati, hanc licentiam non præbere absque causa; nam si aliter fecerent, non expediret. Confessionem tamen cum tali licentia factam, validam, & firmam esse puto.

Sup. his priuil. lege doctrinam, vlt. huius Res. & aliorum eius not.

5. Notandum est etiam hîc obiter contra Peregrinum

Sup. hoc inf.

in R.96.§. Et ita ad lin. 4. & latissimè in aliis eius annot. & hoc sup. lege priuilegia posita in pr. §. præteriti huius Res.

grinum *in compen. priuileg. ver. absolutio quoad Fratres*, §. 2. *in scholio*, quòd quando Regulares ex licentia, vel priuilegio confitentur extra ordinem, non tenentur eligere Confessarium ab ordinario approbatum, sed sufficit eligere idoneum, hoc est non suspensum, vel excommunicatum, &c. Ita Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib. 2. cap. 6. dub. 11. concl. 1. in fin.*

RESOL. XCV.

Sup. prima diffic. huius tit. in R. præterita.

An Generales & Prælati Regularium possint licentiam præbere suis subditis, vt Confessario extra Religionem confiteantur? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Res. 2.

§. 1. POsse, & hoc de iure communi omnibus patet; sed Peregrinus difficultatem ponit quoad Superiores nostræ Religionis stante decreto posito in superiori resolut. & nouissimè *in addit. q. 3.* negatiuam sententiam docet.

Sup. hoc in R. not. seq §. Sed difficultas.

2. Sed ego affirmatiuam sententiam docui *in 3. part. tractat. 2. resolut. 2.* quia vt suprà visum est, Prælati non includuntur in supradicto decreto, & in illo renunciantur priuilegia, vnde cùm renunciatio sit stricti iuris, & ideò strictissimè interpretanda, quemadmodùm contra Peregrinum, præter Doctores citatos, docet alter Peregrinus *tract. de fideicommiss. art. 52. numer. 25.* & Parisius *de resignat. benefic. lib. 1. quæst. 18. numer. 15. & seq. lib. 8. quæst. 1. numer. 8. & seq.* sequitur sub nomine *priuilegij*, non debere intelligi licentias, de quibus loquimur.

Quæ hîc est R. antecedēs. in eius §. Sed difficultas.

3. Nec obstat dicere cum Peregrino, quòd absurdum esset, voluisse Capitulum Generale prohibere suis subditis, vt non confiteantur sua peccata exteris Sacerdotibus de licentia Summi Pontificis, & de licentia sui Prælati possent confiteri, & quòd renunciassent priuilegiis Summorum Pontificum, & non priuilegiis suorum Prælatorum, non, inquam, obstat hoc dicere, quia Prælati in præbendis dictis licentiis considerant omnes circumstantias, & maturè perpendunt, si ob bonum subditi & Religionis liceat illis præbere; quod non accidit si subditi fruerentur priuilegio Summi Pontificis, v. g. Bullæ Cruciatæ: nam omnes independenter à Prælatis toties quoties possent illam sumere, & absolui extra Religionem à reseruatis in detrimentum regularis Obseruantiæ, quod apertè non euenire in casu nostro dicendum est; nam subditi tunc poterunt confiteri extra Religionem, quando licentiam obtinebunt ab eorum Prælatis, qua quidem obtenta non possunt absolutionem obtinere à reseruatis, si non explicitè Superior hoc declaret, vt satis probaui *in addit. ad 3. part. resol. 4.* ergo est dispar ratio inter vtrumque casum, & per consequens cessat absurditas, quam bene non adducit Peregrinus: nam, vt dictum est, inconuenientia in detrimentum Religionis, quæ poterat sequi ex libero vsu priuilegiorum Summorum Pontificum, non possunt sequi ex impetratione licentiarum à Prælatis obtentarum, per rationes paulò superiùs adductas. Ergo, &c.

quæ nunc hanc sequetur, in eius §. vlt. & in aliis not. 1. d. §.

4. Vnde ex supradictis paret etiam responsio ad aliud argumentum Peregrini, nempè hoc decretum esse statutum à Capitulo generali; sed inferior non potest dispensare in lege sui Superioris. Ergo Prælati nostræ Religionis non possunt tales licentias tribuere: nam respondeo Patres in dicto decreto, vt paret, renunciasse facultati confitendi extra Religionem virtute priuilegiorum, sub quorum nomine, vt suprà probatum est, non debent intelligi licentiæ obtentæ à Superioribus: ergo quando Prælati tribuunt dictas licentias, non dispensant, vt vult Peregrinus, in lege suorum Superiorum, sed vtuntur iure suo, quod Capitulum generale in dicto decreto noluit illis auferre. Ad alias verò rationes, quas adducit Peregrinus fundatas in illis particulis, *nemo*, & *quorumcumque Priuilegiorum*, quas vniuersales esse asserit, respondeo vt in superiori resolutione, vniuersales quidem esse, sed circa ea quæ inclusa sunt in dicto decreto. Verum in dicto decreto non includuntur Prælati, neque sub nomine priuilegiorum eorum licentiæ, vt visum; & probatum est; ergo dictas particulas aduersus nostram sententiam nihil operari dicendum est.

Quæ hîc est suprà R. 91.

RESOL. XCVI.

An Regulares possint confiteri, (seclusa prohibitione suorum Prælatorum, vel de eorum licentia,) cum Sacerdotibus sæcularibus non approbatis ab Ordinario, dum tamen sint idonei?

Et quid de Equitibus Diui Iacobi, Alcantaræ, Calatraua, &c.

Et an quando Regulares confitentur Sacerdoti sæculari vigore alicuius Iubilæi, an tunc talis Sacerdos debeat esse ab Ordinario approbatus?

Et an Regulares, qui confitentur vigore Iubilæi, seu Bullæ Cruciatæ possint eligere Confessorem Regularem approbatum solùm per eius Superiorem, quamuis non obtineat approbationem per Episcopum?

Et aduertitur, quod Regulares iter facientes de licentia sui Superioris secum portant virtualem licentiam eligendi Confessarium Sacerdotem sæcularem, vel Regularem non approbatum ab Ordinario, &c.

Sed docetur, Regulares in itinere, etiamsi habeant expressè licentiam confitendi cum quocumque Sacerdote, sub tali licentia non possunt obtinere absolutionem à reseruatis. Ex p. 3. tr. addit. Res. 4.

§. 1. IN *part. 1. mearum resolut. moralium, tract. 2. de immunit. Eccles. resolut. 49.* adduxi opinionem amicissimi Ioan. Sancij, heu quondam nostri, viri quidem docti, *in select. disput. 49. numer. 11.* vbi docet Equites D. Iacobi Alcantaræ, Calatrauæ, &c. quia sunt verè Religiosi, posse confiteri cum Sacerdote sæculari non approbato ab Ordinario. Sed nouissimè Ioannes Maria Nouarius Iurisconsultus *in de elect. fori, cap. 69. numer. 22.* me citato, iudicat in meo Codice illa verba *cum Sacerdote sæculari*, fuisse posita ex impressorum incuria, quia aliàs falsa, & contra Concilij Tridentini mentem esset mea opinio.

Quæ hîc est in to. 9. tr. 2. R. 26. & inf. in R. 99. §. 2. & in R. 100. & in aliis multis eius primę annot.

2. Verùm supradicta verba non fuerunt impressa ex incuria Typographi, neque mea opinio est contra Concilium Tridentinum, quia supposita opinione Sancij, quæ an sit probabilis, vt ego dixi *part. 3. tractat. 2. resolut. 30.* remitto me iudicio aliorum; Religiosi non tenentur confiteri Sacerdoti approbato ab Ordinario, si fortè ex licentia Prælatorum confiteantur Sacerdoti sæculari, quod contra communem Theologorum, & Casuistarum opinionem, tenet Nouarius *vbi suprà*.

Quæ hîc est infrà R. 99. signanter in eius §. 1. & in aliis positis in annot. 2. post seq.

3. Immò si sine licentia confiterentur Confessario sæculari, illa confessio esset nulla: non quia Confessarius carebat approbatione Ordinarij, sed quia ipsi carebant licentia confitendi. Dicendum igitur contra Nouarium, Regulares, quando ritè confitentur cum Sacerdotibus sæcularibus, posse illos eligere, qui etiam carent Episcopi approbatione. Nec aduersus hanc sententiam facit Concilium Tridentinum *sess. 23. cap. 15.* vt asserit Nouarius; imò ex dicto loco

Sup. hoc in Resolutionibus not. seq.

loco Concilij probatur, nam Concilium, vt legenti patet, solùm decernit nullum Sacerdotem, nec etiam Regularem posse excipere confessiones sæcularium absque approbatione per Episcopum obtenta; ergo tantùm inducit obligationem, quòd Sacerdos sæcularis, absque approbatione Episcopi, non audiat sæcularium confessiones; benè igitur poterit sine approbatione eiusdem Regularium audire confessiones.

4. Et ita hanc sententiam præter Sà, Ragucium, Vegam, Ledesmam, Graffium, Henriquez, Suarez, Campanili, & Nauarrum, quos ego ipse citaui *in p. 3. tract. 2. de dubiis Regularium, resol.* 30. tenet etiam Petrus Ochagauia *de sacram. tract. de confess. sacram. quæst.* 39. *numer.* 4. Ægidius Trullench *in exposit. Bulla Cruciata, lib.* 1. §. 7. *cap.* 1. *dub.* 1. *numer.* 5. Philippus de la Cruz *in thes. Eccles. tract.* 1. *cap.* 10. *numer.* 1. Heronymus Rodriquez *in compend. qq. Regular. resolut.* 31. *numer.* 21. Fagundez *præc.* 2. *lib.* 7. *cap.* 7. *cap.* 2. *numer.* 2. Vasquez *in* 3. *part. tom.* 4. *quæst.* 93. *art.* 3. *dub.* 3. *num.* 5. Villalobos *in summa, tom.* 1. *tract.* 9. *diffic.* 51. *num.* 1. Ioseph de Ortu *in specul. Paroch. cap.* 10. *num.* 8. Syluius *in addit. ad* 3. *part. D. Thom. quæst.* 8. *art.* 5. *quæritur* 4. Reginaldus *tom.* 1. *lib.* 1 *cap.* 1. *numer.* 41. *& lib.* 8. *cap.* 5. *sect.* 4. *num.* 36. & Ludouicus de San Iuan *in summ. tom.* 1. *quæst.* 9. *art.* 1. *de Sacram. Pœnit. dub.* 1. *diffic.* 4. *in appendice*, vbi sic asserit. [Para oyr las confessiones de los Religiosos es suficiente la aprouacion, y comission de sus Prelados, y con ella las pueden oyr, qualesquier simples Sacerdotes. Porque aunque el Concilio *sess.* 25. *cap.* 15. determina que ninguno aunque sea Regular, pueda oyr las confessiones de los seglares, aunque los dichos seglares sean sacerdotes, si non fueran aprouados para los Obispos, este decreto solamente tiene lugar en las confessiones, que hazen los seglares. porque para los Religiosos es suficiente la aprouacion y licencia de sus Prelados, como lo era antes del Concilio. que no reuoco el vso y derechos antiguos de los Regulares.] Sic ille. Vnde clarè patet opinionem nostram non esse, vt asserebat Nouarius, contra mentem Concilij, sed esse potiùs fundatam in ipsomet Concilio, & communiter ab omnibus Doctoribus receptam. Et licet à Sancio *vbi suprà*, pro contraria sententia in fauorem Nouarij citetur Coriolanus *de casibus reseruatis, part.* 1. *sect.* 3. *art.* 16. *num.* 2. fallitur tamen: nam ibi loquitur, vt apertè patet, quando Regulares confitentur Sacerdoti sæculari vigore alicuius Iubilæi: & tunc multi asserunt, non solùm Coriolanus, quòd talis Sacerdos debet esse ab Ordinario approbatus: nam Summus Pontifex illud priuilegium concedit Regularibus cum illa conditione. Secus autem est in nostro casu, de quo contendimus cum Nouario: nam nos loquimur in terminis Conc. Trid, & in aliis confessionibus extra Iubilæum factis à Regularibus cum Confessariis sæcularibus ex licentia suorum superiorum, in quibus non opus est Ordinariorum approbatione.

Quæ hîc est inf. R. 99. in eius §. 1. & in Res. 92. §. Quoad. & in R. 94. §. vlt. & in to. 1. tr. 3. R. 31. § In vno. & seq. & in to. 3. tr. 1. R. 39. §. Et tandem & hic infrà in §. Vnde. huius Res.

Sup. hoc pro Iubilæo in R. not. seq.

5. Imò ego probabiliter puto Regulares, qui confitentur vigore Iubilæi seu Bullæ Cruciatæ, posse eligere Confessarium Regularem, approbatum solùm per eius superiorem quamuis non obtineat approbationem per Episcopum. Nam licet in Iubilæis, & in Bulla *Cruciata*, exprimatur, vtentem illis debere eligere Confessarium approbatum ab Ordinario, intelligi oportet iuxta formam traditam in Trident. *sess.* 23 *cap.* 15. exposcente ab Ordinario approbationem videlicet ab Episcopo quando confessiones excipiendæ sint sæcularium, quando verò Regularium relinquitur dispositioni iuris communis, dicentis Ordinarium Regularium esse Religiosi Ordinis Superiorem. Ita Sancius *loco citato numer.* 6. qui citat Rodriquez, Ledesmam, Bonacinam, Moure, Valerium, & alios.

Sup. hoc inf. in R. 98. §. Sed hic. & seq. & in to. 4. tr. 4. R. 7. 8. & 9.

6. Vnde ex his omnibus sequitur, & sæpiùs accidit & practicatur, quòd si alicui Regulari concedatur licentia tacitè vel expressè, vt in itinere confiteatur cum sacerdotibus extra ordinem, tunc eligere potest sacerdotem sæcularem non approbatum ab Episcopo, dum tamen sit aliàs idoneus. Et ita docet Zerola *in praxi de pœnitent. cap.* 15. *quæst.* 2. 5. *dico quarto.* Henriquez *lib.* 6. *cap.* 31. *numer.* Suarez *tom.* 4. *disput.* 8. *sect.* 4. *numer.* 5. Emmanuel Sà *ver. confessar numer.* 6. Ochagauia *de Sacram. tract.* 2. *quæst.* 38. *numer.* 4. Vasquez *in* 3. *part. tom.* 4. *quæst.* 93. *art.* 3. *dub.* 3. *numer.* 5. & alij. Quibus etiam addo Ludouicum de San Iuan *in summa, quæst.* 9. *art.* 1. *dub.* 2. *diffic.* 5. *concl.* 2. vbi sic ait. [El Padre, Llamas dize, que el Religioso que va à camino con licentia de sus superiores, lla lleua virtual para eligir qualquier sacerdote de todo el mundo secular, ò regular, aunque no sea aprouado, como no este descomulgado, suspenso, ò por otra via impedido. Lo primero se prueua, porque assi ensenna Caietano, trayendo vna declaracion de Eugenio IV. acerca desto punto. Lo secundo, porque este a sido costumbre antiqua de los Prelados, que lo han tenido por bien, y el Concilio Tridentino no ha innouada algo acerca de los Regulares.] Ita ille licet aduersus Llamas dubitet de tali licentia generali Prælatorum, quando potest haberi Confessarius Ordinis. Sed hoc non facit pro casu nostro. Ex quibus remanet satis firma nostra sententia aduersus Nouarium, virum alioquin doctum, & mihi charissimum.

Sup. contento in hoc §. Suprà in 4. §. Imo si. & §. Et ità. & in aliis eius annot.

7. Notandum est tamen hîc obiter, id quod alibi docui, & nunc iterùm doceo, in quo multi Regulares pessimè falluntur, & seipsos decipiunt, nempè in itinere etiamsi habeant expressè licentiam confitendi cum quocunque sacerdote, sub tali licentia non includitur facultas, vt possint obtinere absolutionem à reseruatis, maximè à Confessariis sæcularibus. Ita Doctores communiter; vnde supradictus Ludouicus de San Iuan *loco citato dub.* 3. sic ait.] Si el Prelado da licencia al Religioso para elegir confessor fuera de la orden, no podra en virtud de la dicha licentia ser absuelto de reseruados, porque como se dize en derecho, en la concession general no se contienen aquellas cosas que no se confederian si especialmente se pidiessen.] Sic ille. Vnde si Regulares in itinere, quod Deus auertat, incidant in casum reseruatum, & necesse sit Missam dicere; possunt illam ratione scandali celebrare sine præuia confessione eliciendo actum contritionis; vel vt alibi diximus, confiteantur cum attritione etiam peccata reseruata, si velint, quæ indirectè tunc à Confessario absoluuntur, & posteà iterùm Confessario habenti super illa iurisdictionem, manifestent, vt de illis directam absolutionem obtineant. Vide me ipsum *in tertia parte tractatu quarto, resolutione* 104. *& tractatu* 5. *resolut.* 68.

Alibi cursim, & recitantes propè fin. §. Nec R. præteritæ, & latè infrà in Res. 101. & 103.

Sup. hoc in fin. R. 2. not. præteritæ.

Alibi in RR. not. seq. & in aliis earum annot.

Hæ duæ RR. hîc sunt in to. 3. tr. 5. R. 31 & 34 & in aliis earum primatum annot.

RESOL. XCVII.

An Regulares quando confitentur extra Ordinem cum licentia Superiorum, teneantur eligere Confessarium ab Ordinario approbatum?

Et an Præpositi nostræ Religionis possint confiteri simplici Sacerdoti nostræ Religionis, qui non sit admissus ad confessiones audiendas à nostro Patre Generali?

Generali? Ex part. 4. tractat. 4. & Miscellan. Resolut. 3.

§. 1. NEgatiuam sententiam docui cum 19. Doctoribus in additionibus positis in quinta editione Lugdunensi meorum operum, *resol.* 4. quibus nunc addo Barbosam *de potest. Episc. part.* 2. *alleg.* 25. *num.* 64. Molfesium *in summ. tom.* 1. *tract.* 7. *c.* 14. *num.* 60. Sancium *in selectis disp.* 49. *num.* 17. Bonacinam *de Sacrament. disp.* 5. *quæst.* 7. *num.* 15. Chapeauillam *de cas. reseru. quæst.* 2. *diffic.* 4. Homobonum *de exam. Eccles. part.* 1. *tract.* 5. *c.* 22. *q.* 12. Mirandam *in manual. Prælat. tom.* 1. *q.* 45. *art.* 11. *concl.* 2. Præpos. *in* 3. *p. D. Thom. qu.* 8. *dub.* 2. *nu.* 6. Coninch *de Sacram. disp.* 8. *dub.* 7. *num.* 48. Et ratio est, quia Concil. Trid. *sess.* 23. *cap.* 15. *de reform.* vt patet clarè ex eius lectura, nihil innouat circa Regulares; vnde sicut ante Concilium poterant confiteri cum Sacerdote sæculari sine vlla approbatione Episcopi, sic etiam possunt hodie post illud, à iure enim antiquo non est recedendum, nisi expressè per aliud recens emendetur, corrigatur, limitetur, aut reuocetur, *ex l. præcipimus, C. de appellat. & c.* 2. *de translat. Prælat.* sed in Conc. Trid. vt dictum est, nihil circa religiosos emendatur, corrigitur, aut reuocatur, ergo &c. Et fundamentum, quare Concilium nihil quoad Regulares innouarit, est, quia ratio quæ mouit Patres illos ad irritandas confessiones sæcularium, quæ fierent Confessariis non approbatis à suis Episcopis, non militat in Religiosis, & Monialibus, sæculares enim conscientias habent communiter grauioribus peccatis oneratas, & ideò ratio postulabat, vt illis darentur, & assignarentur Iudices, & Medici, qui à suis Episcopis iudicentur idonei; Religiosi autem communiter sunt cautiores in peccando, & conscientias habent magis timoratas.

Quæ hîc est R. anteced. à §. Imò si. & infra in Ref. seq. § 1. & sup. in R. 92. § Quoad. & in R. 94. §. vlt. & in 10. 1. tr. 3. R. 31. §. In vno. & seq. & in to. 3. tr. 1. R. 39. §. Et tandē. & infra in R. 99. ad lin. 8.

2. Verùm his non obstantibus cùm hæc opinio, vt visum est, sit fundata in apertis verbis Concilij, & sit communi calculo recepta, non solùm ab his qui scripta sua typis mandarunt, sed etiam, qui è subselliis docent, quis crederet aliquem ita strenuum militem esse, vt auderet aduersùs tot fortissimos Duces pugnam aggredi, & torrenti Doctorum se opponere; & tamen iterùm is est P. Peregrinus, qui *in nouiss. addit. q.* 4. affirmatiuam sententiam mordicus contra me docet, sed videamus catapultas & arietes, quibus ipse conatur hanc arcem expugnare.

3. Primò, asserit hanc sententiam tenendam esse ratione consuetudinis post d. Conc. Trid. quia Ordinarij tam sæculares, quàm Regulares, non permittunt Sacerdotes suos subditos ab eis non approbatos, audire Confessiones tam sæcularium, quàm Regularium, nec ipsi Sacerdotes non approbati ab Ordinariis suis volunt audire. Respondeo, quòd totum hoc gratis dicitur, & ideò gratis negatur: nam quando casus accidit, dico Sacerdotes sine approbatione Episcopi confessiones Regularium excipere: deinde quæro à P. Peregrino, quare talis consuetudo ipsi soli innotuit, & non innumeris DD. Italis, Hispanis, Gallis, qui contrariam sententiam docuere; mira res est ipsum solùm circa cognitionem talis consuetudinis Argum fuisse, & omnes alios talpas; sed ego constanter nego adesse, imò non solùm Episcopi huic opinioni se opponunt, vt vult Peregrinus, sed illam docent, vt fecit Thomas Zerola Episcopus Beneuentanus *in praxi Pœnit. cap.* 15. *quæst.* 2. neque scio vsque adhuc aliter cautum fuisse in ordinatione alicuius Diœcesis.

4. Secundò asserit Peregrinus, quando Summus Pontifex per Iubilæa, & sacram pœnitentiariam concedit facultatem Regularibus eligendi idoneum Confessarium, semper ponunt clausulam illam, dummodo Confessarius sit ab Ordinario approbatus: ergo, &c. Respondeo hoc argumentum nihil probare, quia vt optimè obseruat Fagundez *de præcept. Eccles. præc.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 5. *&* 12. & alij; Summus Pontifex vult concedere illam gratiam cum tali onere, & conditione, quæquidem in dictis casibus meritò apponitur, cùm Regulares possint confiteri extra Religionem, inscijs eorum Prælatis; ergò visum est prudenter Summis Pontificibus in tali casu magis cautè ambulare, illasque gratias cum tali conditione concedere.

5. Tertiò argumentatur Peregrinus ex declaratione sacræ Congregationis asserentis Episcopos non posse sibi eligere Sacerdotem non subditum, qui à proprio Ordinario non sit ad formam Concilij Tridentini admissus ad audiendas confessiones; ergò multò minus Religiosus, qui habet facultatem eligendi sibi confessarium, poterit eligere Sacerdotem, qui non sit admissus ad confessiones audiendas iuxta formam Concilij Tridentini. Respondeo negando consequentiam, quia Episcopi includuntur in determinatione Concilij Tridentini, quòd nullus Sacerdos possit audire confessiones sæcularium sine approbatione sui Ordinarij; & ideò rectè sacra Congregatio hoc declarauit. Regulares verò, vt docent omnes, & patet ex ipsis verbis Concilij, in dicto decreto non comprehenduntur: ergo non rectè P. Peregrinus argumentatus est in hoc casu de Episcopis ad Regulares. Adde quòd non est nouum ex priuilegio multa concessa esse Regularibus, quæ Episcopis denegantur.

Sup. hac doctrina [illegible] sup. in R. 92. §. 1. & signāter in fin. § 2. & in aliis annot. primæ dictę Ref.

6. Et tandem asserit Peregrinus, quòd vbi est eadem ratio, debet esse eadem iuris dispositio; sed eadem ratio militat in auditione confessionum Sacerdotum sæcularium, & Episcoporum, ac Religiosorum; ergo eadem dispositio Concilij Tridentini seruari debet circa Sacerdotes, qui audiunt confessiones Regularium, quæ seruatur circa illos, qui audiunt confessiones Sacerdotum sæcularium, & Episcoporum: nam Sacerdotes sæculares non sunt æstimandi peioris conscientiæ, quam Regulares. Ita Peregrinus. Sed respondeo quòd valdè miror apud illum Clerum sæcularem pari passu procedere cum Clero Regulari. Ego sæculares Sacerdotes valdè veneror, & scio inter illos aliquos sanctiores inueniri aliquibus Religiosis, sed absolute loquendo perfectiores reputantur Regulares, & cautiores in peccando, quàm sæculares Sacerdotes; vt probat D. Thomas *quodlib.* 3. *q.* 6. *art.* 17. Vnde rectè hos in decreto inclusit Tridentinum, non autem illos, & ideò nescio quo pacto asserere potuerit Peregrinus non adesse disparem rationem inter illos.

7. Hinc ex his sequitur, præpositos locales nostræ Religionis, quibus non deficit commoditas confitendi confessariis nostræ Religionis, posse confiteri simplici Sacerdoti nostræ Religionis, qui non esset admissus ad confessiones audiendas à nostro Patre Generali, quia vt dictum est, habent potestatem eligendi Confessarium, & Tridentinum nihil innouat quoad approbationem Confessariorum in ordine ad excipiendas confessiones Regularium, & rationes quas pro contraria sententia adducit Peregrinus *qu.* 5. omnes soluuntur ex supradictis.

Sup hoc magis Latè sup. in R. 92. §. Ex his. & lege etiam doctrinam §§. eius annot.

RESOL. XCVIII.

An Religiosus si cum licentia Superioris manet extra Monasterium, teneatur confiteri cum Sacerdote approbato ab Ordinario.

Et an Religiosi eligentes Confessarium virtute Iubilæi, eligere possint ab Ordinario non approbatum, sed solùm à suis propriis Prælatis designatum:

Et adducitur insigne priuilegium, videlicet, quòd Regulares possint semel eligere de eadem obseruantia Confessorem, qui de omnibus peccatis reseruatis, & Censuris possit eos absoluere, imo & dispensare in irregularitatibus, excepto homicidio, & mutilatione voluntaria. Ex p.9.tt.8. & Misc. Res.55.

Sup. hoc sup. in R. 96. §. Imo si ad lin. 4. & v. dicendum. & in R. 97. & inf. in R. seq. §. 1. & sup. in R. 91. §. Quoad. & in R. 94. §. vlt. & in to. 1. tr. 3. R. 31. § In vno. & seq. & in to. 3. tr. 1. eas R. 39. §. & tandem.

§. 1. Affirmatiuè respondet Lopez de Texeda *in Theol. Mor. tom. 2. lib. 3. tract. 1. contr. 6. quæst. 3. numer. 71.* vbi sic ait: An Sacerdos, cui Religiosi exeuntes è Monasterio de licentia Prælati debent sua confiteri peccata, debeat esse approbatus ab Ordinario? circa quam difficultatem affirmat Suarez, 4. *tom. de Relig. lib. 2. cap. 17. numer. 6.* non esse necessarium Sacerdotem illum habere aliàs iurisdictionem, sed sufficere duntaxat, fatetur, esse Sacerdotem; existimat enim præfatus Suarez Religiosos semper absolui per iurisdictioné à suis Prælatis deriuatam: & ideò asserit non esse necessarium, Religiosum exeuntem è monasterio, & extra illum peregrinantem, eligere Sacerdotem approbatum ab Episcopo sed quemcunque alium non approbatum, siue sæcularem, siue Regularem. Cæterùm ego dico talem Sacedotem electum à Religioso peregrinante debere esse expositum ab Ordinario, haberéque aliàs iurisdictionem ad absoluendum; quia Prælati Regularis voluntas, concedentis licentiam Religioso extra monasterium exeundi, debet esse rationabilis, & non exorbitans à Iure communi, sed conformiter ad illud, debet Religioso concedere licentiam, & ideò cùm iuxta Concil. Trid. Confessor electus debeat esse approbatus ab Episcopo, electus à Religioso debet etiam esse ab Episcopo approbatus; nec credendum est Ecclesiam aliter concedere facultatem Prælatis in ordine ad suos subditos.

2. Nec differentia, quam assignat Suarez inter Peregrinum sæcularem, & Religiosum, est alicuius momenti; scilicet quòd sæcularis absoluitur in aliena Diœcesi more incolarum illius loci, in quo versatur; Religiosus autem peregrinus absoluitur more Religiosorum, atque adeò per iurisdictionem manantem à suis Prælatis. id enim verum non apparet: tum quia Concilium Tridentinum absque vlla distinctione loquitur, & vniuersaliter decernit Confessarium eligendum debere esse approbatum ab Ordinario: tum etiam, quia sæcularis Clericus dum iter facit, non minus subijcitur Episcopo illius Diœcesis, ad quam aduertit, quàm Religiosus Prouincialis illius Prouinciæ, in qua versatur peregrinando: ergo sicut Clericus sæcularis iter faciens, necessariò tenetur eligere Confessarium approbatum ab Episcopo; ita Religiosus: quare fallitur Suarez dum asserit Concilium Tridentinum illam approbationem, quam exposcit, solùm voluisse esse necessariam ad confessiones sæcularium excipiendas, nam cùm Concilium absolutè loquatur absque distinctione vlla, non est æquum, vt nos illam apponamus.

3. Non enim nego ego, Prælatum in Conuentu suo posse exponere aliquem Religiosum, vt confessiones cæterorum Fratrum excipiat, quamuis approbatus ab Episcopo non sit, cui Religiosi possunt confiteri: cæterùm quod nego est, & quod videtur nouum, quod Religiosus qui ex licentia Prælati à Monasterio exiit, & peregrinatur etiam extra suam Prouinciam possit eligere Confessarium sæcularem non approbatum, nec ab Episcopo expositum: nam etsi Religiosus absoluatur more Religiosorum, & per iurisdictionem manantem à Prælato, id tamen debet fieri iuxta formam Tridentini. Et ideò firmiter dico, Religioso exeunti à Monasterio ex licentia Prælati, per se loquendo, in sua peregrinatione non esse ei liberam electionem Sacerdotis sæcularis, vel Regularis, nisi talis approbatus sit, & iurisdictionem habeat aliàs: nam illa Sacerdotis approbatio, & iurisdictio necessaria præsupponitur, & prærequiritur, vt possit eligi à Religioso peregrino. Huc vsque Texeda. Sed ego puto non esse recedendum à sententia Suarez ex his, quæ adnotaui *in Addit. ad primam partem Resolut.* 4. vbi plures Doctores inuenies, ita vt sit sententia communis. Vide nouissimè doctissimum Amicum, *in Cur. Theol. tom. 8. disputat. 15. sect. 3. numer.* 98. vnde non est audiendus Texeda. Quæ hîc est sup. R. 96.

4. Sed hîc obiter quæro, quid dicendum de confessionibus Religiosorum, possunt ne Religiosi eligentes Confessarium virtute Iubilæi, eligere ab Ordinario non approbatum, sed solùm à suis propriis Prælatis designatum? Procedit quæstio, quando Iubilæum expostulat eligere Confessarium ab Ordinario approbatum. Hoc, inquam, casu videtur nequaquam eligi posse à Regularibus, Sacerdotem ab Ordinario non approbatum, tametsi à propriis Prælatis fuerit designatus; quia Iubilæum expressè postulans, vt eligatur Confessarius ab Ordinario approbatus aliis non committit iurisdictionem absoluendi.

Sup. contert. to in hoc, & seq. §. supra in R 96 §. Et ita propè fin. à v. nam Conolanus. & in §. seq. & in to. 4. tr. 4. R. 7. 8. & 9.

5. Sed hoc non obstante contrariam sententiam ex Bonacina probabilem putat Castrus Palaus *tomo quarto, tractatu 23. disputatione vnica, puncto 15. Paragrapho secundo, numero 11.* quia præsumendum non est Pontificem, facultate Iubilæi sæcularibus, & Religiosis concessa eligendi Confessarium ab Ordinario approbatum mutare voluisse Ius Religiosorum potentium confiteri Sacerdotibus ab eorum Prælatis approbatis; sed potiùs illo iure retento, hanc illis extensionem addidisse, vt approbatum ab Ordinario loci eligere possint. Quare illa verba: approbatum ab Ordinario, ampliatiuè, & non priuatiuè sumenda sunt. Prætereà, Confessor à Prælatis Ordinis designatus absolutè dici potest ab Ordinario approbatus comparatione Religiosorum; tum quia extra Sacramentum Ordinis Prælatus Religionis comparatione Religiosorum est Ordinarius: tum quia à Pontifice approbatus est comparatione Religiosorum, qui ab eorum Prælatis fuerit approbatus. Sed tu ne discedas à sententia negatiua, quam tuetur Suarez *tomo quarto, disputatione* 18. *sectione sexta, numero vndecimo.* Reginaldus *lib. 1. numer.* 175. & alij.

6. Nota tamen hîc obiter insigne priuilegium, quod ex Rodet. refert Suarez *tom. 4. de Relig. lib. 2. capit. 19. numer.* 7. concessum Fratribus Minoribus, & consequenter reliquis Religiosis, qui per communicationem illud participant; vt possint semel eligere de eadem obseruantia Confessorem, qui de omnibus peccatis reseruatis, & censuris possit eos absoluere, imò & dispensare in irregularitatibus, excepto homicidio, & mutilatione voluntaria. Quod etiam obseruauit Amicus, vbi suprà, *sectione secunda, numero quinquagesimo-nono,* subdens dicto priuilegio vti non esse Religiosos Societatis absque licentia Præpositi Generalis: cùm nullum priuilegium vim habeat in Societate, nisi vt communicatum à Præposito Generali, vel ab alio ab ipso designato, vt habetur in Bulla Gregorij XIII. de vsu facultatum. Sup. hoc inf. in R. 109. §. vlt.

RESOL.

RESOL. XCIX.

An Equites D. Ioannis, D. Iacobi Alcantara, Calatraue, Momele, &c. possint confiteri cum Confessario non approbato ab Episcopo?

Et supponitur Concilium Tridentinum nihil innouasse circa approbationem Confessariorum Regularium; & ideò si habeant licentiam confitendi in itinere, possint eligere sacularem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario?

Et ex doctrina huius Ref. inferuntur alij sex diuersi casus ad supradictos equites pertinentes.

Et vltimo notatur, dictos Equites militares decenter accedere ad Sacramentum Pœnitentia, & Eucharistia ense, & pugione accinctos, & laicos, non obstante consuetudine contraria, si hoc facerent, nullum peccatum committere, imo neque irreuerentiam. Ex p. 3. tract. 2. Resol. 30.

Sup. hoc in R. præterita, & in cæteris aliis Ref. & 55. eius primæ not.

§. 1. SVppono Concilium Tridentinum *sess. 23. cap. 15. de reform.* nihil innouasse circa approbationem Confessariorum Regularium, & ideò Regulares qui sæcularium non auscultant confessiones, non egent Episcopi approbatione, & si habent licentiam confitendi in itinere, v.g. possunt eligere Sacerdotem sæcularem non approbatum ab Ordinario. Et sic præter Doctores, quos suprà citaui, tenent Sà *versic. Confessor, num. 6.* Ochagania *de Sacram. tract. 2. quæst. 38. num. 4.* Ragucius *in Lucerna Parochorum de absol. quæst. 120.* Vega *in summ. tom. 1. cap. 62. cas. 2.* Ledesma *in summ. tom. 1. tract. 13. diff. 4. & 11.* Graffius *part. 1. lib. 3. c. 5. n. 107. & tom. 1. lib. 6. consil. 1. num. 14.* Henriquez *lib. 6. cap. 13. n. 1.* Suarez *tom. 4. disp. 28. sect. 4. num. 5.* Campanili *in diuer. iur. can. rubr. 12. cap. 13. num. 58.* Nauarrus *c. 4. n. 7.* & alij communiter.

Quæ hîc est in to. 9. tr. 2. R. 262. & hic infra in Ref. seq. & in multis aliis eius annot.

2. Hoc autem supposito affirmatiuè ad casum propositum respondent aliqui, quia, vt ego ipse satis probaui *in part. 1. tract. 2. de immunit. Eccles. resol. 49.* & satis probat nouissimè Ferdinandus Pizzarrus *in discur. Apolog. in fauorem Ordinum Militarium in fine Historia dictorum Ordinum, Matriti apud Ioannem Zongalizam. 1629.* supradicti Equites sunt verè Religiosi, ergo non comprehenduntur in Decreto Concilij Tridentini. Et ita hanc sententiam docet in terminis Ioannes Sancius vir doctissimus, & amicissimus *in selectis, disput. 49. numer. 10.* sic asserens. Equites S. Ioannis confiteri possunt Confessario Regulari, siue sæculari, non approbato per Episcopum; nam verè Religiosi sunt. Et *num. 13.* ita ait: Verè Religiosos esse Equites Christi, & Aij in Lusitania, & Montesæ in Aragonia, & sancti Stephani in magno Ducatu Florentiæ probabiliter arbitror; cùm hi etiam Milites professionem trium votorum in manibus Prælatorum emittant, non aliter ac Milites sancti Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ, præter Equites sancti Stephani, qui votum castitatis, obedientiæ, & charitatis emittunt, & non paupertatis, vt ex Bulla Pij IV. ad fundationem concessa anno 1560. Cosmo de Medicis Florentiæ Magno Duci constat, quam ego vidi. Et idem Iudico de quibuslibet aliis Religionibus militaribus, tria vota emittentibus in manibus Prælati, & à Sede Apostolica approbatis; omnes hi confiteri valebunt sua peccata aliis Regularibus sui Ordinis, non approbatis ab Episcopo, & etiam aliis Sacerdotibus sæcularibus, similiter ab Episcopo non approbatis. Ita Sancius *vbi suprà*. Sed tu cogita, nam consuetudo est in contrarium.

Sup. hoc magis latè in R. 1 not. præteritæ, §. 1. à lin. 5. & seq. & infra in R. seq. paulò post initium. & in R. 149. § Quarto secundo. ad lin. 8. & inferius in tr. 3. R. 14. §. 1. & in to. 3. tr. 1. R. 79. cum multis DD. in eius §. 2. & in tom. 4. tr. 3. R. 98. à lin. 1. & vers. Ex doctrina. & in R. 79. à lin. 2. & in to. 5. tr. 7. R.

3. Ex his omnibus infertur primò, quòd d. Equites in confessione tenentur dicere, se concubuisse cum homine Religioso ambo enim egerunt contra castitatem, voto solemni Religionis addictam; & ita docet Mota *libro secundo, capite 2. Paragrapho 23. numer. 6.* vbi citat Ayalam, Rodriquez, Fenam, & alios.

34. §. adde. & & in R. 35. §. 1. cursim prope fin. & in R. 36. §. nec valet. inter med. & fin: v. respondeo: & in to 8. tr. 1. R. 11. §. 1. & seqq. & ibi in tr. 4. R. 28: à lin. 1. & in to. 9. tract. 2: cursim ex doctrina R. 167. & etiam breuiter in Ref. 169.

4. Secundò filios supradictorum Equitum ex copula fornicaria habitos esse sacrilegos, docet ipse Mota *vbi suprà numer. 7.* vide Franciscum Molinam, apud ipsum *lib. 2. cap. 2. §. 19. numer. 32.* sic asserit: [Los hijos, de los Caualleros de Santiago que enjendraron fuera del matrimonio son sacrilego, y para que se dispense con ellos para algunas dignidades ò para professar alcuna Religion, para lo qual son inhabiles por los sacros canones, es menester particular dispensacion, nombrando esta circumstancia.]

5. Tertiò notat idem Mota *lib. 2. cap. 2. §. 21. numer. 3. & 5:* quod si dicti Milites temeratiè relinquant suum habitum, crucem scilicet, peccant mortaliter, & incurrunt in excommunicationem constitutionis Pontificiæ Clementis VIII. vnde possunt esse apostatæ, sicut alij Religiosi deserendo habitum, vt probat dictus Mota *lib. 2. cap. 1. §. 6. num. 5.*

6. Quartò non possunt supradicti Equites transire ad aliam religionem sine licentia Magni Magistri, vt firmat ipse Mota *lib. 1. cap. 1. §. 6.* quod verò gaudeant priuilegio fori, tabellarum, & canonis, etiam Nouitij, nos alibi etiam docuimus, & docent Henriquez *lib. 7. cap. 25. numer. 7.* Rodriquez *tomo 1. cap. 80. numer. 17.* & Mota *lib. 2. cap. 2. §. 8.* cum aliis.

7. Quintò notandum est per votum Equitum Diui Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ, &c. non dirimi matrimonium contrahendum, neque dissolui matrimonium ratum, non quia votum solemne non sit, sed quia Summus Pontifex præscripsit illi formam, & modum, minuendo solemnitatem eius, quoad hoc scilicet vt hunc profitentibus, nubentibusque matrimonium non sit cassum. Vide dictum Motam *libr. 2. cap. 2. §. 19. numer. 18.* qui citat Nauarrum, quod non accidere in Equitibus Diui Ioannis dicendum est. Nam per illorum professionem dissoluitur matrimonium ratum, & communiter probant Doctores quidquid in contrarium asserat Sotus *in 4. dist. 27. quæstione 1. articul. 4.* Michaël Medina *de sacr. hominum contin. lib. 1. cap. 36.* & Sarmiento *in defens. lib. de redditibus part. 1. man. 56. num. 1.*

Sup. hoc infra in Ref. 149. §. Quarto secundo: ad med & in to. 4. tr. 3. R. 98. §. & ideo: & in to. 8. tr. 1. R. 11. §. Hinc.

8. Et tandem sextò contra quemdam imperitum Confessarium, notandum est, dictos Religiosos militares decenter accedere ad sacramenta Pœnitentiæ, & Euchatistiæ, ense, & pugione accinctos, vt latè probat Sancius *in select. disputat. 45. numer. 3.* qui, *numer. 6.* probat etiam laicos, non obstante consuetudine in contrarium, si hoc facerent, peccatum nullum committere, imò nec irreuerentiam, si taliter accedant præhabita cognitione; non referre quidquam ense accinctos, seu absque illo accedere. Ita Sancius quem puto hanc sententiam tenere secluso scandalo, quod in tali casu difficiliùs non contingere existimo.

RESOL. C.

An Milites D. Iacobi Alcantara, Calatraua, &c. & præsertim Equites Ierosolymitani possint confiteri sua peccata

peccata Confessariis non approbatis ab Ordinario? Ex p. 8. tr. 7. & Misc. Ref. 96.

Sup. hoc sup. in R. 87. cursum in fin. & in R. 96. & 99. §. 2. in pr. & in tom. 1. tr. 3. R. 22. §. Quoad secundum. & seqq. & in to. 2. tr. 2. R. 22. §. 2. ante med. & in to. 3. tr. 1. R. 39. §. vlt. & in R. 79. §. Ex quibus. ante med. v. Et tandem. & in to 9. tr. 2. R. 162. prope fin. & R. citata ad lin. 22. huius textus ibi est 169. alia verò citata ad lin. 13. non facit ad rem.

§. 1. Affirmatiuè respondet Bordonus *in conf. Regul. resol. 37. quaest. 26. num. 70.* quia ait ipse huiusmodi approbatio Episcopalis requiritur solùm pro audiendis confessionibus personarum sæcularium; præfati autem Milites non sunt sæculares, neque sub eo nomine veniunt in fauorabilibus, aut odiosis, consequenter non comprehenduntur in decreto Tridentino, quod procedit, etiamsi non sint verè Religiosi, quia quoquo modo sint Religiosi, gaudent priuilegiis proprtiorum Religiosorum, gaudent enim priuilegiis fori, & Canonis, vt ex Doctoribus citatis refert Diana *tract. 2. de immunit. resol. 72.* & in alio *eodem tract. resol. 71.* & sunt exempti à iurisdictione Episcopi sicut cæteri Regulares exceptis quibusdam casibus, quatenus gerunt vicem personæ publicæ apud sæculares. Rodriq. *tom. 2. q. 59. art. 5. §. Secundò*; ergo gaudent priuilegio confitendi non approbatis ab Episcopo; sufficit ergò quòd confiteantur iuxta decreta suarum regularum. Ita tenent Sancius *in selectis disp. cap. 49. n. 11. & 13.* apud Barbosam *hic n. 11.* qui tamen loquitur in specie de Maltensibus, vbi alios citat, & Dianam *Misc. 2. resol. 46. in fin.* cui hæc opinio non placet, sed huius displicentiæ nullam rationem refert, quod mihi displicet in tanto viro, qui tamen *resol. 30. de dub. reg.* nobiscum sentit. Hucvsque Bordonus; sed ego *in d. resol. 30.* non sentio cum Bordono, vt ipse dicit & ideo me recognoscant Lectores, nam ibi aliquos adduco sententiam Bordoni tenentes; quam tamen relinquo aliis cogitandam, & assero consuetudinem esse in contrarium, vt nunc iterùm doceo; & video dictos milites quoad receptionem Sacramentorum dependere ab Ordinariis locorum.

Et R. 46. citata ad lin. 21. ante fin. huius R. hic est suprà, 87. signanter in fine.

Et R. 30. citata in hoc textu ad lin. 7. ante fin. illius R. hic est R. antecedens, signanter in fin. eius §. 2. & c.

RESOL. CI.

Quis in Religione obtinuit licentiam à Superiore confitendi per spatium octo dierum cum quodam Sacerdote, à quo absolutionem obtinuit, post aliquot dies recordatus aliquorum peccatorum, quæsiuit, an possit illa confiteri cum suprà dicto Sacerdote?

Et infertur, habentem licentiam audiendi confessiones ad tempus, posse eo transacto, prosequi confessionem antea coeptam. Ex p. 2. tr. 7. & Misc. 2. Res. 46.

Sup. hac prima doctrina huius textus. in §. 2. Ref. not. seq. & in aliis eius annot.

§. 1. Videtur negatiuè respondendum ex Zambrano *de casib. occurrent. temp. mort. cap. 4. dub. 5. numer. 2.* Sanchez *in summa, tom. 1. lib. 2. cap. 13. numer. 15.* asserentibus, si iam Sacerdos in articulo mortis à peccatis absoluat moribundum, non posse eum superueniente legitimo Confessario ampliùs audire peccata oblita: ita & in casu nostro cùm administrandum Sacramentum requiritur necessariò potestas iurisdictionis, quæ si delegata est, vt erat in casu de quo loquimur, cessat elapso tempore, ad quod vsque fuerat concessa. Ergo, &c.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 3. Ref. 49. §. 1. sed lege eam per totam, & aliàs eius secundæ not.

2. Sed quia tunc consulens non habebat alia peccata mortalia, nisi illa oblita in præterita confessione, & multum ruborem habebat confitendi cum alio Confessario: ego tunc existimaui potuisse illum primum Confessarium non obstante tempore elapso, & confessione finita, talia peccata oblita audire, & absoluere sine alia Superioris licentia. Et hunc casum posteà inueni ita fuisse decisum in casibus Bononiensibus anno 1539. mense Octobri *casu 2.* vbi sic habetur. Si Titius non habeat aliud peccatum mortale præter illa duo oblita in confessione facta Caio Sacerdoti, tunc approbato ad confessiones, probabile videtur posse confiteri, & absolui ab eodem Caio, etiam non obtenta noua approbatione iam expirata. Ratio est, quia licet fuerit ante quatuor menses absolutus sacramentaliter à Caio, & ita videatur iudicium illud completum, opusque sit-pet nouam confessionem nouum instituere iudicium, in quo videtur Caius ex defectu approbationis iam expiratæ non habere iurisdictionem: nihilominùs cùm illa duo peccata mortalia oblita verè spectent ad priorem illam confessionem sacramentalem factam Caio tunc habenti necessariam iurisdictionem, videntur esse etiam nunc pars illius iudicij, seu causæ iam coeptæ à Caio Sacerdote. Et consequenter respectu istorum duorum peccatorum mortalium oblitorum non videtur expirasse in Caio antiqua iurisdictio respectu Titij pœnitentis circa illa duo peccata mortalia oblita, quæ adhuc videntur, vt diximus, esse pars præteritæ illius confessionis; & ista noua confessio non est ita independens à præterita, vt non sit aliquo modo moraliter pars, seu complementum illius. Est autem valdè probabile, habentem licentiam audiendi confessiones ad tempus, posse eo transacto prosequi confessionem antea coeptam. Hæc omnia habentur in prædicta decisione, quæ indiuidualiter casum nostrum confirmant.

Sup. hoc in to. 1. tr. 4. ex doctrina R. 44. cursim in fin. §. 1. & in to. 4. tr. 3. R. 15. §. sed ego in fin.

RESOL. CII.

An Regulares absentes cum licentia, vt possint cuicumque Confessario confiteri, possint absolui à reseruatis? Ex p. 3. tr. 2. Res. 119.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docere Peregrinum *in compen. priuil. tom. 1. verb. absolutio quoad Fratres, §. 2. in scholio* notat Alphons. de Leone *de offic. & potest. Confess. to. 2. recollect. 11. n. 31.* eo quòd quando conceditur licentia eligendi Confessarium extra ordinem causa itineris, vel commorationis in locis distantibus à Monasterio, conceditur etiam tacitè licentia, vt à reseruatis absoluatur.

Sup. hoc in R. seq. & suprà in R. 95. §. Nec cursim, prope finem, & in R. 96. §. vlt.

2. Verùm hæc opinio mihi non placet, quia facultas generaliter concessa eligendi Confessarium, non extenditur ad reseruata, vt ex multis textibus, & rationibus probat Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 2. disput. 6. quaest. 8. num. 4.* Suarez *tom. 4. disp. 27. sect. 4. num. 4.* Homobonus *de casib. reseru. part. 1. cap. 2.* Fagundez *prae. 2. lib. 8. cap. 8. num. 12.* Layman *lib. 5. tract. 6. cap. 10. num. 20.* Io. de la Cruz *de stat. Relig. lib. 2. c. 6. dub. 11. consid. 2.* & ex nostris P. Megala *in 1. part. lib. 1. c. 10. n. 15.* & alij. Ratio est, quia in generali concessione non veniunt ea, quæ specialiter si peterentur, non essent concedenda, indecens enim esset, vt Sacerdotes sæculares peccata grauia Religiosorum audirent, & ideò hanc sententiam contra Peregrinum, præter DD. citatos, tenet etiam Miranda *in manual. Prælat. tom. 2. q. 31. art. 6. concl. 2.* vbi sic ait. In generali concessione facta Religiosis à Prælatis, vt possint eligere Confessorem, quẽ voluerint, non comprehenditur absolutio à casibus reseruatis; nec etiam vllo modo credendum est, quòd quispiam S. mentis Prælatus sic indiscriminatim suã authoritatem concedat alicui sibi subdito, vt absoluatur à casibus reseruatis. Non enim conuenit peccata grauia aliis extra Ordinem propalare. Nec prædictis obstat, quòd Fratres itinerantes, vel à Monasterio absentes propter scandalum debeant celebrare, & per consequens ante celebrationem præmittere confessionem omnium peccatorum, ac proinde debere præsumi in dicta generali confessione intelligendam

gendam esse facultatem absoluendi à reseruatis. Nam ego respondeo, quòd si talis Religiosus extra Monasterium se inuenerit, non habens expressam licentiam sui Prælati, vt absoluatur à casibus reseruatis, atque sine scandalo non potest non celebrare, tunc in tali casu bene potest accedere ad celebrandum; nam idem existimandum est de illo, ac si non haberet copiam Confessoris, satisque illi est, vt procuret habere contritionem. Ita Miranda, & ego.

Sup. hoc etiã recitanter in R. 3. not. preteritæ, & in eod. §. post medium.

bani *VIII.* quod miror, cum Romæ scripserit, & sit diligentissimus; vnde nostram sententiam maximè dictam Bullam Vrbani *VIII.* tenendam esse, docet Gauantus *in Manual. Episcop. vers. Regularium iura sub Episcopo, n.* 84. vide etiam Barbosam *in collect. v. Bulla*, quibus omnibus adde nouissimè Ioan. Machadum *de perfect. Confess. tom.* 1. *lib.* 1. *part.* 2. *tr.* 3. *docum.* 2. *n.* 4. vbi me citato, stante dicta Bulla Vrbani *VIII.* nostram sententiam tenet.

RESOL. CIII.

An Regulares extra Monasterium existentes possint à peccatis reseruatis absolui?

Et an hoc non valeat pro casibus ab ipsismet superioribus reseruatis? Ex part. 8. tractat. 7. & Misc. Resol. 78.

Sup. hoc in R. præterita. & in aliis §§. eius primæ annot.

§. 1. Affirmatiuè respondet Eusebius de Herrera *in decisionibus moralibus, decis.* 9 *numero* 23. vbi sic asserit: *Aduierto, que Inocentio Octauo concedio à los Padres del Orden de Predicadores*, Monachos extra Monasterium Ordinis existentes de licentia suorum superiorum, cuicunque Regulari seu sæculari Sacerdoti confiteri posse, & cum eo à quocumque crimine quomodocumque reseruato; sicut Confessores Ordinis eos absoluere, & cum eisdem dispensare possint. *Y esta concesion esta en piey d'ella se haze mencion en el compendio del Cistel.* §. 5. *y la trae Manuel Rodriquen* tom. 1. quæstion. 62. articul. 5. *de donde consta, que los Religiosos guespedes puduedèn ser absueltos de los casos reseruados por qualquiera Confesor de su orden aunque no tengan las voces del superior. Item, los Religiosos que andan fuera de la orden confesarse con qualquiera confesor aprouado regular, ò secular, el qual los puede tambien absoluer, de los reseruados conforme el tenor de la clausula; y para esto no es necessario pedir licencia expressa al Prelado, sino que basta la presumpta. Como lo tiene Angles, en su suma.* libro 4. quæstione 8. de Confess. articul. 8. difficult. 2. *Siluestro* verb. confessor 1. numer. 6. *y lo insinua Rodriguez.* vbi suprà. *De donde se colixe que los dichos Religiosos quando andan fuera de sus Conuentos, pueden vsar con mayor seguridad de la facultad de la Bula, pues demas de los fundamentos que pusimos tienen esta concession de Inocentio Octauo, para poder ser absueltos de los reseruados, de la qual per participationem gozan todos los demas mendicantes.* Ita ille.

2. Sed *nota*, quòd hoc priuilegium non valet pro casibus reseruatis ab ipsismet superioribus Regularium, nam Innocentius asserit, Regulares existentes extra claustra, posse absolui à sæcularibus, sicut Confessarij Ordinis poterant illos absoluere. Sed Ordinum Confessarij non possunt illos absoluere à casibus superioribus reseruatis sine eorum licentia. Ergo, &c.

Alibi in Res. not. preterit. Et pro priu. Cruciatæ cõtento in hoc texto latè in to. 4. tr. 3. R. 30. & in princip., Res. 31. & in R. 29. §. At his. Sed lege etiam doctrinã R. & §§. annot. 1. huius vlt. Res.

3. Nec sufficere, vt vult perperam Herrera, in nostro casu præsumptam superioris licentiam, ego alibi satis probaui; quoad verò facultatem vtendi priuilegio Bullæ Cruciatæ nominatim contra Herreram satis doctè & latè differit nouissimè, me citato, P. Lugo *de sacrament. Pœnitentia, disput.... sect.... num...* maximè post Bullam sanctissimi D. N. Vrbani *VIII.* vt etiam, me citato, tenet tandem Ægidius Trullench *in secunda editione Bullæ Cruciatæ*, vbi latè hanc pertractat quæstionem; licet tanquam probabilem admittat contrariam sententiam P. M. Candidus, *tom.* 2. *disquis.* 24. *artic.* 6 2. *dub.* 4. qui tamen nullam facit mentionem de supradicta Bulla Pontificis Vr-

RESOL. CIV.

Quidam Religiosus, cùm in casum reseruatum incidisset, ex industria cuiusdam negotij se transtulit in aliam ciuitatem, vt ibi absolueretur, quæsiuit, an valida fuisset illa confessio?

Et explanatur etiam idem quoad sæculares ex S. Cardinalium Congregatione, id est, quod casus reseruati non possint absolui etiam à Confessario pro illo loco, in quo non sunt reseruati, si pœnitens malitiosè discedat à sua Diœcesi, in qua sunt reseruati, & tendat ad Confessarium alterius Diœcesis. Ex p. 6. tract. 7. & Misc. 2. Resol. 57.

§. 1. Affirmatiuè ad hunc casum respondet Stephanus Bauny *in Theol. moral. part.* 1. *tract.* 4. *quæst.* 8. *dub.* 5. vbi sic ait. An si Religiosus habens casum reseruatum, eo appellat, vbi non est, de eo absolui possit à quolibet de expositis in eo Cœnobio? Respondendum posse, est causa, quod in absoluendo, leges quisque suæ Prouinciæ, Cœnobij aut Episcopatus sequi debeat; & non alterius: ego si in eo Conuentu, ad quem ex itinere Regularis deflexit, peccatum cuius est ipse conscius, non est de numero reseruatorum in eo Cœnobio, de eo à Confessario quolibet, qui authoritatem ad cætera remittenda cõmunem habet, absolui poterit, etiamsi dedita opera eò prædictus pœnitens venisset, ne se Superiori petendæ veniæ causa cogeretur sistere. Ita Bauny.

Sup. hoc ne deleras legere doctrinam R. not. seq. à pr. & aliarum eius primæ annot.

2. Sed contrariam sententiam tenet Zambellus *in Repert. mor. ver. casus reseruati, num.* 26. vbi sic asserit. Casus reseruati non possunt absolui etiam à Confessario pro illo loco in quo non sunt reseruati, si pœnitens malitiosè discedat à sua Diœcesi, in qua sunt reseruati, & tendat ad Confessarium alterius Diœcesis, ex S. Congreg. Card. die 15. mensis Nouemb. 1616. & hanc opinionem sequi videtur etiam Lupus *de cas. reseru. p.* 1. *dist.* 8. *art.* 2. *difficult.* 1. *n.* 3.

Sup. hoc in to. 1. tr. 5. R. 50. §. vlt. & in aliis eius annot.

RESOL. CV.

An Confessarius sæcularis possit absoluere Nouitios Regulares etiam à peccatis in Religione reseruatis? Ex p. 3. tract. 2. Res. 4.

§. 1. Negatiuam sententiam tenet Peregrinus *in comment. ad nostras constitut. part.* 2. *cap.* 5. *lit. K.* vbi sic asserit. Aduerti debet, quod Nouitiorum confessiones audiendi cura soli Magistro Nouitiorum committi debet, semel tamen vel bis in anno, id etiam licebit Superiori, vel cui ille commiserit; vt patet ex decreto Clementis *VIII.* in illis verbis, *Quilibet Nouitius*, &c. & ex hoc decreto apparet manifestè quod nullus alius præter nominatos in dicto decreto habet facultatem audiendi confessiones Nouitiorum, & si alij de facto audiant, & absoluant, confessio erit nulla ex defectu potestatis Confessarij. Ita ille qui nullum authorem pro hac sententia adducit: sed poterat, nam illam tenet etiã ex

Sup. hoc in R. seq & in R. 1. post seq. lege eius doctrinam. & §§. eius annot. & infer. in to. 3 R. 53. §. 2. ad illu. 3. & cum Villalobos tandem in §. seq. cit. in to. 4. tr. 3. R. 33 §. 1. cum in fol

tom.1. tr.3. Ref. 39. §.1. prope finem, à verſ. Lo meſmo. & ſeq. & in R. 160. & in to. 4. tr.8. Ref. 43. §. Vnde.

lib.3. tract.3.§.4. controu.20. num. 129. Ioannes Maria Nouarius *in ſumma Bullarum, tit. de caſib. reſeruatis, num.*1. & Crouſers *in Regulam S. Franciſci, cap.*7. *lect.*17. *fol.* 644. vbi ſic aſſerit. Quicquid autem ſit de obligatione Superioris ad dandam, vel negandam talem facultatem: arbitror hoc remittendum arbitrio prudentis Confeſſarij, ſicut etiam remittit Papa Clemens VIII. *in Bull. de reſeruat.* Imò Paulus V. in Capitulo Generali Fratrum Capuccinorum Romæ congregato anno 1606. declarauit & declarat deinceps, vt ſi eiuſmodi Regularium Confeſſariis, petentibus facultatem alicuius caſus reſeruati, Superior eandem dare noluerit, poſſint nihilominus Confeſſarij illa vice pœnitentes Regulares abſoluere etiam non obtenta facultate à Superiore. Vt autem Confeſſarius iudicet prudenter facultatem concedendam, ſatis eſt, inquit Suarez, quòd nulla ſpecialis ratio ad eam negandam occurrat, vt autem iudicet negandam, ſemper interuenire debet aliqua ratio, quæ id requirat, quia minus periculi eſt in concedenda, quàm in neganda. Imò etiamſi interueniret ſufficiens ratio ad negandam, ſi tamen conſtat ſubditum nullo modo velle Superiorem adire, nec ad id poſſe induci: tunc Superior nunquam debet negare facultatem, nec poteſt licitè, cùm enim reſeruatio ſit quædam medicina ſubditi, ſi cum rigore applicata cedat in perniciem ſubditi, temperanda eſt. Ita Crouſers.

2. Et ſi circa hoc vltimum dictum Crouſers aſſeras oriri dubium, quomodo Prælatus debeat condeſcendere, & dare licentiam ſubdito, qui obfirmato animo non vult Superiorem adire, tunc enim licentia illa non videtur vtilis ſubdito, qui certè non eſt diſpoſitus ad Confeſſionis Sacramentum, dum habet propoſitum non adeundi Superiorem, quem adire deberet, vt impleret Chriſti præceptum præmittendi Confeſſionem ante ſuſceptionem Euchariſtiæ, ſuppono enim non adeſſe cauſam iuſtam ex timore alicuius mali extrinſeci, ob quam poſſit peccatum illud non confiteri. Non ergo ſubuenitur ſubdito conceſſa facultate, cùm non detur illi debita diſpoſitio ad Sacramentum, quæ illi deerat; cùm non habeat propoſitum ſeruandi illud præceptum Chriſti, caſu quo Superior licentiam negaſſet.

3. Reſpondeo cum P. Ioanne de Lugo *de Sacramento pœnitent. diſput.*20. *ſect.*10. §. *num.*239. Si hoc argumentum eſſet admittendum, reprobaret quidem Praxim Prælatorum, & ipſius Summi Pontificis, qui ad ſubueniendum eiuſmodi infirmitati ſubditorum, qui nolunt proprio Sacerdoti integrè confiteri; & ea de cauſa confeſſionem ſacrilegam ſæpè faciunt, & in ſtatu peccati per longum tempus miſerè iacent, mittere ſolent aliquando Confeſſarios extraordinarios cum plena poteſtate abſoluendi, vel per Iubilæum, aut Bullam, vel alio modo ſubditis facultatem concedunt eligendi Confeſſarium cum poteſtate abſoluendi à reſeruatis, in quibus procedit eadem difficultas: nam illi ſubditi non videntur poſſe tunc facere confeſſionem validam ex vi talis facultatis; cùm ei deſit diſpoſitio debita, nempe propoſitum ſeruandi illud Chriſti præceptum, quod de facto non ſeruarunt, nec ſeruaſſent, niſi hanc facultatem habuiſſent.

4. Debemus ergo reſpondere facultatem illam multum prodeſſe ſubdito. Primò quia plerumque nondum decreuit Chriſti præceptum violare; ſed ob difficultatem vacillat; & inſtat iterum atque iterum pro licentia obtinenda: & tunc eius Paſtor debet manum vacillanti porrigere, & præcauere ruinam, cuius periculum videt, concedendo licentiam, ne Chriſti præceptum violet. Secundò licèt iam ſubditus decreuit obfirmato animo Superiori non confiteri, adhuc prodeſt facultas conceſſa: quia ſublata difficultate, animo quieto & tranquillo, faciliùs concipitur poſtea dolor, & propoſitum neceſſarium ad valorem Sacramenti: faciliùs enim proponit pœnitens propoſito in genere, & circa difficultatem non præſentem, nec explicitè propoſitam, quàm diſtinctè circa obiectum præſens arduum & difficile. Fateor tamen periculum plerumque eſſe, ne pœnitens careat diſpoſitione debita, qui proximè antea nolebat obſeruare Chriſti præceptum de confeſſione præmittenda, & data licentia confiteri alteri: quare accuratè & ſuauiter diſponendus eſſet priùs à Confeſſario ad verum dolorem & propoſitum concipiendum; negare enim non poſſumus deeſſe illi debitam diſpoſitionem, niſi ex animo doleat efficaciter, quòd Chriſti præceptum ſpreuerit, & confeſſus non fuerit, prout ex præcepto debeat. Sufficiet tamen, vt dixi, dolor generalis (ſi verus dolor ſit) de omnibus peccatis commiſſis. Hæc omnia Pater Lugo. Cum quo etiam notandum eſt contra Suarez *tom.*4. *diſputat.*30. *ſect.* 4. *numer.* 7. & 8. quòd quando ex licentia negata timetur graue ſubditi detrimentum; licèt id totum ex ſua fragilitate vel duritia oriatur, peccare Prælatum, ſi licentiam neget non ſolùm contra charitatem; ſed etiam contra iuſtitiam.

RESOL. CXI.

Quidam Regularis petiit à ſuo Superiore authoritatem abſoluendi à reſeruatis pro vna perſona, quæſiuit à me, vtrum in ſua facultate comprehendi poſſit ipſe petens?

Et ſi Vicarius Epiſcopi, Prior, vel alius quiſque, qui à ſuo Superiore habet facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis, vna cum poteſtate ſubdelegandi, dato quod ipſe incidat in caſu reſeruato à ſuo Epiſcopo, vel Superiore, an poſſit de illo caſu abſolui ab eo, quem ipſemet delegauerit? Ex part. 8. tractat. 7. & Miſc. Reſol.91.

§. 1. Negatiuè reſpondet Graffius *in Append. ad deciſ. lib.*3. *cap.*8. *num.*27. tamen pro parte affirmatiua rationes aliquas adducit. *Primò*, quia nemo tenetur ſe ipſum prodere, *cap. quis aliquando de pœnit. diſtinct.* 1. Tum, quia in generali ſermone comprehenditur etiam perſona ipſa quando loquens concipit in perſona alterius, *l. Paulus reſp. §. fin. ff. de pign.* vt ſi diceret. Eſt quædam perſona, quæ indiget veſtra auctoritate, placet ne vobis illam dare? Secus verò ſi diceret, Rogo te, vt des facultatem pro vna perſona. Hanc etiam ſententiam docet Floronus *de caſ. reſeru. part.*1. *cap.*3. §. 1. *num.*3. & Villalobos *in ſumma, tom.*1. *tract.*9. *diffic.*64. *num.*4. vbi ſic aſſerit. *Quando el Prelado concede à vno la autoridad ſin reſtrincion ninguna, es viſto concederla actiua y paſſiua*, &c. Leone *de officio, & poteſtate Confeſſoris, tomo* 2. *recollectione* 6. *numer.* 131. vbi habet, quòd quando ſubditus petit facultatem à ſuperiore pro vna perſona pro caſibus reſeruatis, poteſt vti pro ſua perſona.

Sup. hoc ſupra in R. 109. §. Notandũ. in fine, & in tom.1. tr.5. R.15. §. vlt. à lin.5. & verſ. Sed quid. Et in Ref.67. §. vlt.

2. *Notandum* eſt etiam hîc obiter contra Graffium *loco citato, num.*22. Vicarium Epiſcopi, Priorem, vel alium quemcumque, qui à ſuo ſuperiore habeat facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis vnà cum poteſtate in caſum reſeruatum à ſuo Epiſcopo, vel ſuperiore, poſſe de illo caſu abſolui ab eo, quem ipſemet Vicarius, vel Prior delegauerit. Ita Vgolin. *in tract. de officio, & poteſtate Epiſcopi, cap.*39. *num.*2. *verſ. contrariam opinionem.* Anton. Naldus *verb. caſus, num.*6. Floron. *de caſ. reſeruatis, part.*1. *cap.*3. §. 1. *numer.* 3. & probatur, quia facultas conceſſa Vicario eſt generalis, ita vt poſſit ſubdelegare quemcumque voluerit

Sup. contẽto in hoc §. in Ref. 3 noc. præteritæ in eius §.1. per totum.

voluerit pro absolutione à casibus reseruatis: & Vicario ipsi dicitur communicata per illam delegationem omnis potestas Episcopi; ergo poterit vti tali facultate, etiam pro sua persona.

RESOL. CXII.

An Vicarius possit condere facultatem absoluendi à reseruatis, si Præpositus absit à domo per vnum diem naturalem?

Et quid est dicendum, si subditus ex industria, & sine sufficienti causa in illum diem confessionem distulisset?

Et quid, quando Superior eodem die est reuersurus? Ex p.3. tr.2. Res.28.

§. 1. RESpondent affirmatiuè Peirinus *in priuileg. Minimorum tom.1. constit.4. Sixti IV. §.6. num.16.* Homobonus *in Exam. Eccles. part.1. tract.5. cap.4. quæst.21.* Beia *part.4. cas.37.* & Naldus *in summ. ver. Abesse, num.11. & ver. Absolutio, num.15.* quia non est detinendus subditus in tam malo statu, sed ab eo, quam citius possit, liberandus. Deinde Vicarius relictus à Præposito, est tunc solus, & absolutus Superior domus; ergo debet habere illa omnia, quæ pro recta illius administratione sunt necessaria, inter quæ sine dubio potestas spiritualis est.

2. Sed prima sententia limitanda videtur. Primò, quando Superior eodem die est reuersurus, tunc Vicarius non poterit supradictam licentiam concedere. Secundò, si subditus de industria sine sufficienti causa in illum diem Confessionem distulisset. Tertiò, nisi in aliqua Religione aliter dispositum sit.

RESOL. CXIII.

An Superiores Regulares possint authoritate propria reseruare casus in Decreto Clem VIII. contentos, vel opus sit hoc facere cum consensu Capituli? Ex p.8.tr.7. & Misc. Res.69.

§. 1. HOc dubium nouissimè pertractauit Bordonus *in consiliis Regularium, resp.37. quæst.30. num.42.* vbi sic ait: Quæritur an præscripta forma de reseruandis casibus cum matura discussione, & consensu Capituli Generalis pro toto Ordine, vel Capituli Prouincialis in prouincia, data sit non solùm pro aliis casibus non recensitis, verùm etiam pro illis vndecim enumeratis, ita quòd superior propria authoritate illos vndecim non possit sibi reseruare sine Capituli consensu?

2. Respond. Præscripta forma communis est vtrique generi casuum tam enumeratorum quàm extraneorum, & non expressorum. ac proinde propria authoritate superior illos etiam expressos sibi reseruare non potest. Probatur, tum quia causa finalis in lege expressa, quæ mouit legislatorem ad legem condendam est illa, quæ restringit, ampliat, & declarat legem ad sui limites, *l. cum pater. §. dulcissimis ff. de legat. 3.* Panormit. *in cap. quia in insulis, de Regul. numer 1.* per iura *ibi* adducta Nauarr. *consil. 8. de filiis presbyter.* Sanchez *lib. 2. disput.37. num.5.* Sed causa, quæ Clement. VIII. ad condendum hoc decretum fecit, vt consuleret conscientiis Religiosorum pœnitentium, qui ex parum prudenti, & immoderata reseruatione peccatorum facta à superioribus, formidabant illis detegere maculas conscientiæ, ac proinde in periculum æternæ damnationis inducebantur, vt initio Decreti expresè dicitur; ergo ab hac causa venit explicandum ipsum Decretum, & ampliandum ad quoscumque casus, non solùm extraneos, sed etiam expressos, quatenus tradit formam reseruandi casus cum matura discussione, & consensu Capituli: nam cùm casus ibidem expressi, non sint ipso iure reseruati, sed reseruandi omnes, vel partim, vt dixi *quæst.28.* & non tantùm prout iacent, sed ampliando, & restringendo, vt dicam *quæst.36.* ideo in illorum reseruatione potest superior parum prudenter, & immoderatè se gerere, ac proinde pœnitentes inducere in discrimen æternæ damnationis; igitur ad euitanda huiusmodi fuit intentio Papæ, vt superiores adhiberent hanc formam, etiam respectu casuum ibi expressorum. Tum, quia clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia, *cap. secundò requiris 41. de appell.* & hoc procedit siue ponatur in principio, siue in medio, siue in fine: ergo hæc forma præscripta in fine non solùm refertur ad casus non expressos sed etiam ad expressos. Tum quia illa clausula, *si quod aliud*, est implicatiua similium, vt docent omnes *in l. si fugitiui, ibi, alia pœna, Cod. de seru. fug. iunct. gloss. fin.* quæ ait, *alia pœna*, id est, simili. Euerard. in loco, A dict. implicat. *num.4.* & facit positionem eiusdem qualitatis cum præcedentibus, gloss. *verb. Alios, capite 1. de præbend. in 6.* Meg.2. 2. *lib.2. cap.7. numero 24. in fine* ergo illa particula, *si quod aliud*, implicat etiam casus ibi expressos reseruandos sub eadem forma præscripta, qua veniunt reseruandi casus non expressi; similium enim debet esse idem iudicium, & iuris dispositio, *cap. inter cæteras 4. de rescr. cap. dudùm 54. de elect. §. sed cùm in iure.* Tum quia si superioribus non præscriberetur hæc forma seruanda etiam in reseruandis casibus expressis, eluduntur intentio, & finis Papæ, ac proinde vanum, & inutile esset decretum, siquidem per illud sufficienter non fuisset prouisum periculis, & discriminibus, in quæ possunt deduci Religiosi pœnitentes ob imprudentem reseruationem, quæ interdum facerent in casibus occurrentibus propria authoritate, si non tenentur seruare eam: ne igitur inutile sit decretum, dicendum est, mentem Summi Pontificis fuisse, vt in omnibus casibus reseruandis superiores adhiberent præscriptam formam. Tum, quia per hoc decretum limitatur & restringitur potestas superiorum, vt asserunt infrà citandi, quæ limitatio fieri non potest sine præscriptione nouæ formæ, quæ in duobus consistit, in numero casuum, & modo illos reseruandi. Hucusque Bordonus.

3. Sed meritò contra illum insurgit Raphaël Auersa *de Sacram. Pœnit. quæst.17. sect.2.* Dicendum est igitur, singulos Prælatos posse per se absque alio consensu Capituli dictos casus appositos in decreto Clement. VIII. in toto, vel in parte reseruari, vt apparet manifestè ex tenore eiusdem decreti, & in praxi ab omnibus superioribus Religionum obseruatur.

RESOL. CXIV.

An Superiores Regulares peccata prohibere possint sub pœna excommunicationis sibi reseruatæ? Ex p.3.tr.2. Resol.49.

§. 1. AFfirmatiuè respondent Villalobos *in summ. tom.1. tract.9. diff.58. num.5.* Tamburinus *de iure Abbat. tom.2. disput.13. quæst.3. num.1.* Coriolanus *de cas. reser. part.1. sect.1. art.6. num.1.* Fagundez *præc.2. lib.8. cap.4. num.5.* Suarez *in 3. part. tom.4. disp.29. sect.3. n.13.* & alij, quia hoc non est reseruare peccatum, sed censuram. Sup. hoc infra in R.269. §. Displicet & pro Monialibus in R.317. cir fin in §. vlt.

2. Sed mihi placet contraria sententia, quam tuentur

tur Sigismundus à Bononia *in tract. de elect. part. 3. cap.4. dub.123. num.9.* Peirin. *in priuileg. Minim. tom.2. constit.10. Vrbani VIII. §.61. numer.10.* Sanchez *in summ. tom.2. lib.6. cap.1. num.15.* Megala *in prima part. lib.1. cap.12. num.8.* Molfesius *in summ. tom.1. tract.7. cap.20. num.17.* & ita determinasse Sacram Cardinalium Congregationem die 7. Iulij 1617. testatur P. Leone *tract. de officio, & potest. confess. tom.2. recollect. tom.11. num.5.* Ratio est, nam ex Decreto Clement. VIII. omnis reseruatio illis interdicta est, & ratione censuræ appositæ illud peccatum reseruatum manet; ergo, &c. Vnde apparet talem modum reseruandi per excommunicationem esse inuentum, & excogitatum in fraudem legis Pontificiæ, nolentis, & prohibentis alia peccata reseruari, quàm illa à Summo Pontifice expressa; non est ergo prima sententia admittenda, & Ioannes Faber. *de pœn. in 4. sent. dist.17. quæst. vnica, disput. 17. cap. 1. num. 29.* asseri tutius esse Superiores cauere à tali censurarum reseruatione.

RESOL. CXV.

An Religiosus tactibus alium polluens incidat in casum reseruatum Clem. VIII.

Et vtrum lapsus carnis voluntarius opere consummatus sit reseruatus, quando non fuerit perfectè consummatus cum seminis emissione? Idem est de copula sodomitica.

Et notatur Religiosum patientem copulam sodomiticam cum seminis emissione incurrere in casum reseruatum, quamuis ipse non seminet. Ex p.11. tract.2. & Misc. 2. Resol.61.

Quoad hoc lege infra ex doctrina R. 118. §. 1. prope finem, à vers. Et quemadmodum.

§. 1. NEgatiuè respondeo cum Andrea Mendo *in Bulla Cruciata disput. 24. cap.4. num.47.* vbi sic asserit; Exigitur autem à Pontifice ad hanc reseruationem, vt lapsus carnis sit opere consummatus, scilicet in sua specie, ver. grat. in specie fornicationis, vt actus venereus cum pollutione fuerit habitus, nempe viri; nam fœminæ pollutio non requiritur ad consummationem actus; quare tactus, oscula, verba libidinosa, aliaque obscœna signa, cùm non sint actus consummatus, sed inchoatus, aut inceptus, ad consummationem tendens, aut disponens, sub hac reseruatione non includuntur. Similiter in specie peccati contra naturam pollutio voluntaria huic subiacet reseruationi, non verò distillatio voluntaria, etiam animo libidinoso procurata, quia non est actus consummatus in ea specie. Præterea coitus cum fœmina, si absque pollutione contingat, quantumuis hæc procurata fuerit, est extra hanc reseruationem, ob rationem nuper dictam. Rursus consilium, auxilium, fauor ad actus libidinosos consummatos ab alio consequendos non comprehenduntur in præsenti, quia etsi habeant malitiam specificam reductiuè, quam illi actus habent, tamen in præsenti, vt ex verbis Pontificis constat, non manent obnoxiæ reseruationi hæ circumstantiæ scandali, suasionis, & similes, sicut nec periculum incidendi in lapsum carnis consummatum, quantumuis sit voluntarium, & proximum. Hinc etiam si quis turpiter alium tangens, eius pollutionem procuraret, eaque sequeretur, quin tamen se ipsum pollueret, non subiaceret reseruationi præsenti; nam in ipso non dabatur lapsus carnis proprius consummatus in aliqua specie, luxuriæ; solum autem proponitur reseruabilis eiusmodi lapsus proprius. Ita Mendo.

Sup. hoc lege doctrinā R. not. præteritæ signanter eiusdem ver. Et ex R. nor. seq §. Quæro tertio. & in tom.1. tr. 5. R.59 Swlt.

2. Sed si aliquis hic quærat, vtrum lapsus carnis voluntarius opere consūmatus sit reseruatus, quando nō fuerit perfectè consummatus cum seminis emissione?

3. Affirmatiuè respondet Suarez *tom. 4. de Relig. lib.2. cap.18. num. 12.* vbi sic habet: Solùm aduerto, quoties peccatum peruenit ad pollutionem esse in omni rigore opere consummatum, & consequenter sub illa reseruatione comprehendi; quia illud peccatum habet propriam speciem, in qua consummatur, iuxta doctrinam Diui Thomæ *2. 2. quæst.154. art.11.* & hoc satis est, vt sit reseruatum quamuis non perueniatur ad consummationem illius actus, quem fortassè peccans intendebat, vel in quem natura sua actus impudici ordinabantur, copulam scilicet carnalem. Hactenus Suarez. Ex quibus verbis sentire videtur, non solùm copulam imperfectam, de qua nunc agimus, verùm etiam & quamlibet pollutionem ex actibus impudicis prouenientem. Vnde si animo libidinoso ad mulierem accederet Religiosus, & illius tangens manum incurreret in pollutionem, existimat eum hunc casum incurrere.

4. Hanc etiam sententiam tenet Ioannes de Trinitate *in Exposit. Cas. Ordin. Sancti Francisci cas.3. num.1.* vbi ita asserit; Constat igitur ex dictis, quod in hoc tertio casu reseruatur tantum copula carnalis siue copula sit naturalis, siue sodomitica, siue bestialis: quælibet enim istarum verè & propriè dicitur, & est copula, & lapsus carnis. Idem absque dubio asserendum est, etiamsi in copula non interueniat seminatio. Nam si deficiente seminatione copula non esset hic intelligenda, sequeretur quòd copula impotentium ad seminandum non esset in præsenti casu sed in sequenti tactum impudicorum, & enormium reseruata. Ex quo consequenter inferretur, quod prædicti impotentes ad seminandum, quomodocumque coirent, nullo modo dicerentur carnaliter copulati sed impudicè tangere, & tangi. Est igitur affirmandum, quamlibet copulam carnalem, siue in ea interueniat seminatio, siue non, in hoc tertio casu reseruari. Hæc ibi.

5. Sed aduersus hanc sententiam insurgit me citato Iuniperus *de cas. reseru. cas.9. disput. 1. quæst.2. num. 2.* Quia Summus Pontifex largitur superioribus facultatem reseruandi lapsum carnis voluntariū opere consummatum, non verò attentatum; atqui quando intra vas non seminatur, sed extra, est peccatum illius speciei, in qua committitur attentatum, sed non consummatum; igitur Religiosus qui ita peccauit, non comprehenditur sub hoc casu. Minor huius syllogismi ostenditur ex communiori Doctorum sententia in peccato sodomiæ, vbi asserunt quod quando semel intra vas non immittitur, non dicitur sodomia consummata, quia quando lex aliquando prohibet delictum, intelligitur de delicto cōsummato. Vnde inquit Pater Sanchez *lib.10. de matrim. disp.4. numer.13.* quod quando semen intra vas naturale, vel præposterum non immittitur, non est concubitus consummatus, sed attentatus: Atqui copula, quam reseruabilem superioribus proponit Pontifex debet esse opera consummata in sua specie; Igitur ex quo semen non est intra vas immissum, non erit opera consummata; & ideò non reseruata in hoc casu.

6. Vnde *quæst.3.* ex his idem dicendum esse putat me citato de copula sodomitica; notat tamen, & benè, Religiosum patientem incurrere etiam hunc casum, nam tale peccatum in vtroque est eiusdem speciei; hoc autem intelligit quando sodomia ex parte agentis est consummata; nam non est cur ex parte patientis sit reseruata, & non ex parte agentis. Vide etiam Reuerendissimum Patrem Bordonum nunc meritò Generalem suæ Religionis *in consil. Regul. tom.1. ref.48 n.22* vbi etiam docet, quod patiens verè sodomiam incidit in casum, licet ipse non seminet; subdit tamen oppositum non esse improbabile.

Sup. contē rd in hoc §. in tom.1. tr.5. R.65. §. Quæro secundo. & seqq & in §. Quæro tertio & in aliis §§. illorum annotationum.

RESOL.

RESOL. CXVI.

An Superiores Regularium possint sibi reseruare tactus impudicos & oscula, literulas, munuscula, &c. Ex p.3. tr.2. Resol.118.

§. 1. Affirmatiuam sententiam tenet Tamburinus *de iure Abbat. tom. 2. disp. 13. quæst. 2. num. 3.* vbi sic ait. Aliquando in eadem supradictorum casuum decisione potest etiam Superior sibi alios casus reseruare, vt exempli gratia in materia lapsus carnis poterit sibi reseruare tactus impudicos, oscula, literulas, munuscula, &c. Ita Hieronymus Sorbo *in annot. ad compend. priuileg. ver. absolutio*, affirmans hoc Clement. VIII. sibi declaratum fuisse. Hæc Tamburinus *loco citato*.

2. Sed meritò negatiuam sententiam docet nouissimè noster P. Leone *de offic. confess. tom. 2. recollect. 11. num. 132.* quia actus illi, nempè tactus impudici, oscula, &c. nullo modo comprehendi possunt sub significatione, & verbis Clem. VIII. videlicet *lapsus carnis voluntariè opere consummatus*, quæ quidem verba sonant consummationem actus in sua specie fornicationis, v. g. mollitiei, &c. vide etiam Suarez *de Relig. tom. 4. lib. 2. cap. 18. num. 12.* & Molfesium *in sum. tom. 1. tract. 7. cap. 20. n. 46. & 104.*

RESOL. CXVII.

An reseruato peccato carnis contra Castitatem externam includantur visus, ornatus, &c. procedens ex affectu interno?

Et an talia peccata non possint reseruari, nec subiici excommunicationi? Ex p.4. tr.4. & Misc. Res. 163.

§. 1. Ad hunc casum ita respondet Turrianus *in select. disp. part. 2. disp. 51. dub. 61.* Aliqui clarè pronuntiant, tale peccatum non esse reseruatum, quia talis visus non potest ab aliis cognosci, & fieri potest tali modo, vt non sit signum affectus interni, & intentio reseruantis videtur ea esse, vt non fiat actus externus in ea materia, quæ posset significare internum affectum. Ego verò existimo tale peccatum esse reseruatum, quando reseruatio cadit super omnem actum externum libidinosum procedentem ex voluntate libidinosa, quia talis est visus prædictus, neque est fundamentum ad limitandum intentionem reseruantis, & oppositum neque est probabile, neque tutum: suppono autem tale peccatum posse reseruari. Sic ille, & ita etiam docet *in dub. 52.* sed more suo excedit Turrianus *in censura supradictæ opinionis*, vnde ex eadem inclita Societate Henriquez *lib. 6. cap. 14. num. 6. in glossa lit. I.* & Iacobus Granado *in 2. 2. D. Thom. contr. 1. tract. 15. disp. 13. num. 14.* docent, non reseruari, neque subiici excommunicationi peccatum, nisi quòd secundùm quantitatem operis externi, & non sola relatione ad consensum internum, certò constet esse mortale.

Sup. hoc visu vel aspectu in R. seq. §. vlt.

RESOL. CXVIII.

An pollutio cogitando tantum turpia sit peccatum reseruatum, & quid, si sequatur ex aspectu nimis libidinoso, quando Superiores reseruant pollutionem voluntariam? Ex p.4. tr.4. & Misc. Res. 61.

§. 1. Aliquando Superiores Regulares reseruant sibi pollutionem voluntariam, etiam sine complice, quæritur an si sequatur voluntariè ex turpibus tantùm delectationibus morosis, vel ex aspectibus libidinosis, sit peccatum reseruatum? Et ad hæc dubia respondet Georgius Kiene *in tract. de cas. reseru. part. 5. cap. 6. num. 4.* vbi sic ait: Quæres primò, vtrùm Religiosus cogitando turpia, iisque morosè delectando in pollutionem prolapsus sine proprij corporis aspectu, aut contactu libidinoso, vllaque motione instrumentali, casum reseruatum incurrat? Respondet Suarez affirmatiuè, sed non improbabiliter alij negant, putant enim quòd ad huiusmodi reseruationem non solùm externa actio in sua specie consummata, sed etiam externa respectu mediorum requiratur & procuretur, non tantùm per interiorem delectationem, tanquam causam adæquatam, sed potissimum per opus externum, v. g. libidinosum contactum. Et quemadmodum ille non incidit qui tangit personam, quantumcumque libidinosè exercendo varios impudicitiæ actus absque seminis profusione, aut copula, quamuis mortaliter peccet; ita quoque qui sine tactu proprij corporis, aut alio instrumento ob veneream turpitudinem mentalem polluitur, nisi perueniatur ad consummationem illius actus impudici, quem peccans intendit, vel in quem natura sua ordinatur, id est copulam carnalem.

Sup. hoc supra ex Res. 115. lege eius doctrinam signanter §. 1.

2. Quæres secundò. vtrùm aspectus libidinosus in fœminam directus, ex quo apta est sequi pollutio, sit casus reseruatus? Respondeo primò, si aspectus aliqua quidem libidine quasi inaduertenter informatus à pulchritudine faciei aut formæ fœmineæ, aut personæ superbè conuestitæ proueniat, non esse vti nec mortalem, ita neque reseruatum. Ratio est quòd huiusmodi aspectus de se leuiter tantùm in libidinem prouocet. Respondeo secundò, quando in grauem tentationem, & inde in pollutionem prolaberetur, nec dum culpam reseruatam probabiliter committi, etiamsi ex praua affectione & intentione ad libidinem concitaretur ob affectum corporis externi, quod per se oculus impudicus non possit censeri propinquè lapsus carnis opere consummatus. Respondeo tertiò, aspectus denudati in fœmina corporis, aut potioris partis ad libidinem allicientis, in qua impudicitia locum tenet, cum pollutione iunctus videtur sine præuiis osculis, aut contactus, casus reseruatus. Ita Kiene *loco citat.* Vide etiam Homobonum de Bonis *de casib. reseru. part. 3. cap. 5. except. 6.* Molfesium *in summ. tom. 1. tract. 7. cap. 20. numer. 104.* & Coriolanum etiam *de casib. reseru. part. 2. cas. 9. §. 10. num. 15.* asserentem pollutionem ortam ex turpibus cogitationibus nunquam esse casum reseruatum, sed tantùm peccatum mortale.

Sup. hoc lege doctrinã præcedentis Res.

RESOL. CXIX.

An casus reseruati desinant esse tales, si Superior Regularis reseruans munere suo functus fuerit?

Et quid in nostra Clericorum Regularium Religione?

Et cursim infertur, quod excommunicatio ab homine cessat, cum moritur, qui eam fulminauit. Ex p.3. tr.2. Resol. 23.

§. 1. Non esse amplius reseruatos existimo ex doctrina, quam affert Iacobus de Granado *in part. 2. D. Thom. constit. 7. tract. 1. disp. 7. num. 6.* vbi sic asserit. Si Prælatus præcipiat vni subdito, aut toti Conuentui, vel prouinciæ aliquid, & ei subditi paruerint, dum viueret, eo ipso quod moriatur, vel ab officio amoueatur, cessat obligatio præcepti, sicut & cessat excommunicatio ab homine, cùm moritur, qui eam fulminauit. Ita ille.

Quoad hoc si placet. & in hoc casu pro reseruatis ab Episcopo mortuo in to. 1. tr. 5. lege doctrinam R. 68.

2. Sed

Et signanter sup. hoc in fine ref. 69.

2 Sed dices, hoc verum esse in aliis Religionibus, non autem in nostra Clericorum Regularium, nam per Decretum Capituli generalis an. 1610. *tit. de Præposito, Vicario, & vocalibus*, §. 6. sic habetur. Decreta, seu statuta à Patre Generali, seu à quolibet alio Præposito in sua domo, indictave in suo robore permaneant, & vnusquisque accuratè ea seruet, etiamsi ad Generale Capitulum illi se contulerint, munusque suum abdicauerint, quousque à Generali Capitulo, vel à successore speciatim abrogentur. Attamen noster P. Megala *in* 1. *p. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 5. putat prædictum Decretum in nostra Religione non habere locum quoad reseruationem casuum, quia loquitur de Decretis, & statutis ab ipsis Superioribus factis; & reseruatio casuum, quæ fit ab ordinariis Superioribus Religionis, non est neque Decretum, neque statutum; ergo, &c. Vnde Vicarij nostrarum domorum casus præcedentis Patris Præpositi sibi reseruent, si volunt eos reseruatos esse.

RESOL. CXX.

An quis ex præsumpta voluntate Superioris possit aliquem absoluere? Ex p. 3. tract. 2. ref. 11.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 3. ref. 5. §. vlt. & late ibi in tr. 5. ref. 24. & in alia ref. & §. eius primę annot.

§. 2. Affirmatiuam sententiam docent aliqui, quam tueri etiam videtur Peregrinus *in Comm. ad nost. constit. p.* 1. *cap.* 9. *lit. C.* §. 3. vbi postquam adduxit Decretum appositum *in p.* 1. *cap.* 6. *de Decretis Capitul. general.* prohibens ne alicui vnius domus Confessario alter alterius domus confiteri liceat, sic asserit. Circa Decretum supradictum aduertendum est, quod ex præsumpta voluntate Superioris ipsius pœnitentis posset fieri in aliquo casu, sed non sæpè. ita ille.

3. Sed hæc opinio absolutè, & sine distinctione prolata mihi summopere displicet, quia præsumptio si non fundetur in aliquibus signis, quæ sufficienter indicent præsentem voluntatem Superioris concedendi facultatem, non sufficit ad dandam iurisdictionem; nam sic est tantùm existimatio de futuro consensu Superioris, & coincidit, vt optimè obseruat Suarez *tom.* 4. *disput.* 27. *sect.* 4. *num.* 16. cum ratihabitione de futuro, quam non esse sufficientem docent communiter DD. asserentes ad excipiendas Confessiones non satis esse ratihabitionem de futuro, sed opus est adesse de præsenti. Et ita tradit Becanus *de Sacr. c.* 38. *quæst.* 8. Homobonus *in exam. Eccles. p.* 1. *tract.* 4. *cap.* 11. *q.* 105. Fagundez *p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 71. Tolet. *lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 22. Henr. *lib.* 6. *cap* 13. *num.* 13. Coninch *de Sacr. disp.* 8. *dub.* 5. *num.* 36. Villalobos *in summ. tom.* 1. *tract.* 9. *diffic.* 51. *n.* 2. cum aliis, quidquid in contrarium mordicus teneat Didacus Nugnus *in addit. ad* 3. *part. tom.* 1. *q.* 8. *art.* 5. *dub.* 2. asserens ad excipiendas Confessiones non sufficere non solum ratihabitionem de futuro, sed neque ratihabitionem de præsenti, & affirmatiuam sententiam improbabilem putat, sed immeritò quidem; nam quomodo Nugnus improbabilem potest vocare sententiam illam, quam communiter docent Doctores?

Sup. hac ratihabitione in ref. & §. seq.

Sup. hac ratihabitione magis late in ref. r. not. 1. huius ref. à principio, & in resol. 2. §. vnde sequitur. & in to. 3. tr. 2. lege doctrinam. ref. 44. signãter §. 2. ad li. 9. & vers licet id tantũ. & in tom 2. tr. 3. ref. 16. in fine.

4. Dicendum est igitur pro expositione supradicti Decreti. quod si in aliqua ciuitate, vbi sunt plures domus, adsit consuetudo (in illam tamen per aliqua signa conniuentibus Prælatis) vt Confessariis alterius domus nostri Patres in aliquo occurenti casu aliquando confiteantur, validæ erunt tales Cõfessiones, quia adest ratihabitio de præsenti, & præsumptio modo quo supra dictum est. Vnde illa scientia, & patientia Prælatorum, vt notant citati Doctores, habetur pro licentia: at hic Panormi in domo S. Ioseph, & S. Mariæ de Catena certum est non adesse talem consuetudinem; vnde standum videtur determinationi supradicti Decreti.

RESOL. CXXI.

An possit puniri Regularis qui expositus à suo Superiore ad excipiendas tantum confessiones virorum, excipit tamen confessiones fœminarum vigore Iubilæi? Ex p. 3. tract. 2. Ref. 93.

§. 1. Affirmatiuè videtur respondendum per ea, quæ adducit Hieronymus Rodriquez *in comp. qq. Regul. resolut.* 32. *num.* 10. vbi sic ait: Religiosi per suos Superiores legitime præsentati & ab Episcopis approbati, licèt sint apti, nullo tamen pacto exercere possunt hanc iurisdictionem contra Superiorum prohibitionem, etiam si eligantur virtute Iubilæi, aut Cruciatæ, & contrà facientes possunt ab eis puniri, quia nunquam Papa intendit eximere Religiosos ab obedientia suorum Superiorum, nisi id exprimatur. Ita Rodriquez, & magis in terminis Didacus Nugnus *in addit. ad* 3. *part. D. Thom. quæst.* 8. *art.* 5. *dub.* 9. *ad arg.* 10. vbi sic asserit. Qui simpliciter est expositus, vt audiat confessiones virorum, non tamen mulierum, si eligatur à mulieribus, virtute Bullæ Cruciatæ, valida erit confessio, ipse tamen Sacerdos peccabit contra obedientiam Superioris, si id faciat sine sufficienti necessitate.

Sup. hac doctrina in t. 4. tr. 3. lege resol. 26. per totã. & alias ref. & §. eius annotatio & vide hic infra ref. annot. 1. post seq huius ref.

Et pro contento à vers. Qui simpliciter, huius §. 1. lege doctrinam ref. not. præteritæ, signanter eius. §. Restat. & pro parte in ref. not. seq.

2. Verùm, his non obstantibus, contraria sententia mihi magis placet, quia, vt docet Ledes. *in summ. tom.* 1. *de sacrament. pœnit. cap.* 13. *dub.* 8. & Sanchez *de matrim. tom.* 1. *lib.* 8. *disput.* 36. *num.* 16. probabilis est illa sententia, quæ dicit, Sacerdotem expositum tantùm ad confessiones virorum, posse virtute Bullæ Cruciatæ, & Iubilæi excipere confessiones fœminarum, & ita tenet Petrus Fay *in addit. ad* 3. *part. D. Thom. q.* 8. *art.* 5. *disp.* 3. *concl.* 5. *ad argum.* 4. Henriquez *lib.* 3. *c.* 6. *n.* 8. Fagundez *vbi infrà*, & alij, quidquid asserant aliqui, sed qui operatur secundum opinionem probabilem, non potest puniri: ergo Regularis, excipiendo in tali casu confessiones fœminarum, non erit puniendus.

Et pro virtute Cruciatæ, & Iubilæi contentis in hoc §. Verum. in to. 4. tr. 3. ref. 12. & in to. 5. tr. 2. ref. 154. §. 2 in fine, & hic supra in ref. 71. §. 1. cursim in fine.

3. Minorem propositionem huius argumenti, in qua consistit vis nostræ sententiæ, apertè docet Ioannes Sancius *in selectis*, *disp.* 45. *num.* 72. & magis appositè *disp.* 44. *n.* 17. Et ratio est clara, quia pœna supponit culpam, sed qui operatur secundùm opinionem probabilem, non operatur culpabiliter; ergo non est dignus aliqua pœna.

4. Nec valet dicere, quòd dicta opinio est probabilis in ordine ad validitatem confessionis, non autem excusat Sacerdotem, ita confitentem, à pœna. Nam respondeo, quòd si hoc esset verum, sequerentur duo absurda. Primum, quòd quis puniretur sequendo opinionem probabilem, & per consequens sine culpa; secundum quòd, propter timorem pœnæ, nullus Sacerdos vti vellet supradicta opinione, & sic indirectè tolleretur, & arctaretur priuilegium Summi Pontificis absolutè, & sine vlla limitatione in fauorem animarum, & pro bono publico concessum.

5. Restat modò respondere ad argumentum contrariæ sententiæ. Dico igitur cum Fagundez *de præc. Eccles. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 45. quòd prohibitio Episcopi, seu Generalis, interpretanda est rationabiliter, videlicet vt locum habeat, quantum ad iurisdictionem ab eodem Episcopo, seu Generali commissam, & delegatam, non verò quantum ad delegatam à Summo Pontifice per Bullam, seu Iubilæum. Vnde sequitur, Regularem expositum tantùm ad confessiones virorum, si excipiat confessiones fœminarum in nostro casu non peccare contra obedientiam Superioris, & sic cessat fundamentum contrarium.

RESOL. CXXII.

An Confessarij designati à Superiore ad excipiendas Fratrum confessiones, possint confiteri Clericos professos fratres sub cura Magistri?

Et adducuntur, & explanantur verba ipsa Clem. VIII. pro assignandis Confessariis à Prælatis Regularium, qui possint absoluere Regulares à peccatis etiam reseruatis à prædicto Clem. VIII. & Religione. Ex part. 3. tr. 2. Ref. 5.

Sup. hoc supra in Ref. 106. §. Vnde. ex supra dictis. §. 1. NEgatiuè respondet Peregrinus *in comment. ad nostras constitut. p. 1. cap. 9. lit. Cod. §. 6.* quod probat ex decreto Clem. VIII. quòd licèt loquatur de Nouitiis formalibus, tamen, paulo pòst in dicto Decreto quod incipit, *Vt autem Nouitij*, cum sequenti Decreto loquente de nouellis professis, ordinat, vt maneant in secundo Nouitiatu distincto à professis antiquis, & vt instituantur cum maiori restrictione aliorum Professorum, & vt in negotiis monasterij, & communibus tractatibus, & obedientiis exterioribus ne se immisceant. Vnde colligitur, quòd quamuis professionē emiserint dicti iuuenes, adhuc vult Summus Pontifex, vt permaneant in Nouitiatu, & vt viuant sub regulis Nouitiorum, & quòd non se immisceant cum aliis Professis, quod fieri non posset, si in eorum libertate esset confiteri cui voluerint ex Confessariis Monasterij. Ita Peregrinus, nulla DD. authoritate fretus. Non reticebo tamen hanc sententiam ante illum docuisse Portel *in dubiis Regul. ver. Nouitij absolutio, n. 36.* vbi sic ait. De professis verò qui non sunt Sacerdotes, sed viuūt sub cura Magistri Nouitiorum, credo quòd non possunt validè confiteri alteri extra suū Magistrum, vel extra illum assignato à Prælato; quia pro illorum confessionibus solus Magister, vel ille assignatus deputatur vt Parochus, & proinde non potest ille alterum eligere. Ita ille.

2. His tamen non obstantibus affirmatiua sententia magis mihi placet, quam probabilem putat ipsemet Peregrinus *vbi supra*; nam contrariam opinionem quam ipse tenet, vocat tantùm probabiliorem. Ratio est, quia in nostris constitutionibus approbatis à Clemente VIII. *in p. 1. c. 9.* sic habetur. Confitebitur autem quisque nostrûm suo Præposito, aut cui volet ex Confessariis, quos Præpositus deputauerit. Et in Decretis Capituli generalis *p. 1. c. 6. n. 6.* sic habetur. Nemo nostrûm sua peccata extero Sacerdoti confiteri queat, sed iis tantummodo nostratibus Confessariis, qui à Præposito domus fuerint designati, non obstante quocumque priuilegio, &c. Quæ verba absolutè loquuntur, nec distinguunt inter Professos manentes sub cura Magistri, & alios. Vnde vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, vt patet *ex l. de pretio, ff. de public.* & ibi Glossa. Deinde Clem. VIII. in decreto publicato anno 1593. die 26. mensis Maij ordinat Superioribus Regularium, vt deputent Confessarios pro subditorum numero, &c. Ratio autem, quare Pontifex vult vt in Monasteriis plures Confessarij constituantur, videlicet ne Religiosi propter verecundiam sacrilegas confessiones efficiant: magis potest militare cum dictis Clericis professis, quam cum aliis; ergo cum Pontifex absolutè loquatur in illis verbis, *pro subditorum numero*, non sunt restringenda ad subditos antiquos, excludendo iuuenes Professos. Sup. hoc Decreto in to. 4. tr. 3. R. 10. §. Dicēdum. ad medium, vers. imo in Decreto & in § penult. ad lin. 3.

3. Ad aliud verò Decretum Clem. VIII. quod pro se adducit Peregrinus, respondeo quod non facit ad rem, non solum quia loquitur de Nouitiis formalibus, & non professis, sed etiam quia vt suprà dictum est cum Molfesio *in summ. tom. 1. tract. 7. cap. 14. num. 83.* & aliis, Pontifex ibi loquitur non per modum præcepti irritando confessiones aliter factas, Sup in Ref. quæ hic est 105 §. Dicēdum. & n R. not. 2. huius sed per modum regulæ, & consilij, quod etiam notat P. Alphonsus de Leone *in tract. de officio, & potest. confess. tom. 2. recoll. 11. n. 151. & 152.* in terminis casus nostri contra Peregrinum. R. §. Vnde. & infra in Ref. 171. ad medium, cum sim ad vers. Deinde.

4. Post hæc scripta inueni P. Suarez *de relig. tom. 4. libro secundo, cap. 15. num. 7.* nouum sensum adducere super verba Clem. VIII. quæ nos supra in fauorem nostræ sententiæ adduximus: verba autem Pontificis sunt hæc. Superiores in singulis domibus deputent duos, vel tres, aut plures Confessarios pro subditorum numero maiori, vel minori, qui à non reseruatis eos absoluant, & quibus etiam reseruatorum absolutio committitur, quando casus occurrerit. Ita Pontifex. Cuius verba, ait Suarez, dubia sunt, nam duplex potest esse sensus. Vnus est vt duo, vel plures Confessarij indifferenter pro omnibus Religiosis talis domus designentur, ita vt liberum sit cuique Religioso, cui voluerit eorum confiteri. Alius est vt designentur quidem plures, qui inter se habeant diuisum onus audiendi confessiones omnium, ita tamen, vt vnicuique definita pars, & certæ personæ designatæ sint, neque possint, qui vni commissi sunt alteri confiteri. Ita Suarez, qui putat hunc vltimum sensum esse veriorem, & posse illum Superiores Religionum eligere & practicare. Quare docet etiam, non esse mentem Pontificis, vt hi Confessores debeant ad minimum esse duo, etiam in paruo Conuentu; quæ omnia si vera essent, satis firmarent opinionem Peregrini, & aliorum, quam supra refutauimus.

5. Sed hanc sententiam Suarez nullo modo admittendam esse sentio. Ratio est, quia clarè apparet in illis verbis in principio Decreti positi, [Nonnullos infirmiores interdum Superiori suo conscientiæ maculas detegere formidantes, adducere posset in æternæ damnationis periculum, & spiritualis remedij desperationem.] in istis inquam verbis clarè patet Pontificem per illud Decretum prouidere voluisse, quomodo Religiosorum confessiones liberius fiant, ita vt propter verecundiam sacrilegia non committant. Sed si explicatio illorum verborum, quam adducit Suarez; esset vera, in isto periculo, & in eadem difficultate versaremur; nam subditis cum vno Confessario necessarium esset semper confiteri. Ergo dicta explicatio, tamquam parum consonans literæ, & menti Pontificis, non est admittenda. Vnde veram expositionem huius Decreti esse nostram, & non illam, quam affert Suarez, patet ex communi vsu, & consuetudine omnium Religionum, in quibus post dictum Decretum Clement. VIII. Superiores in suis domibus plures Confessarios constituunt, à quibus indiscriminatim subditi possint absolui, & de facto absoluuntur.

6. Dices quod melius esset, & ad spiritualem profectum valde conduceret, non mutare Confessarium. Fateor hoc equidem, sed in nostro casu non agimus de maiori in vita spirituali profectu, sed de medicina languenti animæ tradenda, cui Clementiss. Pontifex indulgere iudicauit, vt patet in illis verbis textus, *nonnullos infirmiores*, &c quos supra attulimus.

RESOL. CXXIII.

An Confessarius Regularis peccet mortaliter, si nunquam aliorum confessiones exciperet?

Et quid in simili de Sacerdote nunquam in toto anno celebrante?

Et an Parochus requisitus siue titulo electionis, siue vt Pastor à suis Parochianis teneatur audire confessiones suarum ouium, quia id illi & officio incumbit.

Et

Et an hac toties, quoties fuerit requisitus? Ex p.8.tr.7. & Misc. Ref.90.

§. 1. AD hoc dubium affirmatiuè respondet Bordonus *in consil. Regul. tom. 1. resolut.* 34. *quaest.* 21. *num.* 60. vbi sic ait. Parochus requisitus siue titulo electionis, siue vt pastor à suis Parochianis, tenetur audire confessiones suarum ouium, quia id illi ex officio incumbit, & id pluribus probat Nauarr. *tom.* 2. *in cap. placuit, num.* 152. & plures citat Bonac. *quaest.* 7. *de poenit. part.* 4. §. 2. *num.* 23. quod volunt procedere toties, quoties est requisitus; sed ego puto cum aliis, quos sequitur Siluest. *verb. Confessor.* 1. *num.* 14. Francus *verb. Absolutio, numer.* 28. Armill. *num.* 17. teneri quidem, sed non semper, nimirum, quando vrget praeceptum confitendi, aut est tempus Iubilaei, aut semel in hebdomada deuotionis: si enim quis vellet bis, aut quater in hebdomada confiteri, crederem posse reiici sine peccato, cùm Parochus non habeat debitum continuè tempus insumendi pro suis ouibus, sed congruis temporibus.

Sup. hoc doctrina pro Parocho latè in tom. 1. tr. 3. Ref. 42. per totam. & lege etiam per totam aliam R. eius 1. annot.

2. Quod spectat ad alios Confessarios delegatos; praesertim Regulares, puto Confessarium delegatum nunquam audientem peccare mortaliter, quia huiusmodi spirituale exercitium videtur potius contemnere, quàm aestimare, vnde gloss. *in cap.* 3. *de offic. Archidiac.* cum Homobon. *part.* 3. *respons.* 94. negligentiam esse peccatum mortale in iis, quae quis ratione officij negligit facere. Confirmatur à simili de Sacerdote toto anno nunquam celebrante. Hucusque Bordonus.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 1. Ref. 58.

3. Sed mihi placet opinio negatiua, quam tuetur Auersa *de sacrament. Poenitent. quaest.* 16. *sect.* 11. Dicendum est igitur quòd simpliciter non videtur per se obligari confessarius Regularis delegatus ad confessiones excipiendas, nisi ab extrinseco ex debito obedientiae, vel charitatis.

RESOL. CXXIV.

In quadam Religione tenebantur Religiosi confiteri determinatis temporibus; quaesierunt à me, an teneantur ad hoc, si tantum peccata haberent?

Et an praeceptum Clementinae obliget tantum, quando Patres Benedictini habēt conscientiā peccati mortalis?

Et an, si Patres Benedictini habeant peccata mortalia, teneantur confiteri tantum sub onere peccati venialis?

Et an praeceptum dictae Clementinae sit contrario vsu derogatum?

Et docetur, quod nullus fidelis carens peccato mortali teneatur ad confitendum ex vi praecepti confessionis annuae: imo nec ad comparendum coram Parocho. Ex p.5.tr.13.& Misc.1. Ref.35.

Sup. doctrina contenta in hoc §. in to. 1. tr. 3. R. 60. 61. & 62. &c.

§. 1. NEgatiuè respondi, quia, vt rectè contra Alexand. 4. *part. quaest.* 18. *memb.* 4. *art.* 2. Bonauent. *in* 4. *dist.* 17. *part.* 2. *art.* 2. *quaest.* 1. & Richardum *art.* 2. *quaest.* 8. docet Diuus Thomas *in* 4. *dist.* 17. *quaest.* 3. *art.* 1. *quaest.* 3. Scotus *quaest.* 1. Suarez *in* 3. *part. tom.* 4. *disp.* 36. *sect.* 2. Vasquez *quaest.* 90. *art.* 1. *dub.* 2. & alij. Nullus fidelis carens peccato mortali tenetur ad confitendum ex vi praecepti confessionis: imò, quod est notandum, nec ad comparendum coram suo Parocho, nisi fortè aliquando per accidens ad sedandum scandalum, quando fortè ortum sit ex eo, quòd quis non confiteatur; & ratio est, quia Ecclesia praecepto annuae confessionis tantùm praecipit semel in anno fieri id, quod Christus praecepit fieri extra articulum mortis, non determinando tempus; sed Christus nullo modo praecepit confessionem venialium, sed tantùm mortalium: ergo ex vi dictorum praeceptorum nullus tenetur ad confessionem venialium, adhuc quando non habet mortalia.

Pro comparendo coram suo Parocho magis latè in §. vlt. R. 3. not. praetetitae. & pro alia doctrina huius textus in aliis adnotationum Ref. praeteritae not.

2. Sed aduersus hanc doctrinam facere videtur Clem. *Ne in agro Dominico, de statu Monachorum.* Vnde asserit Vasquez *vbi suprà dub.* 3. Suarez *sect.* 3. Canus *relect. de poenit. dist.* 6. *num.* 22. & alij, quòd ex illa Monachi Benedictini tenentur cōfiteri singulis mensibus, etiamsi habeant tantùm peccata venialia, & hoc sub onere peccati mortalis, vt vult ex Vasquez Hurtadus *disp.* 7. *de poenit. diffic.* 8.

Et pro cōtento in hoc §. sed aduersus. in tom. 1. tr. 3. R. 61. §. vlt. in principio, & in tom. 3. tr. 1. R. 24. à §. 21

3. Verùm licèt Paludanus *in* 4. *dist.* 17. *quaest.* 2. *art.* 4. Sotus *dist.* 18. q. 1. *art.* 3. glossa *dict. Clem.* & alij contrarium asserant, haec non obstant in casu nostro. Primò, quia praeceptum dictae Clementinae fuit impositum ab Ecclesia, quae tamen potest secundùm aliquos praecipere confessionem venialium, vt probat Hurtadus *loco citato.* Sed in casu de quo interrogatus fui adest tantùm praeceptum regulae illius Religionis, quae certum est nullam potuisse habere facultatem, & potestatem circa materiam sacramenti Poenitentiae, ergo, &c. Secundò asserunt aliqui, praeceptum dictae Clementinae obligare tantùm, quando Patres Benedictini habent conscientiā peccati mortalis: & ita cum multis aliis docet Villalobos *in summ. tom.* 1. *tract.* 9. *diffic.* 28. *n.* 5. qui antea *n.* 4. sententiam, quam ego circa praesentem quaestionem consului, tenet in terminis, vt dici solet, terminantibus; sic enim ait. [El que no tiene mas de pecados veniales, no tiene obligacion de confessarse al año; la razon es, porque el precepto diuino no obliga à confessar los pecados veniales; y como este precepto Eclesiastico no es nueuo, sino que determina solamente el tiempo, siguese que tanpoco por fuerça deste precepto estamos obligados à confessar los pecados veniales; y entonces basta que se presente al paroco, porque no parezca que llega temerariamente al Sacramento de la Euchatistia. Inferese tambien que los Religiosos que estan obligados por sus reglas à confessarse en ciertos tiempos, no estan obligados à hazerlo, no teniendo pecado mortal.] Ita ille, qui, vt visum est, in his vltimis verbis in specie determinauit casum, de quo ego interrogatus fui.

Sup. hoc in Ref. 1. not. praeteritae. §. Quae omnia & in Ref. 1. § 1. & melius in tom. 3. tr. 1. Ref. 23. per totam.

4. Notandum est etiam hîc obiter, quòd Patres Benedictini etiamsi haberent peccata mortalia, tenerentur confiteri tantùm sub onere peccati venialis. Ita contra Hurtadum probabiliter tenet Henriquez *lib.* 1. *de poenit. c.* 4. *n.* 10. & Villalobos *vbi suprà*, qui etiam addit, praeceptum dictae Clementinae esse contrario vsu derogatum.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 3. R. 61. §. vlt. post medium à vers. etiam si Monachis

RESOL. CXXV.

An priuilegia Regularibus concessa celebrandi tempore interdicti sint reuocata per Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 12. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 213.

Et ad literam in p. 3. tr. 2. Ref. 133. Sed hic vna tantum transcribitur.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Nauarrus *in man. c.* 27. *n.* 190. Garsias *de benefic. part.* 3. *c.* 2. *à n.* 278. qui *in addit. ad p.* 5. *c.* 8. *n.* 8. *vers. ad* 8. testatur sic respondisse S. Cardinalium Congregationem consultam ab Episcopo Abulensi. Et idem asserit Armendarius *in addit. ad recopil. leg. Nauarra, lib.* 1. *tit.* 18. *leg.* 7. *de Relig. n.* 73.

2. Sed contrarium docent, Henriquez *lib.* 13. *c.* 48. §. 1. Rodriquez *tom.* 2. *q.* 112. *art.* 1. Sayrus *de cens. lib.* 5. *c.* 13. *n.* 24. & 25. Io. de la Cruz *de statu Relig. lib.* 2. *c.* 7. *dub.* 2. *concl.* 2. Miranda *in man. Pralat. tom.* 2. *q.* 37. *articul.* 12. Homobonus *de examin. Eccles. tr.* 11. *c.* 12. *q.* 25. *ref.* 1. & alij, asserentes, specialia Regularium priuilegia, vt pro suis festis, vel aliis certis diebus non seruētis interdicta, Tridentino Decreto non esse reuocata.

RESOL. CXXVI.

An Regulares in foro conscientiæ possint vti priuilegiis suis, quæ sunt expressè reuocata per Concilium Tridentinum, vt v. g. an Regulares in foro conscientiæ possint ordinari ante legitimam ætatem, &c. Ex p. 3. tract. 2. Ref. 59.

Sup. hoc supra in R. 85. §. Sed loquar eo à lin. 8. vers. Ista conclusion. & infra in Ref. 252 §. Quarto. & in alio §. eius not. & in to. 2. tr. 5. ex lata doctrina R. 88 §. Qui etiam. inter medium, & finem à vers. an dicta priuilegia. sed lege eam per totam.

§. 1. Respondeo negatiuè cum Portel *in dub. Regul. verb. priuilegium, n.* 64. Miranda *in manuali Prælat. tom.* 1. *q.* 39. *art.* 1. *concl. vn.* Io. de la Cruz *de statu Relig. lib.* 2. *c.* 3. *dub.* 1. *concl.* 2. *&* 3. Emanuel Sà *verb. Relig. n.* 56. & alij.

2. Sed affirmatiuam sententiam tuentur Henriquez *lib.* 7. *cap.* 24. *in glossa lit. K.* Vega *in sum. tom.* 1. *cap.* 61. *cas.* 4. Rodriquez *in qq. Regul. tom.* 1. *quæst.* 8. *art.* 9. Sanchez *in sum. tom.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *n.* 16. Bela *p.* 4. *cas.* 38. Compendium Societatis Iesu *verb. Concilium Trident.* §. 3. Cabucinus, & alij. Et hanc sententiam probabilem esse putat Portel *loco cit.* vbi ait. Et proinde qui voluerit tenere cum Rodriquez, Henriquez, Cabucino, & compendio Societatis Iesu, non condemno. Ita ille. Et ratio est, quia hoc priuilegium Regularium concessit Pius V. & licet Greg. XIII. reuocauerit illa, quæ Pius V. concesserat contraria Concilio Trid. solum reuocauit, vel pro foro externo tantũ, vel reuocauit solũ constitutiones scriptas, non verò oracula viuæ vocis, quæ non sunt constitutiones. Sed an stante hac opinione possint Regulares ordinari in foro conscientiæ ante legitimam ætatem affirmant Emanuel Sà *ver. Religio, n.* 56. sed optimè negat Vasquez *in* 3. *part. tom.* 3. *disp.* 246. *cap.* 4. *num.* 43.

Et pro vlt. quæst. posita ad lin. 4. ante finem §. 1. huius R. in tom. 2. tr. 5. R. 85. §. Affert tertio. & lege etiam aliam R. eius rot. & infra ex R. 255 §. vlt. in principio.

3. Notandum est tamen hîc obiter cum Portel *vbi suprà num.* 65. quod quando Pontifices dicunt in confirmatione Priuilegiorum (dummodo sacris Canonibus, & Concilio Trident. non aduersentur) illud, *sacris Canonibus*, non intelligitur de Decretis contentis in iure Canonico; his enim multa priuilegia clarè sunt contraria, sed intelligitur de Canonibus positis in eodem Concilio Trident. in illo enim sunt etiam Canones, & Decreta.

RESOL. CXXVII.

An Superior Regularis ex industria differens mittere subditum ad Episcopum Diœcesanum ordinantem, vt postea illum mittat ad alium Episcopum, peccet mortaliter, & incurrat pœnas, stante Decreto Clem. VIII. sub die 15. *Martij* 1599.

Et an Superior Regularis contra dictum Decretum mittens suos subditos ad ordines suscipiendos, si missus Ordines non suscipiat, dictas pœnas nihilominus incurrat? Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 59. alias. 58.

Sup. hoc in Ref. seq. §. Congregatio. ip fine, à vers. & dum ipsi Regulares. & § seq. & in tom. 2. tr. 5. R. 35. §. vlt & in to. 3. tr. 5. & R. 11. lege vlt. in. §. Nec obstat.

§. 1. Negatiuè respondet nouissimè Pater Bordonus in *Consil. Regular. tom.* 2. *resol.* 67. *numer.* 39. Tum quia in Decreto duæ transgressiones spectari possunt. Prima est quando Prælatus regularis licentiaret suum subditum ad extraneum, dum Diœcesanus eo tempore ordinationem haberet; eo enim casu transgressio est grauis, & præiudicialis Iuribus Episcopi, quia ei de facto aufert subditum. Secunda est, quando Prælatus regularis differt, vel remouet subditum in ordine ad ordinationem, & facit vt suus subditus ab alio ordinetur Episcopo, in quo sensu transgressionem non puto mortiferam, nam non est grauis violatio Decreti, quia non continet verba præceptiua, neque materiam principalem, seu principale dispositum, quod est, vt quilibet religiosus recipiat Ordines ab eo Episcopo, in cuius Diœcesi moratur; quòd verò differatur licentia, vel quòd remoueatur ad alium Conuentum se habent in consequentiam ad dispositionem decreti, & sic eius transgressio in his erit solum venialis. Neque in his casibus graue infertur præiudicium, quia Episcopi parum curant ordinationem huius, vel illius Religiosi hîc, & nunc; & Ius quod habent super Religiosos, quoad ordines, est variabile iuxta mutationem Religiosorum, qui modo in vna Diœcesi, modo in alia habitant; neque enim habent permanentem mansionem. Neque obstat argumentum à pœnis inferri graue peccatum; quia responderi potest, non valere argumentum à grauioribus pœnis ad grauiora peccata, *Glossa versic. Existimes, capite admonere* 33. *quæstion.* 2. præterea pœna excommunicationis grauissima est, & tamen quandoque transgressio alicuius rei prohibitæ sub pœna excommunicationis non est peccatum mortale ex iis, quæ docent Caietanus, Castrus, & Nauarr. *capite* 23. *numero* 53. Demum dici potest, pœnas in Decreto expressas non extendi ad hos casus, sed solum ad principalem dispositionem, ibi, Litteras dimissorias concedere ad Episcopum Diœcesanum, nam solum ad hanc aptantur, ibi: quòd qui non fecerint, id est, qui non dederint litteras dimissorias ad Episcopum Diœcesanum, incurrent pœnas ibidem inflictas; quæ verba accommodari non possunt prædictis duobus casibus negatiuè concepti. Hæc Pater Bordonus vbi suprà.

2. Verùm his non obstantibus, opinionem affirmatiuam docet Peyrin. de Prælato, *quæst.* 3. *capite septimo, num.* 4. vbi sic ait: Quæro, an Prælati differentes mittere suos subditos ad suscipiẽdos Ordines, eo tempore, quo Diœcesanus, vbi morantur, ordinationes celebrat, quando non celebrauerit, occasione sumpta, mittant ad alium quemcumque, peccent, & incurrant pœnas dicti decreti? Respondetur, mortaliter peccare: tum quia contrafaciunt decreto Papæ in materia graui: tum quia Diœcesano Episcopo præiudicant. Possunt tamen excusari à mortali, si id bona fide faciant credentes vel id sibi licere, vel non esse peccatum, sed solum teneri ad pœnam, si in foro exteriori conuincantur. Item possunt excusari, si Episcopus Diœcesanus habeat examinatores valdè rigidos, seu etiam malignos erga regulares in genere, vel in specie, & aliqui subditorum sint aliquanto debiles, de quibus illis certò constet, quod non approbabuntur; tunc enim potest illos constituere locales in alio conuentu alterius diœcesis, in qua non tantùm rigorosè cum Regularibus agatur. Quod constat; quia potest regularis qui solùm scit legere, & scribere absque Grammatica, ad quemcumque Ordinem promoueri: sed hic, si in aliquo Episcopatu permaneat, nunquam ordinabitur, quia in eo non ordinantur, nisi qui bene callent linguam latinam: ergo potest per Prælatum mitti in alium Episcopatum, in quo non tam rigidè cum eo agatur. Quò ad pœnas autem aduertere, quòd non incurruntur ipso facto; ait enim Papa: qui non fecerint, &c. pœnas incurrent. Qui modus loquendi insinuat, pœnam esse solum communicatoriam & infligendam, non ipso facto inflictam, iuxta ea, quæ cum multis docet Sayrus de Censur. *libro primo, cap.* 11. *num.* 11. *num.* 12. *&* 13. Adde, quod etiamsi dicta pœna priuationis esset ipso facto, non tamen incurretur in conscientia, sed semper requiritur Iudicis sententia saltem declaratoria facti; quia nemo tenetur tam rigorosam pœnam in se exequi. Et hæc omnia docet Peyrinus *loco citato*, & post illum Tamburinus de Iure Abbatum, *tomo secundo, disputatione secundo, quæstione decimo-octauo, num.* 6. quibus ego adhæreo.

3. Sed

3. Sed si aliquis inquirat, an Superior regularis contra dictum decretum mittens suos subditos ad Ordines suscipiendos; si missus Ordines non suscipiat, dictas pœnas nihilominus incurrat; & negatiuam sententiam tenet Tamburinus, & Peyrinus locis citatis. Tum quòd hoc statutum odiosum est, & contra antiquissima regularium Priuilegia, quibus poterant ordinari à quocumque Episcopo, vt constat ex Casurub. *in Compend. priuileg. mendic. ver. Ordines Sacri, num.* 1. 3. 9. 10. 11. *& ex tom.* 1. *priuil. Ordin. Minim. in Constit.* 2. *Iulij II.* §. 6. *& ex tom.* 2. *in Const.* 7. *Pij V.* §. 9. Vnde strictè est interpretandum. Tum quòd verba intelligenda sunt cum effectu, *l.* 1. *§. hac verba, Digestis quod quisque Iur. cap. relatum. de Cler. non resid. cap. qualiter. vbi gloss. vltim. de pact. cap. si à Iudice, de appell. in* 6.

4. Verùm pro affirmatiua sententia stat Garcias *in addit. par.* 5. *cap.* 7. *num.* 92. Riccius *part.* 4. *decis.* 118. *num.* 10. & Pater Bordonus vbi suprà, *num.* 66. Quia (ait iste) etsi actus concessionis sit ordinatus ad receptionem Ordinum; nihilominus, quia in ratione concessionis habet totam suam perfectionem, & complementum ex parte concedentis, respectu cuius pœna attenditur: ideò, cùm in se sit actus completus, & absolutus, nihil prohibet, quin inducat pœnæ incursionem. Nec vrgent allata à Peyrino, quia licet alias Prælati regulares possent dimittere suos subditos ad quoscumque Episcopos; tamen ex Decreto hoc nunc non possunt; & cùm etiam constet de pœnis, & de perfectione actus; non potest inferri nisi incursio pœnarum, quicquid deinde sit de non vsu dimissoriarum; neque ex hoc extenditur decretum, sed intelligitur secundum verum sensum; & priuilegia illa cùm iam sint extincta nihil operari possunt, defendendo superiorem ab incursu pœnarum, quando directè fuit transgressus decretum. Et bené licentia obtinuit suum effectum ex parte concedentis, licet subditus non fuerit ordinatus, nam effectus ordinationis supponit quidem licentiam, sed ab ea non pendet vt sua causa, sed ab ordinatore; licentia enim sufficienter habet suum effectum, quando obtenta fuit à petente. Et ideò ego vtramque sententiam probabilem puto, licet hæc posterior videatur mihi probabilior.

RESOL. CXXVIII.

An Regulares, qui volunt sacris Ordinibus initiari, debeant habere dimissorias ab Episcopis, in quorum Diœcesim tunc manent?

Vel an perdictis Regularibus eas debeant dare proprij Prælati Regulares iuxta formam Congregationis Concilij? Ex part. 2. tract. 16. & Misc. 2. Resol. 13. alias 15.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 5. R. 85. §. 1. & 2.

§. 1. Affirmatiuè respondendum videtur. Nam Gregor. XIII. statuit, vt Regulares suscipiant Ordines sacros ab Episcopis, in quorum diœcesi sunt monasteria, in quibus tunc degunt, vel dimissorias ab eis accipiant. Et hoc etiam colligitur ex Concilio Trident. *sess.* 23. *cap.* 8. & ita hanc opinionem tenet, & docet Henriquez *in summ. lib.* 10. *c.* 23. *n.* 4. &c, quod mirum est, nouissimè P. Vincentius Fillincius *in suis quæst. mor. tom.* 1. *tr.* 9. *c.* 5. *n.* 98. qui excipiunt Societatem Iesu, in qua ex priuilegio satis est dimissoria proprij Superioris.

2. Sed contraria sententia absolutè de omnibus Religionibus tenenda est. Nam de mandato S. D. N. Sixti Quinti, audiri fuerunt procuratores Religionum super declaratione Gregorij VIII. in qua, vt diximus, Regulares tenebantur recipere Ordines sacros, vel dimissorias ab Episcopis: & idem Sanctissimus, hoc non obstante, ex sententia pronuntiauit, posse Regulares concedere dimissorias ad Episcopum diœcesis, quod si abfuerit, ad quemcumque dúmodo ab Episcopo, qui ordines contulerit, examinentur quoad doctrinam. Et tandem Clemens VIII. præscripsit Regularibus modum, & formam concedendi dimissorias suis subditis. Verba declarationis sunt hęc. De mandato S. D. N. Clementis diuina prouidentia Papæ VIII. tenore præsentium mandatur omnibus, & singulis quorumcumque Regularium superioribus, vt de cætero obseruari faciant, ea quæ in decreto Sacræ Congregat. Concilij Tridentini continentur, cuius tenor est talis.

3. Congregatio Concilij censuit superiores Regulares posse suo subdito itidem Regulari, qui præditus qualitatibus requisitis Ordines suscipere voluerit, literas dimissorias concedere ad Episcopum, tamen diœcesanum, nempe illius Monasterij, in cuius familia ab his, ad quos pertinet is Regularis, positus fuerit, & si diœcesanus abfuerit, vel non esset habiturus ordinationes, ad quemcumque alium Episcopum, dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam, & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus diœcesanus vel absuturus, vel nullas habiturus esset ordinationes.

Sup. hoc etiā mine in Ref. not. præterita. §. Deinde & in aliis eius annot. & pro sequētibus in hoc texto à vers. dum ipsi Regulares. latè in Ref. præterita. & in aliis eius annot. & supra in R. 44. §. Decimus tertius.

4. Verùm, cùm à superioribus Regularibus Episcopo diœcesano absente, vel ordinationes non habente, litteræ dimissoriæ dabuntur, in eis vtique huiusmodi causam absentiæ diœcesani Episcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum, exprimendam esse. Quod qui non fecerint, officij, & dignitatis, seu administrationis, ac vocis actiuæ & passiuæ priuationis, ac aliàs arbitrio eiusdem S. D. N. Papæ reseruatas pœnas incurrent. In quorum, &c. Dat. Romæ die 15. Martij Ann. 1596. Hoc decretum inuenies apud Piasecium *in praxi Episcopali part.* 1. *cap.* 1. *num.* 14. Quarantam *in summ. ver. ordo, in fine, fol. mihi* 391. Naldum *in summ. ver. ordo, num.* 26. vide Petr. Ledesmam *in summ. tom.* 1. *de sacram. Ordinis, cap.* 8. *concl.* 10. *fol. mihi,* 448. & nostrum Patrem Molfesium *in summ. tom.* 1. *tract.* 2. *c.* 2. *num.* 13. *& seq.*

RESOL. CXXIX.

An Prælati nostræ Religionis, & aliarum, quæ priuilegiorum communicatione gaudent, possint concedere dimissorias Nouitiis, vt ab Episcopo Ordinentur? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 7.

Sup. hoc in Ref. seq. & in tom. 2. tr. 5. Ref. 84 §. 2. ad medium vers. quare sicut. & in tom. 5. tr. 5. R. 28. signanter in §. 1.

§. 1. Negatiuè respondet Peregrinus *in Comm. constit. nostræ Relig. p.* 1. *c.* 4. *litera A.* §. 1. & sic ait ille. Si aliquis ex nostris Præpositis concederet Dimissorias Nouitio ad recipiendam primam tonsuram in curreret suspensionem ab officio, & beneficio, latam in Concil. Trident. *sess.* 23. *c.* 10. Ita Peregrinus.

2. Sed aduersus illum prorsus affirmatiuam sententiam sustinendam esse puto. Nam vt obseruat Bartholomæus de Vechis *in praxi Nouitiorum disp.* 11. *dub.* 8. *n.* 5. Ascanius Tamburinus *de iure Abb. tom.* 2. *disp.* 2. *q.* 27. *n.* 2. Ioan. Baptista Tiber. *in Instruct. pro ordinar. c.* 7. *q.* 50. & Sanch. *in summ. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 10. *n.* 22. *in fine.* Si in aliqua Religione adest priuilegium mittendi Professos cum literis dimissorialibus ad quoscūque Episcopos, causa sacros Ordines suscipiendi, integrum est Superioribus dictæ Religionis conferre etiam Nouitiis hanc licentiam, & literas dimissorias præbere. Sed in nostra Religione adest supradictum priuilegiū; ergo, &c. Minorem propositionem huius argumenti, ex qua labefactatur opinio Peregrini, probo euidenter ex

ex ipsomet Peregrino *in Compend. nostrorum priuileg. part. 2. titul. ordines*, §. 1. vbi sic ait. Per facultatem concessam Congregationi S. Benedicti Vallisoleti à Clem. VIII. ann. 1590. die 2. Augusti, Pontificatus sui ann. 5. possunt nostri cum literis dimissoriis Superio tum suorum à quibuscumque locorum ordinariis ad omnes, etiam Presbyteratus, Ordines promoueri, absque Episcopi diœcesani licentia, seu literis commendatitiis. Ita Peregrinus.

3. Cùm igitur secundùm Peregrinum Superiores nostræ Religionis possunt concedere Professis literas dimissoriales, poterunt etiam illas Nouitiis conferre, vt docent Vechius, Tamburinus, Tiberius, & Sanchez *vbi suprà*, quia Nouitij gaudent priuilegiis Religionis circa Professos concessis. Et ita hanc sententiam præter DD. citatos, tenet etiam Suarez *de Relig. tom. 3. lib. 5. cap. 16. n. 17.* qui etiam addit ad tollendas omnes difficultates, Superiores Religionis Societatis IESV habere hoc priuilegium, nempe concedendi literas dimissorias Professis, etiam cum ampliatione illud communicandi Nouitiis. Vnde addit Suarez, quod hoc priuilegio vti poterunt aliarum Religionum Prælati erga suos Nouitios, si cum dicta Societate IESV in priuilegiis communicant. Sed nostra Religio gaudet æquè principaliter priuilegiis concessis Societati IESV, vt docet ipsemet Peregrinus. Ergo constanter aduersus illum dicendum est posse Superiores nostræ Religionis concedere literas dimissorias Nouitiis, & illas concedendo non incurrere in suspensionem latam in Concil. Trident. *vbi suprà*; vt ipse perperam volebat.

4. Nec aduersus suptadicta facit Naldus *in sum. ver. Nouitius, n.* 8. Vgolinus *de potest. Episc. c. 26. §. 20. n. 7.* Henriquez *lib. 10. c. 23. n. 3. & lib. 14. c. 9. n. 2.* cum aliis asserentibus literas dimissorias esse concedendas Nouitiis ab Episcopo; nam loquuntur de iure communi, non autem, vt notant citati DD. in casu priuilegij, concedentis Superioribus Religionum posse dictas literas suis subditis concedere, & maximè quando priuilegium extendit hoc etiam ad Nouitios, quæ omnia adesse in casu nostro, satis supra probatum est. Ergo, &c.

RESOL. CXXX.

An Prælati Regulares locales possint concedere dimissorias suis Nouitiis, vt ab Episcopo ordinentur? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Resol. 7.

Sup. hoc in Res. præterita, & in aliis eius not.

§. 1. Affirmatiuè contra Peregrinum respondi *in 3. part. tract. 2. resol. 7.* cum multis Doctoribus; sed ipse iterùm *in addit. q. 10.* negatiuam sententiam docet, quæ mihi iterum non placet, nam præter Doctores citatos *vbi suprà*, meam opinionem tenet etiam nouissimè Augustinus Barbosa *de iure Pontificio lib. 1. cap. 17. num. 171.* vbi sic ait. Si Abbates, aut alij Religionum Prælati haberent speciale priuilegium concedendi suis Monachis dimissorias literas ad quemcumque Episcopum, licèt in illo non exprimatur, quòd illud valeat Nouitiis communicare, poterunt tamen etiam Nouitiis illas, vt à quocumque Episcopo ordinentur, sicuti cæteris Monachis professis concedere. Ita Barbosa, qui citat Tamburinum, Sanchez, à Vecchis, & Tiberium à me etiam ante illum *vbi suprà* citatos, & ratio est, quia Nouitij gaudent priuilegiis Religionis, vt docet Henriquez *lib. 7. c. 22. n. 7.* Azorius *part. 1. lib. 12. cap. 2. quæst. 10.* Sayrus de censur. *lib. 7. cap. 13. num. 6.* Sanchez *in summa tom. 1. lib. 4. cap. 39. n. 17.* Suarez *de Religione, tom. 3. lib. 5. cap. 16. n. 17.* Hinc Dominicus *in c. Religioso, §. quamuis, n. 3. de sent. excommunicationis in 6.* sic asserit. Nota quòd ingrediens professionem alicuius generis personarum, gaudet priuilegiis concessis personis illius professionis, licèt non firmato proposito sit effectus illius. Ita ille. Vnde ex his patet responsio ad argumentum Peregrini asserentis contra me non apparere priuilegium in quo dicantur Prælati Regulares posse concedere dimissorias ad Ordines suscipiendos Nouitiis, sed suis subditis, & per subditos intelligere Professos, non, inquam, valet hæc ratio, nam, vt dictum est, Nouitij gaudent priuilegiis Religionis, & quoad odia non venit Nouitius appellatione Religiosorum; secus autem in fauorabilibus, vt est in casu nostro, ergo, &c. Nec etiam valet dicere cum dicto Peregrino quòd priuilegia exorbitantia à iure communi sunt strictè interpretanda, ex *cap. quæ à iure communi, de reg. iuris in 6.* nam respondeo hoc esse verum, quando priuilegium esset concessum vni particulari, secus autem, vt est in casu nostro, quando est concessum toti Religioni in communi, & ita in terminis docet doctus Portel. *in respons. regul. part. 3. cas. 49. ad 2. argum.* Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 1. num. 13.* & alij penes ipsum. Igitur cùm Prælati tum nostræ, tum cæterarum Religionum, habeant priuilegium concedendi dimissorias suis Monachis, dicendum est per consequens posse etiam dimissorias Nouitiis concedere, gaudentibus Religionis priuilegiis, & quoad fauorem venientibus appellatione Religiosorum & subditorum.

RESOL. CXXXI.

An possit Superior circa materiam grauem obligare sub veniali?

Ex quo primo deducitur voventem posse ad venialem culpam in materia graui obligari, secus autem dicendum est de iuramento, in quo Deum testem rei promissæ adducit.

Secundo, posse Confessarium pœnitentiam grauem imponere sub veniali.

Et notatur certum esse nullo modo posse Legislatorem materialem obligationem grauem imponere, licet velit, & intendat?

Et quid maxime ex vsu Religionum, in quibus aliquando Superior res leues prohibet in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub pœna excommunicationis? Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. Res. 91.

§. 1. De hac quæstione alibi aliqua tetigimus, Negatiuam sententiam mordicus sustinet Vasquez *in part. 2. tom. 2. disput. 158. cap. 3. numer. 17. & cap. 4. à num. 32.* Becanus *tom. 2. tract. 3. cap. 6. quæst. 3. num. 10.* Aragona *in 2. 2. quæst. 62. art. 3.* Mexia *in prag. taxæ panis, conclus. 1. num. 111.* Salonius *in 2. 2. quæst. 77. art. 1. controu. 8.* Ochagauia *tract. vltim. de satisfact. Sacram. quæst. 8. numero septimo*, & alij, quia voluntas Superioris solùm requiritur ad imponendam obligationem; sed postea qualis obligatio sit ex grauitate, vel leuitate rei, quæ præcipitur, sumenda est. Ergo, &c.

Sup. hoc alibi nihil tetigit author in alia Res. præter consequentiam doctrinæ §. not. seq. quæ postea scripsit, & non antea pro hoc alibi.

2. Verùm ego contrariam sententiam cum Lessio *lib. 2. cap. 41. dub. 9. numer. 96.* esse existimo, quam tuentur Suarez *lib. 3. de legibus, cap. 27. num. 7.* Valentia *tomo secundo, disput. 7. quæst. 5. punct. 2.* Sanchez *in summa, tom. 2. lib. 6. cap. 4. num. 25.* Salas *de legib. disp. 10. sect. 7. num. 33.* & alij, quia obligatio legis ex voluntate legislatoris dependet; ergo si legislator non vult ad mortale obligare, lex obligare non potest; quia nequit extendi obligatio vltra mentem legislatoris, vt patet *in libro si quis nec causam, & in lib. non omnes Digestis, si certum petatur.*

3. Hinc

3. Hinc deducitur primò vouentem posse ad venialem culpam in materia graui obligare, quia sicut omnis obligatio à sua voluntate ortum habuit, ita potuit ortum habere limitato modo, & non secundùm omnem materiæ capacitatem. ita Sanchez *de matrimon. tom. 1. lib. 1. d. sp. 9. n. 6.* secus tamen dicendum est in iuramento, in quo Deum testem rei promissæ adducis; in hoc enim non potest quis limitare obligationem ad veniale, si materia grauis est, quia non pendet à tua voluntate obligatio implendi promissum. Secundò colligitur posse Confessarium pœnitentiam grauem imponere sub obligatione veniali, quia est quædam lex, & præceptum, & conditiones legis, & præcepti humani sortiri debet; ergo, &c. Ita Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 38. sect. 7. num. 5.* Medina *C. de Confess. tractat. 2. quæst. 48.* & alij, licet contrarium asserat Sancius *in select. disput. 15. num. 16.* Coninch *de Sacram. disp. 10. dub. 8. num. 65.* Ochagauia *vbi suprà, n. 7.* & alij.

Sup. hoc in to. 1. tract. 6. R. 32. §. Sed hic.

4. Notandum est tamen, certum esse nullo modo posse legislatorem in materia leui, obligationem grauem imponere, licet velit. & intendat, quia talis intentio esset iniqua, & iniusta; vnde non est audiendus Gregorius Saytus *in claui Regia, lib. 3. cap. 7. num. 17.* qui putat hanc doctrinam esse veram, quoad legislatorem sæcularem, secus autem quoad Ecclesiasticum; quod probat ex vsu Religionum, in quibus aliquando Superiores res leues prohibent sub pœna excommunicationis.

Sup. hoc in to. 8 tr. 4. R. 22. §. Sed à lin. 5. & in aliis eius notat.

5. Sed hanc limitationem meritò impugnat Sanchez *in summa, tom. 1. lib. 1. cap. 4. num. 3.* Suarez *de legib. lib. 3. cap. 25. num. 7.* & alij. Et ratio adducta militat etiam quoad iudicem Ecclesiasticum, & ad vsum Religionum, respondeo, quòd ibi Superiores, si aliquam rem leuem in virtute obedientiæ, vel sub excommunicatione recipiunt, dicendum ob aliquem finem grauem, redditam esse grauem, vt v. g. propter silentium seruandum, ne ingrediatur quis in aliorum cellas &c. vt notat Bonacina *de legibus, disput. 1. quæst. 1. punct. 7. §. 4. num. 21.* Sanchez *loco citato*, & alij.

Sup. hoc in R. seq. §. 1. in fin. & in to. 5. tr. 1. R. 13. §. vlt. & in to. 6. tr. 1. ex R. 58. lege §. Itaque. signanter in eius fine, & vide etiam §. not. prætcritæ.

RESOL. CXXXII.

An Superior ratione circunstantiarum possit sub peccato mortali præcipere materiam leuem?

Et an hoc idem dicendum sit de Prælatis Ecclesiasticis?

Et notatur præcepta prohibentia in virtute obedientiæ ingressum in cellas ob aliqua incommoda euitanda, obligare etiam in casu, in quo aliquis certò sciat non adesse ibi periculum, ratione cuius præceptum impositum fuit.

Et etiam notatur solum Deum in materia leui, posse obligare ad mortale. Ex p. 5. tr. 5. Res. 47.

Sup. hoc præter R. positas in annot. vlt. huius R. ex R. prætcrita, lege §. pen. & alias Res. designatam in annot. 1. prædicti §.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docent communiter Doctores, vnde valdè attendendæ sunt circumstantiæ, ex quibus Superior ad imponendum de aliqua materia præceptum, ducitur ad iudicium de illa formandum, quia sæpè contingit, vt materia præcepti sit secundùm se leuis, & obligationis sub mortali incapax: at ex circumstantiis boni communis adiunctis, quas Superior intendit, fit grauis, & cadat sub obligatione ad mortale, aut ratione iacturæ boni communis Religionis, periculi etiam non proximi, transgressionis votorum, & ideò benè infert Valentia *tom. 2. disput. 7. quæst. 5. punct. 6.* nonnullos decipi existimantes non obligare præceptum Prælati sub mortali de seruando silentio hoc, aut illo tempore, aut de illo efficiendo, quod ex se non magni momenti appareat: quippè fieri potest, vt circumstantia aliqua ei materiæ grauitatem addat. Quare ait cum Caietan. *summ. ver. præceptum*, impossibile videri in iure humano ex sola materia discernere præcepta sub mortali, cùm res quæ leuis videtur, ac sit talis in se considerata, sit magni momenti, attentis circumstantiis, quas Superior spectat, ac subditi ignorant. Quare dicit Suarez *disput. 4. sect. 6. numer. 11.* debere satis certò, & indubitanter constare esse leuem materiam, vt iudicemus præceptum, quòd aliàs ex verborum tenore ad mortale obligaret, non sic obligare; & rectè quidem dicit, quia in dubio non est spoliandus Superior sua possessione, nec quando non constat iniustitia præcepti Ex his similiter præcipere potest Prælatus Religionis sub mortali, ne Religiosus aliquis accedat ad hortum communem Conuentus, aut ad talem sæcularis domum, aut ne transeat per talem vicum, etiamsi cum licentia sua exierit extra Conuentum, vel ne cum tali, aut tali persona loquatur. Hæc enim & similia licet in se considerata videantur parui momenti, comparata tamen ad honestatem, & bonum nomen Religiosorum, aut ratione scandali, periculi, vel alterius circumstantiæ, efficiuntur res magni momenti, & ideò obligant sub mortali. Et hæc omnia docet etiam Montesinus *in part. 2. tom. 1. disput. 23. quæst. 9. numer. 161.* Salas *de leg. disput. 10. sect. 6. numer. 232.* Medina *in part. 2. quæst. 96. art. 4. ad dub. 2.* Baldellus *vbi infrà numer. 10.* Molfesius *in summa to. 1. lib. 1. cap. 4. numer. 3.* Saytus *in Claui Regia, lib. 3. cap. 1. numer. 14.* qui tamen *numer. 17.* docet, etiam Prælatum Ecclesiasticum posse obligare ad peccatum mortale, si materia præcepti sit leuis, etiam attentis circumstantiis; sed hoc non est admittendum, etiamsi Prælatus iubeat in virtute obedientiæ, vt notat Castrus *de lege pœn. lib. 1. cap. 5. document. 2.* Baldellus *tomo primo, libro quinto, disputatione 20. num. 8.* & alij.

Sup. hoc in R. not. seq.

Sup. hoc in R. prætcrita, §. Notandū. ad med. sed lege eam per totam. & in to. 5. tr. 1. R. 13. §. vlt. & in to. 6. tr. 1. ex R. 58. legē doctrinam §. Itaque signanter in fine.

2. Notant ex supradictis aliqui Religiosorum præcepta prohibentia in virtute obedientiæ ingressum in cellas ob aliqua incommoda euitanda, obligare etiam in casu, in quo aliquis certò sciat non adesse ibi periculum, ratione cuius præcepti impositum fuit, quia esto non adsit periculum illo casu, adest tamen generaliter, & in plurimùm, & hoc sufficit, quia hæc fuit causa imponendi præceptum, & ita docet Basilius Pontius *de matrimon. lib. 5. cap. 5. n. 11.* & Castrus Palaus *tom. 1. tract. 3. disput. 1. punct. 14. num. 13.*

3. Notandum est etiam hîc obiter cum Duuallio *in 2. 2. D. Thom. tractat. de legibus, quæstione 5. articulo quarto, conclusione 2. in fine*, solum Deum in leui materia posse ad mortale obligare, vt probabile est fecisse erga Adamum, & Euam, ratione vsus fructus vetiti.

RESOL. CXXXIII.

An subditus dubius de legitima Prælati potestate teneatur illi obedire, maximè si sit in possessione Superioritatis?

Idem dicendum est, quando adsunt diuersæ opiniones probabiles? Ex p. 4. tr. 3. Res. 8.

§. 1. Affirmatiuè respondet Sanchez *in summa, tom. 2. lib. 6. cap. 3. num. 29.* quia cùm in possessione Prælationis sit (si enim in ea possessione non esset, denegari posset possessio, donec de legitima electione, aut confirmatione constaret) non potest ob solum dubium, vel opinionem spoliari legitima possessione, denegando ei obedientiam, donec certus sit defectus. Hæc opinio est probabilis.

Sup. hoc in to. 5. tr. 1. ex lata doctrina R. 31. signanter in §. Dicas propè fi. à v. Ex cuius. Sed lege eā per tot.

2. Sed non minus probabilem contrariam esse sentio quam tuetur Vasquez *in* 1. 2. *q.* 19. *art.* 6. *disp.* 62. *c.* 6. *in fin.* & Salas etiam *in* 1. 2. *q.* 21. *tr.* 8. *disp. unica, sect.* 8. *n.* 78. asserentes, quando dubitatur de legitimi Superioris potestate, non teneri subditum obedire, & idem docent, quando adsunt diuersæ opiniones probabiles, quia subditus tunc habet obligationem obediendi Prælato, quando Prælatus habet ius, & potestatem certam præcipiendi, sed in casu nostro est dubium de eius potestate legitima, ergo, &c.

Sup. hoc, quod hîc docetur, latè in to. 8. tr. 1. R. 15. & in Res. 16. §. vlt. & latè ex doctrina alterius R. illarum primarum annot.

RESOL. CXXXIV.

An subditus dubitans, an res percepta sit licita, teneatur obedire?

Et si Superior præcipiat aliquid sub conditione, de qua dubitatum est, an sit impleta, an subditus teneatur obedire?

Et quid est dicendum, si Prælatus præcipiat sub pœna excommunicationis latæ sententiæ?

Et notatur, quòd si Prælatus est dubius de honestate præcepti, vel de excessu suæ iurisdictionis, & imperet, subditus si etiam dubitat, non tenetur obedire. Ex p. 4. tr. 3. Res. 9.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Vasquez *in* 1. 2. *disputat.* 66. *cap.* 6. *numer.* 51. Sed magis probabiliter affirmatiuam tuetur Sanchez *in summa, tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 3. Azorius *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 19. *quæst.* 9. Valentia *tom.* 2. *disputat.* 2. *quæst.* 14. *punct.* 4. *quæstiunc.* 4. §. *quartum est*, Suarez *de Relig. tom.* 4. *lib.* 4. *cap.* 15. *numer.* 20. Molin. *tom.* 1. *tractat.* 2. *disput.* 113. *concl.* 3. & alij penes ipsos.

Sup. hoc lege R. 55. & vet s. not. vlt. huius Res.

2. Sed ego sententiam Vasquez amplector in casu quo subditus ita dubitans timeret obediendo sibi, vel tertiæ personæ aliquod magnum damnum in rebus, honore, vel fama, aut corpore, vt si v. g. Superior interrogaret illum de proprio, aut alterius delicto, & esset dubium si iuridicè interroget, tunc enim subditus non tenetur illi obedire. Ita Aragon. *in* 2. 2. *quæst.* 69. *artic.* 2. Medina *in* 1. 2. *quæst.* 19. *art.* 6. Henriquez *lib.* 14. *cap.* 3. *numer.* 3. *in glossa littera X*, Lessius *lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 9. *numer.* 77. & alij penes ipsos; quidquid in contrarium asserat Ioan. Sancius *in selectis, disp.* 43. *num.* 28. Et ratio est; quia in dubiis fauendum est reo, & licet subditus in tali casu non sit in possessione suæ libertatis, est tamen in possessione suæ securitatis, seu iuris quo potest se, vel alium à rebus periculosis conseruare; sed de hac quæstione ego alibi fusiùs egi.

Sup. hoc in to. 6. tr. 1. R. 91. in fin. & lege doctrinam R 96. & alterius Res. eius annot. &c.

Alibi in R. 2. not. præteritæ, & si placet lege etiã doctrinam aliarum Res. eius secundæ annot.

3. Nota hîc etiam cum Sanchez *vbi suprà num.* 26. contra Salas *in* 1. 2. *tract.* 8. *disput. vnica, sect.* 19. *num.* 177. quòd si Superior præcipiat aliquid sub conditione de qua dubium est, an sit adimpleta, subditus non tenetur ei in hoc casu obedire, quia in dubio non est præsumendum conditionem esse adimpletam; sed ante impletam conditionem præceptum illud non obligat subditum; ergo &c. Et in his casibus, in quibus subditus non tenetur in dubio obedire Prælato, idem dicendum est, si Prælatus præciperet sub pœna excommunicationis latæ sententiæ; & ratio est, quia excommunicatio non imponi potest nisi pro inobedientia: sed in his casibus non reperitur, quia subditus iustè non obedit; ergo, &c. Ita Sanchez *loc. cit. num* 27. & alij.

4. Notandum est etiam hîc, quòd si Prælatus dubius de honestate rei præceptæ, vel de excessu suæ iurisdictionis imperet, subditus si ipse etiam dubiter, non tenetur obedire. Ita contra Henriquez *lib.* 12. *cap.* 6. *num.* 5. *in glossa lit. T*, Cordubam, vtramque Ledesmam, Lopez, & alios docet Castrus Palaus *tom.* 1. *disput.* 3. *punct.* 13. *numer.* 13. & alij penes ipsum.

Sup. hoc in to. 5. tr. 1. et ista doctrina R. 31. signanter, §. dices. propè fin. v. Ex cuius. & §. ne dicas 1. sed lege eam per tot. & non pigebit.

RESOL. CXXXV.

An Prælati Regulares teneantur ferre censuras in scriptis?

Et an aliter faciendo peccent, & incurrant suspensionem?

Et quid, si Guardianus dicat pro suo triennio sub excommunicatione, ne subditi sui talem domum ingrediantur, vel quid simile, si hoc faciat sine scriptis, an incurrat, &c? Ex p. 5. tr. 9. Res. 73.

§. 1. DIximus suprà censuras esse ferendas in scriptis, & non solo verbo, & aliter facientes peccant, & incurrunt in suspensionem ab ingressu Ecclesiæ per mensem, & à diuinis, quam suspensionem etiam incurrit ferens censuram sine expressione causæ, vt docet Angelus, *ver. suspensio,* 1. *num.* 16. Nauar. *cap.* 27. *num.* 8. Auila *part.* 2. *cap... disp. vn. dub.* 3. & *part.* 3. *part.* 3. *disp.* 3. *dub.* 1. *conclus.* 4. & alij.

Sup. in Res. not. seq.

2. Sed difficultas est, an Prælati Regulares si ferant censuras sine scriptura, peccent & in suspensionem incurrant. Prima opinio negat, quia durum videtur ipsis seruare hunc ordinem, cùm sæpè censuras ferre debeant; & pro hac opinione Bonacina *de censur. disputat.* 1. *quæst.* 1. *punct.* 9. *numer.* 2. citat Sayrum, & Henriquez. Secunda opinio affirmat, quia *in cap. cùm medicinalis, de sententia excommunic. in* 6. absolutè loquitur, nec adest ratio sufficiens, propter quam excipiendi sunt Religiosi, qui non debent temerè & ex leui causa graues censuras ferre. Tertia opinio asserit, Prælatos Regulares non posse ferre censuras sine scriptura, quando illas ferunt per modum statuti; secus autem per modum sententiæ particularis contra aliquem, & ita stantibus priuilegiis docet Portel *in dub. Regular. ver. excommunicare, numer.* 1. vbi sic ait. Prælatus ponens sine scriptis excommunicationem per modum statuti incurrit pœnam iuris, quæ est suspensio officij. Illa autem erit per modum statuti, vel ordinationis, quæ ponitur omnibus fratribus Prouinciæ, & permanenter, Rodriquez *ibidem*, & reuera Leo X. *compen. verb. excommunicatio.* §. 7. excusans Prælatos excommunicantes absque scriptis, solùm loquitur de excommunicatione ab homine, & contra particularem, & proinde sistat per modum statuti, & non ponatur in scriptis, incurrunt pœnam prædictam. Et quid si Guardianus pro suo triennio dicat sub excommunicatione, ne sui subditi talem domum ingrediantur, vel quid simile, si hoc faciat sine scriptis, si incurret? Ego credo quòd sic, quia illa non est ab homine, neque contra aliquem fratrem particularem, & si non est statutum, est saltem ordinatio. & Leo X. solùm excusat excommunicantem aliquem particularem. Excusabit tamen inaduertentia, ignorantia, vel consuetudo præscripta. Ita Portel, cui etiam adde Villalobos *in Manuali Confessariorum, cap.* 12. *num.* 7. vbi sic ait. [Algunas condiciones pone el derecho que se deuen guardar en poner las censuras. La primera que se ponga por escrito, aunque si se hiziesse sin esso valdria, y Leon X. concedio que los Prelados de la Orden de los Frayles Menores de la Obseruancia, quando descomulgan à algun Frayle en capitulo o comunidad, no esten obligados à ponerla por escrito, mas el Prelado que pone descommunion por via de estatuto (como si la pusiesse à todos los

Sup. hoc in R. seq. §. cursim ad med.

los Frayles de la Prouincia, ò Conuento, para que no hagan tal nosa) sin escrito, incurre en la pena de suspension, como los demas, que no ay para ello priuilegio.] Sic ille, & ego.

RESOL. CXXXVI.

An Prælati Regulares teneantur in excommunicationibus premittere ordinem monitionum? Ex p. 5. tract. 9. Resol. 20.

Sup. hoc sine scriptis in R. præterita. §. Sed difficultas.

§. 1. Respondeo affirmatiuè cum multis Doctoribus Auila *de cens. part. 2. cap. 5. disp. 1. dub.* 8. & quamuis Prælati Mendicantium habeant priuilegium, vt possint ferre sententiam excommunicationis solo verbo sine scriptis, vt habetur *in compendio minorum, verb. excommunicatio, Paragrapho* 7. non tamen habent priuilegium ad omittendam Canonicam monitionem.

2. Verùm hanc doctrinam limitat Cornejo *in 3. part. tractat. 5. de cens. in genere, disputat. 5. dub.* 2. & Sayrus *de cens. lib. 1. cap. 12. num.* 22. vt intelligatur quando Prælati Regulares præcipiunt aliquid, quod non continetur in regula Ordinis, aut in regularibus obseruantiis; secus verò quando id, quod præcipiunt in illis continetur: quia tunc optimè, inquit, possent vna, vel altera tantùm monitione excommunicare. Sed meliùs videtur dicendum, attendendam esse consuetudinem talis Religionis, & si legitimè fuerit præscripta, præualebit contra ius, sin autem minimè.

RESOL. CXXXVII.

An Prælati Regulares possint excommunicare Nouitium? Ex part. 9. tractat. 8. & Miscellan. 3. Resol. 60. aliàs 59.

§. 1. Negatiuè respondet Reuerendissimus Magister Sacri Palatij Vincentius Candidus, *tom. 1. disquis.* 24. *artic.* 58. *dub.* 3. quia excommunicatio secundùm veriorem sententiam non potest fieri ob delictum præteritum, sed ob delictum futurum ratione contumaciæ non obediendi, sed Prælatus non potest suo præcepto obligare Nouitios, nec excommunicatione præcepto adiuncta; quia non plenè Nouitij Superioribus, & Regulæ subiiciuntur, nec sunt veræ partes Communitatis, nec sunt admissi in corpus Religionis tanquam membra illius, donec professionem emiserint: ergo. Potest tamen Prælatus, si aliquam pœnam ratione delicti commissi Nouitio imponeret, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ eidem præcipere, vt pœnam illam subiret; quia ad eam pœnam imponendam in foro exteriori habet iurisdictionem ergo poterit quoque sub excommunicatione eidem præcipere illius obseruantiam. Hæc Candidus citans Henriq.

2. Sed aduersus illam affirmatiuam sententiam tenet Pater Bordonus *in consil. Regular. tom. 2. Resol.* 54. *numer.* 133. nam (ait ipse) si potest secundum Candidum, cogere transgressorem ad subeundam pœnam sub censura excommunicationis; quare non potest illum excommunicare ratione contumaciæ, quia exempli gratia, non vult obedire tali ordinationi sibi factæ sub pœna excommunicationis, vt si illi præcipiat sub pœna excommunicationis, ne colloquatur cum tali persona; vel adsit ordinatio, ne quis Religiosus etiam Nouitius extra reuelet tale secretum multùm præiudiciale statui Religioso. Neque obstat quod quis ob delictum præcisè præteritum excommunicari non possit, quia possit excommunicari ob delictum in futurum, si illud committat, ratione inobedientiæ; in illo siquidem sensu neque Professus excommunicari potest; quia nullus excommunicari potest, nisi pro contumacia, *Gloss. ver. Mortis, cap. nemo* 39. 11. *quæstion.* 3. per iura ibi allegata; excommunicatio enim fertur, vt quis retrahatur à peccato, *cap. nemo. de Iud.* est enim medicina animæ, *cap. cùm medicinalis, de sentent. excommunicat. in* 6. ergo ordinari debet ad futurum peccatum præcauendum, & non ad præteritum iam commissum, cui ideò non debetur pœna spiritualis sed corporalis. Nec vrget, quòd Nouitius non sit verus Religiosus, neque membrum perfectum, & incorporatum Religioni, sicut Professus; quia hæc probant solùm Nouitium non esse subiectum præceptis Regularibus, sub ratione voti, quod nondum emisit, ex quibus tamen non infertur, quin sit verè subditus Prælato regulari, vt suo Iudici, & Superiori volenti illum coercere, & punire, sicut castigat Professos, & quoscunque alios commensales ratione domicilij contracti & delicti. Hęc omnia Bordonus.

3. Sed sententiam amicissimi Magistri Candidi approbat Sanchez *in Summa, tom. 2. libro 6. capit.* 10. *numer.* 17. quam tamen in duobus casibus limitat. Prior est, quem posuit ipsemet Candidus, quando pœnam aliquam delicti Nouitio imponeret; tunc enim posset sub pœna latæ excommunicationis præcipere Nouitiis, vt pœnam illam subirent; quia potest obligare ad pœnam ratione iurisdictionis, quam in foro externo ad eam imponendam habet. Ergo potest quoque sub excommunicatione præcipere illius obseruantiam. Posterior casus est, quando Pontifex Constitutione, aut præcepto aliquo interdiceret aliquid sub pœna excommunicationis: si enim Nouitij id præceptum violarent, posset Superior Religionis eos punire, fulminando sententiam illam excommunicationis à Pontifice comminatam transgressoribus; quia ea pœna est condigna delicto. Sicut posset quoque infligere quamcumque aliam pœnam à Pontifice statutam in transgressores, quia dum Nouitij manere volunt in Religione, est legitimus Iudex ad imponendas pœnas eorum delictis condignas. Et hanc sententiam præter Sanchez tenet etiam nouissimè Pater Pellizzarius *in Manual. Regular. tomo 1. tractatu 1. capite 6. numero 16. & 17.*

RESOL. CXXXVIII.

An Religiosus possit communicare cum Prælato excommunicato?

Et in casu, quod Prælatus sit excommunicatus, si tamen non est denunciatus, nec publicus Clerici percussor, an teneatur Regularis subditus illi obedire?

Idem est de Episcopo excommunicato non denunciato. Ex p. 5. tr. 9. Res. 127.

§. 1. Affirmat Sotus *in 4. dist. 22. quæst. 1. articul. 4. conclus.* 5. Sed sanè nullum est priuilegium communicandi, saltem in omnibus, nam excommunicatio virtute continet suspensionem. Quare non toleratus, nec officium Prælaturæ, nec iurisdictionem exercet, vndè tantùm videtur cum isto concessa communicatio ea, quæ ratione habitationis vitari modo morali non potest, perinde scilicet ac si esset quiuis alius ex eadem familia sic excommunicatus. Cæterùm si iste excommunicatus est

sed

set toleratus, putat Suarez *disputatione* 15. *sectione* 7. *numero* 3. subditos posse talem Prælatum vitare, eo modo, quo ante constitutionem Constantiensem, scilicet occultè, si excommunicatio est occulta, vel vitare publicè, si illa erit publica.

2. Et ita docet Gordonus *in summ. tom.* 2. *libro* 7. *quæstione* 10. *capite* 6. *numero* 84. Vnde Villalobos *in summ. tom.* 1. *tractatu* 17. *difficult.* 13. *numer.* 21. sic ait. [Ha se de aduertir, que como el descomulgado està priuado del vso de la iurisdicion espiritual, y la concession de la extrauag. Ad euitanda, no es precepto sino priuilegio, si el subdito no quisiesse communicar con el Prelado, que està descomulgado, sujetandose à el, no està obligado à hazerlo, aunque no estuuiesse denunciado, porque este tal tiene vso de iurisdicion en fauor de los subditos, y no en grauamen suyo, como notò Suarez. Y lo mismo se ha de dixir, si el Obispo estuuiesse descomulgado, y no fuesse denunciado por la misma razon.] Hæc ille. Vide etiam Philippum Fabrum *de censuris in* 4. *sentent. distin.* 25. *quæstione prima, disputatione quarta, capite septimo, numero* 231. Filliucium *tomo primo, tractatu decimo-tertio, capite sexto, numero* 125.

3. Non desinam tamen hìc apponere verba Marcelli Megalij *in* 3. *part. lib.* 2. *cap.* 5. *quæst.* 4. *numer.* 50. vbi sic ait. Pone Prælatum non esse denunciatum, nec publicum Clerici percussorem, sed notorium in Monasterio illum esse innodatum maiori aliqua excommunicatione, quæritur, an teneantur Regulares illi obedire? & videtur respondendum negatiuè: nam cùm sit ipse notoriè excommunicatus, in fauorem ipsius nulla requiritur denunciatio, ad hoc vt vitandus sit tanquam non toleratus, per dicta suprà *in dicta quæstione secunda, ver. Item quoad vsum.* & posse tunc Regulares, si volunt illi parere, & cum illo tanquam cum Prælato communicare ob beneficium eis concessum à prædicta Extrauag. *ad euitanda.* Dico tamen nullo modo posse Regulares, nec subditos alios, quicunque illi sint, ab obedientia sui Superioris se eximere, quamuis notorium sit excommunicationis censuram illum incurrisse, nisi priùs per sententiam Iudicis declaretur, Superiorem illum in illud crimen incidisse, & hoc ex eo probatur, quod sicut quando aliquis ex legum dispositione est ipso facto bonis, & iuribus suis ob excommunicationem priuatus, & fisco bona & iura illius sunt applicata, executio de facto fieri nõ debet, nisi priùs super crimine fuerit declaratum, vt probatur *ex cap. cum secundum leg. de heret. in* 6. Ita quando Superior est suo officio ob excommunicationem priuatus, non debent subditi de facto suo iure illum priuare, nisi priùs super crimine declaratum fuerit, id est, nisi priùs declaratum fuerit à Iudice auctoritatem habente Superiorem illum in illam excommunicationem incidisse.

Quamuis nõ plenè sup. hoc. lege tamen in to 5. tr. 1. ex R. 25. doctrinam §. vlt. signanter in fin.

RESOL. CXXXIX.

An dubium, vtrum Parentum necessitas sit grauis, possit ingredi Religionem?

Idem dicendum est, quando vtrinque sint rationes ita probabiles, vt possit dici vtraque pars opinabilis. Ex p. 4. tr. 3. Resol. 57.

§. 1. Affirmatiuè respondeo, quia cùm dubium sit præceptum in eo casu, libertas filiorum ad ingrediendam Religionem possidet, sicuti absolutè diximus, in dubio an sit in aliquo casu præceptum. Imò hoc erit etiam licitum, quando vtrinque sunt rationes ita probabiles, vt possit dici vtraque pars opinabilis, & ideò in tali casu potest filius sequi vtramuis partem, etiam minùs probabilem, vt in aliis rebus opinabilibus licet. Et hæc omnia docet Sanchez *in summa, tomo primo, libro quarto, capite vigesimo, numero octauo*, cui ego addo Bartholomæum de Vecchis *in praxi Nouitiorum, disput.* 2. *dub.* 8. *num.* 8.

RESOL. CXL.

An ingressus Religionis liberet debitorem ab onere restituendi?

Et notatur, quòd si post ingressum Religionis, hæreditate, legato, vel donatione, &c. Religioso aliquid acquiratur, tenetur Monasterium eius debita soluere?

Et an teneatur Religiosus ad laborandum in Monasterio pro soluendis debitis? Ex part. 3. tractatu 2. Resol. 41.

§. 1. Prima sententia affirmat: ita sentire videntur Diuus Thomas *in* 2. 2. *quæstione vltima, articul.* 6. *ad* 3. Caietanus *ibid.* & sequitur Paludanus *in* 4. *dist.* 38. *quæstione* 4. *articul.* 3. *conclus.* 3. Angelus *ver. Religiosus*, §. 16. Syluester *ver. Religio, lib.* 1. *quæstione* 4. & Diuus Antoninus *part.* 2. *titul.* 11. *capite secundo, Paragrapho primo*: quia liber homo non obligatur quoad personam suam, sed tantùm quoad bona; ergo cedendo bonis, libera remanebit persona.

Sup. hoc in R. seq. & in alio v. eius primæ annotat.

2. Secunda opinio negat, & illam tuetur Medina *Codice de restitut. quæstione* 3. *caus.* 8. Nauarrus *commen.* 1. *de Regular. numer.* 8. Valentia *tom.* 3. *disputat.* 5. *quæstione* 6. *punct.* 7. Molina *tom.* 3. *poster. disputat.* 757. & alij, quia solutio debitorum est iuris naturalis.

3. Sed mihi placet opinio, quam tenet Lopez *in instruct. part.* 1. *capite* 29. Azorius *tomo* 1. *libro* 12. *capite* 1. *quæstione* 5. Lessius *libro* 2. *capite* 16. *dubio* 8. Sanchez *in summ. tomo* 1. *libro* 4. *capite* 19. *numer.* 8. & alij. Ideò dico, quòd si quis breui tempore in sæculo manendo tantùm lucraturum se existimet, vt debita sua, vel integrè, vel secundùm magnam partem soluere possit, ad hoc obligatur, secus autem si longo tempore, tunc enim puto non esse adstrictum ad expectandum, sed potest statim ingredi Religionem: & tempus breue, quod expectandum sit in tali casu, puto cum Sanchez esse biennium.

Sup. hoc in R. seq §. vlt.

4. Nota verò, quod si post ingressum Religionis hæreditate, legato, donatione, &c. Religioso aliquid acquiratur, tenetur Monasterium illius debita soluere, non tamen tenetur Religiosus ad laborandum in Monasterio pro soluendis debitis, vt notant Sanchez *numer.* 4. Paludanus, Angelus, & Syluester, quidquid in contrarium afferant Azorius, Molina, & alij.

RESOL. CXLI.

An debitores si non habeant spem quod manendo in sæculo fiant potentes ad soluendum, possint Religionem ingredi, non obstante Bulla Sixti V.

Et quid quando quis breuiter, v.g. duorum, vel trium annorum, manendo in sæculo habeat spem soluendi debita Creditoribus?

Et an in dicta constitutione non comprehendantur debitores ex sola promissione liberali, vel qui incertis debitis sunt grauati, vel damnati ad pecuniarum pœnam ratione alicuius delicti, vel ad satisfaciendum ratione alicuius

alicuius damni, vel iniuria illata, vt v. g. qui Virginem deflorauit, &c. Ex p.4.tr.4.& Misc. Ref.82.

Quæ hîc est R. anteced. & in to.6. tr. 3.ex lata doctrina R. 28. cursim in fi. vers. Quinta causa.

§. 1. Affirmatiuam sententiam de iure communi ego tenui *in part. 3. tract. 2. resol. 4.* Sed difficultas est de iure nouo Sixti V. & negatiuè videtur respondendum, per ea quæ obseruat Malderus *de iust. tr. 4. c. 7. dub. 4. in fin.* & Syluius *in 2. 2. q. 62. art. 8. quær. 1. concl. 7. caus. 10.*

2. Verùm ego puto etiam in terminis Breuis Sixti V. debitores, si bona quæ habent creditoribus relinquant, & nulla sit spes, vt in sæculo manendo fiant potentes ad soluendum, posse ingredi Religionem, & ita docet Faustus *in thes. Relig. lib. 5. q. 134. n. 5.* Sanchez *in summ. to. 1. lib. 4. c. 19. n. 26.* Barthol. de Vecchis *in praxi Nouitiorum disp. 2. dub. 13. n. 15.* Portel *in dub. Regul. ver. Nouitius, num. 19.* Vide etiam Dauid. à Mauden *in Decal. pracept. 7. discur. 18. n. 17.* Hieron. Rodriquez *in compen. qq. regul. resol. 101. n. 10.* Mirandam *in manuali Prælat. tom. 1. q. 17. art. 7.* & alios penes ipsos.

3. Imò aliqui plus addunt, Bullam Sixti V. non extendi ad eos, qui absque sua culpa peruenerunt ad impotentiam soluendi creditoribus, quod probant ex ipsis verbis Bullæ ibi, *multi decoctores post dilapidatam rem familiarem, &c.* & ita tenet Vecchius *vbi suprà,* cui ego addo Bonacin. *de restitut. disp. 1. quæst. vlt. punct. 2. §. 1. n. 8.* licet ibi erret in nomine Pontificis, nam pro *Sixto V.* citat Pium V. & alios penes ipsum.

4. Notandum est etiam hîc obiter in dicta constitutione Sixti V. non comprehendi debitores ex sola promissione liberali, vel qui incertis debitis sunt grauati. Ita Vecchius & Sanchez *loc. cit.* qui addit etiam sub hac Bulla neque comprehendi damnatum ad pecuniariam pœnam ratione alicuius delicti, nec obligatum ad satisfactionem pecuniariam causa alicuius damni, vel iniuriæ illatæ: vt qui, v. g. Virginem deflorauit, licet in hoc dissentiat Miranda *vbi suprà.*

Sup. hoc in R. præterita, §. sed mihi à lin. 4.

5. Non desinam etiam hîc annotare quòd licet Doctores asserant, quòd quando quis breui tempore manendo in sæculo habeat spem soluendi debita creditoribus, non potest ingredi Religionem, nam in tali casu moraliter non est impotens ad soluendum, licet, inquam hoc sit verum, tamen difficultas est quod tempus dicatur breue in hoc casu. Ponam opiniones Doctorum, omnes quidem probabiles. Lessius *lib. 2. c. 41. dub. 3. n. 32.* & Azorius *p. 1. lib. 12. c. 1. q. 5.* docent tunc dici breue tempus, quando debitor paucis annis satisfacturus creditur. Maior *in 4. sent. dist. 38. q. 1. concl. 3.* tempus 2. vel 3. annorum ponit Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 4. c. 19. n. 8.* duorum annorum Suarez *de Relig. tom. 3. lib. 5. cap. 7. num. 2.* vnius anni.

RESOL. CXLII.

An mutus, & surdus, vel cæcus possint esse Religiosi professionem emittendo?

Et quid si mutus esset simul cæcus, aut quis esset simul cæcus, & omninò surdus, quamuis non mutus, nec hac à natura habeat, sed casu, & antequam in hac incideret, nosset, quid esset professio? Ex p. 5. tr. 6. Ref. 34.

§. 1. Ad hunc casum affirmatiuè respondet Sanchez *in sum. tom. 2. lib. 5. cap. 3. n. 2.* vbi sic ait. Professio expressa nullis verbis indiget, sed potest nutibus aut scripto fieri quia nullibi reperitur verba esse necessaria. Quare mutus à natura, qui subinde surdus est, potest profiteri. Si enim est aptus ad carnale matrimonium incundum (vt probauimus *lib. 1. de matr. disput. 8. num. 12.*) erit quoque ad spirituale aptus, argument. *ex cap. significatum, de regul.* Præterea, quia non minor notitia obligationis, nec minor consensus desideratur in matrimonio carnali; quàm in spirituali, & ita docent Socin. senior *consf. 61. In præsenti consultatione num. 13. & 14. volum. 1.* Azor. *lib. 12. instit. moral. cap. 4. quæst. 1.* sed sicut ea *disput. 8. num. 12.* animaduertimus circa matrimonium carnale, est hoc intelligendum quando mutus ille ita perspicaci intellectu præditus est, vt signis edoceri valeat naturam status Religiosi, possitque signis consensum exprimere, quod esse difficillimum diximus ibi, cùm auditu careat, quo hanc naturam doceri possit, quamuis sint aliqui ita perspicacis ingenij, vt signis eam percipere valeant. Quòd si mutus ille esset simul cæcus, aut quis esset simul cæcus, & omninò surdus, quamuis non mutus, nec hæc à natura habeat, sed casu esset incapax profitendi, nisi antequàm in hæc incideret, nosset quid esset professio. Sicut idem contra alios diximus in matrimonio carnali, *ea disput. 8. num. 13.* quia mutus solis signis edoceri valet professionis naturam, quæ percipere nequit, si simul cæcus sit. Atqui cæcus solis verbis potest edoceri, quæ nequit percipere, si simul sit surdus. Huc-vsque Sanchez, cui adde Spinum *in speculo testam. gloss. 9. rubrica numer. 4.* vbi ita asserit. Secundò deducitur, quòd licet aliàs mutus & surdus non possint Religionem ingredi, nec profiteri, iuxta *cap. sicut, de regular. cap. fin. de success. ab intestat.* Si tamen probetur illum habere intellectum perfectum; & signis posse consensum explicare, poterit Religionem profiteri; tenet Albericus *l. vbi non voce de reg. iur.* Ita Spino. & tandem hanc sententiam docet Bartholom. de Vecchis *in praxi Nouitior. disp. t. 13. dub. 2. num. 2.* Azorius *part. 1. lib. 12. c. 4. q. 1.* cum aliis Iurisconsultis, quos citat, & sequitur Barbatia *vol. 2. consf. 59. num. 12.*

RESOL. CXLIII.

An serui possint ingredi Religionem sine licentia Domini?

Et explanatur, quòd Concilium Chalcedonense excommunicationis gladio Prælatum vulnerat, qui sine licentia Domini recipit seruum in Monasterium.

Imò, & excommunicantur, qui seruos suadent Dominum contemnere causa Religionis.

Et an professio serui, contradicente, vel ignorante Domino, sit nulla, & irrita, & aliqua alia circa hoc deciduntur? Ex p. 7. tr. 7. R. 61. aliàs 60.

§. 1. Respondeo, quòd seruus sine licentia Domini Religionem ingressus, profiteri nequit, *cap. qui verè 16. qu. 1.* vbi Concilium Chalcedonense excommunicationis gladio Prælatum vulnerat, qui sine licentia Domini recipit seruum in Monasterium: imò excommunicantur, qui seruos suadent Dominum contemnere causa Religionis, *cap. si quis seruum, 1. & 2. 17. quæst. 4. cap. Generaliter, dist. 54.* Nec desunt Doctores tradentes professionem serui contradicente, vel ignorante Domino, nullam, & irritam esse, ea ratione: quia per professionem Religiosus totum se Religioni tradit: sed id nequit seruus præstare, cùm sit res alterius, nec Deus illam professionem quæ est contra iustitiam, acceptabit. Sic docent Paludanus *in 4. dist. 38. quæst. 4.* D. Antoninus *2. p. tit. 11. c. 2.* Azorius *moral. instit. lib. 12. cap. 1. quæst. 3.* Vel saltem Dominus, non obstante professione, seruum repetere sibi potest, *argum. cap. Nulli, dist. 54.* Elapso triennio, dominus si non repetat, iuri suo renunciare præsumitur, *Auth. si seruus, de Episcopis, & Clericis; cap. si seruus 2. dist. 54.* Quòd si seruus longissimè à Domino distet, ita vt facilè inuenire non poterit, tunc etiam elapso triennio, ius habet illum repetendi, *cap. si quis incognitus, 17. quæst. 2. v. Nisi sit tam longè, vt inueniri non possit.* Nec in his casibus potest dominus cogi seruum relinquere Religioni, accepto

accepto pretio: quia iure sui dominij, quod in illum habet, priuari non potest. Quare sicut ante professionem non tenebatur seruum Religioni tradere, pretio accepto: ita nec post professionem, cùm semper idem in illud dominium firmum, ac stabile permaneat: neque hac de re habemus textum aliter disponentem. Sed de tota hac quæstione, & an serui professio sit valida, vide Sanchez *in summa tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 42. & seq.*

RESOL. CXLIV.

N. ex genere Mahometano, sed infans baptizatus, & postea Religionem ingressus, an possit sine vlla dispensatione ad Prælaturas assumi?

Et an in tali casu non sit excludendus à sacris Ordinibus?

Et aduertitur, quod Bulla Pauli IV. prohibens, vt descendentes ab Infidelibus possint in Ordine Minorum ad Prælaturas assumi, de solo Ordine D. Francisci loquitur; & ideo non est extendenda per communicationem ad alios Ordines: quia Religiosi communicantes in priuilegiis non proinde communicant in pœnis, & odiosis. Ex p.6. tract. 7. Misc. 2. Res. 1.

§.1. Respondeo affirmatiuè. Quia licèt de iure communi Neophytus non possit eligi in Prælatum *ex cap. quoniam, & cap. si Neophytus. dist. 48.* vt obseruat Auila *de censur. part. 7. disp. 4. dub. 4. concl. 1.* Azorius *tom. 2. lib. 6. cap. 2. quæst. 2.* Castellinus *de elect. cap. 11. num. 34.* & alij. Attamen qui ab infantia baptismum suscepit, non dicitur Neophytus, sicut nec ille, qui adhuc decem annis Baptismi Sacramento insignitus est; & ideò tales non sunt excludendi à Sacris ordinibus, neque à dignitatibus Ecclesiasticis; vt ego ipse firmaui *in part. 4. tract. 2. res. 50.* cum aliquibus Doctoribus; nunc addo Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 21. difficultat. 16. num. 3.* Ioannem Præpositum *in 3. part. Diui Thomæ quæst. 5. de irregul. dub. 15. num. 122.* Salzedum *in praxi, cap. 22. num. 11.* Campanili *in diuersor. Canon. rub. 11. c. 7. n. 6.* Et magis in terminis casus nostri Peyrinum *de Prælat. Relig. tom. 1. quæst. 2. cap. 5. §. 6. num. 83.* & Tamburinum *de iur. Abbat. tom. 4. disp. 4. quæst. 21. num. 66.* cum aliis penes ipsos. Probatur hæc opinio: quia, vt patet ex Gratiano *in princip. dist. 48.* ideò Sacri Canones Neophytos excludunt à Prælaturis, quia tanquam inexperti non poterant obseruare ea, quæ ratione personarum, locorum, & temporum sunt Prælatis obseruanda: sed hæc inconuenientia cessant in baptizatis ab infantia, vel ante decem annos: ergo posse supradictos sine vlla dispensatione ad Prælaturas admitti de iure cõmuni dicendum est.

Quæ hic est in tom. 5. tr. 5. res. 47. per totam.

2. Nec valet dicere, quòd licèt consulenti non obstet, vt probatum est, ius commune; obstat tamen ius particulare Pauli IV. prohibentis in quadam Bulla, vt descendentes ab infidelibus possint in Ordine Minorum ad Prælaturas assumi. Non inquam hoc obstat: nam respondeo primò aliquos docere dictam Bullam in dissuetudinem abiisse. Ita Auila *de cens. part. 7. disp. 4. dub. 3.* & ex illo Sanchez *in summa tom. 1. lib. 2. cap. 7. n. 3.* Respondeo secundò quòd dicta Bulla de solo Ordine D. Francisci loquitur; & ideò non est extendenda per communicationem ad alios Ordines: quia similes Pontificum Constitutiones non dicuntur priuilegia, sed potiùs statuta, seu prohibitiones: ergo non includuntur in communicatione priuilegiorum. Vnde Laurentius Portel *in dubiis Regularibus, verb. Communicatio priuilegiorum, num. 20.* rectè sic asseruit. Religiosi communicantes in priuilegiis non proinde communicant in pœnis, & prohibitionibus alterius Ordinis. Ita ille; cui adde Lezzanam *in summa Quæstion. Regul. tom. 3. cap. 1. num. 52.* & Tamburinum *de iure Abbatum, tom. 1. disp. 17. q. 6.* Hinc Miranda *in Manual. Prælat. tom. 2. q. 46. art. 6.* Sanchez *vbi suprà*, & Rodriquez *in Quæstionib. Regularib. tom. 1. quæst. 55. art. 17.* asserunt indiuidualiter dictam Bullam Pauli IV. pro Minoribus emanatam non esse extendendam ad alias Religiones. Et tandem respondeo tertiò dato, & non concesso, quòd communicatio dictæ Bullæ Pauli IV. cum aliis Religionibus facienda esset, adhuc dicendum est nihil obstare: nam postea per aliam Bullam Pij V. publicatam in Capitulo Generali Romæ anno 1575. concessum fuit iisdem Patribus Minoribus, vt possint recipere in Religionem filios infidelium, & ad Prælaturas admittere, vt ex Sorbo obseruat Laurentius de Peyrinis *de Relig. Prælat. tom. 1. quæst. 2. cap. 5. §. 6. num. 85.* vbi etiam notat id à Gregorio XIII. etiam concessum fuisse Ordini Minorum & eius verba per extensum apponit. Ergo, vt dixi, non obstat Bulla Pauli IV. nam quare illa attendi debet, & non potiùs Bullæ posteriores Pij V. & Gregorij XIII. si pœna imposita per Bullam Pauli IV. aliquibus videbatur per priuilegium communicationis ad alios Ordines extendenda: à fortiori fauorem Pij V. & Gregorij XIII. postea emanatum, extendendum, & communicandum esse aliis Religionibus dicendum erit. Remanet igitur satis probatum N. Consulentem nulla indigere dispensatione, vt possit ad Prælaturas suæ Religionis assumi.

Sup. hac infra lege doctrinam res. 157.

RESOL. CXLV.

An quis peccet mortaliter, si absque iusta causa retrahit aliquem ab ingressu Religionis?

Et supponitur posse aliquando ex iustis rationibus alicui sine peccato dissuaderi Religionis ingressum.

Et quid est sentiendum de peccato, & de damno temporali, & commodo facto Religioni, quando quis vi, vel fraude Nouitium, vel alium impediuit à profitenda Religione, &c.

Et quid, quando sine vi, vel fraude ex Monasterio Religiosum professum seduxit? Ex p. 11. tract. 3. Misc. 3. Resol. 22.

§.1. Vppono cum Ioanne Vvigers *de iust. tract. 4. cap. 3. dub. 4. num. 9.* posse aliquando ex iustis rationibus alicui sine peccato dissuaderi Religionis ingressum, vel amplexum: eiusmodi autem causæ censentur à DD. esse in primis si ille bona fide credatur melius in sæculo militaturus Deo, quam in Religione illa, quam meditabatur, siue propter Religiosorum conuersationem minus ei accommodatam, siue propter corporis infirmitates, quia nec ipsi Religioni expedit infirmiores suscipere, propter quos oporteat monasticam disciplinam relaxare.

2. Secunda causa esse potest, si impedimentum habeat in respectu ad Religionem, quam cogitat, ad quod forsitan ipse non attendebat.

3. Tertia si parentes opera eius indigeant, de qua alibi plura sunt dicta.

4. Quarta si quis videat eum potius propter temporales commoditates Religionem cogitare, quam propter spiritualem profectum. Id enim debere alienum esse ab eo, qui Christum secundum consilia Euangelica sequi intendit, significat ipse Christus *Luca 4.* vbi adolescentem non admittit ad suum discipulatum.

5. Notat etiam circa hæc Malderus *loco supra citato*, quod sicuti permittit Deus mala, vt inde eliciat bona; ita & Diabolum subinde excitare homines ad Religionem, vt inde eueniant mala, quæ aliquando

aliquando probabiliter euentura sperat, & coniicit, vt quando ex respectu humano obseruat eos à se, vel ab aliis ad illam moueri: quare opus est bona discussione, discretione, & probatione, vtrum spiritus à Deo sit. Et sanè parentes sæpiùs grauiter peccant, dum proles sine discrimine, & examine protrudunt ad monasteria, vt se à sumptibus liberent, vel vt hæreditas inter pauciores diuidatur: sicuti, & illi Magistri reprehendendi sunt, qui inducunt, & quasi pertrahunt indifferenter quoslibet, quos apprehendunt Religioni futuros vtiles, siue propter ipsorum media temporalia, siue propter dotes naturæ, non satis attendentes vtrùm in persona eluceant signa, ex quibus prudenter possit iudicari, quòd à Deo ad eiusmodi statum ordinentur, ac vocentur, & hinc postmodùm lacrymæ, & tot incommoda.

Sup. hoc inf. in R. 173. §. Deinde. ad med. v. Quod verò.

6. Hoc supposito ad difficultatem propositam affirmatiuè respondet Nauarrus *in Man. cap.* 12. *n.* 44. & Doctores communiter. Sed non deseram hîc obseruare Fillincium, contrarium docere, nisi in raro casu; Vnde *tom.* 2. *tract.* 32. *cap.* 6. *num.* 171 sic ait; Dico secundo retrahens Nouitium, vel alium volentem ingredi, non ex iusta causa, sed ex vanis rationibus ob spem honorum, diuitiarum, voluptatum, difficilem vitam Religiosam. & molestias quas passurus esset, absque eo quod adhibeat vim, metum, vel fraudes, ad nihil tenetur Religioni, quia hæc nullum ius acquisiuit adhuc in eum; nec ipsi retracto, quia supponimus non decepisse fraudibus, &c. Sed tantùm profuisse rationes quidem mundanas, & vanas; ex quibus tamen voluntariè & liberè alter inductus est ad egressum, quare peccauit tantùm vt plurimùm venialiter; in aliquo casu, vt si insignis Religiosus sperabatur, etiam mortaliter. Ita ille, & post illum nouissimè P. D. Constantinus à Castro Mortariano *in Collect. Theologiæ moralis tractat.* 2. *cap.* 2. *artic.* 1. §. 4. Sed ego non recederem à sententia communi, quæ, vt diximus in tali casu peccatum mortale constituit, læditur enim charitas erga proximum in re graui.

7. Notandum est hîc obiter, quod qui vi, vel fraude Nouitium, vel alium impediuit à profitenda Religione, quamuis ex iustitia non teneatur se vel alium loco eius ponere, obligatur tamen ex iustitia Religioni compensare temporale damnum, si quod patiatur, & proinde restituere tantum quanti valebat spes commodi, quod ex eius donatione, vel industria fuisset exspectatum. Notandum tamen est, si Nouitius, vel professus putetur fraudem satis aduertisse, tunc alterum ex iustitia non videri obligatum de istis damnis, quia non poterit dici fraus propriè fuisse causa egressionis, nec ipsa egressio censeri potest eis inuoluntaria propter aliquam ignorantiam. Similiter quidam probabiliter existimant, seductorem non amplius ex iustitia teneri de sequentibus damnis, quando vim, vel fraudem amouit, & seductum sic restituit suæ libertati, intereà temporis, dum illi adhuc integrum est redire. Ita Less. *suprà cap.* 17. & alij quia tunc non videtur alter censendus causa, quod Monasterium priuetur spe commodi, sed potius ipsemet, qui ex plena libertate non vult redire; secus si tunc ei non sit integrum redire propter impedimenta interiecta per egressum, imò si occasione violentiæ, vel fraudis, factum sit, quòd mutauerit omninò animum, videbitur seductor dicendus causa damni, non obstante, quod vim, vel fraudem tempestiuè remouerit, secus si ex aliis causis animum mutauerit.

8. Sed difficultas mouetur circa Religiosum professum, quando quis eum sine vi, vel fraude ex monasterio seduxit; vtrùm hic ex iustitia teneatur Monasterio de huiusmodi temporalis cõmodi carentia; vt si Monasterio aliqui prouentus notabiles, aut eleemosinæ soleant obuenire ex eius functionibus, vt ratione concionum, aut professionis literarum, &c quæ occasione eius absentiæ siue egressionis cessant, quidam non improbabiliter id affirmant.

Sed pars negatiua magis communiter à Doctoribus tenetur, ita Sotus, Nauarra, Salonius, & Malderus, quos citat, & sequitur Vvigers, *vbi suprà.*

RESOL. CXLVI.

An Superiores Regulares nolentes admittere aliquem absque causa in Religionem, ad annum Nouitiatus, peccent mortaliter?

Et quid, si petens ingressum haberet votum ingrediendi Religionem eius Superioris, à quo petit admitti; an ille negans simpliciter ingressum peccet mortaliter, si nullam habeat legitimam causam negandi ingressum?

Et an peccent negantes suffragium Nouitio idoneo ad professionem? Ex part. 10. tract. 13. & Miscel. 3. Resol. 6.

§. 1. NEgatiuè respondet P. Bordonus *in Consil. Regul. tom.* 2. *resol.* 54. *n.* 138. vbi sic ait: Nullum videtur peccatum Superiori. vel cuilibet alij facultatem habenti Nouitios recipiendi ad Religionem illis simpliciter negare ingressum, quamuis aliàs possent illos recipere. Suadetur quia nulla lex suadet huiusmodi receptionem: ergo nolle quem recipere ad Religionem ex mero arbitrio nulla est transgressio, consequenter neque peccatum. Confirmatur: Tum quia impedire alicuius bonum nullum est peccatum, nisi impeditus ad illud habeat ius saltem ad rem, & ipse Nauarrus *cap.* 17. *num.* 97. hic autem, qui ingredi cupit nullum ius habet, ergo non dicit iniquè impediri. Tum quia quod dicit Christus, *Eum qui venit ad me non eiiciam foras*, explicatur de accessu per fidem, nullus enim ad fidem venire volens à Christo eiicitur foras. Alcuinus super dicta verba; vel secundùm Lyranum super eadem verba, eum qui venit ad me per vocationem non eiiciam foras, quia omnis prædestinatus tandem saluabitur. Quare quale est arbitrium volentis ingredi, talis potest esse voluntas superioris, consequenter sicut in optione est ingressus, & nolle ingredi ex parte petenti, ita & Superiori liberum est, recipere, & non recipere Nouitium. Neque obstant adducta in oppositum, in quibus adest malitia, non in casu nostro, in quo Superior ex potentia sui arbitrij, in quo stat pro ratione voluntas, simpliciter negat ingressum. Prætereà Superior non dicitur dissuadere à bono, sed simpliciter vti iure suo non recipiendi aliquem ad Religionem, cùm ad id nullam habeat obligationem; persona autem priuata nullum ius habet in ordine ad statum Religiosum, consequenter ex se simpliciter dicitur persuadere malum, & dissuadere bonum, Superior verò regularis dicitur simpliciter ex iure suo negare illi ingressum, & nequaquam persuadere malum, aut dissuadere illi bonum. Quid si petens ingressum haberet votum ingrediendi Religionem eius Superioris, à quo petit admitti? An negans simpliciter ingressum peccet mortaliter si nullam habeat legitimam causam negandi ingressum? Non peccat, quia per emissionem illius voti nulla obligatio inducta fuit in Superiore regulari: ergo sicut ante potest illi negare ingressum, neque inde sequitur peccatum aliquod in vouente, qui non potuit adimplere præceptum, cùm per eum non steterit modò habeat requisita ad ingressum, vt supponitur. Huc-vsque Bordonus. Et hanc sententiam singularem putauit quidam Theologus, sed malè: nam

nam illam tenet Cardinalis Lugo *de Iust. tom. 1. disp. 9. sect. 3. in Append. n. 54.* & alij, cum docto, & amicissimo P. Garcias, *in Polit. Regul. tom. 1. tract. 2. diffic. 4. dub. 2. n. 2.* quia ait ille. [Aunque es verdad que la caridad me obliga, à no disuadir, ni impedir à vno tanto bien, como es querer aspirar à la perfecion, però no me obliga esto à quedè mis bienes; ni que mis acciones, ò obras concurran positiuamente à que el se haga capaz y alcanze esto bien, porque la misericordia no obliga grauamente, sino quando el proximo està en grandissima necessidad, y la omission de entrar en Religion no es mal grauissimo; luego la obligacion de recebirle no puede caer debaxo de culpa mortal.] Ita ille, qui citat alios.

2. Sed affirmatiuæ sententiæ adhæret Castrus Palaus, *tom. 3. tract. 16. disp. 1. punct. 9. num. 15.* vbi sic ait: Quod si roges, an Superiores, quibus competit Nouitiorum receptio, peccent si renuant recipere quem habilem, & aptum Religioni inuenerint: Respondet optimè Suarez *to. 3. de Relig. lib. 5. c. 10. n. 28.* Peccare grauiter, si absque vlla rationabili causa moueantur. Tum quia Religioni officiunt, illius Nouitij obsequiis priuantes, & iurisdictione sibi data abutentes. Tum quia securam viam salutis procuranti sine causa præcludunt. At si causa subsit, clarum est nullum esse peccatum. Est autem sufficiens causa denegandi ingressum petenti, si alius aptior, imò æqualis reperiatur, vel speratur breui reperiendus, & Religio commoditatem temporalem non habeat vtrumque alendi. Ita Palaus. Verùm ego non audere damnare de peccato Mortali Superiores renuentes recipere ad Religionem aptum, & habilem; & ideò adhæreo magis negatiuæ opinioni; & est dispar ratio de hoc casu, & de negantibus suffragium Nouitio idoneo ad professionem, isti enim, vt alibi firmauimus, peccant mortaliter, vt me citato fusè probant Lugo, Bordonus & Garcias, *vbi suprà.*

Alibi in RR. quæ hic sunt infrà 173. & 174.

RESOL. CXLVII.

An Prælati Regulares omittentes informationes, quas præcipit Sixtus V. in receptione Nouitiorum, peccent mortaliter? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 82.

Sup. doctrina huius R. infr. in R. 149. §. Quæro quarto. in princ.

§. 1. AD hanc quæst. respondent Barthol. de Vecchis *in praxi nouit. disp. 6. dub. 1. n. 6.* vbi sic ait. Quo verò ad conditiones, quarum inquisitio præcipitur in constit. Sixti V. vel etiam illa tradita à Regula nostra, vt sc. examinetur de fide Catholica, &c. Dico maiorem difficultatem esse, an prætermissio inquisitionis eorum sit peccaminosa: nihilominus cœteo recipientem nullo peccati nexu illaqueari, omittendo eam circa omnes, vel vnam, aut alteram ex his conditionibus, quotiescumque, vel ex certa scientia, vel ex probabilibus indiciis, seu coniecturis pro certo habet, non esse necessariam respectu personæ, quæ in Religionem admitti postulat. Ita Vecchius.

RESOL. CXLVIII.

An Prælati recipientes Nouitios sine dicta informatione incurrant in pœnas Bullæ Sixti V. si Nouitius careat illis defectibus? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 83.

Sup. hoc in R seq. signāter in §. Quæro quarto. ad med. & in to. 6. tr. 1 R. 69. §. Item decretum. circa fin. ad med.

§. 1. REspondeo negatiuè & ita ex Rodriq. *in qq. Reg. to. 3. q. 54. art. 4.* docet Laur. Portel. *in dub. Reg. ver. Nouitij informationes, n. 6.* vbi sic ait. Consolatorium valdè est, quod doctè notauit Rodriq. ex verbis Bullæ Sixti V. videlicet quod Prælati omittētes informationes non incurrunt pœnas Bullæ, nisi à parte rei Nouitius sic receptus absque informationibus fuerit aliàs criminosus, & ligatus aliquo impedimento ex ibi notatis: si enim careat omni impedimento, non incurrit pœnas, quia textus ligat solùm recipientes criminosos. Ita ille, & post illum nouissimè tenet etiam Barthol. de Vecchis *in praxi Nouit. disp. 7. dub. 5. n.* & ita ego olim liberaui à magnis angustiis quendam Superiorem Regularium, contra quem sui [illegible] subditi insurgebant propter receptionem cuiusdam Nouitij, non præcedente informatione de vita, & moribus secundum Bullam Sixti V.

RESOL. CXLIX.

Elucidantur aliqua circa informationes sumendas quoad Nouitios virtute Bullarum Sixti V. & Clem. VIII. Vbi diuersi casus etiam pro Nouitiis Laicis, seu Conuersis, puellis Nouitiis, & Equitibus Ierosolymitanis aliā Religionem volentibus ingredi in textu huius Resol. adducuntur. Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 54.

§. 1. SVppono quod Xystus V. in sua Constitutione edita 1587. inhabiles non solùm ad professionem, sed etiam ad habitûs susceptionem constituit illegitimos, criminosos, & ingenti ære alieno grauatos, & ratiociniis reddendis obstrictos, quæ constitutio, quoad inhabilitatem, seu nullitatem habitûs & professionis, Clem. *VIII.* reuocauit. Quoad pœnas autem tam ingredientibus, quam recipientibus ibidem positas, & quoad ingressum, in sua vi, & firmitate reliquit. Greg. verò XIV. prorsus sustulit quod de illegitimis Xystus dispofuerat. & ad Ius commune reduxit. Solùm ibi cauet, ne illegitimus in Religionem recipiatur, in qua P. eius superstes sit. Exclusit igitur Xystus V. à Religione criminosos non quoscunque, sed qui furta, latrocinia, rapinas, homicidia, aliave facinora patrarunt, timentésque ob ea puniendos esse; & vt punitionē effugiant ad Religionem confugiunt. Debent ergo delicta esse publica, non occulta: nam ob occulta delicta punitio non timetur; & non vtcumque publica debent esse, sed de quibus specialis inquisitio facta est, neque reus absolutus est, vel punitus: nam stante absolutione, delictum manet occultum; stante punitione finis Constitutionis est satisfactum; & consequenter poterit Religionem ingredi, Suarez *to. 1 de Relig. lib. 5. c. 7. à n. 15.* Deinde exclusit Religione ingenti ære alieno grauatos, qui culpâ suâ in impotentiam satisfaciendi deuenerunt, si tamen spem habent aliquando satisfaciendi; constat ex illis verbis: Multi Doctores post dilapidatam rem familiarem. Quare si absque sua culpa supra vires debitis grauati sint, esto breui tempore expectato satisfacere possint; non comprehenduntur in hac constitutione, tametsi iure naturæ à Religione impediantur. Tandem exclusit obnoxios ratiociniis reddendis, siue publicis, siue priuatis: illos tamen, quibus ex huiusmodi causa. vel molestia eis iam illata est, vel timendum sit ne inferatur. Nam si absque lite, vllóve grauamine aut districtione creditur rationes reddi posse, optimè possunt Religionem ingredi. Sed hæc non debent facilè præsumi.

2. His suppositis cum Castro Palao *tom. 3. tract. 16. disput. 1. §. 4. num. 10. & aliis*, vbi infrà, quia ista materia est satis practicabilis, & quotidiana; ideò quæro primò, An prædictæ informationes sumendæ sint de Nouitiis Laicis, seu Conuersis? Et negatiuè respondet Bordonus *in consil. Regul. tom. 2. resol. 54. nu. 82.* vbi sic ait: Constitutio Xysti V. videtur solùm loqui de volentibus ingredi, vt Clericis; vt colligitur ex initio Bullæ. Cùm de omnibus Ecclesiasticis ordinibus in ea, quæ conuenit puritate, &

& dignitate conseruandis: sed Conuersi non sunt de ordine, neque dignitate Ecclesiastica: ergo excluduntur. Confirmatur ex altera illius Bulla incip. Ad Rom. apud Quaranta, v. Monasteria, & Conuentus, ibi: In oblatis autem, & conuersis confessionem emittentibus satis erit, si quoad mores ad statum personarum, ipsa inquisitio fiat. Non est ergo illa inquisitio rigorosa de illis facienda. *Et in Instit. de educat. Nouit.* Clem *VIII.* dicitur. Ipsi auté conuersi non recipiantur ante 20. ætatis suæ annum, & non saltem præcipua doctrinæ Christianæ capita nouerint. Et non replicantur perquisitores, de quibus pauló antè dixerat respectu Clericorum. Et de eorum Nouitiatu dicitur ibidem, §. *cum autem.* Conuersis ipsis à Clericorum nouitiatu separatus ad dormiendum, locus, quantum commodè fieri poterit, assignari præcipitur. Illi tamen, hac separatione non obstante Magistro nouitiorum, seu Superioribus monasteriorum subditi esse, & obedientiam præstare debebunt. De illorum professione dicitur §. Tempore. Quò verò ad Conuersos, si vigesimum primum excesserint, ad professionem admittantur. Sed qui ad habitum Conuersorum recepti fuerint, ad Clericorum statum transire, etiam durante tempore probationis, non possint. Et infra §. Conuersus verò literarum ignarus professus in eorumdem testium, qui se subscripserint præsentia propria manu signum Crucis apponat. Hucusque Bordonus. Sed in mea Religione obseruatur, quod informationes etiam pro Nouitiis Laicis recipiantur Et quidem eadem ratio quoad finem Bullarum Xysti V. & Clem. VIII. videtur in illis militare, ac in Nouitiis Clericis; & cùm dictæ constitutiones sint latæ fauore Religionis, videntur potiùs extendendæ, quàm restringendæ, licet Rodriquez contrarium sentiat.

3. Quæro secundò, An dictæ informationes sint recipiendæ pro Equitibus Hierosolymitanis, si in Religionem Claustralem ingredi volunt? videtur negatiuè respondendum: nam minimè recipiuntur dictæ informationes, quando quis ex vna Religione ad aliam transit, vt patet ex praxi: ergo neque recipiendæ erunt quando Eques Hierosolymitanus vult ingredi aliquam Religionem; cùm Religio Hierosolymitana sit verè & propriè Religio; vt aliæ Religiones; sicut me citato obseruat Bordonus vbi suprà, *numer.* 16. ita vt per eius ingressum dissoluatur matrimonium ratum, & non consummatum. His tamen non obstantibus, Bordonus loco citato, & Bartholomæus de Vecchis in Praxi *de Recip. Nouit. disputatione 6. dubio 6. numero* 1. *&* 2. sic ait: Cùm Xysti V. constitutio expressè tantùm loquatur de commorantibus in sæculo, Religiosi à tali onere immunes sunt. Quod intelligendum est de omnibus Regularibus, etiam Procuratoris, vel Camarlengatus officio, aliòve huiusmodi functi sint in Religione, à qua discedunt. Excipiuntur professi in Religionibus militaribus, & multò magis Clerici, Presbyteri, & quicumque Ecclesiastici in sæculo commorantes; quia præfata Xysti V. Bulla omnes comprehendit, qui è sæculo ad Regularem statum transeunt. Ita ille.

Sup. hoc sup. in R. 99. §. 2. ad med. v. verè. & in aliis multis eius not. & pro dissolutione matrimonij rati contenta ad med. huius §. ibi in §. Quinto. propè fin. v. Nã per. & in aliis eius not.

4. Quæro tertiò, An dictæ informationes sumendæ sint ante ingressum Religionis, vel sufficiat sumere ante emissam Professionem? Respondet Bordonus *numer.* 125. posse sumi in ipso anno probationis. Sed errant valdè aliqui Superiores Religionum nihil aliud faciendo ante ingressum Nouitij, & ideò sciendum est, quòd vigore constitutionis Xysti V. necesse erat haberi has informationes antequam reciperetur Nouitius. Sed quia hoc in maximum animarum præiudicium, & damnum vertebatur, vt experientia docuit, eò quod in præfatis attestationibus procurandis iuuenes suum Religionis desiderium quibusdam propalare cogebantur; ex quo parentum posteà vel aliorum suasionibus, aut blanditiis, aliisvè modis tepefacti, vel à proposito deterrebantur, vel in longum saltem protrahebantur. Hinc Gregorius XIV. quadam constitutione, quæ incipit: Circumspecta Romani Pontificis prouidentia: quam refert Rodriquez *tom.* 3. *quæst.* 10. *art.* 1. concessit omnibus Religionibus perpetuas filiationes habentibus, probationis habitum impertiri posse summaria informatione habita circa coditiones per constitutionem Xysti V. statutas: quæ quidem semiplena dicitur, si teste vnico constat, cum reseruatione tamen plenæ, vel plenariæ informationis iuxta mentem Xysti V. ante Professionis terminum sumendæ. At quia hæc concessio facta fuit Religionibus filiationes perpetuas habentibus, vt sunt monasteria Monachorum; non extenditur ad eas, quæ iis filiationibus non gaudent, vt benè notant Rodriquez modò citatus, & Miranda in Manual. Prælat. *to.* 1. *q.* 21. *art.* 1 Deinde Clem *VIII.* quadam Bulla, quæ incipit: In his quæ ad Religionum propagationem spectant, quam refert idem Rodriquez, concessit Religiosis Conuentus S. Stephani Salmanticensis Ordinis Prædicatorum, vt admittere possint ad probationis habitum, solo iuramento præstito ab ipsis Nouitiis, se ab omnibus in Bulla Xysti V. contentis solutos esse; dummodò ante Professionem plenam informationem iuxta eiusdem Xysti V. constitutionem capiant Qua concessione nos, & omnes priuilegiorum communicationem participantes vti possumus, vt citati DD. fusè probant. His prænotatis sit conclusio. Necessariũ est omninò priusquam alicui probationis habitus cócedatur, vel haberi memoratas informationes authenticas, vel ab ipsomet ingressuro desumi iuramentum secundùm formam; & posteà ante professionem prçfatas informationes absolutas procurari. Excipiuntur puellæ, quæ habitu monialium induuntur; & pueri, qui 16. suæ ætatis annum nondum expleuerunt; in quorum receptione præfatæ informationes non sunt necessariæ, nec etiam iuramentum. Et hæc omnia docet de Vecchis vbi suprà *dub.* 4. *per totum*; *cui adde Portel. in dub. Reg. v. Nouitij informationes, n.* 1. & Peyrinum *de Relig. Prel. q.* 3. *c.* 1. §. 1. *n.* 31. qui citat Rodriquez, & Mirandam. Et ideo non deseram hîc ponere verba P. Pellizzarij *in Manual. Prælat. tom.* 1. *tr.* 2. *c.* 3. *n.* 24. vbi sic ait: vel receptio fit in terminis Constitutionis Xysti V. & sic informationes fieri debent antequàm nouitius recipiatur; id enim expressè statuitur in citata constitutione ipsius Xysti §. 4. iis verbis: Statuimus, & ordinamus, Iuuenes, aut viros adultos maiores 16. annis, non aliter in aliquam Religionem recipi posse, nisi, &c. vel receptio fit in terminis Bullæ Clem. *VIII.* & sic sufficit d. informationes sumi antequam nouitius recipiatur ad Professionem; cum hoc tamen, vt ij, quorum interest recipere Nouitios, non recipiant quemquam ad habitum, nisi ille priùs iuret se esse liberum ab omnibus illis impedimentis, quæ Constitutioni Xysti referuntur: vnde & ait, ea omnia debent in specie proponi nouitio recipiendo. Vbi notat Portel, *n.* 2. quod si Prælatus Regularis non exhibeat nouitio recipiendo tale iuramentum, incurrit pœnas *q.* 9. explicatas, peccatque mortaliter, vtpotè violans Bullam Clem. suprà cit. quæ loco informationum ex constitutione Xysti V. præmittendarum ad nouitiorum receptionem, requirit exhibitionem præfati iuramenti; ac proinde non potest omitti sine culpa graui; quanquam exhibitio talis iuramenti non spectet ad Prouincialem, sed ad Superiorem localem, cùm de hoc non de illo loquatur Bulla Clementis. Huc-vsque Pellizzarius. Videant ergo Superiores locales, quid faciunt: nam si nolunt sumere informa

Sup. his magis latè infr. in §. Quæro sexto. huius Ref.

formationes ante ingressum iuxta Bullam Xysti V. tenentur obseruare sub peccato mortali id, quod statuit Clemens VIII. in suo decreto, eo pacto, vt explicat Portel vbi suprà, & alij.

Sup. hoc præter doctrinā R. not. seq. lege sup. R. 147.

5. Quærò quartò, an si Nouitius sit cognitus, indigeat supradictis informationibus? Respondeo negatiuè cum Bordono, *n.* 87. de Vecchis *dub.* 1. *num.* 6. *& aliis*; notorium enim non eget probatione, quod me citato procedere etiam quoad forum externum putat Lezzana in Summa *tom.* 4. *ver. Nouitius num.* 24. Imò si Nouitius non sit notus, & recipiatur absque informationibus, si à parte rei qualitates necessarias habeat, Superiores non incurrunt in pœnas latas in supradictis Bullis. Quod intellige in foro conscientiæ, non autem in foro fori. Ita docet me citato Pater Pellizzarius *in manual. Prælat. tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 3. *num.* 4. & me etiam citato P. Tamburinus de Iure Abbatum, *tom.* 3. *disp.* 6. *q.* 5. *n.* 3. vbi sic ait: Quoad secundam partem quæsiti, scilicet, an incurrant pœnas contentas in supradicta constitutione Xysti V. Respondeo cum Rodriquez *tom.* 3. *qq. Regul. q.* 54. *art.*... & Laurentio Portel *in dub. Regul. verb. Nouitij informationes, n.* 6. & Antonio Diana *in suis Resolut. moral. tract.* 2. *resol.* 83. quod Prælati omittentes prædictas Informationes, non incurrunt pœnas Bullæ Xysti V. nisi à parte rei Nouitius, siue receptus absque informationibus; fuerit aliàs criminosus, & ligatus aliquo impedimento ex contentis in prædicta constitutione Xysti V. Quod si omni careat impedimento, non incurrit pœnas, quia textus ligat solùm recipientes criminosos. Idem affirmat Barthol. de Vecchis in prædicta Praxi Nouitior. *dub.* 5. *n.* 3. Vnde P. Diana loco citato fatetur, se liberasse à magnis angustiis quemdam Superiorem Regularem, contra quem FF. subditi insurgebant propter receptionem cuiusdam Nouitij, non præcedente informatione, de vita, & moribus secundùm Bullam Xysti V. Ita ille. Cui adde, me etiam citato, Bordonum, *n.* 16.

Quæ hîc est R. anteced. & in alio §. eius annot.

6. Quærò quintò. Quid faciendum circa præfatas informationes, cum his, qui è Prouinciis remotissimis petunt ingredi Religionem. Resp. cum de Vecchis vbi suprà *dub.* 5. *per tot.* quòd quotiescunque informationes haberi non possunt ab his qui ex remotissimis partibus venerint, vel habent patriam ab Hereticis, aut infidelibus miserè oppressam, idem Xistus V. per aliam constitutionem, quæ incipit; Ad Rom. spectat Pontificem: concessit facultatem concedendi iis Religionis ingressum, & etiam admittendi ad professionem absque præfatis informationibus, dummodò adhibita conuenienti diligentia nihil in contrarium compertū fuerit. Iudicio verò Superioris relinquitur quando verè è longinquis, & remotissimis partibus esse dicantur. Rodriq. tamen *to.* 3. *q.* 10. *art.* 13. existimat eam dici remotissimam regionem ad quam intra annum probationis difficulter recurri, & informatio inde extrahi potest. Tunc verò censeo in hoc casu adhiberi conuenientem diligentiam, quam requirit præfata constitutio; quando ingressurus Religionem, vel iureiurando affirmat se nullo impedimento Bullæ Xysti V. obstrictum esse; vel saltem ij, cum quibus versatus est in loco seu regione, vbi recipiendus est, fidem faciunt quò ad totum illud tempus, se nesciri in tali persona aliquod ex dictis impedimentis reperiri. Et hæc omnia docet etiam Lezana *n.* 24. Tamburinus, *q.* 5. *n.* 6. Pellizzarius *n.* 3. & Portel *n.* 7.

Sup. hoc sup. in §. Quarto tertio. huius R. post med. v. excipiūtur.

7. Quærò sextò. An dictæ informationes sumendæ sint, etiamsi Nouitius non sit maior 16. annorum? Ad hoc dubium respondet P. Lezana *in summa tom.* 4. *verb. Nouitius, n.* 21. vbi loquendo de dictis informationibus, sic ait: Quartò nec esse necessarias pro receptione iuuenum, qui sunt maiores 16. annis; communiter tenent DD. eò quod Pontifex in d. constitutione. Cùm de omnibus id exprimat illis verbis; maiores 16. annis. Suarez *tom.* 3. *de Relig. lib.* 5. *c.* 10. *n.* 11. Rodriquez *to.* 3. *qq. Regul. q.* 10. *art.* 13. Miranda *tom.* 1. *Manual. q.* 21. *art.* 1. *concl.* 3. *& alij.* Cæterùm licet id verum sit ex vi constitutionis Xysti; nihilominus stando in Decretis Clem. *VIII.* approbatis à S. Congreg. sub Sanctissimo D. N. Vrbano, fieri etiam debent de iis, qui dictum 16. annum non excedunt. Quod col'igitur ex verbis illis ibi adductis, præcipuè eorum, qui decimum sextum ætatis suæ annum excedunt, an criminosi, &c. vbi particula illa, præcipuè, exprimit casum minus dubium. Barbosa *de dictis dict.* 210. *n.* 1. *& dict.* 168. *num.* 1. Rodriquez *tom.* 1. *qq. Regular. q.* 100. *artic.* 2. *vers. circa quam*, Menochius *de arbitr. lib.* 2. *casu* 416. *num.* 19. Peirinis *tom.* 2. *de Prælat. quæst.* 3. *cap.* 1. *num.* 10. Cùm autem dicta Decreta solùm sint pro Nouitiatibus in Italia, & insulis adiacentibus à Sede Apostolica approbatis, ideò in aliis locis standum erit constitutioni Xystinę. Huc vsque Lezana.

8. Et tandem nota dictum Pellizzarium *n.* 5. docere ex priuilegio concesso à Greg. XIV. Societ. Iesu Superiores eximi ab obligatione sumendi dictas informationes, prout in Bulla Xysti V. & subdit hoc priuilegio gaudere per excommunicationem alias Religiones: sed hoc vltimum non video obseruari.

RESOL. CL.

An Religiosi, qui secundùm Decreta Clem. VIII. Nouitiatum non fecerunt in locis designatis, possint stante Bulla Vrbani VIII. edita in die 2. Aprilis 1631. coram Ordinariis locorum professionum nullitatem petere, non seruatis tamen seruandis, & præsertim dispositionibus Conc. Trid. Ex part. 5. tract. 14. & Misc. 2. Resol. 16.

§. 1. ALiqui constanter putant professiones dictorum Religiosorum non esse inualidas, quia supradicta decreta Clementis *VIII.* non fuerunt à Regularibus vsu recepta, vt probat, & testatur Sigismundus à Bononia *in tract. de elect. part.* 2. *cap.* 1. *dub.* 56. *num.* 3. vnde Laurentius de Peirinis *in priuil. Minim. to*[illegible]*. cap.* 12. *const.* 7. *aliàs* 17. Vrbani *VIII. in schol. num*[illegible]. 1. docet, quòd si loca Nouitiatuum fuerint continuata à tempore Clementis *VIII.* vel Pauli V. etiamsi per incuriam Fratrum deputationes ipsæ authenticæ non reperirentur, poterit in his habere locum præscriptio. Putat igitur quòd constitutio Vrbani *VIII.* edita vt suprà die 2. Aprilis 1631. incip. *Religiosos viros*, &c. intendit solùm concedere fauorem Religiosis valentibus in Religione permanere, ita vt eorum Prælati non possint eos molestare, nec eiicere. Et licet Pontifex dicat talem professionem esse nullam, intelligit Peyrinus talem nullitatem non ex parte professi, sed ex parte Religionis; sed quicquid sit de hoc, remitto me ad stylum Curiæ Romanæ, & ad ipsummet Pontificem viuentem, qui viuat Nestorios annos. Assero tamen supradictas professiones Regularium malè ab Episcopis, vel aliis iudicibus vsque adhuc declaratas esse inualidas non seruatis seruandis, & præsertim dispositionibus sacri Concilij Tridentini quoad nullitatem professionum; quod apertè patet ex epistola Eminentissimi Cardinalis S. Onuphrij tenoris sequent. à tergo. [All'ilustre, & multo Reuerendo Monsignor come fratello. Questi Eminentissimi miei signori vengono raguagliati, che con l'occasione d'ella Bolla, nella quale la Santità di N. S. ha dato facolta à Religiosi di conualidare le loro professioni, che si poteuano pretendere nulle, per causa di non

Quoad hoc lege doctrinam R. not. seq.

hauer

hauer fatto l'anno d'ella probatione, e la medesima professione in luoghi designati à reciuer Nouitij; alcuni di essi Regolari, che stanno di famiglia ne Conuenti ò Monasterij dicoesta città e Diocese, in vece di conualidar le professioni sudette, fanno instanza auanti V.S. ò del suo Vicario, affinch' interponginodecreto,e diano loro licenza di lasciar l'habito, e ritornare al secolo in habito clericale, sotto pretesto come si suppone ch' in detta Bolla almeno tacitamente si dia à gli Ordinarij tal facoltà. E perche cioè del tutto alieno d'alla mente d'ella Santità sua, ne tali dichiarationi di nullità di professione si possono fare, se non seruatis seruandis conforme alla dispositione de sacri Canoni, Constitutioni, e Decreti Apostolici, e patticolarmente del sacro Concilio di Trento. Però l'eminenze loro mi hanno ordinato discriuerle, che si astenga dall'interporre li decreti, e dare le licenze sudette in vigore di detta Bolla, & ordini al suo Vicario, che non le dià al alcuno, & hauendole dati, procuri che quanto prima ritornino ne claustri con l'habito loro regolare, e presterà in ciò ogn'aiuto a li loro Superiori, affinche se li fauino ritornare. Dio la preserui. Di Roma al primero di Iulio 1633. di V.S. como fratello il Card. S. Onofrio.]

† Locus sigilli. ANTONIVS TORNIELLVS.

Et hanc epistolam inuenies expressam apud Peyrinum *vbi suprà numero* 3. Vndè ex his patet optimè aliquos Iurisconsultos his diebus, dum quidam Religiosus intendebat suam annullare professionem stante decreto supradicto Clementis VIII. & Bulla Vrbani VIII. dixisse non esse audiendum, nisi peteret à Summo Pontifice restitutionem quinquennij, de quo loquitur Concilium Tridentinum *sessione* 25. *capite* 19. *de Regularibus*, & pro firmanda eorum sententia adducebant doctrinam à me traditam *in tertia parte, tractatu secundo, resolutione* 62. quam omninò vide.

Quæ hîc est infrà R. 181. in fin. & lege etiam doctrinam aliarum R. eius primæ annot.

RESOL. CLI.

An Nouitiatus factus partim in vno Conuentu, & partim in alio eiusdem Ordinis sit validus?

Et an in tali casu Nouitius indigeat ad profitendum consensu vtriusque Monasterij? Ex p. 9. tractat. 7. & Misc. 2. Ref. 44.

§. 1. ESse inualidum docet Franciscus Sylvius, inclytus Theologiæ Professor Duaci: sic enim asserit *in suis var. resolut. part.* 2. *verb. Nouitius*, 2. [An Religiosus Sancti Bernardi, qui annum Nouitiatus incipit in vno Monasterio, possit illum annum continuare, & complere in alio Monasterio eiusdem Ordinis, maximè cùm de vno in aliud se transtulerit, absque interuallo temporis, præterquàm vnius diei ad iter conficiendum necessarium? Respondetur, non posse: quia, iuxta Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 15. *de Regul.* annus Nouitiatus debet esse integer, & iuxta communem, ac receptam sententiam, de qua cum multis Barbosa *allegat.* 10. *numer.* 23. continuus; non potest autem censeri integer, & continuus quando per egressum ad aliud Monasterium (tametsi eiusdem Ordinis) fuit interruptus: quoniam annus ille debet compleri intra claustra Monasterij, nisi fortè de Superiotis licentia ad aliquod tempus egrederetur Nouitius, manens interim semper sub eius obedientia; quemadmodum videri potest apud Barbos. *n.* 26. *&* 28. Confirmatur: tempus probationis præscriptum est, non solùm in fauorem Nouitij vt experiri possit asperitates Monasterij, sed etiam in fauorem ipsius Monasterij, vt mores Nouitij possit experiri, c. *ad Apost. de Reg.* ad talem verò vtrinque experientiam, oportet, Nouitium in eodem Monasterio, vel saltem sub eiusdem Monasterij obedientia, viuere toto tempore Nouitiatus; ac per consequens non potest partem istius temporis degere sub vnius Monasterij obedientia, & partem sub alterius.] Ita Sylvius, qui pro sua sententia adducit aliqua loca Nauarri.

2. Sed prorsus affirmatiuę sententię adhærendum esse puto cum Bordono *to.* 1. *resol.* 54. *n.* 5. Pellizzario *in Manual. Reg. to.* 1. *tr.* 3. *c.* 1. *n.* 21. & aliis communiter: nam est falsum, quòd in nostro casu interrumpatur annus Nouitiatus, cùm solùm mutentur loca Nouitiatus, manente in eodem Nouitiatu: tum quia Nouitiatus ordinatur ad probandum Nouitium; at æquè benè is probari potest in diuersis locis, imò fortè meliùs, cùm in pluribus Monasteriis plura possit experiri, quàm in vno tantùm: quòd si Nauarr. *consil.* 27. *de Regul.* sustinet fuisse nullam Professionem eius qui professus est præmisso Nouitiatu per decem menses in vno loco, & per reliquos in alio, loquitur de transeunte sine Superiorum licentia, ideóque oppositum assereret in casu nostro. Non est igitur recedendum à nostra sententia, ex qua patet responsio ad argumentum Sylvij & ad Nauarri authoritatem, quam in sui fauorem adducit.

3. An autem in tali casu Nouitius indigeat ad profitendum consensu vtriusque Monasterij, vide citatos Authores, asserentes non requiri, si saltem æqualiter mansit in vtroque loco: secus autem si in posteriori mãserit tantùm per tres, aut quatuor menses: tunc enim requiritur consensus etiam prioris Monasterij, cùm in posteriori non ita sufficienter videtur probatus. Et ita ego etiam sentio.

RESOL. CLII.

Quis ingressus in Religionem existit quatuor menses in Nouitiatu vt laicus, postea transiuit in statum Clericalem, & perficit annum Nouitiatus, quæritur, an eius professio fuerit valida?

Et quid è-contra? Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 12.

§. 1. VIdetur respondendum negatiuè ex defectu anni Nouitiatus continuitatem status laïcalis differt à statu clericali: ergo Nouitiatus factus in vno, non potest deseruire pro alio: vnde annus Nouitiatus iterandus est, quando aliquis Conuersorum ad statum Clericalem transfertur. Et ita asserunt fuisse declaratum à Sacra congregatione anno 1618. Sup. hoc lege inf. doctrinam R. 188 signãtet, §. Sed.

2. Probatur etiam ex Decreto Clementis VIII. *in Institut. super recept. & educat. Nouit.* §. *Tempore.* in quo sic habetur: *Sed qui ad Conuersorum Habitum recepti fuerint, ad clericalem statum transire etiam durante tempore probationis, non possint* Et verbum, *non posse*, formam inducere, & impertare, tradit Sanchez *de matrim. lib.* 6. *disput.* 16. *num.* 20. asserens quòd *verbum*, Potest, *præposita negatione tollit potentiam, & reddit actum nullum.* Quod etiam docet Rebellius *de oblig. instit. part.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 6. *num.* 42. & Gomez *in cap. vt animarum*, § *statuti. num.* 14. *de constit. in* 6. & alij.

Sup. hoc verb. Non posse. in fin. huius R. & latissimè in to. 6. tr. 1. R. 30. & in to. 1. tr. 5. ex lata doctrina R. 1 40. §. Sed hic ad med. & § Verum. in fin. & ibi in tr. 6. in R. 70. lege eius latã doctrinam, & hîc infrà vide R. 159.

3. Sed de hoc casu interrogatus, ego affirmatiuæ sententiæ adhæsi: quia Concilium non requirit aliud ad validitatem Professionis, nisi annum Nouitiatus continuum sub cura Prælatorum, sed dictus Nouitius per annum continuum existit in Nouitiatu sub obedientia Prælati, & austeritates Religionis expertus est, non solùm in statu Clericali, sed etiam Laïcali: ergo. Et ita hanc senten-

tiam in terminis docet Tamburinus *de iure Abbatum, tom.3.disp....quæst.17.n.8.* vbi sic ait: [Si quæras, an Nouitiatus sit interruptus, quando aliquis Oblatus, vel Conuersus ad statum Clericorum transfertur, & consequenter sit iterandus. Respondeo, quòd non est iterandus: quia sufficit, vt per vnum annum maneat sub obedientia Prælati, & tunc probationis annum legitimè impleuit, maximè cùm Nouitius non teneatur omnes asperitates Regulæ experiri in specie, sed satis est, si probet in genere perseuerando sub dicta obedientia Prælati per annum.] Ita ille: & post illum amicissimus, & doctus Pater Lezana *in Summa qq. Regul. tom.4. verb. Professio Regularis, num.10.* sic asserens: [Pro casu tamen, qui sæpiùs inter Regulares contingere solet, scilicet, quòd cùm aliquis Nouitius Nouitiatum in totum, vel in partem iuxta morem Conuersorum peregerit, posteà verò in Professione ad Clericatum admittatur, vel aliquando etiam è contra; notandum est, valdè probabile esse, talem Professionem esse validam, & illum Nouitiatum sufficientem fuisse pro tali Professione facienda. Quia ad Probationis annum legitimè implendum, satis est, quòd Nouitius vno integro anno sub obedientia Prælati existat.] Ita Lezana in editione Veneta in folio impressa; nam in aliis hæc non inueniuntur. Hanc etiam sententiam tenet Sanctorius *in Constit. Fratrum Minorum, c.2. stat.24.* & illam supponit Portel *in dubiis Regul. tom.1. part.2. cas.8.* loquens de Nouitio, qui annum Nouitiatus in statu laïcali peregit, & posteà inuitus emisit Professionem in statu clericali. Et post hæc scripta inueni nostram sententiam firmari etiam à Bordono *in consil. regul. tom. 2. Resol. 44. num. 230.*

Sup. hoc è contra in fine §. seq. & in alia Ref. eius annot.

4. Restat modò respondere ad argumenta in contrarium adducta; & ad declarationem Sacræ Congregationis adductam respondet Peirinus *tom.2. de Prelato, q.1. cap.1. §.5. num. 148.* vel non esse veram, vel non esse vsu receptam: & ideò docet, quòd quando aliquis Clericus transfertur ad statum laïcalem, non eget nouo Nouitiatu. Et ita etiam docet Pellizzarius *in Man. Regular. tom.1. tract.2. c.1. n.30.*

Supr. hoc, quod hîc docetur supra cursim inter medium & finem §. præteriti, & magis latè infra in Ref. 178.

5. Ad secundum argumentum, scilicet, ad Decretum Clem. VIII. adductum, respondet Sanctorius *vbi suprà*, & Bordonus *tom. 1. resol. 29. n. 95.* quòd in dictis verbis Decreti nihil agitur de valore Professionis; sed tantùm dicitur, non posse Conuersum in anno probationis, neque post Professionem, transire ad statum clericalem. Vnde nota, quòd aliud est transire, quod respicit agere propria authoritate; aliud transferri, quod indicat actum alterius potentis transferre: itaque per illud statutum non aufertur potestas Superiori; sed subdito negatur transitus propria voluntate ad altiorem statum, ad quem nemo debet accedere, nisi priùs vocetur. Itaque in his verbis Pontifex factum prohibet, non irritat. Et ita etiam, præter Sanctorium, & Bordonum, docet nouissimè Pellizzarius *vbi suprà tract.3. cap.3. num.33.* Nec doctrina Sanchez de verbo, *non potest*, adducta in contrarium, est semper vera, vt nominatim contra illum probat Quintanaduenas *in Theolog. moral. tom. 1. tract. 2. singul. 7. num. 4.*

Suprà hoc Verb. *non potest*, supra ad medium §.1. huius Ref. & in aliis eius annot.

RESOL. CLIII.

An egressio Nouitij è Monasterio cum licentia tamen Superioris interrumpat annum Nouitiatus?

Et quid? si licentia sit illicite data?

Et in dicto casu, an possit extra Monasterium demorari non solum per vnum, vel duos menses, sed etiam per maiorem partem anni?

Et an interrumpatur annus Nouitiatus, si Nouitius retento habitu perterritus seueritatis Superioris, seu Magistri è Monasterio abditè exeat, causa se celandi, dummodo animum habeat redeundi?

Et quid, si retento habitu indebitè, & sine licentia exeat è Clausura, dummodo ad Monasterium redire intendat? Ex p.3. tr.2. res. 84.

§.1. VT, v.g. si ob malam valetudinem Nouitius in domo sæcularium se transferat, vel ad videndos parentes, vel recreationis causa, &c. Negatiuè respondendum est cum Graffio *part. 1. lib.3. c.5. n.18.* Zanardo *in direct. Theol. part.2. c.6.* Gratiano *in discep. n.1. c.166. n.14.* & aliis communiter, quod etiam verum esse puto, licèt illicitè, & sine rationabili causa concessa fuisset à Superiore Nouitio licentia manendi extra Monasterium. Nam in tali casu licèt Superior illicitè præstans licentiam peccet, ex hoc tamen non sequitur quòd annus Nouitiatus interrumpatur, & ita docet contra Nauarrum Suarez *de Relig. tom.3. lib.5. c.14. n.13.*

Sup. hoc in Ref. seq. & lege etiam doctrinam aliarum Ref. eius annot.

2. Nota etiam contra Emanuelem Rodriguez, quem nouissimè sequitur Hieronymus Rodriquez *in compen. qq. Regul. res. 101. n.44.* Nouitium extra Monasterium de licentia Superioris posse demorari, causa, v.g. morbi curandi, non solùm per vnum, vel duos menses, sed etiam per maiorem partem anni, & ita docet contra Rodriquez Pater Sanchez *in summ. tom. 2. lib.5. cap.4. num.28.* & citat Nauarrum *lib.3. consil.42. in prima edit. tit. de Regul.* & Azorium *tom. 1. lib. 12. cap. 2. quæst. 8.* loquentes de Nouitio, qui decem menses, & semi-mensem extra Religionem demoratus est, & residuum tantùm in illa permansit. Imò Azorius loquitur de Nouitio, qui toto probationis anno extra Conuentum apud sæcularem demoratus est, cum licentia tamen Superioris.

3. Nota etiam hîc obiter, quòd non interrumpitur annus Nouitiatus, si Nouitius retento habitu perterritus seueritate, vel iracundia Superioris, seu Magistri, è Monasterio abditè exeat causa se celandi, dummodo animum habeat redeundi, & ita docet Galuanus *consil. 12. num.8.* Et idem dicendum est, si Nouitius retento habitu exeat indebitè & sine licentia e Clausura, dummodo ad Monasterium redire intendat, & ita tenet Suarez *vbi suprà de Relig. tom.3. lib.5. cap.14.* & alij.

RESOL. CLIV.

An Nouitius, qui ex licentia sui Superioris per aliquos dies in domo paterna moratus est, dicatur interrumpisse annum sui Nouitiatus, ita vt professio postea facta sit nulla? Ex p.7. tr.11. & Misc.2. Res.38.

§.1. AFfirmatiuè respondet Ioannes Antonius Nouarius *in summa Bullarum part.2. tit. de Nouitiis recipiendis in Monasteriis destinatis, num. 2. & sequent.* vbi sic ait. Amplia primò, vt tempus anni quo Nouitius debet permanere in Monasterio designato debeat esse continuus, nec possit frangi, aut discontinuari sub quouis prætextu, quia in illis quæ sunt de forma obseruatur rigor, vt per Riun. *in rubr. de nou. oper. nunc. num. 19.* & rigor iure optimo ab hac constitutione est inductus, quia cum annus nouitiatus detur in subsidium humanæ fragilitatis, & ad fauorem tam Nouitij, quàm Monasterij, vt & ille experiatur Religionis asperitates, & cum illis suas vires metiatur, & Monasterium possit cognoscere mores, & animum nouitij iuxta dispositionem text. *in cap. non solùm de regul. in sexto.* consequens est non satisfieri dispositioni dictæ Constitutionis, quandiu procul à regulari disciplina, & ab oculis superioris, nouitius etiam

Sup. hoc in Ref. præterita, & lege doctrinam Ref. seq. & aliarũ eius not.

etiam in domo paterna, beneuolè habetur, quia forsan in illis diebus & noctibus, quibus extra Monasterium degit, occurreret aliqua asperitas in Religione, quam ferre, vel nollet, vel non posset, & propter illam asperitatem decerneret non profiteri. Imò Rota *in decisionibus* 175. *parte* 1. *tom.* 1. *in recent.* iuxta Resolutiones Eminentissimorum Dominorum Cardinalium Sacri Concilij Tridentini interpretum iudicauit Nouitium, qui non stetit continuò per annum probationis, seu Nouitiatus intra claustra Monasterij destinati, sed sæpiùs egressus est, & moratus in domo patris, in qua aliquoties pernoctat; ex causa infirmitatis, & de licentia sui superioris non satisfecisse menti huius Constitutionis & fuisse declaratam nullam professionem: quam sententiam sequutus sum ego in facti contingentia cuiusdam regularis Ordinis Montis Carmeli huius Ciuitatis, qui extra Monasterium Sanctæ Mariæ Vitæ per aliquot dies causa infirmitatis sui patris, & cum licentia superioris in domo paterna permansit, & pernoctauit. Hucvsque Nouarius.

2 Sed eius opinionem prorsus refellendam esse puto, quam in specie damnat Franciscus Bordonus *in tract. de Professione Regulari capite* 4. *quæstione* 14. vbi probat in terminis Bullæ Clementis VIII. Nouitium in Anno probationis per aliquod tempus manens extra Conuentum sibi deputatum pro Nouitiatu peragendo, si cum licentia superioris maneat extra illum minimè annum Nouitiatus interrumpere, & eius professionem esse validam. Et ratio est, quia qui cum habitu manet extra Monasterium de licentia superioris, dicitur exorare in Monasterio, vt docet Abbas *in cap. ex rescripto de iureiur. numero* 5. Vide Mirandam *in Manual. Prælat. tom.* 1. *quæstione* 22. *articulo* 5. & Vecchium *in Praxi Nouit. disp.* 11. *dub.* 3. *n.* 10.

RESOL. CLV.

An in continuatione anni Nouitiatus detur paruitas materiæ? Ex p. 5. tract. 5. Res. 19.

Sup. hoc lege doctrinã Res. seq. & duarum præcedẽtium, & signanter in tom. 3. tr. 2. Res. 171. §. vlt. per totũ.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Lessius *lib* 2. *cap.* 41. *dub.* 7. *num.* 59. vbi sic ait. Annus probationis debet esse continuus, quia quando ius certum tempus, vt annum, vel mensem, requirit, intelligendum est de tempore continuo, vt docet Ioan. Andreas *in cap.* 1. *de elect. in* 6. & alij. Deinde, quia annus assignatur, vt experiatur austeritates Religionis, has autem meliùs expetitur continuando, quàm diuidendo. Denique ita habet consuetudo. Glossa tamen *in reg. cum qui, de reg. iuris in* 6. tenet sufficere annum interpolatum, quod Panorm. *in cap ad Apostolicam* 16. *de regularibus, num.* 9. non reticuit, etsi contrarium putet verius. Idem tenet Barthol. Brix. vt refert Panorm. & Specul. *p.* 4 *tit. de statu Monach.* §. 1. *q.* 37. etiamsi longa fuerit intermissio, crediderim sanè paucorum dierum interpolationem non impedire. Ratio est, quia non minùs idcirco expetitur austeritates Religionis, si postea totidem dies, quot intermisit, suppleat; atqui tota ratio cur annus debeat esse continuus, est, vt experiatur austeritates Religionis, vt alij Doctores fatentur. Accedit quòd paucorum dierum intermissio non censeatur impedire moralem continuationem. Ita Lessius *vbi suprà*. Et hanc sententiam videtur etiam docere ex Nauarr. & Azorio noster Naldus *in summ. ver. Nouitius, num* 4. qui cùm dicat interrumpi nouitiatum per exitum Nouitij à claustro per tres, aut quatuor dies sine licentia sui Superioris, videtur docere exitum vnius, vel duorum dierum non esse sufficientem ad hanc interruptionem inducendam; vide etiam Lorichium *in Thes. ver. regulares*, §. 9. *vers. si autem sine licentia*, & Scorbum *ver. Nouitius vers. secundò est*.

2. Sed non deseram hìc apponere sententiam Suarez *de Relig. tom.* 3. *lib.* 5. *cap.* 15. *n.* 6. vbi sic ait. Mihi autem videtur magis esse considerandam grauitatem actionis per quam interrumpitur probatio nouitiatus, quàm temporis diuturnitatem, quia aliàs nihil certum de hac interruptione, eiúsque sufficientia dici poterit, sed relinquendum erit vniuscuiusque arbitrio; alicui enim videbitur parua mora trium, vel quatuor dierum, alij verò magna. Quocirca censeo si quis dimisso Religionis habitu egressus est, eo ipso interrumpi annum probationis, etiamsi paulò pòst intra diem pœniteat, quia eo ipso amisit statum, quem habebat, & indiget noua receptione, & admissione, vt possit iterum Nouitius esse. Sicut ergo hæc posterior receptio distincta est à prima; ita nouitiatus incipit esse distinctus, atque hæc regula videtur mihi satis probabilis, vt quoties iuxta consuetudinem & modum Religionis censetur noua receptio necessaria, annus etiam probationis sufficienter interruptus existimetur. Vnde quod Nauarrus ait annum interrumpi per exitum trium, vel quatuor dierum è Monasterio sine licentia Superioris, si intelligatur de exitu totali, id est, animo non redeundi, & dimisso habitu, non solùm verum est, sed etiam sine limitatione temporis fuisse asserendum, quia actus ipse per se sufficit, & moraliter interrumpit perseuerantiam, & constantiam, propter quam continuitas in probatione postulatur. Si verò sit sermo de exitu animo redeundi, præsertim cum habitu, non credo interrumpi nouitiatum, etiamsi sit per aliquot dies, nisi re cognita à Prælato dimittatur, per ea, quæ superiùs adduxi. Huc vsque Suarez, cui adde Faustum *in Thesaur. religion. lib.* 5. *quæst.* 164. Barthol. de Vecchis *in praxi Nouit. disp.* 11. *dub.* 3. *num.* 7. Sanchez *in summa, tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 32. Peregrinum *in nostr. constitut. part. cap.* 1. *litera C.* §. 8. *ver. sed quid*, & alios. Vide etiam Saluanum *cons.* 12. & Acugnam *in cap.* 1. *num.* 17, *dist.* 54.

RESOL. CLVI.

An sit reuocatum priuilegium Iulij II. concessum Minoribus, vt Nouitiatus interruptus possit continuari? Ex p. 3. tract. 2. Res. 89.

§. 1. EManuel Rodriquez *in qq. Regul. tom.* 3. *qu.* 15. *art.* 8. referens multos viros doctos, tenet hoc priuilegium per Concilium Trident. *sess.* 25. *de regul. c.* 15. non esse reuocatum, in quo tantùm definitur, quòd annus debeat esse integer, non autem quòd debeat esse continuus; ex quo infert posse hodie omnes Religiosos priuilegiis Mendicantium fruentes, vti hoc priuilegio.

Sup. hoc lege doctrinã trium præcedentium Resolutionum, & in tom. 3. tr. 1. Res. 171. §. vlt. per totum.

2. Verùm Villalobos *in summ. tom.* 2. *tract.* 35. *diffic.* 35. *n.* 9. sentit dictum priuilegium sublatum esse à Tridentino, ita declarante Sacra Cardinalium Congregatione, & in facti contingentia ita Romæ fuisse decisum testatur ex Nauarro, ac ideò iudicat nullo pacto debere Prælatos aliter ad professionem admittere, nisi post annum probationis continuum expletum. Et ita hanc sententiam tenet etiam Faustus *in thes. Relig. lib.* 5. *q.* 166. & Sanchez *in summ. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *à num.* 30.

RESOL. CLVII.

An vt valida sit professio, annus Nouitiatus sumendus sit de momento ad momentum?

Et an idem dicendum, si Nouitius, expleto an. Nouitiatus

non attingat annum decimum sextum? Ex p.3. tr.2. Resol.57.

Sup. hoc in Res. seq. §.2. & in tom.2. tr.1.R.111.§. vlt. & in to. 3.tr.2.R.171. §.Nota tamē posse.

§. 1. Affirmatiuè respondent doctus Acugna *in comment. ad Decretum Gratia. p.1. dist.53. cap.1. num.19.* Reginaldus *tom.2. lib.18. cap. 17. numer.585* Portel *in dub. Regul. ver. nouitij annus, num.48.* Bartholomæus de Vecchis *in praxi in nouitiis, dub. 4. disp. 11. num.2.* Zanardus *in direct. Confess. part.2.c.26. num.12.* Syluester *verb. Religio. quæst.5. §.3. & seq. n.19.* Angelus *ver. nouitius, num.7.* Tabiena *eodem verb. n.4.* Henriquez *lib.13. cap. 4. num.2.* Sanchez *de matrim. lib.2. disp.24. n.22. & in summa tom.2. lib.5. cap.3. n. 31. & cap.4. num.9.* Molina *de iust. tom. 2. disp. 573. n.2.* Lessius *lib.2. cap.41. dub.7. notan.4.* Rodriquez *in qq. Regul. tom.3. quæst.15. art.4.* Graffius *lib.3. consiliorum, cons.8. de Regular. num.2.* Sorbus *in compen. priuileg. ver. nouitius, ad 6. notandum.* Gratianus *in discept. tom.3. cap.41. num. 16. p.1.* attentè legatur Miranda *in manuali Prelat. tom.1. quæst.22. art.3. conclus.2.* Campanili *in diuersor. iur. can. rubr.12. cap.3. num 14.* Suarez, *de Relig. tom.3. lib.5. cap.13.* Naldus *in summ. ver. Professio, num. 6.* & Villalobos *in summ. tom.2. tract.35. diff.15. num.4.* vbi sic asserit. [Hase de aduertir, que el año del nouiciado nos es necessario que sea año, y dia, como algunos imaginan; porque si esso fuera, el derecho lo señalara, si no que corre el año del momento à momento, de manera que el que recebio el habito vn dia antes de las visperas, puede hazer professïon en año siguente el mismo dia despues de las visperas, que con esso està complido el año, si no que es menester, que el anno sea complido. [Ita ille.

2. Dicendum est igitur, quod si quis suscepit habitum Religionis 1. Ianuar. post meridiem, non potest eodem die recurrente in termino anni, profiteri ante meridiem, sed expectandum erit punctum suscepti habitus. Vide *Concil. Trident. sess.25. cap.15. de Regular. & lib. 3. §. minorem, Digestis, de minoribus.*

Sup. hoc in R.1. not. præteritæ §. & in R.2.& 3. in eiusdem §§.

3. Sed quæres, an idem dicendum sit, si nouitius expleto anno nouitiatus, vt supra, tamen non attingit annum decimum sextum. Respondeo affirmatiuè ex Tridentino, & DD. citatis, & ideo Villalobos *in summ. vbi supra, tom.1. tract.15. diff. 20. num.1.* sic ait. [Se dio por nula vna professïon con parecer de los hombres mas doctos desta Vniuersidad de Salamanca, por hauerse echo seys horas antes, que el nouicio compliesse los diez y seis años.] Vide etiam Gratianum *discept. forens. tom.3. c.413. n.31.*

RESOL. CLVIII.

An in ætate requisita ad professionem emittendam detur paruitas materiæ?

Et quid in anno Nouitiatus?

Et quid est agendum, si Nouitius compleat probationis annum die 24. Februarij anno bissextili, an dicatur dicatur expletus hic annus nisi secunda die, quæ etiam appellatur 24. idest. 25. dies? Ex part. 5. tractat. 5. Resol.18.

Quæ hic est Res. antecedens, & in tom. 2. tr.1. R.111.§. vlt. & in to. 3. tr. 2.R.171.§. Nota tamen posse.

§. 1. Respondeo negatiuè cum Basilio Pontio *de matrim. lib.7. cap.65. num.1.* Vnde *in 3. part. tract.2. resol.57.* teste Villalobos, obseruaui Theologos Salmaricenses docuisse quamdam professionem fuisse nullam, quia fuit emissa sex horas ante annum decimum sextum, & ita hanc sententiam determinauit sacra Rota *part.1. decis.175. num.7. in recent.* vbi resoluit nullam esse professionem emissam ante completum 16. annum.

Et pro anno Nouitiatus contento in hoc §. Sed quid. in R.1. not. præteritæ à principio, & in R. 2. & 3. in eisdem §§.

2. Sed quid dicendum de anno nouitiatus; & videtur in illo dari posse paruitatem materiæ, & ita non esse necessarium, vt vltima dies anni sit completa, sed sufficere ad valorem professionis, vt Nouitius manè diei, in qua post meridiem impletur probationis annus, professionem emittat. Ita Henriquez *lib.13. de excomm. cap.40. num.2.* Rodriquez *tom.3. quæst.15. numer. 4.* & Stephan, Gratianus *tom.3. discept. forens. cap.413. à num.16.* Ducuntur, quia in fauorabilibus dies cœpta habetur pro perfecta, vt ex multis probant idem Gratianus, & Rodriquez. Quare licèt Trident. *sess.25. cap.15. de Regul.* requirat annum probationis expletum priùs quàm emittatur professio, sufficit tamen in fauorabilibus ingressus vltimi diei, anni, vt dictum est, quamuis non completi, eo vel maximè, quia de modico spatio aliquarum horarum non curat lex, tanquam de paucissimo momento, vt inquit Bald. *in cap. cùm in cunctis, num. 3. de elect.* & quamuis idem Baldus loquatur de punctis horarum, non de horis, attamen idem est in modico spatio horarum respectu totius diei, prout est de punctis respectu horæ. Tiraquell. *de ind. in rebus exigen. feren. col.19. ad med. ver. sexagesimo nono,* his proximum est per text. *in l. si fundum, verb. planè, ff. de fundo dotal.* Bald. *in cap. vlt. col.2. vers. modò quæro, de præscript.* & Fenut. *de momento temporis, cap.33. in fine.* Præterea, quia moraliter potest dici perfectum quod parum distat à perfectione. Verùm his non obstantibus dicendum est annum nouitiatus de momento ad momentum esse necessariò complendum, per Doctores, quos ego ad satietatem adduxi *in dicta resolutione 57.*

Sup. contento in hoc lege in tom.1. tr.5. latam doctrinam Res. 102 signanter §. 2. à lin.5.

3. Notandum est tamen hîc, si Nouitius compleat probationis annum die 24. Februar. anno bissextili, non dici expletum hunc annum nisi secunda die, quæ etiam appellatur 24. id est 25. die. Quare emittere non potest professionem, nisi eadem die 25. in puncto diei 24. Februarij præcedentis anni, in quo suscepit habitum; & est ratio, quia vtraque dies pro vna habetur in iure *l. 3. §. minorem, ff. de minor. l. cùm bissextus, ff. de verbor. signific. & cap. quæsiuit, eodem titulo,* & ideo dies secundus est complementum anni probationis. Ita Molina *tom.1. disp. 573. §. atque vt à minori ætate.* Sanchez *de matrim. tom.1. lib.2. disput.24. num.22.* Lessius *lib.2. cap. 41. dub.7. num.59.* Molina *de Iust. tom.2. disput. 573. §. atque vt à minori ætate.* Miranda *in manuali Prælator. tom. 1. quæst. 22. art.3.* & alij.

RESOL. CLIX.

An professio alicuius Nouitij, vel Nouitiæ sit inualida, si fuerit admissa contra prohibitionem Generalis. Episcopi, &c.

Vnde clare discutitur illius difficultatis quæstio, an lex prohibens aliquem actum, reddat illum non solum illicitum, sed inualidum?

Et docetur legem prohibentem simpliciter actum, etiam si nihil aliud addat, irritare illud.

Et pro firmanda doctrina prædictarum difficultatum aliæ multa adducuntur, & tota doctrina est valde notanda, & in mente, & promptu tenenda, quia in multis casibus in praxi est quotidiana. Ex p. 10. tr.12. & Misc 2. Res.6.

Sup. hoc in tom.6. tr.1. lege latam doctrinam R.30. & in tom.2. tr.6. R 70. & hic

§. 1. Videtur respondendum affirmatiuè, quia voluntas inferioris non potest esse efficax contrà altioris voluntatem. Ergo non potest subditus facere validè, quòd Superior prohibuit. Quod patet ex doctrina Iurisconsultorum asserentium, legem simpliciter prohibentem actum etiamsi nihil aliud addat,

supra & Ref. 152. Vide §. 2. signanter ad medium, vers. Et verbum & in fine dictæ R. Et in aliis eius annot.

addat, irritare illum. Ita Batt. *in leg. Non dubium. Cod. de legib.* vbi Iason & alij Gloss. 1. *in cap. licet canon; de elect. in* 6. Panormitanus *in cap. Nulli de reb. Eccles. non alien. & in cap. Ad Apostolicam de reg.* n. 10. Cardin. *in Clem.* 1. *de rescript.* Tiraquellus alios referens, *in leg. vltim. Connub. gloss.* 4. *num.* 5. *&* 6. Ioannes Camillus Bilotta *in tract. de absol. à iuram. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 1. Lazar. *de monit. sect.* 3. *quæst.* 6. *num.* 14. Et videtur tenere Couarruuias *in cap. Quamuis pactum p.* 1. §. 4. *num.* 6.

Pro contento in hoc. Et duobus §§. seqq. præter Ref. not. præteritæ, & quamuis nō plene sup his lege tamen infra in tr. 2. ex R. vnica, doctrinam §. Quarto probatur. & si eam vides per totam nō pigebit.

2. Probatur secundò *ex leg. Non dubium. Cod. de Legib.* vbi Imperator declarat, omnes Contractus, & actus similes, qui fiunt contrà legem prohibentem, esse inualidos, inutiles, & pro infectis haberi, & subiungit, hoc procedere etiamsi lex non dicat, vt actus non valeat; sed solùm vt non fiat. Et nota, quòd hæc lex fuit canonizata per Gregorium Papam *in Regesto lib.* 7. *in d.* 2. *epist.* 7. *ad Ianuarium Calaritanum.* Et habetur *in Canone Imperiali* 25. *quæst.* 2. & concordat Regula, *quæ contra* 64. *de regul. Iur. lib.* 6. quæ sic habet, *Quæ contrà Ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi.* Quæ sumpta videtur *ex leg. Pacta quæ contrà. Cod. de pact.*

3. Probatur Tertiò: quia leges Ecclesiasticæ prohibentes matrimonia inter Consanguineos vsque ad quartum gradum, irritant illa quamuis non habeant verba irritantia, sed tantùm simplicem prohibitionem: vt videre licet in toto corpore iuris canonici, & præsertim in *cap. Non debet. de consang.* Idem constat ex prohibitione matrimonij fidelis cum infideli, quæ habetur *in cap. Can. cap. Non oportet cap. si quis Iudaica, cap. Iudæi* 28. *quæst.* 1. & *ex Canon.* 13. Concil. gener. Chalced. & c. 67. Concil. Agathens.

Sup. hoc in R. §. not. præteritæ, & lege etiam à lin. 5. §. 1.

4. Probatur quartò: quia quando prohibitio legis respicit substantiam actus, & non circumstantias aliquas; tunc reddit actum inualidum, vt ex Glossa *in Authent. verb. Sacram. Cod. de recept. arbitr.* & ex Iasone *in dicta lege Non dubium num.* 20. docet, probat Christophorus Anguianus *de Const. Princip. lib.* 3. *contr.* 7. *num.* 22. *& seq.* cui ex Theologis videtur adhærere Gordonus *in Summa, lib.* 1. *quæst.* 10 *cap.* 8. §. 3. *num.* 22. Sed in nostro Casu, de quo est quæstio prohibitio respicit substantiam actus, nempè ipsam Professionem. Ergo illa contrà talem prohibitionem emissa, & admissa erit inualida. Vndè pro hac sententia in terminis potest adduci Lapus *Allegat* 4. *numer.* 7. Franchus *in cap. Non solùm num.* 6. *de Regul. in* 6. & ex Neotericis Bonacina *de Clausura, quæst.* 2. *punct.* 10. *difficul.* 2. §. 6. *num.* 7. asserentes, quòd si Superior esset suspensus ab admissione ad professionem; Professio sic ab ipso admissa, esset inualida.

5. Sed his nimimè suffragantibus, existimo Professionem, de qua est quæstio fuisse validam; quia, vt suppono, in dictis prohibitionibus nullum adest Decretum irritans, nec dictæ Professionis sibi reseruatio. Et ideò hanc sententiam in terminis, vt dici solet, terminantibus docet, & tuetur Sanchez *in Summa, tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 71. *in fine, & num.* 75. Portel *in Respons. Regular. part.* 1. *cas.* 9. *num.* 8. Bordonus *in Cons. Regul. tom.* 2. *Res.* 57. *n.* 32. 33. *&* 34. Pellizzarius *in Manual. Regul. tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 4. *num.* 23. Leandrus *in QQ. Regul. cap.* 11. *super* 2. *Regula D. Francisci,* §. 2. *num.* 18. Vide etiam Garciam *in Polit. Regul. tom.* 1. *tract.* 2. *diffic.* 3. *dub.* 3. *num.* 11. Palaum *tom.* 3. *tract.* 16. *disp.* 2. *quæst.* 3. *num* 5. Peyrinum *de Relig. Sup. quæst.* 1. *cap.* 26. §. 2. *conclus.* 5. Vecchium *in Praxi Nouit. disp.* 12. *dub.* 1. *num.* 5. & alios penes ipsos.

6. Probatur hæc opinio, quia prohibitio in nostro Casu est simplex prohibitio, quæ potestatem non tollit, sed illius vsum contrà prohibitionem exercitum reddit illicitum. Et hoc procedit, siue prohibitio sit à Iure, siue ab homine, modò ei non adiungatur irritatio: & hoc locum habet, etiamsi huiusmodi prohibitio esset non solùm simplex pœna, sed etiam Suspensio & Censura, etiam secuta declaratione; quia suspensio, sicut & Excommunicatio in vitando tollit solùm potestatem iurisdictionis, non autem superioritatis, à qua dependet actus receptionis ad Professionem. Ratio verò horum omnium est, quia annullatio actus, & prohibitio sunt distincti effectus legis, non necessariò connexi: igitur ex rei natura ex prohibitione alicuius actus non aptè infertur, quòd ille actus sit irritus. Antecedens probatur: Aliud est vetare aliquem actum, aliud est eundem reddere inualidum, & vnum non necessariò comitatur aliud: vt patet in præceptis naturalibus. Ex rei natura qui vouit Deo castitatem, prohibetur matrimonium inire; si tamen ineat, contractus est validus, seu ex eo capite præcisè non irritatur; & ità de multis aliis, & idem ostenditur in lege Ecclesiastica. Adde, quod quædam fiunt illicitè quæ tamen facta tenent. Probatur Secundò: Actum irritari, est grauamen, quod non satis constat appositum per simplicem prohibitionem, igitur ex prohibitione, quantùm quidem est ex rei natura, non aptè infertur irritatio actus. Dices: Per omnem prohibitionem legislator resistit actui ergo. Respondetur negando consequentiam; quia non semper resistit valori actus, sed resistit ne licitè fiat; vel saltem ne fiat, nisi quis sit paratus pœnam subire.

7. Potest etiam supradicta doctrina aliis exemplis confirmari indiuidualiter de Professione loquentibus. Et primò ex Concilio Tridentino *sess.* 25. *cap.* 17. *de Regular.* vbi prohibetur, Abbatissam dare Professionem Nouitiæ, antequam moneat Episcopum pro faciendo examine libertatis: & tamen, si Abbatissa omissa monitione, & examine Episcopi, Nouitiæ det professionem, erit valida, si alias non fuit impedimentum dirimens Professionem. Colligitur clarè ex eodem capite, quia ibi non dicitur Professionem aliàs fore irritam: sed prælatam puniendam ab Episcopo. Vide Menochium *consil.* 396. *num.* 22. Sanchez *in Summa tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 84. Pellizzarium *de Monial. cap.* 3. *sect.* 1 *num.* 3. & alios. Secundò: *in cap. Si vir, & vxor.* 27. *quæst.* dispponitur, quòd si vir, & vxor velint Religionem ingredi; hoc minimè efficiatur sine consensu, seu licentia Episcopi, & tamen si Professionem emitterent absque tali licentia, Professio esset valida, vt notat ibi Glossa *verb. Consensu.* Sanchez *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 32. *num.* 3. Ancharanus *in dict. cap. Si vir. num.* 1. Bellamera *num. vnico*, Turrecremata, *num. vnico*, & aliis. Tertiò: si in Constitutionibus alicuius Religionis statutum sit, ne Nouitii, v. g. recipiantur ante 18. annum; si tamen admittantur ad professionem expleto anno 16. valida erit Professio, vt ex multis docet Peytinus *de Prælat. Regul. quæst.* 3. *cap.* 1. §. 6. *num.* 157. *& seqq.* Nouatius *in Lucerna Regular. verb. Professio num.* 17. & alij. Et tandem, quia argumentum de matrimonio carnali ad spirituale valet; optimè docet Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 32. quòd si Episcopus rigoroso mandato præcipiat Parocho, nè certos sponsos in matrimonium iungat in facie Ecclesiæ, & nihilominus Parochus inobediens, illos ad matrimonium admittat, quidquid sit de peccato Parochi, matrimonium erit validum, si tamen Sponsi nullum habebant impedimentum dirimens matrimonium. Et inter alia, *num.* 2. *ad finem*, id probat doctrina Adriani, dantis exemplum in Religioso, cui Prælatus per obedientiam prohibuit nè Confessiones audiret, & ille tamen audiuit: nam tales Confessiones fuerunt validæ quidquid sit de peccato illius: nam Religiosus aliàs erat approbatus, &c. Adde, vt notat Suarez *de legib. lib.* 5. *cap.* 25.

Sup. hac prohibitione in tom. 1. tr. 3. R. 26. §. Tertio idem. & pro peccato in dicto casu §. eius annot. Sed lege doctrinā R. 1. not. 1. huius Ref. ab eius §. Confirmantur etiam.

Et pro contento à lin. 15. & vers. Secundo huius §. in R. & §. 1. not. præteritæ. Sed pro parte quādo vnus ex coniugibus profes-sionem emittit. Vide infra R. 323. §. 1. signanter post mediū.

Et pro contento à lin. 32. & vers. quod si Episcopus. huius textus, in tom. 2. tr. 6. R. 70. & 81. §. 1. ad medium, & in aliis eius not. & not 11 huius Ref. & pro exemplo in Religioso contento in hoc textu.

In Res. 1. huius annot. § ... ad medium a vers. Vt si Episcopus.

cap. 25. num. 11. Villalobos *in Summa, tom. 1, tract. 2. difficult. 29. num. 3.* & alij: matrimonium contractum contra votum simplex, & quidem illicitum, sed non inualidum. Item ad omnia dicta confirmanda, vtor argumento sumpto ex antiqua lege Ecclesiæ, quæ prohibebat matrimonia clandestina. *cap. Aliter. cum multis 30. quæst. 5. cap. Cum inhibitio de cland. despons.* Illa enim lex directè in specie, & absolutè & cũ omni exaggeratione intrà latitudinem prohibitionis, vetabat illum actum; vt patet ex illis verbis, *penitùs inhibemus*, & nihilominus non irritabat illum vsque ad *Concil. Trident.* vt est certa sententia Theologorum *in 4. dist. 28.* Quam idem Concilium in principio illius decreti approbauit. Suntque eius verba ad præsentem causam plurimùm notanda. Simul enim docet, Matrimonia clandestina libero Contrahentium consensu facta, rata, & vera fuisse Matrimonia, quandiu Ecclesia illa irrita non fecit. Et subiungit, Nihilominus Sancta Dei Ecclesia ex iustissimis causis illa semper detestata est, atque prohibuit. Ergo absoluta prohibitio cum quacumque exaggeratione, & detestatione actus non irritat illum ex mente Concilij. Et tandem Alexander de Neuo *in cap. penultimum, de Desponsatione Impuberum. num. 11.* dicit, esse omnium sententiam, valere contractum Matrimonij, licèt sit contrà prohibitionem Summi Pontificis. Quod etiam sequitur Sanchez, *lib. 7. de Matrim. disp. 2. num. 12.* cum Richardo, & Paludano, S. Antonino, Siluestro, & Turrecremata, & manifestè id statuit Alexander III. Papa *in cap. 2. de Matrimonio contracto contrà Interdictum Ecclesiæ*, ibi: *Licèt contrà interdictum Ecclesiæ ad secunda vota transire non debuerit; non tamen conueniens, vt ob id solùm Sacramentum Coniugij dissoluatur.* Vbi Glossa, inquit, sic patet quòd interdum (id est prohibitio) Ecclesiæ non dissoluit Matrimonium. Ergo & in casu nostro valebit Professio, etiam Summo Pontifice prohibente: nàm vt dictum est, prohibere, & irritare sunt valdè diuersa; illud enim primum, solùm est lex, quæ obligat, nè aliquid fiat; relicta tamen potestate physica & morali (vt ità loquar) illud faciendi, licèt illicitè, vt cùm Superior præcipit Subdito, nè domum egrediatur; manet in potestate Subditi verè egrediendi licèt illicitè: hoc verò secundum cassum reddit actum, & tollit possibilitatem faciendi; ità vt perindè agat, ac si non ageret. Non ergo, ex eo quòd Superior sua lege prohibeat; infertur irritatio. Et ideò in casu nostro licèt emissio Professionis prohibeatur non ex hoc irritatur.

8. Restat modo respondere ad argumenta contraria in principio huius Resolutionis apposita. Et ad primum respondeo, quòd si velit Superior, vt non fiat validè, concedimus totum: at si Superior permittit valorem etiamsi prohibeat, nè licitè fiat; non præualet voluntas inferioris; quia in puncto valoris non resistit Superior. Auctoritas verò illorum Iurisconsultorum non est admittenda, ex inconuenienti, quod adducit præsertim Arriaga *in Cur. Theolog. tomo quarto, disput. 23. sectione quarta, num. 40.* & alij.

9. Ad secundum Argumentum desumptum *ex leg. Non dubium*, respondeo, obiectionem illam conuincere, ità obseruandum esse in legibus Imperialibus simpliciter prohibentibus, ob specialem illam Theodosij Constitutionem: quam tamen Gregorius Papa ad Canonicas sanctiones, aut aliorum Regnorum leges non transtulit; sed solùm Epistola illa explicauit, qualem vim Imperiales Constitutiones habere debeant. Vide Layman. *lib. 1. tract. 4. cap. 16. num. 3.* Vasquez *in p. 2. tom. 2. disp. 164. c. 3. n. 18.* Rocafull. *in Praxi Theolog. mor. par. 3. lib. 6. cap. 12.* Suarez *de legib. lib. 5. cap. 29. num. 1.* & alios. Ad Regulam verò illam iuris Canonici, in contrarium allegatam, *ex cap. Quæ contra 68. de regul. Iur. lib. 6.* quæ sic habet: Quæ contrà ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi; respondeo, Regulam illam intelligi de his, quæ sunt contrà ius, dans formam substantialem actui. Ità Sanchez *lib. 3. de Matrim. disp. 5. numer. 4. ad quartum.* Vel respondeo, quod Regula illa nimis generalis sit, multasque intelligentias, & limitationes admittat; sicuti videre est in Glossa adiuncta, & apud Suarez *libro quinto, de legibus cap. 29. num. 5.* qui rectè aduertit, dictam Regulam Iudici præscribi cuius proindè officium est inspicere, contrà quale ius, & qua ratione contra illud actum sit; vt intelligat validumne, an inualidum pronuntiare debeat.

10. Ad Tertium de legibus adductis in contrarium de Matrimonio inter Consanguineos vsque ad quartum gradum, quod irritum est etiam per simplicem prohibitionem, & de Matrimonio Fidelis cum Infideli; relictis aliis Responsionibus, assero supradicta Matrimonia non esse irrita ex vi alicuius legis Ecclesiæ scriptæ, sed ex recepta Ecclesiæ consuetudine, vim legis obtinente, & ex Apostolorum traditione. Vndè argumentum non militat aduersus Doctrinam à nobis superiùs firmatam. Et ità tenent, loquentes de Matrimonio Fidelis cum Infideli. Sotus *in 4. dist. 30. quæst. 1. art. 2. vers. Hec autem*; Petrus de Soto, *leg. 9. de Matrim. in impedimento disparis cultus*; Ledesma *2. part. 4. quæst. 91. art. 2. ad fin.* Valentia *tom. 4. disp. 10. quæst. 5. punct. 3.* vbi *de disparitate cultus*; Veracruz *1. par. Specul. art. 32. dub. 1. concl. 4.* Bellarm. *lib. 1. de Matrim. cap. 23. propos. 2. & 3.* Henriquez *lib. 12. de Matrim. cap. 43. num. 3. in fin.* Petrus de Ledesma, *de Matrim. quæst. 59. art. 2. dub. 1. concl. 1.* Lopez *2. part. instruct. vbi de Matrim. cap. 53. not. 2.* Sanchez *lib. 7. de Matrim. disp. 71. numer. 8.* Reginaldus *lib. 31. num. 165.* Guttierrez *de Matrim. cap. 104.* Coninck *eod. tract. disp. 31. dub. 3. numer. 43.* Filliucius, *tract. 10 part. 2. cap. 7. num. 227.* Quòd verò Matrimonia inter Consanguineos vsque ad quartum gradum sint etiam irrita solùm ex recepta consuetudine Ecclesiæ, & Apostolorum traditione, patet; nàm cùm certum sit, esse inualida, & nulla reperiatur lex Ecclesiastica scripta quę illa irritauerit; consequenter dicendum est, à sola consuetudine fuisse hoc impedimentum irritans inter huiusmodi Consanguineos introductum.

11. Ad quartum Argumentum desumptum ex Anguiano, quòd lex censeatur irritare actum, quandò respicit eius substantiam, vt est in casu nostro; non verò quando prohibet aliquam circunstantiam v. g. quod fiat tali aut tali loco, tempore, &c. Respondeo cum Arriaga *in cur. Theol. tom. 4. disp. 23. sect. 4. num. 4.* & aliis quòd hæc doctrina non est admittenda. Primò, quia sæpè ob circunstantiam aliquam irritatur totus actus: sic est irrita Professio ante expletum Nouitiatum, & decimum sextum ætatis annum; & tamen non prohibetur ipsi substantia Professionis, sed circumstantia temporis. E contrà in multis casibus prohibetur substantia actus, & tamen non irritatur, & sic est in prohibitione Matrimonij, quæ fit per impedimentum voti simplicis Castitatis, aut Religionis: nam prohibetur substantia Matrimonij, & actus ipse in se, & ratione sui; tamen non irritatur ex vi talis prohibitionis; vt rectè obseruat Suarez *de legib. lib. 5. cap. 25. num. 11.* Igitur dicendum est contrà Anguianum, non esse verum, quòd quando prohibetur non aliqua circunstantia, sed ipsa substantia actus, adsit etiam eius irritatio. Et tandem ad authoritatem Lapi, & Franchi vbi suprà adductam Respondeo, illos nominatim refelli à Sanchez *in Summ. tom. 1. lib. 5. cap. 4. num. 78.* & Bonacina,

nacina: nominatim etiam eos impugnat Bordonus, *tract. de Professione Regulari*, *cap. 3. quæst. 15.* Itaque ex omnibus supradictis patet me his diebus in facti contingentia consultum, rectè respondisse, Nouitium non habentem alium Canonicum impedimentum, nisi simplicem prohibitionem, nè emitteret, vel admitteretur ad Professionem; hoc non obstante, validè illam licèt illicitè emisisse. Et omnia superiùs dicta diligenter adnotare volui ad ornatum illius difficilis quæstionis, An lex prohibens actum et am illum annullet.

Sup. hoc infra in n. 1. ex R. vnica lege eius §. penult.

12. Sed si aliquis Curiosus vellet Regulam generalem ad cognoscendum quando lex prohibens actum eundem irritet, difficile est quidem hoc dignoscere: nec sufficienter, & nominatim à Vasquez *disp. 165. cap. 3.* cuius Regulas deficere ostendit Suarez, *lib. 5. cap. 27.* & Regulas Suarez etiam deficere probat Merolla *tom. 2. disp. 4. cap. 5. difficul. 3.* Melius ergo per alios colligitur, num lex, quæ prohibet, irritet actum, scilicet ex consuetudine, ex communi intelligentia ita legem explicante; item si non solùm actum, sed vinculum indè resultans prohibeat, seu si impediat omnem effectum talis actus. Et hanc Regulam præponit Præpositus *in par. 2. D. Thomæ q. 95. disput. 5. num. 53.* qui etiam obseruat vnum valdè notandum, nempè probabile esse actum non irritari, quandò lex prohibens apponit aliam pœnam, eò quòd Legislator videatur recedere ab illa pœna, *leg. Non dubium*, contentus particulari, quam apponit legi suæ. Notentur, vt dixi, omnia apposita in hac Resolutione, quia erunt satis practicabilia, & quotidiana.

RESOL. CLX.

An Nouitius in articulo mortis constitutus, non expleto probationis anno, ad professionem admitti possit?
Et si moriatur sine testamento, an succedat in bonis eius Monasterium? Ex p. 3. tr. 2 Res. 17.

Sup. hoc in duabus Res. seqq.

§. 1. Respondeo affirmatiuè cum Beia *part. 4. c. 38.* Sanchez, & alijs DD. *vbi suprà*, ex priuilegio Pij V. anno 1570. die 23. Augusti, quod affert Rodriquez *in quæst. Regul. tom. 6. quæst. 15. articul 6.* quidquid in contrarium asserat Ioann. de la Cruz *de stat. relig. lib. 1. cap. 8. dub. 4. & lib. 2. cap. 3. dub. 6. conclus. 3.* Emanuel Sà *ver. Religio*, *numer. 56.* asserentes dicto priuilegio fuisse postea derogatum à Gregor. XIII.

Sup. in Res. seq. §. 1. ad medium, à vers. Vbi existimat. & in §. vlt.

2. Sed difficultas est, an si dictus Nouitius moriatur, succedat Monasterium? Peregrinus *in compend. nostrorum priuileg. titul. Nouitius, §. 2. in scholio*, negat, quia istud priuilegium fuit concessum ad lucrandam indulgentiam plenariam, qua gaudent Religiosi in illo articulo. Deinde priuilegium debet strictè interpretari, quando vergit in præiudicium tertij. Ita Peregrinus.

3. Verum ego contrariam sententiam teneo, quam tuetur ex nostra Religione P. Megala *in part. 2. lib. 2. cap. 27. num. 50.* ex Societate IESV P. Sanchez *in summ. tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 16.* ex Dominicanorum familia P. Zanardus *in Direct. Theol part. 2. cap. 17.* ad finem. Idem etiam docent Peirinus *in priuileg. Minimorum*, *tom. 2. Constitut. B. Pij V. §. 2. tom. 2. num 1.* Ioannes Suarez *in Enchiridio casuum conscien. lib. 4. ver. de Profess. §. monialis Nouitia.* Faustus *in Thesaur. Relig. lib. 5. quæst. 167. num. 4.* & alij. Ratio est, quia etsi Confessionis finis sit consolatio Nouitij, & spiritualis ipsius fructus, & nulla successionis Monasterij in bona mentio ibi fiat: at vbi semel virtute illius priuilegij professus est, redditur verè in posterum professus nec ad pristinam sanitatem restitutus indiget alia professione, sed fruetur omnibus professorum priuilegiis: at eo ipso, quod aliqua persona profitetur, succedit Monasterium ipsi. Quare Pontifex nulli iuri alterius in hoc derogat. Ius enim venientium ab intestato est, vt Nouitio decedente ab intestato ipsi succedant; quando autem virtute priuilegij profitetur, non decedit Nouitius. Et hæc omnia docet Sanchez *vbi suprà*. Ex quibus patet responsio ad argumenta Peregrini.

Sup. hoc in Res. seq. §. 1. ante medium, à vers. Aduerte tamen, & in §. vlt.

4. Adde quod Megala *vbi suprà*, tenet ex Decio, & alijs bona Nouitij decedētis ab intestato ante emissam professionem, Monasterio acquiri. Ergo multo magis acquiri debent, si tempore mortis Nouitius intestatus profiteretur. Vnde secundùm sententiam Megalæ non obstat dicere cum Peregrino, quod priuilegium Pij V. conceditur tantùm ad indulgentiam lucrandam, nam opinio Megalæ non fundatur in priuilegio, sed in dedicatione personæ, & bonorum, quæ fit tempore simplicis ingressus in Religionem, sed ego puto cum Zanardo, Sanchez, & alijs, nostram sententiam esse veram secundum priuilegium Pij V. Quidquid asserat Peregrinus, & Rodriquez *tom. 3. quæst. 15. articul. 6.* Portel *in dub. Regul. ver. Nouitij, num. 5.* Villalobos *in summ. tom. 2. tract. 35. diff. 15. num. 12.* & alij.

RESOL. CLXI.

An in articulo mortis possit dari professio Nouitij?
Et si moriatur sine testamento, an succedat in bonis eius Monasterium?
Et an in dicto casu, quo fiat professio, an Nouitius, vel Nouitia conualescens de infirmitate teneatur continuare, seu complere residuum anni integri probationis, ac iterum profiteri? Ex part. 5. tractat. 3. Resol. 139.

Sup. hoc in Res. præterita, & in Res. seq.

§. 1. AD hoc dubium ita respondet Hieron. Rodriquez *in Compend. qq. regul. res. 01. numer. 40.* Nouitij Ordin. S. Dominici habentes legitimam ætatem ad profitendum, in articulo mortis constituti possunt professionem emittere non completo anno probationis, ex Pio V. apud Bullar. Sed hoc ad consolationem spiritualem in foro tantùm interiori concessum est, scilicet ad consequendam indulgentiam plenariam. Vnde virtute huius professionis non potest peti hæreditas Nouitij defuncti, sed ad suos hæredes ab intestato pertinet. Nec hoc priuilegium est reuocatum per Gregor. XIII. in reuocatione generali eorum, quæ sunt concessa à Pio V. contra ius & Concil. Tridentinum, quia non reuocauit in sua constitutione indulta pertinentia ad forum conscientiæ, quale est supradictum priuilegium, quo quidem gaudent per communicationem Nouitij, & Nouitiæ aliarum Religionum. Aduerte tamen quòd Nouitius, vel Nouitia conualescens de infirmitate tenetur continuare, seu complere residuum anni integri probationis, ac iterum profiteri, *ibid. articul. 6. & tom. 1. quæst. 8. art. 9.* & addit Sum. *tom. 4. cap. 63. num. 4. & 5.* Idem docent Henriq. *lib. 13. de excomm. cap. 40. num. 2. in comment. lit. R.* Sanchez *vbi sup. num. 16.* vbi existimat contra nostrum Authorem Monasterium succedere tali Nouitiæ defunctæ eo modo, quo succedit in bona profitentium legitimo anno Nouitiatus peracto. Sed immeritò quia nullo nititur sufficienti fundamento: nam, vt constat ex tenore dictæ concessionis, eà fuit facta ob solatium, & fructum spiritualem Nouitiæ, nempe ad consequendum meritum professionis, & Indulgētias, neque vnquam Pontifices suis priuilegiis intendunt præiudicare iuri alterius, nisi

Sup. hoc in Res. 1. not. præteritæ §. Verù cursim post medium, vers. Nec ad pristinam.

Sup. hoc in Res. præterita à §. Sed difficultas.

nisi expresſè id declarent, quod hic non fit, vt benè notat Pater Miranda *tom.1. manual. quæst.12. articul.10.* Vnde professio sic emissa non est simpliciter & verè professio, nisi tantùm quoad dictum effectum expressum in Bulla Pontificis, aliàs; si de infirmitate conualesceret Nouitia, non egeret noua professione, quod est contra mentem, & verba Papæ concedentis, qui expresſè restringit suum priuilegium ad effectum consequendi meritum professionis, & fructum Indulgentiarū. Atque ita communiter sentiunt omnes super hac re scribentes. Huc vsque Hieron. Rodriquez cui præter DD. quos *vbi infra* citaui, addendus est Barthol. de Vecchis *in praxi Nouit. disp.13. dub.11.*

Quæ hic est R. antecedēs signanter in §. sed difficultas. & seq. pro contento in hoc §.

2. Sed ego aduersùs sententiam supradictorum latè disserui *in 3. p. tract. 2. resol. 17.* & ideò cum multis DD. ibi docui in tali casu conferri Nouitiis veram professionem. Vnde si sanarentur, non egerent alia professione, & è vita decedendo Monasterium in eorum bonis succederet. Et hanc sententiam tanquam probabilem tenet etiam doctus & amicissimus Pater Lezzana *in Summ. quæst. reg. cap. 25. num. 39.* licèt dicat cautè in hoc procedendum esse, cùm feratur aliter decisum fuisse à sacra Congregatione. Verùm cùm de tali decisione non constet authenticè, non recedo à mea sententia.

RESOL. CLXII.

An Nouitius in mortis articulo possit quouis anni Nouitiatus tempore professionem emittere?

Et in dicto casu notatur, quod talis Nouitius debet habere sexdecim annos completos. Ex p.7. tr.12. & Misc. 3. Res.3. alias 1.

Sup. hoc in duabus præcedentibus Res.

§.1. NEgatiuè respondet Lopez de Texeda *contr. Theolog. mor. tom.1. lib.1. tract.1. contr.8. num.17.* vbi sic ait: De hac re nihil certum inuenio quantum ad tempus quod suppleri potest, vt possit nouitiæ, vel nouitio in articulo mortis validè conferri professio non completo nouitiatus anno, & ideò postquam quosdam viros doctos circa hanc rem consului, illos discordantes inueni. Nam quidam dicunt, diebus octo posse nouitiam, vel nouitium ante expletum annum ad professionem validè admitti in mortis articulo. Alij verò magis extendunt priuilegium, & asserunt quindecim dies suppleri posse; sic audiui à Magistro Petro de Ledesma, & Magistro Herrera, de hac re consultis, cui sententiæ valde adhæreo, quibus cum aliis Doctoribus addo, posse vnicum duntaxat mensem suppleri: quia huiusmodi gratia fuit à Pontifice concessa nouitiæ pro sola eius spirituali consolatione, vt fruetetur gratiis, & priuilegiis Ordini concessis, & vt consequatur omnium suorum criminum remissionem, qualem consequi dicemus eos, qui solemniter professi sunt. Ad rationem dubitandi. Respond. quòd licèt illa facultas accelerandi professionem in mortis articulo sit gratia, & ideò ex eo capite amplianda, tamen quatenus exorbitat à iure communi, est potius restringenda saltem ad verborum proprietatem, quæ non potest dici restrictio, sed potius adæquata priuilegij interpretatio. Hucusque Texeda.

Quæ hic est supra R.160.

2. Sed vt verum fatear omnes Doctores quos ego citaui *in part. 3. tract. 2. res. 17.* quibus adde Zambellum *in repert. Mor. ver. Nomitius, num.18.* Mirandam *in Man. tom.1. quæst.12. artic.10.* Gauantum *in Man. Episcop. verb. Monialium professio, num.4.* Bordonum *tract. de Profess. Regul. cap.4. quæst.49.* non requirunt aliam conditionem, vt Nouitius possit emittere professionem ante annum elapsum, nisi articulum mortis, vnde absolutè asserunt intra tempus probationis posse Nouitium in articulo mortis professionem emittere, & Ioannes Caramuel *in Reg. D. Bened. disput. 40. num.463.* testatur Salmanticæ Patres Cistercienses dedisse professionem in articulo mortis Nouitio post tres dies habitus suscepti, & certè motiuum Pontificis Pij V. priuilegio fuit consolari Nouitios pro tempore mortis; & sic in omni tempore anni nouitiatus, si mors acciderit, & quidem verba Bullæ Pontificis secundum verborum proprietatem pro omni tempore anni nouitiatus possunt intelligi, & hanc sententiam ego teneo. Nota vero, quod talis Nouitius debet habere sexdecim completos annos.

RESOL. CLXIII.

An Nouitij morientes possint eligere sibi sepulturam?

Et quid, si in domo parentum moriatur, si ibi sint cum habitu, & licentia Prælati, an debeant sepeliri in Monasterio?

Et notatur, quod Religiosi possunt suos Familiares intra claustra morientes in sua Ecclesia sepelire. Ex p.5. tr.3. Res.109.

§.1. ITa ad hunc casum respondet Iulius Lauorius *in elucubrat. tit.2. cap.11. num.99. & 100.* Regulares, qui decedunt intra probationis annum, non sepeliuntur in Monasterio, quia non censentur plenè translati ad Monasterium, cùm possint redire ad sæculum, *cap. statuimus, de Regular.* & sic sepeliuntur in Ecclesia, in qua sepeliri debuissent, si ad Monasterium non fuissent translati. Archidiac. *cap cùm quis, de sepult. in 6.* quod intellige, nisi se aliter habeat consuetudo, ex Syluestro *ver. sepultura.* Alij autem distinguunt, aut enim fuerunt in proposito redeundi ad sæculum, & tunc si sunt impuberes debent sepeliri in sepultura maiorum suorum, si puberes in sepultura electa; aut non fuerunt in tali proposito, & tunc sepeliuntur in propriis Monasteriis, & hæc opinio concordat cum supradicta, dum loquitur de translatis. Nouitij tamen non possunt eligere sepulturam, etiam ante emissam professionem, neque post, licèt secùs alij sentiant. Ita Lauorius, sed confusè, & sibi contrariando.

2. Audiamus igitur Villalobos *in summ. tom.2. tractat.31. diffic.2. num.13.* vbi sic ait. [Los Nouicios se han de enterrar en los Monasterios donde son Nouicios, como esta en costumbre, lo dize Syluestro, y el Padre Fray Manuel dize, que es conforme à los priuilegios de las Religiones, y esto aunque muriessen en casa de su padres, estando allà con el habito y licencia de su Prelado, como dize el mismo Padre Fray Manuel, aunque de derecho se hauian de enterrar en los sepulcros de sus mayores, y no los auiendo en la Paroquia, como dize Archidiacono. Mas a se de aduertir, que los Nouicios pueden eligir sepultura, como pueden dexar el habito, y boluerse al siglo] Notandum est etiam hîc obiter cum Portel *in dub. regul. ver. sepultura, n.2.* quòd possunt Religiosi suos familiares intra claustra morientes in sua Ecclesia sepelire.

Sup. aliqua alia contingētia in hoc casu lege infra §. vlt. Res.238.

Sup. hoc ibidem §.2. a lin.3. vers. Possunt.

RESOL. CLXIV.

An Nouitij gaudeant priuilegiis professis alicuius Religionis concessis, vel solum priuilegio Canonis? Ex p.3. tr.2. Res.73.

§.1. NEgatiuè respondet Rodriq. *in quæst. Regul. tom.3. quæst.51. art. vltim.* & Portel *in dub. Regular.*

Regular. verb. Nouitij annus, *numer.* 53. vbi fic ait. Nouitius directè, ac propriè folùm gaudet priuilegio Canonis, aliis verò priuilegiis non gaudet, quæ conceduntur Profeffis, nifi exprimatur de Nouitiis. Ita ille.

2. Sed contrariam fententiam fuftinendam effe puto, quam tuetur Suarez *de Relig. tom.* 3. *lib.* 5. *cap.* 16. *num.* 17. Sanchez *in fumm. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 39. *num.* 13. *& tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 10. *in fine.* Riccius *in praxi tom.* 4. *refol.* 240. *numer.* 2. Azotius *tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 2. *quæf.* 10. Henriquez *lib.* 7. *cap.* 22. *numer.* 7. Saytus *de cenf. lib.* 7. *cap.* 13. *numer.* 6. quia licet Nouitius non fit verè, & in effectu Religiofus, in fauorabilibus tamen habetur tanquam Religiofus, & Profeffus, & largo modo Nouitius dicitur Religiofus, & Monachus, vt benè notat Rebuffus *in praxi benef. tit. de difpenfat. cum Regular. numer.* 23. qui teftatur Cancellariam Apoftolicam vocare Nouitium Monachum; quæ omnia magis corroborantur ex priuilegio fpeciali conceffo Generali Societatis IESV, cuius vigore omnia Societatis priuilegia Nouitij communicare valent, vt patet *in compen. priuil. dictæ Societatis, tit. Communicatio, nu.* 3. vnde noftra Religio, & aliæ ratione communicationis hoc priuilegio gaudebunt.

RESOL. CLXV.

An Nouitius, cum redit ad fæculum, teneatur ad expenfas, quas in eum alendo Monafterium fecit, quia in Monafterio mulierum confuetudo eft vniuerfalis? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 16.

§. 1. Affirmatiuam fententiam poffe aliquem fuftinere, docet Peregrinus *in comment. ad noftras conftitut. part.* 2. *cap.* 1. *lit. G*, §. 10. Quia Concilium Trident. *feff.* 16. *de Regul. cap.* 15. habet, quod difcedente Nouitio à Religione ante Profeffionem, fi aliquid acceperunt Religiofi ex bonis Nouitij, parentibus dicti Nouitij tenentur reftituere, (nota) excepto victu, & veftitu Nouitij. Non enim hoc dixiffet Concilium, nifi dicti Nouitij tenerentur. Deinde in Monafteriis mulierum confuetudo eft vniuerfalis, vt Nouitij alantur à parentibus, vel curatoribus. Ergo cùm Concilium Tridentinum loquatur de Nouitiis, tam fœminis, quàm mafculis, fequitur idem obferuandum effe in vtrifque. Ita Peregrinus.

2. Sed hæc opinio eft contra communem Doctorum fententiam, quam tuentur tredecim Doctores, quos citat, & fequitur Sanchez *in fumm. tom.* 2. *libro* 6. *cap.* 10. *numero* 4. quibus adde Ioannem Suarez *in Enchiridio cafuum confcientiæ lib.* 3. *verb. Religio, Paragrapho Nouitius egreffus.* Fauftum *in Thefaur. Relig. libro* 5. *quæftione* 191. Villalobos, & Suarez *vbi infrà.*

3. Dico igitur Nouitios ex Religione egredientes nullatenus teneri ad expenfas, quia cùm liberè poffint redire ad fæculum, fi ad expenfas tenerentur, poffent ex hoc aliquando teneri; ergo, &c. Deinde redditus, aut eleemofinæ Monafterij, non tantùm funt ad alendos Profeffos, fed etiam Nouitios. Et tandem is, qui ingreditur Religionem, ftatim fe offert feruitio, & vtilitati Religionis, & de facto illi deferuit, ideo debitum eft, vt eius bonis alatur.

Reftat modo refpondere ad argumenta Peregrini, & ideo.

4. Ad primum dico, quod fi is, qui ingreditur Religionem, in fuftentationem fuam, pro tempore Nouitiatus aliquid Religioni donet, non teneri poftea Religionem illi egredienti reftituere, nifi eam partem, quam non confumpfit pro rata temporis. Et hoc fecundum Suarez *de Relig. tom.* 3. *lib.* 5. *c.* 11. *n.* 5. & alios, determinat Concilium à Peregrino adductum; vnde non loquitur in terminis cafus noftri, vbi nulla donatio, vel obligatio Nouitij, aut parentum intercedit.

5. Ad fecundum refpondeo, ex confuetudine vniuerfali omnium Religionum ita fuiffe interpretatum Concilium Tridentinum, vt in ipfo comprehendantur folùm Nouitiæ fœminæ, & ideò Villalobos *in fumm. tom.* 2. *tractat.* 35. *different.* 16. *numer.* 6. fic afferit. [El nouicio que fe fale de la Religion, no efta obligad à pagar los alimentos de nouiciado. La razon es, porque fi el monafterio le alimento, tambien el lo firuio, y no obfta fi à cafo eftuuò malo, que effo es accidental, y affi efta en coftumbre, que no fon los nouicios, como las nouicias quanto à efto.] Ita ille & Suarez, & alij communiter.

6. Illud verò quod addit Peregrinus, quòd Magiftri Nouitiorum benè experti funt, Nouitios non feruire Monafterio, cùm fint inexpertes rerum pertinentium ad Religionem, fed potius Monafterium feruire Nouitio, hoc inquam mihi non placet, ficut neque placuit fupradictis Doctoribus, qui Religiofi fuerunt, & tamen dixerunt Nouitios feruire Monafteriis, & mereri alimenta pro dicto feruitio. Et ego puto, quod quilibet Nouitius, licèt ftolidus ordinariè loquendo, pro feruitiis Monafterio exhibitis, victum, & veftitum meretur; maximè in noftra Religione, vbi tam parcè induimur, & comedimus. Igitur abfolutè noftram fententiam tenendam effe exiftimo, & ita his diebus in facti contingentia confului, nec aliter tenendum eft.

RESOL. CLXVI.

An Nouitius recedens à Religione reincidat in cenfuras, ac irregularitates, à quibus in Religione abfolutus fuit? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 44.

§. 1. Affirmatiuè refpondet Peregrinus *in compen. noftrorum priuileg. part.* 1. *tit. abfolutio*, §. 1. *in fcholio.* Sorbus *in compend. priuileg. tit. Nouitius*, §. *de Nouitiorum abfolutione, ver. deinde*, & Rodriquez *in qq. Regular. tom.* 1. *quæft.* 24. *articul.* 15. afferentes Nouitios vi aliquorum priuilegiorum abfolutos, redeuntes ad fæculum in cenfuras, & irregularitates reincidere, ex eo quod hæ conceffiones videntur conditionem includere, fi in Religione perfeuerauerint, iuxta Syluestrum *ver. Abfolutio*, 5. n. 9. Sup. hoc. in to. 5. tr. 2. R. 79. §. Sed negatiuam, à lin. 3.

2. Verùm mihi contraria fententia placet fi dicti Nouitij à præfatis nexibus fuerunt abfoluti vigore priuilegiorum, quæ adducit ipfe Rodriquez *q.* 10. *art.* 21. vel vigore cuiufdam priuilegij Clem. IV & aliorum priuilegiorum, quæ adducit Bartholomæus de Vecchis *in praxi Nouitiorum, difp.* 9. *dub.* 25. *num.* 3. vbi noftram fententiam tenet, & validiffimis rationibus firmat. Vide etiam Bonacinam *de leg. difput.* 4. *quæft.* 2. *punct.* 7. §. 4. *numer.* 28. Suarez *de Relig. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 6. & alios. Ratio eft, quia folutio purè & fimpliciter data non eft explicanda, datam fuiffe ad reincidentiam, vt notat Suarez *in* 3. *p. tom.* 5. *difp.* 7. *fect.* 5. *num.* 35. nifi in cafibus à iure expreffis, vt habetur *in cap. eos qui, de fent. excommun. in* 6. vel nifi facultas abfoluendi ita expreffè conceffa fit. Cùm ergo in priuilegiis relatis eifdem Nouitiis nominatim conceffis non exprimatur hæc reincidentia; ergo, &c. Et confirmatur, nam vt ego alibi firmaui, abfolutus tempore Iubilæi à cafibus referuatis, &c. habens animum lucrandi verè Alibi in to. 4. tr. 4. R. 61.

§. 1. & in R. 61. §. Verum. & in alio §. eorū annot. Iubilæum, si postea illud non lucretur, non reincidit tamen in censuras, & liber remanet à reseruatione; ergo idem dicendum erit de Nouitiis vi priuilegiorum absolutis, cùm eadem militet ratio.

RESOL. CLXVII.

An Nouitius possit condere testamentum, seruatis tantùm solemnitatibus iuris Ecclesiastici, non autem Ciuilis? & quid de Clericis?

Et notatur, quod hæres alicuius Nouitij, vel Clerici ex testamento confecto ab ipso sine forma Iuris Ciuilis potest in conscientia hæreditatem adire, & possidere.

Etiamque aduertitur Nouitium Societatis IESV, etiam si posset validè condere testamentum, peccare tamen venialiter, si hoc faceret absque licentia Superioris.

Et quæritur, An Patres Societatis IESV, qui post annum Nouitiatus emittunt tria vota substantialia, possint validè testari absque licentia Superioris?

Et quid est agendum, si talis Religiosus licentiam non petierit, sed facto testamento mortuus est, possit-ne Superior testamentum sine sua licentia factum rescindere?

Et docetur Collegia, & domos professas Societatis IESV, posse hæredes institui siue ab aliquo suo Religioso, siue ab extraneo, & professos Societatis IESV, tantùm esse incapaces successionis ab intestato.

Et notatur de vsufructu testamenta fieri posse à Nouitiis, non obstante Concilio Tridentino, sess. 25. cap. 16. de reformat? Ex part. 9. tract. 9. & Misc. 4. Resol. 16.

Sup. hoc in R. 1. not. seq. & in eod. §. §. 1. AFfirmatiuè respondent Præpositus, Ancharanus, Suarez, Tapia, Molina, & Azorius apud Sanchez *lib. 7. in Decal. cap. 2. numer. 19.* ea ducti ratione, quod Nouitij inter personas Ecclesiasticas, computantur, gaudéntque priuilegio fori instar Ecclesiasticorum, & quod militi militiæ cælestis non debet denegari, quod conceditur militi militiæ armatæ, iuxta Glossam, *l. miles, v. facere. ff. de re iudic.* nimirùm vt possit facere testamentum absque forma solemni iuris ciuilis. Et hanc opinionem esse probabilem putat VVadingus, *tract. de contr. disput. 4. dub. 5. §. 1. numer. 2.* & Pellizzarius *in Man. Regular. tom. 1. tractat. 2. cap. 7. quæst. 13.* Sed ipsi meritò negatiuæ sententiæ tanquam probabiliori adhærent, & docet etiam Castrus Palaus *tom. 3. disp. 1. punct. 14. num. 2.* Quod probatur: nam licet probabiliter asseruerint Ferdinandus, Vasquius, *lib. 3. de creat. success. §. 2. num. 37.* cum sequentibus. Suarez contra Regem Angliæ *lib. 4. cap. 16.* & & alij, Clericos in testamentis non teneri seruare formam à iure ciuili statutam. Tamen magis probabiliter contrarium docuit Sanchez *in Summ. tom. 1. lib. 7. c. 3. n. 20.* Molina, *disp. 133.* Vasquez *in p. 2. disput. 167.* Salas *de legibus. disp. 14. sect. 8.* cum aliis ex fundamento passim à Theologis recepto in materia de Legibus, quòd Clerici teneantur legibus Principum sæcularium, quando sunt generales pro tota communitate, & non disponunt directè de Clericis, aut rebus eorum, nec aliquid continent, aut sacris Canonibus, aut statui Clericorum repugnans, vt satis declaratur cap. 1. de noui operis nunciatione, & innuitur in cap. Innotuit, de arbitris: atqui leges irritantes Testamenta sine certa solemnitate sunt istius generis: ergo iis tenentur Clerici.

Sup. hoc in to. 6. tr. 7. R. 91. §. vlt. & in R. 94. §. 1. in fin.

2. Dices primò: Personæ supradictæ sunt à sæculari potestate exemptæ: ergo non possunt eius legibus obligari: hoc est argumentum Vasquij. Respondetur negando consequentiam; quia etiamsi sint exemptæ; propter conformitatem tamen cum cæteris Reipublicæ in qua viuunt, membris, voluit Ecclesia eos obligari legibus totius Communitatis, quando concurrunt quæ in probatione assumpsimus.

3. Dices secundò Ecclesia *in cap. Cùm esses de testament.* reduxit eos ad solemnitates iuris-gentium. Respondetur, Capitulum cùm esses, ex communi sententia, & praxi tantùm habere locum in terris temporali Pontificis iurisdictioni subiectis; extra verò illas, nec Laïcos, nec Clericos, nisi specialia Regnorum statuta, aut consuetudines legem ciuilem abrogauerint, dispositioni illi se posse conformare. Et fortè, cùm Suarez, existimauerit dispositionem istius capitis esse pro omnibus Clericis, vt multi sentiunt, consequenter negauit testamenta Clericorum cum sola solemnitate istius capitis facta censeri debere irrita: in materia verò de legibus aliam, & communiorem secutus sententiam, dixit Clericorum testamenta (ad causas scilicet profanas; ad pias enim aliter iudicandum) sine solemnitate iuris ciuilis esse irrita.

4. His tamen non obstantibus nota, quod hæres alicuius Nouitij, vel Clerici, ex testamento confecto ab ipsis sine forma iuris ciuilis, potest in conscientia hæreditatem adire, & possidere stante probabilitate opinionis asserentis vt supra visum est, Nouitios, & Clericos posse testari absque solemnitate requisita à iure ciuili, licet ego, vt dixi, contrarium teneam.

5. Notat verò Castrus Palaus *tomo 3. disputat. 1. punct. 14. numer. 15.* Nouitium Societatis IESV, etiamsi possit validè condere testamentum; peccare tamen venialiter si hoc faceret absque licentia Superioris.

6. Sed hîc obiter oritur difficultas, an Patres Societatis IESV, qui post annum Nouitiatus emittunt tria substantialia vota, possent validè testari absque licentia Superioris: tale testamentum esse inualidum putat Molina *disp. 139.* Lessius *lib. 2. cap. 4. dub. 5.* Sed Suarez *tom. 4. lib. 4. cap. 6.* Sanchez. & Azorius, quos citat, & sequitur VVadingus vbi suprà, §. 2. contrarium tenent: docent enim validè eos testari, sine licentia Superioris. Et ratio est, quia qui validè de suis rebus disponit inter viuos, validè quoque disponit in morte, nisi specialiter à iure reddatur inhabilis ad testandum: atqui nullum ius peculiariter reddit Scholasticos Societatis inhabiles ad disponendum per testamentum, magis quam inter viuos.

7. Dubitari autem potest, an illicitè testentur. Respondetur: Si testamentum condant cum animo Superiori illud subdendi, vt ipse, si velit approbet aut reiiciat, nec velint effectum sortiri, nisi ex consensu Superioris, non videntur peccare: quia sicut possunt Superiori tradere quamcumque aliam suæ voluntatis declarationem inter viuos, vt approbet, vel improbet, ita & possunt voluntatem dispositionis post mortem. Verum si facerent testamentum sine animo subiiciendi Superiori, sed absolutè exequendi sine licentia; procul-dubio peccarent contra promissionem, & etiam votum paupertatis, volendo exercere actum dominij, qualis est testamenti confectio independenter à voluntate Superioris.

8. At quid dicendum si talis Religiosus ex Societate licentiam non petierit, sed facto testamento mortuus sit, possit-ne Superior testamentum sine sua licentia factum rescindere? Suarez *tomo quarto, de Religion. libro quarto, de Institut. Societatis IESV, capite 6.* docet omnino id posse idemque existimat de omnibus dispositionibus, etiam inter

inter viuos factis; quia licet putet validè donare inter viuos Scholasticum tamen addit, donationes tales esse infirmas, siue ad arbitrium Superioris reuocabiles, & omnes contractus sine licentia initos esse rescindibiles. Qua in re Suarez authoritatem magnifacio, & potuit fieri, vt Ecclesia tali conditione dominium reliquerit illis, vt non solùm peccarent alienando sine licentia, sed etiam vt tales contractus essent à Superiore rescindibiles. Sed non video sufficiens fundamentum hoc asserendi; quia posito (quòd ex mente Suarez, Sanchez, & aliorum multorum) quòd votum paupertatis faciat tantùm, vt illicitè vsurpetur dominium à Religioso sine licentia Superioris, valida tamen sit illa translatio dominij quantumuis peccaminosa; non possumus asseuerare donationem semel validam contra naturam suam fieri reuocabilem ad arbitrium Superioris, nisi lex specialiter id statuat, sola enim prohibitio donationis non est sufficiens fundamentum: cùm donationes aliæ, quæ sunt illicitæ, sint tamen plerumque irreuocabiles; & ita temperanda cum aliqua distinctione sententia illa videtur. Si enim Religiosus talis testamentum condens, moriatur antequam illud Superiori ostenderit, Superiorem dico posse præsumere eum voluisse, vt subderetur, & reuocari possit; & tunc rescindet validà, & in tali casu succedetur illi ab intestato, non à societate, sed ab amicis: & quò ad illam præsumptionem procedit opinio Suarez. Si verò ex circumstantiis appareat noluisse Superiori ostendi, aut ab eo reuocari; dico esse validum, & firmum, & hæredes institutos succedere. Huc vsque Pater Vvadingus ex societate. Sed quia sunt materiæ propriæ, & indiuidualiter spectantes ad dictam Religionem, meum iudicium non interponam; solùm referre volui quid ipsimet sentiant. Et ideò ne deferas recognoscere Cardinalem Lugo *de Iustitia tomo 2. disputatione 3. numero 79.* Pellizzarium *in Manuali Regularium tomo primo, tractatu quarto, capite secundo, sectione secunda, numero 159. & 160.* Sicut etiam facio de alia quæstione; nam Sanchez *libro 7. de præcept. capite 27. numero 24.* licet Collegia, & domos professas Societatis Iesu, concedat posse hæredes institui, siue ab aliquo suo Religioso, siue ab extraneo, & in hoc puncto veritatem attingat; tamen negat Coadiutorem formatum, aut professum Societatis posse hæredem institui, & in hac parte nihil nos differre ab ordine Sancti Francisci, legatum aliquod fatetur posse personis paricularibus relinqui, illudque acquiri Collegio, ac domui in qua persona illa habitat. Cum Sanchez consentit Laymann *libro 4. tractatu 5. capite 5. numero 4.* Sed Pater Vvadingus *tractatu de controuers. disputatione quarta, dubio quinto, §. 4. numero 5.* putat omninò probabilius Professos Societatis tantùm esse incapaces successionis ab intestato; & circa successiones eodem modo se habere Professos Societatis, quo se habent omnes Religiosi in Gallia, qui ab intestato non succedunt, sed tantùm ex testamento: possunt ergo Professi Societatis hæredes testamento institui, sicut Religionum aliarum Professi, & Collegia, vel domus professæ possunt eorum nomine hæreditatem adire. Probat hoc Vvadingus pluribus rationibus.

Sup. hoc & seq. in hoc §. in to 6. tr. 7. ex R. 124. lege doctrinã. §. 1. & si placet vide eam per totam, & alias eius annot.

9. Nota tamen contra Castillum de vsufructu *lib. 1. cap. 65. numer.* –. Guttierrez, Spino. & alios, testamenta fieri à Nouitiis, non obstante decreto Concil. Trid. *sess. 25. c. 16. de Reform.* quia Trident. solùm loquitur de contractibus inter viuos, & irreuocabilibus naturâ suâ: Tum quia verbum renunciatio, & obligatio hoc propriè significat. Tum quia loquitur Concilium de renunciatione, seu obligatione, quæ necessariò professione facta esset effectum habitura; vt constat ex illis verbis, ac non aliàs intelligatur effectum suum sortiri, ni secuta professione, aliter verò facta, &c. Deinde quia in testamento cessat finis huius decreti, qui fuit, ne vi renunciationis factæ impediretur Nouitius à libero Religionis egressu, quòd in testamento nunquam contingere potest, cùm semper liberum fuerit nouitio illud reuocare Et ita docent Doctores, quos citat, & sequitur Castrus Palaus *tom. 3. disp. 1. punct. 14. num. 11.*

RESOL. CLXVIII.

An Nouitius etiam Patrum Minorum, & Capuccinorum possint in suo testamento reseruare electionem puellarum, quibus suus hæres debet quotannis soluere certam pecuniariam summam?

Et an supradicta nominatio puellarum debeat fieri cum licentia Superioris? Ex p. 3. tr. 1. Res. 24.

§. 1. NEgatiuè respondet Politius *in Regul. Cap. c. cap. 6. num. 77.* & alij, qui docent supradictos Religiosos non posse suscipere vltimarum voluntatum executionem, ex Clem. *Exiui §. proinde, de ver. significat.*

Sup. hoc quod hic docetur laiđ in to 6. tr. 9. Res. 15.

2. Sed ego contrarium puto, etiamsi Nouitius sit ex FF. Minoribus, seu Capuccinis, quia in tali casu cessat ratio d. Clem. non enim adsunt litigia, & pecuniæ contrectationes, seu administrationes. Nota tamen quod supradicta nominatio puellarum debet fieri cum licentia Superioris. Et hæc omnia docet Bartholomæus de Vecchis *in praxi Nouitiorum, disp. 8. dub. 13. num. 2.* & alij penes ipsum.

Sup. hac nominatione in §. vlt. R. not. prætermiss., & in alia eius annot.

RESOL. CLXIX.

An licitum sit Religioso suum testamentum ante professionem factum declarare? Ex part. 3. tractat. 1. Resol. 75.

§. 1. NEgatiuam sententiam tenet Miranda *in manuali Prælat. tom. 1. quæst. 23. art. 10.* & alij penes Gasparum Thesaurum *in qq. forens. q. 56. num. 3.*

2. Sed contrariam sententiam, meritò tenet Reginaldus *tom. 2. lib. 18. cap. 27. num. 197.* Moneta *de commut. vltim. volunt. cap. 5. quæst. 1. numer. 14.* & alij, quos nouissimè affert Bartholomæus de Vecchis *in praxi nouit. disput. 18. dub. 12. num. 2.* quibus ego addo Hieronymum Rodriq. *in compend. qq. Regular. resol. 101. n. 50.* qui citat Sanch. *in summ. tom. 2. lib. 7. cap. 11. num. 16.*

3. Dico igitur posse Religiosum, etiam minorem Capuccinum declarare suum testamentum ante professionem confectum, dummodò tale testamentum dubiæ, vel obscuræ voluntatis interpretati ne indigeat, & Religiosus declarationem verbis conuenientem proferat. Vide Gozadinum *consil. 41. num. 15. 16. & 17.* Ratio est, quia in tali casu Religiosus non disponit aliquid, sed ostendit, quid actum sit in præteritum.

RESOL. CLXX.

An legitima debeatur filiis statim post professionem Patris?

Vel in tali casu si non debeatur legitima, obligentur filij alimenta à Monasterio petere?

Idem dicendum est, si filius Religionem ingrediatur.

Et an Religioso habenti Maioratum, fideique commissum

missum succedat ei substitutus à die professionis, vel Monasterium? Ex part. 6. tract. 7. & Miscel. 2. Resol. 55.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Azorius *tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 8. *quaest.* 7. Molina *de iustit. tom.* 1. *tractat.* 2. *disput.* 140. Lessius *lib.* 2. *cap.* 42. *dub.* 10. *numer.* 86. Suarez *de Religione, tomo tertio, libro octauo, capite* 16. *numero* 7. Sanchez *in summa, tomo* 2. *lib.* 7. *cap.* 10. *numer.* 3. & alij. Quia si filiis non debetur statim legitima patris, sed durante eius vita Monasterium retinet illius bona potest, obligantur filij alimenta à Monasterio petere, ipsumque Monasterium obligatum est ea præbere, quod certè, & filiis durum est, & Monasterio non parùm onerosum: siquidem sæpè ex suis bonis obligaretur Religiosis filiis succurrere, legitima parentis non sufficiente: sicuti obligatur pater filiis alimenta præbere, cùm legitima non sufficit. Deinde quia professi nulla potest esse successio, cùm nulla bona habeat; sed omnia illius bona in Monasterium transferantur, ergo frustrà filij eius mortem naturalem expectabunt: succedent ergo à die professionis.

2 Sed his non obstantibus, nouissimè negatiuam sententiam docet Castrus Palaus *tom.* 3. *tractat.* 16. *punct.* 14. *num.* 3. vbi multas adducit rationes pro sua firmanda sententia, & respondet ad argumenta contraria. Et ad primum superiùs appositum concedit posse filios alimenta à Monasterio petere, ipsumque obligatum esse eis præbere, si aliundè non habent: at cùm hæc obligatio non ex natura, sicut in patre, sed ex bonis patris receptis oriatur, vltra ea obligatio extendi non potest, vt benè dixit Abbas *cap. in præsentia, num.* 77. *de probationibus.* Syluester *verb. Religio* 8. *quaest.* 3. Molin. *to.* 1. *disp.* 140. *vers. eo ipso.* Denique nego non dari successionem professi; nam esto in sua persona bona non habeat, habet tamen in Monasterio quod ipsum repræsentat. Aliàs Religioso habente maioratum, fideique commissum, succederet ei substitutus à die professionis contra superius dicta. Et ex his infertur esse idem à fortiori dicendum, si filius Religionem ingrediatur non deberi parentibus legitimam; quousque ipse obeat: sed interim Monasterium illa frui posse: vt benè tradit Guttierrez *Can.* 4. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 93.

RESOL. CLXXI.

An Magister tertiæ Classis in nostra Religione, vel vt dicitur in aliis nouiter professorum, debeat habere ætatem 35. *annorum necessariam pro Magistro Nouitiorum iuxta constitutiones Clem. VIII.* Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. Res. 29.

§. 1. HIc casus omnibus Religionibus potest de facili accidere: & negatiuam sententiam docet nouissimè Carolus Maranta *in controuers. Iuris tom.* 2. *Respons.* 25. *per totum.* Nam Constitutio prædicta apertè loquitur de Magistro Nouitiorum, non verò de Magistro Professorum; ergo non est extendenda de vno ad alium casum. Et dicta Constitutio distinctè de his duobus Magistris loquitur: neque in vno Capitulo dicta, atque disposita, in alio disposita, & repetita censenda sunt, cùm distincta sint Capitula & à se inuicem distinctam contineant dispositionem. Cæteras rationes pro hac firmanda sententia videbis penes dictum Marantam *loco citato,* vbi testatur quemdam Fratrem Vrbanum à Neapoli Ordinis Minimorum Sancti Francisci de Paula deputatum ad curam Clericorum Professorum in Conuentu Sancti Ludouici Neapolitanò restitutum fuisse ad statum suum non obstante, quòd priùs fuisset priuatus per Generalem ex eo duntaxat, quòd 33. ætatis annum ageret, & non 35.

RESOL. CLXXII.

An Religiosus professus loquens cum Nouitio absque Magistri licentia peccet mortaliter?

Et quid si loquatur cum eo verba vitæ æternæ? Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. Res. 1.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Peyrinus *Comment. in Regul. Minim. cap.* 2. §. 3. *quaest.* 5. *numer.* 13. vbi sic ait: [Mortaliter peccant professi, qui Nouitios alloquuntur extra præsentiam Magistri, vel contra eius voluntatem: quia hoc est contra Constitutionem Pontificum in re graui, contra morem, & consuetudinem omnium religionum, in quibus viuitur cum disciplina, præsertim nostræ, eo modo, quo de alloquentibus Moniales dixi *tom.* 2. *priuileg. Constitut.* 6. *Pij V. numer.* 36. Imò addo, etiamsi loquantur cum illis verba vitæ æternæ, vt conuincit locus Constitut. *modò* cit. ibi: *& varia percipit documenta virtutum.* Sic enim vsurpant sibi Magistri iurisdictionem contra præceptum Pontificum *in Constit.* 10. *cit* §. 93. Paruitas tamen materiæ quæ maneat in sua paruitate, excusat à mortali.] Ita ille: sed sine aliquo fundamēto: Constitutio enim Pontificia, quam adducit *in dicto* §. 93. non facit ad rem: nam primò, vt ipse paulò infrà, *num.* 36. asserit *in dicto* §. 93. loquitur Pontifex de superioribus in ordine ad Regimen Nouitiatus. Deinde dicendum est, verba ibi apposita esse directiua, non præceptiua, vt ipsemet *paulò infrà num.* 18. probabiliter, me citato de omnibus Institutionibus Nouitiorum in dicta Constitutione contentis, fatetur. Quare in nostro casu nunc dixit *in* §. 93. *dictæ Constitutionis*, continere præceptum peccati mortalis? Non videtur loqui consequenter. Et ad exemplum de Monialibus, est dispar ratio, imò fuit necessarium, vt S. Congreg. explicaret, an Regularis colloquendo cum Moniali peccaret mortaliter, vt de facto decreuit sub die 1. Iulij 1606. Et ego peto à Peyrino, si ipse *loco citato, in Constit.* 6. *Pij V.* docuit, quod si quis Religiosus declaret aliquem casum conscientiæ Moniali, non peccat mortaliter, non obstante d. Decreto S. Congreg. quare peccabit mortaliter Professus cum Nouitio loquendo, vt ipse ait, verba vitæ æternæ? Dicendum est igitur, malè facere professum cum Nouitiis loquendo absque Magistri licentia, sed non peccare mortaliter, vt vult Peyrinus seclusis aliis circunstantiis.

Sup. contento in hoc v. Deinde. sup. ex R. 122. lege §. Ad aliud. à lin. 4. & §§. eius annot.

Sup. hoc latè infra in Res. 305. &c.

Sup. hoc inf. in R. 8. & in aliis eius primæ non positæ contra cit.

RESOL. CLXXIII.

An Religiosi negantes suffragium Nouitio idoneo peccent mortaliter?

Et an retrahentes quempiam sine iusta causa ab ingressu Religionis committant peccatum lethale? Ex p. 5. tr. 2. Res. 19.

§. 1. PEregrinus *in Comment. ad nostras const. p.* 2 *c.* 5. *lit. B.* § 1. negatiuam sententiam probabilem putat, quam docet Sanchez *in sum. to.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *n.* 59. qui ait. Sicut culpa Nouitij leuiter retrocedentis est solùm venialis, ita etiam negantes suffragium non peccant plus quàm venialiter, non enim magis obligatur Religio Nouitio, quàm Nouitius ipsi Religioni, quoad culpam.

Sup. hoc in R. 103. & sup. in fin. R. 146.

2. Verum hæc opinio summopere mihi displicet, & nullus auctor, quem ego legerim, neque ante, neque

neque post Sanchez hanc sententiam docere ausus est, & ideò Sanchez nominatim impugnant Vechius *in praxi Nouitiorum disput.* 12. *dub.* 1. *numer.* 4 Portel *in addit. ad dub. regul. ver. Nouitius*, *numer.* 17. Faustus *in Thesaur. Relig. lib.* 5. *q.* 213. & 214. Corduba *in Regul. Minor. cap.* 2. *q.* 2. & 11. cum Miranda *in manuali Prælatorum tom.* 1. *quæst.* 25. *art.* 12. *concl.* 1. & 2. Sed audiamus in hac re P. Suarez sic differentem *de Relig. tom.* 3. *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 7. Existimo ministros Religionis grauiter peccare expellendo Nouitium idoneum sine causa rationabili, vel quia abutuntur potestate iurisdictionis sibi concessæ, ratione cuius ex officio tenentur, & bonum Religionis procurare, & quasi iustum iudicium ferre in causa. Videntur etiam mihi peccare contra charitatem respectu Nouitij, quia priuant illum magno bono, & grandi periculo exponunt. Quæ rationes non habent locum in ipso Nouitio, quia disponere potest de se ipso, non vt minister, aut dispensator, sed vt dominus, & potest cedere iuri suo. Ita Suarez.

3. Vnde patet responsio ad argumentum Sanchez, & Peregrini, est enim dispar ratio inter obligationem Nouitij, & Religionis. Nouitius enim secluso voto recedens absque vlla causa ratione leuitatis, peccat tantùm venialiter, non enim peccat contra charitatem, eo quòd inde non resultat nocumentum alicuius momenti Religioni: nec etiam peccat contra iustitiam, aut fidelitatem, quia nihil promisit. At Religio, seu Religiosus negans absque iusta causa suffragium, peccat contra charitatem, vt probatum est, & peccat, quia abutitur potestate incorporandi Religioni, qua tenetur bonum Religionis procurare & iustum iudicium ferre. Ex quibus aperte constat in hac obligatione, quæ non est iustitiæ commutatiuæ, sed distributiuæ, vel charitatis, non esse mutuam obligationem inter Nouitium, & Religionem, vt supponit Sanchez.

4. Deinde probatur supradictos peccare mortaliter; nam communiter Doctores docent retrahentes quempiam sine iusta causa ab ingressu Religionis, lethale peccatum committere contra charitatem. Sed Religiosus, qui negat suffragium idoneo Nouitio, non solùm retrahit, sed illum expellit à Religione; ergo peccatum mortale committit. Quod verò retrahentes aliquem à Religione peccent, vt diximus, mortaliter, docent Portel *in dub. Reg. v. Religiosus*, *n.* 13. Petrinus *de Relig. tom.* 1. *q.* 1. *c.* 29. Rebellius *p.* 1. *lib.* 4. *q.* 15. *n.* 5. Syluius *in* 2. 2. *D. Th. q.* 62. *art.* 2. *quæritur* 1. *concl.* 1. & 2. Lessius *lib.* 2. *c.* 8. *dub.* 13. *num.* 12. Layman *in Theol. moral. lib.* 3. *sect.* 6. *tr.* 2. *c.* 8. *n.* 2. Molina *de iustitia to.* 5. *tr.* 4. *disp.* 5. *n.* 2. *v. secunda verò pars.* Villalobos *in summa to.* 2. *tract.* 11. *diff.* 26. *numer.* 1. & 2.

Sup. hoc sup. in R. 145. à §. Hoc supposito. sed lege eam per totam.

5. Dicendum est igitur Religiosum negantē suffragium Nouitio idoneo peccare mortaliter, quidquid asserat Peregr. opinionem Sanchez esse probabilem.

RESOL. CLXXIV.

An si quis absque causa neget Nouitio Professionem, peccet mortaliter? Ex part. 7. tract. 11. & Misc. 2. Resol. 26.

Sup. hoc in R. præterita, & sup. in R. 146. in fin.

§. 1. Casus potest esse sæpè in praxi, & negatiuam sententiam post Sanchez, & alios docet nouissimè Caramuel *in Regul. D. Bened. disput.* 40. *conclus.* 20. *numer.* 472. vbi docet non peccare contra iustitiam illum qui sine causa Nouitium reprobat. Probatur; Quia annus probationis æquè conceditur Nouitio, & Monasterio; Atqui Nouitius potest deserere Ordinem sibi conuenientem, & aptum, & hoc sine conscientiæ scrupulo: Ergo Ordo poterit sine scrupulo dimittere Nouitium sibi, conuenientem, & aptum; Quia aliàs communitas esset peioris conditionis, quàm particularis, quod est absurdum, cùm illa semper debeat esse melioris conditionis.

2. Dices, Nouitium sine causa non posse dimitti, quia illi fit magna iniuria; perdit enim opinionem suam si expellatur. Dico etiam, quod Religio non lucratur honorem, quando Nouitius eam deserit & nihilominus eam potest Nouitius relinquere, cùm voluerit sine causa: ergo etiamsi non subsit causa aliqua, poterit eum Religio dimittere: quia in iis quæ à mera gratia pendent, stat pro ratione voluntas. Præterea si ratio hæc esset efficaciæ alicuius, probaret Nouitium non posse dimitti etiam cum causa. Quoniam plus opinionis perdit quando ob causam aliquam dimittitur; & sicut cùm subest causa, Communitas vtitur iure suo, & directè non nocet Nouitio, sed solùm indirectè: sic similiter, quando causa non subest, poterit Communitas vti sua libertate, & directè non nocebit Nouitio, sed indirectè. Ille enim qui vult posse spontè egredi, iniustus esset, si nollet posse spontè dimitti. Ergo si hoc supponitur antequam vestiatur; nemini fit iniuria; quia si hæc conditio non placet, aut non postulet habitum, aut polliceatur, se non esse egressurum sine causa: & tunc erit in beneficio probationis æqualitas; quia conditio inæqualis, non iusta, sed iniqua est. Confirmatur, Cùm communitas admittit Nouitium, se exponit periculo, quod possit deseri cùm placuerit Nouitio: ergo quando is vestitur, debet supponere se posse expelli, dum placuerit communitati. Confirmatur secundo. Annus probationis conceditur, vt examinet Nouitius, vtrum ipsi Ordo placeat: Ergo sicut Nouitio ad egrediendum ratio est sufficiens, quòd religio non placet; etiam Ordini erit æquè sufficiens ad dimittendum, quod Nouitius non placet. Ergo manet liquidum, illum nihil contra iustitiam facere, qui conuenientem Nouitium reprobat.

3. Posset videri contra charitatem procedere, si non esset alius Ordo, aut Monasterium, in quo talis Nouitius posset esse æquè Sanctus: quia sicut non tenetur Communitas omnes desiderantes vestire; sic nec omnes vestitos consecuare. Et si ratio, quam præoccupo, esset efficax, probaret, nemini posse habitum Ordinis negari. Quia etiam posset dici Communitas esse in causa, quòd talis non sit Religiosus, dum aptum, & habilem non vestit. Quando Communitas, aut Abbas dimittit aliquem vestitum, vtitur sua authoritate quæ est libera, & Nouitio non subest: ipsi aditus non præcluditur ad Religionem; sunt enim & alia Monasteria, & Ordines. Hucvsque Caramuel.

4. Sed me citato mordicus affirmatiuam sententiam tuetur Cardin. de Lugo *de iust. & iure tom.* 1. *disputat.* 9. *sectione* 3. *in Append. numer.* 54. & *sequ.* vbi latè probat ex obligatione charitatis & iustitiæ, non posse Regulares expellere Nouitium è Religione, absque iusta causa. Et ad principale fundamentum negatiuæ sententiæ respondetur, quod licet Nouitius possit absque graui peccato ex leuitate discedere: non tamen posse ex leuitate dimitti absque causa: nec hoc est contra æqualitatem ex vtraque parte, imò si posset, id esset maximè contra æqualitatem huius quasi contractus: quia Religio posset absque causa maximam notam Nouitio inurere eum dimittendo; Nouitius autem non potest exeundo talem notam Religioni inurere: non enim imputatur dedecori Religioni, quòd aliqui Nouitij retrocedant, sed ipsismet Nouitiis, qui perse-

uetare non potuerunt. Aliundè verò illa maior libertas, quam Nouitius habet exeundi absque causa, compensatur per hoc, quòd ipse etiam anticipata quasi solutione plus contulit ex parte sua ingrediendo Religionem cum periculo subeundi non mediocrem notam, si cum causa (pro-vt sæpè fit) dimitteretur, cui periculo Religio non se exposuit, quia siue retineat, quia bonus est, siue dimittat, quia minus est aptus, nullum damnum subit: plus ergò fecit Nouitius intrando, quàm Religio eum recipiendo; atque ideò non mirum, quòd plus libertatis retineat ad exeundum, quàm Religio ad dimittendum, quia Religio obligata manet ratione illius, quod accepit à Nouitio, hic autem non accepit adhuc aliquid à Religione, ob quod debeat ex iustitia obligari ad perseuerandum. Ergo, &c. Et nostram sententiam præter Cardinalem Lugo, contra amicissimum Caramuelem tenet etiam Sanctorius *in constitut. Minor. cap. 2. stat. 20. quæstione 4.* vbi doctè nostram sententiam firmat, & citat Lezanam, Peirinum, & alios.

RESOL. CLXXV.

An aliquis dubitans, si Monasterio expediat admittere Nouitium ad professionem, possit illum reprobare?

Et an in tali casu dubitans astringatur ad veritatem inquirendam, antequam suffragium ferat? Ex p. 10. tr. 12. & Misc. 2. Ref. 44.

§. 1. Affirmatiuè respondet Caramuel *in Theol. Reg. cap. 60. numer. 470.* quia in dubiis debet præcedere maior obligatio, atqui erga Communitatem magis obligamur, quam erga Nouitium: ergo debemus non exponere Communitatem periculo habendi vnum hominem disconuenientem. Minor est certa: quia Communitati debemus quidquid politicè sumus, & eam habemus loco matris, Nouitio autem nihil debemus. Qui in dubio Nouitium approbat, est sui Monasterij degener filius. Quomodo enim pius est ille filius, qui vltrò suum Patrem ruinæ periculo exponit, cùm possit illud auertere? Monasterium exponitur ruinæ, quoties discolus, & effrænalis aliquis iuuenis admittitur ad Professionem vnus sufficit, vt turbentur plurimi, vnus vt pax occidat, & iurgia pessima nascantur. Non admittatur igitur ille, de quo dubitamus an Monasterio scandalo futurus sit. Cur prima die Nouitius non admittatur ad Professionem? ideò profectò, quia ante probationem non scimus verum expediat, an non. Ergo si id post annum nondum sciamus: vel in Nouitiatu remaneat, quo vsque dubium decidatur, vel saltem dimittatur; iniurius enim & suo Monasterio, & sibi ille est, qui illum Religioni incorporat, qui turbaturus est totam Communitatem. Dixi, quod in Nouitiatu maneat, quoniam Tridentinum Concilium, aliáque quæ iubent Nouitios post annum, aut admitti, aut dimitti, supponunt nulla dubia dari: hæc enim non resolutionem postulant, sed examen, quod sine tempore fieri non potest. Sanè de Nouitiis sæculares Doctores sæpè scribunt, sed cæcè: non enim sciunt quantùm damni pati soleat Communitas ab vnius insolentia. Ergo sicut dubitas vtrum sit venenum in scypho, non bibes; sic à fortiori non admittes illum, de quo dubitas. Si dimittitur, nemini fit iniuria, & remanet securum Monasterium: in admissione esse poterunt inconuenientia. Ita Caramuel.

2. Sed nouissimè aduersus illum insurgit Pater Bardi, *de Conscien. disc. 6. capite 9. §. 38. numero 2.* asserens, non posse absque iniustitia à Religioso solùm dubitante de habilitate Nouitij ferri suffragium, per quod positiuè reprobet Nouitium illum, ne ad Professionem admittatur. Probatur, quia suffragium continens mendacium grauiter perniciosum contra eum de quo agitur absque iniustitia ferri non potest: at tale est suffragium, per quod Religiosus dubitans de habilitate Nouitij, illum à Professione positiuè reprobat: ergo absque iniustitia ferri non potest: sola minor probatione indiget: maior enim, & consequentia sunt ex se manifesta: probatur autem minor. Suffragium reprobatiuum, ne quis obtineat dignitatem aliquam, gradum, &c. importat in eo, qui ipsum suffragium dat, iudicium, per quod iudicetur in persona reprobata reprobari defectum, seu impedimentum prohibens promotionem ad dignitatem, gradum, &c. Et hoc patet ex terminis. At in casu nostro suffragium illud contineret tale mendacium: ergo &c. Patet maior: minor autem huius vltimi argumenti ostenditur, quia vt supponimus Religiosus ferens suffragium, non habet tale iudicium, cùm supponatur solùm dubitare de habilitate Nouitij; igitur si fert suffragium reprobatiuum contra Nouitium, de cuius idoneitate ambigit, ferret suffragium continens mendacium grauiter perniciosum contra Nouitium illum, de quo agitur.

3. Nota tamen, quod in tali casu dubitans astringitur ad veritatem inquirendam, antequam suffragium ferat, & ita debet diligenter inuestigare conditiones, & qualitates illius Nouitij, quæ sunt materia, de qua dandum est suffragium, & suspendere interim sententiam, ne temerè proferatur, vel denique si tempus id non permittat, debet Religiosus sub dubio, siue in scriptis siue in voce proprium sensum aliis, qui suffragantur, aut Superiori cum sinceritate manifestare.

Sed ego cuinam sententiæ magis adhæream, in hac quæstione non explanabo, cùm inter se videam discordes duos viros doctissimos, & amicissimos; solùm asseram vtramque sententiam esse probabilem.

RESOL. CLXXVI.

Quidam expleto anno Nouitiatûs fuit à Capitulo Monasterij admissus ad professionem, quam ex leuissima causa distulit emittere ad sex menses, sed postea emissa quæsiuit à me, an fuerit valida?

Et notatur, quod post annum probationis expletum licet Superiori differre professionem Nouitij ob iustam causam, non obstante Concilij Tridentini Decreto?

Et quid in supradicto casu de Monialibus? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 128.

§. 1. Videbatur obstare Concilium Tridentinum, *sessione 25. capite 16. de Regularib.* vbi præcipitur, quòd finito anno probationis Nouitius statim ad professionem admittatur, aut expellatur.

2. Sed de hoc casu, vt dixi, interrogatus dictam professionem fuisse validam respondi; primò, quia Concilium ibi præcipit tantùm, vt professio emittatur post annum probationis, sed illam non annullat, si efficiatur post dictum tempus; ergo, &c. Addo quòd, vt rectè docet nouissimè Castrus Palaus *in opere morali, tomo primo, tractatu tertio, disputatione secunda, punct. 9. numero octauo.* Suarez *de legib. lib. 5. cap. 15. num. 10.* & alij, quando statutum mandat fieri aliquid certo tempore, vt est in casu nostro, actus contra factus non est nullus, quia tunc non intelligitur

intelligitur circunstantia temporis, vt forma apposita & ideo circa validitatẽ supradictæ professionis etiam affirmatiuè responderunt aliqui Theologi Societatis IESV, & nostræ Religionis de hoc casu tunc interrogati.

Sup. hoc in tom. 9. tr. 2. ex Ref. 168. §. vlt. ad lin. 5. lege doctrinam vers. Et pro Regularibus.

3 Notandum est tamen hîc obiter, quòd post annum probationis expletum, licet Superiori differre professionem Nouitij ob iustam causam, non obstante dicto decreto Concilij Trident. *vbi suprà*; nam Congregatio Cardinalium authoritate Pij V. declarauit præfatum decretum Concilij tantùm procedere in Nouitiis, qui elapso anno Nouitiatus habiles inuenti fuerint, non verò in inhabilibus, quorum professio vsque ad sex menses potest prolongari, dummodo intra id temporis spes habeatur, quod efficientur habiles; sed in Monialibus diutiùs licèt professionem differre. Ita Hieronymus Rodriquez *in compen. qq. Regul. resol.* 101. *num.* 61. & nouissimè Aloysius Riccius *in praxi, tom.* 4. *resolut.* 254.

RESOL. CLXXVII.

An recipere possit professionem solemnem simplex Religiosus de licentia tamen sui Superioris?

Et an etiam de licentia sui Superioris possit non solum Episcopus, sed etiam aliquis Clericus, imo & laicus recipere professionem? Ex p. 3. tract. 2. Res. 70.

§. 1. DE hoc casu his diebus interrogatus fui, & prima facie videtur respondendum quòd non, per verba Ioannis Valeri *in differ. vtr. fori, ver. Regularis, differ.* 4. *n.* 5. vbi sic ait. Potest incorporare professum in Monasterio, vel Prælatus Monasterij, vel alius Prælatus de proprij Prælati licentia. Ita ille, licèt loquatur in ordine ad forum externum.

2. Sed ego tunc affirmatiuam sententiam docui per ea, quæ asserit Bartholomæus de Vecchis *in praxi nouit. disp.* 12. *dub.* 1. *num.* 7. Cucchus *in instit. lib.* 3. *tit.* 1. *de Regul. n.* 54. & doctissimus Villalobos *in sum. tom.* 1. *tract.* 35. *diffic.* 20. *num.* 5. vbi ita ait. [La profession se ha de hazer en manos del Prelado de la Religion, que es el que puede con el conuento recebirle, y assi no bastaria, que professasse en manos del Obispo del lugar, si no es en los conuentos, que estan sujetos à el. Mas podrialo hazer de mandato del Prelado, no solo el Obispo, però tambien vn Clerigo, y aun lego.] Sic ille, qui etiam plus addit *n.* 6. ita asserens [Mas si sucediesse que algun frayle recebiesse vn nouicio à la profession en nombre del Prelado, sin tener mandato del para esso, en tal caso, si sabiendolo el Prelado lo tuuiere por bien, valdria la profession, y serà professo desde el punto de la ratihabicion.] Hæc Villalobos, & ego. Vnde si in nostra Religione Præpositus detineatur aliquo impedimento in die, qua professionem aliquis ex nostris efficere debet, licentia illius non solùm Vicarius, sed etiam quilibet vocalis, vel simplex Sacerdos ex nostris poterit inter Missarum solemnia dictam professionem recipere. Et hæc omnia contra Valerum procedunt, non solùm in foro poli, sed etiam in foro fori.

RESOL. CLXXVIII.

An Superiores Religionum possint aliquem Clericum ad statum laïcalem transferre?

Et quid è contra? Ex p. 9. tract. 7. & Misc. 2. Res. 75. aliàs 74.

Sup. hoc lege doctrinã

§. 1. CVm casus discuteretur in Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium, de illo interrogatus respondi, docere negatiuam sententiam Nauarrum *in cap. Quando. quæst.* 22. *num.* 20. *de Consecr. dist.* 1. quia Superior Religionis nequit Religioso concedere facultatem transeundi ad laxiorem Religionem. At constat, statum laicorum esse laxiorem, & minùs perfectum. Et confirmatur: quia D. Thomas ab omnibus receptus, 2. 2. *quæst.* 189. *art.* 8. *ad* 2. docet, ex Monachis arctioris vitæ (laïcis tamen) licere transitum ad Canonicos Regulares, vbi Clerici futuri sunt, & non è contra. Quòd Ordo Clericorum sit altior, iuxta illud D. Hieronymi ad Rusticum: *Sic viue in Monasterio, vt Clericus esse merearis.* Res. not. seq. signanter in §. Sed de hac inter mediũ, & fin. vers. aliquando. etiam è contra, & in fine §. Restat.

2. Verùm affirmatiuam sententiam tenendam esse puto, vt patet ex praxi; & ideò hoc supponunt, tanquàm certum, Azorius *tom.* 1. *lib.* 50. *cap.* 6. *q.* 7. Sotus *de iust. lib.* 10. *quæst.* 5. *art.* 5. Aragon. *in* 2. 2. *q.* 83. *art.* 12. *dub.* 4. *in* 4. *arg.* Ledesma *in Summa, tom.* 2. *tract.* 9. *c.* 4. quibus adde Pellizarium *in Manual. Regular. tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 8. *num.* 69. & alios. Et ratio est: quia, vt optimè obseruat Sanchez *in Summa, tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 7. *num.* 80. in tali casu nullatenus substantialis Religionis status variatur; sed illæsus manet: nec hic ad Religionem aliam transfertur; sed cum eisdem illiusmet numero Religionis votis, verus illius Religionis alumnus manet. Præterea, quia etiam transeundi ad Religionem aliam laxiorem concedere potest licẽtiam Prælatus, nedum ad inferiorem quendam statum intra eandem Religionem; eò vel maximè quòd, etsi humilior sit is laïcorum status, & ad inferiora ministeria deputatus; est tamen durior, & asperior: & iuxta maiorem, aut minorem austeritatem, pensandam esse puto maiorem, aut minorem Religionis perfectionem quoad hunc transitum. Nec obstant in contrarium adducta: nam ad primum negatur antecedens, &, esto, id esset verum, non est hic transitus ad laxiorem Religionem, vt explicuimus. Ad confirmationem respondeo, loqui D. Thomam de transitu ad aliam Religionem, & retenta sua doctrina, qua censet, maiorem Religionis perfectionem, quoad hunc transitum, attendi penes maiorem perfectionem in se, & ministeriorum, ad quæ deputatur; & non penes maiorem arctitudinem, cuius contrarium firmat Sanchez *vbi suprà, num.* 21. Ergò, &c.

3. Sed supradictis obstat Decretum Clementis VIII. *in Instit. super recep. & educat. Nouit.* §. *Tempore.* in quo sic habetur: *Si qui ad Conuersorum Habitum recepti fuerint; ad clericalem statum transire, etiam durante tempore probationis, non possint.* Ergo dicendum est, quòd etiam neque Clerico ad statum laicalem transire licebit. Respondeo cum Bordono *in consil. Regul. tom.* 2. *resol.* 54. *n.* 229. vbi sic ait: [Aduerte autem, quòd qui ad Conuersorum Habitum recepti fuerunt, ad Clericorum statum transire non possunt, etiã durante tempore probationis, vt dicitur expressè *in Instit. Nouit.* §. *Tempore verò.* Clem. VIII. de transitu verò Clericorum ad statum laicalem, & Conuersorum, nihil dicitur: vnde Papa non videtur hunc prohibere transitum: negatio enim vnius est alterius inclusio, ex cap. *Nonne de præsumpt.* & concessum censetur, quod non est expressè prohibitum, cap. *Sunt nonnulli.* 25. 16. *quæst.* 1. cap. *Iam nunc*, 7. 28. *quæst.* 1. Hæc omnia Bordonus: ex quibus verbis apertè patet, posse Superiores transferre Clericum ad statum laicalem, neque Decretum Clem. VIII. excludit casum nostrum: nam Superior Religionis, ad quem spectat, non transtulit laicum ad statum clericalem, sed Clericum ad statum laicalem; quod Pontifex non prohibet, &, vt dixi, praxis Religionum demonstrat, & communis Doctorum opinio confirmat, inter quos multi scripserunt post dictum Decretum Clementis. Ergo, &c.

Sup. hoc est eodem Bordono, & aliis latè supra in Res. 151.

K 4 RESOL.

RESOL. CLXXIX.

An professio in aliqua Religione emissa à laborante morbo Gallico sit nulla, si hoc celauit in examine?

Sed difficultas est, an in pœna peccati negando defectum, quem tenebat in ingressu confiteri, possit Religio priuare habitu, & illum expellere?

Et quid circa hoc in Decreto Vrbani VIII. determinatur, de professis non expellendis?

Et quid in Religione, quæ haberet tale statutum de expellendo talem professum, confirmatum à Summo Pontifice?

Et notatur, quod præfatus morbo Gallico laborans, cuius professio est in dictis Religionibus irrita, non est obligatus ad Religionem in genere, nec talis professio vllam ei induxit obligationem. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 188.

§. 1. Respondeo quòd attento iure communi professio morbo Gallico, vel alia contagiosa infirmitate laborantis non est irrita. Ita decisum est in Rota *decis.* 446. *num.* 2. apud Farinacium, & docet Hieronymus Rodriquez *in compend. quæst. Regul. resol.* 101. *n.* 61. Mirandà *in manuali Prælat. tom.* 1. *q.* 19. *art.* 2. cum aliis communiter, & patet ex *cap. sicut nobis, & cap. sicut tenor, de Regul.* Difficultas est, an in pœnam peccati negando defectum quem tenebatur in ingressu confiteri, possit Religio priuare habitu, & illum expellere? Negatiuè respondet Graffius *tom.* 1. *lib.* 3. *de Regul. consil.* 4. *n.* 9. Sanchez *in summa tom.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *n.* 58. Emanuel Rodriquez *in quæst. Regul. tom.* 3. *q.* 17. *art.* 9. & alij, quia cùm expulsio à Religione sit res grauissima, grauissimam causam exigit. Verùm mihi affirmatiua sententia magis placet, quam post Nauarrum docet Lessius *lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 7. *num.* 62. Georgius Kiene *tract. de cas. reseru. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 7. Bartholomæus à S. Fausto *in thesaur. Relig. lib.* 5. *quæst.* 212. *n.* 2. Emanuel Sà *ver. Religio n.* 34. Vega *in summa tom.* 2. *cap.* 50. *cas.* 4. Sorbus *in compend. priuileg. ver. Nouitius, post* 7. *notabile. §. quintò principaliter*, & alij. Ratio est, ait Lessius, quia in tali casu fraus dedit causam receptioni ad Religionem; ergo potest ex illa reiici; quando enim dolus dat causam contractui, vel contractus est irritus, vel certè in irritum reuocabilis; nec obstat quòd professio semel valida non possit irritari, quia id verum est quoad obligationem erga Deum, non autem quoad illam, quæ est inter Religiosum & monasterium. Verùm si aduersùs supradicta obstaret aliqua noua constitutio Pontificia, erit illa videnda, ad quam me remitto, & præsertim decretum Vrbani VIII. de professis non expellendis.

2. Quæ omnia supradicta sine vlla difficultate procedunt in Religione, quæ haberet tale statutum de expellendo talem professum, confirmatum à Summo Pontifice, quod habent PP. Capuccini, vt patet *in eorum constit. cap.* 2. PP. Eremitæ Discalceati S. Augustini *p. t.* 2. *c.* 7. *num.* 6. & 8. in quibus Religionibus professio supradictorum est nulla: nam in dictis constitutionibus Superiores, cùm se declarent nolle esse obligatos ad retinendum dictos professos, qui rogati occultarunt morbum Gallicum, clarè & apertè dicunt se non præstare consensum, eo quòd sicuti ex assensus concessione consurgit obligatio retinendi, ita ex declaratione non se obligandi ad retinendum apertè consurgit negatio consensus. Ergo nulla erit professio supradictorum in tali casu, & ita in terminis docet Bartholomæus à Vecchis *in praxi nouitiorum, disp.* 3. *dub.* 15. *num.* 8. quem in facti contingentia omnino vide bis.

3. Non desinam etiam hîc adnotare quòd præfatus morbo Gallico laborans, cuius professio est in dictis Religionibus irrita, non est obligatus ad Religionem in genere, nec talis professio vllam ei induxit obligationem, nisi profitens peculiari intentione voluerit tunc aliquod votum efficere, quia poterat eo se ligare; quod tamen votum non dicitur validum, tanquam aliquid professionis, sed vt votum simplex. Ita Bartholomæus à Vecchis *vbi suprà num.* 10.

Q. ...is non plene supr.

hoc lege tamē infra doctrinam Res. 186. signãter à lin. 5. & alterius Res. & §. eius not.

RESOL. CLXXX.

An solus metus reuerentialis annullet professionem? Ex p. 3. tract. 2. Ref. 92.

§. 1. Pro vtraque parte adsunt rationes probabiles; mihi vero magis placet opinio affirmatiua, quam inter Neotericos tuetur Basilius Pontius *de matrimon. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 15 & 16. Et ideo Farinacius apud Hieronymum Rodriguez *in compend. qq. Regul. resolut.* 101. *num.* 78. refert quamdam declarationem Cardinalium, qua per latam sententiam, Romæ declaratum est fuisse nullam professionem cuiusdam fœminæ factam ob solum metum reuerentialem, quod etiam testatur Portel *in dub. Regul. ver. Professio, n.* 12. & Pontius *vbi suprà*, notat hoc etiam esse decisum in Rota coram Domino Oradino; licèt contrariam sententiam teneat Sanchez *de matrim. tom.* 1. *lib.* 4. *disp.* 6. *num.* 18. Riccius *in praxi, tom.* 1. *resol.* 599. *num.* 4. & alij penes ipsos.

Sup. hoc in tom. 6 tr. 3. Ref. 118. §. Ex his. post mediū, vers. Hinc.

RESOL. CLXXXI.

An professus Religionem per vim, & metum possit post quinquennium reclamare?

Et an, vt possit audiri post quinquennium, debeat impetrare rescriptum à Papa, sine quo nec Superior, nec Episcopus possint audire reclamantem? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 62.

§. 1. Negatiuè respondet Ioan. Val. *in diff. vtr. fori, ver. Regularis, diff.* 2. *n.* 3. vbi sic ait. Concilium Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 19. *de Regul.* dat quinquennium ad reclamandum his, qui per vim, & metum, aut alias causas professiones annullare prætendunt. Circa quod Decretum est valde aduertendum à Gregor. XIII. ex sententia Congregationis eiusdem Concilij fuisse declaratum post quinquennium memoratum non esse amplius audiendos, etiam si allegarent vim, & metum semper durasse, nisi intra ipsum quinquennium reclamauerint, idque legitimè probauerint: id aptissimum esse iudicans pro quiete, & pace singulorum Monasteriorum, quamuis de iure aliter dicendum esset, & etiam per ea, quæ adducit Nauarrus, quæ cessant per dictam declarationem. Ita Valerus.

2. Sed his non obstantibus contrarium tenet Villalobos *in summ. tom.* 2. *tract.* 35. *diffi.* 25. *n.* 8. vbi sic asserit. [Quando vno pretende, que su professíon fue inualida por el miedo, que le puso su padre, ò otra persona durante el miedo, aunque passe el quinquennio, no le daña, porque siempre dura la causa, y as si lo hauemos visto praticar, aunque vna declaracion de Gregorio XIII. de consejo de los Cardinales dize.] Non audiatur, tametsi allegauerit metum & vim semper durasse. Sic Villalobos. Notat tamen Hieronymus Rodriquez *in compen. qq. Regul. resolut.* 101. *num.* 71. quod vt quis possit audiri post quinquennium, debet impetrare rescriptum a Papa, sine quo nec Superior, nec Episcopus possunt audire reclamantem, seu allegantem causas nullitatis suæ professionis

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. lege doctrinam Res. 69. signãter curfim in §. Itē Decretum. & lege doctrinam res. pręc. seq. & infra res. 184

Sup. hoc supra lege doctrinam res. 150. & signãter. §. vlt.

RESOL. CLXXXII.

In dubio, an iustus metus incussus fuerit, & an professio sit valida, pro quo sit præsumendum?
Idem dicendum est, quando dubium est de animo se obligandi ratione metus. Ex p.4.tr.3. Ref.55.

§.1. Respondeo præsumendum esse in valorem professionis, quia cùm constet de professione, & excusatio dubia sit, possessio stat pro professione. ergo, & ita docet Sanchez *in summa tom. 1. libr. 4. cap. 3. num. 27.* & Bartholomæus de Vecchis *in praxi Nouit. disp. 13. dub. 12. num. 22.* Et idem dicendum est in dubio si metus intercesserit, nam in tali casu accessisse non præsumitur, vt patet ex *l. 2. C. de his quæ vi*, &c. Idem dicendum est quando dubium est de animo se obligandi ratione metus, vt notat Sanchez, & Vecchius *locis citatis*; quæ omnia absolutè procedunt, quando pro quocumque casu vertitur in dubium valor professionis, nam iudicatur in fauorem Religionis. Ita Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 7. cap. 2. num. 6.* Lessius *lib. 1. c. 41. dub. 7. num. 76.* Gratianus *in disceptat. forens. tom. 3. cap. 413. num. 17.* Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 37. num. 12.* & alij; quos citat, & sequitur Sanctarellus *var. resolut. tom. 1. q. 48. n. 48.* sed de hac quæstione suprà etiam dictum est. Supra in res. quæ nunc hanc sequetur.

RESOL. CLXXXIII.

An dubius, vtrum ante quinquennium elapsum ratificauerit professionem nullam, maneat obligatus?

§.1. De hoc casu olim interrogatus fui, & negatiuè respondi cum Metolla *tom. 1. disp. 3. cap. 3. num. 283.* vbi sic ait. Si fictè professus dubitare incipiat de ratificatione professionis ante quinquennium elapsum, non tenetur stare priori professioni; non enim ante quinquennium præsumit ius ratificationem professionis. Nec obstat, quòd in dubio in fauorem Religionis iudicandum sit, nam id intelligitur quando neutri fauet possessio, sed in hoc casu possessio stat pro libertate. Ita ille. Sup. contento in hac res. lege doctrinam præcedentis res.

2. Ex his tamen sequitur, quòd si professus dubitet an priorem professionem inualidam ratificauerit, post transactum quinquennium, teneatur stare priori professioni; & ratio est, quia in dubio recurrendum est ad coniecturas, & præsumptiones; sed Concilium Tridentinum *sess. 25. de Regular. cap. 19.* præsumit professum ratificasse suam professionem, si per quinquennium contra eam non reclamauit: ergo professus qui dubitat an priorem professionem ratificauerit, debet præsumere quòd eam ratificauerit, si intra quinquennium contra eam non reclamauit, vt se conformet sensui & menti Concilij. Secundò in dubio possessio stat pro Religione, & pro ea etiam existit præsumptio iuris, & Religio habet ius retinendi dictum Religiosum, & reducendi eum, si ex illa discesserit. Ergo etiam in foro conscientiæ debet præsumi quòd professus intra quinquennium non reclamans, habuerit animum ratificandi professionem, nisi constet de contraria voluntate. Et ita hanc sententiam præter Merollam *vbi suprà*, docet etiam Sanctarellus *in var. resolut. part. 1. quæst. 48. n. 46. & seq.*

RESOL. CLXXXIV.

An ignorans nullitatem professionis, vel impediens ad reclamandum intra quinquennium, an possit adhuc reclamare, non obstante Concilio Tridentino sess. 25. cap. 9. de Regular. Quando hic vel alius consimilis casus acciderit, lege infra tr. 2. ex Res. vnica doctrina. §. Denique non obstat, & si vides eam per totam, non pigebit.

Et quid est dicendum, si re vera sciit professionem esse nullam, & labi quinquennium, ac nullo modo ratam habuit professionem, an possit adhuc reclamare?

Et an dimissio temeraria habitus non impediat, vt Regularis non audiatur super nullitate professionis, si postea eumdem habitum reassumat, non obstantibus verbis Concilij? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 53.

§.1. Negatiuam sententiam docet Bonacina *de clausura, quæst. 2. punct. 10. diff. 4. n. 5.* quia Concilium *loco citato* concedit, Religiosum audiri solùm intra quinquennium; ergo non permittit ipsum vti alio remedio, cum eo vti non possit, nisi audiatur. Deinde in pari causa Restitutionis in integrũ inter duos minores, melior est conditio possidentis. *l. si minor, ff. de minor.* Sed Religio priuilegio minoris gaudet. *cap. 1. de in integ. restit.* ergo Religiosus non potest contra Religionem vti priuilegio restitutionis in integrum. Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. lege doctrinam Ref. 69. signanter, §. Item decretum in principio. & hic supra vide doctrinam Ref. 181. & alterius res. eius secundæ not.

2. Sed affirmatiuam sententiam prorsus sustinendam esse puto, quam tuentur plures Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 37. à num. 22. vsque ad n. 27.* qui respondet ad argumenta Bonacinæ. Et ita hanc sententiam docet etiam nouissimè Villalobos *in sum. tom. 2. tr. 35. diffic. 25. n. 9.* & ante illum Lessius *lib. 2. c. 41. dub. 7. n. 66.* Azorius *tom. 1. lib. 12. c. 4. q. 10.* Gratianus *in discept. tom. 3. c. 413. n. 9. & c. 440. n. 25.* Miranda *in manuali Prælat. tom. 1. q. 22. art. 3. concl. 2.* cum aliis.

3. Sed plus addit Sanchez *loco cit. n. 28.* vbi probat, quòd in foro conscientiæ maior, qui reuera sciuit professionem fuisse nullam, & labi quinquennium, intra quod solùm conceditur reclamatio, at nullo modo ratam habuit professionem, possit reclamare, & deducere causam ad forum externum, petens restitutionem in integrum ratione iustæ ignorantiæ, possitque petito à se iuramento, id iureiurando affirmare, quia reuera in foro conscientiæ, non est professus, & potest fugere; quod si denegetur audientia, est ob ratificationis præsumptionem, & iuramentum illud, quo se ignorasse testatur, sic accipiendum est, quia ignorauit, id est, non habuit scientiam, quâ ratam haberet professionem, sicuti Tridentinum præsumit. Ita Sanchez, qui alias rationes adducit.

4. Notandum est tamen hîc obiter pro intelligentia Concilij Tridentini *vbi suprà*, quod dimissio temeraria habitus non impedit, vt Regularis non audiatur super nullitate professionis, si postea eumdem habitum reassumat, non obstantibus illis verbis Concilij, *quod si antè habitum spontè dimiserit, nullatenus ad allegandam quamcumque causam admittatur.* Et ita docent Riccius *p. 4. decis. 48. n. 10.* Pottel *in dubiis Regul. verb. Professionis nullitas, n. 45.* Campanili *in diuers. iur. can. rub. 12. c. 11. n. 18.* Suarez *de Relig. tom. 3. lib. 7. cap. 3. n. 14.* Miranda *in manuali Prælat. tom. 1. q. 30. art. 6. concl. 1.* Barbosa *de potest. Episc. p. 3. alleg. 104. n. 12.* Gratianus *in discept. tom. 3. cap. 413. n. 7. & 8.* & Villalobos *in sum. tom. 2. tract. 35. diffic. 25. num. 4.* & alij.

RESOL. CLXXXV.

An ad ratificandam professionem nulla requiratur licentia nullitatis professionis præcedentis? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 56.

§.1. Ex communi Doctorum sententia affirmatiuè respondet Franciscus Bordonus *tract. de professione*

fessione Regulari, cap.6. n.9. vbi citat Nauarrum, Rodriquez, Sanchez, & Bonacinam, quibus ego addo Caietanum *in 2.2.quæst.*18.*art.*5. Azorium *part.*1. *lib.* 12.*cap.*4.*quæst.*7. Suarez *de Religione,tom.*3. *lib.*7.*cap.*1. *num.*4. Lessius *lib.*2. *cap.*41.*dub.*7. *n.*60. Layman *lib.*4. *tract.*5.*cap.*5.*num.*9.& Castrum Palaum *tom.*3.*tract.*16. *disp.*2.*punct.*5. *n.*3. Et ratio est, quia voluntas non fertur in incognitum:ergo si vult ratificare professionem debet eius nullitatem prænouisse: tum quia ignorans non consentit,*l. si per errorem ff. de iurisdict.omn. iudic. caus.* 29.*quæst.* 1.*initio:* Ergo ignorans nullitatem suæ professionis per quemcumque actum subsequentem, etiam intentione eam ratificandi,non ratificat,si ignoret eius nullitatem: nisi ratificet ex suppositione quòd sit inualida.

2. Dicendum est igitur non posse ratificari professionem,nisi professus professionis antefactæ nullitatem cognoscat: quia habere non potest voluntatem ratificandi professionem nisi cognoscat ratificationem esse sibi possibilem:sed ratificatio possibilis non est,nisi professio nulla extiterit:ergo non potest habere voluntatem ratificandi, nisi nullitatem professionis cognoscat. Ab hac tamen regula excipiendus est,qui vellet professionem suam ratam esse, si fortè à principio fuit inualida: sic enim esto inualidam esse non cognoscat determinatè,tamen sub statu possibili,& sub ea conditione eam ratificare intendit,quod sufficiens est ad inualidam professionem ratificandam,vt benè annotauit Lessius *lib.*2.*cap.* 41.*dub.*7.*num.* 60.

3. His tamen (attendant Lectores) non obstantibus,nouissimè Sacra Rota in causa Vlixbonen.nullitatis professionis die 17.Maij 1641.coram doctissimo,& amantissimo Domino meo Carrillo negatiuam sententiam tenuit, attestando quòd affirmatiuam sententiam,vti minùs tutam,Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Interpretum non amplectitur,sed potiùs contrarium pluries declarauit. Ego circa hoc plures difficultates haberem;sed vt par est dictis decisionibus humiliter acquiesco.Non desinam tamen adnotare olim Sacram Rotam *decis.*179.*num.*7. & *decis.*397.*n.*5. *part.* 4. sententiam affirmatiuam tenuisse.

RESOL. CLXXXVI.

Quidam professus ex causa metus annullauit professionem suam, postea matrimonium inire volebat, quæsiuit à me,an licitè fieri possit? Ex part.6.tract.7.& Misc. 2. Resol. 51.

§. 1. Dictus Religiosus intrepidè asserebat iam suam professionem fuisse nullam,& ex hoc matrimonium inire ei non esse interdictum, cùm votum Religionis iam euanuisset. Respondi toto cœlo errare: quia etiam cognita nullitate suæ professionis non remanet liber à voto castitatis, ac proinde eum non posse contrahere matrimonium, vt patet,ex *cap. placet* 11.*de conuers. coniugat.* nam cùm castitas sit annexa essentialiter statui Religioso,vt probat Sanchez *de matrimonio, lib.* 7. *disput.* 25. *num.* 8. Sequitur vt professionem faciens in Religione emittat per se & principaliter votum castitatis: ergo licèt istud votum non valeat tanquam solemne,valebit tamen eo modo, quo valere potest, nempè tanquam simplex. Et ita docet Paludanus *in* 4.*dist.* 37. *quæst.* 1. *num.*2. Sanchez *lib.*7.*disp.* 27.*num.* 13. Tiberius *in instruct. Ordinand. cap.* 11.*quæst.*80.& alij.

Quamuis nō plene sup doctrina seq. huius Res. lege tamen supra doctrinam §. Vlt. Res. 179. & infra 341. & inferius in tr. 2. ex Res. vnica & latissima eius doctrina.vide § Quod confirmatus.

RESOL. CLXXXVII.

An Religiosus nulliter professus incurrat suspensionem, si ordinetur,& irregularitatem si celebret? Et in §.vltimo huius resolutionis docetur, quid facere debeant Episcopi, quando Regulares ordinant? Ex part. 4.tract. 2. Res. 82.

§. 1. Affirmatiuè respondeo, tum quia Ordines sacros sine titulo suscipit, tum quia accedit ad Ordines sine literis dimissoriis legitimi Prælati,& ideo consequenter incidit in suspensionem, & si celebret, irregularitatem incurrit, nisi ignorantia, vel metus infamiæ excuset à culpa suscipientem,vel exercentem Ordines susceptos sine valido professionis titulo; leges enim humanæ cum graui incommodo obligare non solent,& hæc omnia docet Bonacina *tract. de clausura,quæst.*2.*punct.*10.*diffic.*5. *num.* 4. Sup. hoc in Res. seq.

2. Sed ego hîc pro Dominis Episcopis aduertam quid facere debeant quando Regulares in sacris Ordinibus ordinant,nempe nullum Regularem ordinare nisi iuratum, scriptóque suo chirographo confirmato affirmet coram Antistite, se quemadmodum fecerit professionē,ita firmam & ratam semper habuisse,quod scriptum in Episcopali archiuio asseruandum Cancellario tradat; & ita ordinabat Regulares Eminentiss. Cardinalis Fridericus Borrhomæus Archiepiscopus Mediolanensis, vt patet in sua institutione pro ordinandis, edita Mediolani *anno* 1602. *fol. mihi* 110. & ideo Bartholomæus Gauantus *in enchirid. Episcoporum, ver.Ordines maiores,num.*28. sic asserit regulares titulo paupertatis ordinantur,sed iurent coram Episcopo se spontè professionem solemnem emisisse,aut ratam habuisse.Ita ille,qui etiam citat Synodum Prouincialem Quintam Mediolanensem.

RESOL. CLXXXVIII.

An Regularis, qui scit professionem suam irritam & ordinatur,peccet mortaliter, & sit suspensus? Ex p.3.tr. 2. Resp. 113.

§. 1. Hic casus olim accidit,& de illo interrogatus fui,& tunc affirmatiuè respondi, & adduxi Laurentium Portel *in dub. Regul. ver. Ordine sacro,n.* 8. vbi sic ait. Qui fecit professionem irritam, & hoc si notum est,peccat mortaliter; si permittat se ordinari Ordine sacro; ordinatur enim tunc sine titulo patrimonij; quod est contra ius commune,& præterea manet suspensus. Ita ille, qui citat Emanuelem Rodriq. *in addit. ad sum.tom.* 4.*cap.* 65. *num.* 10. & Sayrum *de cens.lib.*4.*cap.*13.*n.* 14. quos nouissimè citat etiam, & sequitur Hieronymus Rodriq. *in compen.qq. Regul. resol.*106. *num.* 25. Sup. hoc in Resp. præcita.

RESOL. CLXXXIX.

An hodie virtute priuilegiorum possint Regulares expellere Religiosos propter delictum graue semel perpetratum, non obstante Decreto Vrbani VIII. de eiectis, & fugitiuis?

Et notatur, quod generales Societatis Iesu hodie possunt expellere suos subditos ex alijs titulis, quam incorrigibilitatis. Ex part. 9.tract.9.& Misc. 4. Resp. 58. alias 57.

§. 1. Ioseph.Gibalinus nouissimè edidit suas eruditissimas Disquisitiones Canonicas *de Clausura Regulari,& in Disquis.* 2.*cap.* 4.§. 13. *num.*67. affirmatiuam sententiam docet;sic enim asserit: Dico quartò non esse perpetuo necessariam propriè dictam incorrigibilitatem ad expulsionem,quæ iusta aliquando erit propter vnum aliquod crimen graue, & scandalosum

losum semel tantùm commissum, nisi dicas tunc præsumi illum similia, aut grauiora etiam commissurum: atque ita eo etiam casu reperiri aliquam incorrigibilitatem ex iuris præsumptione. Ita Azorius 1. *part. lib.* 12. *cap.* 16. *quæst.* 3. Sanchez *lib.* 6. *in Decalog. cap. num.* 5. Suarez *tract.* 8. *de Relig. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 11. *& seqq.* Ferdinandus à Castro Palao *tract.* 16. *disput.* 4. *punct.* 19. *num.* 7. Rodriquez *tom.* 1. *qq. Regular. quæst.* 30. *art.* 15. Peirinus *in subdito Relig. quæst.* 1. *cap.* 25. *conclus.* 3. Miranda *tom.* 1. *Manual. Prælat. quæst.* 52. *art.* 2. *conclus.* 2. Primò, quia cùm hæc pœna instituta sit in bonum commune, eiusdem modi aliquando potest esse delictum admissum, vt famæ Religionis aliter prouideri nequeat, & scandalo atque offensioni externorum satisfieri, quàm rei eiectione. Secundò, ea sunt aliquando delicta, quæ secum trahunt non modò infamiam, vbi innotescunt, & sensim alios inficiunt; sed etiam præbent iustam suspicionem iterationis; ita vt vix credere possit Religio se esse extra periculum, aut vti ministerio Religiosi quem nouit etiam semel tantùm in illud peccatum lapsum fuisse, maximè si illius variæ & frequentes occasiones in tali vitæ genere sæpius occurrant. Tertiò, nonnunquam Regulæ ipsæ Religionum definiunt certa peccata, quibus eiectionem infligunt: quo casu Superior sequi debet iudicium, imò, & imperium Regulæ, neque tantum in foro externo, sed etiam in foro interno, cùm & sapienter statuerit Regula, & Pontifex, qui illam confirmauit, ita iudicarit, volueritque expulsionem esse condignam pœnam talis delicti, atque ita 2. *par. Constitutio. Societatis Iesu cap.* 1. enumerantur causæ dimittendi è Societate, quarum aliquæ ad Professos etiam pertinent, & 9. *part. Constitutionem cap.* 4. ponunt illæ, propter quas Generalis non modò exauthorari, sed etiam eiici è Societate, si necesse foret, possit. Quartò, indulsere Pontifices pluribus Ordinibus, vt pro grauissimis criminibus etiam semel tantum perpetratis, & vbi iudicarent expedire Religiosos expellerent. Ita Leo X. concessit Minoritis, & alij aliis, vti referunt Rodriquez, Peirinus locis citatis, & in Compendio Priuilegiorum habetur. Gregorius etiam XIII. nostræ Societati in Bulla, quæ incipit, *Cum alias*. Quintò, denique plurima peccata exilio, morte, excommunicatione & dispositione puniuntur etiam tantùm semel admissa, vti in toto iure Canonico, & cimili patet, quidni & similia poterunt plecti eiectione, quamuis nulla aut correctio, aut monitio præcesserit.

2. Obiicit Tamburinus *tom.* 3. *de iure Abbat. disp.* 8. *quæst.* 7. *num.* 7. & Bonacina *quæstio.* 2. *de Clausura punct.* 12. §. 1. *num.* 8. Decretum Sacræ Congregationis Regular. probante Vrbano VIII. quod prohibet quemquam, nisi propter incorrigibilitatem à Religione expelli, neque incorrigibilem censeri vult, nisi vnius anni spatio in ieiunio, & pœnitentia probetur in carceribus. Derogat autem omnibus Priuilegiis, & priuatis Constitutionibus. Sublatis inquit in hac parte statutis, & Constitutionibus cuiuscumque Religionis & Ordinis à Sede Apostolica approbatis, & confirmatis. Non licebit igitur, nisi impœnitentem, & obduratum, atque formaliter incorrigibilem expellere.

2. Respondeo in primis hæc Decreta Congregationis non habere vim vllam nisi eodem modo promulgentur, quo ipsæ Constitutiones Pontificiæ: quod fusius in nostra scientia Canonica ostendimus. Secundò, illud. Decretum non derogare priuilegiis à Pontifice factis, quandoquidem illorum non meminit: & quamuis meminisset, cum pleraque, & ferè omnia indigeant derogatoriorum derogatoriis, & nullam eiusmodi clausulam apponat illud Decretum, sane illis non derogat. Tertiò explicat tantùm, ea quæ ad incorrigibilitatem ex iure communi petuntur. Nam ait præter ea; quæ iure communi postulantur, se addere annuum carcerem. Quare non agit de iis, quæ ex iure naturali, aut priuato constituuntur. Quartò denique, cùm de illo decreto vix authentice constet, & vsus ipsi non consentiat, non officit iis, quæ nuper sunt ex variis Pontificum indultis stabilita. Huc usque Gibalinus.

3. Sed pace docti hanc sententiam prorsus reiiciendam esse puto; est enim contra stylum Curiæ Romanæ, & contra praxim omnium Religionum, in quibus Superiores in expellendis subditis, tanquam incorrigibiles, non vtuntur amplius priuilegiis, sed ad vnguem obseruant Decretum Vrbani VIII. appositum in Bullario *tom.* 4. & editum, die 25. Septembris 1624. cum clausulis annullatiuis tam claris, vt mirer quomodo Pater Gibalinus potuerit supradictam sententiam docere. Et ideò contra illum opponam hîc accuratissimum, & amicissimum Patrem Pellizzarium *in Manu Regul. t.* 2. *tract.* 8. *c.* 8. *sect.* 2. *num.* 42. vbi sic ait: Si loquamur de eiectione Religiosorum Societatis facienda ob incorrigibilitatem; tunc vtique ea facienda esset iuxta tenorem præfati Decreti: quippe quod in amplissima forma derogauit omnibus priuilegiis in contrarium concessis, & consequenter etiam indultis hac de re factis in fauorem Societatis; sicque in tali casu etiam in Societate Iesu locum habet decretum illud Sacræ Congregationis, sicut censuerunt viri docti Societatis à me consulti. Ita ille; cui adde Magistrum Lezzanam *in Summa tom.* 1. *c.* 23. *num.* 4.

4. Nota tamen, quòd non obstante supradicto Decreto Vrbani VIII. Generales Societatis Iesu hodie possunt expellere suos subditos ex aliis titulis; quàm incorrigibilitatis, nam decretum loquitur tantùm de eiectione propter incorrigibilitatem, & quoad hoc tantùm tollit regularium priuilegia, non autem si extarent priuilegia quæ ex alio titulo aliqua Religio possit subditos expellere, vt habet Religio Societatis Iesu propter eminentem sanctitatem, sapientiam, & prudentiam in Ecclesia Dei, celeberrima, & ideò à summis Pontificibus variis priuilegiis decorata. Quæ omnia confirmantur ex vsu, & praxi: nam Generales Societatis post dictum decretum expellunt suos subditos vigore priuilegiorum ex aliis causis, quam incorrigibilitatis. Vide Pellizzarium vbi suprà *num.* 41. qui tamen poterat prætermittere ea, quæ dixit *num.* 3. Vnde ex his patet responsio ad argumenta Gibalini, contra quæ adsunt verba clarissima ipsius Bullæ, ideò non est prorsus audiendus.

RESOL. CXC.

An incorrigibilis possit eiici à Religione à solo Generali; vel Provinciali? Ex part. 11. tract. 2. & Misc. 2. Res. 13.

§. 1. Affirmatiuè respondet Bruno *de priuileg. Regular. part.* 1. *tract.* 4. *cap.* 6. *propos.* 9. vbi sic ait: Postulabis, primò num solus Generaralis, aut solus Prouincialis, absque aliorum consilio possit Regularem eiicere? Respondetur, quòd stando in iure communi, & concessionibus Apostolicis, id possunt etiam validè: nulla enim clausula adhibetur, quæ factum irritet, nec quæ ius commune abroget. Si autem licitè id iudicandum ex tenore earumdem concessionum, in quo non video verbum quod in conscientia obliget; quo circa Nauarr. *in Comment.* 3. *de Regular. num.* 52. quem sequitur Marcellinus à Sancto Benedicto *citatus verb. Condemnare*, §. 2 *in Scholio*, ait quod Generalis id proculdubio potest; aut etiam Capitulum Generale, adde etiam quod id possit

possit Ponincialis, aut Capitulum Prouinciale, cum ius hanc facultatem tribuat soli Generali; & Prouincialis in sua Prouincia Generalis habeat potestatem, vt alibi docuimus, & ratio militet pro ambobus, maximè cum hæc facultas eidem Prouinciali ex iure naturali competat; quia est suæ Religionis caput in Prouincia quam regit, sicut Generalis in vniuersa Religione. Et sicut ad caput spectat ea, quæ in corpore superflua, & nociua sunt, præscindere sic ad caput politicum ea, quæ in corpore politico talia sunt. Excipe tamen illum Generalem, & Prouincialem quibus per Constitutiones Regulares, hæc eiectio facienda veratur, cum clausula nullitatis, vt in Ordine Minorum de Obseruantia, in quo prohibitum est Generali, & Prouinciali vllam pœnam grauem infligere, sine consensu maioris partis Diffinitorij, sub pœna nullitatis, & priuationis actuum legitimorum in illo, qui sine hac forma castigat, quæ nullitatis non sortitur effectum, nisi post sententiam iudicis, sicut etiam, & pœna, vt ex eisdemmet patet. Ratio nostræ sententiæ est, quia illa circumstantia non est in Constitutionibus Apostolicis apposita ad eiectionem illam valide faciendam, sed tantum ad illam consultiùs exequendam, vt alibi diximus de facultate ad absoluendum à manus violentæ iniectione: vel ad summum apposita est ad eamdem licitè faciendam. Verùm licet hæc sententia quoad Prouincialem mihi videatur satis probabilis, non tamen consulerem eiectionem per illum faciendam, nisi adhibito Capituli Prouincialis consensu. Scio equidem decretum Congregationis Concilij Tridentini iussu Vrbani VIII. editum, vt refertur à Barbosa *in tr. de Constitutionibus, & decretis*, decernere, solùm Generalem id posse in Capitulis, aut Congregationibus generalibus, & extra id tempus cum vrget necessitas de consilio sex Patrum. Sed cum sit tantùm Congregrationis Cardin. decretum, vim legis non habet, quæ destruat priuilegium, vt vsus contrarius demonstrat. Hucusque Bruno.

2. Sed contrarium prorsus asserendum esse puto, stante dicto Decreto, vt docent communiter & doctores; nec verum est quod asserit Brunus, vsum esse pro se, nam contra illum stat. Et ideò in gratiam superiorum Regularium non deseram hic apponere declarationem Sacræ Congregationis Concilij, in qua circa præfatum Decretum multæ resolutiones habentur; quam declarationem, ego testor vidisse authenticam, sic itaque habet.

3. In vna Regularium Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum.

Procurator generalis Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum, mediante intercessione Eminentissimi Cardinalis de Lugo Protectoris, supplicat pro sua (vt inquit.) & aliorum superiorum Regularium instructione, per hanc Sacram Congregationem responderi ad infrascripta quæsita super decreto de Apostatis, & eiectis iussu summi Pontificis ex sententia eiusdem Sacræ Congregationis edicto Anno 1624. & impresso in Bullario nouo *tom. 4. pag. 267. vers. ad hac.*

4. Primò, An Regularis constitutus in carceribus spatio vnius anni in ieiunio, & pœnitentia, ad finem vt tanquam incorrigibilis à Religione eiiciatur, si è carceribus fugiat (dicto carcerationis anno nondum expleto,) & deinde sit captus, possit tunc vt incorrigibilis eiici: An verò quid aliud faciendum sit?

5. Secundò, An Regularis pluribus interpolatis vicibus pro reiteratis delictis in diuersis temporibus commissis in carceribus detentus, possit vno carcerationis anno (vt supra interpolate expleto tanquam incorrigibilis à Religione eiici, si post dictum Annum carcerationis interpolatum animo indurato) in su pertinacia perseuerans iterum delinquet.

6. Tertiò, An generalis ordinis possit delegare facultatem eiiciendi à Religione Prouincialibus pro eorum Prouinciis, seu Commissariis, vel Vicariis Generalibus, & an delegatio sit à Generali facienda in quolibet casu, An verò indefinitè in omnibus casibus.

7. Quartò, an sex Patres, de quorum consilio, & assensu eiectio fieri debet, sint eligendi de tota Religione, An potius sufficiat ex qualibet Prouincia, seu Regno.

8. Quintò, quod si à Religione huiusmodi sex patres non fuerint electi in Capitulo, seu Congregatione generali, quid faciendum sit vsque ad primum Capitulum generale?

9. Sextò an sufficiat, vt Prælatus Conuentualis, seu Prouincialis conficiat Processum stylo Religionis seruato, & illius summariam transmittat Generali Ordinis, seu illius Delegato, qui adhibitis sex Patribus electis, quilibet illorum videat eundem Processum, transmittat votum suum per litteras eidem Generali, seu Delegato?

10. Septimò, An Generalis, seu Delegatus possit ferre sententiam eiectionis à Religione, quando à tribus ex sex Patribus electis, seu ab illorum maiori parte dicta sententia approbetur, An potius sit necessarium, vt omnes sex dent votum, ita vt ex defectu voti, etiam vnius, non possit sententia validè ferri?

11. Die 21. Iunij 1653. Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilij Tridentini interpretum omnibus maturè perpensis, Ad Primum respondit, Regulares delinquentes, vti incorrigibiles eiici non posse à Religione, Anno Carcerationis nondum expleto.

12. Ad secundum, respondit, Non sufficere annum carcerationis interpolatè expletum, sed requiri spatium vnius anni continuum, & integrum.

13. Ad tertium respondit, Generalem Ordinis non posse delegare facultatem eiiciendi è Religione Prouincialibus per eorum Prouincias, seu Commissariis, vel Vicariis generalibus.

14. Ad quartum inhærendo declarationi aliàs factæ die 9. Augusti 1625. à S. M. Vrbano VIII. approbatæ, Respondit sex Patres eligi posse in vnaquaque Prouincia, seu Regno.

15. Ad quintum Respondit, recurrendum ad Sacram Congregationem in singulis casibus.

16. Ad sextum, processus esse conficiendos iuxta stylum, & Constitutiones Religionis & illorum transumptum authenticum esse transmittendum ad singulos sex Patres electos, qui per litteras possunt votum dare.

17. Ad septimum, Sententiam eiectionis à Religione fieri debere saltem de voto maioris partis sex Patrum electorum. Petrus Aloysius Cardinalis Caraffa Præfectus Loco † sigilli. Franciscus Paulutius S.C.C. Secretarius.

18. Ego P. F. Ferdinandus de Galarca Notarius publicus, & Apostolicus, in Archiuio huius Romanæ Curiæ descriptus, ac Secretarius Reuerendi Admodum Patris Nostri Magistri Fratris Michaëlis de Alcantara Vicarij Generalis Italiæ, & procuratoris Generalis totius Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, Sanctæ Inquisitionis qualificatoris, & Sacræ congregationis Indicis Consultoris, eiusdem iussu fidem facio, huiusmodi copiam propria manu ex originali, quod quidem in Archiuio nostræ Sacræ Religionis in hoc Conuentu Sancti Adriani remaneret, accuratè transsumptam, posteaque diligenter collationatam, cum illo fideliter concordare. In cuius rei testimonium præsentes litteras nomine meo subscripsi, meoque signo communi. Romæ in hoc prædicto

dicto Conuentu Sancti Adriani die 8. Augusti anni millesimi sexcentesimi quinquagesimi tertij. In testimonium locus † sigilli veritatis. De mandato R. A. P. N. Vicarij, & Procuratoris generalis Frater Ferdinandus de Galarea P.& Secret.Not.publicus & Apostol.

19. Frater Michaël de Alcantara Vicarius Generalis Italiæ, & Procurator generalis totius Ordinis B. M. de Mercede Redemptionis captiuorum, S. Inquisitionis Qualificator, & Sacræ Congregationis Indicis Consultor, tenore præsentium fidem facimus, & attestamur, Eminentissimum, & Reuerendissimum Cardinalem de Lugo nostri Sacri Ordinis Protectorem transumptum infrascripti decreti nobis propria manu dedisse, quod, & ab Illustrissimo Domino Francisco Paulutio Sacræ Congregationis Concilij Secretario sibi remissum. & eandem Sacr. Congreg. nobis tradi præcepisse affirmauit; pro pleniori, videlicet intelligentia declarationis ad quartum dubium ab ipsa ad nostram instantiam nuper factæ. Tenor autem Decreti talis est.

20. Die 9. Augusti 1655. S.Congr.Concilij, S.D.N. approbante, declarauit sex Patres in singulis Capitulis, vel Congregationibus generalibus eligendos, de quorum consilio, & assensu Generalis potest Regulares incorrigibiles à Religione eiicere, in vnaquaque prouincia eligi posse, eosdemque sic electos, si Generalis tàm longè abfuerit, vt vna conuenire non possit, debere ad eundem transmittere summarium processus, vna cum eorum voto, & iuxta illud Generalis possit ad sententiam expulsionis procedere, interea tamen vsque ad primum generale Capitulum, vel congregationem proximè celebrandam, Sanctitas sua annuit, vt eiectio (seruata in reliquis forma decreti hac de re editi) fieri possit à Generali itidem cum consilio, & assensu sex Patrum, quos idemmet Generalis in qualibet Prouincia infrà quatuor menses elegerit. Dat. Romæ in hoc nostro Conuentu Sancti Adriani die vigesima prima Augusti 1655. Frater Michaël in Alcantara qui supra manu propria, &c.

21. Vidisti igitur, Amice Lector, ex supradicta declaratione Sacræ Congregationis Concilij, non esse admittendam opinionem Patris Bruni, sicut etiam stante dicto Decreto non admitto id quod ipse vbi supra asserit, vbi sic ait. Veruntamen si certo constaret de aliquo, sic peruersè dispositio, vt quacumque pœnitentia imposita, etiam executioni mandata, non propterea emendando: vel constaret de illius ineptitudine ad agendam pœnitentiam, & ad carceris pœnam sustinendam, & aliunde perseuerantia ipsius in delictis Ordini in quo professionem emisit, non mediocriter noceret, posset Prælatus absque monitione prædicta illum eiicere; ac propterea non obseruare ea, quæ in duobus prædictis decretis ante eiectionem obseruanda mandantur, inter quæ vnum est, quod incorrigibilis per annum in carcere in ieiunio, & pœnitentia prius manserit. Ratio est, quia nec Ecclesia, nec Pontifex, illud, quod nihil prodest minimè præcipiunt; illa autem incarceratio, & alia pœnitentia huiusmodi Regulari, de quo est sermo, in hoc casu nihil penitus prodesse dignoscitur: imò aliquando est illi inobseruabilis, quam propterea Prælatis Regularibus, subdito ante eiectionem imponere, non præcipitur. Confirmatur à simili, nam sicut Prouincialis Minorum non tenetur examinare venientem ad illum Ordinem de Fide Catholica, &c. si sciat certo Catholicum, licet ex iure Canonico in secundo capite Regulæ eorumdem, illi sub mortali huiusmodi examen præcipiatur, quoniam in illo casu illud examen esset superuacaneum) sic etiam de antedicta forma in hoc casu seruanda iudicandum est, & à fortiori, cùm de obligatione illam ob eruan di sub mortali, vel sub pœna nullitatis, minimè constet. Ita Brunus, sed non ego, stante supradicto Decreto.

RESOL. CXCI.

An eiectis à Societate Iesu, si sint constituti in Sacris, debeatur aliquid pro patrimonio? Ex p.10. tract. 11. & Misc.1. Res. 68.

§. 1. AD hunc casum sic respondet Marchinus *de Sacra Ordinis tr. 2 p 4. c. 5 n. 5.* si contingat, è Societate aliquos eiici in Sacris iam constitutos, & carentes Beneficio vel Patrimonio, tunc Prælati eiusdem Societatis de honesto victu illis prouidere debent, donec sufficiens Beneficium fuerint cōsecuti. Sic declarauit Sacra Congregatio, *sess. 21. c. 1. de Reformat.* cuius hæc sunt verba. Quoad Iesuitas, cùm post Sacerdotium exire non possint, nisi à Superioribus deiiciantur, prouideatur illis de reddito quadraginta aureorum annuorum ex bonis Religionis. Quoad alios, qui arbitrio suo exire quando volunt, possunt, ne detur illis occasio exeundi, vt fruantur illo reddito; vocentur priùs, & intelligant, qua alia via prospici possit: deinde maturè deliberandum. Hanc etiam declarationem affert, & sequitur Angelus Bossius *in Moralibus tom. 1. tit 1. §. 9. num 11.* Leandrus *de Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 9. q. 2* & nouissimè Martinus de San Ioseph *in mon. Conf. tom. 1 lib 1. tra 8 de ordine, num. 4.* vbi sic ait; [Los Religiosos de la Compañia de Iesus despues que hazen los votos simples, queden ser ordenados de Orden Sacro antes de la Profession solemne por concession de Gregorio XII. pero si despues de ordenados de Orden Sacro los expele su Religion, y no tienen Beneficio, ni Patrimonio, estan obligados los Prelados de la Compañia à darles sustento honesto; y de que lo declarò assi la Sacra Congregacion, y de la forma que ha de guardar en esto, da fee Marchino, que pone las palabras de la Sacra Congregacion. Ita ille.

2. Sed ego interrogatus de hoc casu à quodam Episcopo; respondi, esse videndum an reuera dicta Declaratio Congregationis sit authentica, & extet; & quid asserant Superiores dictæ Societatis: nam in fauorem Societatis adsunt valida argumenta, quæ affert Stephanus Fagundez *in Præcep. Decal. tom. 2. lib. 7. cap. 6. num. 5.* omninò videndus: qui probat, Religiones non teneri præstare alimenta dimissis, præsertim si sint Sacerdotes, & habeant Ordines. Primò, quia inueterata consuetudo est omnium Religionum huiusmodi expulsis nihil alimenti dare, nam alimenta hæc viam munirent ad defectionem, inde enim multi ansam arriperent ad Religionem deserendam, si eis huiusmodi alimenta suppeditanda forent; & sic omnes redditus Religionum cum huiusmodi dimissis insumerentur, contra expressam, vel tacitam voluntatem eorum, qui religiones, ac Monasteria dotarunt. Secundò, quia ij in punitionem suorum defectuum dimittuntur; Iudex autem non solet alere eos, quos punit Tertiò, quia ita fuit iudicatum in Parlamento Tolosano in causa, qua quidam Ioannes Gentilius è Societate fuit dimissus: is enim petens posteà alimenta coram Iudice, exclusus fuit Iudicis sententia ab iniqua postulatione; vt refertur in Decretis septimæ Congregationis Generalis *cap. 1. §. extat. num. 7.*

3. Quæ omnia confirmantur exemplo Sancti Ignatij, Fundatoris dictæ Religionis, ex his quæ de ipso asserit eruditus Pater Daniel Bartolus, *in vita S. Ignatij,*

S. Ignatij lib. 3. num. 20. vbi sic ait; [Quelle qualità poi di nobilità, e di sapere, che à meno Saggi fan contrepaso a' demeriti di chi le hà, onde pare, che ad alcuni non sopporti il cruore di verderli tornarsene al secolo, à lui non erano di verun peso, per tirarlo ad affettionarsi loro, sì che li ritenesse, oue non ne fossero degni, ò punto si ritentisse per doglia, quando riuscita loro intolerable la disciplina religiosa, partiuano. Così liberò sè, e la Compagnia dalle inquietudini di D. Theotonio, figliuolo del Duca di Braganza, e nipote d'Emanuel lo Rè di Portogallo: e licentiò vn frarel cugino del Duca di Biuona parente di Giouan di Vega, Vicerè di Sicilia, grande amico, e gran benefattore del Santo: nè per ritenerlo valsero le ragioni; e le suppliche di Pietro Ribadeneira; à cui il giouane, piangendo dirottamente, e suggettandosi ad ogni più seuere castigo, si raccomandò perche gl'impetrasse dal Padre Ignatio, come egli diceua, misericordia. Et oltre ad altri huomini di gran sapere, de quali frà poco dirò, spedì ancora Christoforo Lainez, fratello di quel Diego Lainez, che pur gli era sì caro. E perchè egli non hauea di presente, nè di che viuere in Roma, nè con che ritornarsene in Ispagna; e il medesimo Ribadeneira pregò il Santo, à dargli perciò qualche sussidio di denari; negollo risolutamente; & aggiunse queste espresse parole: Pietro, se io hauessi tutto l'oro del Mondo non aiuterei d'vn sol quattrino quelli, che per demerito si rendono indegni, che la loro Religione li tenga. Il che ragione è che intendan bene coloro, che voltono à Dio, & alla Religione le spalle, ò riuscendo (ch'è il medesimo) indegni d'esserui ritenuti, pretendono, che in vscire si paghino loro le fatiche, che, viuendo in essa, durarono: come se non le hauessero donate à Dio, mà date à censo alla Religione: sì che tiratone i frutti del mantenimento d'ognidì; poscia al partire, douesse loro, come à sconto di debito, rendere il capitale.] Ita ille: Quæ omnia adnotare volui in gratiam Societatis, cui quidem addictissimum esse profiteor. Verùm, his non obstantibus, remitto Me Sacræ Congregationi, si aliter determinauerit; Purpuratorum enim Patrum responsa veneror.

RESOL. CXCII.

An expulsus à Religione teneatur se corrigere, vt iterum in illam admittatur?

Et notatur, quod Religiosus expulsus tenetur ad votum castitatis.

Et an ratione voti teneatur ad obedientiam Episcopi?

Et difficultas est quoad votum paupertatis, an expulsus à Religione maneat liber ab hoc voto, & quidquid acquirat, an Monasterio acquirat?

Et quid de officio diuino, si non est in Sacris, de ieiunijs, & alijs annexis Religioni? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 60.

Sup. hoc infra in Ref. 194. ad medium. à verf. quin si se dignum. & lege §§. nor. seq.

§. 1. Affirmatiuè respondet Conradus *in respons. part. 1. q. 285.* Miranda *in manuali Prælat. tom. 1. q. 51. art. 3.* Aragon. *in 2. 2. q. 88. art. 3.* Graffius *in decis. p. 1. lib. 3. cap. 5. n. 47.* Philiarchus *tom. 1. p. 2. lib. 2. cap. 21.* Molina *de iust. tom. 1. tract. 2. disp. 140.* Federicus de Senis *consil. 134.* Additionator Nauarri *consil. 77. de Regular. lib. 3.* & alij.

2. Mihi verò contraria sententia probabilis etiam videtur, quam docet Azorius *tom. 1. lib. 12. c. 17. q. 1. & c. 16. q. 6.* & Nauarrus *consil. 78. & 80. de Regul.* & ideo Villalobos *in summ. tom. 2. tract. 35. diffic. 39. num. 2.* sic asserit. [Es probable que los que han sido escluydos legitimamente de la Religion, non tienen obligacion de boluerse a ella, La razon es, porque no ay derecho que à esso les obligue, y assi pueden quedarse en el siglo de baxo de la obediencia del Obispo.] Ita ille, & ante illum Nauarrus *comm. 2. de Regul. tom. 36.* & Rodriquez *tom. 1. q. 30. art. 21.*

Sup. hoc in Ref. not. præcerit, & in eodem verf. & in Ref. seq. §. Notàdum breuiter in fine, & sup. hoc & contento in hoc §. seq. Nota tamen. huius Ref. infra et Ref. 196. lege §. nec obliat. à medio, à verf. Itaque. & in duobus §§. seqq.

3. Nota tamen quòd Religiosus expulsus tenetur ad votum castitatis, de obedientia autem Nauarrus, & Rodriquez putant non solum teneri ad obedientiam Episcopi, vt alij Clerici, sed etiam ratione voti. Vnde statim postquam expulsus est, debet Episcopum adire, & certiorem illum facere de sua expulsione. Sed hæc sententia mihi non placet, sicut displicuit Soto *lib. 7. quæst. 1. art. 1.* Azorio *p. 1. lib. 12. cap. 16. quæst. 11.* & aliis. Dicendum est igitur, Religiosum expulsum manere liberum à voto obedientiæ, & teneri tantum Episcopo obedire, vt alij Clerici.

Et pro contento in hoc §. vlt. sed difficultas infra in Ref. 194. & 195. late, demptis diffic. not. seqq.

4. Sed difficultas est quoad votum paupertatis. Sotus vbi supra docet manere liberum ab hoc voto, quia Monasterium ei alimenta non præbet. Sed contrarium communiter tenent, & ego puto, quod quidquid acquirit, Monasterio acquirit, vt probat Molina *dicta disput. 140.* Verum aduertit Villalobos *vbi suprà num. 10* [Que podra dar limosna; y hazer donaciones mientras viue, como si no fuera Religioso, no obstante que no tiene dominio, porque toda la comodidad, y incomodidad de la hazienda, que tiene, corre por su quenta, y por esto dize Molina, que si gasta algo con rameras, ò en otro mal trato trasfiere el dominio, no esta obligado el que lo recebio à restituir, mas esto no me quadra, porque no es justo darle tanta libertad, pues nos tiene dominio] Sic Villalobos. At opinio Molinæ, quam Villalobos impugnat, mihi probabilis videtur, & illam tenet etiam Ioannes Salas *tract. de ludo, dub. 21. num. 5.* Lessius *lib. 2. cap. 41. dub. 15. num. 113.* & in terminis docet Sanctarellus *tract. de Apostas. cap. 6. dub. 2. num. 11.* adde quod post hæc scripta inueni Ioannem Franciscum Suarez *in Enchiridio casc. consc. lib. 3 §. de voto Obedientiæ*, absolutè docere professum eiectum non teneri ad vota paupertatis, & obedientiæ, nec ad officium diuinum, si non est in sacris, nec ad ieiunia, aliáve annexa religioni. Ita ille.

Sup. hoc officio diuino in tom. 3. tr. 6. Ref. 30. &c. & pro ieiunijs & aliis annexis infra in Ref. seq § lat.

RESOL. CXCIII.

An Religiosus eiectus ab ordine, si emendatus petat ingredi, teneantur Superiores iterum in Religionem eum recipere, sicut ius habet Religio reuocandi eiectum?

Et an Religiosus eiectus, quando admissio in suam pristinam Religionem post debitam correctionem desperatur, non teneatur ad aliam Religionem transire?

Et an Religiosus eiectus non teneatur redire ad ipsammet Religionem, de qua eiectus est?

Et an eiecti à Religione non teneantur ad præcepta, & ieiunia in Regula Religionis contenta, de qua eiecti sunt?

Et an dicti eiecti possint ad Ordines promoueri? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 116.

Sup. hoc in Ref. seq. ad medium, verf. Qui se digni.

§. 1. Affirmatiuè respondet Molina *de iust. tom. 1. disp. 146. ver. quid ad vo um.* Corduba *in regula D. Francisci c. 2. q. 71. punct. 2.* Lessius *lib. 2. c. 41. dub. 15. n. 112* & alij.

2. Mihi verò magis placet sententia negatiua, quam ex D. Bonauentura tuetur Antonius Sanctarellus *tract. de Apostas. cap. 5. dub. 2. num. 15.* cui ego addo Sanchez *in sum. tom. 2. lib. 6. cap. 9. num. 32.* qui citat Azorium, & Rodriquez. Ratio est, quia ex iusta sententia Religiosus eiectus condemnatus est, vt extra Religionem viuat; ergo Religio non potest cogi ad eum recipiendum. Nec valet dicere cum Lessio *vbi suprà*, quòd si Religio habet ius reuocandi Religio-

Religiosum eiectum; ergo etiam iste debet habere ius compellendi Religionem ad eum emendatum recipiendum; nam respondeo quòd est dispar ratio. Nam cùm Religio sit innocens, mirum non est si potiori iure gaudeat, quàm Religiosus, qui suis delictis Religionem læsit.

3. Notandum est etiam hic contra Federicum de Senis *conf.* 58. & alios quos citat, & optimè reprobat Sanchez *loco citato*, 34. Religiosum eiectum, quando admissio in suam pristinam Religionem post debitam correctionem desperatur, non teneri ad aliam Religionem transire. Adde etiam, quòd aliqui, vti suprà visum est, probabiliter asserunt. Religiosum eiectum non teneri redire ad ipsammet Religionem, de qua eiectus fuit.

[margin: ...pra in Ref. ...æ hic est ...tecedens §. ... ante me...ium, vers. Et ...robabile. & ... alio vers. ...us annot. ...t pro con...nto in hoc ... Item. in fine ...ef. præteri...e. ...t pro con...nto in hoc ...le. §. Et tan...em. lege in...ra magis stri...tam doctri...iam in §. vlt. Ref. 188. fi...gnanter in fine.]

4. Item contra Hieronymum Rodriquez *in compend. qq. Regul. resol.* 57. *n.* 6. & Emanuelem Rodriquez *in qq. Regul. tom.* 1. *q.* 30. *art.* 19. puto eiectos à Religione non teneri ad præcepta, & ieiunia in regula Religionis de qua eiecti sunt, sub præcepto contenta, & ita tenet Io. Franciscus Suarez *in enchirid. cas. consc. lib.* 3. §. *de voto obedientiæ*. & Sanchez *num.* 51.

5 Et tandem nota posse dictos eiectos ad Ordines promoueri, vnde cum illis debent dispensare Prælati ante expulsionem per priuilegia Ordinis, vel Episcopus, si in illas irregularitates dispensare possunt. Vide Hieronym. Rodriquez *vbi supra*.

RESOL. CXCIV.

An iustè eiectus à Religione, si aliquid acquirat, Monasterio acquirat?

Et ex doctrina huius quæstionis infertur, an Religiosus eiectus, si se dignum efficiat, & reformet suos mores, teneatur eum Monasterium recipere?

Et an teneatur etiam ipse redire, quoties fuerit à Monasterio vocatus? Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. Ref. 4. alias 2.

[margin: Sup. hoc supra 191 §. vlt. in principio.]

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Lopez de Texeda *in Controuers. Theologiæ Moralis tomo primo, libr. secundo, tract.* 1. *controuers.* 10. *dub.* 1. *num.* 12. vbi sic ait. Cæterùm religiosum sic per sententiam iustam à Religione eiectum, quicquid acquirit in sæculo, acquirere Religioni esse omninò certum mihi persuadeo propter multa. Primò, quia illius Religiosi delicta, & laudabilis Religionis consuetudo repellendi à se inquietos, & Religionis destructores, non debet ei nocere, nec præiudicare, nec debet eam priuare iure quod habebat ad bona illius religiosi. Secundò quia Religiones eiicere religiosos inquietos, & scandalosos, eique nociuos ne sua conuersatione praua cum aliis religiosis illos perdat, est fauor in commodum Religionis, & augmentum eius introductus: ergo non debet in detrimentum eius ob alicuius religiosi facinora retorqueri, nam vt habet regula iuris à nobis non semel repetita, quod in fauorem alicuius institutum est, non debet in detrimentum eius retorqueri: at si Religio vel monasterium ob eiectionem iustam per sententiam comprobantem eius delicta priuaretur iure, quod habebat ad bona religiosi, fauor iste, seu ius, quod habet ad expellendum religiosum inquietum, vt cæteros religiosos bonos seruet, retorqueretur in eius detrimentum, ergo. Tertiò, quia religiosus eiectus à Religione per sententiam iustam non est totaliter à Religione præcisus, & auulsus, quin si se dignum efficiat, & reformet suos mores ac de perpetratis culpis pœniteat, teneatur monasterium eum recipere, & vt diximus tenetur ipse redire, quoties fuerit à Monasterio vocatus, & id debet habere in præparatione animi, immò si redire noluerit,

[margin: Sup. his vsque ad vers. seq. huius Ref. ex textus supra in Ref. 191. §. 1.]

potest compelli per censuram excommunicationis, vel per alias pœnas, & supplicia, vt expressè habetur; *cap. vlt. de regul. iur.* vbi supponitur eiectos si fuerint vocati, teneri redire. Hucvsque Texeda; cuius sententia stando in iure communi mihi placet, licet contraria sit probabilis, tamen hodie sustineri non potest, nam vt obseruat Eminentissimus Cardinalis de Lugo *de Iusti ia tom.* 1. *disput.* 3. *sect.* 11. *num.* 140. Sanctarellus *tractat. de Apostasia cap.* 6. *dub.* 2 *num.* 6. noster Pater Leone *de Cens. Recol.* 6. *littera E*, *num.* 332. Lezana *in summa QQ. Regul. tom.* 1. *cap.* 23. *num.* 16. & alij per motum proprium Gregorij XIII bona Religiosi eiecti post ipsius mortem pertinent ad Cameram Apostolicam. Notat tamen & optimè citatus Eminentissimus Cardinalis de Lugo supradictum motum Gregorij XIII non obstare, si ille Religiosus eiectus recipiatur in alia Religione, quia solum procedit, quando Religiosus extra Religionem obiit, qui autem ad aliam transit, non moritur extra Religionem.

[margin: & 2. & in alio vers. eius secundæ annot. & lege Ref. 193. à principio, & infrà ex Ref. 196. vide §. Nec obstat. ad medium, à vers. Itaque. & duos §§. seqq.]

RESOL. CXCV.

An Religiosi eiecti, si expendant bona in vsus illicitos, teneantur accipientes ea Monasterio restituere?

Et aduertitur Religiosum habentem licentiam à Superiore expendendi bona in quoscumque vsus vellet, non peccare contra iustitiam, si det talia bona meretricibus, &c. nec eas teneri ad restitutionem. Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. Ref. 5. alias 3.

§. 1. Affirmatiuè respondet Lopez Texeda *in Controuers. Theologiæ Moralis tomo primo, libr. secundo, tractat.* 1 *controuers.* 10. *num.* 17. Primò, ait ipse, quia religiosus eiectus est verus religiosus non secus ac alij, qui intra claustrum Monasterij commorantur, nullum alicuius rei dominium habens, & si peruersè aliqua bona insumat, ac in turpes vsus elargiatur, recipientes tenentur restituere id omne, quod ab eo acceperint. ergo idem prorsus dicendum est de religioso iustè à Religione eiecto. Maior huius syllogismi est certa, & minor etiam est persè nota, consequentia verò sequitur necessariò ex præmissis. Secundò, quia eiectus etiam per sententiam iustam non aliter potest expendere bona acquisita, quàm iuxta Prælati Monasterij voluntatem interpretatiuam; & iuxta facultatem ei ab eo traditam; cùm non sit illorum bonorum dominus, vt manifestum est: quia ratione fatetur Molina, & Nos suprà censuimus esse omnino verum, religiosum eiectum, per vltimam voluntatem sine expressa Summi Pontificis licentia disponere non posse de bonis acquisitis: cuius ratio est, quia vsus & commoditas illorum bonorum solùm illi conceditur, interim dum viuit, ac præsumendum non est Monasterium, nec eius Prælatum ad huiusmodi turpes alienationes ei concedere licentiam, dū vsum, & facultatem talium bonorum ei concesserunt. Immò quamuis Prælatus malè faciens facultatem concederet tali Religioso eiecto consumēdi pecunias in turpes, & inhonesto vsus, talis licentia esset prorsus valore destituta, & ideò talis religiosus eiectus in dispositione talium bonorum, ita se haberet, ac si absque vlla licentia de illis bonis disponeret: nam Prælatus non habet potestatem dissipandi bona Monasterij. Tandem confirmantur omnia ista, quia religiosus eiectus, vel manet verus religiosus, & cum voto solemni paupertatis, vel non: hoc secundum dici non potest, vt notum est; ergo dicendum est primum: Tunc sic. Sed qui accepit à religioso solemniter professo bona aliqua absque Prælati licentia, quamuis ipse sine tali licentia alienando illa bona peccet mortaliter,

[margin: Sup. contentis in hoc Ref. vsque ad not. seq. supra in Ref. 191 §. vlt. cursim ad medium.]

mortaliter, & sit voti paupertatis transgressor; recipiens tamen tenetur illa restituere, quia fuerunt à non potente donare data, ergo, &c. Et hæc omnia docet Texeda satis quidem probabiliter; quæ etiam tenet amicissimus P. Lezana, *tom.1.c.23.n.14.*

2. Sed negatiuam sententiam esse etiam probabilem existimo, quam præter Molinam, Lessium, Sanchez, & Bonacinam tenet etiam Sanctarellus *tract. de Apostasia cap.6.dub.2.num.11.* Dico igitur non esse parem rationem inter religiosum intra claustra viuentem, & inter religiosum eiectum, cùm religiosi eiecti è Religione habeant commoditatem, & administrationem bonorum independenter à Prælato religionis, possunt de illis disponere, ac si essent sæculares, & veri domini, & quamuis peccent expendendo bona in casus illicitos, at accipientes excusantur à restitutione, præsertim cùm tales eiecti non sint perfectè vinculo voti paupertatis obstricti, sed solùm secundùm quid, vt docent Angles *in Floribus part.2.* vbi agit de voto, *quæst.vnic.artic. 2. difficult. 8.* Monald.*cons.69 n.5.*Conrad.1 *p.31. respons. quæst. 285.* Philiarch.*tom.primo, part.2.lib.3. c. 21. in fin.* Deinde nonnulli volunt, religiosum habentem licentiam à superiore expendendi bona in quoscumque vsus vellet, non peccare contra iustitiam, si det talia bona meretricibus; &c. nec eas teneri ad restitutionem. Ita Rebellius *de oblig.iustit.part.2.lib.12.quæst. 4. sect. 2. num.6.* Bannes 2.2.*quæst.62.artic.1. dub. 5.* Lopez *lib. 2. de contract.cap.40.* Et licèt hoc vltimum de religioso, Sanctarello, & aliis non placeat, tamen esse probabilem docuit olim Orellana, ornamentum Dominicanæ familiæ, vt testatur Petrus Ledesma *in editionibus suæ summæ*; & vt talem admisit Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo à me *alibi* adductus.

Sup. hoc infra in tr. 3. Ref.23.§.Nota tertio. & late in Ref. 58.§.2 à lin.8. & vers. Nam præter. & in Ref.59. 60.& 63.§ vlt. ante med ū à ver. Quin. & in tom. 8. tr. 7. Ref. 58. §. Id autem. & signãter in §.§. seqq. & in tom.6.tr 4.lege doctrinam §.vlt.Ref. 13.

RESOL. CXCVI.

An sententia data ab Episcopo N. super nullitate professionis cuiusdam eiecti absque interuentu Superioris Religionis fuerit nulla?

Et quid supra hoc etiam si non fuerit eiectus, sed petierit nullitatem professionis coram Episcopo?

Et ex doctrina huius Resolutionis inferuntur aliqua alia circa hoc, quæ sunt valde notanda. Ex p. 8. tr. 7. & Misc.Ref.2.

§. 1. Respondeo affirmatiuè. Moueor ad id tenendum; quia quoties in iure fit mentio de cognoscenda causa nullitatis Professionis, iudicium refertur ad Summum Pontificem, & ab eo dirimitur, vt patet ex *cap porrectum, cap.cùm simus, cap. sicut tenor, cap. sicut nobis. cap.ex parte, de regularib.* in quibus locis Papa respondet diuersis Prælatis, tum Ordinariis, tum Regularibus, quibus si competeret, non recurrissent ad Pontificem. Tum quia nullus extat de hac re textus asserens Episcopos esse iudices competentes ad declarandam nullitatem Professionis.

2. Dices adesse textum clarum in Concilio Tridentino *sess. 25. cap. 19.* respondeo in dicto loco Concilij Episcopum esse iudicem simul cum superiore regulari: ergo, cùm simultas huius iudicij sit de essentia, nulla erit sententia aliter lata. Quod probatur apertè ex *l.duo ex tribus, ff. de re iudic.* & ex *cap. causam, & cap. prudentiam, § adiicimus. de offic. delegat.* in quibus locis dicitur, quòd si causa est simpliciter delegata duobus, non tenet sententia vnius, quod etiam notauit glossa *in cap.si contra vnum.eodem tit. in 6.* & docet Andreas Vallensis *in Paratitla decret.lib. 1. tit.29.§.4.num.6.* Matthias Stephanus *tract.de offic. iud. l.8.c.2.n.11.* Gilhausen *in Arbore iudiciaria ciuili, p.1. c. 1.n.23.* Bocerus *de iurisdictione, c.8. n. 96.* & Obrechtus *de iurisdictione, lib.3.cap. 2.num. 36.* cum aliis penes ipsos. Sed in Concilio Tridentino causa nullitatis professionis committitur simpliciter duobus, nempe Episcopo & Prælato Regulari. Ergo sententia vnius sine altero, erit nulla, & inualida. Et ita nouissimè præter alios docet Laurentius Portel *in respons. moral. tom.2.cas.14.quæst.2.n.2.* & Bordonus *tract.de Professione Regular.cap.7.quæst.24.*

3. Nec obstat dicere Concilium non loqui in casu nostro, in quo agitur de nullitate Professionis eiecti, in quem superior Regularis nullam habet iurisdictionem, quia per expulsionem iam desinit esse membrum Religionis, ac proinde ex eius iurisdictione eximitur, sicut seruus à domino eiectus efficitur sui iuris, & desinit sub potestate domini esse. Sed his non obstantibus respondeo, sententiam latam à solo Episcopo esse nullam etiam in hoc casu; quia monasterium per sententiam expulsionis non cedit omnino iuri suo, sed solùm liberatur ab onere alendi eiectum, & retinendi, at noluit propterea se penitus eximere à iurisdictione quam per Professionem acquisiuit in illum. Nec valet exemplum de seruo, nam qui in Religionem professionem emisit, non potest à vinculis voti liberari, nec per eiectionem desinit esse Religiosus, nec Prælatus Religionis potest facere, vt qui est Monachus, efficiatur non Monachus; at verò seruus potest à domino manumitti, & effici absolutè sui iuris. Itaque per eiectionem non soluitur Religiosus ab obedientiæ voto, licèt pro tunc careat vsu illius, quia caret actuali regimine Superioris. Ergo si ad obediendum reuocetur, tenetur ex vi voti reuerti, & obedire. Ergo circa eiectos remanet apud superiores potestas & iurisdictio. Et ideò eiectus post expulsionem manet Religiosus eiusdem Religionis, vt tradit Sanchez *in summa tom. 2. lib. 6. cap. 9. num. 27.* Vnde *num. 30. & 31.* latè & absolutè cum multis Doctoribus probat Prælatos Religionis posse illum compellere iterum ad Religionem redire. Et ideò hinc Vasquez *in 1. 2. disp. 165. cap. 8. numer. 87.* sic ait: Si quando contingat Professum expelli à Religione propter crimina ipsius, manet nihilominus in ipsa Religione potestas iurisdictionis, vt eum iterum ad se reuocet. Ita ille, cui adde Lezanam *in summa tom. 1. cap. 23. num. 10.* vbi docet eiectos etiam tempore eiectionis esse Religiosos illius Ordinis, à quo fuerunt expulsi, & illi subiectos esse.

Sup. doctrina contenta à hoc vers. Itaque, & duobus §§. seqq. lege supra Ref. 191 § 1. 2.& 3.& breuem doctrinam Texedæ in Ref.194 ad mediū à vers. quin se se dignum.

4. Nec deseram etiam hîc apponere verba Laymann *lib. 4. tractat. 5. cap. 13. numer. 4.* ita asserentis: Dicendum est eiectos non esse solutos voto substantiali obedientiæ comparatione Regularium Prælatorum, quamuis magna ex parte cesset eius executio ob defectum materiæ, quia de facto non habent superiorem à quo dirigantur, nihilominus manent voto obligari virtualiter; ac proinde parati esse debeant obedire, si in Ordinem denuò recipiendi sint. Hæc Laymannus. Vide etiam Sanctarellum *tractat. de Apostasia, cap. 5. dubit. 1. numer. 8. & sequ.* cum Suarez *de Relig. tom. 4. lib. 3. cap. 5. num. 6. & 7.* Et quia agitur de nullitate Professionis cuiusdam Dominicani, probabo supradicta ex constitutionibus dicti Ordinis editis in Capitulo Generali, celebrato Parisiis anno 1176 *const.1.c.16.* vbi sic habetur: Ille autem qui propter culpam suam eiicitur à Prælato adhuc est subditus sicut ouis morbida, quæ licèt expulsa à grege, adhuc est pastoris. Hæc ibi. Quæ omnia superiùs dicta probantur clarè ex *cap.fin. de Regul.* vbi Gregor.IX. præcipit Superioribus Religionum, vt fugitiuos, & eiectos compellant iterum Religionem ingredi, cùm id fuerit expediens. Nec valet responsio aliquorum asserentium textum esse intelligendum de

de iniustè eiectis non verò per sententiam definitiuam rite, & iustè latam. Sed hoc gratis dicitur, & sine fundamento, quia textus absolutè, & sine restrictione loquitur, imò supponere videtur, nullum religiosum posse ita definitiuè expelli, quin Religio retineat ius reuocandi illum.

3. Itaque ex dictis optimè obseruat Castrus Palaus *tom.3.tract.16.disp.4.punct.23.num.5.* eiectos non solum esse sub obedientia Episcoporum, sed etiam Prælatorum religionis, qui possunt cogere illos, vt ad Religionem iterum redeant, ipsosque teneri. Imò ego puto, eiectos non teneri ex vi voti Episcopo obedire, sed tantùm instar aliorum Clericorum Episcopo subiici, in cuius Diœcesi habitauerint, at ex vi voti teneri obedire Prælatis, si illos cogant ad religionem redire, ergo necessariò sequitur Prælatos regulares posse de eorum Professionis inualiditate cognoscere, cùm non eximantur omninò ab eorum iurisdictione, ita vt non possint amplius cogi ad religionem redire: sententia, itaque de inualiditate Professionis eiecti, non solùm ad Episcopum, sed etiam ad superiorem regularem pertinere dicendum est; quia licèt hic per sententiam expulsionis abdicarit proximam iurisdictionem in eiectum, retinuit tamen remotam, quam quidem per nullitatem Professionis amitteret, ergo etiam ad Superiorem Religionis, iudicium de tali inualiditate pertinere debet, vt benè asserit, præter Doctores citatos, Texeda *in Theol.mor.lib.2.tract.1. contr.9.dub.4.num.35.* eiecti, absolutè loquendo, subditi sunt Prælatis Religionis, cùm, vt dictum est, teneantur vocati redire, ergo, &c.

4. Confirmatur hæc opinio, quia eiecti, tempore emissæ Professionis existebant sub actuali iurisdictione Prælatorum Religionis. Ergo sicut iudex Ecclesiasticus, vt docent Doctores communiter, potest cognoscere de delicto laici, commisso tempore quo erat Clericus, & sub eius iurisdictione, sic & in nostro casu, Prælatus Regularis poterit cognoscere de nullitate Professionis eiecti, emissæ tempore quo ipse actualiter extabat sub eius iurisdictione. Nec parùm imò multum hoc interest religioni: nam eiectus probata nullitate suæ Professionis, potest repetere bona relicta religioni, vt post multos tradit Bordonus *tract.de Professione Regulari, cap.7.quæst.34.* Et è contra si Professio sit valida, & postea eiectus compellatur per superiorem, religionem iterum ingredi, eius bona acquisita, medio illo tempore, ad Monasterium pertinebunt, vt patet ex his, quæ cum Molina, & Lessio docet Eminentissimus & amantissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo *de Iust.tom.1.disp.2.sect.11.num.240.* nam Bulla Gregorij XIII. loquitur si eiectus obierit extra religionem: ergo ex his omnibus apparet, non solùm ad Episcopum, sed etiam ad Superiorem regularem pertinere iudicium de nullitate Professionis eiecti.

5. Scio aliquos Doctores dissentire ab omnibus supradictis, sed quia sunt communiora, & probabiliora, puto non esse ab ipsis recedendum: & ita ego sentio, saluo meliori iudicio. Romæ in domo sancti Syluest. montis. Quirinalis die 26. Octobris, 1644.

RESOL. CXCVII.

An Regularis delinquens in alieno Monasterio possit puniri ab Episcopo, vel saltem à Superiore illius Monasterij?

Ex quo cursim sequitur, quod clericus delinquens in Monasterio exempto puta ludens aleis, non incurrit censuram suspensionis latam à suo Episcopo contra ludentes.

Et notatur sub nomine Regularium in verbis Concilij non includi Superiores, qui egent speciali mentione. Ex p.9.t.7.& Misc.1.Res.49.

§. 1. Hunc casum ponit doctus Pater Bordonus *in consil. Regul.tom.2.resolut.68.q.9.n.16.* vbi sic ait. [An, quando Religiosus delinquit intra Claustra alterius Ordinis, intret dispositio Decreti Conc.Trid.c.14.sess.25. videtur, quòd sic per illa verba; *Qui intra Claustra Monasterij degit, & extra ea ita notorie deliquerit.* Vbi per claustrà venit proprium Monasterium: quare Franciscanus, e. g. delinquens in Claustro Dominicanorum, sine dubio dicitur delinquere extra Claustra Monasterij, vbi degit, & sic in hoc casu videtur subiectus Episcopo iuxta dispositionem dicti capitis. Nihilominùs respondetur, quòd Episcopus nullum ius ex Tridentino habet super Religiosum Franciscanum delinquentem in Claustris Dominicanis. In quo casu non solùm proprius Prælatus errantis, verùm etiam Superior Dominicanus punire potest Franciscanum reum: quia is, ratione delicti, & loci factus est de foro Prælati Dominicani, argum. cap. *Licèt 20. de foro compet.* per iura *ibi* allegata à Gloss. Confirmatur: quia etiam Prælati Regulares dicuntur habere territorium, quod est illorum Monasterium, intra quod delinquentes castigare possunt.] Ita Bordonus. Sup. hoc supra ex doctrina Ref. 41 à §. Nota etiam, & in alio §. eius annot.

2. Sed ego libenter sentio cum ipso, in tali casu non posse Episcopum punire talem Regularem: quia, vt ipse ait in verbis Concilij Tridentini adductis nomen Claustri non sumitur absolutè, sed comparatiuè ad Diœcesim Episcopi, cùm ergo Claustrum alienum, etiam qua alienum, non sit locus Diœcesis quoad iurisdictionem Episcopi; dispositio Tridentini non potest subintrare in eo casu. Tum, quia delictum debet esse perpetratum extra omne claustrum; ad hoc vt ex eo gigni possit scandalum in populo: non enim populus est in Claustris. Tum, quia Clericus delinquens in Monasterio exempto, putà ludens aleis, non incurrit censuram suspensionis latam à suo Episcopo contra ludentes: ergo, &c.

3. Dissentio tamen à Patre Bordono, & puto, dictum Religiosum esse remittendum suo Superiori, & non posse puniri, vt ipse vult, à Superiore Monasterii, in quo deliquit: nā concedo, quòd quis ratione delicti sortitur forum Superioris, in cuius territorio deliquit; tamen hæc regula fallit, quando qui deliquit, habet omnimodam exemptionem. Et ideò rectè obseruat Ludouicus Gilhausius *in arbore iudiciaria, tom. 1. cap. 1.par.2.§.3.n.7.* Quod si is, qui in aliquo loco deliquit, generali priuilegio ab omni ordinaria iurisdictione exemptus fuerit, in loco delicti forum non sortitur: quod probatur primò per leg. *Magisteria 6.C. de iurisd. omn.Iud.* vbi miles delinquens priuilegium fori, cuius vigore apud Magistratum militem conueniendus est, non amittit, *tot.tit.C.de offic.Magist.milit.* l. *Certi. 17. C. de iudic.* l. 1. *C.ad exhibend.* l. *De militibus ff. de cust. reor.* Secundò per Auth. *Cassa.* & Auth. *Statuimus. C.de Episc. & Cler.* vbi Clericus fori beneficium ex delicto non amittit. Tertiò, ex cap. 1. *de priu.in 6.* vbi priuilegiatus delinquens in loco priuilegiato priuilegiū non perdit. Quartò, per Gloss. *in Auth. Qua in prouincia. C. Vbi de crim.agi oport.* vbi Legatus in legatione, peccās, priuilegium fori retinet. Idē est in eo quoq; priuilegio, quod iure communi concessum, & sub eodē comprehensum est: hac enim exēptionis prærogatiua exēptus gaudet, & obtinet, vbicunq; deliquerit, secundùm communem Doctorum conclusionē, nisi priuilegiū illud alia lege specialiter auferatur, vt in l. 1. *C.Vbi Senat. vel clar.* Itaque, cùm Regulares habeant omnimodā, & generalem exemptionem, nō solùm à iurisdictione Ordinarii, sed etiā à cuiuslibet alterius potestate, vt habetur in Bulla

Bonifacij VIII. cuius verba adducit Ioseph Aldrete *in alleg. n. pro omnimoda Regularium exemptione, cap. 2. n. 24.* & in alia Bulla Ioannis XXII. illam affert Lezana *in Summa, tom. 3. verb. Exemptio, num.* 8. & patet ex aliis priuilegiis; sequitur ex hoc, Regularem in casu nostro delinquentem in Monasterio alterius Religionis, non solùm non posse puniri ab Episcopo, sed neque à Superiore illius Monasterij, in quo deliquit, vt voluit Bordonus; sed tantùm erit puniendus à suo immediato Superiore.

Sup. contento in hoc §. in tom. 5. tr. 1. Res. 84 §. Nota tertio. & pro parte in Res. 87 § Nota secundo. & aduerte, quod Bordonus hic citatus in lin. 1. huius §. citat Dianam in p. 4. tr. 4. Res. .. i. eo lege illam, si placet, quæ hic est supra 91.

4. Nota hic obiter, Bordonum *vbi suprà*, docere, sub nomine Regularium in verbis Concilij non includi Superiores, qui egent speciali mentione, vt me citato, probat. Quod etiam probari potest: nam sub nomine Monialium non includitur Abbatissa; & excommunicatio lata contra colloquentes cum Monialibus, non contrahitur à colloquentibus cum Abbatissa. Ergo sub nomine Regularium non includitur Prior Præpositus, &c. & ideò si isti delinquant extra Claustra, non subiiciuntur punitioni Episcoporum, ex vi Concilij Tridentini.

RESOL. CXCVIII.

Quæ sit causa legitima, vt quis possit transire ex Religione strictiori ad laxiorem? Ex p. 3. tr. 2. Res. 43.

§. 1. POtest Religiosus licitè transire ex Religione strictiori ad laxiorem cum licentia Superioris. Primò ob infirmitatem, aut corporis debilitatem, vnde ferre non possit austeritates Religionis, ad quam se primò contulit. Ita D. Thomas *2. 2. q. vlt. art.* 8. Angelus *ver. Religiosus, num.* 35. Syluester *ver. Religio* 4. *q.* 2. Tabiena *ver. Religio* 4. *n.* 2. Geminianus *in c. cum singula §. prohibemus, num.* 9. *de præbend. in sexto.* & Franchus *ibidem n.* 4. & alij. Secundò, si Religiosus in priori Religione odio habeatur à cæteris Religiosis, aut indignè, ac malè tractetur, aut si aliis sit exosus. Ita Lessius *lib. 2. cap. 41. dub. 13. num.* 102. Azorius *tom. 1. lib. 12. cap. 41. quæst.* 8. Reginaldus *tom. 2. lib. 18 cap. 29. num.* 414. & Sanchez *vbi infrà.* Tertiò, si in illa Religione ita infamatus sit ob aliquod crimen à se patratum vt semper in ea pudore suffusus, ac subinde magna tristitia affectus, vitam transacturus sit, & hoc sæpius potest accidere in Religionibus, in quibus viget obseruantia. Ita Sanchez *in summ. tom. 2. lib. 6. cap. 7. num.* 72. Et tandem quarto Bartholomæus de Vecchis *in praxi confessiorum disp. 15. dub. 7. num.* 4. putat habere causam sufficientem transeundi ad laxiorem Religionem Religiosum, cui ob suam imperfectionem, & prauum habitum obseruantia austeritatum propriæ Religionis adeò difficilis redditur, vt ferè continuam mœstitiam, & pœnitentiam professionis emissæ in illa Religione experiatur, quamuis ratione huius difficultatis regulam frequenter non transgrediatur; quod probatur. Primò, quia hæc ferè continua mœstitia, & pœnitudo constituit Religiosum in probabili periculo violandi regulares obseruantias. Secundò, quia sicut tristitia, & displicentia grauis, quam experitur Nouitius tempore probationis, censetur sufficiens ad liberandum eundem Nouitium à nexu voti Religionis; ita eadem tristitia in casu nostro censenda est dispensationis causa, maximè si spes habeatur petentem dispensationem cum gaudio, & animi tranquillitate seruiturum esse Deo in laxiori Religione. Ita Vecchius, licèt alij contrarium sentiant, quando non obstante dicta displicentia, & mœstitia Religionis, regulas frequenter non transgrederetur.

2. Notandum est tamen hic obiter, quod Rodriquez *in qq. Regul. tom. 3. q. 52. art.* 9. allegans falsò Sotum limitat primam causam superius positam, quando Prælati Religionis strictioris dispensarent cum illo religioso, vt propter infirmitatem ad onera Religionis non teneatur. Sed ego cum Sanchez *vbi suprà in sum. tom. 2. lib. 5. c. 7. n.* 72. puto his non obstantibus, posse dictum Religiosum transire ad laxiorem Religionem, quia licèt cum ipso Prælatus dispensaret, non posset (moraliter loquendo) non esse Religioni onerosus, & causa multi scandali, notæ, & murmurationis.

RESOL. CXCIX.

An Regularis transiens cum licentia ad aliam Religionem, teneatur ibi integrum annum Nouitiatus perficere?
Et an hoc procedat, licet fiat transitus ab arctiori ad laxiorem Religionem: imo respectu eiusdem Ordinis? Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. R. 25.

§. 1. NEgatiuam sententiam tenet Caramuel *in Reg. D. Bened. disp. 45. num.* 544. vbi sic ait: Quanto tempore debeant sic transeuntes probari. Annum postulat Miranda *in Man q. 31. art.* 21. quod adeo certum credit, vt nulli liceat dubitare. Sed docti hominis pace, non dubitabo, imò contra expressè asseram, talis Nouitiatus, nullum tempus esse à Concilio aliquo determinatum. Non enim debemus obligationes graues asserere, neque operantes grauis peccati arguere (ait Villalobos *in Sum. tom. 1. tr. 24. dub. 9. n.* 8.) si ius non fuerit valde clarum, & teste Miranda nuperrimè citato in illo cap. Concilij Tridentini non fit expressa mentio eorum, qui ad Ordinem alium transferuntur. Mentio autem quæ expressa non est, non solum non valde clara, sed neque clara est. Superest modò diluere argumenta in contrarium. Et quidem requiri probationis annum integrum etiam in tali casu, videtur esse expressè determinatum à Concilio Trid. *sess. 25. de Reg. c.* 15. vbi prohibentur, annullantur, irritantur professiones eorum qui non fuerint Nouitij integro anno.

2. Respondeo ibi agi de professione substantiali non verò de accidentali, quæ fit hominibus; qualis illa est, quæ fit in secunda Religione. Constat, quia ex vi sanctionis istius, vt omnes explicant, qui ante annum completum profitetur, nulla obligatione substantiali obstringitur: Religiosus autem qui transit ad aliam Religionem, non potest non obligari ad substantialia licet illa non voueat; iam enim vouerat in Priori Religione. Vnde aliud est ingredi Religionem, aliud mutare. Vt quis fiat Religiosus, debet probare vtrum possit subesse Antistitis imperio, seruare paupertatem, & continentiam summam: & an possit alia accidentalia præstare, quę conducunt ad ritus extrinsecos communitatis; talia, sunt, ieiunia, silentium, clausura, & alia id genus. Priora (nempe substantialia) sunt difficillima, accidentalia minoris sunt difficultatis. In secunda Religione probatio non instituitur de re essentiali, sed solùm de accidentalibus. Ergo nec ex natura rei hæc probatio postulat tantum temporis quantum prior: nec Concilium Tridentinum de illa quidpiam determinauit, verùm id committendum est conuentioni contrahentium. Ergo tempus illud venit à communitate determinandum: acceptandúmque ab illo, qui mutat Religionem; aut è contrario.

3. Quod autem in illo Capite Tridentinum, non comprehendat omnes probationes, sed solùm quæ fiunt de substantialibus, quando ex sæculo transitur ad Religionem approbatam, patet: quia si omnes professiones comprehenderet, etiam complecteretur professiones ordinum militarium, vt ex se liquet. Atqui declaratum est in Rota 11. Decembr. 1570. militarium professiones non comprehendi in hoc capite

capite: Ergo non decet hoc caput ita vniuersaliter intelligi, vt volebat Miranda. Hucvsque Caramuel, qui etiam ad alias obiectiones contra suam sententiam more solito acutissimè respondet.

4. Sed opinioni viri doctissimi libenter adhærerem si praxis non esset in contrarium,& sic quotidie videmus Regulares transeuntes ad aliam Religionem, si velint ante annum Nouitiatus profiteri, impetrare dispensationem à Summo Pontifice. Vnde & Vecchius *in praxi Nouit. disp.*15. *dub.*2. *num.*18. obseruat Leonem X. concessisse Priuilegium viuæ vocis Prælatis Ordinis Minorum, vt infra annum probationis possint admittere ad professionem Religiosos ad se transeuntes. Vnde sententiam Mirandæ quam Caramuel impugnat, docent communiter Doctores, quos plena manu citant & sequuntur Bordonus *in Consil. Reg. ref.*29.*q.*17.*n.*62. & Sanchez *in Sum. lib.*5.*c.*4.*n.*12. quod procedit, licèt fiat transitus ab arctiori ad laxiorem, imò respectu eiusdem Religionis, vt si Cappucini transeant ad Zoccholantes strictioris obseruantiæ, imò & ad illos Dei familiæ.

RESOL. CC.

An bona Religiosi transeuntis ad aliam Religionem, vel Episcopatum pertineant ad primum, vel ad posterius Monasterium?

Et notatur ius succedendi Religioso competens cum sit personale transire cum eo ad Monasterium ad quod transfertur, si est capax succedendi; Vnde infertur legatum relictum sub conditione, quæ impleta est tempore secundæ professionis, ad secundum Monasterium pertinere. Ex p.3.tr.2. Ref.114.

§. 1. PErtinere ad posterius Monasterium saltem quoad vsumfructum doceat Emanuel Rodriq. *in add. ad sum. tom.*4.*c.*53.*n.*2.& alij, sed Th. Sanch. *in sum. to.*2.*lib.*7.*c.*32.*n.*8.& alij penes ipsum, asserunt vniuersa bona priori Monasterio acquisita ratione Religiosi remanere omnino apud illum, quando Religiosus transit ad aliud Monasterium, vel ad Episcopatum, & hanc sententiam probat ex multis rationibus. Vide etiam Faustum *in thes. Rel.*2.*l.*5.*q.*286.*n.*3.

2. Ego verò puto ad summum in tali casu prius Monasterium teneri ad tribuendum Religioso translato sufficientia alimenta in Monasterio posteriori,& ita docet Suarez *de Rel. tom.*4.*tr.*8.*lib.*3.*c.*14.& Hieronymus Rodriquez *in compen. qq. Reg. ref.*123.*n.*8. maximè quando Monasterium est inops, vt vult Menoch. *vol.*2.*conf.*293.*n.*22.

3. Nota tamen, quod rectè notat Villalob. *in sum. tom.*1.*tr.*15.*diff.*14.*n.*3 ius succedendi Religioso competens, cùm sit personale, transire cum eo ad Monasterium, ad quod transfertur, si est capax succedendi vnde infert *n.*4. legatum relictum sub conditione, quæ impleta est tempore secundæ professionis, ad secundum Monasterium pertinere.

RESOL. CCI.

An votum subditi de transeundo ad strictiorem Religionem possit Prælatus Regularis dispensare, non vero irritare? Ex p.5.tr.2.Ref.91.

§. 1. REspondet affirmatiuè Hieronymus Rodriquez *compen. qq. Regul. resol.*121.*n.*80. vbi sic ait Prælatus votum subditi de transeundo ad strictiorem Religionem potest dispensare non verò irritare, quia id non est simpliciter votum Religionis, sed transitus vnius ad alteram Religionem, qui quidem transitus ad arctiorem Religionem, non cadit sub potestate Prælati ad irritandum votum de illo emissum, Sic Rodriquez, & sic ego in facti contingentia consului,& ita etiam hanc sententiam docet Villalob. *in sum. to.*2.*tr.*35 *diffic.*13 *n.*19. Suar. *de Rel. to.*3.*l.*4.*c.*6.*n.*15. Sanch. *in sum. tom.*1. *lib.*4 *c.*33.*n.*2. & alij.

RESOL. CCII.

An per renouationem votorum Regularium obtineatur remissio omnium peccatorum? Ex p.4.tr.& Misc. Ref.180.

§. 1. HÆc resolutio erit deuotis Religiosis multum plausibilis, & negatiuam sententiam docet Sanchez *in summ. tom.*2 *lib.*5.*n.*5.& Tabiena *ver. Nouitius, in fine*, & post illos Bartholomæus de Vecchis *in praxi Nouitiorum disp.*13. *dub.*5.*n.*7. propterea opus primæ traditionis difficilius sit,& ex intentiore voluntate procedens.

2. Sed his non obstantibus sententiam affirmatiuam refert & non improbat Sà *ver. Religio n.*7.& nouissimè illam docet Paulus Layman *in Theol mor. l.*4. *tract.*5.*c.*10. *num.*2. nam vota quæ in Religione eduntur, ideo afferunt plenam remissionem peccatorum, quia continent perfectam hominis traditionem erga Deum Sed hæc traditio non semel, sed iterum fieri & renouari potest, ergo etiam remissio peccatorum iteratò acquiritur,& ideo Villalobos *in sum. tom.*2 *tr.*35. *diff. c.*26.*n.*2. sic ait.[Pareçeme que se puede creer piadosamente, que todas las vezes que el Religioso se acuerda que hizo profession, y se alegra dello con tal affeto que si no vuiera professado professara de nueuo, que Dios nuestro Señor le perdona todas las penas de los pecados o casi todas por este acto tan heroico y por le menos por grandissima parte dellas y por lo qual algunos deuotos religiosos vsan reuetar en re si la profession quando ven que otros la hazen.] ita ille. Ad argumentum verò, quod Sanchez adducit, respondet Layman, fieri posse vt renouatio votorum maiore animi constantia, & determinatione ad Dei obsequium fiat, quàm prima traditio facta fuerat. Adde quòd cùm hæc sint accidentalia non nocent. Verùm ego puto non esse recedendum ab opinione negatiua.

RESOL. CCIII.

An vota vitæ Quadragesimalis Minimorum, Redemptionis Captiuorum Mercenariorum: non acceptandi Prælaturas extra Religionem Patrum Societatis Iesu,& Discalceatorum D. Augustini; & similia sint dispensabilia saltem per Generalem?

Idem dicendum est de quocumque statu Religioso habente votum aliquod ex peculiari ratione talis status præter vota communia, quod Prælatus Religionis non potest dispensare, irritare, aut commutare. Ex p.6.tract.8. & Misc.3.Ref.34.

§. 1. AFfirmatiuè videtur respondendum per ea quæ indiuidualiter tenet Miranda *in Manuali Prælatorum, tom.*1. *quæstion* 9. *art.*6. *conclus.*1.& 3. vbi expressè docet in supradictis votis vitæ Quadragesimalis, &c. posse Generalem dispensare, quod etiam probat ex loco Concilij Tridentini *session.*25. *capit.*1. Vbi agens de votorum Regularium custodia, & obseruantia differentiam atque distinctionem facit, inter supradicta tria Religionis essentialia, & substantialia vota (& obedientiam nempe, paupertatem, & castitatem) & alia cuiuslibet Regulæ & Ordinis peculiaria vota,& præcepta (respectiuè) pertinentia ad supradictorum obseruantiam, nec non ad communem

Quamuis nō plene supplere hoc ne præternittas tamen legere supra in Ref. 18. doctrinā & responsiones Pontificis circa hoc, & ex illis deducere potes

quod sup. hac quæst. & si libet, lege etiam alias Ref. eius annot.

communem vitam, victum, atque vestitum. Et tandem verba faciens de tribus votis supradictis. compertum esse dicit, quod ea quæ ad substantiam regularis vitæ pertinent, non possunt per Superiores relaxari, cuius & rationem reddens, inquit. *Et enim si illa, quæ bases sunt, & fundamenta totius regularis disciplinæ, exactè non fuerint conseruata, & custodita, totum statim corruat ædificium necesse est.* Ex quibus Concilij verbis; sic colligo argumentum: Omnia, quæ non sunt de substantia regularis vitæ, de mente Concilij, ex causa per Superiores possunt relaxari, atque in eis dispensari: sed obseruantiæ, quæ sunt secundi generis (de quibus supra diximus) vtcumque essentiales, & obligatoriæ sint, suósque professores ad peccatum obligent, non tamen sunt de essentia, & substantia regularis vitæ, siquidem sine ipsis aliæ Religiones reperiri possunt: Ergo obseruantiæ prædictæ ex causa, & in casibus particularibus, Superiorum subsunt dispensationi.

2. Sed his non obstantibus negatiuæ sententiæ ego adhæreo, quia in supradictis votis, & materia ipsa, & actus vouentis sunt omnino extra Superioris dominium, cum iuxta constitutiones à Pontifice approbatas dicta vota sint annexa ei statuto Religioso. Ergo regulantur iuxta tria substantialia vota, & accessorium sequitur naturam principalis. Adde quod distinguenda sunt vota peculiaria vniuscuiusque Religionis à regulis, & præceptis obligantibus sub mortali: est enim inter hæc duo maxima differentia, quamuis ambo ex regula, & ex voto oriri videantur: nam & vota peculiaria secundum regulam fiunt, & præcepta regulæ aliquo modo includunt votum obedientiæ; est nihilominus differentia, quòd licèt regula ordinet, & votum fiat, tamen immediatè non oritur obligatio ex regula, sed ex voto, vt in Religione Minimorum regula ordinat fieri quartum votum abstinendi à carnibus, facto autem voto comedere carnes est sacrilegium immediatè oppositum voto: è contrariò verò, si sola regula immediatè obligat ad eandem abstinentiam v.g. etiamsi obliget sub mortali (vt quidam de Carthusianis dicunt) non est obligatio voti, neque excedit obligationem præcepti humani Ecclesiastici: quia votum obedientiæ quod illa lex supponit, obligat immediatè ad seruandam vnamquamque regulam, vt suprà dixi, sed vnaquæque regula obligat iuxta sensum & virtutem suam.

Sup. hoc magis latè in Ref. seq.

3. Dicendum est igitur supradicta vota in titulo Resolutionis posita non posse per Generalem dispensari, irritari, aut commutari: & ita nostram sententiam tenet Bordonus *in Consiliis Regularium resol.* 14. *num.* 24. Portel *verb. Voti irritatio, n.*68. Tamburinus *de iure Abbatum, tom.*3. *disp* 4. *q.*8. *c.*2. *dub.*32. *num.*7. Palaus *tom.*3. *tract.*15. *disp.*2. *punct.*8. *num.*12. Layman *lib.*4. *tract.* 4. *cap.* 7. *n* 6. *assert.* 5. *in fine*; quibus omnibus adde sapientissimum Suarez *de Relig tom.*4. *lib* 2. *c.*12. *à num.*28. vbi tandem *n.* 39. sic ait. Sequitur præterea ex dicta resolutione, idem dicendum esse de quocumque statu Religioso habente votum aliquod ex peculiari ratione talis status, præter tria vota communia, nam tale votum indispensabile est per Prælatos Religionis, propter rationes factas, quæ generaliter procedunt ex natura status religiosi, & conditione talis voti, & ideo punctum hoc non reseruauimus in peculiarem tractatum de Societate, quia de se commune est. Ita ergo censeo de Monialibus Sanctæ Claræ, quoad votum clausuræ, non enim possunt in illo dispensare prælati minores, quia non possunt votum illud, vel obligationem eius auferre. Idem est de voto non comedendi carnes, quod Religiosi Minimi emittunt: nam per eorum Superiores tolli, seu dispensari non potest ob easdem rationes. Nec refert quòd Prælatus possit aliquando dare licentiam egrediendi, aut comedendi, &c. nam supposito voto, hoc tantùm fieri poterit vel interpretando casum esse talem, in quo votum non obliget, quod non est dispensare, vt *in tract. de voto, lib.*6. *cap.*9. dixi, vel subtrahendo materiam voti, quia nimirum in ipso voto emittendo, vel expressè, vel secundùm regulam includitur conditio non faciendi hoc, vel illud, nisi approbante, vel ordinante Superiore: tunc enim dum ipse ordinat, vel dat facultatem, non dispensat, sed facit vt cesset materia voti. Hac autem integra manente, indispensabilia esse existimo talia vota per inferiores Prælatos, etiam per Episcopos, quia ex vi status, cui sunt annexa, sunt alterius Ordinis, & habent quasi peculiarem modum conseruationis, vt explicatum est. Hucvsque Suarez.

RESOL. CCIV.

An Carthusiani, secluso scandalo, extra morbum possint comedere carnes sine peccato mortali? Ex p.3. tr.2. Resolut.39.

§. 1. Negatiuè respondeo cum Nauarro *cons.*51. *de Regularibus, n.*6. Vasquez *in p.* 2. *tom.*1. *disp.*162. *c* 4. *n.*16. Salas *de leg disp.*11. *sect.*2. *n.*17. & aliis, quia licet non teneantur abstinere à carnibus ratione voti, tenentur ad hoc ratione statuti, & consuetudinis sub mortali obligantis.

Sup. hoc casum in Ref. præterita §.2. prope finem, vers vt quidam de Carthusianis.

2. Non reticeam tamen aliquos docere contrariam sententiam, quam probabilem putare videtur Emanuel Sà *ver. Religio, n.*58. vbi sic asserit: Carthusianos teneri vesci carnibus, si aliter non possint morbo liberari quidam aiunt, alij negant. Ego dixerim teneri, si non possint aliter viuere. Sunt & qui affirmant non peccare illos mortaliter, si carnibus vescantur extra morbum si absit scandalum, non enim ex voto tenentur abstinere, sed ex consuetudine. Ita ille. Sed tu tene primam sententiam.

Sup. hoc morbo in Ref. seq. & in §. eius not.

RESOL. CCV.

An Carthusiani in articulo mortis teneantur edere carnes? Et an peccet Medicus aut alius minister, qui Carthusiano ægrotanti, & inscio præberet cibos aliquos ex carnibus? Ex p.5. tr.3. Ref.136.

§. 1. Aliqui negatiuè respondent, asserentes in extrema necessitate ab intrinseco non teneri Carthusianos edere carnes, licèt in secreto & sine scandalo vesci possent. Probatur, quia ille in tali casu naturaliter moritur ex morbo, cuius ipse non est causa. nec ipse censetur se occidere, sed tantùm non prolongare vitam comedendo carnes: non tenetur autem quis prolongare vitam omnibus mediis possibilibus, ergo. Secundò, quia non tantùm pro virtute, sed etiam pro virtutis augmento potest quis exponere periculo vitam corporis, & augetur Carthusiano virtus abstinentiæ abstinendo in tali casu, & crescit bonum totius Religionis, & si in tali necessitate id liceret, sequeretur dissolutio Religionis & traheretur idem ad minores necessitates, & ita docet ex Victoria, Ledesma, & aliis, Thomas Sanchez *in opusc. tom.*2. *lib.*5. *cap.*1. *dub.*54. *num.*6. qui tamen *n.*7. addit posse illos in tali necessitate edere, si velint, carnes, quia non habent votum non edendi, nec statutum obligans ad pœnam: at poterunt puniri pœna statuti. Sic Sanchez, licèt Vasq. *disp.*162. *in part.* 2. quem sequitur Iacobus Granadus etiam *in p.*2. *contr* 7. *tr.*3. *p.*1. *disp.*8. *sect.*5. *n.*7. contendant legem, seu consuetudinem

Pro contento in hac Ref. in tom. 8. tr. 5. Ref. 57. §. Sed hic. & seq. & hoc supra ex Ref præterita lege signanter §. 2. ad lin. 4.

tudinem Carthusianorum eos simpliciter obligare, ita vt non possint etiam in articulo mortis vesci carnibus, quia sc. spectat ad magnum & publicum illius Religionis spirituale bonum, vt cum tanto rigore illa obseruantia vigeat; potest autem lex humana ob commune bonum, quando opus est, obligare etiam cum dispendio vitæ. Fatetur autem non peccare Medicum, aut alium minist um, qui Carthusiano ægrotanti & inscio præberet cibos aliquos ex carnibus. Sed sententia Sanchez, videlicet posse in tali casu Carthusianos edere carnes, sed non teneri, docet etiam Lorca *in p.1.d. sp.13.de legib.* cum Montesino *disp 23. q.10.* & aliis, quibus nouissimè adde Duuallium *in p.2.D.Thom.de leg q.5 art 4.* vide etiam circa præsentem quæstionem Baldellum *in Theol. mor. l.5.disp.26. n.15.* Azorium *p.1.lib.5 c.6 q.7.* Salas *de legibus, disp.11. sect.2.* & alios penes ipsos

RESOL. CCVI.

Quidam Regularis propter æstum ad capiendum somnum dormiebat sine tunica linea, quæ erat habitus suæ Religionis, quæsitum, an peccauerit mortaliter?

Et quid est dicendum, si Fratres Minores, & obseruantes vterentur camisiis lineis?

Et an Religiosus, qui spoliatur habitu ad liberius fornicandum, peccet mortaliter non solum contra temperantiam, sed etiam se exuendo habitu, quamuis Apostata non sit? Ex parte 5. tractat. 14. & Misc. 2. Resolutione 72.

§. 1. Supradictum Regularem non incurrisse in excommunicationem latam *in cap.vt periculosa. ne Cleric. vel Mon. in 6.* ego ipse docui *in 3. part. tract.2. resol.115* Difficultas est an peccauerit mortaliter? Et affirmatiuam sententiam docet Graffius *tom.1.lib.3 cap.5 n.75.* vbi sic ait. Qui in cella dimittit habitum suum, vel cùm iacet in lecto gestat hastam siue patientiam, licèt pœna excommunicationis non ligetur, peccat tamen mortaliter. ita ille, qui citat Franc. *in c.ne Cler.vel Mon. n.5.* Confirmatur hæc opinio ex *c.vidua 20 q.2.* vbi ex Concilio Toletano sic habetur. Tunc accepta à Sacerdote, vel Ministro apta Religionis professioni veste, seu in lectulo quiescens, siue in quocumque loco existens, constanter ea vtatur, & idem ex Concilio Carthaginensi IV, *Can. 11.* habetur *in cap.sancta Monialis, dist.23.* Quæ nunc hanc sequetur, & pro contento in hac Ref. ege intra doctrinam Ref.208 & 209. per totas.

2. Sed his non obstantibus de hoc casu interrogatus negatiuè respondi, certum enim existimo ex vi iuris communis non esse in tali casu obligationem sub peccato mortali, quia neque in citatis decretis pro contraria sententia adsunt verba obligantia ad peccatum mortale, nam *in cap. vidua* solùm dicitur, *constanter ea vtatur.* in alio verò, *qualibus semper vsura est*, quæ non sunt verba, rigorosè præceptiua, vt per se constat, nec communi vsu & consuetudine ita sunt interpretata. Igitur debitũ, quod habet Regularis vtẽdi sẽper suo habitu, est honestatis, non necessitatis; solùm ergo ex aliqua circũstãtia extrinseca, vel ex præcepto regulæ & consuetudinis ad hoc obligantis potest in tali casu adesse peccatum mortale, aliàs non. Et hæc omnia docet Suarez *de Relig.tom.4.lib.1.cap.c. n.18.* Sanctarellus *de Apostas.cap.1. dub.vn.n.5.* & post hæc scripta vidi amicissimum Lezzanam in suis eruditis *q. Regul.c.13.n.7.* quibus adde Fabrum *de restit.in 4.sent.dist.15.q.2.d sp.45. c.4.num 88.* vbi tractat hanc quæstionem quoad Fratres Minores Conuentuales & Obseruantes & firmat, dormiẽtes sine habitu nõ peccare mortaliter, & idẽ etiã docet, si dicti Fratres vterẽtur camisiis lineis, putat enim in tali casu nõ peccare.

3. Notandum est hic obiter docuisse Nauarrum *in consil. de Apostas.* Religiosum qui spoliatur habitu ad liberiùs fornicandum, peccare mortaliter, non solùm contra temperantiam, sed etiam se exuendo habitu, quamuis apostata non sit; sed fallitur bonus senex, vt rectè obseruat Suarez *vbi sup à* & patet ex dictis. Vnde in prædicto casu non erit, per se loquendo, duplex malitia mortalis, vna fornicationis, altera, vt aiebat Nauarrus, spoliationis habitus, nisi fortasse ex speciali aliqua regula talis prohibitio cum eo rigore facta sit. Sup. hoc lege doctrinam Resolutionũ not. præteritarum.

RESOL. CCVII.

Aliqui casus, in quibus Religiosi dimittentes habitum suæ Religionis non incidunt in censuras cap.vt periculosa, ne Clerici vel Monachi in 6.

Et an Religiosus iniustè grauatus à Prælato fugiens ad Prælatum Superiorem possit dimittere habitum, donec tutò accedat ad Prælatum Superiorẽ. Ex p.3.tr.2.Ref.115.

§. 1. Non est Apostata, nec incurrit in dictam excommunicationem Religiosus, qui habitum non defert in cubiculo suo vel in loco alio secreto; vt meliùs studeat, quiescat, dormiat, &c. nec etiam, qui ex leuitate quadam habitum dimittit, vt meliùs currat, saltet, ludat, &c. Imò ego puto, neque Religiosum incurrere in dictam excommunicationem, si habitum dimittat, vt eat ad lupanar ad fornicandum, vel vt secretò furetur statim habitum iterum sumpturus, etsi habitum alium ad sic se occultandum eo breui spatio assumat. Et hæc omnia docent & probant Doctores, quos citat, & sequitur Sanch. *in sum tom.2.l.6. c.8. n.57.* quibus ego addo Antonium Sanctarellum *tr.2.de Apostas.c.1.n.5.6.&7.* quidquid afferat Pottel. *in dub.Reg.ver. Habitus, n 4.* Hieronym Rodriq. *in compen.qq.Reg.ref 71.n.6.* Suar. *in 3.p.to.5.disp.23.sect. 4. n. 51.* Bannez *in 2.2.q.12.art 2.dub.2 concl. 2.* & alij asserentes Religiosum ob turpem causam deponentem habitum in excommunicationem incurrere. Sup. casibus contentis in hac Ref. lege in præteritam Ref. & doctrinam duarum Ref. sequentium.

2. Non desinam tamen hic adnotare pulchrum casum, qui sæpiùs potest occurrere, & ponit Laurentius Pottel *in addit.ad dub.Reg.ver. habitus, n.1.* vbi sic ait. Religiosus iniustè grauatus notabiliter à Prælato, & maius adhuc timens grauamen, nec habens aliud remedium, fugit ad Prælatum superiorem longè distantem, ita vt in ista fuga nullo modo peccet, nec venialiter, vt suppono (quod fieri posse multi dicunt) in hac tamen fuga, & longo itinere, cer ò moraliter scit, se fore detegendum, & comprehendendum ab inferiori iniustè grauante, si portet habitum Religionis propter custodes in viis adhibitos. In quo casu puto posse prædictum cum supradictis circunstantiis habitum dimittere, donec tutò accedat ad prælatum ad quem appellat; quia portare habitum Ordinis est præceptum humanum, at præceptum humanum non obligat cum tanto periculo famæ, carceris & iniusti grauaminis sperati certò moraliter; ergo &c. Ita Pottel *vbi supra*, & ego.

RESOL. CCVIII.

An in dimissione habitus propriæ Religionis detur paruitas materiæ? Ex p.5.tr.5.Ref.61.

§. 1. Supponο ex *cap.2.ne Clerici vel Monachi in 6.* excommunicari Religiosos professos Religionis suæ habitum temerè dimittentes, & ad quæstionem respondet affirmatiuè Emanuel Sà *ver. excommunicatio, n.9.* Azor. *tom.1.lib.12.c.13.q.5.cas.16.* Toletus *lib.* Sup. hoc in Ref. seq. & Sed quæres. sed lege eam per

possit Ponincialis, aut Capitulum Prouinciale, cum ius hanc facultatem tribuat soli Generali; & Prouincialis in sua Prouincia Generalis habeat potestatem, vt alibi docuimus, & ratio militet pro ambobus, maximè cum hæc facultas eidem Prouinciali ex iure naturali competat; quia est suæ Religionis caput in Prouincia quam regit, sicut Generalis in vniuersa Religione. Et sicut ad caput spectat ea, quæ in corpore superflua, & nociua sunt, præscindere sic ad caput politicum ea, quæ in corpore politico talia sunt. Excipe tamen illum Generalem, & Prouincialem quibus per Constitutiones Regulares, hæc eiectio facienda vetatur, cum clausula nullitatis, vt in Ordine Minorum de Obseruantia, in quo prohibitum est Generali, & Prouinciali vllam pœnam grauem infligere, sine consensu maioris partis Diffinitorij, sub pœna nullitatis, & priuationis actuum legitimorum in illo, qui sine hac forma castigat, quæ nullitatis non sortitur effectum, nisi post sententiam iudicis, sicut etiam, & pœna, vt ex eisdem met patet. Ratio nostræ sententiæ est, quia illa circumstantia non est in Constitutionibus Apostolicis apposita ad eiectionem illam validè faciendam, sed tantum ad illam consultiùs exequendam, vt alibi diximus de facultate ad absoluendum à manus violentæ iniectione; vel ad summum apposita est ad eamdem licitè faciendam. Verùm licet hæc sententia quoad Prouincialem mihi videatur satis probabilis, non tamen consulerem eiectionem per illum faciendam, nisi adhibito Capituli Prouincialis consensu. Scio equidem decretum Congregationis Concilij Tridentini iussu Vrbani VIII. editum, vt refertur à Barbosa *in tr. de Constitutionibus, & decretis*, decernere, solùm Generalem id posse in Capitulis, aut Congregationibus generalibus, & extra id tempus cum vrget necessitas de consilio sex Patrum. Sed cum sit tantùm Congregrationis Cardin. decretum, vim legis non habet, quæ destruat priuilegium, vt vsus contrarius demonstrat. Hucusque Bruno.

2. Sed contrarium prorsus asserendum esse puto, stante dicto Decreto, vt docent communiter & doctores; nec verum est quod asserit Brunus, vsum esse pro se, nam contra illum stat. Et ideò in gratiam superiorum Regularium non deseram hic apponere declarationem Sacræ Congregationis Concilij, in qua circa præfatum Decretum multæ resolutiones habentur; quam declarationem, ego testor vidisse authenticam, sic itaque habet.

3. In vna Regularium Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum.

Procurator generalis Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum, mediante intercessione Eminentissimi Cardinalis de Lugo Protectoris, supplicat pro sua (vt inquit.) & aliorum superiorum Regularium instructione, per hanc Sacram Congregationem responderi ad infrascripta quæsita super decreto de Apostatis, & eiectis iussu summi Pontificis ex sententia eiusdem Sacræ Congregationis edicto Anno 1624. & impresso in Bullario nouo *tom. 4. pag. 267. vers. ad hæc.*

4. Primò, An Regularis constitutus in carceribus spatio vnius anni in ieiunio, & pœnitentia, ad finem vt tanquam incorrigibilis à Religione eiiciatur, si è carceribus fugiat (dicto carcerationis anno nondum expleto,) & deinde sit captus, possit tunc vt incorrigibilis eiici: An verò quid aliud faciendum sit?

5. Secundò, An Regularis pluribus interpolatis vicibus pro reiteratis delictis in diuersis temporibus commissis, in carceribus detentus, possit vno carcerationis anno (vt supra interpolatè expleto tanquam incorrigibilis à Religione eiici, si post dictum Annum carcerationis interpolatum animo indurato) in sua pertinacia perseuerans iterum delinquet.

6. Tertiò, An generalis ordinis possit delegare facultatem eiiciendi à Religione Prouincialibus pro eorum Prouinciis, seu Commissariis, vel Vicariis Generalibus, & an delegatio sit à Generali facienda in quolibet casu, An verò indefinitè in omnibus casibus.

7. Quartò, an sex Patres, de quorum consilio, & assensu eiectio fieri debet, sint eligendi de tota Religione, An potius sufficiat ex qualibet Prouincia, seu Regno.

8. Quintò, quod si à Religione huiusmodi sex patres non fuerint electi in Capitulo, seu Congregatione generali, quid faciendum sit vsque ad primum Capitulum generale?

9. Sextò an sufficiat, vt Prælatus Conuentualis, seu Procuincialis conficiat Processum stylo Religionis seruato, & illius summariam transmittat Generali Ordinis, seu illius Delegato, qui adhibitis sex Patribus electis, quilibet illorum videat eundem Processum, transmittat votum suum per litteras eidem Generali, seu Delegato?

10. Septimò, An Generalis, seu Delegatus possit ferre sententiam eiectionis à Religione, quando à tribus ex sex Patribus electis, seu ab illorum maiori parte dicta sententia approbetur, An potius sit necessarium, vt omnes sex dent votum, ita vt ex defectu voti, etiam vnius, non possit sententia validè ferri?

11. Die 21. Iunij 1653. Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilij Tridentini interpretum omnibus maturè perpensis, Ad Primum respondit, Regulares delinquentes, vti incorrigibiles eiici non posse à Religione, Anno Carcerationis nondum expleto.

12. Ad secundum, respondit, Non sufficere annum carcerationis interpolatè expletum, sed requiri spatium vnius anni continuum, & integrum.

13. Ad tertium respondit, Generalem Ordinis non posse delegare facultatem eiiciendi è Religione Prouincialibus per eorum Prouincias, seu Commissariis, vel Vicariis generalibus.

14. Ad quartum inhærendo declarationi aliàs factæ die 9. Augusti 1625. à S. M. Vrbano VIII. approbatæ, Respondit sex Patres eligi posse in vnaquaque Prouincia, seu Regno.

15. Ad quintum Respondit, recurrendum ad Sacram Congregationem in singulis casi s.

16. Ad sextum, processus esse conficiendos iuxta stylum, & Constitutiones Religionis & illorum transumptum authenticum esse transmittendum ad singulos sex Patres electos, qui per litteras possunt votum dare.

17. Ad septimum, Sententiam eiectionis à Religione fieri debere saltem de voto maioris partis sex Patrum electorum. Petrus Aloysius Cardinalis Caraffa Præfectus Loco † sigilli. Franciscus Paulutius S.C.C. Secretarius.

18. Ego P. F. Ferdinandus de Galarca Notarius publicus, & Apostolicus, in Archiuio huius Romanæ Curiæ descriptus, ac Secretarius Reuerendi Admodum Patris Nostri Magistri Fratris Michaëlis de Alcantara Vicarij Generalis Italiæ, & procuratoris Generalis totius Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, Sanctæ Inquisitionis qualificatoris, & Sacræ congregationis Indicis Consultoris, eiusdem iussu fidem facio, huiusmodi copiam propria manu ex originali, quod quidem in Archiuio nostræ Sacræ Religionis in hoc Conuentu Sancti Adriani remaneret, accuratè transsumptam, posteaque diligenter collationatam, cum illo fideliter concordare. In cuius rei testimonium præsentes litteras nomine meo subscripsi, meoque signo communi. Romæ in hoc prædicto

dicto Conuentu Sancti Adriani die 8. Augusti anni millesimi sexcentesimi quinquagesimi tertij. In testimonium locus † sigilli veritatis. De mandato R. A. P. N. Vicarij, & Procuratoris generalis Frater Ferdinandus de Galarca P. & Secret. Not. publicus & Apostol.

19. Frater Michaël de Alcantara Vicarius Generalis Italiæ, & Procurator generalis totius Ordinis B. M. de Mercede Redemptionis captiuorum, S. Inquisitionis Qualificator, & Sacræ Congregationis Indicis Consultor, tenore præsentium fidem facimus, & attestamur, Eminentissimum, & Reuerendissimum Cardinalem de Lugo nostri Sacri Ordinis Protectorem transumptum infrascripti decreti nobis propria manu dedisse, quod, & ab Illustrissimo Domino Francisco Paulutio Sacræ Congregationis Concilij Secretario sibi remissum, & eandem Sacr. Congreg. nobis tradi præcepisse affirmauit; pro pleniori, videlicet intelligentia declarationis ad quartum dubium ab ipsa ad nostram instantiam nuper factæ. Tenor autem Decreti talis est.

20. Die 9. Augusti 1625. S. Congr. Concilij, S. D. N. approbante, declarauit sex Patres in singulis Capitulis, vel Congregationibus generalibus eligendos, de quorum consilio, & assensu Generalis potest Regulares incorrigibiles à Religione eiicere, in vnaquaque prouincia eligi posse, eosdemque sic electos, si Generalis iam longè abfuerit, vt vna conuenire non possit, debere ad eundem transmittere summarium processus, vna cum eorum voto, & iuxta illud Generalis possit ad sententiam expulsionis procedere, interea tamen vsque ad primum generale Capitulum, vel congregationem proximè celebrandam, Sanctitas sua annuit, vt eiectio (seruata in reliquis forma decreti hac de re editi) fieri possit à Generali itidem cum consilio, & assensu sex Patrum, quos idemmet Generalis in qualibet Prouincia infrà quatuor menses elegerit. Dat. Romæ in hoc nostro Conuentu Sancti Adriani die vigesima prima Augusti 1653. Frater Michaël in Alcantara qui supra manu propria, &c.

21. Vidisti igitur, Amice Lector, ex supradicta declaratione Sacræ Congregationis Concilij, non esse admittendam opinionem Patris Bruni, sicut etiam stante dicto Decreto non admitto id quod ipse vbi supra asserit, vbi sic ait. Verumtamen si certo constaret de aliquo, sic peruersè disposito, vt quacumque pœnitentia imposita, etiam executioni mandata, non propterea emendando: vel constaret de illius ineptitudine ad agendam pœnitentiam, & ad carceris pœnam sustinendam, & aliunde perseuerantia ipsius in delictis Ordini in quo professionem emisit, non mediocriter noceret, posset Prælatus absque monitione prædicta illum eiicere; ac propterea non obseruare ea, quæ in duobus prædictis decretis ante eiectionem obseruanda mandantur, inter quæ vnum est, quod incorrigibilis per annum in carcere in ieiunio, & pœnitentia prius manserit. Ratio est, quia nec Ecclesia, nec Pontifex, illud, quod nihil prodest minimè præcipiunt; illa autem incarceratio, & alia pœnitentia huiusmodi Regulari, de quo est sermo, in hoc casu nihil penitus prodesse dignoscitur: imò aliquando est illi inobseruabilis, quam propterea Prælatis Regularibus, subdito ante eiectionem imponere, non præcipitur. Confirmatur à simili, nam sicut Prouincialis Minorum non tenetur examinare venientem ad illum Ordinem de Fide Catholica, &c. si sciat certo Catholicum, licet ex iure Canonico in secundo capite Regulæ eorundem, illi sub mortali huiusmodi examen præcipiatur, quoniam in illo casu illud examen esset superuacaneum) sic etiam de antedicta forma in hoc casu seruanda iudicandum est, & à fortiori, cùm de obligatione illam ob eruandi sub mortali, vel sub pœna nullitatis, minimè constet. Ita Brunus, sed non ego, stante supràdicto Decreto.

RESOL. CXCI.

An eiectis à Societate Iesu, si sint constituti in Sacris, debeatur aliquid pro patrimonio? Ex p. 10. tract. 11. & Misc. 1. Ref. 68.

§. 1. AD hunc casum sic respondet Marchinus *de Sacra. Ordinis tr. 2 p 4. c. 5. n. 5.* si contingat è Societate aliquos eiici in Sacris iam constitutos, & carentes Beneficio vel Patrimonio, tunc Prælati eiusdem Societatis de honesto victu illis prouidere debent, donec sufficiens Beneficium fuerint cõsecuti. Sic declarauit Sacra Congregatio, *sess. 21. c. 2. de Reformat.* cuius hæc sunt verba. Quoad Iesuitas, cùm post Sacerdotium exire non possint, nisi à Superioribus deiiciantur, prouideatur illis de redditu quadraginta aureorum annuorum ex bonis Religionis. Quoad alios, qui arbitrio suo exire quando volunt, possunt, ne detur illis occasio exeundi, vt fruantur illo redditu; vocentur priùs, & intelligant, qua alia via prospici possit: deinde maturè deliberandum. Hanc etiam declarationem affert, & sequitur Angelus Bossius *in Moralibus tom. 1. tit 1. §. 9. num 1.* Leandrus *de Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 9. q. 2* & nouissimè Martinus de San Ioseph *in mo. Conf. tom. 1 lib 1. tr. 8 de ordine, num. 3.* vbi sic ait; [Los Religiosos de la Compañia de Iesus despues que hazen los votos simples, queden ser ordenados de Orden Sacro antes de la Profession solemne por concession de Gregorio XIII. pero si despues de ordenados de Orden Sacro los expelen su Religion, y no tienen Beneficio, ni Patrimonio, estan obligados los Prelados de la Compañia à darles sustento honesto; y de que lo declarò assi la Sacra Congregacion, y de la forma que ha de guardar en esto, da fee Marchino, que pone las palabras de la Sacra Congregacion. Ita ille.

2. Sed ego interrogatus de hoc casu à quodam Episcopo; respondi, esse videndum an reuera dicta Declaratio Congregationis sit authentica, & extet; & quid asserant Superiores dictæ Societatis: nam in fauorem Societatis adsunt valida argumenta, quæ affert Stephanus Fagundez *in Præcep. Decal. tom. 2. lib. 7. cap. 6. num. 5.* omninò videndus: qui probat, Religiones non teneri præstare alimenta dimissis, præsertim si sint Sacerdotes, & habeant Ordines. Primò, quia inueterata consuetudo est omnium Religionum huiusmodi expulsis nihil alimenti dare; nam alimenta hæc viam munirent ad defectionem, inde enim multi ansam arriperent ad Religionem deserendam, si eis huiusmodi alimenta suppeditanda forent; & sic omnes redditus Religionum cum huiusmodi dimissis insumerentur, contra expressam, vel tacitam voluntatem eorum, qui religiones, ac Monasteria dotarunt. Secundò, quia ij in punitionem suorum defectuum dimittuntur; Iudex autem non solet alere eos, quos punit. Tertiò, quia ita fuit iudicatum in Parlamento Tolosano in causa, qua quidam Ioannes Gentilius è Societate fuit dimissus: is enim petens posteà alimenta coram Iudice, exclusus fuit Iudicis sententia ab iniqua postulatione; vt refertur in Decretis septimæ Congregationis Generalis, *cap. 1. §. extat num. 7.*

3. Quæ omnia confirmantur exemplo Sancti Ignatij, Fundatoris dictæ Religionis, ex his quæ de ipso asserit eruditus Pater Daniel Bartolus, *in vita S. Ignatij*

*S. Ignatij,lib.3.num.*20.vbi sic ait; [Quelle qualita poi di nobilità, e di sapere, che à meno Saggi fan contre paso a' demeriti di chi le hà, onde pare, che ad alcuni non sopporti il cruore di verderli tornarsene al secolo, à lui non erano di verun peso, per tirarlo ad affettionarsi loro, sì che li ritenesse, oue non ne fossero digni, ò punto si rit sentisse per doglia, quando riuscita loro intolerable la disciplina religiosa, partiuano. Cosi liberò sè, e la Compagnia dalle inquietudini di D. Theotonio, figliuolo del Duca di Bragan-za, e nipote d'Emanuel lo Rè di Portogallo: e licentiò vn fratel cugino del Duca di Biuona, parente di Giouan di Vega, Vicerè di Sicilia, grande amico, e gran benefattore del Santo: nè per ritenerlo valsero le ragioni; e le suppliche di Pietro Ribadeneira; à cui il giouane, piangendo dirottamente, e suggetandosi ad ogni più seuere castigo, si raccomandò perche gl'impetrasse dal Padre Ignatio, come egli diceua, misericordia. Et oltre ad altri huomini di gran sapere, de quali frà poco dirò, spedi ancora Christoforo Lainez, fratello di quel Diego Lainez, che pur gli era si caro. E perchè egli non hauea di presente, nè di che viuere in Roma, nè con che ritornarsene in Ispagna; e il medesimo Ribadeneira pregò il Santo, à dargli perciò qualche sussidio di denari: negollo risolutamente; & aggiunse queste espresse parole: Pietro, se io hauessi tutto l'oro del Mondo non aiuterei d'vn sol quatrino quelli, che per demerito si rendono indegni, che la loro Religione li tenga. Il che ragione è che intendan bene coloro, che voltono à Dio, & alla Religione le spalle, ò riuscendo (ch'è il medesimo) indegni d'esserui ritenuti, pretendono, che in vscire si paghino loro le fatiche, che, viuendo in essa, durarono: come se non le hauessero donate à Dio, mà date à censo alla Religione: si che tirarone i frutti del mantenimento d'ognidi; poscia al partire, douesse loro, come à sconto di debito, rendere il capitale.] Ita ille: Quæ omnia adnotare volui in gratiam Societatis, cui quidem addictissimum esse profiteor. Verùm, his non obstantibus, remitto Me Sacræ Congregationi, si aliter determinauerit; Purpuratorum enim Patrum responsa veneror.

RESOL. CXCII.

An expulsus à Religione teneatur se corrigere, vt iterum in illam admittatur?

Et notatur, quod Religiosus expulsus tenetur ad votum castitatis.

Et an ratione voti teneatur ad obedientiam Episcopi?

Et difficultas est quoad votum paupertatis, an expulsus à Religione maneat liber ab hoc voto, & quidquid acquirat, an Monasterio acquirat?

Et quid de officio diuino, si non est in Sacris, de ieiunijs, & alijs annexis Religioni? Ex p.3.tr.2.Res.60.

Sup. hoc infra in Res. 194. ad medium. à vers. quin si se dignum. & lege §§. nor. seq.

§. 1. Affirmatiuè respondet Conradus *in respons. part.* 1. *q.* 285. Miranda *in manuali Prælat. tom.* 1. *q.* 52. *art.* 3. Aragon. *in* 2.2.*q.*88.*art.*3. Graffius *in decis.p.*1.*lib.*3.*cap.*5.*n.* 47. Philiarchus *tom.*1.*p.*2.*lib.* 2.*cap.*21. Molina *de iust.tom.*1.*tract.*2.*disp.*140. Federicus de Senis *consil.*134. Additionator Nauarri *consil.*77. *de Regular.lib.*3.& alij.

2. Mihi verò contraria sententia probabilis etiam videtur, quam docet Azorius *tom.*1.*lib.*12.*c.*17.*q.*1. & *c.*16.*q.*6.& Nauarrus *consil.*78. & 80. *de Regul.* & ideo Villalobos *in summ.tom.*2.*tract.*35.*diffic.*39. *num.* 2. sic asserit. [Es probable que los que han sido escluydos legitimamente de la Religion, non tienen obligacion de boluerse a ella, La razon es, porque no ay derecho que à esso les oblique, y assi pueden quedarse en el siglo de baxo de la obediencia del Obispo.] Ita ille, & ante illum Nauarrus *comm.* 2. *de Regul. tom.* 36. & Rodriquez *tom.*1.*q.*30.*art.*21.

Sup. hoc in

3. Nota tamen quòd Religiosus expulsus tenetur ad votum castitatis, de obedientia autem Nauarrus, & Rodriquez putant non solum teneri ad obedientiam Episcopi, vt alij Clerici, sed etiam ratione voti. Vnde statim postquam expulsus est, debet Episcopum adire, & certiorem illum facere de sua expulsione. Sed hæc sententia mihi non placet, sicut displicuit Soto *lib.*7.*quæst.*1.*art.*1. Azorio *p.*1.*lib.*12.*cap.*16.*quæst.* 11. & aliis. Dicendum est igitur, Religiosum expulsum manere liberum à voto obedientiæ, & teneri tantum Episcopo obedire, vt alij Clerici.

Res. not. præterita, & id eodem vers. & in Res seq. §. Notãdum breuiter in fine, & sup. hoc & contento in hoc §. seq. Nota tamen. huius Res. infra ex Res.196. lege §. nec obstat. à medio, à vers. Itaque. & in duobus §§.seqq.

4. Sed difficultas est quoad votum paupertatis. Sotus vbi supra docet manere liberum ab hoc voto, quia Monasterium ei alimenta non præbet. Sed contrarium communiter tenent, & ego puto, quod quidquid acquirit, Monasterio acquirit, vt probat Molina *dicta disput* 140. Verum aduertit Villalobos *vbi suprà num.* 10 [Que podra dar limosna; y hazer donaciones mientras viue, como si no fuera Religioso, no obstante que no tiene dominio, porque toda la comodidad, y incomodidad de la hazienda, que tiene, corre por su quenta, y por esto dize Molina, que si gasta algo con rameras, ò en otro mal trato trasfiere el dominio, no esta obligado el que lo recebio à restituir, mas esto no me quadra, porque no es justo darle tanta libertad, pues nos tiene dominio.] Sic Villalobos. At opinio Molinæ, quam Villalobos impugnat, mihi probabilis videtur, & illam tenet etiam Ioannes Salas *tract. de ludo, dub.* 21. *num.* 5. Lessius *lib.* 2.*cap.* 41. *dub.* 15. *num.* 113. & in terminis docet Sanctarellus *tract. de Apostas. cap.* 6. *dub.* 2. *num.* 11. adde quod post hæc scripta inueni Ioannem Franciscum Suarez *in Enchiridio casc. consc. lib.*3. §. *de voto Obedientiæ*, absolutè docere professum eiectum non teneri ad vota paupertatis, & obedientiæ, nec ad officium diuinum, si non est in sacris, nec ad ieiunia, aliáve annexa Religioni. Ita ille.

Et pro contẽto in hoc §. vlt. sed difficultas infra in Res 194. & 195. latè, demptis diffic. not. seqq.

Sup. hoc officio diuino in tom.3.tr.6. Res. 30. &c. & pro ieiuniis & aliis annexis infra in Res.seq § Itẽ.

RESOL. CXCIII.

An Religiosus eiectus ab ordine, si emendatus petat ingredi, teneantur Superiores iterum in Religionem eum recipere, sicut ius habet Religio reuocandi eiectum?

Et an Religiosus eiectus, quando admissio in suam pristinam Religionem post debitam correctionem desperatur, non teneatur ad aliam Religionem transire?

Et an Religiosus eiectus non teneatur redire ad ipsammet Religionem, de qua eiectus est?

Et an eiecti à Religione non teneantur ad præcepta, & ieiunia in Regula Religionis contenta, de qua eiecti sunt?

Et an dicti eiecti possint ad Ordines promoueri? Ex p. 3.tr. 2.Res.116.

§. 1. Affirmatiuè respondet Molina *de iust. tom.* 1. *disp.*146. *ver. quid ad vo um.* Corduba *in regula D. Francisci c.*2.*q.*71.*punct.*2. Lessius *lib.*2.*c.*41.*dub.* 15.*n.*112 & alij.

Sup. hoc in Res. seq. ad medium, vers. Qui se dignũ.

2. Mihi verò magis placet sententia negatiua, quam ex D. Bonauentura tuetur Antonius Sanctarellus *tract. de Apostas. cap.* 5.*dub.*2.*num.*15. cui ego addo Sanchez *in sum. tom.* 1. *lib.* 6. *cap.* 9. *num.*32. qui citat Azorium, & Rodriquez. Ratio est, quia ex iusta sententia Religiosus eiectus condemnatus est, vt extra Religionem viuat; ergo Religio non potest cogi ad eum recipiendum. Nec valet dicere cum Lessio *vbi suprà*, quòd si Religio habet ius reuocandi Religio-

Religiosum eiectum; ergo etiam iste debet habere ius compellendi Religionem ad eum emendatum recipiendum; nam respondeo quòd est dispar ratio. Nam cùm Religio sit innocens, mirum non est si potiori iure gaudeat, quàm Religiosus, qui suis delictis Religionem læsit.

3. Notandum est etiam hic contra Federicum de Senis *conf.* 58. & alios quos citat, & optimè reprobat Sanchez *loco citato*, 34. Religiosum eiectum, quando admissio in suam pristinam Religionem post debitam correctionem desperatur, non teneri ad aliam Religionem transire. Adde etiam, quòd aliqui, vti suprà visum est, probabiliter asserunt. Religiosum eiectum non teneri redire ad ipsammet Religionem, de qua eiectus fuit.

Supra in Ref. quæ hic est antecedens §. 2. ante medium, vers. Et probabile. & in alio vers. eius annot. Et pro contento in hoc §. Item. in fine Ref. præteritæ. Et pro contento in hoc vlt. §. Et tandem. lege infra magis strictam doctrinam in §. vlt. Ref. 188. signanter in fine.

4. Item contra Hieronymum Rodriquez *in compend. qq. Regul. resol.* 57. *n.* 6. & Emanuelem Rodriquez *in qq. Regul. tom.* 1. *q.* 30. *art.* 19. puto eiectos à Religione non teneri ad præcepta, & ieiunia in regula Religionis de qua eiecti sunt, sub præcepto contenta, & ita tenet Io. Franciscus Suarez *in enchirid. cas. consc. lib.* 3. §. *de voto obedientiæ*. & Sanchez *num.* 5 3.

5 Et tandem nota posse dictos eiectos ad Ordines promoueri, vnde cum illis debent dispensare Prælati ante expulsionem per priuilegia Ordinis, vel Episcopus, si in illas irregularitates dispensare possunt. Vide Hieronym. Rodriquez *vbi supra*.

RESOL. CXCIV.

An iuste eiectus à Religione, si aliquid acquirat, Monasterio acquirat?

Et ex doctrina huius quæstionis infertur, an Religiosus eiectus, si se dignum efficiat, & reformet suos mores, teneatur eum Monasterium recipere?

Et an teneatur etiam ipse redire, quoties fuerit à Monasterio vocatus? Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. Ref. 4. alias 2.

Sup. hoc supra 192 §. vlt. in principio,

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Lopez de Texeda *in Controuers. Theologiæ Moralis tomo primo, libr. secundo, tract.* 1. *controuers.* 10. *dub.* 1. *num.* 12. vbi sic ait. Cæterùm religiosum sic per sententiam iustam à Religione eiectum, quicquid acquirit in sæculo, acquirere Religioni esse omninò certum mihi persuadeo propter multa. Primò, quia illius Religiosi delicta, & laudabilis Religionis consuetudo repellendi à se inquietos, & Religionis destructores, non debet ei nocere, nec præiudicare, nec debet eam priuare iure quod habebat ad bona illius religiosi. Secundò quia Religiones eiicere religiosos inquietos, & scandalosos, eique nociuos ne sua conuersatione praua cum aliis religiosis illos perdat, est fauor in commodum Religionis, & augmentum eius introductus: ergo non debet in detrimentum eius ob alicuius religiosi facinora retorqueri, nam vt habet regula iuris à nobis non semel repetita, quod in fauorem alicuius institutum est, non debet in detrimentum eius retorqueri: at si Religio vel monasterium ob eiectionem iustam per sententiam comprobantem eius delicta priuaretur iure, quod habebat ad bona religiosi, fauor iste, seu ius, quod habet ad expellendum religiosum inquietum, vt cæteros religiosos bonos seruet, retorqueretur in eius detrimentum, ergo. Tertiò; quia religiosus eiectus à Religione per sententiam iustam non est totaliter à Religione præcisus, & auulsus, quin si se dignum efficiat, & reformet suos mores ac de perpetratis culpis pœniteat, teneatur monasterium eum recipere, & vt diximus tenetur ipse redire, quoties fuerit à Monasterio vocatus, & id debet habere in præparatione animi, immò si redire noluerit, potest compelli per censuram excommunicationis, vel per alias pœnas, & supplicia, vt expressè habetur; *cap. vlt. de regul. iur.* vbi supponitur eiectos si fuerint vocati, teneri redire. Hucusque Texeda; cuius sententia stando in iure communi mihi placet, licet contraria sit probabilis, tamen hodie sustineri non potest, nam vt obseruat Eminentissimus Cardinalis de Lugo *de Iusti ia tom.* 1. *disput.* 3. *sect.* 11. *num.* 140. Sanctarellus *tract. de Apostasia cap.* 6. *dub.* 2. *num.* 6. noster Pater Leone *de Cens. Recol.* 6. *litera E. num.* 532. Lezana *in summa QQ. Regul. tom.* 1. *cap.* 23. *num.* 16. & alij per motum proprium Gregorij XIII bona Religiosi eiecti post ipsius mortem pertinent ad Cameram Apostolicam. Notat tamen & optimè citatus Eminentissimus Cardinalis de Lugo supradictum motum Gregorij XIII non obstare, si ille Religiosus eiectus recipiatur in alia Religione, quia solum procedit, quando Religiosus extra Religionem obiit, qui autem ad aliam transit, non moritur extra Religionem.

Sup. his vsque ad vers. seq. huius Ref. ex textu supra in Ref 192. §. 1. & 2. & in alio vers. eius secundæ annot. & lege Ref. 193. à principio, & infra ex Ref. 196. vide §. Nec obstat. ad medium, à vers. Itaque. & duos §§. seqq.

RESOL. CXCV.

An Religiosi eiecti, si expendant bona in vsus illicitos, teneantur accipientes ea Monasterio restituere?

Et aduertitur Religiosum habentem licentiam à Superiore expendendi bona in quoscumque vsus velit, non peccare contra iustitiam, si det talia bona meretricibus, &c. nec eas teneri ad restitutionem. Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. Ref. 5. alias 3.

Sup. contenta in hoc Ref. vsque ad not. seq. supra id Ref. 192 §. vlt. cursim ad medium.

§. 1. Affirmatiuè respondet Lopez Texeda *in Controuers. Theologiæ Moralis tomo primo, libr. secundo, tractat.* 1 *controuers.* 10. *num.* 17. Primò, ait ipse, quia religiosus eiectus est verus religiosus non secus ac alij, qui intra claustrum Monasterij commorantur, nullum alicuius rei dominium habens, & si peruersè aliqua bona insumat, ac in turpes vsus elargiatur, recipientes tenentur restituere id omne, quod ab eo acceperint. ergo idem prorsus dicendum est de religioso iustè à Religione eiecto. Maior huius syllogismi est certa, & minor etiam est persè nota, consequentia verò sequitur necessariò ex præmissis. Secundò, quia eiectus etiam per sententiam iustam non aliter potest expendere bona acquisita, quàm iuxta Prælati Monasterij voluntatem interpretatiuam; & iuxta facultatem ei ab eo traditam, cùm non sit illorum bonorum dominus, vt manifestum est: quia ratione fatetur Molina, & Nos suprà censuimus esse omnino verum, religiosum eiectum, per vltimam voluntatem sine expressa Summi Pontificis licentia disponere non posse de bonis acquisitis: cuius ratio est, quia vsus & commoditas illorum bonorum solùm illi conceditur, interim dum viuit, ac præsumendum non est Monasterium, nec eius Prælatum ad huiusmodi turpes alienationes ei concedere licentiam, dū vsum, & facultatem talium bonorum ei concesserunt. Immò quamuis Prælatus malè faciens facultatem concederet tali religioso eiecto consumēdi pecunias in turpes, & inhonesto vsus, talis licentia esset prorsus valore destituta, & ideò talis religiosus eiectus in dispositione talium bonorum, ita se haberet, ac si absque vlla licentia de illis bonis disponeret: nam Prælatus non habet potestatem dissipandi bona Monasterij. Tandem confirmantur omnia ista, quia religiosus eiectus, vel manet verus religiosus, & cum voto solemni paupertatis. vel non: hoc secundum dici non potest, vt notum est; ergo dicendum est primum: Tunc sic. Sed qui accepit à religioso solemniter professo bona aliqua absque Prælati licentia, quamuis ipse sine tali licentia alienando illa bona peccet mortaliter,

mortaliter, & sit voti paupertatis transgressor; recipiens tamen tenetur illa restituere, quia fuerunt à non potente donare data, ergo, &c. Et hæc omnia docet Texeda satis quidem probabiliter; quæ etiam tenet amicissimus P. Lezana, *tom.1.c.23.n.14.*

2. Sed negatiuam sententiam esse etiam probabilem existimo, quam præter Molinam, Lessium, Sanchez, & Bonacinam tenet etiam Sanctarellus *tract. de Apostasia cap.6.dub.2.num.11.* Dico igitur non esse parem rationem inter religiosum intra claustra viuentem, & inter religiosum eiectum, cùm religiosi eiecti è religione habeant commoditatem, & administrationem bonorum independenter à Prælato religionis, possunt de illis disponere, ac si essent sæculares,& veri domini, & quamuis peccent expendendo bona in casus illicitos, at accipientes excusantur à restitutione, præsertim cùm tales eiecti non sint perfectè vinculo voti paupertatis obstricti, sed solùm secundùm quid, vt docent Angles *in Floribus part.2.* vbi agit de voto, *quæst.vnic.artic. 2. difficult.* 8. Monald.*conf.69 n.5.*Conrad.1 *part. respons. quæst.* 285. Philiarch.*tom primo, part.2.lib.3. c. 21. in fin.* Deinde nonnulli volunt, religiosum habentem licentiam à superiore expendendi bona in quoscumque vsus velle, non peccare contra iustitiam, si det talia bona meretricibus; &c. nec eas teneri ad restitutionem. Ita Rebellius *de obligat.instit.part.2.lib.12.quæst. 4. sect. 2. num.*6.Bannes 2.2.*quæst.*62.*artic.*1.*dub.* 5. Lopez *lib.* 2. *de contract.cap.*40.Et licèt hoc vltimum de religioso, Sanctatello, & aliis nonplaceat, tamen esse probabilem docuit olim Orellana, ornamentum Dominicanæ familiæ, vt testatur Petrus Ledesma *in editionibus suæ summæ*; & vt talem admisit Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo à me *alibi* adductus.

Sup. hoc infra in tr. 3. Ref.23.§.Nota tertio. & late in Ref. 58.§.2 à lin.8. & vers. Nam præter. & in Ref.59. 60.& 63 § vlt. ante med ũ à ver. Quin. & in tom. 8. tr. 7. Ref. 58. §. Id autem. & signãter in §.5. seqq. & in tom.6.tr 4.lege doctrinam §.vlt.Ref. 13.

RESOL. CXCVI.

An sententia data ab Episcopo N. super nullitate professionis cuiusdam eiecti absque interuentu Superioris Religionis fuerit nulla?

Et quid supra hoc etiam si non fuerit eiectus, sed petierit nullitatem professionis coram Episcopo?

Et ex doctrina huius Resolutionis inferuntur aliqua alia circa hoc, quæ sunt valde notanda. Ex p. 8. tr. 7. & Misc.ref.2.

§. 1. REspondeO affirmatiuè. Moueor ad id tenendum; quia quoties in iure fit mentio de cognoscenda causa nullitatis Professionis, iudicium refertur ad Summum Pontificem, & ab eo dirimitur, vt patet ex *cap.porrectum, cap.cùm simus, cap. sicut tenor, cap. sicut nobis. cap.ex parte, de regularib.* in quibus locis Papa respondet diuersis Prælatis, tum Ordinariis, tum Regularibus, quibus si competeret, non recurrissent ad Pontificem. Tum quia nullus extat de hac re textus asserens Episcopos esse iudices competentes ad declarandam nullitatem Professionis.

2. Dices adesse textum clarum in Concilio Tridentino *sess.* 25. *cap.* 19. respondeo in dicto loco Concilij Episcopum esse iudicem simul cum superiore Regulari:ergo, cùm simultas huius iudicij sit de essentia, nulla erit sententia aliter lata. Quod probatur apertè ex *l.duo ex tribus, ff. de re iudic.* & ex *cap. causam, & cap. prudentiam, § adiicimus. de offic. delegat.* in quibus locis dicitur, quòd si causa est simpliciter delegata duobus, non tenet sententia vnius, quod etiam notauit glossa *in cap.si contra vnum.eodem tit. in 6.*& docet Andreas Vallensis *in Paratitla decret.lib. 1. tit.29.§.4.num.6.*Matthias Stephanus *tract.de offic.iud. l.8.c.2.n.11.*Gilhausen *in Arbore iudiciaria ciuili,p.1. c. 1.n.23.*Bocerus *de iurisdictione,c.8.n.96.* & Obrechtus *de iurisdictione, lib.3.cap.2.num.*,6.cum aliis penes ipsos. Sed in Concilio Tridentino causa nullitatis professionis committitur simpliciter duobus, nempe Episcopo & Prælato Regulari. Ergo sententia vnius sine altero, erit nulla, & inualida. Et ita nouissimè præter alios docet Laurentius Portel *in respons. moral. tom.2.cas.14.quæst.2.n.2.*& Bordonus *tract.de Professione Regular.cap.7.quæst.24.*

3. Nec obstat dicere Concilium non loqui in casu nostro, in quo agitur de nullitate Professionis eiecti, in quem superior Regularis nullam habet iurisdictionem,quia per expulsionem iam desinit esse membrum Religionis, ac proinde ex eius iurisdictione eximitur, sicut seruus à domino eiectus efficitur sui iuris, & desinit sub potestate domini esse. Sed his non obstantibus respondeo, sententiam latam à solo Episcopo esse nullam etiam in hoc casu; quia monasterium per sententiam expulsionis non cedit omnino iuri suo, sed solùm liberatur ab onere alendi eiectum, & retinendi, at noluit propterea se penitus eximere à iurisdictione, quam per Professionem acquisiuit in illum. Nec valet exemplum de seruo, nam qui in Religionem professionem emisit, non potest à vinculis voti liberari,nec per eiectionem desinit esse Religiosus, nec Prælatus Religionis potest facere, vt qui est Monachus, efficiatur non Monachus; at verò seruus potest à domino manumitti, & effici absolutè sui iuris. Itaque per eiectionem non soluitur Religiosus ab obedientiæ voto, licèt pro tunc careat vsu illius, quia caret actuali regimine Superioris. Ergo si ad obediendum reuocetur, tenetur ex vi voti reuerti, & obedire. Ergo circa eiectos remanet apud superiores potestas & iurisdictio. Et ideò eiectus post expulsionem manet Religiosus eiusdem Religionis, vt tradit Sanchez *in summa tom. 2.lib. 6. cap. 9. num.* 27.Vnde *num.* 30.& 31. latè & absolutè cum multis Doctoribus probat Prælatos Religionis posse illum compellere iterum ad Religionem redire. Et ideò hinc Vasquez *in* 1. 2. *disp. 165. cap. 8. numer.* 87. sic ait: Si quando contingat Professum expelli à Religione propter crimina ipsius, manet nihilominus in ipsa Religione potestas iurisdictionis, vt eum iterum ad se reuocet. Ita ille,cui adde Lezanam *in summa tom. 1. cap. 23. num.* 10. vbi docet eiectos etiam tempore eiectionis esse Religiosos illius Ordinis,à quo fuerunt expulsi,& illi subiectos esse.

Sup. doctrina contenta in hoc vers. Itaque, & duobus §§. seqq. lege supra ex Ref.192 §. 1. 2.& 3.& breuem doctrinam Texedæ in Ref.194 ad mediũ,à vers. quin se se dignum.

4. Nec deseram etiam hîc apponere verba Layman *lib. 4. tractat. 5. cap.13. numer.* 4. ita asserentis: Dicendum est eiectos non esse solutos voto substantiali obedientiæ comparatione Regularium Prælatorum, quamuis magna ex parte cesset eius executio ob defectum materiæ, quia de facto non habent superiorem à quo dirigantur, nihilominus manent voto obligati virtualiter; ac proinde parati esse debeant obedire, si in Ordinem denuò recipiendi sint. Hæc Laymannus. Vide etiam Sanctarellum *tractat. de Apostasia, cap. 5. dubit. 1. numer.* 8. *& sequ.* cum Suarez *de Relig. tom.* 4. *lib.* 3.*cap.* 5. *num.* 6. *&* 7. Et quia agitur de nullitate Professionis cuiusdam Dominicani, probabo supradicta ex constitutionibus dicti Ordinis editis in Capitulo Generali, celebrato Parisiis anno 1176 *const.1.c.16.*vbi sic habetur: Ille autem qui propter culpam suam eiicitur à Prælato,adhuc est subditus sicut ouis morbida,quæ licèt expulsa à grege,adhuc est pastoris.Hæc ibi. Quæ omnia superiùs dicta probantur clarè ex *cap.fin. de Regul.* vbi Gregor.IX.præcipit Superioribus Religionum,vt fugitiuos, & eiectos compellant iterum Religionem ingredi,cùm id fuerit expediens. Nec valet responsio aliquorum asserentium textum esse intelligendum de

de iniustè eiectis, non verò per sententiam definitiuam rite, & iustè latam. Sed hoc gratis dicitur, & sine fundamento, quia textus absolutè, & sine restrictione loquitur, imò supponere videtur, nullum religiosum posse ita definitiuè expelli, quin religio retineat ius reuocandi illum.

3. Itaque ex dictis optimè obseruat Castrus Palaus *tom. 3. tract. 16. disp. 4. punct. 23. num. 5.* eiectos non solum esse sub obedientia Episcoporum, sed etiam Prælatorum religionis, qui possunt cogere illos, vt ad Religionem iterum redeant, ipsosque teneri. Imò ego puto, eiectos non teneri ex vi voti Episcopo obedire, sed tantùm instar aliorum Clericorum Episcopo subiici, in cuius Diœcesi habitauerint, at ex vi voti teneri obedire Prælatis, si illos cogant ad religionem redire, ergo necessariò sequitur Prælatos regulares posse de eorum Professionis inualiditate cognoscere, cùm non eximantur omninò ab eorum iurisdictione, ita vt non possint amplius cogi ad religionem redire: sententia, itaque de inualiditate Professionis eiecti, non solùm ad Episcopum, sed etiam ad superiorem regularem pertinere dicendum est; quia licèt hic per sententiam expulsionis abdicarit proximam iurisdictionem in eiectum, retinuit tamen remotam, quam quidem per nullitatem Professionis amitteret, ergo etiam ad Superiorem Religionis, iudicium de tali inualiditate pertinere debet, vt benè asserit, præter Doctores citatos, Texeda *in Theol. mor. lib. 2. tract. 1. contr. 9. dub. 4. num. 35.* eiecti, absolutè loquendo, subditi sunt Prælatis Religionis, cùm, vt dictum est, teneantur vocati redire, ergo, &c.

4. Confirmatur hæc opinio, quia eiecti, tempore emissæ Professionis existebant sub actuali iurisdictione Prælatorum Religionis. Ergo sicut iudex Ecclesiasticus, vt docent Doctores communiter, potest cognoscere de delicto laici, commisso tempore quo erat Clericus, & sub eius iurisdictione, sic & in nostro casu, Prælatus Regularis poterit cognoscere de nullitate Professionis eiecti, emissæ tempore quo ipse actualiter extabat sub eius iurisdictione. Nec parùm imò multum hoc interest religioni: nam eiectus probata nullitate suæ Professionis, potest repetere bona relicta religioni, vt post multos tradit Bordonus *tract. de Professione Regulari, cap. 7. quæst. 34.* Et è contra si Professio sit valida, & postea eiectus compellatur per superiorem, religionem iterum ingredi, eius bona acquisita, medio illo tempore, ad Monasterium pertinebunt, vt patet ex his, quæ cum Molina, & Lessio docet Eminentissimus & amantissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo *de Iust. tom. 1. disp. 3. sect. 11. num. 240.* nam Bulla Gregorij XIII. loquitur si eiectus obierit extra religionem: ergo ex his omnibus apparet, non solùm ad Episcopum, sed etiam ad Superiorem regularem pertinere iudicium de nullitate Professionis eiecti.

5. Scio aliquos Doctores dissentire ab omnibus supradictis, sed quia sunt communiora, & probabiliora, puto non esse ab ipsis recedendum: & ita ego sentio, saluo meliori iudicio. Romæ in domo sancti Syluest. montis. Quirinalis die 26. Octobris, 1644.

RESOL. CXCVII.

An Regularis delinquens in alieno Monasterio possit puniri ab Episcopo, vel saltem à Superiore illius Monasterij?

Ex quo cursim sequitur, quod clericus delinquens in Monasterio exempto puta ludens aleis, non incurrit censuram suspensionis latam à suo Episcopo contra ludentes.

Et notatur sub nomine Regularium in verbis Concilij non includi Superiores, qui egent speciali mentione. Ex p. 9. t. 7. & Misc. 2. Res. 49.

§. 1. Hunc casum ponit doctus Pater Bordonus *in consil. Regul. tom. 2. resolut. 68. q. 9. n. 16.* vbi sic ait. [An, quando Religiosus delinquit intra Claustra alterius Ordinis, intret dispositio Decreti Conc. Trid. *c. 14. sess. 25.* videtur, quòd sic per illa verba; *Qui intra Claustra Monasterij degit, & extra ea ita notorie deliquerit.* Vbi per claustra venit proprium Monasterium: quare Franciscanus, e. g. delinquens in Claustro Dominicanorum, sine dubio dicitur delinquere extra Claustra Monasterij, vbi degit, & sic in hoc casu videtur subiectus Episcopo iuxta dispositionem dicti capitis. Nihilominùs respondetur, quòd Episcopus nullum ius ex Tridentino habet super Religiosum Franciscanum delinquentem in Claustris Dominicanis. In quo casu non solùm proprius Prælatus errantis, verùm etiam Superior Dominicanus punire potest Franciscanum reum: quia is, ratione delicti, & loci factus est de foro Prælati Dominicani, argum. cap. *Licet 10. de foro compet.* per ibi ibi allegata à Gloss. Confirmatur: quia etiam Prælati Regulares dicuntur habere territorium, quod est illorum Monasterium, intra quod delinquentes castigare possunt.] Ita Bordonus. Sup. hoc supra ex doctrina Res. 41 à §. Nota etiam. & in alio §. eius annot.

2. Sed ego libenter sentio cum ipso, in tali casu non posse Episcopum punire talem Regularem: quia, vt ipse ait in verbis Concilij Tridentini adductis nomen Claustri non sumitur absolutè, sed comparatiuè ad Diœcesim Episcopi, cùm ergo Claustrum alienum, etiam qua alienum, non sit locus Diœcesis quoad iurisdictionem Episcopi; dispositio Tridentini non potest subintrare in eo casu. Tum, quia delictum debet esse perpetratum extra omne claustrum; ad hoc vt ex eo gigni possit scandalum in populo: non enim populus est in Claustris. Tum, quia Clericus delinquens in Monasterio exempto, putà ludens aleis, non incurrit censuram suspensionis latam à suo Episcopo contra ludentes; ergo, &c.

3. Dissentio tamen à Patre Bordono, & puto, dictum Religiosum esse remittendum suo Superiori, & non posse puniri, vt ipse vult, à Superiore Monasterii, in quo deliquit: nã concedo, quòd quis ratione delicti sortitur forum Superioris, in cuius territorio deliquit; tamen hæc regula fallit, quando qui delinquit, habet omnimodam exemptionem. Et ideò rectè obseruat Ludouicus Gilhausius *in arbore iudiciaria, tom. 1. cap. 1. par. 2. §. 3. n. 7.* Quod si is, qui in aliquo loco deliquit, generali priuilegio ab omni ordinaria iurisdictione exemptus fuerit, in loco delicti forum non sortitur: quod probatur primò per leg. *Magisteria 6. C. de iurisd. omn. Iud.* vbi miles delinquens priuilegium fori, cuius vigore apud Magistratum militem conueniendus est, non amittit, *tot. tit. C. de offic. Magist. milit.* l. *Certi. 17. C. de iudic.* l. 1. *C. ad exhibend.* l. *De militibus ff. de cust. reor.* Secundò per Auth. *Cassa.* & Auth. *Statuimus. C. de Episc. & Cler.* vbi Clericus fori beneficium ex delicto non amittit. Tertiò, ex cap. 1. *de priu. in 6.* vbi priuilegiatus delinquens in loco priuilegiato priuilegiũ non perdit. Quartò, per Gloss. *in Auth. Qua in prouincia. C. Vbi de crim. agi oport.* vbi Legatus in legatione, peccãs, priuilegium fori retinet. Idẽ est in eo quoq; priuilegio, quod iure communi concessum, & sub eodẽ comprehensum est: hac enim exẽptionis prærogatiua exẽptus gaudet, & obtinet, vbicunq; deliquerit, secundùm communem Doctorum conclusionẽ, nisi priuilegiũ illud alia lege specialiter auferatur, vt in l. 1. *C. Vbi Senat. vel clar.* Itaque, cùm Regulares habeant omnimodã, & generalem exemptionem, nõ solùm à iurisdictione Ordinarii, sed etiã à cuiuslibet alterius pótestate, vt habetur in Bulla

Bonifacij VIII. cuius verba adducit Ioseph Aldrete *in alleg. n. pro omnimoda Regularium exemptione, cap. 1. n. 24.* & in alia Bulla Ioannis XXII. illam affert Lezzana *in Summa, tom. 3. verb. Exemptio, num. 8.* & patet ex aliis priuilegiis; sequitur ex hoc, Regularem in casu nostro delinquentem in Monasterio alterius Religionis, non solùm non posse puniri ab Episcopo: sed neque à Superiore illius Monasterij, in quo deliquit, vt voluit Bordonus; sed tantùm erit puniendus à suo immediato Superiore.

Sup. contento in hoc §. in tom. 5. tr. 1. Res. 84 §. Nota tertio, & pro parte in Re. 87 §. Nota secundo. & aducite, quod Bordonus hic citatus in lin. 1. hui' §. citat Dianam in p. 4. tr. 4. Res. ... i eo lege illam, si placet, quæ hic est supra 91.

4. Nota hîc obiter, Bordonum *vbi suprà*, docere, sub nomine Regularium in verbis Concilij non includi Superiores, qui egent speciali mentione, vt me citato, probat. Quod etiam probari potest: nam sub nomine Monialium non includitur Abbatissa; & excommunicatio lata contra colloquentes cum Monialibus, non contrahitur à colloquentibus cum Abbatissa. Ergo sub nomine Regularium non includitur Prior Præpositus, &c. & ideò si isti delinquant extra Claustra, non subiiciuntur punitioni Episcoporum, ex vi Concilij Tridentini.

RESOL. CXCVIII.

Quæ sit causa legitima, vt quis possit transire ex Religione strictiori ad laxiorem? Ex p. 3. tr. 2. Res. 43.

§. 1. Potest Religiosus licitè transire ex Religione strictiori ad laxiorem cum licentia Superioris. Primò ob infirmitatem, aut corporis debilitatem, vnde ferre non possit austeritates Religionis, ad quam se primò contulit. Ita D. Thomas 2. 2. *q. vlt. art.* 8. Angelus *ver. Religiosus. num.* 15. Syluester *ver. Religio* 4. *q.* 2. Tabiena *ver. Religio* 4. *n.* 1. Geminianus *in c. cum singula §. prohibemus, num. 9. de præbend. in sexto.* & Franchus *ibidem n.* 4. & alij. Secundò, si Religiosus in priori Religione odio habeatur à cæteris Religiosis, aut indignè, ac malè tractetur, aut si aliis sit exosus. Ita Lessius *lib. 2. cap. 41. dub. 13. num.* 102. Azorius *tom. 1. lib. 12. cap. 41. quæst.* 8. Reginaldus *tom. 1. lib. 18 cap. 29. num.* 414. & Sanchez *vbi infrà*. Tertiò, si in illa Religione ita infamatus sit ob aliquod crimen à se patratum vt semper in ea pudore suffusus, ac subinde magna tristitia affectus, vitam transacturus sit, & hoc sæpius potest accidere in Religionibus, in quibus viget obseruantia. Ita Sanchez *in summ. tom. 2. lib. 6. cap. 7. num.* 72. Et tandem quartò Bartholomæus de Vecchis *in praxi nouitiorum disp. 15. dub. 7. num.* 4. putat habere causam sufficientem transeundi ad laxiorem Religionem Religiosum, cui ob suam imperfectionem, & prauum habitum obseruantia austeritatum propriæ Religionis adeò difficilis redditur, vt ferè continuam mœstitiam, & pœnitentiam professionis emissæ in illa Religione experiatur, quamuis ratione huius difficultatis regulam frequenter non transgrediatur; quod probatur. Primò, quia hæc ferè continua mœstitia, & pœnitudo constituit Religiosum in probabili periculo violandi regulares obseruantias. Secundò, quia sicut tristitia, & displicentia grauis, quam experitur Nouitius tempore probationis, censetur sufficiens ad liberandum eumdem Nouitium à nexu voti Religionis; ita eadem tristitia in casu nostro censenda est dispensationis causa, maximè si spes habeatur petentem dispensationem cum gaudio, & animi tranquillitate seruiturum esse Deo in laxiori Religione. Ita Vecchius, licèt alij contrarium sentiant, quando non obstante dicta displicentia, & mœstitia Religionis, regulas frequenter non transgrederetur.

2. Notandum est tamen hîc obiter, quod Rodriquez *in qq. Regul. tom. 3. q. 52. art.* 9. allegans falsò Sotum limitat primam causam superius positam, quando Prælati Religionis strictioris dispensarent cum illo religioso, vt propter infirmitatem ad onera Religionis non teneatur. Sed ego cum Sanchez *vbi suprà in sum. tom. 2. lib. 5. c. 7. n.* 72. puto his non obstantibus, posse dictum Religiosum transire ad laxiorem Religionem, quia licèt cum ipso Prælatus dispensaret, non posset (moraliter loquendo) non esse Religioni onerosus, & causa multi scandali, notæ, & murmurationis.

RESOL. CXCIX.

An Regularis transiens cum licentia ad aliam Religionem, teneatur ibi integrum annum Nouitiatus perficere?

Et an hoc procedat, licet fiat transitus ab arctiori ad laxiorem Religionem: imo respectu eiusdem Ordinis? Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 1. R. 25.

§. 1. Negatiuam sententiam tenet Caramuel *in Reg. D. Bened. disp. 45. num.* 544. vbi sic ait: Quanto tempore debeant sic transeuntes probari. Annum postulat Miranda *in Man. q. 31. art.* 21. quod adeo certum credit, vt nulli liceat dubitare. Sed docti hominis pace, non dubitabo, imò contra expressè asseram, talis Nouitiatus, nullum tempus esse à Concilio aliquo determinatum. Non enim debemus obligationes graues asserere, neque operantes grauis peccati arguere (ait Villalobos *in Sum. tom. 1. tr. 24. dub. 9. n.* 8.) si ius non fuerit valde clarum, & teste Miranda nuperrimè citato in illo cap. Concilij Tridentini non fit expressa mentio eorum, qui ad Ordinem alium transferuntur. Mentio autem quæ expressa non est, non solum non valde clara, sed neque clara est. Superest modò diluere argumenta in contrarium. Et quidem requiri probationis annum integrum etiam in tali casu, videtur esse expressè determinatum à Concilio Trid. *sess. 15. de Reg. c.* 15. vbi prohibentur, annullantur, irritantur professiones eorum qui non fuerint Nouitij integro anno.

2. Respondeo ibi agi de professione substantiali non verò de accidentali, quæ fit hominibus; qualis illa est, quæ fit in secunda Religione. Constat, quia ex vi sanctionis istius, vt omnes explicant, qui ante annum completum profitetur, nulla obligatione substantiali obstringitur: Religiosus autem qui transit ad aliam Religionem, non potest non obligari ad substantialia licet illa non voueat; iam enim vouerat in Priori Religione. Vnde aliud est ingredi Religionem, aliud mutare. Vt quis fiat Religiosus, debet probare vtrum possit subesse Antistitis imperio, seruare paupertatem, & continentiam summam: & an possit alia accidentalia præstare, quę conducunt ad ritus extrinsecos communitatis; talia, sunt, ieiunia, silentium, clausura, & alia id genus. Priora (nempe substantialia) sunt difficillima, accidentalia minoris sunt difficultatis. In secunda Religione probatio non instituitur de re essentiali, sed solùm de accidentalibus, Ergo nec ex natura rei hæc probatio postulat tantum temporis quantum prior: nec Concilium Tridentinum de illa quidpiam determinauit, verùm id committendum est conuentioni contrahentium. Ergo tempus illud venit à communitate determinandum: acceptandúmque ab illo, qui mutat Religionem; aut è contrario.

3. Quod autem in illo Capite Tridentinum, non comprehendat omnes probationes, sed solùm quæ fiunt de substantialibus, quando ex sæculo transitur ad Religionem approbatam, patet: quia si omnes professiones comprehenderet, etiam complecteretur professiones ordinum militarium, vt ex se liquet. Atqui declaratum est in Rota 11. December. 1570. militarium professiones non comprehendi in hoc capite

capite: Ergo non decet hoc caput ita vniuersaliter intelligi, vt volebat Miranda. Hucusque Caramuel, qui etiam ad alias obiectiones contra suam sententiam more solito acutissimè respondet.

4. Sed opinioni viri doctissimi libenter adhærerem si praxis non esset in contrarium,& sic quotidie videmus Regulares transeuntes ad aliam Religionem, si velint ante annum Nouitiatus profiteri, impetrare dispensationem à Summo Pontifice. Vnde & Vecchius *in praxi Nouit.disp.15. dub.2. num.18.* obseruat Leonem X. concessisse Priuilegium viuæ vocis Prælatis Ordinis Minorum, vt infra annum probationis possint admittere ad professionem Religiosos ad se transeuntes. Vnde sententiam Mirandæ quam Caramuel impugnat, docent communiter Doctores, quos plena manu citant & sequuntur Bordonus *in Consil. Reg.resol.29.q.17.n.62.* & Sanchez *in Sum.lib.5.c.4.n.12.* quod procedit,licèt fiat transitus ab arctiori ad laxiorem,imò respectu eiusdem Religionis,vt si Cappucini transeant ad Zoccholantes strictioris obseruantiæ, imò & ad illos Dei familiæ.

RESOL. CC.

An bona Religiosi transeuntis ad aliam Religionem, vel Episcopatum pertineant ad primum, vel ad posterius Monasterium?

Et notatur ius succedendi Religioso competens cum sit personale,transire cum eo ad Monasterium ad quod transfertur, si est capax succedendi; Vnde infertur legatum relictum sub conditione,quæ impleta est tempore secundæ professionis, ad secundum Monasterium pertinere. Ex p.3.tr.2. Res.114.

§. 1. PErtinere ad posterius Monasterium saltem quoad vsumfructū doceat Emanuel Rodriq. *in add. ad sum.tom.4.c.53.n.2.*& alij,sed Th.Sanch. *in sum.to.2.lib.7.c.32.n.8.*& alij penes ipsum,asserunt vniuersa bona priori Monasterio acquisita ratione Religiosi remanere omnino apud illum, quando Religiosus transit ad aliud Monasterium,vel ad Episcopatum, & hanc sententiam probat ex multis rationibus.Vide etiam Faustum *in thes.Rel.2.l.5.q 286.n.3.*

2. Ego verò puto ad summum in tali casu prius Monasterium teneri ad tribuendum Religioso translato sufficientia alimenta in Monasterio posteriori,& ita docet Suarez *de Rel.tom.4.tr 8.lib.3.c.14.*& Hieronymus Rodriquez *in compen.qq Reg.res.123.n 8.* maximè quando Monasterium est inops, vt vult Menoch. *vol.2.cons.193.n 22.*

3. Nota tamen,quod rectè notat Villalob. *in sum. tom.1.tr.15.diff.14.n.3* ius succedendi Religioso competens,cùm sit personale,transire cum eo ad Monasterium,ad quod transfertur,si est capax succedendi vnde infert *n.4.* legatum relictum sub conditione,quæ impleta est tempore secundæ professionis,ad secundum Monasterium pertinere.

RESOL. CCI.

An votum subditi de transeundo ad strictiorem Religionem possit Prælatus Regularis dispensare, non vero irritare? Ex p.5.tr.2.Res.91.

§. 1. REspondet affirmatiuè Hieronymus Rodriquez *compen.qq.Regul.resol.123.n.80.*vbi sic ait Prælatus votum subditi de transeundo ad strictiorem Religionem potest dispensare non verò irritare, quia id non est simpliciter votum Religionis, sed transitus vnius ad alteram Religionem, qui quidem transitus ad arctiorem Religionem,non cadit sub potestate Prælati ad irritandum votum de illo emissum. Sic Rodriquez, & sic ego in facti contingentia consului,& ita etiam hanc sententiam docet Villalob. *in summa.to.1.tr.35 diffic.33 n.19.*Suar. *de Rel.to.3.l.4.c.6.n.15.* Sanch. *in sum.tom 1. lib.4 c.33.n 2.* & alij.

RESOL. CCII.

An per renouationem votorum Regularium obtineatur remissio omnium peccatorum? Ex p.4.tr.& Misc.Res.180.

§. 1. HÆc resolutio erit deuotis Religiosis multum plausibilis, & negatiuam sententiam docet Sanchez *in summ.tom 2.lib.5.c.5.*& Tabiena *ver. Nouitius, in fine,* & post illos Bartholomæus de Vecchis *in praxi Nouitiorum disp 13. dub.5.n.17.* propterea opus primæ traditionis difficilius sit,& ex intentiore voluntate procedens.

2. Sed his non obstantibus sententiam affirmatiuam refert & non improbat Sà *ver Religion 7.*& nouissimè illam docet Paulus Layman *in Theol mor.l.4. tract.5.c.10. num.2.* nam vota quæ in Religione eduntur, ideo afferunt plenam remissionem peccatorum, quia continent perfectam hominis traditionem erga Deum Sed hæc traditio non semel,sed iterum fieri & renouari potest, ergo etiam remissio peccatorum iteratò acquiritur,& ideo Villalobos *in sum.tom.2 tr.35. diffic.26.n.2.* sic ait.[Pareçeme que se puede creer piadosamente, que todas las vezes que el Religioso se acuerda que hizo profession,y se alegra dello con tal affeto que si no vuiera professado professara de nueuo, que Dios nuestro Señor le perdona todas las penas de los pecados o casi todas por este acto tan heroico y por le menos por grandissima parte dellas y por lo qual algunos deuotos religiosos vsan reyterar en re si la profession quando ven que otros la hazen.] ita ille. Ad argumentum verò,quod Sanchez adducit,respondet Layman,fieri posse vt renouatio votorum maiore animi constantia, & determinatione ad Dei obsequium fiat, quàm prima traditio facta fuerat. Adde quòd cùm hæc sint accidentalia non nocent. Verùm ego puto non esse recedendum ab opinione negatiua.

RESOL. CCIII.

An vota vitæ Quadragesimalis Minimorum,Redemptionis Captiuorum Mercenariorum; non acceptandi Prælaturas extra Religionem Patrum Societatis Iesu;& Discalceatorum D Augustini; & similia sint dispensabilia saltem per Generalem?

Idem dicendum est de quocumque statu Religioso habente votum aliquod ex peculiari ratione talis status præter vota communia, quod Prælatus Religionis non potest dispensare,irritare, aut commutare. Ex p.6.tract.8. & Misc.3.Res.34.

§. 1. AFfirmatiuè videtur respondendum per ea quæ indiuidualiter tenet Miranda *in Manuali Prælatorum, tom.1. quæstion 9. art.6. conclus.1.& 3.* vbi expressè docet in supradictis votis vitæ Quadragesimalis, &c. posse Generalem dispensare, quod etiam probat ex loco Concilij Tridentini *session.25. capit.1.* Vbi agens de votorum Regularium custodia, & obseruantia differentiam atque distinctionem facit, inter supradicta tria Religionis essentialia, & substantialia vota (& obedientiam nempe, paupertatem, & castitatem) & alia cuiuslibet Regulæ & Ordinis peculiaria vota,& præcepta (respectiuè) pertinentia ad supradictorum obseruantiam, nec non ad communem

Quamuis nō pleaue sup: hoc ne prætermittas tamen legere supra in Ref. 28. doctrinā & responsiones Pontificis circa hoc, & ex illis deducere potes

quod sup. hac quæst. & si libet, lege etiam alias Res. eius annot.

communem vitam, victum, atque vestitum. Et tandem verba faciens de tribus votis supradictis. compertum esse dicit, quod ea quæ ad substantiam regularis vitæ pertinent, non possunt per Superiores relaxari, cuius & rationem reddens, inquit. *Et enim si illa, quæ bases sunt, & fundamenta totius regularis disciplinæ, exactè non fuerint conseruata, & custodita, totum statim corruat ædificium necesse est.* Ex quibus Concilij verbis, sic colligo argumentum: Omnia, quæ non sunt de substantia regularis vitæ, de mente Concilij, ex causa per Superiores possunt relaxari, atque in eis dispensari: sed obseruantiæ, quæ sunt secundi generis (de quibus supra diximus) vtcumque essentiales, & obligatoriæ sint, sicque professores ad peccatum obligent, non tamen sunt de essentia, & substantia regularis, vitæ, siquidem sine ipsis aliæ Religiones reperiri possunt: Ergo obseruantiæ prædictæ ex causa, & in casibus particularibus, Superiorum subsunt dispensationi.

2. Sed his non obstantibus negatiuæ sententiæ ego adhæreo, quia in supradictis votis, & materia ipsa, & actus vouentis sunt omnino extra Superioris dominium, cum iuxta constitutiones à Pontifice approbatas dicta vota sint annexa ei statuto Religioso. Ergo regulantur iuxta tria substantialia vota, & accessorium sequitur naturam principalis. Adde quod distinguenda sunt vota peculiaria vniuscuiusque Religionis à regulis, & præceptis obligantibus sub mortali: est enim inter hæc duo maxima differentia, quamuis ambo ex regula, & ex voto oriri videantur: nam & vota peculiaria secundum regulam fiunt, & præcepta regulæ aliquo modo includunt votum obedientiæ; est nihilominus differentia, quòd licèt regula ordinet, & votum fiat, tamen immediatè non oritur obligatio ex regula, sed ex voto, vt in Religione Minimorum regula ordinat fieri quartum votum abstinendi à carnibus, facto autem voto comedere carnes est sacrilegium immediatè oppositum voto: è contrariò verò, si sola regula immediatè obligat ad eam dem abstinentiam v.g. etiamsi obliget sub mortali (vt quidam de Carthusianis dicunt) non est obligatio voti, neque excedit obligationem præcepti humani Ecclesiastici: quia votum obedientiæ quod illa lex supponit, obligat immediatè ad seruandam vnamquamque regulam, vt suprà dixi, sed vnaquæque regula obligat iuxta sensum & virtutem suam.

Sup. hoc magis latè in Res. seq.

3. Dicendum est igitur supradicta vota in titulo Resolutionis posita non posse per Generalem dispensari, irritari, aut commutari: & ita nostram sententiam tenet Bordonus *in Consiliis Regularium resol.* 14. *num.* 24. Portel *verb. Voti irritatio, n.*68. Tamburinus *de iure Abbatum, tom.* 3. *disp* 4. *q.*8. *c.*2. *dub.*32. *num.*7. Palaus *tom.* 3. *tract.* 15. *disp.*2. *punct.*8. *num.* 1. Layman *lib.*4. *tract.* 4. *cap.*7. *n* 6. *assert.* 5. *in fine*; quibus omnibus adde sapientissimum Suarez *de Relig tom.* 4. *lib* 2. *c.*12. *à num.*18. vbi tandem *n.* 19. sic ait. Sequitur præterea ex dicta resolutione, idem dicendum esse de quocumque statu Religioso habente votum aliquod ex peculiari ratione talis status, præter tria vota communia, nam tale votum indispensabile est per Prælatos Religionis, propter rationes factas, quæ generaliter procedunt ex natura status religiosi, & conditione talis voti, & ideo punctum hoc non reseruauimus in peculiarem tractatum de Societate, quia de se commune est. Ita ergo censeo de Monialibus Sanctæ Claræ, quoad votum clausuræ, non enim possunt in illo dispensare prælati minores, quia non possunt votum illud, vel obligationem eius auferre. Idem est de voto non comedendi carnes, quod Religiosi Minimi emittunt: nam per eorum Superiores tolli, seu dispensari non potest ob easdem rationes. Nec refert quòd Prælatus possit aliquando dare licentiam egrediendi, aut comedendi, &c. nam supposito voto, hoc tantùm fieri poterit vel interpretando casum esse talem, in quo votum non obliget, quod non est dispensare, vt *in tract. de voto, lib.*6. *cap.*9. dixi, vel subtrahendo materiam voti, quia nimirum in ipso voto emittendo, vel expressè, vel secundùm regulam includitur conditio non faciendi hoc, vel illud, nisi approbante, vel ordinante Superiore: tunc enim dum ipse ordinat, vel dat facultatem, non dispensat, sed facit vt cesset materia voti. Hac autem integra manente, indispensabilia esse existimo talia vota per inferiores Prælatos, etiam per Episcopos, quia ex vi status, cui sunt annexa, sunt alterius Ordinis, & habent quasi peculiarem modum conseruationis, vt explicatum est. Hucvsque Suarez.

RESOL. CCIV.

An Carthusiani, secluso scandalo, extra morbum possint comedere carnes sine peccato mortali? Ex p.3. tr.2. Resolut.39.

§. 1. Negatiuè respondeo cum Nauarro *cons.*51. *de Regularibus, n.*6. Vasquez *in p.* 2. *tom.*1. *disp.*162. *c* 4. *n.*16. Salas *de leg disp.*11. *sect.*2. *n.*17. & aliis, quia licet non teneantur abstinere à carnibus ratione voti, tenentur ad hoc ratione statuti, & consuetudinis sub mortali obligantis.

Sup. hoc cursim in Res. præterita §.2. prope finem, vers vt quidam de Carthusianis.

2. Non reticeam tamen aliquos docere contrariam sententiam, quam probabilem putare videtur Emanuel Sà *ver. Religio, n.*58. vbi sic asserit: Carthusianos teneri vesci carnibus, si aliter non possint morbo liberari quidam aiunt, alij negant. Ego dixerim teneri, si non possint aliter viuere. Sunt & qui affirmant non peccare illos mortaliter, si carnibus vescantur extra morbum si absit scandalum, non enim ex voto tenentur abstinere, sed ex consuetudine. Ita ille. Sed tu tene primam sententiam.

Sup. hoc morbo in Res. seq. & in §. eius not.

RESOL. CCV.

An Carthusiani in articulo mortis teneantur edere carnes? Et an peccet Medicus aut alius minister, qui Carthusiano agrotanti, & inscio praberet cibos aliquos ex carnibus? Ex p.5. tr.3. Res.156.

§. 1. Aliqui negatiuè respondent, asserentes in extrema necessitate ab intrinseco non teneri Carthusianos edere carnes, licèt in secreto & sine scandalo vesci possent. Probatur, quia ille in tali casu naturaliter moritur ex morbo, cuius ipse non est causa. nec ipse censetur se occidere, sed tantùm non prolongare vitam comedendo carnes: non tenetur autem quis prolongare vitam omnibus mediis possibilibus, ergo. Secundò, quia non tantùm pro virtute, sed etiam pro virtutis augmento potest quis exponere periculo vitam corporis, & augetur Carthusiano virtus abstinentiæ abstinendo in tali casu, & crescit bonum totius Religionis, & si in tali necessitate id liceret, sequeretur dissolutio Religionis & traheretur idem ad minores necessitates. & ita docet ex Victoria, Ledesma, & aliis, Thomas Sanchez *in opusc. tom.*2. *lib.*5. *cap.*1. *dub.*34. *num.*6. qui tamen *n.*7. addit posse illos in tali necessitate edere, si velint, carnes, quia non habent votum non edendi, nec statutum obligans ad pœnam: at poterunt puniri pœna statuti. Sic Sanchez, licèt Vasq. *disp.*162. *in part.*2. quem sequitur Iacobus Granadus etiam *in p.*2. *contr.* 7. *tr.*3. *p.*1. *disp.*8. *sect.*5. *n.*7. contendant legem, seu consuetudinem

Pro contento in hac Res. in tom. 8. tr. 5. Res 57. §. Sed hic. & seq. & hoc supra ex Res præterita lege signantet §. 2. ad lin. 4.

tudinem Carthusianorum eos simpliciter obligare, ita vt non possint etiam in articulo mortis vesci carnibus, quia sc. spectat ad magnum & publicum illius Religionis spirituale bonum, vt cum tanto rigore illa obseruantia vigeat; potest autem lex humana ob commune bonum, quando opus est, obligare etiam cum dispendio vitæ. Fatetur autem non peccare Medicum, aut alium ministrum, qui Carthusiano ægrotanti & inscio præberet cibos aliquos ex carnibus. Sed sententia Sanchez, videlicet posse in tali casu Carthusianos edere carnes, sed non teneri, docet etiam Lorca *in p. 2. disp. 13. de legib.* cum Montesino *disp. 23. q. 10.* & aliis, quibus nouissimè adde Duuallium *in p. 2. D. Tho. tr. de leg. q. 5 art 4.* vide etiam circa præsentem quæstionem Baldellum *in Theol. mor. l. 5. disp. 26. n. 15.* Azorium *p. 1. lib. 5 c. 6 q. 7.* Salas *de legibus, disp. 11. sect. 2.* & alios penes ipsos

RESOL. CCVI.

Quidam Regularis propter æstum ad capiendum somnum dormiebat sine tunica linea, quæ erat habitus suæ Religionis, quæsiuit, an peccauerit mortaliter?

Et quid est dicendum, si Fratres Minores, & obseruantes vterentur camisiis lineis?

Et an Religiosus, qui spoliatur habitu ad liberius fornicandum, peccet mortaliter non solum contra temperantiam, sed etiam se exuendo habitu, quamuis Apostata non sit? Ex parte 5. tractat. 14. & Misc. 2. Resolutione 72.

§. 1. Supradictum Regularem non incurrisse in excommunicationem latam *in cap. vt periculosa, ne Cleric. vel Mon. in 6.* ego ipse docui *in 3. part. tract. 2. resol. 15* Difficultas est an peccauerit mortaliter? Et affirmatiuam sententiam docet Graffius *tom. 1. lib. 3 cap. 5 n. 75.* vbi sic ait. Qui in cella dimittit habitum suum, vel cùm iacet in lecto gestat hastam siue patientiam, licèt pœna excommunicationis non ligetur, peccat tamen mortaliter. ita ille, qui citat Franc. *in c. ne Cler. vel Mon. n. 5.* Confirmatur hæc opinio ex *c. vidua 20 q. 2.* vbi ex Concilio Toletano sic habetur. Tunc accepta à Sacerdote, vel Ministro apta Religionis professioni veste, seu in lectulo quiescens, siue in quocumque loco existens, constanter ea vtatur, & idem ex Concilio Carthaginensi IV. *Can. 11.* habetur *in cap. sanctæ Monialis, dist. 23.*

Quæ nunc hanc sequetur, & pro contento in hac Res. ege infra doctrinam Res. 208. & 209. per totas.

2. Sed his non obstantibus de hoc casu interrogatus negatiuè respondi: certum enim existimo ex vi iuris communis non esse in tali casu obligationem sub peccato mortali, quia neque in citatis decretis pro contraria sententia adsunt verba obligantia ad peccatum mortale, nam *in cap. vidua* solùm dicitur, *constanter ea vtatur.* in alio verò, *qualibus semper vsura est.* quæ non sunt verba, rigorosè præceptiua, vt per se constat, nec communi vsu & consuetudine ita sunt interpretata. Igitur debitũ, quod habet Regularis vtẽdi sẽper suo habitu, est honestatis, non necessitatis; solùm ergo ex aliqua circũstãtia extrinseca, vel ex præcepto regulæ & consuetudinis ad hoc obligantis potest in tali casu adesse peccatum mortale, aliàs non. Et hæc omnia docet Suarez *de Relig. tom. 4. lib. 1. cap. 5. n. 18.* Sanctarellus *de Apostas. cap. 1. dub. vn. n. 5.* & post hæc scripta vidi amicissimum Lezzanam in suis eruditis *q. Regul. c. 13. n. 7.* quibus adde Fabrum *de restit. in 4. sent. dist. 15. q. 2. disp. 45. c. 4. num 88.* vbi tractat hanc quæstionem quoad Fratres Minores Conuentuales & Obseruantes & firmat, dormiẽtes sine habitu nõ peccare mortaliter, & idẽ etiã docet, si dicti Fratres vterẽtur camisiis lineis, putat enim in tali casu nõ peccare.

3. Notandum est hîc obiter docuisse Nauarrum *in consil. de Apostas.* Religiosum qui spoliatur habitu ad liberiùs fornicandum, peccare mortaliter, non solùm contra temperantiam, sed etiam se exuendo habitu, quamuis apostata non sit; sed fallitur bonus senex, vt rectè obseruat Suarez *vbi supra* & patet ex dictis. Vnde in prædicto casu non erit, per se loquendo, duplex malitia mortalis, vna fornicationis, altera, vt aiebat Nauarrus, spoliationis habitus, nisi fortasse ex speciali aliqua regula talis prohibitio cum eo rigore facta sit.

Sup. hoc legę doctrinam Resolutionũ not. præteritã.

RESOL. CCVII.

Aliqui casus, in quibus Religiosi dimittentes habitum suæ Religionis non incidunt in censuras cap. vt periculosa, ne Clerici vel Monachi in 6.

Et an Religiosus iniustè grauatus à Prælato fugiens ad Prælatum Superiorem possit dimittere habitum, donec tutò accedat ad Prælatũ Superiorẽ. Ex p. 3. tr. 2. Res. 15.

§. 1. Non est Apostata, nec incurrit in dictam excommunicationem Religiosus, qui habitum non defert in cubiculo suo vel in loco alio secreto, vt meliùs studeat, quiescat, dormiat, &c. nec etiam, qui ex leuitate quadam habitum dimittit, vt meliùs currat, saltet, ludat, &c. In quo ego puto, neque Religiosum incurrere in dictam excommunicationem, si habitum dimittat, vt eat ad lupanar ad fornicandum, vel vt secretò furetur statim habitum iterum sumpturus, etsi habitum alium ad sic se occultandum eo breui spatio assumat. Et hæc omnia docent & probant Doctores, quos citat, & sequitur Sanch. *in sum. tom. 2. l. 6. c. 8. n. 57.* quibus ego addo Antonium Sanctarellum *tr. 2. de Apostas. c. 1. n. 5. 6. & 7.* quidquid asserat Portel. *in dub. Reg. ver. Habitus, n 4.* Hieronym Rodriq. *in compen. qq. Reg. res 71 n. 6.* Suar. *in 3. p. to. 5. disp. 23. sect. 4. n. 51.* Bannez *in 2. 2. q. 12. art 2. dub. 2 concl. 2.* & alij asserentes Religiosum ob turpem causam deponentem habitum in excommunicationem incurrere.

Sup. casibus contentis in hac Res. lege in præterita Res. & doctrinam duarum Res. sequentium.

2. Non desinam tamen hîc adnotare pulchrum casum, qui sæpiùs potest occurrere, & ponit Laurentius Portel *in addit. ad dub. Reg. ver. Habitus, n. 1.* vbi sic ait. Religiosus iniustè grauatus notabiliter à Prælato, & maius adhuc timens grauamen, nec habens aliud remedium, fugit ad Prælatum superiorem longè distantem, ita vt in ista fuga nullo modo peccet, nec venialiter, vt suppono (quod fieri posse multi dicunt) in hac tamen fuga, & longo itinere, certò moraliter scit, se fore detegendum, & comprehendendum ab inferiori iniustè grauante, si portet habitum Religionis propter custodes in viis adhibitos. In quo casu puto posse prædictum cum supradictis circumstantiis habitum dimittere, donec tutò accedat ad prælatum ad quem appellat; quia portare habitum Ordinis est præceptum humanum, at præceptum humanum non obligat cum tanto periculo famæ, carceris & iniusti grauaminis sperati certò moraliter; ergo &c. Ita Portel. *vbi supra,* & ego.

RESOL. CCVIII.

An in dimissione habitus propriæ Religionis detur paruitas materiæ? Ex p. 5. tr. 5. Res. 61.

§. 1. Suppono ex *cap. 2. ne Clerici vel Monachi in 6.* excommunicari Religiosos professos Religionis suæ habitum temerè dimittentes, & ad quæstionem respondet affirmatiuè Emanuel Sà *ver. excommunicatio, n. 9.* Azor. *tom. 1. lib. 12. c. 13. q. 5 cas. 16.* Toletus lib.

Sup. hoc in Res. seq. Sed quæres. sed lege eam per

totam, & doctrinam duarum praecedentium Ref. lib. 4. cap. 18. num. 4. Syluester *ver. excommunicatio 9. cas. 24. n. 53. notab. 3.* & alij asserentes Religiosos non incurrere hanc excommunicationem si dimittunt habitum ad breue tempus, & Sanchez *in summa tom. 2. lib. 6. c. 8. n. 54.* putat breue tempus esse spatium vnius horae, & in tali casu docet Religiosum non incurrere excommunicationem, etiamsi dimittat habitum non solùm ex causa turpi, vt gratia fornicandi maiori voluptate, aut clam aliquid furandi, sed etiam vt incognitus adeat ad lupanar, &c. quod etiam ex parte docet Sanctarellus *tract. de Apostasia, cap. 1. dub. vnic. n. 7.* Azotius *vbi suprà*, & Syluester cum aliis, quia etsi dimissio illa momentanea ex malitia alterius speciei illi adiunctae sit grauis, at in ratione dimissionis temerariae, quae sola subiicitur huic censurae, censetur leuis, nec nomine dimissionis, moraliter loquendo, sed cuiusdam spoliationis digna, licèt contrarium docuerit Suarez *in 3. p. tom. 5. disp. 23. sect. 4. n. 31* Bannez *in 2. 2 q. 12. art. 1. dub. 2. concl. 2.* & alij, quando dimittitur habitus eo breui spatio causa diuagandi, & eundi incognitus ad lupanar, quia grauitas huius delicti non est pensanda ex temporis duratione, sed ipsa habitus dimissio est per se res grauis, & sufficiens ad peccatum mortale, quod peccatum est huic legi contrarium, & materia huius censurae. Sed prima opinio est satis probabilis in omnibus supradictis casibus.

RESOL. CCIX.

An Religiosi dimittentes habitum ad aliquam honestam repraesentationem faciendam in Monasterio inter ipsos, peccent venialiter, etiam si coram saecularibus repraesentent in Monasterio?

Etiamque in textu huius Resolutionis alij diuersi casus discutiuntur circa dimissionem habitus Regularis.

Et etiam quaeritur, an si Patres Societatis IESV dimittant habitum, incidant in poenas à iure relatas? Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. Res. 5.

Ad magis elucidandam doctrinam huius Ref. lege tres praecedentes Ref. §. 1. Affirmatiuam sententiam docuit Peyrinus *de Relig. sub tom. 1. q. 1. c. 26. § 1. n. 1.* Sed postea *in commentariis Ascetis ad Reg. Minim. c. 4 § 5. q. 2. n. 3.* se retractauit: sic enim asserit: [Nota, quod accedente causa rationabili, licet Habitum dimittere: causae autem rationabiles sunt, ad vitandum periculum vitae, vel scandalum Infidelium, vt in c. *Deus qui, de vita, & honest. Cler.* seu etiam causa iocosae leuitatis ad ludum aliquem exercendum, ad piscandum, vel ad scindenda ligna, vel ad fabricandum panem, vt exemplificat Trullus; seu, vt exemplificat Sylu. *verb. Habitus, q. 2. n. 1. & verb. Excom. 9. n. 53.* in honesta recreatione, vt si Minimus Habitum Dominicanum indueret, &c. Vnde videntur excusari etiam à veniali Religiosi Habitum histrionum induentes ad aliquam honestam repraesentationem faciendam semel in anno, quicquid dixerim *loc. cit. subd.* quia non videtur, neque leuis dimissio, quae fit honestae recreationis causa, cùm dictae recreationes actus virtutis eutrapeliae sint: & ita videntur sentire Syluester *verb. Habitus, n. 3.* & Passarellus *in notab. priuil. c. 34. verb. De dimittentibus Habitum.*] Ita Peyrinus.

2. Sed magis cautè loquitur in hac quaestione Pater Lezana *in Summa qq. Regular. tom. 1. c. 13. n. 5.* ait enim, quòd [dimittere Religiosum suum Habitum, etiam in Monasterio, & indui veste foeminea propter ludum laruarum, vel aliquam Comoediam faciendam, quidam dicunt esse peccatum mortale. Si tamen fiat ob honestam recreationem, eutrapeliam, vel alium honestum finem debitisque pensatis circumstantiis, quantum est ex se, & sua natura, non erit peccatum; saltem mortale: licèt semper sit periculosum, propter infirmitatem, & corruptionem naturae] Sic ille Et de hac materia vide Baldellum *tom. 1. lib. 3. disp. 33. n. 15.* & Pellizzarium *tr. de Monial. c. 7. n. 44. & 45.* qui videntur docere, supradictos Religiosos peccare venialiter.

Super hoc infra in tr. 5. ex doctrina Ref. 65 1 signanter in fine.

3. Verùm, quia hic incidit sermo de dimissione Habitus regularis; quaero an, si illum dimittant Patres Societatis Iesu, incidant in poenas à iure latas, in cap. 2. *Vt periculosa, ne Clerici vel Monachi, in 6.* Et negatiuã sententiam tenet Pellizzarius *in Man. Reg. tom. 1 tr. 5. c. 7. sect. 1. n. 8.* vbi obseruat, quòd cùm praefatum cap. 2. loquatur de Professis dimittentibus Habitũ suae Religionis, quasi supponens, Religionem illa habere peculiarem Habitum, per quem à reliquis discernatur, & Societas Iesu non habeat proprium Habitum, sed vtatur Habitu communi accommodato vsui Patriae, in qua existit, vt constat ex eius Constitutionibus *p. 6. c. 2 § 15.* per consequens Religiosi Societatis, non videntur subiici dictae censurae, si dimisso Habitu religioso sine iusta causa induant saecularem; (quidquid sit de peccato, quod committunt in tali dimissione:) adeóque in cap. illo 2. non comprehenduntur omnes omninò Religiosi; cùm Professi Societatis sint verè religiosi, & tamen in eo non comprehendantur. Ita Sanc. in terminis, *n. 7.* aliiq; docti viri è Societate cõtra Bonac. *q. 2 de clausp. 1. n. 24.* oppositum sustinentem ex eo, quod Religiosi Societatis, sicut ratione status Religiosi gaudent priuilegiis Regularium, sic debent subiacere oneribus eorũdẽ; quasi verò non possit quis frui commodis alicuius Communitatis, etsi nõ sentiat omnia onera illius: praeterquã quòd Religiosi Societatis subsint aliis multis oneribus status religionis, obseruãtiae suae Regulae, &c. Ratio nostrae respõsionis est, quòd in poenis non est facienda extensio, neq; ob idẽtitatem, neq; ob maioritatẽ rationis ideóque lex poenalis debet explicari iuxta proprietatẽ verborum quibus exprimitur, illam non extendendo à casu expresso ad non expressum: hinc cùm in c. 2. citat. excommunicatio feratur contra temerè dimittentes Habitum suae Religionis, & ea, seruata verborum proprietate, non possit extendi ad dimittentes Habitum, qui non sit suae Religionis; sequitur, illam non extendi ad religiosos Societatis, vtpote non habentes peculiarem Habitum, qui dici possit suae Religionis.

4. Sed mihi magis placet opinio affirmatiua, quã tuetur ex eadem Societate Iesu Pater Castr. Palaus *to. 3. tr. 16. disp. 4. punct. 6. n. 2.* putat enim in dicto c. 2. *Vt periculosa.* Religiosos Societatis comprehendi: quia esto non habeant Habitum vnicum, & specialem, quo in omni loco vti debeant, tenentur tamen vti Habitu honesto Clericorum illius regionis: ergo, si hunc dimittunt, & saeculari veste induuntur, proprium Habitum suae Religionis dimittunt. Aliàs, si sub dicto Decreto Societatis Religiosi non cõprehenduntur, non committunt per se vllã culpã temerè Habitũ deponentes, & saecularẽ induentes, cùm iure naturali Habitus religiosi dimissio, stãte firmo proposito non retrocedẽdi ab statu, prohibita non sit. Quod certè dutum est, & vagãdiã materi satis aptã praebet, & licèt textus loquatur de Professis, id fecit gratia frequẽtiori vsus: & quia eo tempore nullus erat Religiosus à Nouitiis distinctus, qui tacitè, vel expressè professus nõ esset. Et ideò ex his omnibus vtramq; sentẽtiã probabilẽ esse puto.

5. Quaero secundò, an, si quis retento Habitu Religionis propriae, saecularem induat, vt si incognitus incedat, incidat in poenas. Affirmat Sanch. *in Summ. to. 2. lib. 6. c. 8. n. 63.* Quia illa occultatio, licèt non sit materialis Habitus dimissio, est vera, & formalis: siquidem ea facta tollitur ab Habitu esse signum cognoscitiuũ Religiosi status, ad quem significandum ille Habitus materialis assumitur. Aliàs si retento interiùs habitu, eóque occultato, possis excommunicationem dimittentibus Habitum impositam fugere, facilè legem prohibentem dimissionem eluderes. Ergo, &c.

6. Sed Pater Suarez *de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 1. c. 5. n. 12. & de cens. disp. 23. sect. 4. n. 33. & 34.* Sayr. *de cens. lib. 6. c. 33. n. 9. & 10.* cũ aliis negatiuae sententiae adhaeret. Et ratio est: quia *in c. 2.* nõ quaelibet occasio vagãdi prohibetur,

prohibetur, sed quæ fit per dimissionem Religiosi Habitus. At occultans Habitum non illum dimittit, sed potiùs retinet, occultum tamen. Neque est verum, occultantem Habitum dimittere signum Religiosi status; non enim illud dimittit, sed dissimulat, & celat: ergo pœna imposita dimittentibus non debet extendi ad occultantem. Neque item est verum, ex hac occultatione finem legis eludi; non enim ita facilè Religiosus incedere potest incognitus retento Habitu, ac illo dimisso. Deinde lex pœnalis ad summum extendi potest ad casum sublata verborum forma cõprehensum: ac occultatio habitus non continetur sub dimissione, sed potiùs est illi opposita Ergo.

7. Quid sentiam, dicam breuiter. Primam opinionem Sanchez existimo probabiliorem, sententiā verò Suarez, tanquàm probabiliorem, admitto: at in peccatum graue sic facientem, incidere non est dubitandū. Solùm hic de vitanda excommunicatione loquimur.

8. Notandum est etiam hîc, Regularem, qui dimisso Habitu, manet intra Clausuram proprij Monasterij, non incurrere in censuram. Ita Doctores, quos citat Sanctarellus *de Apostasia, c.t. n.14.* Verùm, secundum Castrum Palaum, *vbi suprà, n.10.* contraria sententia omninò tenenda est, scilicet, hunc Religiosum excommunicationi subiici quia absolutè dimittit Habitum suæ Religionis, ex qua dimissione per se nascitur occasio vagandi esto, per accidens vagatio impediatur: sicuti si dimittentem extra Claustra habitum recluderes in carcerem, reclusio impediret vagationem; sed non impediret, quin dimissio præberet occasionem vagandi. Et ita tenet Syluester *verb. Excommunicatio, 9.casu 24.n.54.quæst.5.* Nauarr. *cap.27. n.131.* Azorius *lib.12.cap.17. quæst.15.* Sayr. *de censuris, lib.3.c.33.n.11.* Sanchez *lib.6.Sum.c.8.n.61* vt procedat tantùm. cùm Religiosus se oculis videntium ostendit: secùs si se occultare procurat: quia dum se occultat, non videtur animum habere vagandi. Hæc tamen limitatio non placet Sancio, neque Azorio *q.13. & 14.* & meritò, quia text. *in d.c.2.* non attendit, an Religiosus oculis intuentium pateat, séque illis offerat; sed, an occasionem assumat se offerendi incognitum, & per Orbem vagandi, quòd certè præstat Habitus dimissione. Sed, his non obstantibus, negatiuam opinionem probabilem putat Pellizzarius *num.19.*

Sup. hoc in Res. præterita & ne desecas legere alias eius not.

9. Sed quæres, an detur paruitas materiæ excusans à dimissione Habitus? Et affirmatiuè respondent communiter, & ideò excusant Habitus dimissionem à peccato mortali, & ab incurrenda censura, si breui tempore duret, scilicet, per horam: quia illa momentanea duratio præstat, ne censeatur depositio moralis dimissio; sicuti non censetur recedere: qui breui reuertitur, *l. Diuortium ff. de diuort.* Sic Emman. Sà *verb. Excommunicatio reseruata, n.9.* Tolet. *l.b.4.Sum.c.18.num.3.* Azorius *1.part.institut.moral.12. cap.13.quæst.5.casu 16.* Sanchez *l.b.6.cap.8 num.57.*

10. Sed hanc excusationem non admittit Palaus *loc. cit. n.11.* eo enim ipso, quòd Habitum deponis, animo occultandi statum, & incedendi incognitus, præstas totum id, quod in supradicto textu requiritur ad censuram contrahendam: dimittis enim tuæ Religionis Habitum, & expeditior redderis vagationi. Perseuerare autem in dimissione non petitur in textu: & meritò, quia perseuerantia non facit dimissionem, sed dimissionem factam continuat, & extendit.

11. Verùm primam sententiam admittit nouissimè Leander à Murcia *cap.19.ad cap.2 Regula D. Francisci, §.1.n.2.* Imò, & plus addit: sic enim ait: [Ni tam poco incurre en la dicha descomunion el, que toma otro Habito, ò vestido, per tam breue spacio, que propriamente no se pueda dezir (moralmente hablando) que dexo el suyo: de donde se sigue, que el, que le dexò temerariamente por breue tiempo, como para saltar, eò tirar la barra, dexò el Habito por vn hora y aunque fuesse por vn dia, non incurreria en la descomunion; aunque pecaria venialmente] Ita ille.

12. At secundùm Patrem Lezzanam *tom.1.c.13.n.10.* eum, qui Habitum regularem mutat in habitum sæcularem, si seriò id faciat, & vt pro illo tempore sæcularis appareat, etiamsi tempus breue sit probabile est, peccare mortaliter. & incurrere excommunicationem adductam. Ratio est: quia talis mutatio, quantumuis prò breui illo tempore facta, videtur materia grauis, & habere notabilem deformitatem repugnantem statui religioso.

13. Verùm post hæc scripta inueni satis latam opinionem Texedæ circa dimissionem Habitus in Monasterio: sic enim asserit *in Theol. mor. tom. 1.l.2 tr.1.contr. 6. d.1.* [Sed quid dicendum est de Religioso, qui intrà priuatos Monasterij parietes Habitum non defert? Tenent Azor. *tom. 1.inst. mor. l.12.c.13.q.5. & c.17.q.10.* & Sanchez *Sum.l.6.n.61.* excommunicationem incurrere: quia cùm textus absolutè loquatur, absolutè interpretandus est: & ideò, inquiunt illi, de dimittentibus Habitum quouis modo; ita vt quouis modo Religiosus illum dimittat, incurrat hanc excommunicationem.

14. Cæterùm dicendum est, hunc Religiosum excommunicationem non incurrere. Quia per quamlibet Habitus dimissionem non incurritur ista excommunicatio sed per temerariam: Religiosus enim, qui intra sui Monasterij parietes Habitum dimittit, non temerè illum dimittit, sed causa alicuius curiositatis id facit: & quāuis textus absolutè loquatur, intelligitur tamen iuxta hunc tenorem. Vnde, cùm illa Habitus dimissio non fiat ex contemptu, sed ex causa rationabili, vel apparenti, non dicitur temeraria dimissio, vt per illam incurratur excommunicatio: aliàs si Religiosus in cella Habitum exueret, & per Dormitorium ambularet caloris causa, vel alicuius alterius, esset excommunicatus, quod est falsum. Imò existimo, quòd quamuis is Religiosus intra Monasterij parietes Habitum dimittat, & se ostendat sæcularibus, adhuc excommunicationem non incurrere, esto, sæculares cognoscant, illum esse Religiosum illius Religionis; quia talis Habitus dimissio non est temeraria, nec ad vagandum ordinata. Et ideò non incurrunt excommunicationem Religiosi, qui pro aliquo Festo celebrando in Comœdiis gerunt vices personatum, etiamsi coram sæcularibus repræsentent intra Monasterium: quia illa Habitus dimissio non est temeraria, nec ad vagandum, nec ex contemptu legis.

15. Si roges primò, an dimissio Habitus ad breue tempus videlicet, per horam, incurrat excommunicationem? dico, Religiosum Habitum dimittentem per dimidiam horam aut per horam non incurrere hanc excommunicationem: quia ratione paruæ materiæ, sicut excusatur à peccato mortali, ita ab incursione censuræ: nam dimissio Habitus per vnam horam cum animo statim illum reassumendi, pro non dimissione reputanda est.] Hucvsque Texeda.

RESOL. CCX.

Quidam ex graui necessitate Parentū egressus è Religione non poterat illos iuuare, nisi habitum Religionis dimitteret, seruiendo viro nobili habitu sæculari; quæritur, an hoc licite fieri poterit?

Et in dicto casu an poterit supradicto Religioso proprius Prælatus licentiam ad mutandum habitum dare?

Et an si Religiosi professi pro viribus in Religione non possint huic graui necessitati Parentum succurrere, tunc petita licentia, & non obtenta licitè possint egredi, quamuis ad id non teneantur? Ex p 6.tr.7.& M.2. Ref. 19.

§. 1. SVppono tanquam certum filios Religiosos professos pro viribus in Religione niti debere,

bere, vt huic graui parentum necessitati succurrant salua regulari obseruantia, & Prælatorum obedientia: quòd si non possunt, tunc quidem petita, & non obtenta licentia, licitè poterunt egredi, quamuis ad id non teneantur. Hoc supposito ad dubium propositum negatiuè videtur respondendum, quia licentia dimittendi habitum, cùm sit res grauissima, à solo Papa concedi potest, & est tam aliena à statu Religioso, vt nec Episcopus habitum Religionis possit dimittere.

Sup. hoc infra in Ref. 212. lege doctrinam §. 1. significanter in fine. Et pro Episcopo contentis in lin. penult. § 1. huius Ref. supra in Ref. 27. §. vlt. ad medium, à vers. Si Religiosus, & lege etiam doctrinam alterius Ref. & §. eius not.

2. Non desinam tamen hic adnotare affirmatiuam sententiam docere nouissimè Fagundez *in Decalog. tom. 1. lib. 4. cap. 2. num. 28.* vbi sic ait. Mihi videtur posse huiusmodi Religiosum habitum dimittere, si non aliter, nec alio modo iuuare parentes possit in graui necessitate constitutos, nisi illo dimisso: si enim licitus est ei tunc egressus, cur non licebit etiam medium necessarium ad hunc finem: præsertim cùm non habitus, sed virtus Religiosum efficiat? Nec est simile de exemplo Episcopi, quia nulla necessitas cogit Episcopum Religiosum ad mutandum habitum suæ Religionis, vt patet. Iam verò quòd Prælati Religionum, qui licentiam dare possunt Religiosis, vt ad tempus religionem egrediantur ad iuuandos parentes, possint etiam eam dare ad mutandum habitum, si sic possint illos iuuare, & aliter non possint id, vt dixi, clarè supponit Nauarr. *Comment. 3. de Regular. n. 49.* ait enim ibi prædictam licentiam non esse concedendam ab ordinario Prælato Religiosorum, nisi quando habitu retento parentes suos commodè iuuare non possunt: ergo ex sententia Nauarri, quando aliter eos iuuare non possunt, poterit eis proprius Prælatus licentiam ad mutandum habitum dare.

RESOL. CCXI.

An Prælatus possit dare licentiam subdito manendi extra claustra ad subueniendum parentibus non solum in extrema necessitate constitutis, sed etiam in graui?

Et quid est faciendum, si Prælatus neget licentiam subdito, vt extra claustra subueniat parentibus grauiter tantum indigentibus, an possit sub litus de bonis sibi in vsum concessis parentibus subuenire, vel debet ad illa donanda procurare licentiam? Ex p. 3. tr. 2. ref. 90.

Sup. hoc lege doctrinā Ref. seq.

§. 1. AD hoc quæsitum affirmatiuè respondet Laurentius Portel *in dub. Reg. ver. parentum fratres n. 2.* vbi sic ait. Etiamsi necessitas non sit extrema, sed solùm grauis, potest Prælatus dare licentiam, vt Religiosus cum habitu maneat extra claustra ad subueniendum patri, vel matri. Ita ille, qui citat Nauarrum *lib. 3. consil. de Regul. cons. 54.*

2. Sed si Prælatus neget licentiam subdito, vt extra claustra subueniat parentibus grauiter tantùm indigentibus, putat Portel non posse subditum de bonis sibi in vsum concessis parentibus subuenire; debet ergo ad illa donanda procurare licentiam, & Prælatus rectè faciet illam concedens, intra terminos suæ regulæ.

RESOL. CCXII.

An stante Decreto Clem. VIII. de reformat. Regular. possint hodie Superiores præbere licentiam subditis ex iusta aliqua causa extra claustra permanendi absque consensu Summi Pontificis?

Et an post Decretum Clem. VIII. & Vrbani VIII. si Prælatus faceret alicui potestatem foras degendi possit hic tuta conscientia remanere.

Et an ante prædicta Decreta assereretur posse Generalem facere facultatem fratri alicui inquieto, & insolenti, qui propter delicta sua condemnatus fuit ad triremes, & ab his postea restitutus, vt possit Heremiticam regulariter vitam ducere, vel in aliquo Hospitali, vel Ecclesia præstita per eum obedientia Ordinario loci, seu Generali ipsi? Ex p. 10. tr. 11. & Misc. 1. ref. 30.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Pellizzarius *in Man. Regul. tom. 2. tract. 9. cap. 3. sect. 4. n. 174.* vbi sic ait: Quæres, an Prælati Regulares dispensare possint cum Religiosis subditis, vt, veste religiosa retenta, maneant extra claustra ad subleuandas necessitates parentum? Respondeo, de iure communi antiquo posse; siue necessitas sit extrema (in quo casu etiam tenerentur) siue solum sit grauis (in quo casu possent, sed non tenerentur:) non item de iure nouo cùm Clemens VIII. in Decretis de reformat. Regularium dicat: Ineatur ratio, qua, sublatis licentiis, ac facultatibus hactenus quibuscumque concessis, degentes extra conuentus claustra, ad ea quam primum reuocentur: nec de cætero, nisi ex grauissima causa, à Sede Apostolica approbanda, huiusmodi facultates concedi possint. Quod Decretum innouauit etiam Vrbanus VIII. Hucusque Pellizzarius: & ante illum Pater Lezana *in Summa tom. 1. c. 16. n. 23.* hæc asserit: potest Religiosus ex legitima facultate viuere extra monasterium, retento habitu. Ratio est, quia nec hoc est intrinsecè malum, nec derogat votis professionis; cùm etiam ibi possit obseruari Obedientia, Paupertas, & Castitas. Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3 cap. 7.* Quamuis autem iure communi possent Prælati Religionum hanc licentiam concedere, quia hoc spectat ad iurisdictionem, quam habent supra subditos, Nauarrus *Comm. de Regul. num. 16. & 40. & Comm. 4. num. 14.* tamen iure nouo Clement. VIII. in Decretis pro reformatione Regularium, approbatis, & innouatis à S. Congregatione, iussu S. D. N. Vrbani habetur quod in posterum huiusmodi licentiæ non concedantur, nisi ex grauissima causa à Sede Apostolica. Et ideo *n. 25.* subdit: Quamuis etiam ob necessitatem parentum posset Religiosus, habitu retento manere extra Monasterium ex vi iuris communis. D. Thom. *2. 2. q. 101. art. 4.* Nauarrus *lib. 3. Consil. de Regul. consil. 54. 55.* & alibi: tamen propter ius nouum adductum Clement. VIII. & Vrbani VIII. non potest hoc fieri nisi de licentia Sedis Apostolicæ, talem causam approbantis. Hinc emanauit Edictum à Paulo V. anno Domini 1617 die 23. Decembris, intimatum P. Fr. Io. Pinæ de Celiis, Ordinis Minimorum sancti Francisci de Paula tum temporis Zeloso à R. D. Vulpiano Archiepiscopo, & Congr. Regul. Secretario, tenoris sequentis. Admodum Reuerendo in Christo Patri Procuratori Generali Ordinis Minimorum Sanctissimus ordinauit mihi, vt notum facerem P. Vestræ, quod prouideat, ne imposterum sub quocumque prætextu detur licentia suis Religiosis, extra Monasteria, vel Domus, Conuentus, vel Collegia suæ Religionis permanendi; & si fortè fortuna nunc aliquis extra reperiatur absque licentia huiusmodi sanctæ Sedis, ad Claustra reuocetur. Per quod Decretum, ait Peyrinus *de Relig. Subdito. tom. 1. quæst. 1. c. 23.* videtur sublata potestas Superioribus facultates extra Conuentum degendi, ob prædictas causas, concedendi in perpetuum, vel ad longum tempus; non autem ad breue. Vnde caute sunt legenda ea, quæ nouissimè docet eruditissimus Gibalinus *de Clausura, disquis. 2. cap. 2. §. 3. n. 38. cum seqq.* nam vera sunt, stando in iure communi; secus autem nunc est de iure nouo dictorum Decretorum: & ideo etiam moderanda veniunt ea, quæ ego dixi *in part. 6. tract. 7. resol. 19.*

Sup. hoc lege doctrinā præcedentis Ref.

2. Sed quærit Peyrinus, vbi supra, an post talia Decreta, si Prælatus faceret alicui potestatem foras degendi;

Quæ hic est sup. Ref. 210.

degendi: possit hic tuta conscientia remanere? Et respondet; quod peccaret quidem Prælatus, & esset arbitrio sui Superioris puniendus; (vbi enim lex non apponit pœnam contra facientibus, videtur iudici arbitraria; vt dicitur *in cap. Nihil. de Elect.*) quia contrafecit statuto Papæ: sed subditus potest tuta conscientia permanere; tum quia hîc valet illa regula: *Multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent*, nam Decretum non annullat licentias contra ipsum datas. Vnde videtur solum velle Superioribus timorem incurrere, sint nimis faciles in talibus licentiis concedendis; tum quia lex de nouo statuta à Principe, non derogat priuilegiis positis, & insertis in corpore iuris communis, etiam positis quibuscumque circumstantiis, & clausulis generalibus; nisi faciat de illis specialem mentionem, vt ait Bartolus, citatus à Miranda *tom. 1. Manualis Prel. quæst. 45. art. 6.* & glossa *in leg. 2. §. Legati, ff. de re vendicata* & probat Bonacina multos allegans, *de Censur. disp. 2. q. 6. punct. 1. n. 15.* Sed posse Prælatos concedere tales licentias priuilegium est insertum in corpore iuris communis, vt patet *ex c. Pastoralis 2. q. 7. & c. Placuit. 1. & 2. & c. Monachi 1. & 2. 16. q. 1.* Ergo, &c. Hæc Peyrinus. Sed tu cogita.

3. Nota hîc obiter, quod ante dicta Decreta Pontificia asserebat Rodriquez *in QQ. Regul. tom. 3. q. 53. art. 5.* posse Generalem facere facultatem Fratri alicui inquieto, & insolenti, qui propter sua delicta condemnatus fuit ad triremes, & ab his postea restitutus, vt possit Eremiticam regulariter vitam ducere; vel in aliquo Hospitali vel Ecclesia, præstita per eum obedientia Ordinario loci, seu Generali ipsi. Ita etiam cōsuluit Nauarr. *lib. 3. cons. de Reg. cons 74.* Et ratio est, quia cùm iste talis sit naturaliter inquietus, & insolens si aliqui Fratrum ei improperauerint sua delicta, non de facili eos sustinebit; & erit nouissimus error peior priore, & hanc etiam sententiam docuerat etiam Peyrinus *loco citato*. Sed circa illam, etiam stando in iure communi secluso Decreto Clem. VIII. Ego maximam haberem difficultatem: vnde rectè doctus Pater Gibalinus *vbi supra, de Clausura, disquis. 2. capit. 4. §. 14. consect. 3. num. 73.* non audet hanc sententiam Peyrini, Nauatri, & Rodriquez penitus approbare; sed aliorum sensum exposcit.

RESOL. CCXIII.

An in aliquo casu possint Superiores Regularium vti scientia habita in confessione, non obstante Decreto Clem. VIII. & an dictum Decretum obliget sub mortali? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 102.

§. 1. Affirmatiuè respondet Guillelmus Mercerus *de Sacrament. in 3. p. D. Thomæ quæst. 11. art. 5. dubit. 2. concl. 2* vbi sic ait: Clem. VIII. *in decreto de casibus reseruatis*, edito pro Religiosis, sic habet: Tam Superiores pro tempore existentes, quàm Confessarij, qui postea ad superioritatis gradum fuerint promoti, caueant ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerint, ad externam gubernationem vtantur. (Sup. hoc in Ref. seq. & in tom. 1. tr. 8. Ref. 9. §. 2. & 3. & in Ref. 11. §. Ex quibus. & in Ref. 16. §. Et ideo. Sed lege has duas vlt. Ref. per totas.)

2. Notandum tamen est, hanc prohibitionem esse iuris humani; propulsare autem periculum à Republica, vel à proximo absque nostro incommodo, & violatione secreti, esse iuris diuini, & ideo posse fieri, vt quis teneatur hac scientia vti ad malum aduertendum, præsertim cùm sit sententia probabilis, quæ habet id posse fieri, & nullum ius humanum possit impedire, ne quis in necessitate vtatur sententia probabili. Nec putandum est Pontificis constitutionem agere de huiusmodi casibus extraordinariis, qui in domibus Religionis rarissimi inueniuntur. Ita Mercerus; sed an probabiliter, tibi iudicandum relinquo.

3. Notandum est etiam hîc obiter, in supradicto decreto latum esse præceptum cum verbis imperatiuis, quæ non obligari sub mortali docuit Caiet. *in 2. 2. quæst. 166. art. 9.* Rodriq. *in addit. ad Bullam Cruciata, §. 9. n. 77.* & alij. Sed hæc opinio mihi non placet, & ideò puto cum Castro Palao *tom. 1. tr. 3. disp. 1. punct. 9. num. 3.* supradicta verba decreti obligare sub præcepto peccati mortalis. (Sup. hoc in tom. 4. tr. 4. Ref. 22. §. Sed difficultat. ad mediū à vers. In quibus.)

RESOL. CCXIV.

An post Decretum Clem. VIII. detur casus, in quo Superiores Regularium possint vti notitia habita in confessione subditorum?

Et an si Confessarius sit ex notitia habita in confessione, quod quadam mulier Nobilis quando vocat Confessarius in domum suam ad confitendum sæpius illos sollicitat; quæritur an ab ipsa vocatus possit se excusare propter periculum labendi in peccatum, licet nullam habeat idoneam excusationem? Ex p. 11. tr. 5. & Misc. 5. Ref. 15.

§. 1. Affirmatiuè respondet Lessius *in 3. part. D. Thom. q. 11. de sigillo confessionis art. 1. dub. 2. n. 6.* à me alibi adductus: Qui nunc addo Guillelmum Mercerum *in Supplement. 3. part. q. 11. art. 5. num. 2.* vbi sic ait; Superiorem qui confessionem subditi audiuit, non posse ex vi illius, ita ipsum gubernare, verb. gr. auferendo illi officium quo fungitur, vt alij possint suspicari eius peccatum in genere, vel in specie. Ratio est, quia & hîc esset indirecta reuelatio. Addunt Richardus, & Angelus idem fore illicitum, etiamsi solus pœnitens intelligat se priuari ministerio ratione suæ confessionis, quia si non licet pœnitentem à confessione peracta verbis corripere: ergo nec factis. Et non est dubium quin ita plerumque expediat in praxi. Ideò Clemens VIII. in Decreto de casibus reseruatis edito pro Religiosis sic habet: Tam superiores pro tempore existentes, quam confessarij, qui postea ad superioritatis gradum fuerint promoti, caueant ne ea notitia quam de aliorum peccatis in confessione habuerint, ad exteriorem gubernationem vtantur. (Sup. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.)

2. Notandum tamen est, hanc prohibitionem esse iuris humani, propulsare autem periculum à Repub. vel à proximo absque nostro incommodo, & violatione secreti, esse iuris diuini, & ideò posse fieri vt quis teneatur hac sententia vti ad malum auertendum, præsertim cum sit sententia probabilis, quæ habet id posse fieri, & nullum ius humanum possit impedire ne quis in necessitate vtatur sententia probabili. Nec putandum est Pontificiam prohibitionem agere de huiusmodi casibus extraordinariis, qui in domibus religiosis rarissimi inueniuntur. Hucusque Mercerus. Ex cuius doctrina sequeretur, superiorem regularem posse, imò debere ex notitia habita in confessione expellere aliquem subditum extra regnum cum aliqua occasione, qui nouerat in confessione illum machinare aliquam rebellionem, vel ad aliam ciuitatem transferre, si ex confessione noueat illum sollicitare, verb. gr. fœminam nobilem, vnde facilè si factum manifestaretur tota Religio infamata remaneret, & sic de similibus casibus.

3. Sed circa præsentem casum, & doctrinam habeo maximam difficultatem: nam vt optimè obseruat Dicastillus *de Sacrament. tom. 2. tract. 8. disput. 12. dub. 7. numer. 14.* Decretum Clementis VIII. manifestè

nifestè excludit omnem casum; itavt Regularis nullo modo in aliquo casu possit vti scientia. Lex autem cum tanta amplitudine non posset esse iusta, nisi Pontifex supponeret non esse illum vsum licitum ex natura rei: nam si ex natura rei liceret in aliquo casu posset esse casus in quo non solum liceret, sed teneretur confessarius vti ea notitia ex præcepto naturali, vt quando ex confessione sciret aliquem esse indignum prælatura, teneretur ex vi talis notitiæ illum non eligere, quia eligere indignum est intrinsecè malum, & scit esse indignum notitia, qua ex natura rei licet vti, atque adeò non posset Pontifex prohibere ne illa vtatur. Item si Prælatus sciret ex confessione aliquem non esse Sacerdotem, & ex natura rei, & generali præcepto Christi non esset illicitum vti ea notitia, deberet illum non designare in confessarium suorum subditorum, ne illi irritas facerent confessiones, & tamen, (vt supponimus) etiam in hoc casu, & similibus prohibet Pontifex (quia omnes casus excludit) vti tali scientia: Signum ergo est, quod hæc obligatio non vtendi notitia sit ex natura rei, supposita institutione huius Sacramenti. Et id censetur supponere Pontifex, alioquin non posset tale præceptum imponere. Quod si hoc habet ex natura rei, non solum pro regularibus, sed pro omnibus debet habere locum, & nullus confessarius poterit ea notitia vti. Ex his omnibus consentit Eminentissimus Dominus meus Cardinal. Lugo *de Sacrament. pœnit. disputat.* 23. *numer.* 94. disputans contra Suarium, qui concedens alioqui non licere iam post illud decretum vti scientia confessionis, totam vim ponit in positiua lege Papæ, quia id prohibuit, non in natura rei: verùm ea lex (vt dicebamus) non posset pro omni casu obligare, nisi supponeret id ex natura rei non licere, & tali lege satis declaratur rem ipsam non licere spectata rei natura. Et ideò, vt dixi, circa doctrinam Lessij, & Merceri, habeo maximam difficultatem, ideò viri docti iudicent. Et nota hic cum Dicastillo *numero* 148. & 170. quod non requiritur obligatio cauendi ab aliquo opere, quo pœnitens, aut alij possint venire in talem notitiam, aut suspicionem facti ex confessionis scientia, sed sufficit ad hanc obligationem, quod in vniuersum, si scirent homines posse aliquando etiam casu, quo non veniret pœnitens, aut alij in talem notitiam, vti scientia ad faciendum, vel non faciendum aliquid quod ad ipsum pœnitentem spectet aliquo modo, haberent occasionem detrectandi confessionem, atque adeò non debere concedi vllum casum, etiam sine ea notitia, in quo aliquid tale fieri possit.

4. Hoc etiam fundamentum admittit Cardinal Lugo *numero* 98. vbi expresse docet non solum obligari confessarium, quando est periculum quod pœnitens sciat, sed etiam licet id pœnitens ignoret. Nam vt rectè ipse ibi discurrit, reddere confessionem maximè difficilem, si sciret posse confessarium vti illa notitia occultè.

5. Itaque quamuis pœnitens non possit suspicari id quod erga ipsum fit, ortum habere ex confessione, sufficeret quod homines sciant peccata sola confessione cognita ius tribuere ad operandum ex illa notitia aliquando, ad hoc, vt homines timeant confiteri, & à confessione retrahantur, quod omninò vitandum est. Ergo non solum quando alij, aut ipse pœnitens id possunt intelligere in casu particulari, sed etiamsi nihil tale intelligere vnquam possint, oportet pro bono Sacramenti esse tutos, quod talis notitiæ vsus non habebit locum.

6. Ex his apparet quod alibi notaui, & notat Petrus à Sancto Ioseph *in idea Sacrament. capite* 31. *resolution.* 11. vbi ait; Quod si superior per solam confessionem cognoscat aliquem ex suis subditis esse indignum officio quod exercet, aut quod prosequitur; non debet illum à tali officio amouere, aut ei suffragium negare, si hoc fieri nequit sine reuelatione indirecta sigilli Sacramentalis. Imò etsi non sit periculum aliquod reuelationis respectu aliorum; si tamen pœnitens suspicaturus sit, se priuari officio quod possidet, aut à consequendo repelli, propter peccatum in confessione manifestatum; superior non potest tunc vti scientia acquisita per confessionem, & inferiorem amouere ab officio, aut ei suffragium denegare: tum quia hæc esset tacita exprobratio peccati in confessione auditi, quæ extra confessionem illicita est, siue fiat verbis, siue factis; tum quia hoc modo confessio redderetur valdè onerosa; si quidem inferiores non auderent confiteri superioribus ea peccata, propter quæ ab officiis suis meritò possent amoueri.

Alibi in Ref. præterita & in aliis 5 eius primæ not.

7. Scio aliquos contrarium asserere, sed quidquid ipsi asserant, semper in mea sententia persistam in fauorem Sacri sigilli, & tribunalis Sacramenti pœnitentiæ. Et ita me citato nouissimè tenet Hermannus Busenbaum *in Medulla Theologia moral. libro* 6. *tractat.* 4. *capite* 3. *dubitation.* 1. *numero quarto*, & ferè omnes scriptores Societatis.

8. Sed hic pro curiosis apponam aliud dubium: Confessarius scit ex notitia habita in confessione, quod quædam mulier nobilis, quando vocat confessarios in domum suam ad confitendum, sæpiùs illos sollicitat, quæritur an ab ipsa vocatus possit se excusare propter periculum labendi in peccatum, licet nullam habeat idoneam excusationem. Et negatiuè respondet Dicastillus, *vbi suprà n.* 167. vbi asserit; Quod dictum est de periculo vitæ corporalis, scilicet nec propter illud vitandum posse aliquid fieri in detrimentum sigilli, habere etiam locum in periculo spirituali; ita vt licet ex confessione sciat sibi parari periculum spirituale, non possit propter illud vitandum aliquid tale facere, sed si aliter vitare illud nequeat, nisi aliquid operando, quod vergat in damnum sigilli, debeat sperare auxilium diuinæ gratiæ, & se diuinæ prouidentiæ committere, saluo in omnibus sigillo. Sed quia aliquando videtur esse intrinsecè malum subire tale periculum, & in illius fuga posset videri aliquid fieri contra sigillum, placet rem in subiecto casu declarare.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 8. ex lata doctrina Res. 44 § vlt.

9. Sacerdos aliquis ex confessione nouit personam aliquam sibi esse scandalum, quæ vocat illum in domum suam, quasi ad confessionem, sed reuera in malum finem, quæritur an possit postulatus negare, & nolle ire, sed se subducere, iturus alioquin, si id non sciret ex notitia confessionis? Non desunt qui putent posse nolle ire, quia obligatio vitandi proximum periculum peccati iuris naturalis est. Alij putant debere adire, quia non licet vllo signo prodere pœnitentem; proderet verò, si nullam possit non eundi idoneam excusationem prætexere, id enim supponitur. Adde quod si ob id recusaret, iam aliquid ageret, aut committeret ex tali scientia; atque adeò non se gereret in externa gubernatione, quasi nihil sciret: ergo reuerentia Sacramenti, qua tenemur illius scientia non vti ad alias humanas actiones dirigendas, postulat, vt qui absque tali notitia esset iturus, tunc etiam eat.

10. Si casus admittatur possibilis ego libenter fatebor talem confessarium ob rationem dictam, & doctrinam hucusque datam, debere adire, perinde atque adiret, si nihil sciret: & sperare posse auxilium diuinum. Nec illa notitia debet illum dirigere ad vitandum illud periculum; atque adeò non est intrinsecè

trinsecè malum in iis circumstantiis tale periculum non vitare; tum quia non est intrinsecè malum tale periculum non cognitum subire, nec est moraliter se exponere tali periculo, quando id non est notum subeunti: in eo autem casu, periculum non est notum; tum quia illa notitia est quasi non esset, in ordine ad operandum ex illa; tum quia eo ipso quod in reuerentiam & honorem Sacramenti se exponit illi periculo; potest & debet sperare speciale auxilium tam antecedenter, vt firmiori proposito se muniat, quàm postea in ipso articulo occasionis, vt constanter, & fortiter superet tentationem; quæ omnia possunt magnam securitatem aut fiduciam præbere; imò propter hæc & similia potest iam censeri illa occasio non proxima; etiamsi alioquin in aliis similibus occasionibus expertus fuisset ruinam. Hucusque Dicastillus, qui ex parte pro hac sententia adducit Cardinalem de Lugo *vbi suprà numero* 116.

RESOL. CCXV.

An Vocales nostræ Religionis possint licitè abesse à Capitulis?

Et quid de Cardinalibus?

Et quid est sentiendum de Senatoribus, Consiliariis, & Decurionibus Ciuitatis?

Et an Vocalis peccet mortaliter, si se absentet à Capitulo quando scilicet tractanda sit res magni momenti, ipse tamen sciat concludendam esse, nec posse cum suo voto adiuuare, nisi illud dicendo inquietudinem, periculum notabilis damni rixas, & notas singularitatis, & proteruia acquirere?

Et quid est dicendum, si Vocalis rem iniustam concludendam ab aliis possit cum suo voto impedire? Ex p. 3. tr. 2. Resol. 6.

Supr. hoc quamuis non plene, lege tamen pro Cardinalibus in tom. 9. tr. 7. Resol. 18. & signanter pro Senatoribus, Consiliar. is, &c. Vide infra in tract. 6. Resol. 17. & doctrinam Resol. 25. 26. & 28. Vbi inuenies quidquid in hoc casu occurrere potest, & etiam pro contento in § 1. Sed difficultas. huius Resol. & in tom. 6. tr. 7. Vide doctrinam Resol. 106. à lin. 7. & vers. Los electores. & aliarum quatuor lin. Resol. & §. eius annot.

§. 1. QVoad Senatores, Cardinales, &c. negatiuè respondet Paleotus *de Sacro Consist. part.* 5. *q.* 8. *&* 13. Garsias *de benefic. iis tom* 1. *p.* 5. *c.* 2 *n* 525. *in fine.* Ioannes de Malderiaga *de Senatu c.* 28. §. 1 Azeuedus *in addit. ad Couam Pisanam lib.* 2. *c.* 8. & Petrus de Ala *tr. de Decur. q.* 43. vbi sic asserit. Non accusantur quod multi alij conuenerint, quia quod lex ciuilis, vel municipalis certo nonnumquam numero Consiliatiorum contenta sit, non ad eum sensum detorqueri debet, vt arbitratu suo sine iusta causa possint Decuriones à consilio abstinere, præsertim quia quod legitimus numerus conuenerit bono potius euentui, quam præuisæ rationi adscribendum est, quantum enim fuit in istis Decurionibus, res communes Ciuitatis non fuissent consultatæ. Sufficit ergo maior pars illorum, qui conuenerunt ex *l. quod maior ff. ad municipal.* sed quod non omnes conuenire debeant, hoc lex non dicit, imò causam iustam requirit. Ita Ala.

2. Sed difficultas est quoad vocales nostræ Religionis, nam Peregrinus *in comment. ad nostras const p.* 3. *c.* 9. *lit. T,* §. 2 3. *n.* 6. tam negatiuam, quàm affirmatiuam sententiam probabilem putat, & pro negatiua adducit has rationes. Primo, quia vnusquisque potest renunciare fauori suo. Secundo, quia non peccat contra iustitiam, quia non enim tenetur ex officio, neque contra charitatem, quia alij ad Capitulum accedunt, & possunt supplere; ergo, &c. Partem verò affirmatiuam probat, quia dicti vocales non interueniendo Capitulis, deficiunt in suo officio, ad quod de iure tenentur, ita vt si continuatè ter absint, forsitan ait peccare mortaliter, quia per trinum actum inducitur consuetudo. Hæc Peregrinus *vbi suprà.*

3. Sed vt verum fatear, mihi affirmatiua sententia magis placet, & ideo assero vocales nostræ Religionis non posse pro suo libito abesse à Capitulo domus quod clarè probatur. Nam quando Capitulum generale vigore nostrarum constitutionum adscribit in vocalium numero personas dignissimas, non tam intendit præbere illis quamdam dignitatem, & præeminentiam quàm imponere onus, & præbere illis munus, vt cum Præpositis cuiusque domus, vbi pro tempore manserint, negotia grauia tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, ad commune bonum illius domus, & Religionis, non solùm consultiuè, sed etiam decisiuè pertractent, statuant, & determinent, vt habetur in nostris constitutionibus, & Decretis. Vnde gubernatio nostræ Religionis magis accedit ad regimen Aristocraticum, quam Monarchicum. Ex quibus apertè apparet vocales teneri ex officio ad efficiendum omnia, quæ supra dicta sunt; nam præcipuum munus eorum est Capitulis assistere. Vnde idem Peregrinus *p.* 3. *c.* 9 *lit.*.. §. 13. asserit, quod vocalatus est officium, & vnusquisque tenetur suum officium exercere; ergo, &c. Nec valet dicere, quod Armilla *ver. electio n.* 20. Gutierr. *in qq. canon. l.* 2. *c.* 11 *n* 187. & alij communiter docent, quod electores, & canonici possunt renunciare voci suæ, & iuri suo, & sic aliquando faciunt nostri vocales; ergo signum est non teneri ad præbendum votum ex officio. Nam respondeo doctrinam istam esse veram, sed non procedere ordinariè, sed in vno, vel altero actu electionis, dummodo auctoritas prouidendi maneat apud eos, qui zelo non carent, & ita docet Garzias *de benef. tom* 1. *p.* 2. *c.* 2 *n.* 513. *& seq.*

4. Restat modò respondere ad argumenta, quæ pro contraria sententia adducebat Peregrinus. Ideò ad primum dico, verum esse, quod quilibet potest renunciare fauori, & iuri suo, vt habetur *in c. ex conscientia, de sortilegiis,* & notant DD. quos affert Barbosa *in collect. tom.* 2. *lib.* 5. *tit.* 20. *c.* 9. *n.* 4. attamen hæc non procedunt, vt obseruat Sanchez *in summ. tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 39. *n.* 29. & latè Nouarius *in qq. forensib. p. art.* 1. *q.* 66. *n.* 2. *& seq.* quando illud ius, & fauor, etiam est introductum in ordinem, & fauorem aliorum vt patet *ex l. si quis in conscribendo, C. de pactis,* & ideò asserit Suarez *de legib. lib.* 8. *c.* 33. *n.* 1. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 1 *disp.* 15 *q.* 12. *n.* 3. non posse aliquem renunciare priuilegio sibi concesso, quod continet etiam ius alterius, cui per talem renunciationem præiudicatur. Sed totum hoc accidit in casu nostro, nam ius cui cederent vocales interueniendi Capitulis, vergeret in damnum Religionis, pro cuius seruitio, & gubernatione, vt probatum est, vocales effecti sunt; ergo non possunt dicto iuri, & fauori eorum cedere, quia continet ius alterius, cui per talem renunciationem præiudicatur. Vnde ex his docuit Sigismundus à Bononia *de elect. p.* 1. *c.* 2. *dub.* 25. *n.* 7. & Lauorius *in variis elucubr. tit.* 4. *c.* 14 *n.* 87. quod fratres in electione discreti vocalis possunt renunciare huic iuri, & fauori, dummodo talis renunciatio non redundet in præiudicium religionis, sed hoc accidit in casu, de quo loquimur; ergo, &c.

5. Ad secundum dico, quod, vt dictum est, hoc munus pertinet ex officio ad vocales; ad illud verò, quod alij in Capitulo assistent, patet responsio ex Petro de Ala *vbi suprà,* cui adde Garziam *de benef. to.* 1. *p.* 3. *c.* 1. *n.* 530. Dico igitur, quòd licèt onus, de quo loquimur, incubat vocalibus Capitularibus, nõ vt singulis, sed vt vniuersis, id est, vt pertinent ad vniuersitatẽ Capituli, & sunt pars illius, attamen vt parti Capituli manet vnicuique prædicta obligatio. Aliàs si quilibet in particulari non teneretur assistere Capitulis, sed posset abesse, alij etiã possent id facere, cùm non sit maior ratio de vno, quã de altero, & sic posset deficere bonum regimen Monasterij, & Religionis. Vnde Cardinalis Paleotus *de Sac. consist. p.* 5. *q.* 13. sic asserit. Vnumquemque, qui munus suscipit, debere cogitare an illi satisfaciat, non autem de aliis, qui sunt acturi; quid enim si reliqui idem facerent,

facerent, & commune bonum ab omnibus destitutum inueniretur? Non est igitur excusandus consiliarius, qui consilium non præbet, eo quod cæteri illud administrare possunt. Sic ille.

6. His tamen minimè obstantibus, non assentior Peregrino, licet cum formidine loquatur, asserenti, quod vocales nostri, si per tres vices absint continuatè à Capitulo, forsitan peccent mortaliter, quia, ait ille, consuetudo introducitur per trinum actum. Sed hæc ratio mihi non placet, & illam refellunt Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 2. diffic.* 38. *n.* 3. Suarez *de leg. lib.* 7. *cap.* 10. *n.* 3. & alij communiter, ideo per quot vices peccent mortaliter vocales se ipsos à Capitulo sine causa absentando, arbitrio boni viri remittendum esse puto.

Sup. hoc infra in tr. 6. lege doctrinã Ref. 18. & si placet etiam 19.

7. Quæres, an vocalis si se absentet à Capitulo, quando, licèt tractanda sit res magni momenti, ipse tamen certissimè scit concludendam esse, nec posse cum suo voto aliquid iuuare, nisi illud dicendo inquietudinem, periculum notabilis damni, rixas, & notam singularitatis, & proteruiæ acquirere; an inquam in tali casu se absentando peccet mortaliter. Respondeo negatiuè, per ea, quæ adducit Petrus de Ledesma *in summ. tom. 2. tract. 7. cap. 2. concl.* 14. Garzias *de beneficiis, tom.* 1. *p.* 3. *cap.* 2. *n.* 137. Ioan. Valerus *in diff. utr. fori, ver. suffragium, diff.* 2. *in fine*, Et ratio est, quia durum esset obligare aliquem ad assistendum Capitulo cum tanto incommodo, quando, vt suppositum est, nihil votum suum potest efficere; licèt contrariam sententiam possit quis sustinere per ea, quæ adducit Paleottus *de Sacro consist. part.* 2. *q.* 6. *& seq.* cum nostro Molfesio *in summ. tom.* 1. *tract.* 6 *cap.* 7. *n.* 93. quia ratione officij tenentur singuli de Capitulo aperire veritatem, & procurare, quod ab aliis percipiatur, etiamsi contradictio nihil profutura esset, & damnum, quod timetur, est contingens, & potest non euenire, & si eueniet, potius illud debent sustinere, & ex parte sua procurare, vt euitetur peccatum. Sed prima sententia tutò potest amplecti. Verum dicendum est omninò, quod si vocalis rem iniustam concludendam ab aliis possit cum suo voto impedire, tunc enim si se absentaret à Capitulo propter humanos timores, & respectus, mortale peccatum committeret, & ita docet Armilla *ver. consensus n.* 3. Tabiena *ver. electio, n.* 3. Castellinus *in tract. de elect. in append. ad cap.* 5. *n.* 11. & alij DD. communiter. Vide etiam Riccium *part.* 3. *dec.* 276 *n.* 5. Rebellium *p.* 1. *l.* 5. *q.* 7. *n.* 9. *&* 10. Graffium *dec. p.* 1. *l.* 2. *c.* 127. *n.* 18. & Syluest. *ver. consensus q.* 3. *in fine.*

RESOL. CCXVI.

An sint habendi tractatus ante electionem? Ex p. 2. tr. 16. & Misc. 2. Ref. 35 alias 37.

Sup. hoc infra ex lata doctrina Resol. 218. §. vlt. ad medium, à vers. quamuis enim, Et quãdo casus occurrit ne deferas videre quæ in prædicto casu occurrere possũt in tom. 6. tr. 1. in Ref. 137. 138. & 139 & in aliis earum annotationũ.

§. 1. Ambitio, tanquam pestis electionum, fuit ita sacris Canonibus exosa, vt per *c. cùm post petitam, de elect.* cassanda & annullanda sit electio illius, qui requisitus antequam esset electus, consentit electioni de se faciendæ, & ita notauit Miranda *in manuali præ. p.* 2. *q.* 23. *art.* 30. *con. l.* 1. & Pet. de Gregor. *tr. de elect. c* 9 *n.* 6. vnde *in c. per inquisitionem, eod. tit. de elect.* statuitur per multas causas electionem Episcopi Tholosani esse indignam, & præcipuè, quia ipse & eius amici ante suam electionem habuerant colloquium cum quibusdam Canonicis, eósque sollicitauerant precibus, vt ipsum eligerent in Episcopum; vbi Abbas noster Panormitanus *n.* 5. infert, quòd sollicitans electores pro sua electione, facit se indignum, quia probatur ambitiosus. Et hoc non solùm quando sollicitat per se, sed etiam per alios, vt patet ex textu, *vbi suprà.*

2. His ita suppositis, iuris communis vestigia sequendo, sanctè determinatur in aliquibus Religionibus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, vt ante electionem nullus tractatus de illa habeatur. In quibus verbis non prohibentur tractatus consultorij, sed tractatus ambitiosi, pactionales, conditionales &c. vt rectè notauit Pet. Basilius *in direct. elect. p.* 3. *c.* 3. Guilielmus Mandagotus *in Miscellan. c. de elect. n.* 12. & ante illos Abbas *in c. bona memoria el.* 2. *n.* 12. *de el.* cum aliis.

3. Igitur permissus est ante electionem tractatus consultorius, & ita *in cap. si transitus, dist.* 79. probatur quòd viuente Papa habeatur tractatus consultorius de substitutione Summi Pontificis. Ex quo asserit Cucchus *in inst. can. l.* 4. *tit.* 1. *n.* 185. quòd potestas consulendi, ac de personæ alicuius qualitate sermonem inter se habendi, vt sciant an dignus quis sit qui te postulante eligi possit, non est adempta Collegio, viuente adhuc Prælato. Et Pet. Gregor. *in p. iur. can. l.* 1. *tit.* 29. *c.* 5. obseruat quòd glos. *c. in nomine Domini, ver. tractantes dist.* 25. vult quòd postquam in vnum locum conuenerint electores, habeant tractatum antequam eligant, nominando vtrimque plures per modum consultationis, qui videantur digni electione, & fiat collatio nominatorum personæ ad personam & meritorum. Sed quia hodie electiones vt plurimum efficiuntur per secreta suffragia non præmittitur talis tractatus electioni, qui antea erat ita necessarius, vt aliter non valeret electio, vt patet *in cap. Genesi, de elect.*

4. Patet igitur ex dictis, posse Regularem huiusmodi Religionum, vbi adest talis prohibitio cum electoribus, vel aliis per modum consultationis tractatum habere de aliquo eligendo, vt sciat, an talis sit dignus, vel si sciat, vt alios informet & persuadeat, vt illum eligant, dummodo hoc non efficiatur ex consensu, seu opera ipsius eligendi, sed sponte ab electoribus, propter illius merita. Nam si talis tractatus efficeretur per seipsum, vel per alios, esset tractatus ambitiosus, vt *suprà in cap. per inquisitionem, de elect.* & ideo prohibitus, vt pactionalis, conuentionalis, conditionalis, &c. Et ita determinauit Molfesius, heu quondam noster, *in summa tom.* 1. *tr.* 6. *c.* 16. *n.* 47. vbi sic asserit. Ambitiosus per canones repellitur, tanquam indignus ab electione. Quod est valde notandum contra eos, qui etiam procurare solent, vt eligantur ab aliis, nam nullæ sunt postea electiones; vt præcipuè sancitur per nostras constitutiones, quibus etiam huiusmodi tractatus præcedentes prohibentur, ad euitandam omnem suspicionem ambitionis. Ita ille, & ego.

RESOL. CCXVII.

An in electionibus, si vota ferantur sub conditione, vel personis incapacibus habenda sint pro nullis, ita vt, quia maiori parte aliorum votorum fuerit electus, rectè sit electus?

Quod idem dicendum est in scrutinio per schedulas celebrato, si reperiatur aliqua schedula alba, tunc enim ea reiecta, ac si non esset, cætera vota numerantur. Ex p. 8. tr. 7. & Misc. Ref. 77.

§. 1. Affirmatiuè respondeo ex *cap. in electionibus, de elect. in 6. & ibi* glossa, & ideo Miranda *in Manual. Præl.* sic asserit. Si vota & suffragia in electionibus ferantur conditionata & sub conditione aliqua incerta atque ambigua, aut sub disiunctione, nihil prorsus valent, debéntque haberi pro non adiectis. Hæc conclusio est etiam supradicti Sylu. *loco supra citato*, & probat eam per *c in electionibus extrà eod. tit. l.* 6. ita quòd si quis sua schedula suffragio, siue voto, dixerit: Consentio in Petrum, siue in Paulum, aut in Petrum, si Paulum habere non potero: aut consentio in eum, in quem Ioannes, vel maior pars, siue Præses Capituli

pituli consenserit, huiusmodi suffragium nihil prorsus valet immo est omnino irritum & inane, & non modò cæterorum suffragiorum vim non impediret, quin verò accrescerent voces illorum, qui purè, simpliciter, absolutè, & determinatè consenserunt, iuxta determinationem Innocen ij IV. positam *in c. in elect. omnibus* quod est secundum in ordine, *eod. tit. l. 6.* Vnde si suffragia electorum omnium, essent tantùm 12. & ipsorum quatuor sua suffragia ferrent indeterminatè, seu cum aliqua ex conditionibus supradictis deberent pro non abiectis & totum ius electionis remanebit in reliquis octo, ita quòd illud quod ipsorum maior pars statuerit, erit firmum, & validum, ac si quatuor supradicti in Collegio, seu ex Collegio nullatenus esset, quod est valdè notandum, ac memoriæ commendandum. Ita Miranda; cui adde Castellinum *tract. de elect. c. fin. n. 4.*

2. Sed non grauabor etiam hîc apponere verba Iulij Lauorij *in suis variis elucubrationibus tit. 4. c. 19. n. 64.* vbi ita ait. Aduertendum autem, quòd si quis per votum conditionatum, vel incertum suffragaretur, votum pro non dato habetur, nec in aliorum numero computatur, ac si neminem nominasset, vel ab extraneo datum esset; sed electio consurgit ex aliis votis, si aliquis maiorem illorum partem obtinuerit. Ita etiam esset, si ex alio capite vota essent inutilia, vt si nominarentur personæ à passiua voce omnino exceptæ, vt explicat Fr. Sigism. *dub. 29.* quod idem dicitur, si in scrutinio per schedulas celebrato reperiatur aliqua schedula alba, tunc enim ea reiecta, ac si non esset, cætera vota numerantur. Hucusque Lauorius, & ante illum Sigismundus à Bononia *tr. de elect. dub. 19.* Hinc apparet me rectè olim respondisse huic petitioni. In electione cuiusdam Abbatissæ aderant 17. Moniales, septem ex illis elegerunt Catharinam incapacem, & ne illam eligerent, fuit ab Episcopo protestatum, ex reliquis decem, sex elegerunt Ioannam, aliæ alias. Consultus de hoc casu respondi Ioannam esse ritè electam, cùm habuerit maiorem partem votorum, nam Moniales, quæ Catharinam elegerunt, non computantur ampliùs inter vota eligentium. Ergo, &c.

RESOL. CCXVIII.

An Regulares teneantur eligere in Superiores digniores? Et quid quoad Abbates perpetuos, & Generales? Et an si ad solum Generalem pertineat eligere Superiores, obligetur ad eligendum digniores, vel neque dignos? Ex p. 11. tr. 4. & Misc. 4. Ref. 37.

Doc. in Ref. quæ hic est superius 4. §. 1. ad medium, à vers. an Religiosi. & in tom. 9 tr. 7. ex Ref. 9. lege doctrinam §. 1. & 2.

§. 1. AFfirmatiuè olim docui, sed nouissimè nominatim contra me, & contra communem tenet Thomas Hurtadus *var. tom. 2. tract. 12. cap. 1. numer. 1562.* ex Caietano *in summa verb. electio officialis*, vbi sic ait; Si in electionibus spectetur ad spirituale tantum officium ad quod eligitur, cùm eligatur ad onus, cessat ratio iniuriæ respectu dignioris, & sufficeret eligere dignum; sicut in cæteris onerosis officiis credimus sufficienter prouidisse, si eligimus dignum.

2. Limitat hanc sententiam Hurtadus quoad Abbates perpetuos, & Generales, in cæteris verò Superioribus putat non adesse obligationem eligendi digniores; non enim circa hos adest personarum acceptio; quia officia ista non dantur Religioso electo tanquam parti Communitatis; iustitia enim distributiua, cui opponitur acceptio personarum, est quando Communitas respicit membra tanquam partes, quibus distribuit bona communia secundùm proportionem cuiuscumque, hæc enim officia Regularia non sunt nec secundariò instituta, tanquam præmia meritorum, cùm potius sint onera grauissima instituta ad Regimen regulare, & vt Religio habeat bonos Prælatos, qui subditos contineant in obseruantia, & charitate. Vnde Caietanus *vbi supra* dicit egregiè, quod Prælatus minus idoneus, gratus tamen omnibus, melior est illis Prælato magis idoneo, & minus illis accepto; Quoniam ibi charitas coalescit, hîc periculum operandi ex metu. Et sic ista non debentur beneficia tanquam præmia dignioribus; si enim essent præmia instituta, allicerent ad sui desiderium, quod in Religiosis, qui perfectionem profitentur, est ambitionis fomentum, & sic ab institutore Religionum, nec secundariò intentum, atque ita non est personarum acceptio dare ea dignis, omissis dignioribus; multas alias rationes adducit Hurtadus pro sua firmanda sententia, quas penes ipsum videbis.

3. Sed ego contra Hurtadum non recedo à sententia, quam sæpius docui, & nunc iterum doceo; est enim communis; vt dixi, & illam præter alios Doctores alibi à me adductos, nouissimè tuetur eruditus P. Andreas Gerunda *de Episcopo tom. 2. libr. 6. disp. 13. cap. 7. numer. 10.* vbi sic ait. Dico septimò, Religiosos propriis obligari constitutionibus in omnibus ordinibus ad meliorem in Prælatum eligendum, quæ quidem constitutiones Religionum videntur pactum exponere inter electores, quicumque illi sint, & ipsammet Religionem, qua data est eis facultas eligendi non alium in Superiorem quam præstantiorem, quod videtur ipsi iuri naturali quàm maximè consentaneum; est enim res maximi momenti, cùm Regularis Superior eligatur ad Prælaturam, quæ curam habet animarum; Hinc quàm plures Religiosi ordines iuramento suos constringunt, quo se præstantiores in Superiores eligere obligantur; Immò omnes Regulares illud præstare præcipit Clemens VIII. in decretis pro reformatione Regularium datis 25. Iunij 1599. per hæc *numer. 36.* iurentque electores secundum veritatem cuiusque conscientiæ probiores, ac magis idoneos se electuros, ac propterea priusquam ad electionem deueniatur, in primis, & ante omnia prælegantur constitutiones de qualitate, & requisitis eligendorum, & per Vrbanum VIII. anno 1624. 6. mensis Octobris, hæc eadem confirmata, & publicata fuere: sic etiam Patres Societatis Iesu in Congregatione Generali ad electionem Generalis Præpositi hanc egregiam suffragij ferendi habent formam, relatam in decretis primæ Congregationis eiusdem Societatis *decreto 16.* tacto enim pectore in hunc modum iurant.

Alibi in Ref. not. præteritæ signanter in prima, & in secunda, lege aliam Ref. eius tertiæ annot pro Beneficiariis dignioribus eligendis.

Testem inuoco Iesum Christum, qui sapientia est æterna, quòd eum eligo & nomino in Præpositum Generalem Societatis Iesu, quem sentio ad hoc onus ferendum aptissimum.

4. Hinc falsam arbitror Caietani sententiam *in summa, verbo electio in Prælatum*, qui quamuis absolutè sub initio docuisset in pastorem Ecclesiasticum eligendum esse meliorem, deinde ad medium huius tituli ait: In electionibus si spectaretur tantum officium ad quod eligitur, cùm sit solutus oneris, rationem cessare iniuriæ, respectu dignioris, ac sufficere eligere dignum. Et quod caput est de Episcopis hoc idem dicere non veretur. Verùm falsam hanc esse sententiam meritò dixerim, ob rationum momenta *loco supra citato* indicata. Quamobrem absolutè sentiendum est, meliorem esse eligendum in Prælatum Regularem; Imò nomine potiori, cùm vitæ perfectionem sectentur Religiosi tum Electores, tum subditi, atque iuxta finem proprij, ac præstantissimi instituti, digniores profectò Prælati deside-

desiderantur. ad quorum electiones, vtpotè arctiori vinculo deuincti, strictius etiam tenentur. Neque formalitates Caietani in huiusmodi materia innixæ rebus ipsis physicè, vel moraliter consideratis alicuius sunt momenti; Et licet essent, & non fieret contra iustitiam distributiuam, omissione dignioris: at fieret sanè in Religiosam Rempublicam, & contra commutatiuam, & contrarium asserere, tum est absque fundamento, tum contra communem.

Sup. hoc superius in Ref. 4. & 5.

Hucvsque Gerunda, qui etiam subdit, si ad solum Generalem Religionis pertineat eligere superiores, obligari ad eligendum digniores, vel æquè dignos post sufficientem, atque exactam diligentiam circa cognitionem personarum.

5. Vide etiam Giragum *de regimine Ecclesiæ part. 1. dub. 5.* per totum, qui posteà in sequentibus dubiis, meritò inuehitur in Religiosos, qui in Capitulis generalibus Religionum capita factionum nuncupantur; contra quos etiam exardescit Laurentius Peyrinus *de Prælato q. 2. cap. 1. §. 3. n. 19.* & Thomas Hurtadus *vbi supra n. 1641.* vbi ita asserit, Quàm malè faciant quidam qui potentes sunt in capitulis, & capita factionum, & gremiorum nuncupantur, qui ante electionem, & ingressu capituli faciunt tractatus non solùm consultorios, sed actionales, vt hi vel illi eligantur, & non alij diuersæ factionis, quamuis enim liciti sint tractatus, (etiam viuente Prælato, vt constat ex *cap. si transitus 29. dist.*) per modum consultationis, vt agnoscatur dignus qui eligendus sit, vt tenet Molfesius *vbi supra cap. 16. num. 47.* tamen tractatus pactionales, vt de meo grege tot eligantur, & de tuo tot, prorsus illiciti sunt, & ex illis omnis pestis regiminis regularis oritur, & fouetur ambitio, quæ venenum est in Religione. Vbi enim huiusmodi partialitates existunt, nec præmiatur virtus, nec punitur vitium, sed virtutes gremij oppositi vitia iudicantur, & vitia gremialium suorum virtutes reputantur. Ita ille. Deploranda est igitur miseria istarum Religionum, si quæ reperiuntur, in quibus talia perpetrantur.

Sup. his tractatibus magis late supra in Ref. 216.

RESOL. CCXIX.

An Regulares pecuniam relictam cum onere perpetuo celebrandi Missam possint implicare super bona Monasterij exempta à simili onere?

Et an ex prædicta pecunia possit extingui census Monasterij, vel emere alicuius censum, aut alterius annui redditus, aut reædificare Ecclesiam, vel Monasterium? Ex p. 9 tr. 6. & Misc. 1. Ref. 25. aliàs 26.

Sup. contento in hac Ref. vsque ad not. seq. in tom. 2. tr. 1. Ref. 15. per totum. & ex Ref. 21. §. vlt.

§. 1. HAnc quæstionem pertractat Pasqualigus *in qq. Can. Cent. 2. q. 171.* vbi quærit, an Regulares possint fundare censum ex pecunia eis relicta pro Missa perpetua, supra Monasterio, aut horto inseruiente pro Monasterio. Et negatiuam sententiam tenet, nullum tamen Doctorem adducens.

2. Dico itaque, affirmatiuã sententiam docere Peyrinum *in Formul. litera A, cap. 11. num. 2.* cuius sententiam asserit aliquos Regulares practicasse; sed malè: nam ipsum Peyrinum meritò impugnat Bordon. *in consf. Regul. tom. 1. Resol. 25. n. 34.* & ad omnes rationes in contrarium respondet, negatiuam sententiam docens, firmando, quod in nostro casu emenda sit noua proprietas, quæ actu fructificet per accretionem prouentuum Monasterij. Probatur, tum ex natura implicationis, quæ importat acquisitionem nouorum fructuum ex re frugifera ab alio empta, quæ aliàs propria non erat emptoris, aut saltem fit propria ratione fructuum: vt si domus locanda reædificetur iam combusta: siquidem implicatio accrescit nouos fructus implicanti, quos anteà non percipiebat; aliter implicatio produceret contrarium effectum, nimirum, onus sine commodo, & vtili, si non adiungeret prouentus implicanti tum ex Decreto Sacræ Congregationis de celebratione Missarum, vbi decernitur, vt pecunia, ac bona mobilia, in futurum simpliciter acquirenda cum onere perpetuo Missarum celebrandarum, ab iis, ad quos pertinet, sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ, ipso facto incurrenda, à die realis acquisitionis statim deponi debeant penes ædem sacram, vel personam fide, & facultatibus idoneam, ad effectum illa, seu illorum pretium quamprimùm inuestiendi in bonis immobilibus fructiferis, cum expressa, & indiuidua mentione oneris, quod illi annexum reperitur. Pecunia ergo inuestienda est in bonis immobilibus frugiferis, quod fieri non potest, nisi ex implicatione acquiratur ius lucrandi nouos fructus, qui non acquiruntur in dictis casibus, neque etiam restauratione, seu refectione domus collapsæ, vel combustæ, aut ædificatione Ecclesiæ, vel Monasterij, cùm huiusmodi ædificia non locentur extraneis, qui annuos redditus præbeant. Et ideò hanc sententiam, præter Pasqualigũ, & Bordonũ, tenet etiam doctus Magister Lezz. *in Summ. qq. Reg. to. 4. verb. Missa n. 17.* qui testatur, ita fuisse decisũ inter Canonicos Basilicæ S. Petri, cõsulente viro quodã doctissimo, quem ipsi ad dubij decisionem vocauerãt.

3. Nota etiam hîc cum Bordono, contra Peyrinum *locis citatis*, non posse in casu nostro ex illa pecunia extingui annuum censum Monasterij: quia extinctio census non est implicatio, seu inuestitio pecuniæ, sed æris alieni solutio. Si tamen talis census impositus esset super aliquod bonum stabile fructiferum Monasterij, tunc extinctio illius esset quædam virtualis inuestitio talis pecuniæ in bono stabili fructifero nouos fructus fructificante, cùm per illam accrescerent Monasterio illi fructus, qui in solutione redditũum census expendebantur, & per consequens saluaretur intentio S. Congregationis. Quo sensu, & non alio accipiendus est Peyrinus relatus, & Marcha *in decisionibus voto 243 n. 3 & 5.* qué ibi refert & Marchinus *de Sacram. Ordin. tr. 3. c. 15. dub. 4.* circa Decreta Sacræ Congregationis relata. Quamuis autem ipse Marchinus *ibid. dub. 3.* dicat, talem pecuniam inuestiendã pro onere Missarũ non posse collocari in emptione alicuius cẽsus, alteriúsve annui redditus, eò quòd census propriè non est bonum stabile, & facile pereat: nihilominùs oppositũ existimo verius, & conforme praxi Ecclesiæ, quæ census bona stabilia, & fructifera censet: esto, non multùm secura propter humanas varietates: quod solùm probat, non debere fieri huiusmodi inuestiturã in emendo censu, nisi in casu, quo alia bona fructifera securiora emi nõ possint, aut ille cẽsus, moraliter loquẽdo, sit securus. Et hæc omnia docet etiam Lezana *loco citato*, quæ notãda sunt: nam casus quotidie accidit.

Sup. hac seq. doctrina infra ex Ref. 221. lege §. vlt. à lin. 3.

RESOL. CCXX.

An Regulares, quando adire non possunt Summum Pontificem, vel Sacram Congregationem debeant pignorare vasa, lampades, candelabra argentea cum licentia Episcopi?

Sed circa hoc aliqua alia valde notanda, & manu tenenda pro casu occurrenti explanantur. Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 6.

§. 1. INter Regulares potest frequenter hic casus accidere. Et suppono ex Castro Palao *tom. 2. tr. 12. disp. vn. pun. 15. §. 1. n. 2.* Hieronymo Rodriq. *in Compen. qq. Regular. resol. 7. num. 23.* Barbosa *de potestate Episcopi part. 3. allegat. 95. num. 38.* Bonacina *de alienat. disput. 2. quæst. vn. pun. 3. num. 30.* Lessio *lib. 2. cap. 24. dub. 11. num. 62.* & aliis, non solùm res immobiles Ecclesiæ non posse alienari, vel pignorari absque licentia Pontificis; sed neque etiam mobiles, si sint pretiosæ,

pretiosæ, & seruando seruari possint, vt sunt vasa aurea, argentea, gemmæ, casulæ pretiosæ, tapetes, item quæcumque triennio non corrumpuntur, & simul fructificant, vt ouium grex, &c. Nam prohibita alienatione à iure, etiam prohibita est pignoratio, ex *l. fin. C. de reb. alien. non alien.* Sed quid faciendum in casu, quando Pontifex adiri non potest? docet Peregrinus in nouo compendio nostrorum priuilegiorum *ver. Alienatio dub. 9.* vbi sic asserit. Nona dubitatio est, quid si immineat summa necessitas alienandi, quæ Superiorem adiri non patiatur; vt pro redemptione captiuorum, alimonia pauperum, vel nostrorum; vtrùm possint Superiores nostri absque licentia alienare mobilia pretiosa, vel immobilia; Respondeo quòd alienare possunt mobilia pretiosa in supradictis, & similibus casibus, sed cum consensu Episcopi loci, si haberi commodè potest. Hæc ille.

2. Sed hæc opinio Peregrini summoperè mihi displicet, nam subiicit Regulares Episcopis in casu, in quo minimè subiecti sunt. Etenim in tali casu omnes Doctores asserunt alienationem esse licitam sine consensu Pontificis, nec vllam faciunt mentionem de licentia obtinenda ab Episcopo, sed posse Regulares pignorari supradicta bona absque alia solemnitate, absolutè docent. Et ita pro hac sententia multos adducit Quaranta *in summa Bullarum ver. Alienatio rerum Ecclesiæ num. 42. limitat. 7.* quibus ego addo Filliucium *tom. 3. tract. 44. cap. 5. num. 11.* & in terminis, vt dici solet, terminantibus Peyrinum *in suo Formulario lit. A. cap. 11. n. 3.* vbi sic ait. Vlteriùs quæro, an Regulares indigentes victu, nec reperientes, qui creditò illis tribuat, nec possint expectare consensum Romani Pontificis, possint absque dicto consensu & absque incursu censurarum res pretiosas in pignus tradere, seu pecunias ad cambium sumere, si aliter non reperiant. Et dato quòd tradito pignore non reperiant, an possint dictas res pretiosas vendere, imò & immobilia? Respondeo affirmatiuè, tum quia lex non ligat, quando de facto seruari non potest. *l. 1. §. dies. ff. quando appelland. sit cap. erit autem, dist. 4.* Tum, quia lex seruanda non est, quando iniquè fieret, si seruaretur, vt probat D. Thom. *2. 2. quæst. 120. art. 1.* Tum, quia in qualibet prohibitione censetur excepta causa occurrens, quæ suaderet oppositum, *cap. de cætero, & cap. quamuis, de sent. excom. cap. excellentissimus 11. quæst. 3.* Tum, quia quæ ob fauorem sunt introducta, non debent in odium retorqueri. *l. nulla iuris ratio. ff. de lege reg. quod ob gratiam, de reg. iur. in 6.* Tum, quia impossibilium nulla est obligatio. *l. impossibilium, ff. de reg. iur.* Et ita anno Domini 1627. Panormi ex consilio nostri Patris Trimarchi seruatum fuit in Conuentu nostro S. Oliuæ. Fratres enim in pignus tradiderunt lampades argenteas. Ita Peyrinus *vbi suprà.* vnde non est audiendus Peregrinus.

3. Sed circa præsentem quæstionem refellendus est etiam Megalius *in Prompt. ver. Alienatio num. 15.* vbi sic ait. Existimo in nostra Religione, in qua ex eleemosynis spontè oblatis viuimus, & quas non semper pro opportunitate habemus, non peccare nostros pignori dando res pretiosas cum consensu Præpositi, & Vocalium, vt occurrant vrgentibus necessitatibus, nam cùm in nostra Religione solus cousensus Præpositi & Vocalium ac Reuerentissimi Patris Generalis pro qualibet alienatione sufficiat, vt dictum est *suprà*, & apud nos sæpiùs occurrat, res pretiosas pignori tradere. Præposito Generali, & vniuersa Religione hoc sciente, & non contradicente, videtur ab eodem Patre Generali, & vniuersa Religione vniuersaliter concessum, vt possint nostri hoc facere cum consensu Præpositi & Vocalium. Hæc omnia Megalius. Quæ quidem mihi approbanda minimè videntur; nam si nostri Superiores locales possunt præuidere necessitatem oppignorandi, si tempus adest non video qua ratione non teneantur sumere licentiam à Patre Generali, cùm ius clamet, alienationes, & per consequens pignorationes non esse faciendas à Regularibus inconsulto summo Pontifice; pro quo ex priuilegio succedit in nostra Religione Pater Generalis. Neque adesse licentiam illam generalem pignorandi in nostra Religione existimo, quia verisimiliter non potest præsumi Generales voluisse hanc potestatem à se ipsis abdicare, & Præpositis ac Capitulis domorum præbere. Imò ego puto neque posse: nam, vt patet, Bullæ Pontificiæ, & Decreta sacræ Congregationis penitus hanc auctoritatem ex iustis rationibus à Capitulis & Superioribus inferioribus domorum tollere voluerunt, & de facto abstulerunt. Ergo quo pacto Generales possunt hanc potestatem contra mentem Pontificum eis tribuere? Nec ipsi iustum motiuum ad faciendum hoc habuissent. Nam si necessitas adesset, & Superiores locales pro licentia ab ipsis obtinenda tempus non haberent; iam tunc, vt dictum est, pignoratio Generali inconsulto esset licita; si autem tempus concederet, vt pro licentia ad Generalem scribatur, sicuti Bullæ Pontificiæ decernunt, quænam ratio vult, vt Generali inconsulto contra mentem Pontificum talis alienatio efficiatur? Adde quòd dicta licentia Generalis, quam supponit adesse Megala, non sufficeret, debent enim Generales hanc licentiam Capitulis & Præpositis Domorum præbere singulis vicibus causa cognita, id est, ex informationibus ad ipsos pro hoc effectu à Præpositis domorum missis, cognoscere an pro alienatione adsit iusta causa, nempe euidens vtilitas, & vt esset in casu, de quo loquimur, necessitas, cui aliter succurri minimè possit. Et ita docet Marcellus Vulpius *in praxi c. 6. num. 17. & sequent* Confertius *in priuileg. Mendican. tit. 9. cap. 2.* & alij, ac etiam patet ex praxi omnium Religionum. Vnde in nostra passim video, quando talis casus occurrit, nostros Superiores locales, si tempus adest, informare Patrem Generalem de necessitate, & licentiam pignorandi obtinere, & si aliquando id non faciunt, procedit ex necessitate vrgenti, quia tempus non præbet, vt ad Generalem pro licentia, & consensu recurratur; in quo casu, vt dictum est, possunt Regulares supradicta bona pignorare. Ergo dicendum est contra Megalam nostros Superiores locales non posse pignorare vasa argentea inconsulto Generali, cum pro licentia ad illum recurrere possunt.

4. Sed ex his oritur magna difficultas, de qua ego olim fui Romæ interrogatus ab admodum R. P. D. Philippo Maria Guadagni, nunc secunda vice Generali nostro meritissimo, huiúsque literaturæ consultissimo. Nam videtur Superiores locales nunc etiam consulto Generali non posse alienare, atque ideo oppignorare bona mobilia, quæ seruando seruari possunt inconsulta sacra Congregatione, vt patet ex sequenti Decreto. Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum censuit, Religionem Clericorum Regularium Theatinorum, quamdiu institutum propositum retineat quoad bona immobilia non comprehendi in prohibitione nuper edita de rebus Regularium non alienandis. *Cosmas Cardinalis de Torres. Prosper Fagnanus S. Congreg. Secretar.* Ex qua declaratione, vt patet, conceditur nobis licentia inconsulta sacra Congregatione alienandi bona immobilia, non autem mobilia ergo, &c. Et ita hanc sententiam tenet Peregrinus *in Compen. priuil. ver. alienatio, in principio sui scholij.* Pro qua firmanda rationem non adducit, & hæc esset; quia cùm sit prohibitum alienare bona immobilia, & mobilia, quæ seruando seruari possunt, dum sacra Congregatio concedit alienari posse immobilia, sequitur alienari

non posse mobilia; nam inclusio vnius, est exclusio alterius, ex *l. cum Prætor, ff. de iudic. l. cum maritus, C. de procurat. l. quamuis C. de pignor.* & tradit Menoch. *consil.* 106 *num.* 314. *& sequen. & consil.* 1148. *num.* 13. *& sequen.* Surdus *decis.* 145 *num.* 12. *& consil.* 25. *num.* 3. cum aliis penes ipsos.

5. Sed his non obstantibus posset aliquis dicere, quòd in dicta declaratione sacræ Congregationis etiam data sit licentia alienandi bona mobilia, quia, vt optimè obseruat Castrus Palaus *tom.* 2. *tr.* 12. *disp. vn. pun.* 15. *num.* 13. tota ratio prohibitionis alienandi res mobiles, quæ seruando seruari possunt, est, quia inter bona immobilia computantur. Ergo concessa licentia alienandi bona immobilia, consequenter conceditur licentia alienandi bona mobilia; nam vt dictum est, bona mobilia, quæ seruando seruari possunt, bona immobilia reputantur. Et ita hanc sententiam, non adducens tamen hanc rationem, docet in terminis Ioannes Antonius Nouarius *in summa Bullarum de alienatione rerum Regularium prohibita, numer.* 19. vbi postquam supradictam declarationem sacræ Congregationis attulisset, ex illa sic infert. Vnde alienatio bonorum in Religione Theatinorum siue omninò, siue per constitutionem census redimibilis, siue per concessionem in emphyteusim potest à Præpositis cum consensu duarum partium Vocalium illius domus, cuius bona sunt alienanda, siue sint mobilia etiam pretiosa, siue sint immobilia cuiuscumque qualitatis & valoris. & in quocumque loco existentia, obtenta tantùm facultate Præpositi Generalis, non autem Summi Pontificis, aut sacræ Congregationis. Ita Nouarius. In quibus verbis, vt vides, non obstante quòd in dicta declaratione solùm efficiatur mentio de bonis immobilibus; hic author tamen ait idem dicendum esse de mobilibus, quæ, vt dictum est, si seruando seruari possunt, inter immobilia numerantur; & ideo in licentia illa alienandi includuntur etiam ista.

6. Restat modò respondere ad argumentum pro contraria sententia adductum. Dico igitur veram esse regulam, quòd inclusio vnius, est exclusio alterius; sed limitatur quando eadem ratio militat in excluso, quæ in incluso, vt tradit Thomas de Thomasertis *in flor bus legum reg.* 148. Menochius *consil.* 197. *numer.* 83. *ver. Non obstat primò*, & neoterici Barbosa, Simeon, & Augustinus, ille *in locis communibus lit. I, numer.* 17. hic *in axiomatibus iuris, axiom.* 120. *numer.* 12. Sed in nostro casu, vt clarè patet, eadem ratio militat in bonis immobilibus, ac in bonis mobilibus: ergo inclusionem bonorum immobilium in Decreto sacræ Congregationis factam dicendum est non excludere bona mobilia. Sed omnia supradicta disputationis causa dicta esse volo, nam resolutionem huius difficultatis ad oraculum Purpuratorum Patrum remitto.

RESOL. CCXXI.

Ad quam summam debet ascendere res vt pretiosa dicatur, ad effectum, vt Prælatus illam non possit alienare?

Et an Reliquia Sanctorum non possint alienari ita vt comprehendantur sub bonis mobilibus pretiosis prohibitis, sine debita solemnitate?

Et an possit fieri permutatio ab vna Ecclesia ad alteram absque solemnitate?

Et alij duo casus circa hoc in §. 4. & 5. huius Resolutionis explanantur.

Et tandem notatur non posse Regulares, inconsulta Sacra Congregatione accipere pecunias ad Cambium, vel mutuo cum solutione lucri cessantis, vel damni emergentis. Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Res. 223.

§. 1. AD hoc dubium ita respondet Castrus Palaus *tom.* 2. *d. vnic. punct.* 15. §. 1. *n.* 2. Quòd si inquiras cuius valoris debet esse res, vt pretiosa dicatur? Respondeo, mihi videri centum aureos attingere debere, hinc fit illas res mobiles alienabiles esse quæ, valorem centum aureorum non attingunt. Ita ille, quod esset valdè notandum, nisi determinasset sacra Congregatio, teste Homobono *in consult. cas. consc. vol.* 2. *p.* 6. *respons.* 98. & Peregrino *in compendio nouissimo nostrorum priuilegiorum ver. Alienatio bonorum, in schol.* 0, mobile pretiosum illud censeri, quod excedit valorem 25. aureorum. Sup. hoc pro tertulis & te. bus exigui valoris in to. 8. tr. 3. ex Res. 7. lege doctri. nam §. vlt. & eam à principio.

2 Notandum est tamen hîc obiter, primò opinionem asserentem, Reliquias Sanctorum non comprehendi sub bonis mobilibus pretiosis, prohibitis sine debita solemnitate alienari, probabilem esse, vt aduertit Peregrinus *loco citato dub.* 4. & Bonacina *tr. de alienatione, disp.* 2. *q. vnic. punct.* 2. *num.* 31. quia *in Extrauag. Ambitiosæ* sermo solus est de alienandis bonis temporalibus pretio æstimabilibus: sed Reliquiæ non sunt pretio æstimabiles; ergo illarum alienatio non prohibetur ex hoc capite. Sed affirmatiuam sententiam tenet ipse Bonacina, Peregrinus, Castrus Palaus *numer.* 8. & alij. Sup. hoc in tom. 5. tr. 1. Resol. 78. à lin. 6.

3. Nota secundò, posse fieri permutationem ab vna Ecclesia ad alteram absque solemnitate. Ita Triuisanus *p.* 2. *decis.* 16. & alij, contra Bonacinam *de alienatione, d.* 2. *q. vnic. p.* 2. *n.* 14. Sed ego puto cum Peregrino *loc. cit. dub.* 7. vtramque sententiam probabilem esse.

4. Nota tertiò, fieri posse sine debita solẽnitate transactionem, remissionem, aut concordiam aliquam de rebus Ecclesiæ, in quarum possessione ipsa Ecclesia non existit; quia tunc non alienantur res, quas habet Ecclesia, sed quas sperat sub dubio habere, remittit pro alicuius rei certæ acquisitione. Ita Castrus Palaus §. 1. *num.* 2. & alij penes ipsum.

5 Nota quartò, oblationes imagini Regularium factas, præter vota aurea, & argentea magni valoris posse alienari per Superiorem sine requisitis solemnitatibus. Ita ex Bonacina Antonius Nouarius *in summa Bullarum tit de alienat. num.* 21.

6. Nota quintò, nõ posse Regulares inconsulta sacra Congregatione, vt patet ex decreto *sub die* 21. *Maij* 1614 accipere pecunias ad cambium, vel mutuo, cum solutione lucri cessantis, vel damni emergentis. Ita Homobonus *in consc. cas. consc. vol.* 2. *p.* 6. *resp.* 97. Nouarius *loco citato n.* 13. Peirinus *in priu. Minim. tom.* 2. *constit.* 8. *Vrbani VIII.* nisi excusaret, ait Lezana *in summa qq. Regul. cap.* 10. *num.* 4. aduersùs dictum decretum, consuetudo legitimè præscripta. Sup. hoc in tom. 5. tr. 1. Res. 79. §. vlt. & in aliociis not.

RESOL. CCXXII.

An si Conuentus, vel particularis Religiosus consignaret in Banco pecuniæ quantitatem, cum fœnore possit exinde extracta illam distrahi non obstante Paulina, & Decreto Sacræ Congregationis.

Et an census computetur inter mobilia, & pecunia retracta ex redemptione census Ecclesiæ possit distrahi absque facultate Apostolica? Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. Res. 51.

§. 1. AFfirmatiuè respondet P. Bordonus *in Consil. regul. tom.* 1. *resolut.* 27. *n.* 51. Tum quia pecunia exposita negotiationi per contractum societatis, & finito negotio, seu tempore præfixo restituta potest distrahi, cum huiusmodi pecunia sic exposita non habeat perpetuitatem in fructificando, vnde vna ex conditionibus est, vt non possit fieri pactum, Saluo Capitali,

Capituli, ex Sixto V. *Constit.* 45. *Detestabilis*, quam extendit Naldus *ver. Societas.* Sed bancum dictum sic negotiatur per contractum societatis; ergo huiusmodi pecunia distrahi potest, sicut si daretur particulari personæ, & eo magis cùm possit repeti ad arbitrium reponentis, & sic patet, multum discrepare à censu, cuius pecunia repeti non potest, sed tantùm accipi, quando offertur ab eo qui censum vendidit, & in censu adest perpetuitas quæ non in banco. Tum quia sicut voluntariè exposita fuit lucro; ita illo expoliari potest per repetitionem, quod bancum negare non potest, ac proinde tunc amittit rationem rei pretiosæ, cum non amplius dicatur frugifera ex conditione ipsius contractus, & sic nulla est secunda ratio in contrarium adducta. Nec dicas: pecunia, censu extincto, non amplius dicitur frugifera, ac proinde neque pretiosa; ergo alienari poterit; quia respondeo, pecuniam exponi per contractum Census, vt perpetuo sit frugifera; cum non possit repeti ab exponente, vtique vera pecunia banci, quod signum est perpetuo non exponi lucro; deinde per pecuniam census emptor emit tale ius, quod computatur inter immobilia, cùm fundetur in re stabili, & frugifera. Clem. *exiui*, *de verborum signific.* & *ibi* Gloss. *ver. Cumque annui*, ius autem, quod competit danti pecuniam ad bancum non est quid immobile, sed mobile, & reuocabile ad nutum dantis. Ita Bordonus, cui ego addo Castrum Palaum *tom.* 2. *tract.* 11. *disputat. vnic. punct.* 15. §. 1. *numer.* 6. Manticam *de coniectur. vltim. volunt libr.* 9. *titul.* 9. *num.* 2. & alios. Itaque hanc sententiam probant Palaus, & Bordonus, quia non est obligatio in bancis Campsorum conseruandi, cùm solùm ibi ponatur interim, dum se offert necessitas illam consumendi, sicut enim voluntariè fuit exposita lucro; ita potest repeti, nec bancum potest negare, sicut non negatur, vt patet in banco S. Ambrosij Medionali; restituta autem est res mobilis vt Boërius *suprà*, nec habet rationem rei pretiosæ, cùm non amplius dicitur frugifera ex conditione ipsius contractus. Cùm igitur huiusmodi pecunia sic exposita non habeat perpetuitatem fructificandi, quantum est ex vi contractus, vt contingit in pecunia exposita in emptione census, debet computari inter mobilia, quæ seruando seruari non possunt. At si hæc ratio valeret, etiam pecunia Ecclesiæ collocata in montibus, seu loca montium, dicerentur bonum mobile, ac alienabile absque solemnitate; cùm talis pecunia voluntariè collocetur in prædictis montibus, & possit repeti, & non sit perpetuò frugifera, quantum est ex conditione contractus, & vt redditus dicatur res immobilis sufficit vt duret ad longum tempus, nempe ad decennium, vel ad beneplacitum, vt pariter supra ostensum est. Et ideò ex hac ratione nouissimè Pater Angelus Bossius *in Mor. Var. tom.* 3. *titul.* 18. §. 6. *numer.* 417. putat non esse recedendum in casu proposito à negatiua sententia; nam pecunia notabilis quantitatis posita in banco Campsorum (cuiusmodi Lugduni, Genuæ, Venetiis, & etiam Mediolani bancum S. Ambrosij) seu cambiis, fœnori apud Campsores, vel argentarios, seu mercatores, seu actuali negotiationi cum lucro exposita. Hanc enim non nomine mobilium, sed immobilium venire, & comprehendi, tradunt Baldus *in cap. cùm causa, de re iudic.* Bossius, & alij: quod probatur, quia repositum ad honestum lucrum dicitur in redditu annuo, vt loco citato Simoncellus, dicens esse clarum; annui autem redditus inter immobilia computantur. Clem. *Exiui de paradiso*, *de verb. sign.* & latè suprà ostensum est; quare si huiusmodi pecunia sit minoris, non potest alienari sine iudicis decreto, vt loco citato Simoncellus: Si Ecclesiæ, non poterit alienari sine solemnitate iuxta sacros Canones, & Extrauagantem, *Ambitiosæ*: In alienatione rerum Ecclesiæ requisita. Quod magis confirmat Simoncellus, quia bona minoris, & Ecclesiæ, quæ seruando seruari possunt, non possunt alienari non seruatis debitis solemnitatibus, vt de bonis minoris, *leg.* 1. *& toto titul. ff. de rebus eorum*, *& de rebus Ecclesiæ.* d. Extrauag. *Ambitiosæ.* Sed huiusmodi pecunia dicitur posse seruando seruari, cum illa res dicatur posse seruari; ex qua fructus percipitur, & nihilominus seruetur. Videtur autem citra dubium; quod huiusmodi pecunia conseruatur, ex eaque fructus percipitur, non minus quam ex possessionibus, & prædiis. Vide etiam Quarantam *versic. alienatiò*, *numer.* 23. vbi etiam dicit, pecuniam Ecclesiæ, quæ conseruatur, vt deseruiat, pro locatione ad pompam, iuxta *l.* 3. §. *fin cum seq. ff. commodat.* non posse alienari sine solemnitate, & causa; eo quòd, cùm talis pecunia sit in fructu, connumeretur inter immobilia, vel saltem mobilia pretiosa, quæ seruando seruari possunt.

2. Itaque ex omnibus dictis ego puto vtramque sententiam circa propositam quæstionem in titulo resolutionis suam habere probabilitatem; sed an census computetur inter bona mobilia, & pecunia retracta ex redemptione census Ecclesiæ possit distrahi absque facultate Apostolica, vide nostrum Pasqualigum *in qq. Canon. Centur.* 2. *q.* 171. *per tot.* Sup. hoc supra in Res. 219. ex §. vlt. lege doctrinam vers. quamuis adiemi.

RESOL. CCXXIII.

An, si quis furatus est librũ Historiarum ex Bibliotheca Regularium, si habet animum soluendi pretium duplicatum, peccauerit, & adhuc teneatur ad restitutionem dicti libri? Ex p. 10. tr. 13. & Misc. 3. Res. 44.

§. 1. NEgatiuè respondet Carolus de Baucio *Miscellaneis Cas. conscientiæ*, *tom.* 2. *opusc.* 3. *quæst.* 284. Tùm quia vtile negocium gessit Monasterij; tùm quia liber Historiarum de rebus non Sacris parùm aut nihil vtile affert legentibus, & præcipuè Regularibus qui debent dare operam Theologiæ, rebus moralibus, ac cogitationi rerum sacrarum: ergo Superior Monasterij non est rationabiliter inuitus. Ità ille.

2. Sed ego huic sententiæ non adhæreo: nam licèt Regulares debeant præcipuè dare operam Theologiæ Scholasticæ, Morali, & Positiuæ, tamen negandum libros Historiarum, parum, aut nihil esse vtiles Religiosis: nam idem dicendum esset de libris aliarum Scientiarum, quod dicere est absurdum: ergo peccaret quis, & teneretur restituere dictos libros, si illos furaretur ex aliqua Bibliotheca Regularium: nam illos possideret inuito Domino. Et si doctrina Baucij esset admittenda, sequeretur, à fortiori, quod si aliquis ex Bibliotheca alicuius Sæcularis furaretur librum v.g. Theologicum, non peccaret, si haberet animum soluendi pretium duplicatum: sed hoc non est admittendum. Ergo.

3. Nec obstat animus largiendi duplicatum stipendium; nam sic plures res furari possent inuito Domino; & res furata quando existat in propria specie restituenda est. Adde, quod in casu nostro, si ille liber in foro facilè esset venalis, ad quid furaretur cum duplicato stipendio? Si non facilè venalis in foro inuenitur, rationabiliter superior Religionis est inuitus. Ergo, &c.

RESOL.

RESOL. CCXXIV.

An Religiosi pecent mortaliter, assistendo agitationibus taurorum?

Et an in ista prohibitione comprehendantur Religiosi Sacris Ordinibus non initiati, vel Religiosi laici?

Et quid de Nouitiis, & Monialibus, & Equitibus Militarium Ordinum etiam si minoribus Ordinibus fuerint insigniti?

Et an Canonici Regulares, & Fratres Clerici Ordinum Militarium sine dubio comprehendantur, quia vere sunt Regulares?

Et an saltem peccent venialiter Clerici Sacerdotes, & Beneficiati assistentes agitationibus taurorum?

Et an sit peccatum mortale tauros in circo, vel in foro agitare, festiuis diebus?

Et quid si extra forum, vel circum agitatio fiat per plateas, & calles Ciuitatis funibus longis pedes, vel cornua tauri ligati? Ex part. 11. tr. 14. & Misc. 4. Resol. 11.

§. 1. NEgatiuè respondet; sed tantùm peccare venialiter sustinet Thomas Hurtad. *var. tom. 2. tract. 8. cap. 7. resol. 78. sect. 2. numer. 716.* & Remigius *in pract. confess. tr. 5. c. p. 7. §. 3. num. 4.* vbi sic ait, [Es muy prouable que los Clerigos, y Religiosos no pecan mortalmente en ver lidiar los toros, porque parece leue la materia del præcepto, como la de otros muchos que se hallan en el Derecho, que no porque los Pontifices los han puesto con pena de descomunion, luego se colige que su materia es graue, mientras no houiere temeridad en su transgresion, contumacia, ò menos precio] quando non adest temeritas, contumacia, vel contemptus quantum ex præcepto iuris positiui pendet, non inducit peccatum mortale, quamuis aliqua præcipiantur, sub pœna excommunicationis. Ita Remigius, cui adde aliquos, quos tacito nomine adducit Villalobos *in sum. to. 2. tr. 12. diff. 20. n. 13. in fine*, quos etiam adducit, nec improbat Machadus *tom. 2. lib. 5. part. 2. tr. 2. docum. 9. num 2.*

Sup. his & doctrina seq. in Res. not. seq.

2. Imò sententiæ Hurtadi expressè videtur adhærere Pellizzarius *in Man Reg. to. 2. tr. 6. c. 14. q. 24. n. 27.* vbi sic asserit; Rodriquez addit; Regulares etiam secluso scandalo assistentes agitationi taurorum, aliarumque ferarum bestiarum peccare; quod tamen mihi non omninò placet; cùm iuxta aliàs dicta non sit improbabile secundùm aliquos DD. ex sola excommunicatione maiori ferenda non certo argui prohibitionem, quæ fit sub ea obligare sub peccato mortali, nisi aliunde id colligatur, quod certè non videtur colligi in præsenti casu, quo non subsit periculum scandali; vt facilè constabit consideranti.

3. Sed ego prorsus affirmatiuam sententiam sustinendam esse puto, quam nominatim, & acriter contra Hurtadum tenet nouissimè Magister Gallego Dominicanus *in Bull. Cruc. capit. 14. claus. 14. dub. 182. & capit. 9. claus. 9. part. 2. dub. 128.* vbi citat, Lopez, Guttierrez, Palacium, Soriam, Suarez, Vasquez, Salas, Trullench, Rodriquez, & Villalobos, quibus adde doctissimum Episcopum Segobiensem Dominicanum Franciscum Araujo *in part. 2. D. Thom. quæst. 97. disputat. 3. sect. 3. diffic. 3. fol. 661.* vbi sic air, Hinc colligo primò, peccasse mortaliter olim quoscumque Clericos Sacris initiatos, beneficiarios, & Religiosos assistentes agitationi taurorum contra prohibitionem Pij V. & Gregorij XIII. & modo peccare mortaliter Religiosos, qui tali agitationi assistunt contra prohibitionem Clementis VIII. qui dictam legem pœnalem, & prohibitione prædecessorum Pontificum ad solos Religiosos restrinxit, intellige etiam secluso scandalo, & contemptu

Supr. his in tom 6. tr. 1. Resol. 43. §. 1. post medium, à vers. Hanc sententiam & in §. vlt. Sed lege eius doctrinam per tam, & aliarum eius primæ not. vt facilius pateat solutio huius quæst.

Hoc colloratium probant Ludouicus Lopez 2. *part. instructorij cap. 31.* Guttierrez *tom. 2. quæst....* Coninch. *cap. 7.* Palacios *in 3. dist. 37. q. 7.* Lorca hic *d. 32. dict. § secunda regula*, Suarius *disp. 18. sect. 3. tom. citati* & Salas *sect. 9. num. 58.*

4. Primò, quia habet pœnam grauem arguentem in transgressione lethale peccatum, scilicet excommunicationem maiorem ferendam, fit enim huiusmodi, prohibitio sub pœna excommunicationis absolutè, quæ in iure supponit pro maiori excommunicatione; eo quod analogum per se sumptum stat pro famosiori, dum autem non additur verbum aliquod significans latam, aut ipso iure incurrendam, supponit proferenda.

5. Secundò, quia lex humana in materia graui non minus obligat, secluso scandalo aut contemptu, quàm lex diuina, hæc autem obligat ad mortale, ergo & illa. Minor est nota, & maior patet, quia auctoritas huius legislatoris etiam est à Deo de qua propterea Paulus dixit, *Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit*, & Christus in Euangelio, *Qui vos spernit, me spernit.*

6. Tertio probatur, quia semper iudicatur obligatio sub mortali, quoties à iure Canonico, vel à iudice Ecclesiastico aliquid præcipitur sub excommunicatione absolutè, & simpliciter, nam intelligitur de maiori, quæ incurri non potest nisi propter peccatum mortale ex *cap. 1. & cap. Romana, de sententia excommunicationis in 6. & cap. nemo onze quæst. 3. & cap. corripiantur 24. quæst. 3.* desumpto ex Augustino *quæst. 39. in Deuter. & lib. 2. de Ciuit. cap. 11.* dicente: Hoc agit nunc excommunicatio, quod in veteri testamento interfectio; vnde Theologi citati suam regulam desumpserunt; ergo cùm dicta prohibitio assistentiæ agitationi taurorum, sit sub excommunicationis pœna, absolutè, ac proinde maioris, quæ grauissima est, & aliàs debet proportionari culpæ, vt docet Augustin. *de corrept. & gratia cap. 11.* & quia nullus prudens rector aliquando pro leui culpa serio minatur mortem, qualis est excommunicatio etiam comminata, seu ferenda, consequens est, eam obligare sub culpa mortali. Hucusque Araujo.

Ex quibus patet responsio ad argumenta, quæ pro sua sententia firmanda adducit Hurtadus *loco citato.*

7. Et post hæc scripta inuenio nostram sententiam docere etiam Iosephum Roccaful. *in praxi Theol. moral. tom. 2. part. 3. num. 5. pr.* Oual. *cap. 6. num. 15. fol. 93.* sic itaque asserit, tres sunt Bullæ de hac re; Prima Pij V. Secunda Gregorij XIII. & Tertia Clementis VIII. ex quibus quid modo tenendum sit, ne omnes referre cogamur, breuiter dicimus; Primò, Clementem VIII. in suo motu proprio anno 1596. 3. die Ianuarij sustulisse omnes excommunicationes in ordine ad Clericos, & laicos, exceptis Religiosis: vnde Principes, & superiores licitè possunt concedere licentiam agitandi tauros, & Clerici in Sacris illis interesse absque peccato mortali; Religiosi autem non possunt; an vero Clerici interessentes peccent venialiter: prima sententia asserit peccare venialiter, ita Villalobos *tom. 2. tract. 12. diffic. 12.* & hoc propter indecentiam, & quia antea erat prohibitum *cap. sententiam sanguinis ne Clerici, vel monachi*; secunda sententia asserit non peccare, si absit scandalum, & modestè assistant. Sententia verò Guttierrez *lib. 8. quæst. Canonic. cap. 7.* dicentis peccare mortaliter nimis rigida est. Dicimus secundò, Religiosos incurrere peccatum, si adsint, quia non abstulit hoc Clemen. VIII. quod est apud Pium V. & Gregorium XIII. Ita Roccaful, cui etiam adde doctum, pium,

pium, & amicissimum Magistrum Lezanam *in Summa quaest. regul. tom. 1. cap. 10. num. 7.* & Castrum Palaum *tom. 6. disput. 4. punct. 37. num. 22.*

8. Sed an in ista prohibitione comprehendantur religiosi sacris Ordinibus non initiati, vel Religiosi laici, respondeo cum Machado *tom. 2. libr. 5. part. 2. tract. docum. 9. numer. 2.* vbi sic ait; [Si esto entiendra tambien con los Religiosos los legos y los demas que no son de orden Sacro es dudoso entre los Doctores, Rodriquez y otros afirma que si; iuzgando que los comprehende la constitucion referida de Clemente VIII. Si bien Villalobos y otros sciente lo contrario, como no interuenga escandalo; fundase, en que como consta de la Bula de Pio V. referida en ella, no est auan comprehendidos los legos, ni los demas Religiosos que no fuessen de orden Sacro; y la declaracion de los demas Pontifices no les pone nueua obligacion.] Ita ille.

9. Non nego tamen sustineri etiam posse Religiosos in Sacris Ordinibus non constitutos comprehendi in dicta prohibitione. Ratio est, quia licet à Pio V. sint exclusi; tamen à Clemente Octauo videntur comprehendi; & ita tenet Pater Lezana *vbi supra* & Pellizzarius *in man. Regul. t. 2. tr. 7. c. 2. sect. 3. quaest. 17. num. 112.*

10. Sed mihi magis placet opinio negatiua, quam etiam sustinet Castrus Palaus *vbi supra* & ad rationem Patris Lezanae respondeo, non obstare decretum Clementis Octaui, quia illud decretum non inducit nouam obligationem, sed quae lata erat constitutio Pii, & Gregorii aduersus religiosos in suo robore relinquit, quocirca intelligendum est de monachis, fratribus, & regularibus, qui Clerici sunt. Ex his à fortiori infertur, moniales sub hoc decreto non comprehendi, quia nullatenus sunt Clerici regulares.

11. Et ita ex Bonacina, & Villalobos docet Castrus Palaus *vbi supra* quicquid in contrarium de Monialibus asserat Auila, *de cens. p. 2. cap. 5. disp. 1. dub. 4. conclus. 6.* Illud est certum nouitios sub nomine regularium in hoc decreto non comprehendi, quia propriè, & strictè non sunt regulares. Item neque equites militarium Ordinum; etiamsi minoribus ordinibus fuerint insigniti, quia expressè excipiuntur in dicta Bulla Gregorii & notant relati Doctores. Canonici verò Regulares, & Fratres Clerici Ordinum militarium sine dubio comprehenduntur, quia verè sunt Regulares.

12. Et tandem ad ornatũ huius materiae assero, festis diebus peccatum mortale esse tauros in circo, vel in foro agitare, quia hoc prohibitum est Magistratibus à Pio V. sub poena excõmunicationis ipso facto incurrendae, neque derogatum est à Gregorio XIII. & à Clemente Octauo, sed potius ab iisdem confirmatum.

13. Verùm hanc conclusionem temperant Nauarr. *cap. 15. num. 16.* Ludouic. Lopez *in suo instructor. 1. p. cap. 70.* Bonacin. *d. 2. de cens. quaest. 4. part. 7. num. 12.* ne procedat in agitatione taurorum, ita moderata, vt ex ea sequi probabiliter non possint nocumenta personalis mortis, vulneris, ossium rupturae, sicuti si praecisis cuspidibus agitarentur, aut cornibus colligatis, quia cessat ratio finalis, ob quam haec constitutio lata est, nempe ob vitandas mortes ex praedicta agitatione frequenter contingentes, vt in proemio dicitur. Ex quo sumenda est ratio finalis legis, Argum. *l. fin. ff. de hared. instituen.*

14. Sed hanc limitationem cum Guttierrez non probat Castrus Palaus, *vbi supra* quia Gregor. XIII. agitationem taurorum permittit, prouiso per eos, ad quos spectabit, ne exinde alicuius mors quoad fieri possit sequatur; & hac permissione non obstante, prohibet ne diebus festis agitentur. Ergo agitatio taurorum, etiam remotis periculis, diebus festis illicita est. Praeterquam quod esto ex agitatione taurorum praecisis cuspidibus, aut cornibus colligatis non adsit aequale periculum, ac si cuspidibus integris liberi, & expediti agitarentur, nihilominus periculum perfectè non vitatur, cum possint homines in altum leuare, & in terram proiicere, pedibusque conculcare. Adde agitationem taurorum diebus festiuis non tantum prohiberi ob damna, quae inde prouenire solebant vitanda quàm ob honorem festorum, quae diuinis laudibus, piisque operibus, non autem huiusmodi ludis celebrari, & honorari debent.

15. Hoc autem intelligendum est, si in circo, vel foro agitentur; nam si extra forum, vel circum agitatio fiat, libera fugiendi tauris facultate relicta, non est locus huic prohibitioni; eaque de causa communiter diebus festis agitantur tauri per plateas, & calles Ciuitatis funibus longis pedes, vel cornua ligati absque vllo scrupulo, vti tradit Nauarr. *cap. 15. num. 18.*

Alia vero dubia circa praesentem materiam non solum in ordine ad Hispaniam, sed etiam extra illam videbis penes Bonacinam, Palaum, Auilam, & alios *locis citatis.*

RESOL. CCXXV.

An prohibitum sit Regularibus studium iuris ciuilis? Et notatur, quod sufficit licentia Praelati facta Religioso ad existendum in studio, nec requiritur consensus conuentus, sed vt plurimum consilium, quod quidem non tenetur sequi. Ex p. 3. tr. 2. Ref. 79.

§. 1. Respondeo affirmatiuè ex *cap. 2. ne Clerici, vel Monachi, lib. 6.* quando principaliter Monachi, vel Clerici ius ciuile audiunt, secus autem si ad cognitionem iuris Canonici illi studio incumbunt, & ideo ferè omnes Regulares legum studio incumbentes excusari possunt, quia hoc facere possunt in ordine ad meliùs addiscendum ius Canonicum, & ita tenent communiter DD. quos alibi citaui. Alibi in Ref. quae nunc est in tom. 5. tr. 1. Ref. 71.

2. Tantùm hîc obiter addam contra Sanchez *in summ. tom. 2. lib. 6. cap. 8. numer. 82.* quòd sufficit licentia Praelati facta Religioso ad existendum in studio, nec requiritur consensus Conuentus, sed vt plurimum consilium, quod quidem non tenetur sequi Superior, & ita ex multis docet Hieronymus Rodriquez *in compend. qq. Regular. resol. 97. num. 11.*

RESOL. CCXXVI.

An Generales Regularium, possint non obstante Bulla Greg. XV. edita anno 1623. & Vrbani VIII. anno 1631. praebere suis subditis licentiam legendi libros prohibitos? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 49.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Laurentius de Peyrinis *in priuilegiis Minimorum, tom. 1. constitut. 9. Pauli V. num. 10.* Quia Pontifices supradicti, vt patet ex lectura Bullarum, loquuntur tantùm de licentiis particularibus concessis ad legendos libros haereticorum, vel de haeresi suspectorum, seu aliàs quomodocumque prohibitos, non autem de priuilegiis Regularibus concessis, neque his derogant. Et in omni casu suspensos, donec corrigantur, non prohibent legi ab his, qui aliàs habent per priuilegia

Sup. hoc in tom. 5. tr. 10. ex Ref. 138. lege doctrinam § Nota etiã. & quamuis non plene sup. hoc vide tamẽ in tom. 3. tr. 3. doctrinam Ref. 84. & ex illa du-

cere potes quid est sentiendum sup. hoc.

priuilegia facultatem. Ita Peyrinus, & Lezzana *in compend.quæst.Regularium c.18.num.96.* putat hanc sententiam speculatiuè probabilem esse, dummodo priuilegia Regularium non sint facta viuæ vocis oraculo, Vnde ex hac opinione sequeretur dominos Inquisitores posse hodie legere libros prohibitos, quia hoc eis competit ex priuilegio concesso dignitati, & non personæ, & dictæ Bullæ Pontificiæ, vt visum est, tollunt licentias quibuscumque personis concessas, non autem priuilegia, ergo, &c.

2. Sed his non obstantibus amicissimus, & doctissimus Lezzana *vbi suprà*, negatiuam sententiam tenet, quia in prædictis Bullis reuocantur facultates concessæ etiam per literas Apostolicas, & aliter quomodocumque, in quibus verbis videntur etiam comprehendi priuilegia. Vnde subdit Lezzana: Securior est hæc sententia, & in praxi consulenda. Hinc stantibus supradictis difficultatibus, ego auctoritate Eminentissimi Principis, & Domini mei Don Francisci Barberini S. R. E. Cardinalis amplissimi, impetraui à sacra Congregatione S. R. Generalis & vniuersalis Inquisitionis licentiam legendi quoscumque damnatorum authorum libros, seu aliàs quomodolibet prohibitos, etiam damnatos in Indice Romano librorum prohibitorum, quam licentiam authenticam penes me habeo, datam in Conuentu sanctæ Mariæ super Minerua die 15. Iulij 1636. & registratam hic Panormi in nostro Tribunali sancti Officij die 10. Augusti, eodem anno 1636.

RESOL. CCXXVII.

An Regulares possint eligere in iudices conseruatores Prælatos aliarum Religionum? Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. Res. 26.

§. 1. Affirmatiuè videtur respondendum ex his, quæ habentur in Allegatione Ioannis Naldi, quam penès me impressam habeo pro Patribus Societatis Iesu contra Episcopum Angelopolitanum, vbi sic habetur, à §. 80. vsque ad 87. Quoad secundum, Conseruatores à Patribus Societatis electos, fuisse legitimos, & competentes patet attento *c. fin. de Iudic. deleg. in 6.* In quo Conseruatores possunt eligi Episcopi Abbates, seu Dignitates, vel Personatus in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis obtinentes. Patres autem præfati obtinent dignitatem, & personatum respectiuè, quia Pater Io. de Pareda est Prior Conuentus S. Dominici; Pater autem Augustinus Godinez est Definitor Capituli Generalis. Quod Prior Regularis sit dignitas, & capax rescripti Apostolici, patet ex cap. *statutum ver. Obtinentibus de rescriptis in 6.* & statuitur expresse in Clement. *& si eodem tit.* vbi prior Conuentualis, idest habens sub se capitulum, & collegiatam Ecclesiam, licet non esset electus, sed tantum ad nutum, dicitur esse in Ecclesiastica dignitate constitutus ad effectum vt sit capax delegationis Apostolicæ, secus esset de priori Claustrali, qui non habet Capitulum, vt benè Gloss. ibi *vers. Conuentualem*, & clarius Gloss. in Clement. *Ne in agro. §. Cæterum, de statu Monachorum:* dicit, prioratus Conventualis est, in quo sunt plures collegialiter, *& in cap. Nobis fuit. vers. Conuentuali Ecclesia.* declarat eadem Glossa ad constituendam conuentualem Ecclesiam sufficere, quod plures collegialiter viuant; *ad Tex. in cap. 1. de elect.* idest quod faciant vnum Capitulum, siue vnum corpus, iuxta dispositionem *c. Dilecta de Excess. Prælat.* Definitor quoque est personatus, quia maior est priore, & vocem habet in capitulo Generali, quia ad delegationem sufficit præeminentia, qua quis præ aliis ditatus est in aliqua Ecclesia, vti dicit Glossa *in citato cap. Statutum, ver. Præditis, de rescriptis in 6. c. Quamuis verb. de significatione.* Et apparet ex Constitutione Clementis VIII. anno 1591. quæ incipit, Sanctissimum, & alia simili Gregorij XV. de anno 1621. quæ pariter incipit, Sanctissimus: in quibus mandata Apostolica talibus delegátur. Et quatenus Definitor non haberet dignitatem sufficientem, sufficit quod prior sit sufficiens, quia cum fuerint deputati in solidum, sufficit; quod vnus esset capax: nam vtile per inutile non vitiatur, *l. 1. §. sed si, ff. de verb. obligat. cap. vtile 37. de regul. iuris in 6.* quod autem sub pœna fuerint electi in solidum, patet ex petitione prouincialis, supra *num. 4.* in illis verbis, in principio, [Parezeo ante Vuestras PP. muy RR. ò antes qualquieras de Vuestras PP. & in fine, à Vuestras PP. iuntos y à qualqrier di Vuestras PP. pido, &c.] Isti igitur fuerunt Iudices competentes iuxta sacros Canones, & de iure communi. Non enim obstat Constitutio Gregorij XV. in qua Iudices conseruatores demandantur Synodales in Synodo deputato: quia in illis Regnis Iudices Synodales non sunt, vnde ad impossibile nemo tenetur, *l. Si quis in graui, in princ. vbi Bartol. ff. de Syllan.* cum similibus, & quando tales non existunt, tunc possunt eligi alij, qui habeant qualitates de iure communi requisitas, hoc est, qui sint in Ecclesiastica dignitate, vel personatu, quales sunt nostri, vt vidimus. Sed quod tollit omnem dubitationem, Gregorius XIII. in Bulla data 24. Octobris, anni 1579. concessit quod Societas in Indiis eligere possit loco personarum in Ecclesiastica dignitate constitutarum, quosuis idoneos, & probos Viros sæculares charactere Clericali insignitos, non tamen coniugatos, nec propterea dictam Societatem ad certos, & determinatos Conseruatores obligari, authoritate Apostolica statuit; ex quibus patet, quod erat liberum Societati eligere Conseruatorem, elegit autem Regulares quia Sæculares illi erant suspecti, cum D. Episcopus Aduersarius, tunc esset visitator Regius omnes faciliter ad suam partem trahebat, vel saltem illius timore contra illum nemo procedere præsumebat. Et Patres Dominicani habent priuilegium à Clemente Septimo sub die octauo Martij 1533. in quo conceditur illis, posse eligere Conseruatores quascumque personas Ecclesiasticas, Sæculares, & Religiosas, etiam in Ecclesiastica dignitate non constitutas, dummodò litterati sint, & si non sunt litterati, adhibeant Assessores, & in sacris ordinibus constitutos. Et hæc omnia, vt dixi, habentur in supra citata allegatione.

2. Sed ego puto hodie circa præsentem quæstionem, silere omnia Regularium priuilegia, vt optimè obseruat ex eadem societate Castrus Palaus, *tom. 3. tr. 16. d. 4. punct. 12. §. 1. n. 9.* vbi sic ait: Dixi spectato iure communi; nam si specialia priuilegia Societatis Iesu spectentur, quilibet Superior Regularis eligi potest in Iudicem conseruatorem, vt constat ex Bulla Gregorij XIII. edita anno 1573. cuius meminit Manuel Rodriquez *tom. 1. qq. Regular. quæst. 65. art. 3.* Sanchez, *lib. 6. n. 79.* Sed quidquid sit de his priuilegiis, & de decisione *cap. fin. de officio delegat. in 6.* standum est Constitutioni Clementis VIII. editæ, anno 1592. & Constitutioni Gregorij XV. editæ an. 1621 quarú tenorem refert Barbosa, *allegat. 106. in fine à num. 53.* quibus cauetur, nullum alium conseruatorem eligi posse à Regularibus, nisi qui qualitates habeat in dicto capite, Statutum, præscriptas, designatúsque Iudex sit in Synodo Prouinciali, vel Diœcesana. Et ob hanc causam quærente Archiepiscopo Turritano, an Regulares vnius Conuentus, Monasterij, vel Domus aliquem Priorem, seu Guardianum, vel quemuis alium, quauis dignitate Regulari fulgentem in suum Conseruatorem eligere, vel deputare possint? Sacra Cardinalium Congregatio respondit 6. Octobris anno 1617. non posse, teste Barbosa *alleg. 106. n. 15.* Hucusque

que Palaus, cui adde ex eadem Religione Fragosum *in Rep.Christ.tom.2. lib.4.disput.2. §.6.num.112.* & sequentibus.

Nota tamen quod post hæc scripta promulgatum est Breue Sanctissimi D. Nostri Innocentij Decimi sub die 14.Maij 1648. vbi plura definiuntur circa Conseruatores ex causa litis supradictæ, inter Patres Societatis, & Episcopum Angelopolitanum; ideò Lectoribus illud legendum remitto.

RESOL. CCVIII.

An in emptione soluendi decimas prosit communicatio priuilegiorum qua inter se gaudent Regulares? Ex p.10. tr.12. & Misc.2.Ref. 50.aliàs 49.

Supr. hoc in tom. 3. tr. 6. Resol. 18. §. Falsum est. & quamuis non plenè hoc sup. lege tamen doctrinam aliorum §§. eius not.

§.1. NEgatiuè ex multis Decisionibus Sacræ Rotæ respondet Trullench *in Decalogum, to.1. l.3.c.3.dub.11.n.4.* vbi sic ait: Hinc fit, vt quando Papa communicat Priuilegia alicuius Religionis, in quibus adest expressa mentio à solutione Decimarum, alteri Religioni, non censeri etiam communicasse exemptionem à solutione Decimarum, nisi de hac exemptione fiat specialis mentio, cùm difficulter concedatur. Ita Barbosa *de Iure Eccl.l.3.c.26. §.3.num.41.* cum Felino *in cap.Sedes, numer.3. de Rescript.* & alij. Ita Trullench.

2. Verum affirmatiuam sententiam mordicus tenet Ioannes de la Cruz, *in Epist.Priu.l.2.c.6.* Raphaël de la Torre, *In 2.2.tom.1.q.87.disp.1.n.5.* & Doctus, & amicissimus Pater Lezana *in Summa, tom.2. verb.Decima, quoad Regul.n 8.* vbi hæc ait: Sed quia hic communiter afferri solet communicatio priuilegiorum aliarum Religionum, ita vt in hac materia, sicut in aliis deseruiat communicatio priuilegiorum, quam aliquæ Religiones habent, obseruandum quarto, Sanctam Rotam in vna Valentina anni 1603. supra relata decidisse, priuilegium eximens à solutione Decimarum non comprehendi in generali communicatione priuilegiorum vnius Religionis aliis facta, nisi expressè fiat mentio talis priuilegij, etiam si inter priuilegia communicata adsit aliquod quod non contineat aliud quàm exemptionem à solutione Decimarum. Cuius decisionis duplex assignatur ratio, quia, quod in concessione generali non veniunt ea, quæ vel non concedi solent, vel magna cum difficultate conceduntur. Secunda, quod nec conceduntur ea, in quibus agitur de præiudicio tertij, talia enim priuilegia debent strictè interpretari. Sed quamuis multum deferendum sit huiusmodi Sanctæ Rotæ decisionibus, & quia à viris sapientissimis, & magna adhibita diligentia factæ sunt, nihilominus rationes adductæ non videntur valde efficaces, non quidem prima; quia huiusmodi priuilegium exemptionis, non rarò, sed sæpius, nec magna cum difficultate à Sede Apostolica concedi solet in Religionibus, vt patebit intuenti priuilegia. Nec secunda, quia doctrina illa intelligi debet, quando recta ratio non dictat contrarium, vt quando agitur de causa pia, & religiosa maximè concernenti vtilitatem totius Religionis, aut Monasterij, vt in præsenti. Tunc enim priuilegia quamuis contra ius commune sint, & in præiudicium tertij ampliari debent. Quia, vt benè Iurisconsultus *in leg.Sunt personæ, ff.de Religiosis, & sumptibus fun.tr.* Summa ratio est, quæ pro Religiosis facit. Suarez *de Legibus, lib.8. c.27.n.7.* Sanchez, *lib.8.de Matr.disp.1.n.13.* Quare sub aliorum censura non video rationem sufficientem, quare in aliis materiis subsistat communicatio priuilegiorum, quæ Religiones habent, non verò in ista. Hucusque Lezana, cui etiam adde Philippum de la Cruz, *tr.de Decim.§.2 n.8.*

3. Sed nouissimè in hac difficultate vtitur distinctione Leandrus, *de præcept.Eccl.tract.6.disp.6 q.46.* & ita asserit, quod duplici via possunt communicari à Pontificibus priuilegia alicuius Religionis alteri. Vno modo, per modum simplicis communicationis, per clausulas generales, & communes: Alio modo, per modum concessionis eorundem priuilegiorum, specificè, & particulariter, hoc est per clausulas specificas, particulares, veluti nobis communicauit priuilegia Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium, Canonicorum, & Clericorum Regularium Societatis Iesu, & aliarum omnium Congregationum, & Religionum, Vrbanus VIII. Si ergo, primo modo communicat Pontifex priuilegia alicuius Religionis, in quibus adsit exemptio à decimarum solutione alteri Religioni, dicendum est non censeri communicasse exemptionem à solutione Decimarum, nisi de hac exemptione fiat specialis mentio: quia cùm id sit difficilis concessionis, non venit in generali concessione. Et in hac consideratione habet verum quod docent. Authores primæ sententiæ, & Decisiones Rotales. Si autem secundo modo communicat Papa priuilegia, in quibus continetur exemptio ab onere decimarum, dicendum est, etiam censeri communicasse exemptionem ab onere decimarum, quamuis de hac exemptione specialis mentio non fiat cùm specificè, & indiuidualiter, ac nominatim per modum concessionis, eadem priuilegia in quibus talis exemptio à solutione decimarum continebatur concessa fuerit. In quo censu, ad minus verissimum est, quod Authores Secundæ sententiæ affirmant. Nec contra nostram responsionem obstat quid fundamentum contrariorum, videlicet quod debeat fieri de hac exemptione specialis mentio, cùm difficiliter concedatur. Nam respondetur primò: quod hoc habet verum quando communicatio priuilegiorum, in quibus continetur exemptio à solutione decimarum fit per clausulas generales, & communes, non vero quando fit per clausulas speciales, & particulares, cum hæ aliquid speciale, & particulare debeant operari. Secundò respondeo: quod dicta doctrina subsistat, si alias (præter emptionem datam) in breui communicationis non dicatur, quod communicantur omnia priuilegia, etiam illa quæ sunt speciali nota digna, difficilisque concessionis, & quæ in generali concessione non veniunt, &c. Et hæc omnia docet Leandrus *vbi supra.* Vnde vidisti amice Lector opinionem Sacræ Rotæ circa hanc difficultatem, non esse communiter receptam. & illam absolutè reprobat nouissimè Pater Hieronymus Garcias, *Polit. Regular.tom.1. tractat.8. difficultate 4.dub.2. punct. 4. numero octauo.* Sed ego non recedo à sententia Sacræ Rotæ, quam tenet etiam Merolla *tomo 3. disputatione 6. capite 4. dubio 8. numero 74.* quia in generali communicatione non veniunt priuilegia aliis præiudicialia.

In Tract.12. in fine, Resolutione Quadragesimanona, hæc imprimantur.

4. COnfirmatur hæc opinio ex Bulla Pij V. data Romæ die vltima Iunij anno 1570. quæ incipit *Ad perpetuam rei memoriam*, &c, in qua apparet apertè, Summum Pontificem tam benè affectum erga Regulares declarare, Priuilegia communicatiua Regularium pro exemptione à solutione Decimarum, Primitiarum, quartæ medietatis, vel quæ funerum, & obligationum partem, aliámque temporalitatem concernunt, reuocata, cassata, irrita, euacuata, annullatáque existere, ac nullatenus suffragari, & solum proficere quoad spiritualitatem. Bullam hanc inuenies per extensum in Pastorali interno doctissimi, & amicissimi viri Didaci

Antonij Frances *part.* 3. *vol.* 2. *numer.* 55. vbi firmat Regulares per communicationem non posse gaudere priuilegio ab exemptione Decimarum, & post adductum Breue Pontificium sic asserit: Patet ex mente Pij V. Priuilegia communicatiua Religionum, intelligenda fore, & valere respectu spiritualium rerum, non verò temporalium; in quo sensu intelligo, quæ diximus aliquoties in prima parte huius libri de communicatione Priuilegiorum vnius Religionis in alteram, quoad temporalitatem, secundùm subiectam materiã, ibi scilicet, quoad facultatem absoluendi in voto interno, vt in *tract.* 2. *quæst.* 3. *num.* 8. & in aliis locis quapropter non sunt admittendi Doctores, qui absolutè, & indistinctè tradunt, omnia Priuilegia concessa vni Religioni, influere in alias; cum quibus communicat, quia hoc intelligi debet non absolutè, sed cum grano salis, scilicet, quoad spiritualitatem, non verò quoad temporalitatem; prout est solutio Decimarum, Primitiarum, quartæ medietatis, & his similia, vt palam, & manifestè (explanando suam mentem) decreuit Pius V. in supradicta Constitutione, quæ videtur declarare omnes illas, quas tradit Barbosa *de excommunicatione Mendicantium aliarum Religionum, in tr. de vniuersa iure Eccl. lib.* 1. *c.* 41. ferè per totum, præcipuè *n.* 218. cum pluribus sequentibus, & ita priuilegia communicatiua inibi ab eo relata intelligenda veniunt respectu spiritualitatum & non vltrà. Hucusque Frances.

5. Nota verò hic obiter, quod nouissimè Pater Vincentius Tancredi *de Relig. tract.* 1. *lib.* 2. *disp.* 7. *quæst.* 1. *numer.* 7. adducit plures Resolutiones Rotales, & Regni Siciliæ in fauorem inclytæ Societatis IESV, non obstantibus Bullis fel. mem. Leonis XI. & Vrbani VIII. modificantibus eius priuilegia circa Decimas. Vnde ego optarem, Sacram Rotam in facti contingentia maturiùs rem totam discutere, vt in posterum amplius non remaneret difficultas circa præsentem materiam.

RESOL. CCXXIX.

An exemptio Regularium non soluendi decimas extendatur ad bona empta, donata, locata, & in Emphyteusim habita? Ex part. 10. tractat. 12. & Misc. 2. Resol. 51. aliàs 50.

§. 1. AD hoc dubium sic respondet Castrus Palaus, *tom.* 2. *tractat.* 12. *disputation. vnica, punct.* 12. *numer.* 8. dubitari posset de bonis, quæ Religiosi habent locata, cõducta, vel in emphyteusim, an ex illis decimæ debeantur. In qua quæstione si priuilegium concessum sit sub illis verbis iuris: Non soluant decimas de suis agris, vel: Non soluant decimas laborum suorum (hoc est agrorum) ita enim intelligi debet, vt constat ex verbis sequentibus, quos propriis manibus, & sumptibus colunt, cum solum agri colantur, & non labores: certum esse debet sub his verbis non comprehendi agros conductos, aut in emphyteusim acceptos, quia ipsi non sunt proprij, neque sui; quod expresse videtur definitum ab Alexandro III. *in cap. Dilecti.* cùm dixerit, sub illis verbis, quæ referuntur *cap. Decimas* 16. *quæst.* 1. non fuisse intentionem suam, neque Antecessorum suorum agros conductos, & receptos ad formam comprehendere. Ita Panormitanus *in cap. Dilecti.* Rebuffus, *quæstione* 14. *numero* 52. & communis. Video tamen Ioannem Azorium *tomo* 1. *libro* 7. *quæstione* 6. §. 3. affirmare, si priuilegium dicat; Eximimus Religiosos à decimis soluendis ex prædiis quæ habent, comprehendi prædia conductitia, quia hæc etiam habentur, licet non vt propria Suarez *titulo* 2. *de Religione libro* 1. *capite* 19. *numero* 11. & si ad prædia accepta in emphyteusim extendat priuilegium sub opinione probabili, quia emphyteusis distinguitur à locato, & conducto, & *capite Dilecti.* solum de prædiis conductis mentionem fecit. Tamen probabilius existimat oppositum, & quando vrgetur: illa prædia conducta, vel in emphyteusim accepta habentur à religiosis. Respondet: habentur secundum quid, hoc est ad tempus, sicut domus locata, & conducta non dicitur esse mea, neque ego habere absolutè domum, sed vsum illius ad habitandum &c. Adde: Contractus emphyteuticus à locato & conducto fere non distinguitur, nisi ex maiori, vel minori tempore; quæ non debent contractus naturam mutare. Et hic modus dicendi mihi probatur. Hucusque Palaus; cui adde Pellizzarium *in Man. Regular. tom.* 2. *tract.* 8. *capit.* 7. *sect.* 5. *numer.* 175. & Zambellum *in reper. Mor. verb. Decima, numer.* 3.

2. Sed absolutè aduersus Palaum & Suarez tenet negatiuam sententiam Hieronymus Garcias *in Politica Regularium, tomo* 1. *tractatu* 8. *difficul.* 3. *dub.* 2. *punct.* 4 *numer.* 13. vbi sic ait: [Finalmente, si vn Conuento toma algun Campo à enfiteosis: no passando en el dominio directo, y siendo el contrato para tiempo determinado, pareceles à Suarez, y Castro, que no queda libre,] iuxta *legem* 1. iuncta Glossa vltima *ff.* si ager emphyteuticus petatur, [però à la verdad desto ai poco vso en las Religiones, porque no quieren tomar campos con derecho de decimas, y assi procuran redimirlas por concierto: però en rigor parece que el que tiene priuilegio para no pagar lo arrendado, major le tendrà para no pagar lo que tiene à enfiteosis, o censo, pues quien dà lo mas, es visto dar lo menos; y Suarez que tiene lo contrario fundasse, en que se figuira que da lo conducido no se auria de pagar decima lo qual iuzga por absurdo, però nosotros no lo tenemos por tal, pues Martino V. nos los concede.] Ita ille; cui adde Leandrum, *de Precept. Eccles. tractatu* 6. *quæstione* 6. *quæstione* 35. & 49. & Ioannem de la Cruz, *de Statu Religionis libr.* 2. *cap.* 9. *dub.* 4. *concl.* 2. sic asserentem: Religiosi non tenentur decimas soluere de suis bonis mobilibus, & immobilibus, possessionibus, & prædiis, præsentibus, & futuris, etiam ab aliis conductis: dum tamen illa suis manibus, vel sumptibus excolantur, aut pro sua sustentatione excolli faciant. Nec tenentur decimare de pratis, herbis, pascuis nutrimentis Animalium, ac Pastorum eorundem. Ita concessit fratribus de Guadalupe Gregorius XI. Martinus V. & Paulus III. anno 1535. vt habetur in Compendio Diui Hieronymi *in Decim. exemptio* §. 12. 15. 16. Sic ille. Vnde video opinionem Azorij quam impugnat Palaus habere pro se plures Doctores.

3. Dicendum itaque videtur cum Raphaële de la Torre, *in* 2. 2. *tom.* 1. *quæst.* 87. *disp.* 7. quod si priuilegia Regularium dicant eximere à decimis omnia Religiosorum propria bona, debent quidem ex agris conductitiis decimam soluere, quia bona emphyteutica, aut conductitia non sunt Religiosorum bona: & sic est intelligendum *cap. cit. Dilecti.* At si verba priuilegij sint: *ne quis soluat decimam ex prædiis, quæ habet*, ad emphyteuticos, & conductitios probabiliter extenduntur, & *ad citat. cap. Dilecti.* Secundò respondetur, Pontificem loqui de priuilegiis quibusdam, in quibus duntaxat concedebatur, ne Regulares decimas soluerent ex fundis, quos propriis laboribus, & sumptibus colerent; & ideo ait Pontifex, eiusmodi priuilegium ad agros conductitios minimè protendi.

4. Sed aduersus supradicta insurgit Ferdinandus Ortiz de Valdes, *in docta, & erudita defensione illustrissimi Domini mei Domini Ioannis Palafox Episcopi*

Episcopi Angelopolitani, *parte* 6. *numero* 88. & adducit decisionem Rotæ, sed nostram sententiam satis probabilem existimo, quam post hæc scripta, præter Doctores citatos, inuenio docere Peyrinum *in Priuileg. Minim. Const.* 2. *Iulij* §. 5. 31. *num.* 133.

RESOL. CCXXX.

An Coloni, & Arrendatores agrorum Regularium gaudeant eorum priuilegiis non soluendi decimas? Ex p. 10. tr. 12. & Misc. 2. Ref. 52. alias 51.

Sup. hoc in tom. 9. tr. 2. Ref. 277.

§. 1. NEgatiuè respondet Trullench *in Decalog. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *dub.* 11. *num.* 4. Nota priuilegia exemptionis à solutione decimarum esse personalia, non verò realia; & ideo non transeunt ad Arrendatores, seu Colonos, aut emptores prædiorum, seu fructuum. Ita Barbosa *de Iure Ecclesi. lib.* 3. *cap.* 26. §. 3. *num.* 40. qui refert, ita decisum fuisse multoties, signanter *decis.* 32. *pagina* 2. *diuersor.* & coram Seraphino, *decis.* 827. *num.* 2. & in Placentina decimarum 17. Decembris 1584. coram Domino Blanchetto, & in Pampilon decimarum 15. Decembr. 1615. & alibi.

2. Sed hæc opinio Rotæ, salua reuerentia tanto Tribunali debita, mihi non placet, & illam intelligo stando in terminis iuris communis, & priuilegiis insertis in ipso iure communi: verùm loquendo virtute aliorum priuilegiorum communior sententia est, Religiosos eximi à decimis illorum fructuum. Ratio est; quia priuilegium reale eximit à debito decimarum illorum prædiorum, quæ per alios coluntur, vt traditur à Glossa, *in Clement.* 2. *de Decimis vers. excolendus*, & ibi communiter scribentes. Cardin. *quæst.* 23. Abbas, *in cap. Ex par.* 1. *de Decimis num.* 5. At in supradictis verbis conceditur priuilegium reale, & non personale. Ait enim Pontifex Eximimus Religiosos, & eorum prædia à Decimis soluendis. Ergo. Quod si in aliquo priuilegio dicatur; Eximimus Religionem illam à Decimis soluendis prædiorum suorum, neque addatur; Etiamsi per Colonos excolant, neque dicatur: Eximimus religionem, & eius prædia: adhuc est probabilius priuilegium esse reale, & non personale. Ratio est; quia si tunc deberent Coloni soluere decimas Ecclesiæ, ipsa Religio solueret decimas de prædiis suis: Coloni namque nunquam eximuntur à debito decimarum; etiam cum est priuilegium reale concessum Religiosis, sed soluunt Religiosis expresse vel implicite soluendo maiorem pensionem, quam soluerent si deberent Ecclesiæ, & decimas soluere; aliàs si ipsi Coloni exempti essent à debito decimarum, iam bona Ecclesiæ Laicis absque iusta, & legitima causa concederentur, neque intentio Pontificis fuit Conductoribus fauere, vt optime traditur à Suarez *lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 15. Fit ergo si decimæ tunc soluantur, ipsos Religiosos soluere decimas de prædiis suis, quod est contra priuilegium. Adde quod prædia Religionis non proprie à debito decimarum dicuntur exempta, sed Religiosi sunt qui eximuntur, non prædia. Vnde si prædia alienentur, seu vendantur à Religiosis, non transeunt cum priuilegio non soluendi decimas, vt de se constat. Ergo &c. Et ita hanc sententiam tradit Pellizzarius *in man. Regular. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 7. *sect.* 5. *num.* 176. Leandrus *in Precept. Eccles. tractatu* 6. *disp.* 6. *quæst.* 40. Io. de la Cruz *de stat. Relig. lib.* 2. *cap.* 9. *dubio* 4. *concl.* 4. Hieronymus Garcias *in Politica Regul. tomo* 1. *tract.* 8. *difficul.* 3. *dub.* 2. *punct.* 4. *num.* 11. & Raphael de la Torre *in* 2. 2. *tom.* 1. *post in* 4. *disp.* 6. *folio mihi* 580. vbi firmat, quod quamuis *in cap. Licet de decimis*, expresse dicatur, priuilegium Monachis, aut Regularibus concessum, & à decima soluenda liberentur, non trahi ad eos, qui ipsorum prædia excolenda conduxerint; nihilominus dicendum videtur esse expendenda verba priuilegiorum, nam si priuilegium sit personale tantum, non se extendit ad Conductores prædiorum: secus si reale sit, sic Glossa *in Clem.* 1. *de decimis*, *in verbo Excolendus*, & ibi Ancharanus, Imola, Cardinalis, *quæst.* 24. Abbas *in cap. ex parte de decimis.* 1. *num.* 3. quod probant, quia prædia à decima eximuntur: ergo etiam eorum Conductor soluere decimam non debet. Ad id verò, quod obiiciebatur *ex capite Licet de decimis.* Respondetur, ibi sermonem fieri de priuilegio, quod fuerat concessum Cistercensibus, Templariis, & Hospitalariis, ne decimam soluerent ex prædiis, quæ propriis manibus, & sumptibus colerent: ac proinde priuilegium dictum non debuit trahi ad Conductores, qui sibi fructus; vel ex toto, vel ex parte acquirunt: at verò priuilegia quædam relata generaliora sunt, & in vniuersum concedunt, vt prædia certorum ordinum Regularium sint libera, & exempta à decimis. Sed de hac re grauis lis inter Iesuitas, & Clericos Hispaniæ exorta est, & nescio quem exitum habuerit. Ita Raphael. Et ita hanc sententiam, præter Doctores citatos tenet Laurentius Peyrinus *in Priuil. Minim. Constit.* 2. *Iulij* §. 5. 31. *numer.* 132. vbi citat plures Auctores, & ex Henriquez addit, quod cum hæc causa fuerit agitata Romæ, & apud multa Ecclesiastica Tribunalia in Hispania, semper pronuntiatum est in fauorem Religionis, & Colonorum. Quod etiam testatur Philippus de la Cruz, *tractatu de decimis* §. 2. *num.* 9. vbi sic ait: [Siendo la possesion la que a de pagar, y no la persona que lo cultiuà, y siendo las tierras esentas por ser bienes Ecclesiasticos, y que no deuen diezmos, luego no porque se cultiue por Colono, e tal deue cosa ninguna de diezmos, pues la possession està libre: y assi los que arriendan tal tierra esenta, no tienen obligacion à pagar ninguna cosa; porque la obligacion de la paga toca al fruto de la tierra, no al labrador arrendatario, y en esta conformidad dize Enrique fue determinando, y juzgado en muchas partes, que sobre pleito pendiente fueron dados por libres los arrendatarios, como en Salmantica, Baeza, y Murcia, adonde empararon los priuilegios que en esta parte tiene la Compañia de Iesus, y tiene y da la misma razon que yo he dado antes de auer visto à este Dotor; porque este priuilegio de diezmos no es personal: sino realque passa à la misma possession, y ella lo deue: y siendo esenta y libre tambien lo es el que la arrieda y cultiua, lo qual tengo por vniuersal en toda España, sino solo en Portugal, que alli se pagan de que tengo notitia, y lo serà por costumbre. Y hase de reparar, que para lo dicho no es menester priuilegio de la persona, sino basta que lo tengan las possessiones, però tambien ay priuilegios de Sumos Pontifices que lo aclaran; y dizen en proprios terminos; y concedido à los P. Geronimos de España, adonde se dize que las tierras de la Religion que se las arriendan los labradores estan esentas de pagar diezmos, asi ellas como los Colonos, ò Arrendatarios. Tambien lo concedio la Santidad de Iuan XXII. à los Padres Cartujos, y se puede ver en el compendio de Cistercienses: y la Religion de mi Padre San Basilio, aun mas estense, como los concedieron la Santidad de Leon X. Gregorio XIII. que hizo participante de todas las gracias, fauores, y esenciones acerca destra materia, y de todas las que el monte Casino tiene que por ser infinitas no refiero, y se pueden ver en el Bulario de aquella Santa Congregacion y a este modo pone algunas Enriquez, y trae vn singular priuilegio,

RESOL. CCXXXIII.

An sit licitum legatum annuum Fratribus Minoribus relictum pro infirmaria?

Et de aliis legatis agitur pro supra dictis Fratribus? Ex p.3.tr.2.Ref.33.

Sup. hoc lege doctrinā Ref. & § not. seq.

§. 1. NEgatiuè respondent Sanchez *in summ. tom.2. lib.7. capit.26. numer.47.* & Palaus Glemonensis *in tracta. de legatis perpetuis relictis Fratribus D. Francisci de Obseruantia, part.4. §.6. num.19.* Hæc opinio est probabilis. Sed contrariam probabilem etiam esse puto; quam tuetur ex veteribus Ananias *consil. 16. à numer 3. vsque ad 5.* & ex recentioribus Rodriquez *in qq. Regul. tom.2. quastion.126. artic. 4.* quem nouissimè citat, & sequitur Laurentius de Portel *in dubiis Regular. verb. legatum nu. 7.* vbi sic asserit: Licitum est legatum relictum Minoribus, etiamsi sit annuum, pro necessitatibus infirmorum. Sic ille.

Sup. hoc magis late in Resol. seq. à principio, & in tom.6.tr 7. Ref.124.§.2. ante medium Vers. porque vale.

2. Notandum est etiam hic obiter. Primò licitum esse, contra Azorium *part.1. libr.12. cap.23. quæst.15:* & Paulum Glemonensem *vbi suprà* annuum legatum relictum Fratribus pro fabrica templi, vel Sacelli, aut pro vestimentis, & ornamentis Ecclesiæ, & Sacristiæ, quia nec Clem. *exiui, de verb. significat. in 6:* nec regula D. Francisci prohibet legata pro Ecclesiis, sed pro eorum victu, & ita docent Homobonus de Bonis *in exam. Eccles part.2. tract.9. cap.11. quæstion.33.* Menochius *tom.1. consil.114.* Bonacina *de contr. disp.3: quæst. vlt. punct.3.* & alij penes ipsos: qui etiam docent cum Sanchez *numer.46.* & Layman *vbi infrà.* valere legatum annuum dictis Fratribus relictum pro studio, & emendis libris, & hoc etiam docet Hieronymus Rodriquez *in compend. qq. Regul. ref.188. num.10.* quidquid in contrarium afferat Quesada *in diuersis qq. iuris cap.21. num.2.*

Sup. hoc legato signanter in Ref. 2. not. præterita, & in eodem §. in principio.

3. Nota secundò contra Paulum Glemonensem *vbi suprà part 1. §.4. num. 2.* valere legatum annuum relictum dictis Fratribus, si non attingat spatium decem annorum: nam tempus infra decennium modicum est, & ita tenet Layman *in Theol. mor lib.5. sect.5. tract.5. cap.10. num 4.* cum Sanchez *num.39* & alij penes ipsum.

4. Sed difficultas est, an minores sint capaces legati relicti ad vitam alicuius Fratris Layman *vbi supra* negatiuæ sententiæ videtur adhærere, præsertim si Monachus sanus, ac valens corpore sit, cum ius annuatim recipiendi tota hominis vita pluris æstimari soleat, quam ius percipiendi ad decennium.

5. Attamen his non obstantibus Sanchez *num.40.* qui citat Federicum, Antonium. & Abbatem, affirmatiuam sententiam docet, quem ego sequor; ideo dicendum est, non esse legatum annuum perpetuum, vt sic Minores non sint illius capaces, quando legatum relinquitur ad vitam alicuius Fratris Minoris.

Sup. hoc in Ref. seq. §. Sed si aliquis. per totum, & seq.

6. Nota tertiò cum Villalobos *in summ. tom.1. tractat.30. diffic.12. numer 8.* quod testator potest in fauorem Fratrum Minorum de Obseruantia facere testamentum in hac forma, videlicet, [Instituyo à mi alma por hereda en esta forma, que quiero, y es mi voluntad que lo que restare de mi hazienda se venda por mis testamentarios, y lo que dello se hiziere, se gaste en pescado, azeite, pan y otras cosas, que son de limosna al Conuento de san Francisco desta ciudad; y puesta esta clausula desta manera, lo podran hauer qualesquieras Religiosos de nuestra Orden por recoletor que sean.] Ita ille, qui etiam, & optimè notat cum Portel, & aliis, quod licet Frarres Minores [no pueden ser herederos, por razon de ser incapaces de dominio, puede el Iuez de oficio obligar à los testamentarios, que de à los dichos Religiosos por via de limosna, los que les fue dexado en el testamento y que esto lo puede pedir qualquiera de pueblo.] Et hæc dicta sufficiant in gratiam Fratrum Minorum, qui Deum pro me deprecabuntur.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 7. Ref.124.§. vlt. prope finem. à vers. Solamente puede.

RESOL. CCXXXIV.

An Fratres Minores possint recipere Anniuersaria perpetua, & legata perpetua annuorum redituum pro fabrica Ecclesiæ, vel alio vsu diui i cultus?

Et an si aliquis instituatur hæres cum onere vt hæreditatem vendat, & pretium in Fratrum Minorum necessitatibus conuertat testamentum sit validum?

Et an non solum in hunc modum hæres possit institui, sed etiam cum onere, vt quotannis in perpetuum det aliquid prædictis Fratribus Minoribus siue in sustentationem, siue pro Ecclesia, domo & similibus?

Et notatur, quod si Fratribus Minoribus res aliqua immobilis relinquatur à testatore, absolutè, nihilominus legatum valet, & pretium vendita hæreditate, vel re aliqua alia, debet dari Fratribus Minoribus. Ex p.10. tr.14. & Misc.4. Ref.67. alias 65.

§. 1. CIrca præsentem materiam alibi aliqua adduxi, & latè adducam in tractatione peculiari circa Nostram Religionem; hîc tantum adducam, quæ scribit, & docet Pater Magister Texeda Ordinis Prædicatorum *in Theol. Mor. tom.1. l.2. tr.2. dub.4. controuers.17. numer.21.* vbi sic ait: Dico sexto: Nec etiam repugnat Fratrum Minorum paupertati recipere Anniuersaria perpetua à Testatore relicta, vt pro sacris celebrandis, & aliis diuinis officiis pro testatore faciendis singulis annis aliqua summa pecuniarum ab hærede elargiatur: Contrarium huius tenet Sanchez *Sum.2. tom. lib.7. cap.26. num.44. tom.3. de Relig lib.8. cap.17. numer.25.* Existimantes Fratribus Minoribus minimè licere, repugnaréque proinde eorum laudabili paupertati: cæterum conclusio nostra asseritur à Syluestro, *verb. Legatum 1. quæst.3. dict.2.* Tabiena *verb. Legatum.* Manuel *quæstion 9. regul. tom.1. quæstion.126. articul.4.* D. Antonino, *3. part. tractat.18. capit.1. §.12.* Corduba *in regular. D. Francisci, quæst.17. & 16.* & probatur, quia minimè repugnat Fratrum Minorum paupertati stipendium recipere pro Sacris, & aliis diuinis Officiis faciendis, vt experientia est testis: ergo Legatum in quo iubetur à Testatore, vt elargiatur singulis annis Fratribus Minoribus aliqua quantitas vt Sacra celebrentur, & alia diuina Officia pro eo persoluantur, est validum: vnde asserit Diuus Bonauentura, quod quamuis Religiosi D. Francisci non possint petere in iudicio tales annuos redditus, nihilominus si hæres noluerit, posse licite denunciare Iudici, vt faciat adimplere voluntatem Defuncti: nam hoc non est actus dominij, vel propriæ iuris, nec repugnat paupertati, præcipuè cum id faciat ratione oneris, quo est grauatum Monasterium. Obiicitur, huiusmodi Legatum est annuorum redituum, & perpetuum: ergo tollit omnino Fratrum Minorum mendicitatem, cum id in victu, & vestitu eorum expendendum sit. Respondetur cum Syluestr. *verb. Hæreditas. quæst.7. distinct.2. num.10.* & immediatè citatis, negando Antecedens; quia illi annui redditus nec vt sic à Fratribus Minoribus acceptantur, & possidentur, sed vt stipendium, aut eleemosyna pro Sacris celebrandis, ac diuinis officiis persoluendis pro anima Testatoris, aut pro quibus iusserit. Secundo Respondetur, quia etiamsi relinquantur vt redditus per-

Alibi in Resolut. præterita §.2. ex id alio §. not 1. prædicti §.

petui, possunt tamen recipi pro emendo frumento, vino, & aliis necessariis ad cultum diuinum, pro quibus recipere redditus perpetuus non repugnat Fratrum Minorum paupertati, nec eorum Regulæ, vt dictum est. Hucusque Texeda, qui *antea num. 16.* hæc etiam asserit: Dico quinto: quoties annui redditus legantur Fratribus Minoribus etiam in perpetuum non pro eorum vestitu, & victu, sed ad quædam necessaria pro vsu diuini cultus validum est legatum, nec Minorum laudabilis paupertas quoquo modo violatur: Contrarium huius tenet Azorius. 1. *Instit. moral. lib.12. cap.23. quæst.15.* asserens annuos redditus perpetuos aduersari Fratrum Minorum paupertati atque adeo eiusmodi legatum esse inutile: sed nostram conclusionem tenet Baldus supra cum aliis, & prob. vera, quia annui redditus huiusmodi non legantur pro victu, & vestitu Fratrum Minorum, nec pro aliis ad corporea pertinentibus, sed pro necessariis ad diuinum cultum, ex quo non tollitur, nec diminuitur mendicitas eorum. Sed obiicit Azorius: nam *in Clemen. adducta exiui §.cuicumque annui redditus*, interdicitur Fratribus Minoribus recipere quoscunque annuos redditus: ergo cum ius non distinguit, nec nos etiam debemus distinguere. Sed respondetur. Textum solum ibi loqui de annuis redditibus ad victum & vestitum Minorum Fratrum pertinentibus, non vero de redditibus ad cultum diuinum necessariis, nimirum ad emendum panem, & vinum pro Sacris celebrandis, vel Calices, & Casulas, & alia huiusmodi. Quare dicendum puto, consuetudinem Religionis Minorum & cæterarum aliarum, quæ similem in communi seruant paupertatem, hos redditum modos admittere, ideo dicendum est posse non repugnare eorum paupertati habere huiusmodi redditus pro expensis fabricæ, & Sacristiæ, quia vt bene Angelus, & Siluester, Religiones non obstante earum paupertate, & mendicitate possunt acquirere ius ciuile ad huiusmodi redditus, & constat hoc ex *c. vlt. de Testam.* & cap. *Nimis 1. de Excessibus Prælat.* quatenus in illis huiusmodi legata Religiosis facta generaliter approbantur, peculiaria priuilegia in eorum fauorem conceduntur. Et probatur; quia tales redditus cum non dentur Fratribus Minoribus, vt ab illis possideantur, sed solùm fabricæ Ecclesiæ, aut Sacristiæ, seu pro reparatione eorum, quæ ad diuinum cultum necessaria sunt, ipsi Fratres re vera solum sunt Administratores talium redditum, qua ratione benè possunt dici habere ius ciuile ad eos exigendos solum quidem tanquam œconomi qui operis pij curam gerunt. Porrò obseruandum est non licere Fratribus Minoribus, nec aliis, quorum Religio similem profitetur paupertatem, conuertere huiusmodi annuos redditus, aut partem eorum in alios vsus Monasterij, vel Religiosorum, sed solùm in illum diuinum cultum, aut Fabricam Monasterij, ad quem deputati sunt; nam aliter facientes, contrauenirent paupertati, quam in communi seruant, vel ex præcepto, vel ex Regula, & talis vsus esset contra voluntatem Testatoris, seu Donantis; vnde ipsi Religiosi nullum ius habent vt in alios vsus illos redditus expendant, præter illos ad quos à donante deputati sunt, & ideo non aliter licet eis illis vti, nam ideò illos redditus perpetuos possunt Fratres Minores recipere, & pro illis exigendis agere in iudicio; quia sunt illius operis Administratores, & œconomi. Hæc omnia Texeda; cuius sententiam, licet nouissimè non approbet Pater Dicastillus, *de Iust. lib.2.tract.18.disp.1.dub.18 n.308.* tamen illam admittit Mantica *de coniectur. vltim. volunt. lib.8.tit.6.* Bonacina *de Contract. disp.3.quæst.vlt.punct.3.num.8.* & alij quibus ego adhæreo.

Sup. hoc in 2. Sed si aliquis hic obiter quærat, an si instituatur hæres cum onere vt hæreditatem vendat, & pretium in Fratrum Minorum necessitates conuertat, Testamentum sit validum? Et affirmatiuè respondet Lessius, Layman, & alij, quos citat Dicastillus, *vbi suprà n.312.* Dico itaque validum esse Testamentum, in quo Fratres Minores non instituuntur hæredes principaliter, sed alius à Testatore signatus succedendi in hæreditatem capax, cum clausula, idest sub conditione vendendi hæreditatem, & quod pretium in Fratrum Minorum necessitates conuertatur: Et probatur, quia tunc Fratres Minores non succedunt in aliquod ius defuncti, nec in eos transiit rei immobilis hæreditas: nec sunt verè hæredes, sed legatarij, quibus à defuncto per modum eleemosynæ, & causæ piæ donatur pretium illius hæreditatis, cuius dominium non ad Minores spectat, sed ad eum, qui in Testamento à Testatore fuerat nominatus, & signatus, & vocatus cum onere tamen, & obligatione vendendi hæreditatem, quæ hæreditas vendi debet: & existimatio eius Minoribus donari iuxta Testatoris voluntatem; nam tunc Fratres Minores, non vt domini adeunt defuncti hæreditatem, sed solùm vt pauperes recipiunt eleemosynam. Ref. præteritu ia §.vlt.

3. Sed plus addit, (nota Lector) doctus Dicastillus *loc. cit. num. 311.* non tantùm hoc modo relinqui posse vni tertio bona immobilia hæreditario iure, vt vendita hæreditate pretium Fratribus tribuat, sed etiam cum onere, quotannis in perpetuum det aliquid prædictis Fratribus siue in sustentationem, siue pro Ecclesia, domo, & similibus, ita tamen vt ipsi Fratres non censeantur adquisiisse ius exigendi hos annuos redditus; sed solùm ex parte hæredis sit obligatio tanquam onus impositum à Testatore. Ita Dicastill.

4. Et tandem nota, quod si Fratribus Minoribus res aliqua immobilis relinquatur à Testatore absolutè, non explicando an vendi debeat, & conuerti in eorum vsus necessarios, adhuc nihilominus Legatum est validum, & pretium vendita hæreditate debet dari Fratribus Minoribus. Ita Texeda, *vbi supr.n.14.* quicquid in contrarium asserat Azorius, *tom.1.lib.21. cap.13.* quia quoties agitur de pia, & Religiosa causa, & verba simpliciter sunt prolata debent in casu dubij interpretari in fauorem eius, ne actus maneat suo valore destitutus: ergo cùm verba huius Legati rei immobilis Fratribus Minoribus relicta, simpliciter sint prolata, quamuis eius (quatenus immobilis) sint incapaces, cùm tamen sint ad recipiendum pretium habiles, & possint habere existimationem rei iam venditæ, legatum valet pro secundo, cuius sunt capaces, atque adeò hæres tenetur rem illam vendere, & pretium Fratribus Minoribus elargiri.

RESOL. CCXXXV.

An possit fieri legatum alicui Religioso professo cum conditione, vt nihil acquiratur Monasterio?

Et aliqua alia circa hoc adnotantur. Ex p.3.tr.2.Ref.34.

§. 1. Affirmatiuè respondeo cum Homobono de Bonis *in exam. Eccles. part. 2.tract.9. c. 8. q. 21.* vbi sic ait. Et si donatio causa mortis, vel legatum factum Religioso professo cũ conditione, vt illud habeat indepẽdenter ab eius Prælati voluntate, validum non sit, cũ hoc omnimodo paupertatis voto aduersetur; subsisteret tamen, si relinqueretur, ita vt nihil Monasterio acquiratur; quia legatum illud intelligendum est, vt Religiosus illud habeat oculis Prælati conniuentibus, qui si illam licentiam dare nolit, relictum expirat. Ita ille, & ante illum Molfesius *in summ. tom.* Sup. hoc in tom. 6. tr. 7. lege doctrinã Ref.31. signãter à medio §. Sed etiam. à vers. victúque eius.

tom.1.tract.7.cap.20.n.50. Vincentius de Franchis *decis.* 718. Rodriquez *tom.2.quæst.125.art.2.* & alij.

2. Notandum est tamen, quod illa verba, *vt nihil iuris Monasterio acquiratur,* interpretanda sunt, vt cum licentia Superioris illud legatum in vsus licitos, & honestos, vt vestimentorum, & librorum, &c. conuertat, licet indirectè hoc in ipsius Monasterij commodum redundet; non tamen intelligenda sunt, vt ille ad libitum, & quomodocumque etiam cum licentia Superioris disponere possit; nam ita faciens esset proprietarius, nec Prælatus illam licentiam dare potest.

3. Nota etiam cum Molfesio *vbi suprà*, quod in retrocessione illius legati ad hæredem, nulla alia requiritur iuris solemnitas, cum nihil acquisitum sit Monasterio, sed solum sufficit denegatio licentiæ Superioris, quæ negatio facit, vt resoluatur legatum.

RESOL. CCXXXVI.

An Religiosus, si persuadeat moribundo, vt sepulturam eligat in sua Ecclesia, incidat in aliquam pœnam, excommunicationem, & peccatum?

Et quid est dicendum, si Religiosus induceret moribundum ad sepeliendum se in aliena Ecclesia? Ex p. 5. tract. 3. Ref. 101.

§. 1. RESpondeo quòd Religiosus, vel Clericus suadens alicui vouere, iurare, vel promittere quòd sepelietur apud suas Ecclesias, vel mutabit sepulturam iam alibi ab ipso electam, peccat mortaliter, & incurrit excommunicationem Bonifacij VIII. *compend. ver. sepelire*, § 6. & si contrà actum fuerit, electio sepulturæ non valet, neque eligens potest in illa sepeliri, etiamsi iurauerit. Et ita docet Portel. *in dubiis Regular. ver. sepultura, num.3.*

2. Nota verò cum Toleto *lib.1. cap.36. n.3.* quòd, si Religiosus induceret moribundum ad sepeliendum se in aliena Ecclesia, etiam medio iuramento, seu voto, in nullam censuram incurreret, nec vllum committeret peccatum.

RESOL. CCXXXVII.

An Religiosi morientes extra Monasterium, vbi sunt sepeliendi sint?

Et notatur, quod tenentur expensas factas in Monachi sepultura soluere, si in Parochiali Ecclesia sepelitur. Ex p.5. tr.3. Ref.110.

§. 1. RELigiosi cùm non habeant electionem sepulturæ, sepeliendi sunt in propriis Monsteriis, *c. vlt. de sepult lib.6.* Emanuel *quæst. regul. tom. 3. q.60. art.1. & 2.* Vgolinus *de offic. Episc. cap.17. n. 9.* latè Sanchez *in pract. Decalogi, tom.2. lib.6. cap.14.* nouissimè Aloys. Riccius *in praxi rerum fori Eccles. part. 4. resol. 293. num.39.* etiamsi extra claustra decedat, quia tunc etiam Parochis inconsultis ad eorum Ecclesias deferri debent, vt censuit sacra Congregatio Emin. Cardinalium Concil. Tridenr. Interpretum, *sub die 2. Iulij 1620.* vt refert Laurentius de Peyrinis *in constit. fui Ordinis Minim. tom.2. constit.7. Pij V. num.13. vers. ad decimum, pag.194.* nisi sint ita remoti à propriis Monasteriis, vt commodè portari nequeant, quia tunc possunt eligere sepulturam, *d. c. vlt.* Nauarr. *com.2. de regularibus, num.43.* Emanuel *d. q.60. art. 2. vers. Aduertendum tamen est.* Sanchez *d. c. 14. num.3.* si verò in partibus sic remotis à Monasterio moriantur, non electa sepultura, sepeliendi sunt in Ecclesia parochiali, in qua decesserint instar sæcularium in itinere morientium, vt tenet Ancharan. & Franch. *in d. c. vlt.* Sanchez *d. c.14. num. 4.* subdens contra glos. *ibi*, in casus positione sepeliendos adhuc in Ecclesia parochiali, quãuis ibi sit Monasteriũ aliquod sui Ordinis, nisi ibi fuerint causa perpetuæ residentiæ, & *num. 5.* subdit. quòd tenetur expensas factas in Monachi sepultura soluere: & hæc omnia docet etiam Barbosa *de difficult. Parochi, c.16. num.30.* cui adde Villalobos *in summ. tom.1. tr. 31 diffic.2. num.12.* & Bellert. *in disq. Cler. part. 1. tit. de Clerico debitore*, §. 3. *num.39.*

RESOL. CCXXXVIII.

An sæcularis hospes Regularium, si inter illos moriatur, sepeliendus sit in eorum Ecclesia, vel in Ecclesia Parochiali, in qua situm est Monasterium?

Et docetur, quid agendum sit de suis familiaribus, & seruitoribus modo tamen dicti actualiter Religiosis inseruiant, aut in locis Religiosorum commorentur, & sub eorum obedientia viuant?

Et an sæcularis fœmina existens in Monasterio Monialium, si in fine vitæ velit sepeliri extra Ecclesiam Monialium spectet ad Parochum, vel ad Confessorem Monialium associare cadauer, & percipere quartam funeralem, & alia iura rati ne sepulturæ?

Idem est de puellis degentibus intra Monasterium causa educationis.

Et notatur, quod pro Nouitio moriente apud consanguineos, vel alias extra Conuentum, si in Monasterio suorum Regularium sepeliatur, non debetur quarta Parocho, sub cuius Parochia mortuus est. Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 61.

§. 1. POsse sepeliri in Ecclesia Regularium docet Bordonus *in consil. Regular. tom. 2. resol. 51. n. 168.* quod probat ex cap 116. *quæst.1. in fine*, ibi: *Mortuum non sepeliat, nisi Monachum in Monasterio secum commorantem vel si fortuitò quenquam aduenientium Fratrum ibi mori contigerit*, Nomine *Fratrum* ibi non veniunt Conuersi Monachi, cùm sub primo vocabulo, *Monachum*, contineantur: aliter non possent sepeliri in suis Monasteriis, sed solùm Monachi Clerici: ergo sub eo nomine *Fratrum* comprehenduntur sæculares peregrini, siue Clerici, siue Laici: nam omnes fideles adinuicem Fratres sunt per lauacrum regenerationis Iesu Christi: vnde Chrysostomus *homil. 25. in Epist. ad Hebræos*, dicit: [Si enim quis Frater nominatur in vobis, Fratrem in hoc loco omnem fidelem intellige, non Monachum tantùm: quid est autem, quod facit fraternitatem, nisi lauacrum regenerationis, quod facit posse vocari Deum Patrem.] Ergo ex illo capite Religiosi habent ius sepeliendi mortuos apud se defunctos. Confirmatur: quia in tali casu recipiunt omnia Sacramenta à Regularibus: ergo. Sup. hoc id tom. 1. tr. 2. Ref. 22. §. vlt. cursim ad medium.

2. Sed nouissimè contrariam sententiam docet Ægidius Trullench *tract. de iure Parochi, cap.9. dub.1. n. 5.* vbi sic ait: [Possunt Regulares in suis Ecclesiis Parochis inconsultis) suos familiares, & seruitores sepelire, eisque Sacramenta ministrare, modò tamen dicti actualiter Religiosis inseruiant, aut in locis Religiosorum commorentur, & sub eorum obedientia viuant. Constat ex concessione Clementis IV. & Sixti V. apud Fr. Ioan. de la Cruz *de statu Religios. lib. 2. c. 6. dub.1. n.1. & c.5. d.4.* & maximè ex Tridentino *sess.24. c.11. de reformat.* ibi: *Exceptis tamen iis qui prædictis locis, aut militiis actu inseruiunt, & intra eorum septa, ac domos resident subque eorum obedientia viuunt.* Quæ omnia copulatiuè requiruntur, vt ij familiares dictis priuilegiis gaudere possint, vt tenet Bellarmin. *in declarat. sup. Trid. sess. cit.* iuxta Bullam 67. *Circumspecta.* Gregor. XIII. vide Fr. Ioan. de la Cruz *vbi suprà, dicto num. 1. in fine*, Sup. hoc supra cursim in fine Ref 163. & pro ministratione Sacrã. Pænitentiæ supra in Ref 88 & in aliis eius primæ annot. & etiam secundæ pro reseruatis ab Ordinario locorum; & pro ministratione Eucharistiæ tempore Paschatis, & in

periculo mortis in tom. 2. tr. 2. Ref. 18. §. 1. & 2. & in aliis eius not. & pro ministratione Extremæ vnctionis ibi ex doctrina Ref. 63. & pro supradictis tribus Sacr. ibidem in Ref. 21. §. penult.

fine, & cap. 6. dub. 1. num. 1. vbi refert hanc Sacræ Congreg. declarationem: *Congregatio Concilij censuit, dictos Religiosos audire posse Confessiones sæcularium, qui sunt de sua familia, & continui commensales: non tamen eorum, qui deseruiunt in eorum Monasteriis.* Vnde non est audiendus Hieronymus Rodericus *in comp. qq. Regul. ref. 64. n. 1.* vbi idem extendit, propter aliqua priuilegia, ad eos, quos in Monasteriis contigerit infirmari: quia talia priuilegia, si quæ sint, (non enim illa adducit,) sunt abrogata per Gregorium XIII. vt tenet idem la Cruz, & Doctores communiter. Imò idem Concilium *vbi supra* derogat omnia priuilegia dispositioni dicti Concilij contraria.] Ita Trullench.

3. Verùm sententiam Bordoni, præter Rodriquez à Trullench citatum, tenet etiam Peyrinus *de priuil. tom. 1. Const. 1. Iulij II. num. 94.* Quia Monasteria Regularium sunt exempta à iurisdictione Episcoporum, & æquiparantur locis positis extra Diœcesim. Ergo, si decederet dictus hospes in aliquo loco extra Diœcesim, nullam in eo haberet Episcopus, & Parochus loci, in quo Monasterium Regularium est positum, iurisdictionem: ita cùm decedit in loco Regulariũ exẽpto.

4. Sed hîc obiter apponam pulchrum dubium, an sæcularis fœmina existens in Monasterio Monialium, si in fine vitæ velit sepeliri extra Ecclesiam Monialium, spectet ad Parochum, vel ad Confessarium Monasterium Monasterij associare cadauer, & percipere quartam funeralem, & alia iura ratione sepulturæ? Hic casus accidit Panormi: nam cùm in Monasterio Sanctæ Catharinæ vsque ad senectutem vixisset fœmina nobilissima, voluit post mortem sepeliri in Capella Maiorum existente in Ecclesia Societatis Iesu. Itaque ad dubium iam propositum nouissimè respondet Pater Pellizzarius *tract. de Monial. cap. 10. sect. 3. n. 233.* & putat, spectare omnia supradicta ad Confessarium Monialium, cùm Monasterio Monialium competat non solùm exemptio personalis, sed etiam localis; & fœmina illa sæcularis illud sibi eligendo in domicilium, effecta sit de ouibus Confessarij præfati Monasterij: qui proinde, tanquam Parochus illius, erga ipsam poterit exercere parochialia modo dicto: præterquam quòd à quo viuentes recipimus Sacramenta; ab eodem post mortem debemus recipere & sepulturam; & consequenter ipse à nobis recipit iura parochialia, seu effectus dictorum iurium: sicut ergo fœmina illa viuens recepit Sacramenta à Confessario Monialium, tanquam eius Parochiana; sic post mortem debet ab eo recipere sepulturam, & ille lucrari ab ea iura parochialia cùm verè sit eius Parochus, habeátque, vt talis in illam iurisdictionem ordinariam, non autem solùm delegatam. Ita ille, qui etiam putat, doctrinam posse probabiliter sustineri de puellis in Monasterio degentibus causa educationis: quippe quæ ibi acquirunt quasi domicilium, adeóque fiunt Parochianæ dicti Monasterij, iuxta probabilem doctrinam traditam à Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 23. num. 9.* vbi, si ibi moriantur, Confessarius Monialium exercebit cum illis omnia iura parochialia, tam quoad Sacramentorum ministrationem, quàm quoad sepulturam; vt dictum est de fœmina sæculari: quamuis de dictis puellis sustineri possit etiam opinio opposita, quam Sanchez censet esse probabilem. Hæc Pellizzarius.

Sup. aliqua alia contingentia in hoc casu lege supra §. vlt. Ref. 163.

5. Notandum est etiam hîc cum Bordono *vbi suprà n. 206.* quòd pro Nouitio moriente apud consanguineos, vel alios extra Conuentum, si in Monasterio suorum Regularium sepeliatur, non debetur quarta Parocho, sub cuius Parochia mortuus est; quia illam exigit solum respectu suorum Parochianorum: Nouitius autem non dicitur Parochianus: quia in eius Parochia domicilium non habet; sed incidenter ibi reperitur, & censetur, ac si ibi non fuisset: qui enim reperitur in loco, à quo breui recessurus est, non censetur ibi fuisse, *c. Diuortium 21. dist. 1. de pœnit. lib. 1. §. Qui præsens ff. de verb. significat.* Quidquid in contrariũ asserat Caratus *de Iur. Paroch. tit. 6. c. 2. & tit. 7. c. 12.*

RESOL. CCXXXIX.

An Regulares quando accedunt ad funera mortuorum debeant adire Ecclesiam Parochialem, vel accedere ad domum defuncti?

Sed difficultas est, quando capitulum Cathedralis interuenire debet; an omnes Clerici sæculares & Regulares, & omnes confraternitates accedere ad funus volentes, debeant congregari in Cathedrali ad leuandum capitulum; & quid de iure, & consuetudine?

Et aliqua alia notabilia circa hoc adnotantur, & tandem explanatur, quod Regulares monere, & expectare debent Parochum in supra dicto casu; quo requisito, & expresse venire recusante, licet eisdem Regularibus, etiam ipso inuito, cadauer ad propriam Ecclesiam transferre. Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 65.

§. 1. CAsus in dies accidit, ideo Respondeo quod si cadauer sit in domo, aut alibi, Regulares debent accedere ad Parochialem, & inde cum Parocho ad leuandum cadauer. Sac. Cong. rituum Senogallien. 26. Aug. 1616. Tarpien. 16. Febr. 1631. & alibi. Adeo vt neque consuetudo induci possit valida conueniendi in alio loco, quàm in aliqua Ecclesia, vel pio loco, quia Sac. Congr. Liman. 15. Decembris 1632. addit decretum irritans, vt scilicet nullo modo per viam, & ad domum defuncti, vnde patet irritari omnem actum extra terminos habiles.

2. Sed difficultas est quando Capitulum Cathedralis interuenire debet in funere, an omnes Clerici sæculares, & Regulares, & omnes Confraternitates accedere ad funus volentes, debeant congregari in Cathedrali ad leuandum capitulum; quod probatur de iure & consuetudine? Et affirmatiuam sententiam tenet Ioannes Baptista Parolettus *in Palæstra clericali p. 3. c. 5. litt. D.* Probatur; nam capitulum non debet accedere ad alias Ecclesias ad leuandum inferiores, quia cùm hæc sit materia præcedentiæ, ille præcedit cuius caput præcedit; Felin. *cap. cùm non liceat n. 2. de præscript.* Cassan. *Catalog. Glor. Mund. p. 4. consid. 31.* Rota *coram Lancell. decis. 127. inter select.* Capituli autem caput est Episcopus, & Canonici faciunt vnum corpus cum Episcopo *cap. cum Clerici de verb. sign. cap. nouit, & cap. quando de his quæ fiunt à Prælatis.* Ideo Canonici collegialiter præcedunt in omnibus publicis actibus, etiam Abbatibus vsum Mitræ & Baculi habentibus; Nauar. *c. 2. de Maior.* Ric. 7. *Praxis.* 90. Non possunt se per viam iungere, nec ad domum defuncti expectare, quia id nullo modo fieri posse resoluit Sac. Congr. Rit. *Liman.* 15. Decembr. 1632. Neque expectare extra ianuam Ecclesiæ, & aliis postea se associare. Sac. Congr. Episc. *Vigleuanen.* 13. *Nouemb.* 1600. ergo in Cathedrali debent coadunari ad inchoandam inde funeris processionem. Tum quia crux vnica ferenda est in funeralibus, & si Capitulum interueniat, tunc sola crux Capituli defertur, sub qua omnes incedunt per antianitatem; Sac. Cong. *Narnien.* 30. *Septemb.* 1616. & *Andrien.* 22. *Nouemb.* 1631. Aliàs Crux Paroch. Sacr. Congr. Rit. 22. Martij 1632. Regulares autem non posse ad funus inuito porocho Crucem deferre, statuit Leo X. Consist. Sacro approbante, vt refert Praxis Neap. *c. 61. n. 14.* Sed ibi adunari debent omnes etiam parochi, & quicunque exempti, vbi Crux desumitur. Tum à fortiori, quia Sacrista vel curatus Cathedralis etiam amouibilis præcedit Parocho defuncti, quando Capitulum interuenit: Sacr. Congr. Rit. *Pisauren.* 22. *Martij* 1631. ergo à fortiori ipsum Capitulum.

3. His tamen non obstantibus, negatiuam sententiam

tiam docet doctus, & amicissimus P. Bordon. nunc meritissimus Generalis suæ Religionis, *in Controuersiis moralib. contr.* 43. *quæst.*8. *n.* 33. Tum quia in Rituali Pauli V. de exequiis habetur, quod omnis Clerus, & alij qui debent interesse, ad Ecclesiam Parochialem, vel aliam iuxta loci consuetudinem conueniant: ergo etiam Canonici, cùm non excipiantur ibidem: in fauorabilibus enim Canonici veniunt sub nomine cleri, vt docent, Sylu. *verb Clericus num.*1. Nald. *ibid.* Tum quia processiones funerales breuiori via ineundæ sunt ne Clerus dicatur vagari, vnde mortui recto tramite ad Ecclesiam regularem sunt referendi: Nald. Verb. *Sepultura n.*11. Gauantus *verb.exequiæ n.*25. referunt decisum. Processiones autem funerales non essent breuiores, si omnes accedere deberent primò ad cathedralem, postea ad Parochialem. Tum quia satis honorantur tenentes postremum locum etiam supra Parochum, vt decisum fuit,& refertur à Lauor. *tit.*2.*de fun er.c.*3. *n.*209.Ita Bordon.qui postea respondet ad argumenta Paroletti.

Sed vt verum fateat, vim magnam mihi infert contra P.Bordonum Epistola Sacræ Congregationis ad Episcopum Brittoriensem,quam affert Parollettus tenoris sequentis.

Viene representata à questa Sacra Congregat. la differenza che è fra il Capitolo di costi, & y Monaci dell'Abbatia intorno alla pretensione, che essi Monaci hanno di no esser obligati di andate alla Chiesa del Capitulo sudetto per cominciare da essa la processione ò accompagnamento de morti, ma d'aspettare dentro la loro parochia oue stimano più commodo. E perche il solito è, che si radunino nella Catedrale, quando il Capitolo è inuitato al funerale, quindi è che questa Sacra Congregatione è venuta in senso di scriuere. V. S. la presente lettera, perche faccia omninamente osseruare il solito,nè permetta sopra ciò nouità imaginabile. E sentendosi da questa resolutione grauata alcuna delle Religioni potrà ricorrere à questa Sacra Congreg. dalla quale si può ripromettere ogni compimento di giustitia, ch'è quanto moccorre è Dio la contenti.Roma li 25. Giugno 1638.

Come fratello
Il Card. S. Onofrio.
C. Fachinetti Sec.
Bertinoro. Vescouo, Capitolo dello Catedr.

Verùmomnia superius dicta in aliquibus locis non obseruantur, vt Panormi in mea dulci patria, antequam ego ipse discederem in praxi minimè deducebantur: videbam enim Regulares neque Ecclesiam parochialem adire, sed expectare in domo mortui Parochum vel Capitulum, quod fateor esse contra Rituale Pauli V. & declarationes Cardinalium, ideò nostram sententiam docet etiam in Regularibus P. Francisc. de Torano *in Compendio ad Ministrum Generalem tit.de Cadaueribus n.*5. vbi sic ait; Debent autem Regulares ad Parochialem Ecclesiam accedere, & exinde cum parocho ad domum, ex qua Cadauer est asportandum. Casu autem, quo Cadauer in aliqua Ecclesia reponi contingat, ad eandem Ecclesiam vbi repositum erit, conuenire debere, censuit Sacr. Congregat.Episcoporum, & Regularium in vna Senogallien.25. Augusti 1616.Similiter Regulares monere ac expectare debent Parochum, quo requisito, & expressè venire recusante,licet eisdem regularibus etiam ipso inuito, cadauera ad propriam Ecclesiam transferre 11. Decembr.1615.Hucusque P.Franciscus de Torano.

RESOL. CCXL.

An peccata fornicationis inter Regulares dicantur contra bonum publicum?

Et an quando fornicatio committeretur semel vel bis,tunc dici non deberet vergere in perniciem publicam,& ita etiam in casu fortiori de crimine nefando?

Et an in his omnibus adhibenda sit correctio Fraterna, quando speratur, vt in casu hæresis & solicitationis? Ex p.3. tr.2. Ref.69.

§. 1. QVando crimina sunt contra bonum commune, potest iudex procedere per viam inquisitionis contra delinquentem particularem etiam si cõtra ipsum nõ sit aliqua probata infamia, & aliqui asserunt esse denunciãda sine præuia correctione fraterna; ideo multum scire conducit an peccata carnis in Religionibus sint contra bonum commune. Prima opinio, quam ego teneo, affirmat, & tuetur Miranda *in ordine iudiciario, tom.*1.*quæst.*11. *articul.*2 *conclusion.*2. Aldrete *de Relig disciplt.tuenda lib* 1. *cap.*5. §.4.*num.*19. Ioseph.de Sancta Maria *in Tribun. Relig.tract.*1. *cap.*3. §. 2. & alij. Secunda opinio negat, quam docet Rodriq. *de ordine iudic.capit.*3. *numer.*5. Spatharius *in praxi corrig.Regular. tractat.*3. *capit.*8.*n.*9. & alij. Tertia opinio est media, & concordat duas præcedentes, quam inuenies apud Ioan. Valerum *in differ. vtr.fori, vers. Inquisitio, differ.* 1. *numer.*6. vbi sic asserit. Peccata fornicationis in Religiosis, vbi timeri potest publicatio, puto vergere in damnum totius Religionis, secus vbi est adeò secretum, & cum tali persona, vt verisimiliter credatur nunquam detegi; & ita concordari possunt Miranda,& Rodriq. qui in hoc sunt contrarij nam Miranda tenet vergere in damnum publicum, Rodriquez negat.Ita Valerus, quem sequitur Thomas à Iesu *lib.de visit. Reg.tract.* 1. *cap.*11. *num.*6.

Sup. in hoc intra in tr 4. Ref 50. à 3. Quod si,& in Ref.55 §. vlt. & in Ref.61. signanter §. sed circa.

2. Notandum est tamẽ hîc obiter primò,quòd etiam stando in prima sententia, quando fornicatio committeretur semel, vel bis, tunc dici non deberet vergere in perniciem publicam, & ita in casu fortiori de crimine nefando docet Pitigianus *in praxi criminali Reg.*11. *in addit.lit. A, in fine*, sed in hoc casu consulatur prudens Confessarius.

3. Nota secundò cum Miranda *loco citato* quòd etiam stando in prima sententia, in his criminibus adhibenda est fraterna correctio, quando speratur, quod etiam in casu fortiori, nempe hæresis, & solicitationis, docent DD. quos ego ipse citaui *in tract. de denunciationibus res.*2. & ideo ponam hîc verba Octauij Spatharij *vbi suprà in praxi de modo corrig. Regul. tract.*5.*cap.*3.*num.*3. sic asserentis: Ordinem præscriptum à Christo Domino in Euangelio circa correctionem fraternam essentialissimum arbitror in Religionibus, vt millies dixi, & qui nunquam sine grauissima culpa omitti possit, quando est ei locus, & qui vtinam seruaretur; nam eo seruato, non essent in Religionibus tot controuersiæ, tot æmulationes, tot contentiones, tot persecutiones, tot mortales inimicitiæ, tot scandala, & præcluderetur aditus omnis, & omnis via inquietis, & maleuolis, & Religiones fruerentur summa pace,charitate summa,summa concordia, & summa Regulari obseruantia. Hæc Spatharius, quæ non procedunt, si in aliqua Religione quis circa hoc cederet iuri suo, vt supra probatum est de Societate IESV.

Sup. hoc in Ref & §.1.& Resol.3. not. præteritæ.

Quæ hic est in tom.5.tr 9. Ref.2 § Sed audiamus, & in ref.4 & in aliis eius primæ not.

Sup. in Ref. quæ hîc est infra in tr. 4. Ref.50.signãter in eius §. limitatur, &c.

RESOL.

RESOL. CCXLI.

An si Religiosus, vel Monialis in delectationem morosam consentiat, violet votum Castitatis? Ex p.7. tr.11. & Misc. 2. Res. 34.

§. 1. NEgatiuè respondet Eusebius de Herrera *in Decisionibus moral.decis.6.num.* 9. vbi sic ait: [Si el pecado de la delectación morosa, milita contra el voto de castidad? Respondo, que no milita derechamente contra el voto: si bien se considera: porque no ay voluntad de quebrantarle, y donde falta la voluntad no allega la culpa, verb. gr. Si vn Religioso se estuuiesse deleytando en si, en pensar en cosas venereas, poro no tiene voluntad, ni consiente en ellas, sino solo se recrea con y maginarlas ò pensarlas, pecca mortalmente, con pecado que se llama delectacion morosa: pero yo no dire, que este es sacrilegio, contra el voto de la castidad, pues tiene intento de guardarle, no consintiendo en acto que le periudique, y contradiga. Como si vno hiziesse voto de yr à Hierusalem, y se pusiesse a pensar, que buenos estarse en su casa con reposo, y gustasse de pensar en esto, aunque con la voluntad no consiente en quedar se en casa, sino en yr à Hierusalem, no diremos que la delectacion que este tuuo militaua contra el voto, ni le quebrantaua, ni nadie le condenara por sacrilegio. Lo qual deben aduertir los confessores, para no condenar por sacrilegio qualquiera pecado mortal del religioso.] Ita Herrera.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 7. Ref. 100. lege doctrinam §. vlt. post medium à vers. Verum, & §. eius vlt. not.

2. Sed affirmatiuæ sententiæ adhærendum esse puto, quam tuetur Reginaldus *to.2.lib.22.cap.1.num.* 14. Trullench *in Decal.tom.2.lib.6.cap.1.dub.7.num.2.* Filliucius *tom.2.tr.33.cap.7.num.*122. Alphonsus de Leone *de Offic.& Potest.Confess.Recollect.* 9.n.155. & alij. Dicendum est igitur eum qui habet castitatis votum absolutum, si complaceat sibi in delectatione venerea etiam sine affectu ad opus venereum, peccare non tantùm peccato fornicationis, seu contra castitatem, sed etiam peccato sacrilegij, & contra Religionem. Ratio est, quia votum castitatis absolutè emissum, comprehendit non solùm opus externum, sed etiam delectationem omnem contra castitatem: cùm de hac emissum sit absolutè, & sine restrictione.

RESOL. CCXLII.

An Regularis, qui suadet alteri Religioso, vt adulterium committat, & perpetret, peccet contra votum Castitatis?
Et docetur Monialem, vel in Sacris constitutum propriis tactibus sæcularem polluentem sine propria delectatione satisfacere in confessione, si dicat, tangens impudice alium pollui, nec tenetur explicare suum statum.
Et qui pollutus est, sufficit dicere, alienis tactibus pollutus sum non explicans viri, aut mulieris sæcularis, vel Regularis. Ex p.7.tr.11.& Misc.1.Res.27.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 7. Ref. 101. §. vlt. ad mediū, à vers. Nota tamen. & melius ad, iem in alio §. eius annot.

§. 1. AD hoc dubium ita respondet Caramuel *in Reg.D.Bened.disp.66.num.*986. Monachus qui persuasione, vel cooperatione concurrit ad hoc, vt alius seu Monachus, seu sæcularis vadat ad concubinam, peccauit quidem mortaliter, sed non contra suum votum Castitatis. Demonstratur; quia ipse non habuit rem cum tali pellice, sed fecit vt alius haberet, vnde tenetur in confessione dicere: Feci quòd alius sæcularis, vel Religiosus iret ad sæcularem, vel religiosam; tenetur explicare statum peccantium, non vero suum; atque ideò si sit in habitu sæculari, non tenetur dicere se esse Religiosum: ratio est, quia ipse non peccauit contra votum, imò neque contra sextum præceptum Decalogi, sed contra quintum; fuit enim illis scandalo, & occasioni vt peccarent contra sextum. Præterea In hoc scandalo, seu persuasione, nulla voluptas sensualis reperitur, nulla venerea delectatio, neque in hanc assensus, sed solùm reperitur malitia voluntatis animam alterius occidentis, & hoc est contra quintum. Hinc habes solutionem ad casum sequentem.

2. Petrus vt solicitaret quandam Religiosam, vsus est industria amici sæcularis, & tandem industria Religiosi; consulens, vter grauius peccarit, sæcularis, an religiosus, siquidem vterque æqualiter concurrit ad religiosæ illius præuaricationem. Responde vtrumque peccasse æqualiter, quia neuter habuit rem veneream, sed fecit quod religiosa haberet. Hæc omnia Caramuel; cui doctrinæ videtur adhærere Sanchez *in Summ. tom. 2. lib. 5. cap.6.num.*10. Sed circa præsentem quæstionem vide Cardin. Lugum *de sacram. Pæn. disp.*16.*sect.*4.*n.*152.*& seq.*

3. Non deseram hìc obiter adnotare quod Caramuel me citato docet etiam Monialem, vel in sacris constitutum propriis tactibus sæcularem polluentem sine propria delectatione, satisfacere confessioni si dicat tangens impudicè alium pollui, nec tenetur explicare suum statum; & qui pollutus est sufficit dicere, tactibus alienis pollutus sum, non explicans viri aut mulieris, sæcularis an regularis. Sed in vtroque casu dissentit P.Magister Candidus *tom.* 3.*disquis.*2.*art.* 24.*dub.*5.*&* 6. Quia, ait ipse, grauis iniuria, contemptus videtur inferri sacræ professioni religiosæ, & sacris ordinibus eo ipso, quo quis vtitur tactibus professi, & constituti in sacris Ordinibus, vt instrumento ad immundissimum hoc peccatum contra naturam perpetrandum; Ergo cùm hæc sit circumstantia grauiter euidenter aggrauans, est applicanda in sacro Pœnitentiæ sacramento. Verùm aduersus amicissimum P. Candidum non solùm nomine, sed etiam moribus & doctrina, opponam ex sua inclyta Religione P.M.Nic. Moscicensem *in Tyrocinio S. Artis Pœnitentiariæ, p.* 2. *§. de Luxuria, num.*10. vbi sic ait: Nota quòd quando mollities committeretur tactibus Religiosi, vel in ordinibus maioribus constituti: tunc si qui patitur, sæcularis est, non tenetur amplius dicere, nisi sic: Passus sum voluntariè pollui tactibus alienis. Et viceuersa, Deo dicatus, satisfaciet dicendo: Tangebam alium impudicè vsque ad pollutionem eius. Neque tenetur explicare se esse Deo dicatum per professionem, nisi ratione scandali, vel nisi etiamsi illi interuenerit pollutio, siue voluntaria indirectè, videlicet in causa: (quo casu solus Deo dicatus explicare debebit se esse talem) siue propter mutuum tactum, quo casu sæcularis etiam addere debebit circumstamtiam complicis quia ibi persona sacra violata est. Ita Moscienſ.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 7. Ref. 76. & 77.

RESOL. CCXLIII.

An ingressus mulierum in Claustra virorum Regularium prohibeatur sub peccato mortali?
Et an hoc prohibitum sit in Bulla Pij V. & Greg. XIII. ita vt excusentur à mortali, & excommunicatione?
Et notatur fœminas, quæ in casibus permissis ingressæ sunt in aliqua loca Monasterij excusari ab excommunicatione, etiam si postquam ingressæ sunt, ad vlteriora loca progrediantur, &c.? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 179.

§. 1. AD hoc dubium ita respondet Layman *in Theol. moral. lib.* 4. *tractat.* 5. *cap.* 12. *num.* 4. ingressum mulierum in monasteria virorum Regularium

gularium non ita certum est sub peccato mortali, aut excommunicationis censura prohibitum esse, tametsi enim allegari solet Bulla Pij V. & Greg. XIII. est tamen valde probabilis sententia aliquorum non fuisse mentem horum Pontificum nouo iure condito ingressum mulierum in Monasteria virorum prohibere, sed solùm paci & quieti Regularium prospicere, ad quorum Monasteria Marchionissæ, Comitissæ, &c. prætextu priuilegiorum ipsis concessorum contra instituta eorumdem Regularium, & interdum non sine molestia ipsorum ingredi præsumebant. Ita ille. Et licèt pro contraria sententia adducatur quædam declaratio Pij V. hanc authoritatem non constare respondet Layman, qui etiam adducit Suarez *tom. 5. disput. 21. sect. 6.* vbi sic asserit. In communi iure Pontificio, neque in aliis Pontificum decretis inuenio generalem legem prohibentem ingressum mulierum in monasteria virorum sub mortali, neque etiam ex natura rei, aut ex ipsa professione video in hoc actu per se & intrinsecam malitiam; & ideo non existimo in vniuersum esse hoc peccatum mortale, si excludantur circumstantiæ mali finis, scandali, violentiæ, iniuriæ Monasterio illatæ, &c. Hæc Suarez. Sed hæc opinio mihi non placet; vt nec Bonacinæ *vbi supra punct. 2. n. 6. & punct. 2. n. 1.* quia Bulla Pij V. clarè loquitur, & est in Bullario posita.

Quoad hoc infra in Ref. 245. legè doctrinam §. 1. cursim in fine. Sup. hac mora in Ref. seq. §. finitis. & in aliis eius annot.

2. Notandum est etiam hîc obiter aliquos docere fœminas quæ licitè in casibus permissis ingressæ sunt in aliqua loca Monasterij, excusari ab excommunicatione, etiamsi postquam ingressæ sunt, ad vlteriora loca progrediantur, quia licèt peccent contra obligationem clausuræ, immorando, vel vlteriùs progrediendo, nihilominus pœnam excommunicationis incurrere non videntur, quia hæc lata est contra fœminas præsumentes ingredi Monasteria Religiosorum: fœmina autem ingressa non dicitur ingredi, sed immorari, vel ad loca Monasterij ambulare, percurrere, aut visitare, ergo, &c. & hanc opinionem probabilem esse docet Bonacina *tract. de clausura, quæst. 5. punct. 4. num.* 16. Sed aliquibus, & mihi, non placet.

RESOL. CCXLIV.

An hodie mulieres possint ingredi Claustra Regularium comitando processiones?

Et an hoc prohibitum sit in constitutionibus Pij V. & Greg. XIII.? Ex part. 7. tract. 12. & Misc. 3. Ref. 6. aliàs 4.

Sup. hoc lege doctrinâ Ref. not. seq.

§. 1. NOuissimè Ioan. Anton. Nouarius *in summ. Bullarum tomo secundo, tit. de Clausura super Bullam Pij V. num. 6.* negatiuam sententiam docet, & adducit Declarationem Sacræ Congregationis Rituum tenoris sequentis: Illust. & Reuer. DD. Archidiaconus Oriolen. exponit DD. VV. Illustriss. & Reuerend. qualiter in Ciuitate Oriolan. vsu, seu forsan, etiam consuetudine immemorabili introductum est in aliquibus Monasteriis Regularium scientibus, & non contradicentibus Episcopis pro tempore, vt annuatim faciant suas Processiones tam solemnes Rogationum, Candelarum, Palmarum de Sanctissimo Sacramento, ac alias, quàm priuatas de Cruce tempore Passionis, de Rosario, de Carmine, de Cingulo S. Francisci, de Corregia S. Augustini, cum similibus singulis mensibus per claustra dictorum Monasteriorum comitantibus, vndique deuotionis, & Religionis causa vtriusque sexus fidelibus, quod cum videatur contrarium constitutionibus Pij V. & Greg. XIII. quibus præcluditur aditus mulieribus accedendi ad claustra Regularium, ideò orator supplicat declarari, an hoc iure liceat.

2. Sacra Rituum Congregatio respondit non licere mulieribus comitari processiones per claustra Monasteriorum Regularium, nisi adsit in hoc expressa licentia Sedis Apostolicæ die 3. Septembr. 1628 Fuluius Benig. Secretarius. Et ideò Nouarius ex his sic concludit. Hodie stante dicto Decreto non licet mulieribus ingredi claustra Monasteriorum comitando processiones absque expressa licentia Sedis Apostolicæ.

Sed an dicta Declaratio sit vera, & autenthica aliqui dubitant, stante Declaratione mentis Pij V. facta per Cardinalem Alexandrinum, & per extensum adducta ab ipso Nouario, vbi suprà.

3. Et licèt Nouarius dicat hodie cessare supradictam Declarationem mentis Pij V. factam per Cardinalem Alexandrinum stante supracitato Decreto S. Congregationis Rituum videmus vsum esse in contrarium & ideò relinquendo alios DD. adducam hîc tantùm verba M. Texeda *in Contr. Moral. tomo primo, lib. 2. tr. 1. contr. 17. num.* 8 vbi sic ait. Procul dubio verum est aliquando licitum esse fœminis intra claustrum Religiosorum ingressum, vt asserunt Nauar. & Rodrig. qui benè scribit, sic declarasse Pium V. viuæ vocis oraculo, & ideò licitus est fœminis ingressus intra religiosorum claustrum tempore processionis, & quando celebratur in aliqua Capella Missa intra claustrum, vel dicuntur vesperæ vel fit officium alicuius defuncti quod tamen intelligo pro tempore quo durarint prædicta officia: & ideò circa illa verba Pij V. viuæ vocis oraculò prolata, nempe, vel alterius cuiusui officij: intelligit Pontifex omnia dumtaxat officia pia, & religiosa, quæ conducunt ad deuotionem augendam eorum, qui ingrediuntur, & ideò etiam licitus est fœminis ingressus intra religiosorum claustrum, quando quis ad habitum recipitur, aut profitetur, & etiam quando in Parasceue fit religiosorum pedum lotio, vel legitur Euangelium in quibus casibus possunt ingredi fœminæ etiam ad eum locum; quem *De profundis* vocant religiosi, si sit coniunctus claustro, & patens absque porta. Si autem fuerit clausus, in illum ingredi non possunt.

Sup. hoc & seqq. in hoc §. lege doctrinam Ref. seq.

4. Finitis tamen officiis tenentur fœminæ statim exire, aduertendo tamen aduerbium illud (statim) non debere accipi metaphysicè, sed moraliter, & ideò si finitis officiis fœminæ aliquantulum detineantur in claustro, etiam si fiat per quartam partem horæ, non sunt huius præcepti transgressores, si detentio illa non fiat malo fine. Quare recedendum puto à Rodriquez dum asserit religiosum, qui finitis officiis est causa, vt fœminæ moram aliquam intra claustrum faciant contrauenire huic præcepto, & incurrere prædictas pœnas, quare dico hunc Authorem esse nimis rigorosum & ideò afferendum puto oppositum. Quia huiusmodi pœnæ non sunt impositæ contra fœminas iustè ingressas, quæ se detinent in claustro, sed contra malè ingredientes, & pœnæ non sunt extendendæ, sed restringendæ. Hucvsque Texeda.

Sup. hoc in Ref. præterita §. vlt. cursim antè med. & infra in Ref 349. §. Ad secundum. per totum & late in aliis suis vlt. annot.

5. Sed Responsio Sacr. Congr. me torquet, præsertim quod declaratio Cardinalis Alexandrini est viuæ vocis Oraculum, vnde videtur corruere stante Bulla S. D. N. Vrbani VIII. Sed nouissimè Portel *in Resp. Mor. part 2. Cas. 13. num. 13.* tangit hanc difficultatem: adi illum & non piegebit; Nota tamen quòd post hæc scripta inueni nostrum P. Leone *de Censuris Recollect. 4. Litera M. fol. 360. col. 2.* hanc quæstionem pertractare, & docere posse hodie mulieres ingredi claustra Regularium modo quo supra, & respondet ad declarationem S. Congregationis à Nouario adductam; & hoc praxis obseruat.

RESOL.

RESOL. CCXLV.

An mulieres possint ingredi Claustra Regularium, quando fit lotio pedum in die Iouis Sancti, vel datur habitus, vel professio alicui Nouitio, vel sepelitur defunctus absque metu censurarum?

Et in his euentibus an possint fœmina intrantes ingredi Capellas positas in Claustro, quia hæ sunt officinæ secretæ? Ex p.9.tr.7.& Misc.2.Ref.52.alias 51.

Sup. hoc in Ref.præterita §.& leer. sed lege eam à principio.

§. 1. Affirmatiuè respondet Portel *in dubiis Regularium, verb. Clausura Monachorum, n.5.* vbi sic ait: Possunt licitè intrare fœminæ clausuram Monachorum, vel si quando intrant clausuram, habetur sermo Prædicationis, vel fit officium lotionis pedum in Ioue Sancto intra clausuram: vel quando datur H. bitus, vel fit Professio Nouitij, si fit consuetudo fieri intra clausuram, vel sepelitur defunctus: & in his euentibus possunt fœminæ intrantes ingredi Capellas positas in Claustro, quia hæ non sunt officinæ secretæ.] Ita ille.

Quo ad hoc supra in Ref. 243. lege sectionem §. vii. & in 10. §. tr. 1 Ref. 91 signanter in fine.

2. Sed Bonacina *de clausura, q.5.punct. 4. num.* 10. & P. Lezzana *in Summa, tom.1.cap.10.num.12.* negant, mulieres posse ingredi, quoties quis intra Claustra admittitur ad Habitum regularem. Verùm in hoc casu putat Pellizzarius *in Manual.Regular.tom.1 tract. 5. c.6.sect. 2.n.46.* posse dictas mulieres intra Claustra admitti: quia, cùm datur Habitus alicui Nouitio, efficitur pia exhortatio, & recitantur preces, quæ veniunt nomine diuinorum Officiorum, de quibus loquitur Bulla Pontificis. Sed tu cogita.

RESOL. CCXLVI.

An pœna priuationis Officiorum, & inhabilitatis ad illa lata in Bulla Pij V. contra introducentes fœminas in Monasterio incurratur absque iudicis sententia?

Et notatur Generales, & Prouinciales Religionis posse dispensare in supra dictis pœnis non autem confessarium virtute Bulla Cruciatæ.

Et an præter dictas pœnas introducentes fœminas in Monasteriis incurrant suspensionem à Diuinis, & excommunicationem Pij V. Pontifici reseruatam, de qua Episcopus etiam si sit occulta, non possit absoluere, quod idem etiam dicendum est de Confessario virtute Cruciatæ? Ex p.3.tr.2.Ref.66.

Sup. hoc in Ref.seq. & in aliis eius primæ not.

§. 1. Affirmatiuè respondet Sayrus *in claui Regia lib.3.cap. 10.n.35.* Bonacina *de clausura tom. 1.quæst. 5. punct. 3. num.* 2.iuncta *quæst.1.punct.4. num.* 7. Merolla *in disp.Theol.tom.1.disp.1.cap.2.diff. 10. num.* 253. & alij penes ipsos, quia in Bulla supradicta imponitur dicta pœna non solum ipso facto, sed fine alia declaratione; ergo.

2. Hæc opinio est probabilis, sed ego probabiliorem negatiuam sententiam existimo, quam tuetur Sanch. *in sum.tom.2 lib.6.c.17.n.39.*& illa verba *absque alia declaratione*, intelligenda sunt de declaratione pœnæ. Fundamenta huius sententiæ adducit ipse Sanchez *tom.1.lib.2.c.22.n.2. & c.39.in vlt.*& ita intelligenda etiam esse existimo similia verba apposita à Clem. VIII. in Bulla de largitione munerum, vt doctè adnotauit Sousa *in illius explicatione, n.* 102, & à Greg.XIII.in Bulla, quæ incipit, *dubia quæ emergunt contra Prælatos ingredientes Monasteria Monialium*, vt tenet Suarez *de Relig.tom.4.lib.1.c.7.n.10.*cum aliis, & à Paulo II. in Extrauag. *ambitiosa, de rebus Ecclesiæ non alien.*vt notauit Henriquez *lib.13.c.56.n.41.* Grassius *in decis.p.1.lib.2.cap.11.n.41.*& alij.

3. Notandum est tamen hîc obiter, stando in prima sententia, contra Grassium *p.1.lib. 4.c.23.n.* 12. posse Generales, & Prouinciales Religionum exemptare, & dispensare in supradictis pœnis, & ita tenet Rodriquez *tom.1.q.24.art.* 17. non autem Confessarium virtute Bullæ Cruciatæ, quia dictæ pœnæ non sunt censuræ.

Sup. hoc ibidem §.1.in fine,& in duobus §§.seqq.

4. Notandum est etiam hîc præter supradictas pœnas, introducentes fœminas in Monasteriis incurrere excommunicationem per Bullam Pij V. Pontifici reseruatam, de qua secundum Riccium *in praxi tom. 1.resol.* 544. *n.* 5.& alios, Episcopus, etiamsi sit occulta, non potest absoluere. Sed contrarium dicendum esse puto cum Merolla *vbi suprà, n.* 517. qui me ipsum citat *in tract. 2. Miscellan.resol.* 35. quod etiam dicendum est de Confessario virtute Bullæ Cruciatæ: Nam sicuti Episcopus potest dictam excommunicationem absoluere, ita incurrunt etiam supradicti in suspensionem à diuinis, de qua contra Sorbum *in compen.Priuileg. ver. ingressus Monasteriorum, num.* 11. & Rodriquez *in expositione huius motus, n.*34. non solum semel, sed toties, quoties potest Confessarius cum Bulla Cruciatæ absolutionem impendere in foro conscientiæ, etiam si causa fuerit deducta ad forum contentiosum, vt notat Merolla *vbi suprà, n.* 525. & Sanchez *in summ.tom.1.lib.6.c.17.n.41.*Sed ad alia transeamus.

Sup. hoc in Ref.not. seq. &c. Quæ nûc est in tom.3.tr.3. Ref.31.&c.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 3. Ref.30. §.vlt. Sup.his seqq. pro parte in tom. 4. tr.3. Ref.39.&c.& pro parte in Ref.61.& in aliis eius primæ not.

RESOL. CCXLVII.

Quidam Regularis ex transgressione Bullæ Pontificiæ inciderat in priuatione vocis actiuæ, & passiuæ, quæritur; an teneatur in conscientia, petere dispensationem ante iudicis sententiam?

Et an Prælati Regulares dispensare possint cum propriis subditis super priuatione vocis actiuæ, & passiuæ, aut Officiorum Dignitatũ, &c nec non in inhabilitate ad ea; aliisque similibus pœnis Ecclesiasticis, quæ contrahuntur ex aliquo delicto subditis pœnis prohibito à Summis Pontificibus, vel aliis Regularium Superioribus?

Et quid, si hæc fuerint imposita à Sacra Pœnitentiaria in pœnam cuiusdam delicti? Ex p. 11. tr. 6. & Misc. 6. Ref.47

§. 1. Affirmatiuè Theologus ex Societate respondit, & satis quidem probabiliter, sed ego adhæsi negatiuæ responsioni, & adduxi Martinum de San Ioseph *in Regulam Sancti Francisci cap. 16. n.* 39. vbi sic ait; [Todas las vezes, que en nuestros estatutos ò en los Breues Apostolicos se pone pena do priuacion de oficio, y inhabilidad para tenet otros, y otras penas semejantes, aunque la ley diga se incurran ipso iure, ò ipso facto, nò se incurren antes de la sentencia de juez, glossa ipso iure *in addit. margin. in l.Lucius 47.§.tutela ff.de administ.tutor.* docet Nauar. *in Manual. c. 25. n. 66.* con Caietano, & Syluestro, Molin. *de Iust.tom.1.tr.2.disp.96.num.*8. Granado *in 1. 2. controu.7.tract.3.punct.1. disp. & sect.2*, Sousa *in explic. Bulla de larg. mun.* §. 9. y otros muchos, y assi me admiro de que Villalobos 1.*p.tract.2.dub.25.nu* .... diga, que solamente Soto es de esta opinion, con que el se mouio à tener la contraria. Y lo mismo se ha de dezir quando ipso iure es priuado alguno por delicto del derecho de elegir: Sic Molina, & Malderus Episcopus Antuerpiensis *in par.2.quæst.96.art.4. memb.* 4. y aun añade la ley que pierdan el oficio, y sean inhabiles para otro ipso facto, & sine aliqua declaratione, se ha da interpretar, sine declaratione ipsius pœnæ; però non sine aliqua declaratione ipsius culpæ. De manera que aun en este caso es necessaria sentencia del Iuez, que declare el delitto. La razon de

Sup. hoc in præterita Ref.63. lege eam per totam, & aliam eius annot.& in tom. 3. tr. 3. Ref. 69. §. penult. & in tom. 4. tr. 8. Ref. 56. §. ex quibus, & in tom. 5. tr. 6. Ref.14. à lin. 6. & in Ref. 15. per totam, & in tom. 6. tr.1. Ref. 34. §. vlt. & in Ref.35.36. & 78.& in tom. 9.tr.7.ex Ref. 109. lege doctrinam §. Sed quid.

de todo esto es, por que no sa ha da creer, que el legislador (que siempre deue tener delante de los ojos la equidad, *l. quod si Ephesi ff. de eo, quod cert. loco* & ibi additio marginalis) ha da querer que na die sea executor contra si mismo de la pena, sciendo cosa que lo rehusa tanto la flaqueza humana contra *c. ex parte de constit. ita* Couar. *rub. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 8. n.* 10. Mexia *in taxa panis con. 6. nu.* 136. Lopez 1. *part. instruct. c. 296. fol.* 880. Graff. 1. *part. decis. lib.* 1. *capit.* 11. *num.* 41. Enriquez *lib.* 13. *de excommunic. c.* 36 *num.* 3. Azeuedus, & Matiencus *super leg.* 5. *Recopilat. lib.* 5. *tit.* 11. *glos.* 1. Antonius Gomez *t.* 3. *variarum cap. vlt. numer.* 3. Vasquez 1. 2. *quast.* 96. *art.* 5. *disp.* 170. *cap.* 4. *num.* 24. & 25. Cruz *in Epitom. lib.* 5. *capit.* 3. *dub.* 6. citans pro ista sententia Bañez, & communem Thomistarum cum D. Thoma 2. 2. *quast.* 62. *art.* 3. tenet expresse Sousa *in explicatione motus proprij de largitione munerum n.* 102. & Sanchez *lib.* 9. *oper. moral. cap.* 15. *num.* 65. Enriquez 2. *tom. lib.* 13. *cap.* 16. *num.* 1. Dize que regularmente hablando quando las leyez penales contienen las dichas palabras rigurosas, se han de explicar que solamente hablen en el fuero exterior y no en el de la conciencia. Esta sentencia es mas prouables, que la del Padre Fray Manuel Rodriquez *in expositione motus proprij contra mulieres Monast. ingredientes num.* 31. Sotbo *in compen. priuil. Mend. verb. ingressus Monasteriorum n.* 10. Sayro *in claui regia l.* 3. *c.* 20. *n.* 35. Salas *de leg. disp.* 15. *sect.* 2. *n.* 29. Vasquez *in* 1. 2. *disp.* 248. *c.* 2 *num.* 12. que defienden que las dichas penas se incurren en el fuero de la conciencia, y que assi se ha de pedir luego dispensacion à su Santidad, ò vsar de vn priuilegio de Eugenio IV. que concede à los Prelados dispensen en estas penas con cargo de que por vn año entero el assi dispensado, reze cada semana los siente Psalmos Penitenciales con sus litanias.] Hucvsque Martinus de San Ioseph.

Sup. hoc in Res. not. seq.

Sup. hoc in Res. præterita § 3.

2. Sed quoad vltimum dictum quæro an Prælati Regulares dispensare possint cum propriis subditis super priuatione vocis actiuæ & passiuæ, aut officiorum, dignitatum, &c. nec non in inhabilitatione ad ea, aliisque similibus pœnis Ecclesiasticis, quæ contrahuntur ex aliquo delicto sub dictis pœnis prohibito à summis Pontificibus, vel aliis Regularium Superioribus.

3. Respond. posse (pro foro conscientiæ tamen solum) & quidem etiamsi sint reseruatæ Papæ, ita Lezana *t.* 1. *c.* 18. *n.* 46. ex Sorbo *in Com. V. Ingredi Monast. Monial. in annotat. à §. dico* 4. Suar. *t.* 4. *de Relig. tract.* 8. *l.* 2. *cap.* 12. *num.* 9. Rodriquez *tom.* 1. *quast.* 61. *à* 9. Sanchez *l.* 6. *in decal. cap.* 15. *num.* 78. aliique, & probatur, nam patet Prælatos Regulares posse dispensare super irregularitatibus ex delicto prouenientibus, si sint occultæ, æquè ac possunt Episcopi ex concessione Conc. Trid. *sess.* 24. *c.* 6. cùm tamen ibi nomine irregularitatum, ac suspensionum veniant huiusmodi pœnæ, quarum proindè dispensatio conceditur Regularibus. Confirmatur, nam certum est per priuilegium Bullarum Pauli III. concessum fuisse Patribus Societatis Iesu facultatem absoluendi à quibuscumque censuris, ac pœnis Ecclesiasticis, & consequenter dispensandi in iis, quæ *in hac quæstione proponuntur*, vt pote quæ reuera sunt pœnæ Ecclesiasticæ.

4. Vtrum verò vi supradictorum priuilegiorum dispensari possit Regularis in priuatione vocis actiuæ, & passiuæ, ipsi imposita à Sac. Pœnitentiaria in pœnam cuiusdam delicti, cuius ipse absolutionem petebat.

5. Respond. posse, patetque ex doctrina quam tradit Sanch. *l.* 2. *in dec. cap.* 13. *num.* 32. nimirum quod absolutus ab aliquo reseruato cum onere se præsentandi, si postea vi iubilæi, aut alicuius indulti iterum absoluatur, manet liber ab illo onere, nec tenetur amplius se præsentare: quæ doctrina optimè potest adaptari casui nostro, vt consideranti constabit.

RESOL. CCXLVIII.

An omnia viuæ vocis oracula concessa Regularibus sint hodie sublata: Ex part. 9. tract. 7. & Misc. 2. Resolut. 61.

§. 1. **A**Liqui viri docti ex Regularibus mordicùs negatiuam sententiam tenent, quos adduxi *in part.* 5. *tr.* 14. *resolut* 17. quibus nunc adde doctum Patrem Leandrum *in Regul. D. Francisci, quæst.* 20. *ad cap.* 6. *n.* 3. vbi sic ait: [En el fuero de la concienc ia pueden vsar los Regulares de los priuilegios concedidos, *viua vocis oraculo*, à los mismos Regulares, no obstante los dichos Breues de Gregorio Dezimoquinto, y Vrbano Octauo: porque es muy puesto en razon, y conforme à derecho, que los priuilegios de los Regulares se conseruen por auer sido concedidos por premio de seruicios hechos à la Iglesia; y à titulo de sus meritos, y se prueua, porque el Papa Clemente Septimo en la Bula que empieça, *Dum fructus vberes.* despachada en el año de 1525. à 30. de Mayo, en el segundo de su Pontificado, concedio à los Frayles Menores todos los priuilegios, immunidades, essenciones, concessiones, indultos, indulgencias, remissiones de pecados, concedidos a todas las Ordenes Mendicantes, y no Mendicantes, y todos los, que se huuiessen de conceder *in futurum*, en qualquiera manera, y modo, que fuessen concedidos, ò que huuiessen deserlo, y confirmò todas las que la dicha Orden tuuiesse concedidas en qualquiera manera que lo fuessen, por todos los Romanos Pontifices: con lo qual concedio todos los *viua vocis* oraculos: assi los que hasta el dia que se despechò la dicha Bula estauan concedidos à la nuestra, y à las demas Religiones, como todos los que en adelante se auian de conceder, como consta de aquellas palabras: *Omnibus, & singulis immunitatibus, exemptionibus, concessionibus, indultis, peccatorum remissionibus, & gratiis, quibusuis Congregationibus dictorum Ordinum, aliorumque Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium, quomodolibet concessis, & concedendis.* De manera que concedio todos los indultos, priuilegios, y gracias concedidas, y que se auian de conceder en qualquiera manera que lo fuessen, ò que lo huuiessen de ser con lo qual comprehende todos los concedidos por Bulas Apostolicas, ò solo por *viua vocis* oraculos, &c. Y Pio Quinto en la confirmacion que dio le los priuilegios de las Ordenes Mendicantes, en el año de 1567. en el segundo año de su Pontificado, no solo confirma todos los priuilegios concedidos à las dichas Ordenes por sus Antecessores, sino que añade, que los inoua, y concede de nueuo, como si sin faltar palabra alli los refiriera *de verbo ad verbum.* Y lo mismo hizo Gregorio Dezimotercio, en la confirmacion que dellos hizo, y Sixto Quinto, confirmando los priuilegios de los Frayles Menores, en el año de 1586. dize las mismas palabras. De manera que conforme à esto se ha de hazer cuenta, que todas las palabras de los priuilegios concedidos por *viua vocis* oraculos, hasta los dichos Pontifices, assi à los Mendicantes, como à los Frayles Menores, y que se auian de conceder en adelante, estan insertos al pie de la letra en las dichas Bulas de Pio quinto, Gregorio Dezimotercio, y Sixto quinto, y por el consiguiente ya no son *viua vocis* oraculos, sino priuilegios concedidos por Bulas Apostolicas. Gregorio Dezimoquinto, y Vrbano Octauo reuocan los priuilegios concedidos, solo por *viua vocis*

Quæ nūc est in tom. 6. tr. 1. Res. 26. & hoc infra in duabus Res. seqq. & in Res. 252. §. obiicies, sed lege eam per totam. & in alio §. eius annot.

oraculos, y estos no lo estan solo por esse camino, sino por Bulas de los Sumos Pontifices, (como dicho es,) luego no estan reuocados almenos en el fuero de la conciencia, porque siendo esta concession en general, y en especial de todos, y de cada vno de los priuilegios de los Regulares, ò sean concedidos por Bulas, ò por *viuæ vocis* oraculos, però sin nombrar en particular à alguno, no sera admitida en el fuero exterior para comprouar qualquiera de los priuilegios hechos por *viuæ vocis* oraculos: y porque de la concession hecha à los Padres de la Compania, por nuestro Santissimo Padre Vrbano Octauo, que refiere Portel y nos otros referiremos abaxo en el numero siguiente, no consta por algunas letras autenticas, sino solo por vna simple certificacion de los mismos Padres de la Compañia de Iesus, la qual no basta, ni seria admitida para el fuero de la conciencia, y estando en el, es verdaderissima nuestra sentencia.

2. Y se confirma, porque nuestro Santissimo Padre Vrbano Octauo concedio à los Padres de la Compañia de Iesus, el año de 1614. à 19. de Abril, todos los priuilegios *viuæ vocis oraculo*, despues de la general reuocacion hecha por Gregorio Dezimoquinto en la Bula que empieça, ***Romanus Pontifex in specula.*** dada en Roma à dos de Iulio del año de 1622. y los concedio sin alguna clausula exclusiua de las demas Religiones: por lo qual todos los que participan como nos otros, de los priuilegios de la Compañia de Iesus, gozan desta concession; la qual testifica auer visto firmada el Padre Fray Lorenço Portel en la vltima pagina del dicho libro, que està à fol. 909. y 910. y aunque despues acà Vrbano Octauo en la Bula que empieça: *Aliàs felicis recordationis.* dada en Roma à 20. de Deziembre de 1631. reuoco todos los oraculos *viuæ vocis*; però en la dicha Bula solo reuoca los concedidos à instancia de Reyes, y Emperadores, ò Principes, ò autorizados por Cardinales, dexando en el mismo estado la primera reuocacion de Gregorio Dezimoquinto, por la qual vale la concession hecha despues à los Padres de la Compañia, y se està en su vigor, porque Vrbano Octauo no inouò nada acerca de los demas *viuæ vocis* oraculos fuera de los dichos: ni basta dezir contra esto, que si reuocò los, que tenian mas fuerça, *à fortiori* quiso reuocar los demas, porque la reuocacion de los priuilegios es odiosa, y no tiene lugar, sino en los casos expressos en la ley del Pontefice, porque las cosas odiosas, *sunt stricti iuris*, y en ellas no se haze extension alguna, y antes se deue restringir, que ampliar] Hæc omnia P. Leander: qui tamen posteà subdit, hæc esse amittenda, nisi stylus Curiæ Romanæ sit in contrarium.

3. Sed absolutè negatiuam sententiam, me citato nouissimè docet Ioseph Rocafull *in Praxi Theolog. moral. to. 2. p. 3. l. 7. c. 6. n.* 44. vbi sic asserit [Porrò *de viuæ vocis oraculis* à Pontificibus redditis, quæ olim sæpè allegabantur, præter Bullas, & Motus proprios Pontificios, nihil dicendum videtur: quoniam Vrbanus VIII. nouissimè in Bulla edita die 20. Decembris, 1631. sustulit omnia *viuæ vocis oracula.* Cœperat quidem id facere Gregorius XV. sub die 2. Iulij, 1622. Sed quædam tum excipiebat. Vrbanus tamen VIII. omnia simul, & semel sustulit; & cùm clarè loquatur Pontifex, mirandum est, quòd Lezzana. & Laurentius de Peyrinis adhuc contendant, Vrbanum non omnia sustulisse.] Ita ille: cui etiam addi potest Pater Quintanadueñas *in Theolog. moral. tom. 1. tract. 9. singul. 3. num.* 5.

4. Sed, his non obstantibus, non deseram adnotare, Patrem Bordonum *in consil. Regul. tom. 1. resol.* 31. *& tom.* 2. *res.* 54. *n.* 238. docere, in Bullis Gregorij XV. & Vrbani VIII. non fuisse sublata *viuæ vocis oracula* purè fauorabilia, & quæ nulli nocent, & præiudiciabilia sunt. Adi illum, & cogita. Sicut etiam de aliis doctrinis, quas adducit nouissimè Pater Pellizzarius *in Manual. Regul. tom. 2. tr. 8. c. 1. sect. 5. n.* 130. *& seqq.* cùm esse videantur contra stylum, & praxim Romanæ Curiæ.

RESOL. CCXLIX.

An viuæ vocis oracula Regularibus concessa hodie, non obstante Bulla Vrbani VIII. & Greg. XV. ad hoc minime reuocata censeantur? Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. Res. 26. alias 24.

§ 1. QVæstio est nimis lubrica, & ego alibi aliquos Doctores adduxi, qui illam pertractabant: tunc autem per extensum apponam quid de tota hac difficultate sentiat P. Vidal *in Arca Theologia Moralis, tit. de Iurisdictione Inquis. 4. num. 15. & seqq.* Sic itaque asserit. Obiicitur. hoc Priuilegium Sixti IV. fuisse concessum tantùm viuæ vocis oraculo, authenticato tamen ab aliquo Eminentissimo Cardinali, & ipsius manu firmato, vt habetur in Bullario Emman. Roder. *tom. 1. fol.* 127. *in fine Bullar. Sixti IV. n.* 12. *& in compend. priu. Min. Capuccini tit. Benedicere Ecclesiastica, n.* 4. vbi ponitur. O magnum, quod significat hoc viuæ vocis Oraculum esse authenticum, secùs verò quando ponitur, o, paruum, quia tunc significat illud Priuilegium non esse authenticatũ ab aliquo Eminẽtissimo Cardinali Ita Pater Pellegrinus *in principio Compendij de nouo editi nostrorum, Priuilegiorum verb. Introductio n. 1. in fine*, sed per Constitutionem Vrbani VIII. editam die 20. Decembr. 1631. quæ incipit, *Aliàs felicis record.* &c. reuocantur, & annullantur omnes concessiones viuæ vocis oraculo; siue sit authenticum, siue non: ergo cùm huiusmodi Priuilegium Sixti IV. sit tantùm viuæ vocis oraculo, videtur hic & nunc derogatum, & reuocatum, sicuti cætera omnia alia similia quibus valide, & licitè Regulares priuilegiati vti non possunt: ergo falsa conclusio.

Sup. hoc in Ref. præterita, & in Ref. seq. & infra in Ref. 252. §. Obiicies. & in Ref. 255. Sed non. prope finẽ, vers. Præterquam. & in tom. 6. tr. 1. Ref. 26.

2. Respondetur primo admissa maiori, negatur minor quæ absolutè, & simpliciter non est vera: Nam Priuilegia concessa Regularibus per viuæ vocis Oracula, & posita in libro authentico tantam vim, & efficaciam habent, ac si scripta Bulla concederentur. Hoc specialiter concessit Leo X. Fratribus Minoribus, vt videre est in Bullario Roder. *tom. 1. fol.* 317. *n.* 4. vbi Summus Pontifex vult, & intendit viuæ vocis oracula non esse minoris efficaciæ, & valoris, quàm si per Bullam, aut Breue ad perpetuam rei memoriã essent cõcessa: ergo cùm oracula viuæ vocis habeant eandem vim ac aliæ Constitutiones Papales, sequitur, quod si istæ non reuocantur per constitutionẽ Vrbani VIII. neque etiam illa; tum quia vbi militat eadem, vel æquiualens ratio, ibi etiam militat eadem iuris dispositio. *l. Illud ff. ad l. Aquilam, cùm similibus*, tum quia quod Priuilegium disponit in vno ex correlatiuis, extenditur similiter ad aliud correlatiuum, tum etiam quia Priuilegia fauorabilia, præsertim concessa toti Religioni, quæ tangunt solùm iura concedentium, sunt amplianda, & latè interpretanda, vt notat Innocentius *in c. Dilecti. de donat.* ergo è contrario horum Priuilegiorum reuocatio strictè, & rigoroso modo est intelligẽda: Ideò &c. Respõdetur secundò, quod viuæ vocis oracula posita in authentico libro, & confirmata à Summis Pontificibus per authenticam Bullam, & ex certa scientia, ac ex plenitudine potestatis desinunt esse per viuæ vocis oracula concessa, sed desumunt concessionem per nouas Pontificum Constitutiones, & ideò hic, & nunc non videntur reuocati per dictam Constitutionem Vrbani VIII. Consequens erit certum, dum probabitur antecedens. Probatur ergo. Primò, ita sentit, & affirmat expressè doctissimus Laurentius de Peyrinis, *in Priuil. Minim. tom. 3. cap. 12. constit.* 18. *alias* 28.

Sup. hoc infra latissime in Ref. 253. & in aliis eius primæ annot.

Vrbani

Sup. hoc in tom. 8. tr. 1. Ref. 14. & in aliis eius not.

Quæ nūc est in tom. 6. tr. 1. Ref. 26.

Vrbani VIII. in Scholiis, num. 1. sed, cùm authoritas tantùm vnius Doctoris pij, & Religiosi reddat opinionem probabilem, & tutam in conscientia, vt alibi dixi cum D. Thoma, & pluribus aliis Doctoribus, ita etiam erit probabilis, & tuta in conscientia hæc opinio doctissimi Laurentij, quam sequi videntur Lezana *in Summ. Q Q Regul. tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 21. & Diana *in* 5. *part. tr. 11.* 14. *resol.* 17. ergo, &c. Secundò probatur Confirmatio Priuilegiorum, in qua Summus Pontifex dicit se confirmare ex certa scientia, vel ex plenitudine potestatis, vel non obstante lege in contrarium, habet vim nouæ concessionis talium Priuilegiorum. Ita Gloss. *in cap. Quia diuersitatem, cap. Veniens, de transact. & cap.* 2. *de pactis*, vt affirmant Card. Tusch. *verb. Confirmatio ex certa scientia.* Portel, *de Dub. Reg. tit. Priuilegij confirmat. n.* 29. Suarez *lib.* 8. *de legib. cap.* 18. *num.* 12. Laymann. *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 23. *num.* 16. *quæst.* 4. & alij quam plures. Ratio est, quia aliquod nouum ius creat hæc confirmatio ex certa scientia, & vim habet reddendi actum de inualido validum, & illud nullum confirmandi, sed omnia viuæ vocis oracula ante Pium V. & ante Gregorium XIII. fuerunt à his Pontificibus confirmata, ex certa scientia per Bullas authenticas; ergo vim habent nouæ concessionis: ergo non sunt annullata, & reuocata per dictam Constitutionem Vrbani VIII. Maior est certa: Minor similiter videtur certa, vt patet ex Compendio Priuilegiorum Regularium: ergo etiam prima consequentia erit certa: Secunda verò probatur, quia cum viuæ vocis Oracula confirmata per particulares Constitutiones ex certa scientia, habeant vim nouæ concessionis, iam admittunt esse viuæ vocis oracula, & fiunt, vt concessa propriè, & specialiter: per nouas horum Pontificum Constitutiones, & ideò cadere non videntur sub ista reuocatione Tertiò probatur: Priuilegia, quæ Apostolica authoritate sæpè sæpius confirmantur maius robur, & firmitatem acquirunt, vt ait Paulus V in confirmatione Priuilegiorum Minoritarum anno Domini 1609. Item, vt Iuristæ dicunt, Priuilegium, seu Beneficium Principis debet esse immobile: ergo, cùm totum id affirmari possit de viuæ vocis oraculo confirmato ex certa scientia, signum habetur, quod maneat in suo pristino vigore & vsu licito. Quartò probatur: Priuilegia confirmata ex certa scientia significant Summum Pontificem plenam illorum cognitionem habuisse posse exquisitum examen & diligentem inquisitionem: ergo omnia distributiuè; & sigillatim vim habent, ac si solùm per istas confirmantes Constitutiones essent non concessa: ergo clarè patet, omnia acquirere suum ius, & efficaciam per virtutem harum Constitutionum: ergo non reuocantur per dictam Constitutionem Vrbani VIII.

3. Confirmatur Primò; Priuilegia inserta in corpore iuris, reputantur ius commune, sed viuæ vocis oracula confirmata ex certa scientia per authenticam Bullam, videntur inserta in corpore iuris: ergo reputantur ius commune; sed istud non annullatur per Constitutionem Vrbani VIII. vt per se patet: ergo neque etiam illa. Confirmatur secundò: Regulares cuiusuis Religionis vtuntur, & gaudent vicissim Priuilegiis concessis aliis Religionibus, siue ad instar, siue æquè principaliter per participationem, & communicationem habitam ex vi, & virtute Pontificiæ Constitutionis, quæ tribuit idem ius, ac si specialiter singulis Religionibus sigillatim omnia hæc Priuilegia concessa fuissent per authenticam Bullam: ergo à pari hoc idem videtur affirmandum de oraculis viuæ vocis, quæ per confirmationem ex certa scientia acquirunt idem ius, & vim Priuilegiorum; quæ sunt concessa per authenticam Constitutionem; igitur, cùm hæc non annullentur per Constitutionem Vrbani VIII. neque etiam illa, vt intelligenti patet. Sciendum tandem est omnia Priuilegia nostræ Religionis fuisse motu proprio & ex certa scientia confirmata à pluribus Summis Pontificibus, præsertim à Paulo V. die 4. Aprilis 1612. qui expressè, & specialiter confirmauit omnia viuæ vocis oracula, & etiam à Gregorio XV die 16. Octobris 1621. qui non solùm motu proprio, & ex certa scientia confirmauit omnia nostra Priuilegia, sed etiam omnia innouauit his verbis (Eaque omnia, & singula Priuilegia innouamus, ac de nouo etiam concedimus:) ergo cùm confirmatio Priuilegiorum ex certa scientia sit noua gratia, & nouum Priuilegium, clarè infertur hîc, & nunc viuæ vocis oracula concessa ante Gregorium XV. habere ius, & vim, vt concessa per nouas Constitutiones Summorum Pontificum confirmantes omnia hæc Priuilegia: ergo nullo modo videntur reuocata per Constitutionem Vrbani VIII. ac adeò Priuilegium Sixti IV. hîc, & nunc esse in suo robore, pristinoque vigore & efficacia, sicuti sunt cætera alia Priuilegia concessa per Bullam authenticam.

4. Dices: ergo frustratoria est hæc Constitutio Vrbani VIII. Respondetur, nos non id affirmare, sed tantùm dicere, & probare viuæ vocis oracula concessa vsque ad Gregorium XV. per dictam Constitutionem non reuocari, nec annullari: forsitan annullantur illa concessa ab eodem Vrbano VIII. & ideò eius Constitutio non erit frustratoria. Insuper forsitan erunt annullata illa viuæ vocis oracula non posita in libro authentico neque confirmata à Summis Pontificibus: Ideò, &c. Et hæc omnia docet Vidal *vbi supra.*

5. Et ego in sui fauorem adducam etiam alium Auctorem, & is est Samuellius Dominicanus *in Praxi de Sepulturis, Præludio* 3. *Appendicis, num.* 1. *& seqq.* vbi firmat duas conclusiones: Prima quod omnia viuæ vocis oracula ante Pium V. emanata in fauorem Regularium, tunc ab ipsius Papæ Pij V. tempore, vsque modò, non sunt amplius oracula, sed facta sunt Priuilegia bullata, sicut cætera alia Papalia Indulta, & Priuilegia. Et probat hoc ex variis Bullis Pontificiis. Deinde ponit aliam Conclusionem, *Prel.* 4. *num.* 1. nempe, quod omnia viuæ vocis oracula, concessiones ac Indulta Regularibus præstita per supplicationem S. R. E. Cardinalium, & eorumdem propria manu firmata, nullatenus sunt à Gregorio XV. abrogata, nec ab Vrbano VIII. sed in suo pristino statu, & valore adhuc permanent, & in sua viridi obseruantia perseuerant. Constat hæc nostra propositio, ex verbis eiusdem Gregorij XV. Bullæ exordientis, *Romanus Pontifex* die 2. Iulij 1622. editæ, & est registrata *tom.* 4. *Bullarij fol.* 132. §. 2. vbi hæc habentur verba: Firmis tamen, & in suo robore permanentibus omnibus Indulgentiis, & aliis concessionibus prædictis viuæ vocis oraculo S. R. E. Cardinalium, ad ipsorum, vel aliorum quorumcumque fauorem, propria manu S. R. E. Cardinalium firmati pro ipsis, vel aliis factis, & de quibus iidem S. R. E. Cardinales testimonium in scriptis præbuerunt. Bulla verò Vrbani VIII. exordiens: *Concessio nobis*, &c. data in lucem die 5. Maij 1629. registrata *tom.* 4. *Bullarij fol.* 419. non tractat de oraculis, sed de quibusdam clausulis, quibus in literis vtebantur nonnulli Religiosi ad Indias proficiscentes, & in fauorem Regularium condita est. & nihil ad rem nostram facit, vt videre est in ipsa Bulla. Consultò hanc posuimus propositionem in præsentia, vt nonnulli, has duorum Pontificum Bullas nescientes, nec vnquam legerunt, neque viderunt, vt ob id falsa loquantur contra Regularium oracula. Hæc Samuellius.

6. Et tandem non deseram hic apponere verba Hieronymi Garcias *in Politica Regulari t m. 1. tract. 8. offic. 1. dub. 6 num 6.* vbi sic ait: [Pregunda Leandro de Murcia, *quest. 10. Selecta.* sobre el *cap. 6. de la Regla de San Francisco*, si estan reuocados los Priuilegios de los Regulares, que son viuæ vocis oraculos; y responde, que se puede vsar dellos in foro conscientiæ, porque estos priuilegios estan insertos en otros priuilegios; que no son viuæ vocis oraculos, por las concessiones generales, de quouis modo concessa. & concedenda. Y trae vn priuilegio de Vrbano VIII. del anno 1614. en que no limita oraculos en fauor de la Conpañia. Ni obsta dezir, que despues Vrbano VIII. despacho otra Bula, que fue el año 1631. en que reuoca los viuæ vocis oraculos, porque en esta Bula solo reuoca los cōcedidos à instantia de Emperadores, ò Princeps, ò autorizados por Cardenales, pero no habla de los que reuoco Gregorio XV. y assi aquellos fuerça tienen.] Ita ille.

7. Sed his non obstantibus, contrariæ sententiæ adhæreo, quam tuetur doctus & amicissimus Quintanaduenas, *in Theol. Mor. tom. 1. tract. 9. singul. 3. num. 1. & seqq.* vbi ita asserit: Concessiones prædictæ, Martini V. Innocentij VIII. Leonis X. probabiliter creduntur, fuisse tantummodò viuæ vocis oracula; siquidem Bullæ, siue Indulta eorum non producuntur ab eis, qui diligenter Priuilegia Mendicantium collegerunt vt de Priuilegio Leonis X. notat Enriquez, & de aliis Corduba cum Doctore Ortiz, *in addit. ad collect. verb. Dispens.* §. 1 ideò vt ita facta reuocata esse dicendum est, & similiter oraculum Pij V. Vnde ex vi harum cōcessionum tutum non est vti hoc Priuilegio, cum Gregorius XV. Bulla, quæ incipit, *Romanus Pontifex*, edita Romæ 2. Iulij anno 1622. sic oracula § 1. reuocauerit, omnia, & singula Indulta; Facultates, & Priuilegia, gratias & concessiones quascumque spirituales, & temporales, tam ac fauorem interiùs, quam ad exteriùs spectantes, ac tam ad supplicationem partium, quàm motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus à Sede Apostolica, quæ tamen viuæ vocis oracula hactenus quandocumque, & qualitercumque ex quauis etiam de necessitate exprimenda causa, quibusuis Collegiis, Capitulis, Ordinibus tam Mendicantium quam non Mendicantium Societatibus, etiam Societati Iesu, ac Congregationibus quibuslibet siue eorum & earum respectiuè. Præpositis, Decanis, Magistris, Ministris, Prælatis prioribus, Rectoribus, Generalibus, vel Prouincialibus, quocumque nomine nuncupatis Superioribus, etiam quomodolibet exemptis, ac Sedi prædictæ immediatè subiectis, cuiuscumque dignitatis, praeminentiæ, aut quouis priuilegio munitis; non tamen ad supplicationem Regum concessis, in iis videlicet, quæ non sunt sortita effectum, tenore præsentium reuocamus, cassamus, tollimus, abrogamus, & annullamus, &c. Et §. 2. addit Firmis tamen, & in suo robore permanentibus S. R. E. Cardinalium manu firmatis pro ipsis, vel aliis factis, & de quibus idem S. R. E. Cardinales testimonium in scriptis præbuerunt. Et postea §. c. apponitur clausula communis: *Non obstant bus.* Affertur hæc Bulla à Laertio Cherubino, *tom. 4. Bull. fol. 1:1. pro 27.* huius Pontificis. Sed Sanctissimus D. N. Vrbanus VIII. sua Bulla, quæ incipit: *Alias felicis.* edita Romæ 20. Decembris 1631 reuocat omnia viuæ vocis oracula etiam si sint testimonio, sigillo, & subscriptione cuiuscumque Cardinalis munita, & ad instantiam Impetatoris, Regum, & Principum concessa. Aduertendum est, quod Gregorius XIII. Bulla, quæ incipit: *Ex benigna sedis,* &c. edita Romæ anno 1575. & Paulus V. Priuilegia omnia Minorum confirmarunt, & innouarunt, vt testatur Hieronymus Rodriquez *QQ. Reg. resol. 77.* Vnde probabile existimant Lezzana *QQ Reg. cap. 3. num. 21.* Peyrinus. *tom. 3. cap. 12. const. 18.* & alij, oracula facta ante hos Pontifices, vtpotè per has Bullas confirmata, & innouata, seu denuò concessa, non esse reuocata per Bullas Gregorij XV. & Vrbani VIII. ac ex consequenti nec priuilegium ad hanc dispensationem reuocatum existimarent. Sed doctrina hæc non contemnendas difficultates continet quocirca deferenda est. Nec vnquam ego eam admisi; in meo enim libello duarum hebdomadarum, *c. 16. n. 12* non ex mea, sed ex Lezanæ, & Peyrini sententia sum locutus, quam nullo modo approbo. Ità Quintanaduenas, & ego; non enim suscitandæ sunt à nobis Tragœdiæ in damnum Religionis, sed in his materiis calamum, & ingenium coarctare debemus. Vide etiam Eminen. Dominum meum Cardinalem de Lugo *in suis nouissimis & doctissimis Responsionibus Moralibus lib. 4. dub. 33. n. 2.*

RESOL. CCL.

An viua vocis Oracula Regularibus concess hodie sint ablata, & extincta? Ex part. 11. tractat. 6. & Misc. 6. Ref. 45.

§. 1. NOn minus est practicabilis, ac etiam periculosa præsens difficultas, quam fuit altera in superiori resolutione tractata, & quidem negatiuæ sententiæ adhærent plures Doctores, asserentes per Bullam Vrbani VIII hodie non esse reuocata oracula viuæ vocis, confirmata per Bullas sub generali nomine quorumcumque priuilegiorum, vel etiam sub expresso nomine oraculorum. Probatur hęc opinio, quia confirmatio, vel innouatio priuilegiorum ex certa scientia seu motu proprio facta, vim habet nouæ concessionis, quæ iam habetur per Bullas. Ergo quæ prius erant viuæ vocis oracula, iam fiunt priuilegia concessa per tales Bullas Pontificis confirmantis concessiones prius factas sine Bulla, & subinde talia priuilegia non comprehenduntur sub reuocatione oraculorum viuæ vocis. Vnde colligunt prædicti Doctores omnia priuilegia concessa Religionibus viuæ vocis oraculo ante Pium V. & Gregorium XIII. vel ante Clementem VIII. & Paulum V. habere iam vim priuilegij bullati, nam hi Pontifices ex certa scientia confirmarunt omnia priuilegia, gratias, & facultates Regularibus concessas quomodolibet etiam viuæ vocis oraculo. Quare iam omnia oracula præcedentia facta sunt priuilegia bullata, & perinde non comprehenduntur sub reuocatione oraculorum viuæ vocis. Patet vero priuilegia Religionum confirmata fuisse sæpius à variis summis Pontificibus per bullas authenticas motu proprio, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, ac interdum exprimere priuilegia, gratias, immunitates, etiam viuæ vocis oraculo concessa. Plures enim Bullas habet Manuel in suo Bullario, multas annotat Hieron. Rodriq. *sup. num. 7. & 8.* Seligam aliquas ad rem nostram. Pius V. anno 1567. die 16. Maij. Confirmat ex certa scientia Mendicantium omnia priuilegia etiam viuæ vocis oraculo concessa. Eisdem ferè verbis, confirmant priuilegia Minorum Gregor. XIII. die 1. Maij anno 1575. Sixtus V. die 3. Octobris anno 1587. Clemens VIII. die 20. Decembris anno 1597. sic inquit; Omnia, & singula priuilegia, immunitates &c. in genere vel in specie etiam per solam signaturam, etiam viuæ vocis oraculo, aut aliàs sub quacumque forma, & expressione verborum concessa, & in eis contenta illorum omnium

Sup. hoc in Ref. præterita &, in aliis eius primæ annot.

Sup. hoc infra in Ref 253. latissimè & in aliis eius annot. primæ.

nium tenores, ac formas, & decreta, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes; authoritate Apostolica tenore præsentium ex certa scientia confirmamus & innouamus; illisque frui, vti, & gaudere posse, ac debere in iudicio, & extra in omnibus, & per omnia, ac si specialiter, & expresse eisdem per nos concessa fuissent, decernimus; supplentes omnes iuris, & facti defectus. Similiter Paulus V. anno 1605. die 23. Maij confirmauit priuilegia Dominicanorum.

2. Gregorius XIII. plurimum Religionum priuilegia confirmauit ex certa scientia. Gregorius XIV. anno 1591. die 8. Iunij confirmat priuilegia Societatis Iesu, dicens; Motu proprio, & ex certa scientia nostra, deque Apostolicæ plenitudinis potestate laudabile Societatis institutum, & quælibet ei priuilegia qualiacumque sint: ac si ad verbum præsentibus insererentur pro expressis habentes tenore præsentium approbamus, & confirmamus. Clemens VIII. duabus Bullis anno 1592. & 1593. confirmat similiter priuilegia Benedictinorum. Paulus V. anno 1606. confirmans Societatis institutum, ait; Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine laudabile prædictæ Societatis institutum, nec non priuilegia facultates, exemptiones, gratias, & indulta: qualiacumque illa sint approbamus, & confirmamus, eaque omnia, & singula innouamus, & de nouo concedimus. Idem Pontifex eodem fere tenore anno 1609. confirmat priuilegia Minorum, vt refert Hieronymus Rodriquez *supr. n.* 7. & anno 1610. priuilegia Carmelitarum discalceatorum, vt habetur inter ipsorum priuilegia.

3. Et hæc omnia docet doctissimus Pater Franciscus Lugo, Author satis notus & insignis in quodam manuscripto de hac materia, quod mihi Romæ perhumaniter præbuit & penes me habeo, & in confirmationem sententiæ amicissimi viri adducam alios Authores, qui hanc opinionem tenent, & præter Peyrinum, Leandrum, Garziam, Samuelem, & alios à me alibi adductos, hanc sententiam tenent Thomas Hurtadus *tom. 2. tract. 12. cap. 1. §. 21. num. 1168. cum sequen. & tom. 1. tract. 1. cap 6. resol. 2. num. 250.* Marcus Vidali *in arca Theol. mor. tit. de Iurisdictione inquis. 4. numer. 15. vsque ad numer. 24.* Pellizarius *ex man. Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 7. num. 131. & 132* Sed magis clarè *tract. 4. cap. 7. numer. 5.* Possentius *in Recollect. qq. mor. cap. Miscellaneo pro Regularibus ante sect. 1. fol. 44* Bassæus *verb. Priuilegium 5. numer. 8.* Straccius Generalis Carmelitanorum *in instruct. ad suos fratres*; Martinus de San Ioseph *in mon. Confess. tom. 1. libr. 1. de matrimonio, tract. 43. numer. 4.* vbi sic ait: [Aunque Diana *part. 6. tract. 8. res. 32.* dize, que este priuilegio està reuocado por ser dado per viuæ vocis oraculo, y estos los abrogò Vrbano VIII. pero no aduiertò, que este priuilegio es concedido por Bula, por quanto en la que dio Paulo V. el año de 1609. de la confirmacion de nuestros priuilegios, confirmò los viuæ vocis oraculos, etiamsi de verbo ad verbum illic insererentur, y si los in sirierà cadauno de por si en la Bula, na die negarà, que auian perdido la naturaleza de viuæ vocis oraculos, y adquirido la de priuilegios, y io mismo es auiendolos inzerido con la clausula general dicha, pues impliciti, & expliciti eadem virtus est, *cap. cum quis, de rescript. lib. cum. quis, ff. de rebus credit.*] Ita Martinus.

Alibi signanter in duabus præcedentibus Res.

Quæ hic est infra Res. 281. signanter in §. 2. & in alia Res. not. 1. dicti §.

4. Et tandem Ioannes de Soria in fine suæ summæ *tract. de Regularibus dub. 1.* sic asserit, suppono primo, Bullam Vrbani VIII. tantùm tollere & reuocare oracula viuæ vocis concessa, quæ præcisè oracula viuæ vocis sunt; itaque non se extendit dictum decretum ab Bullas, neque ad alia priuilegia viuæ vocis concessa vim habentia Bullarum. Et ratio est manifesta: quia ista lex est quasi pœnalis, ergo restringenda est & non amplianda, secundùm illam regulam iuris Canonici, prout habetur in Bonifacio VIII. conuenit odia restringi, & fauores ampliari, & secundùm illam 49. in pœnis benignior interpretatio est facienda.

5. Secundò suppono, illud non esse præcisè viuæ vocis oraculum, quòd licet in sua causa, & primaria concessione tale fuerit, nunc reualidatum est per bullam alicuius sequentis Pontificis, & ab illo concessum saltem implicitè, & generali concessione ex certa scientia, & ad perpetuam rei memoriam.

6. His positis sit conclusio. Probabile est concessionem factam à Pio V. vt possint ministri Prouinciales committere Religiosis approbatis (secundùm Concil. Trident. decretum) authoritatem dispensandi cum viris, & mulieribus incestuosis, qui carnaliter peccauerunt cum consanguineis alterius coniugis intra secundum gradum, ad hoc vt possint petere debitum in foro conscientiæ tantùm nunc teneri. Sic sustinere debet secundum doctrinam suam Lezanà *tom. 1. cap. 3. numer. 21.* Et clarius Peyrinus *tom. 3. in const. 18. Vrbani VIII. num. 1. in schol.* Potestque colligi ex Parisio *l. 2. const. 61. n. vlt.* Et similiter ex Patre Leandro de Murcia Capuccino super expositionem Regulæ Minorum quam fecit: qui vt probabile defendit, non esse priuilegia derogata.

7. Probatur hac vnica ratione. Quia per decretum Vrbani VIII. tantùm reuocantur oracula viuæ vocis quæ sunt, & tantùm habent vim viuæ vocis oraculorum: sed concessio prædicta Pij V. non est huiusmodi, quia vim habet Bullarum, & quasi priuilegij perpetui virtutem, ergo &c. maior patet, quia hoc decretum est odiosum & pœnale, ergo restringi debet, & non ampliari secundùm Regulas iuris supra citatas.

8. Minor, in qua est difficultas, probatur. quia post concessionem Pij V. electi anno 1566. 17. Ianuarij, successit Greg. XIII. electus 1572. 13. Maij, qui Bulla, & Apostolicis litteris certa scientia, & ad perpetuam rei memoriam omnia priuilegia, & indulta viuæ vocis oracula Pontificum Prædecessorum concessa approbauit, confirmauit, & innouauit, vt licitè, & maiori virtute, & robore possint vti fratres Minores, quibus data fuit Bulla. Sic habetur in Bulla, vt videri potest in Bullario Rodriquez *tom. 2.* Nos igitur, qui omnium, &c. libenter annuimus eaque fauoribus prosequimur opportunis, huiusmodi supplicationibus inclinati, præmissa ac omnia, & singula alia priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, conseruatorias, declarationes, facultates, dispensationes, gratias, concessiones, indulgentias, & indulta spiritualia, & temporalia; etiam per modum communicationis, & extensionis inter se, & cum aliis Ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus, &c. etiam singularibus personis, nec non Monasteriis, & locis quibuscumque in genere, & in specie, etiam per solam signaturam, etiam viuæ vocis oraculo, vt præfertur, aut alios tam præfatos, ac quoscumque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, &c. dicta authoritate Apostolica tenore præsentium ex certa nostra scientia approbamus, confirmamus, & innouamus, perpetuamque roboris firmitatem obtinere, &c. Ergo saltem Minores, & omnes illi, qui vtuntur illorum priuilegiis per communicationem vti possunt concessione Pij V. sine

eò quod transgrediantur decretum Vrbani VIII derogans viuæ vocis oracula; siquidem talis concessio propriè iam non est viuæ vocis oraculum. Idem potest affirmari de ipso Pio V. quia similiter iste Pontifex viuæ vocis oracula in suis constitutionibus innouauit cum clausula, ac si eorum tenores de verbo ad verbum, &c. hoc est de certa scientia; quæ clausula cùm habeat vim nouæ concessionis, illa oracula iam non amplius oracula sunt, sed concessiones per breue. Idem dicendum de Clemente VIII. creato 1591. 30. Ianu. Hucusque Soria.

9. Et hæc sunt placita Doctorum in fauorem negatiuæ sententiæ, quos tamen Pater Hurtadus *vbi suprà*, præter Straciam non viderat, licet ipse dicat apud se habere libros, & quia Sapientissimus vir vrget me debuisse iudicium meum ponere, dico me declarasse *in par.* 10. adhærendo, vt nunc adhæreo opinioni affirmatiuæ asserenti oracula viuæ vocis hodie per Bullam Vrbanam esse omninò sublata. Felix, quem faciunt aliena pericula cautum. Probatur nostra opinio. Nam oracula viuæ vocis, quamuis per Bullas confirmentur, & innouentur, aut etiam denuò concedantur, adhuc manent oracula viuæ vocis, ergo manent subiecta huic reuocationi. Antecedens ostenditur, quia per confirmationem, aut innouationem non mutatur natura, vel conditio rei; alioquin non esset eius confirmatio, vel innouatio, sed noua productio rei diuersæ. Manet igitur oraculum confirmatum, idest magis firmatum, & roboratum in suamet oraculi natura, non autem illam exuit, aut mutat in naturam, & denominationem priuilegij Bullati: ac subinde sub reuocatione comprehenditur. Confirmatur, nam bullæ reuocantes oracula viuæ vocis, reuocantur etiam per clausulas. *Non obstantibus, &c.* constitutionibus omnibus, & litteris Apostolicis; quæ tali reuocationi possint obstare: Nec apparet quæ aliæ possint obstare, nisi tales confirmationes oraculorum viuæ vocis.

Patr. 10. tr. 14 Ref. 16. alias 14. quæ hic est Ref. antecedens, & in alijs eius primæ annot.

10. Vide præter Quintanadu. Cardinalem Lugo, Rocafull. & alios à me alibi adductos, Patrem Bordonum *in consf. Regul. tom. 1. resol.* 31 *num.* 4. & Baldellum *tom.* 2. *lib.* 3. *disp.* 34 *num.* 16. quibus omnibus adde Portel se retractantem *in respon. tom.* 2. *c.* 110. *seu vltimo.* Et quidem nostram sententiam esse communem fatentur ipsimet Aduersarij, vt Soria *loco citato*, & approbari ab omnibus Tribunalibus Vrbis Romæ non dubito, vt à sacra Rota, sacra Pœnitentiaria, & à sacris Eminentissimorum Cardinalium Congregationibus, nisi velimus asserere Bullam felicis Memoriæ Vrbani VIII. frustra emanatam fuisse, ac pro nihilo deseruire. Sed hæc dicere est absurdum, ergo &c. & quidem si opinio contraria esset vera, cùm Gregorius XV. die 16. Octobris 1621. non solum motu proprio, & ex certa scientia confirmasset omnia priuilegia nostræ Religionis Clericorum Regularium, sed etiam omnia innouasset his verbis, & singula priuilegia innouamus, ac de nouo etiam concedimus, sequeretur inquam, nunc viuæ vocis oracula concessa ante Gregorium XV. habere ius, & vim, vt concessa per nouas Constitutiones Summorum Pontificum confirmantes omnia hæc priuilegia. Ergo nullo modo remanent reuocata per Constitutionem Vrbanam. Sed vt diximus nostra sententia superius adducta non est deserenda, quam etiam nouissimè tuetur amicissimus, & nunquam satis laudatus Pater Antonius Escobar, & Mendoza *in Theol. Moral. tom.* 1. *lib.* 6. *sect.* 2. *cap.* 13. *Probl.* 16. *num* 144. *& cap.* 16. *Probl.* 3. *numer.* 195. vbi nonsolum doctè, sed prudenter casum pertractat.

Alibi, vt in ad not. præterita.

RESOL. CCLI.

An priuilegia Mendicantium reuocentur per Bullam Cœnæ Domini? Ex p. 3. tr. 2. Resol. 10.

§. 1. Affirmatiuè respondet Peregrinus *in scholiis ad nostra priuilegia, part.* 2. *ti. Bull. Cœnæ* §. 1. Ratio potest esse, quia in publicatione dictæ Bullæ, quæ fit singulis annis, derogatur expressè Mendicantium priuilegiis. quod si dicas non esse verisimile, quod Pontifices, qui dicta priuilegia concesserunt, ea voluerint statim reuocare, nam sic visi essent vel voluisse illudere, vel decipere? Respondetur, quod dicta priuilegia valuerunt tantum durante vita dictorum Pontificum, qui præsumendi sunt in publicatione dictæ Bullæ semper voluisse excipere eos, quibus priuilegia concesserunt.

Quoad hoc lege doctrinã Res. not. vlt. huius Res.

2. At his non obstantibus Sousa *in Bulla Cœnæ cap.* 13. *disp.* 10. *n.* 7. *concl.* 3. Peirinus *in priu. Minimorum, tom.* 1. *const.* 4. *Sixti IV.* §. 5. *n.* 10. *& seq.* Villalobos *in sum. tom.* 1. *tract.* 9. *diffic.* 61. *n.* 5. Bullam Cœnæ tenent non reuocare Regularium priuilegia; quia vt alibi dictum est in clausula Bullæ Cœnæ, non prohibentur absoluere absolutè ratione priuilegiorum, sed eorum prætextu, vnde asserit Villalobos *vbi suprà*. [A las palabras de la Bula se responde, que aqui no se reuocan los priuilegios, si no absoluer eorum prætextu; y por esso no se escluye lo que se haze con legitima facultad; porque la palabra (*prætextu*) es velamen, quo moueri se quis ad aliquid agendum simulat, como dize Sousa, y declarando Gonzalez *in Reg.* 8. *Cancellar. gloss.* 57. *n.* 2. esta palabra dize.] Dictio *sub prætextu*, idem significat, quod sub velamine, vel colore alicuius rei, quæ non est, vel iam desinit esse, seu falsa est. [Lo qual se prueua por el derecho *in l. sub prætextu* 1. *&* 2. *C. de transact.* de manera que solo es color para hazer vno lo que quiere, y assi no comprehende esto, y quedra libre el priuilegio de los Religiosos] Vnde ex his patet responsio ad argumentum contrariæ sententiæ. Dico enim, vt supra dictum est, Bullam Cœnæ non prohibere absolutè priuilegia Mendicantium, sed absolutionem eorum prætextu; prætextus autem non excludit illud, quod efficitur legitima facultate interueniente, sed illud quod sub aliquo velamine exercetur. Sed hoc non accidit in casu nostro; ergo, &c.

Alibi in Res. quæ hic est in tom. 5. tr. 8. Res. 34. §. Sed ego. à lin. 5. & vers. secundo. & in Res. 36. §. At reuocantur, post medium, vers. Quarto. & in Res. 37. §. Secundo. & hic infra in Res. 269. §. Nota quarto, prope finem, à vers. notat & recte. & ex Res 271. lege doctrinam §. verum. & ex Res 273. §. 1. & in Res. 1. not. seq. & vide etiam Res. annot. vlt. huius Res.

3. Sed post hæc scripta inueni hanc sententiam, præter citatos DD. docere etiam Laurentium de Portel *in addit, ad dub. Regul. ver. Abbas, num.* 10. vbi præter rationes adductas hanc addit. quia Bulla Cœnæ, nonobstante sua rigorosa reuocatione, non tollit, quominus valeant priuilegia Bullæ Cruciatæ ad absoluendum à casibus Bullæ Cœnæ, exceptis illis, quæ exprimuntur in Bulla Cruciatæ. Ergo cum priuilegia concessa Religiosis non sint minoris valoris, quàm priuilegia Cruciatæ, cum Cruciata non tollat priuilegia Religiosorum, iuxta communem sententiam, sequitur priuilegia Religiosorum in foro conscientiæ non tolli per reuocationem generalem Bullæ Cœnæ quoad casus in illa contentos, si sint occulti, excepta hæresi; & proinde poterunt absoluere subditos ab illis, si sint occulti, excepta hæresi. Ita Portel. Vide etiam circa præsentem quæstionem Suar. *de Relig. tom.* 4. *tract.* 1. *lib.* 3. *cap.* 21. Sed prima opinio est omnino tenenda, & ita tenent ex nostris viri doctissimi, & amicissimi, P. D. Thomas de Afflicto, & P. D. Zacharias Pasqualigus, quibus adde Zanardum *in direct. Theol. p.* 1. *de Sacr. pæn. cap.* 24. §. 8.

Et pro contento à lin. 4. & vers. quia Bulla. huius §. vlt. magis late in tom. 4. tr. 3. Res. 36. & 37. &c.

Sup. hoc infra in Res. 299. &c.

RESOL.

RESOL. CCLII.

An post Concilium Tridentinum omnimoda exemptionis Regularium priuilegia confirmata sint? Ex p. 11. tr. 3. & Misc. 3. Ref. 5.

Pro affirmãda; & roboranda doctrina contenta in hac Ref. lege infr. Ref. 254. & 255.

§. 1. Affirmatiuam sententiam mordicus sustinet Magister Antonius Hinojosa ex ordine Prædicatorum *in directorio Decisionum Regularium verb. Confirmatio fol.* 121. vbi sic ait: Grauissima sese offert controuersia, ex cuius decisione, & dubia quam plurima dissoluentur, & scrupuli inde suborti (Deo dante) prorsus tollentur, an scilicet Mendicantium Ordinum priuilegia, Concilij Tridentini Sacris Decretis extincta, ac postmodum à Summis Pontificibus suscitata, iterumque ab eisdem modificata, & à successoribus conquassata, & iuris communis apicibus reducta, habeant nunc aliquam vitam, & vim, quantumcumque valeant litteræ reuocatoriæ, quantumcunque nobis præstiterint confirmatoriæ:

2. Ratio dubitandi inde insurgit, quia vt ex Sacro Concilio Tridentino patet, abrogata sunt ibi quam plura Ordinum Priuilegia, alia restricta, alia confirmata. Deinde oppositio litterarum Apostolicarum, quæ non modo à diuersis Pontificibus, sed ab eodem emanarunt, dum idemmet reuocat quod concesserat, dubia quadam confusione veritatem obscurat.

3. Prima assertio: Pro certo habendum est nunquam fuisse reuocatam declarationem illam, Pij Quinti 21. de Iulio millesimo quingentesimo septuagesimo primo in gratiam Ordinis nostri factum, cuius meminimus supra verbo Absolutio prima, & est infrascripti tenoris. Quæcumque ergo litteræ Apostolicæ reuocatoriæ priuilegiorum aduersantium Decretis Concilij Tridentini, non derogant huic concessioni, innixæ non priuilegio; sed iuri communi. Quod probant verba Pontificis eiusdem, cùm ait, falsa, seu minus vera intelligentia Decretorum Concilij Tridentini præmissa grauamina (hoc est fratribus ab Ordinariis illata) irrepserunt. Et cum eiusmodi decretorum declaratio, nonnisi ad nos spectet; modo & forma infrascriptis declaranda censuimus.

4. Relinquitur ergo, quod circa hoc non veniunt quæstiones intelligendæ. Cùm prædicta confessio non sit ex priuilegio, sed ex iure Concilij per Pontificem declarata.

5. De priuilegiis verò concessis ante Concilium, & per Concilium abrogatis, post Concilium item nouiter concessis, & iterum restrictis vel reuocatis, diligenter examinandum est.

6. Secunda assertio: Pius Quartus qui in fine celebrationis Concilij Tridentini præerat Ecclesiæ Dei, & eiusdem Concilij decreta, & Canones confirmauit: confirmauit etiam nostra omnia Priuilegia.

7. Nam licet idem Pius Quartus anno millesimo quingentesimo sexagesimo primo ex certa scientia, & potestatis plenitudine confirmauerit omnia Fratrum Minorum priuilegia, cum restrictione exceptis, scilicet contrariis Concilio Tridentino; postmodum tamen absque vlla modificatione confirmauit omnia priuilegia Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, cum quo communicant Ordines Mendicantes, licet ipse non sit de numero Mendicantium.

8. Constat hoc, & obiter dissoluitur quod in oppositum obiici posset. Nam Pius IV. licet in confirmatione decretorum Concilij omnia quorumcumque priuilegia reuocauerit, vt videre est in motu proprio confirmatiuo Concilij: hæc tamen reuocatio non derogat concessioni præfatæ priuilegiorum, vtpote anterior posteriori; Bulla enim confirmationis Concilij reuocatoria priuilegiorum expedita fuit anno millesimo quingentesimo sexagesimo quinto 14. Kalendas Februarij; Confirmatio verò seu Innouatio priuilegiorum facta fuit posteà mense Iunio eiusdem anni. Hæc confirmationis Bulla ostensa tunc Academiæ Salamanticæ, affirmauere Doctores tum Theologici, tum vtriusque iuris Prudentes; posse Mendicantes vi huius priuilegij, non obstantibus recentis Concilij decretis vti omnibus priuilegiis, sibi iamdudum concessis; & hæc subscriptio cum authentico præfatæ Bullæ seruatur Mexici Indiarum Occidentalium in Collegio Sancti Pauli Augustiniano. Hoc stante, stetisse videtur integra nostra priuilegia, ac in antiquum robur restituta in Pontificatu Pij IV. cui successit Pius Quintus.

9. Tertia assertio: Pius Quintus viuæ vocis oraculo, Fratribus Minoribus omnia prædecessorum priuilegia absque vlla restrictione; vel obstantia Concilij Tridentini in foro conscientiæ tantum concessit 13. Martij 1567. Authenticum Ministri Generalis eiusdem Ordinis Aloysij Putei facientis fidem de oraculo sibi facto, asseruatur in eodem Mexicano Collegio.

10. Idem Pius V. motu proprio anno Domini 1570. 18. Ianuarij de nouo concessit Ordini Prædicatorum omnia priuilegia à suis Prædecessoribus, & ab Ecclesiarum Prælatis, Imperatoribus, Regibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, aliisque Dominis temporalibus indulta, & voluit illa pro expressis haberi; etiam si necessario essent particulariter exprimenda, non obstantibus Cancellariis regulis editis, & edendis, ac aliis quibuscunque Apostolicis, nec non prouincialibus, generalibus vel specialibus Constitutionibus Apostolicis. Et addidit alias fortissimas non obstantias insolitas apponi. Habetur Authenticum in Archiuio Patris Prouincialis Prouinciæ Sancti Vincentij de Chiapa nostri Ordinis Indiarum Occidentalium, ex quibus constat, nos reductos ad pristinum statum, quo ante Concilium Tridentinum priuilegiis nostris in amplissima concessione potiebamur. Quia denuò conceduntur, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus generalibus, vel specialibus Apostolicis.

11. Et maximè notandum, hanc nouam Pij V. gratiam factam fuisse post proprium motum eiusdem, restrictiuum priuilegiorum, ideoque priuilegia nostra, quæ per illum nobis reddita non fuere, denuò nobis integra restituit quia concessa sunt post motum proprium modificatiuum: hæc enim concessio facta est 18. Ianuarij 1570. motus autem moderatiuus 17. Kalendas Iunij, & 16. Kalendas Iulij exiit alius, anno 1567. Et vtrilibet restrinxit priuilegia taliter concedendo, quod non contrarientur expressè decretis Concilij Tridentini.

12. Idem adhuc Pius Quintus 27. Septembris 1571. Pontificatus sui anno VI. omnia, & singula priuilegia, indulta, concessiones, prærogatiuas, & alias quascumque gratias Ordini nostro, & eiusdem pro tempore existenti Magistro Generali, Fratribus, ac Monialibus approbauit, confirmauit, & innouauit, omniaque & singula perpetuam obtinere firmitatem, absque vlla restrictione decreuit.

14. Idem tandem piissimus Pontifex 7. Iulij 1571. motu proprio omnia priuilegia Societati Iesu, cum qua reliqui Mendicantium Ordines communione deuinciuntur absque vlla limitatione concessit cuius Authenticum seruatur in prædicto Collegio Mexicano:

Mexicano. Ergo tempore Pij quinti omnium priuilegiorum cumulo ditati fuimus, ac si Concilium non præcessisset, cui successit in Pontificatu Gregorius Decimus Tertius.

Sup. hoc in Resol. 1. not. seq. signanter in §. Sed non. inter medium & finem, vers. Ex his. & supra in Resol. 127 & in aliis eius primæ not.

14. quarta decisio: Certissimum est, numquam per Gregorium XIII. reuocata fuisse nostra priuilegia in foro conscientiæ, nec desunt Doctores asserentes non fuisse etiam in exteriori foro abolita vel restricta, quibus ipse in hac parte non assentior. Et hæc omnia docet Hinojosa *vbi supra*, qui postcà latè hanc quartam conclusionem stabilire conatur.

15. His tamen minimè obstantibus, contrariam sententiam sustinendam, & practicandam esse puto, cùm opinio Patris Hinojosæ sit contra stylum, & praxim Romanæ Curiæ, & aduersus Religiosum Hispanum, alium Religiosum Hispanum adducam, & is est Pater Magister Nicolaus Brauus *in tractatu Monastico capit.* 1. *numero* 8. *cum sequentib.* vbi inter alia sic asserit. Solùm potest esse dubium de priuilegio illo Pij, quod incipit, *Et si Mendicantium*, *&c.* quod etiam pro nostra obseruantia Hispaniæ, sicut pro aliis expeditum habemus *tract.* 3. *priuileg.* 8. vbi plura non obstante Concilio conceduntur. Et quidem hoc, dum durauit eius valor, ritè frui poteramus; Veruntamen cessauit iam per reuocationem Gregor. XIII. in Bulla, quæ incipit, *In tanta rerum & negotiorum mole*, *&c.* tamque si tales litteræ nunquam emanassent. Et quamuis Henriquez *libr.* 7. *de Indulgent. capit.* 24. *in fine sub verbo videtur*, dicat non fuisse promulgatam, aut vsu receptam hanc reuocationem Gregorij: Sed oppositum tenet Flauius Cherubinus *in Compend. Bullarij tract.* 2. *de constitut.* 9. *Gregor. XIII. Scholast.* 1. Quaranta *ad eandem Bullam*, Paulus Piasecius *in praxi Episcop.* 2. *part. cap.* 3. *artic.* 6. *numer.* 8. Emanuel Rodriquez *tom.* 3. *quæstion.* 74. *articul.* 16. Tamburinus *tomo* 1. *de iure Abbat. disputatione* 17. *quæstione* 1. *numero* 16. & ita censeo cum eisdem & aliis.

Supr. hoc ad literam, infra in Ref. 255. §. Sed non. Sed lege eam per totam, & Ref. 254.

16. Obiicies ex eodem Henriquez, & ex Bullario Emanuel Rodriq. Idem priuilegium esto sit reuocatum à Gregorio XIII. ac fuisse antea confirmatum pro foro conscientiæ à Pio Quinto Minoribus ad instantiam Generalis illorum, sed viuæ vocis oracula non fuerunt reuocata, vtpotè quæ pro foro conscientiæ concessa nullum in exteriori foro dissidium pariebant, vt ait Emanuel *tom.* 1 *quæstion.* 8. *articulo nono.* Vel quia nomine constitutionum non censentur reuocata oracula, vt ait Henriquez *vbi supra* Llamas 4. *part. summ. capit. vlt.* §. *vltimo*, & eisdem citatis cum aliis. Tamburin. *vbi supra disput.* 16. *quæstione* 2. *numer* 11. ergo, &c. Nihilominus etiamsi hæc ita essent, solum assequuntur, illud viuæ vocis oraculum fauere Minoribus, quibus immediatè datum & concessum est. At verò cùm nostrum non fiat nisi per extensionem, quæ non communicat aduersantia Concilio modo dicto; nihil prodest, prout dixi *numer.* 8. præterea etiam viuæ vocis oracula reuocata sunt primò à Gregorio XV. excipiente quæ facta sunt Cardinalibus; deinde absolutè etiam Cardinalium manu firmata ab Vrbano VIII. anno 1631. vt constat ex Bullis apud citatum Tamburinum *tom.* 2 *disputat.* 15. *quæstion.* 7. licet Leander recens & diligens Auctor *tomo secundo tr.* 9. *de matrim. disputat.* 24. *quæstion.* 16. velit non esse reuocata oracula, quæ ante constitutionem dicti Gregorij XV. sortita sunt effectum, quod de effectu in indiuiduo concedo, vt quod iam in aliquo casu, & persona virtute Oraculi factum inuenit reuocatio, maneat, & non irridetur, nec amplius assequitur declaratio Authentica Cardin. ab ipso adducta;

Sup. hoc in tribus primis Ref post præteritam, & infra in Resol. 255. §. Sed non. propè finem, vers. Præterquam. & in tom. 6. tr. 1. Ref. 26.

Non verò quod in specie maneat vsus oraculi validus, sic enim inanis esset reuocatio, quæ vt sic ad præcedentia etiam refertur. Aliud est, quando oracula vnius Pontificis determinatè per alterius Bullam, aut constitutionem confirmarentur, itavt transeant in constitutionem, quod non præstat quæuis concessio aut confirmatio, vt obsistat reuocationi, nisi adiunctis aliis congruentiis, & rationibus ab eodem in suo casu adductis, quod facilius admitto. Cæterum in nostro puncto neutrum habet vim, aut locum. Hucusque Brauus; & quidem iudica, tu amice Lector, si sit verisimile assertum Hinojosa, nempè Pium IV. in illa confirmatione Priuilegiorum voluisse derogare statim post annum id quod Patres Concilij Tridentini tam maturè paulò ante considerauerant, & in illo sacro cœtu statuerant, & inde si nunc confirmarentur omnia priuilegia alicuius Religionis ex certa scientia, non addita illa limitatione, dummodo Concilio Tridentino non sint contraria, manebunt confirmata, & restituta omnia, etiam si contraria sint Tridentino, quod difficilè creditu est, alias per confirmationem priuilegiorum Societatis Iesu, in qua non ponitur illa limitatio, vt refert Suarez *libr.* 8. *de legibus capite* 19. *numer.* 2. omnia illius priuilegia reuocata per Concilium essent restituta, quod tamen etiam ipsa societas non agnoscit ex vi talium confirmationum; vt obseruat Merolla *tr.* 3. *dist.* 6. *c.* 5. *dub.* 2. *diffic.* 1. *num.* 46.

17. Et quoad doctrinam de clausula ex certa scientia, in qua se fundat Hinojosa: aliqua olim asserui *in part.* 10. contra Vitalem; nunc assero, aliquos docere hanc clausulam non sufficere, quando Princeps concedit priuilegium contra legem habentem clausulam derogatoriam ad priuilegia, ita Panorm. *in cap. nonnulli de rescriptis num.* 10. & ibi Felin. *numer.* 5. *& seq.* Moneta *de commun. vltim. vol. capit.* 7. *numer.* 178. Et hanc sententiam tenentur sequi Doctores; qui dicunt confirmationem priuilegiorum factam cum clausula, *ex certa scientia*, non restituere priuilegia à iure reuocata, idem videtur apertè sentire Decius *consil.* 341. *numer.* 10. dum asserit, maiorem vim habere, seu potentiorem esse clausulam derogatoriam, *non obstantibus*, &c. quàm clausulam, *ex certa scientia*; Assentior tamen Patri Hinojosa non omnia priuilegia Ordinum Mendicantium fuisse reuocata per Consilium Tridentinum etiam in decretis, in quibus statuitur contrarium ipsis priuilegiis; Itaque non omnia decreta Concilij, etiam ea quæ sunt contraria nostris priuilegiis, seruanda sunt cum derogatione ipsorum; sed solum illa cum reuocatione priuilegiorum intelliguntur obseruanda, in quibus statuitur aliquod contrarium priuilegiis obseruandum, non obstantibus priuilegiis.

Part. 10. tr. 14. Ref. 16. alias 14. quæ hic est supra Ref. 249. & in aliis eius primæ not. signanter in Ref. seq. latè & in aliis eius primæ annot.

RESOL. CCLIII.

An clausula ex certa scientia apposita in Bullis Pontificiis confirmantibus priuilegia Regularium reuiuiscere faciat, & innouet priuilegia reuocata? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. Resol. 7.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Bruno *part.* 1. *tractat.* 1. *capit.* 2. *propositio n.* 4. vbi sic ait, Quoties ex certa scientia priuilegia antea per specialem rescripti, aut Bullæ clausulam reuocatoriam abrogata, confirmantur, valida est confirmatio eorundem, licet non fiat mentio huiusmodi clausulæ reuocatoriæ. Ratio est, quia hæc clausula, ex certa scientia, habet vim nouæ concessionis, &

Sup. hoc in Ref. præterita §. vlt. & supra in Ref 249 & 250. & infra in Ref. 268. §. 1. ad medium vers. Maior argumenti, & in tom. 9. tr. 7.

Ref. 119. §. Probatur, & seqq. & ex Ref. 121. paulo post initium, vers. Et ad doctrinam. Sed lege eâ per totam, & non pigebit.

& inualidatorum reualidationis: ergo si ex sua natura reualidat inualidata, seu reuocata, frustrà fieret clausulæ reuocatoriæ mentio. Sic tenent Glossa *in cap. Sicut graue, de Transact. in cap. veniens, eod. tit. & in cap. Quia diuersitas, de concessione Prebendæ*; Sigismundus à Bononia *tract. de elect. part. 2. c. 4. dub. 76. n.* 6. Rosella *verb. Absolutio. n.* 4. Portell. *verb. priuilegij confirmatio*, & Marcellinus à Sancto Benedicto *in Compend. priuileg. Fuliensium, verb. priuileg. in notabilibus*, vbi docet; ex Eman. Roder. qui est huius sententiæ, quod tria operatur prædicta confirmatio ex certa scientia. Primum, quod priuilegia sic confirmata sint firmioris auctoritatis. Secundum, quod si minus sunt valida, fiunt valida, & sic valid.. :t nulla, & inualida, dando nouam vim. Tertium, propter auctoritatem confirmantis nullus superior, seu Prælatus potest de illis cognoscere, sed solus Papa. Eundem etiam effectum operatur clausula, de plenitudine potestatis: vt citati Roder. & Marcell. cum aliis afferunt: Clausula verò, de nouo concedimus non operatur eosdem effectus, sed facit tantùm illa reuiuiscere, si in vsu essent, & impedit præscriptionem per non vsum. At verò clausula simplex, confirmamus, nihil ferè operatur, *vt in tract. de exempt.* latius ex Doctoribus, & Canonibus ostendemus: Sic etiam Miranda *in Manuali tom. 2. quæst. 45 art. 1.* Ibi egregiè hanc clausulam, eiusque effectus cum aliis clausulis explicat. Ita Brunus.

2. Et eius sententiam sequitur doctissimus Magister Donatus *Rerum Regular. tom. 1. tract. 11. quæst.* 3. vbi probat clausulam, ex certa scientia, habere vim confirmandi actum nullum, reddendo illum de inualido validum, & validare id, quod priùs erat nullum: idem est, quod de nouo concedere; quod melius & efficacius operatur, si re vera à Principe confirmante præcesserit cognitio defectus, seu nullitatis prioris priuilegij, quod confirmat, ita vt aliunde constet, Principem scire, vel sciuisse, illa priuilegia, quæ confirmat, fuisse amissa, vel reuocata; ita Alexand. *consil. 12. incip. scripsit, num. 20. ver. præmitto.* Vital. *de clausul. in tract. clausul. in clausul. ex certa scientia*, & Tusch. *tom. 2. lit. C, concl.* 341. *numer.* 20. Dixi, melius, & efficacius; nam ad operandum, & inferendum in beneficium priuilegiati, satis est, quod clausula, Ex certa scientia, addatur, & contineatur in priuilegio, quod expeditur, absque eo, quod aliunde constet de præuia scientia Principis, quoad ea quæ confirmat ex certa scientia. Aliàs, omnes Principis concessiones ex certa scientia, essent incertæ, & præcisè priuilegiorum confirmationes, quis enim scire potest, an Princeps, vel Papa præsciuerit, & exactè examinauerit valorem priuilegiorum Regularium, quæ confirmare intendit? & an præcognouerit illorum nullitatem, & defectus? tum quia, non licet stare in faciem Principis, eique dicere, *Mentiris*, nam loquela tua rei non correspondet; prout est in se: ex quo res est, vel non est, oratio dicitur vera, vel falsa; etenim sermo verus correspondet rei, prout in se est. Quapropter etsi fortè Pontifex non habeat exactam notitiam eorum priuilegiorum, quæ confirmat, censetur, & præsumitur habere efficacem voluntatem confirmandi priuilegia amissa, vel reuocata, sicut opus est, & indigent: & hæc voluntas haberi potest sine cognitione rei, vt est in se, & sufficit ad validandum priuilegia, si quæ fortè in se sint nulla, & reuocata, etiamsi eorum nullitas, & reuocatio Domino Papæ sit ignota.

3. Quemadmodum Religiosus dubitans de valore suæ professionis, illam ratificat per nouum consensum, & dicitur ratificare ex certa scientia, non quia agnoscat illam esse nullam, sed quia non cognoscit fuisse validam, & nihilominus absolutè vult nunc illam de nouo facere, & validare, si necesse sit. Item, sic etiam practicatur in absolutione censurarum in collatione beneficij, & dignitatis, nam absoluuntur Beneficiati, & Personati ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, si fortè reperiantur quoquo modo innodati, ad effectum duntaxat illorum consequendum; prout est videre in eorum Bullis.

4. Sic item, in magnis festiuitatibus Regularium superiores, suos absoluunt subditos, & cum illis dispensant super irregularitatibus, si quam vel si quas contraxerunt, iuxta facultatem ipsis traditam per eorum priuilegia, & specialiter, & tamen hi superiores subditorum impedimenta, vt in se sunt, hic & nunc haud cognoscunt; quare scientia non obstante superiorum absolutio, seu habilitatio valet, & tenet; ita Gloss. *in cap. statutum, ver. literarum, de rescriptis in 6.* & Clem. 2. *eod. tit.* Bald. *in l. impetrata, colum. 1. C. si in rescindi non posse.* Suar. *l. 8. de legib. cap* 18. *num.* 14. Sanchez *tom. 1. summ. lib. 7. cap.* 29. cum aliis multis, quos refert Merolla *in d. tom. 3. de priuil. disp. 6. cap. 2. num.* 14. *fol.* 65. vbi ad partes disputat, & benè resoluit: quod satis sit resoluta voluntas Principis ad confirmandum, & confirmata valent, absque eo quod constet de præscientia Principis, prout censuit Rota anno Domini 1614. coram bon. mem. Buratto die 27. Ianuarij apud Farinac. *decis.* 513. *num. 6. in 2. part. recent.* Et hæc omnia docet Donatus, *vbi suprà.*

Hanc etiam sententiam tenent plures Doctores quos citat, & sequitur Sebastianus à Bononia *de elect. part. 2. capit. 4. dubit. 73. numer.* 7. & Bordonus *in Consilio Regul. tomo secundo, resolutione* 52. *numero* 63.

5. Sed vt verum fatear, ego numquam potui acquiescere huic doctrinæ, quæ si vera esset, corruerent plures Bullæ Pontificiæ, ac ad nihilum deseruirent, & sæpius Pontifices hodie destruerent id quod heri ædificarunt, quod verisimile non est. Ideo contrariæ sententiæ adhæreo, & assero, quod dicta clausula, Ex certa scientia, non operatur circa ea, quæ in facto consistunt, de quibus præsumitur Princeps non habere notitiam, sed tantum quoad ea, quæ iuris sunt, quæ non præsumuntur à Principe ignorari, vt docent Felin. *in cap. cum Olimer num.* 5. *ver. intelliget benè. De except.* Alexand. *cons.* 123. *n.* 20. *verbo Præmitto, & num. 22. & seq. vol.* 4. Bald. *lib. vltim. num. 9. ver. Dicas etiam C. senten. rescin. non posse.* Dec. *cons.* 407. *num.* 23. Paris. *consil.* 1. *numer.* 81. *lib.* 1. *& consil.* 4. *numer.* 28. *& consil.* 74. *numer.* 29. *lib.* 4. Menoch. *consil.* 1. *numer.* 432. *& consil.* 2. *numer.* 130. Curtius Sen. *consil.* 49. *numer.* 35. Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst.* 10. *numer.* 81. Dec. *in cap. Ad hæc; ver. & prædicta conclusio de rescript. & consil.* 98. *numer.* 6. Castrens. *consil.* 159. *in fine*, Socin. Iun. *cons.* 32. *numer.* 4. *& sequent. volum.* 3. Menoch. *lib. 2. præsumpt.* 20. *num.* 2. Cotta *in memor. verbo clausula*, Vantius *de nullit. tit. de null. ex defectu iurisd. de leg. numer.* 58. Tusch. *littera C, conclus.* 140. *num.* 44. *& conclus.* 341. *numer.* 20. Brunor à Sole *in Compend. verbo clausula.* 18. Marchesan. *De commiss. part. 2. cap* 157. *num.* 94. Rodulph. *de suprema Principis potestate cap. 6. num.* 5. Vincent de Franch. *dec.* 191. *numer.* 18. Aldrete *Pro omni exempt. Regul. par. 2 cap. 1. num.* 11. Molina *lib. 2. de Primogen. cap* 7. *num.* 21. Garzias *de benef. part. 3. cap. 2. num.* 232. Seraf. *decis.* 268. *num.* 5. Riccius *in Collectan. par. 5. Collect.* 1591. *in fine.* Sanchez *lib. 8 de matrim. disp. 4. numer.* 6. Tamburin. *de iure Abbat. tom. 1. disp. 18. quæst. 6. numer.* 18. Rota apud Farinac. *decis.* 128. *numer. 5. & seq. tom.* 3. Quia nimirum præsumitur scientia in iis, quæ sunt iuris *cap. 1. de constit. in 6.* in ipso Principe, non autem quoad ea, quæ sunt facti; & ideò, nisi constet de informatione

informatione Principis, hæc clausula nihil operatur circa ea, quæ sunt facti.

6. Itaque dicendum est, quod non potest confirmatio in forma specifica prouenire à principe nisi secundùm suam specificam formam sit ab ipso volita, & non potest esse volita nisi mente concipiatur, & sit illi cognita, & non potest mente concipi, nisi cognitio Principis tendat in illud speciale, quod confirmat, secundùm omnes ipsius circumstantias; nam confirmatio in forma specifica dicit quòd res in specie secundùm suum esse determinatum, & circumstantiatum, ita confirmetur, vt ex voluntate confirmantis absolutè valorem accipiat, ac si ab ipso de nouo fieret. Quando autem Princeps non inserit tenorem rei confirmatæ, aut nòn constat habuisse plenam informationem, non dat valorem rei secundùm esse determinatum, nec declarat suam voluntatem, quod tendat in rem confirmatam secundùm esse determinatum & circumstantiatum; voluntas autem, quæ non exprimitur pro forma specifica, non valet pro forma specifica, quia tantum solùm operatur, quantum se declarat velle operari.

7. Nec obstat dicere, hanc clausulam: Ex certa scientia operari, vt habeatur præsumptio informationis in Principe, vt latè tradit Alex. *Consil.* 15. *num.* 2. *lib.* 5. & Rota apud Farinac. *Decis.* 180. *num.* 2. *part.* 1. *Recent.* Resp. obstare huic præsumptioni praxim ipsam, nam talis clausula, & aliæ similes solent de consuetudine apponi, etiamsi Princeps non fuerit in specie informatus; sed solùm signauerit supplicationem, in qua tamen non continebatur informatio in specie. Hinc cum Sixtus IV. confirmasset priuilegio Minorum cum clausula. Ex certa scientia, motu proprio, mera voluntate, & de nouo concedimus, Iulius II. in Bulla, quæ incipit, *in litantis Ecclesiæ agro*, apud Rodtiquez *tomo primo Bullar.* respondet non fuisse confirmata priuilegia, quæ non erant in vsu; fuissent autem confirmata, si clausula. *Ex certa scientia apposita*, faceret quod confirmatio esset in forma specifica, nam talis confirmatio restituit priuilegia amissa, cùm sit noua concessio. Hinc non habet vim nouæ concessionis huiusmodi clausula, nisi constet quòd Princeps habuerit plenam notitiam, vt notat Rota *Dec.* 166 *n.* 7. *part.* 1. *Recentior.* apud Farinac. *& dec.* 192. *n.* 2. *p.* 1. *Recentior.* apud eumdem.

8. Nec etiam obstat, quòd si dicta clausula non causaret effectum confirmationis specificæ redderentur incertæ omnes confirmationes Pontificiæ, Præsertim priuilegiorum, nam semper dubitari posset, an examen exactum fuerit, an fuerint, cognitæ nullitates, &c. Respond. Hoc non sequi, si tenor rei confirmatæ fuerit incertus, aut eiusdem substantia, aut saltem Princeps declaret præmisisse debitum examen, & plenè fuisse informatum; nam tunc præsumendum est, quod Princeps in confirmando rectè functus sit munere suo, atque præmiserit omnia ea, quæ erant præmittenda. Et hæc omnia Pater Bruno inueniet apud duos Doctores Regulares Zachariam Pasqualigum *in qq. Canon. Centur.* 2. *quæst.* 107. per totam, & & Iacobum Ragium *de Regim. Regul. Centur.* 2 *tract.* 8. *dub.* 161. *concl.* 1.

9. Hinc infertur contra Giuniparum *in Defens. Iur. Pontif. disp.* 2. *quæst.* 1. *capit.* 2. *num.* 17. Quòd etiam si Pontifex moueatur ad confirmanda priuilegia alicuius Religionis, non ad instantiam alicuius, sed ex amore, & deuotione erga talem religionem, neque adhuc clausula: *Ex certa scientia*, sufficeret, ex se sola, absque tenore priuilegiorum inserto aut eorumdem substantia, aut saltem nisi constaret, quòd Pontifex procederet cum plena informatione, vt confirmatio esset in forma specifica. Quia est impossibile, quod confirmatio sit in forma specifica, nisi procedat ex cognitione specifica determinata, & explicita rei, quæ confirmatur, non secus, ac est impossibile, quod sit volitum, quod non est cognitum; quia non potest facere, quod mente non concipit, cùm operatio procedat ex scientia; nec potest concipere confirmationem in forma specifica, nisi habeat notitiam in specie, & explicitè illius quod confirmat Quod valet, etiāsi vti velit suprema potestate, & plenitudine ipsius, quia nec potestas plenissima, se extendit ad impossibilia. Rursus etiamsi simul adhibeat clausulam, *Motu proprio*, & quaslibet alias quantumuis prægnantissimas, nam, quæcunque sint tales clausulæ, non operantur vltra intentionem confirmantis, & intentio non operatur vltra id, quod mente concipitur, quia est impossibile, quod intentio sit eorum, quæ non sunt mente concepta, & nemo vult, quod non potest. *l. Lucius* §. *Imperatores ff. Ad municip. & l. Si tibi* §. *Vnius. ff. de opt. leg.* Et ex his soluta manent, quæ pro se affert Giuniparum. Et hæc omnia docet Pasqualigus à me alibi citat. *in qq. Canon. Centur.* 1. *quæst.* 107. Alibi in Ref. quæ hic est infra 168. in eius §. ad secundum.

10. Nota verò, quod etiam stando in prima sententia Bruni, & aliorum, dicendum est moderatione indigere, nam si priuilegia sunt per ius commune, aut per Concilium generale reuocata, illorum confirmatio non valeret, nisi vel de dictis iure communi, & Concilio mentionem faceret, vel verbis, ita contrariis concepta esset, vt cum dictis iure, & Concilio non posset vllo modo conciliari. Et ideò Leander à Murcia *in Regul. Sancti Francisci quæstione* 18. *cap.* 6. *num.* 8. sic ait, [De todo lo dicho se saca, que quando la confirmacion se haze ex certa sciencia, reualida el Papa con ella el priuilegio reuocado de su predecessor, ò priuilegios por el reuocados, aunque sea por special Bula, ò por special reuocacion; saluo quando el priuilegio fue reuocado por el derecho comun, como por el Concilio Tridentino, ò por otros derechos: porque en este caso, los priuilegios reuocados, por derecho, no es visto quere el Papa confirmarlos, ni reualidarlos, aunque confirme ex certa sciencia, sino haze expressa mencion de la reuocacion por derechos y dize que no obstante elle quiere confirmar.] Ita ille, cui adde Brunum, vbi suprà, & Portell. *in Dubiis Regul. ver. priuilegior. Confirmation.* 13.

11. Nota etiam, quod si in Confirmatione priuilegiorum, ex certa scientia, apponatur clausula, dummodo sint in vsu, certum est priuilegia reuocata non reuiuiscere; Et ideò Pellizarius *in Man. Reg. tom.* 2. *tract.* 8 *cap.* 1 *num.* 26. sic asserit: Vel priuilegium confirmatur in forma communi, & sic confirmatio nullum ius nouum confert, nec validum facit priuilegium, quod antea erat inualidum; cùm talis confirmatio non sit concessio priuilegij, sed pura roboratio pro statu, in quo erat; vel confirmatur ex certa scientia; & sic confirmatio est noua concessio talis priuilegij (si tamen ab initio fuit validum) confirmatio siquidem ex certa scientia habet vim confirmandi actum, seu priuilegium aliàs nullum, reddendo ipsum de inualido validum: quod est priuilegium de nouo concedere, intellige, modò Princeps confirmans ex certa scientia non apponat aliquam clausulam, qua dicat se nolle confirmare priuilegium aliàs nullum: vt si dicat, *Quatenus sint in vsu*: Dummodo Concilio Tridentino non sint contraria: Prout in libris Ordinum reperiuntur: Dummodò sub vllis reuocationibus non comprehendantur; tunc enim non confirmantur priuilegia ex certa scientia; Vide etiam Portel. *vbi supra* 26. *cum sequenti.*

RESOL.

RESOL. CCLIV.

An Bulla Pij V. quæ incipit : Et si Mendicantium Ordines, *sub* 17. *Kal. Iunij* 1567. *fuerit reuocata per aliam Bullam Greg. XIII. quæ incipit*, In tanta, &c? Ex p.3.tr.2. Ref.107.

Sup. hoc latè in Ref. seq. Sed lege supra doctrinam Resol. 252. signanter § His tamen.

§. 1. Hic casus multum interest Regularibus, quia Pius V. concedit in dicta Bulla amplissima priuilegia. & ideo dictam constitutionem Greg. XIII. non fuisse promulgatam, nec in praxi receptam, testatur Peyrinus *in priuil. Min. tom. 2. constit.* 7. *Pij V.* §. 1. *n.* 2. Henriq. *lib.* 7. *de Indulg. c.* 24. *n.* 8. Thom. à Iesu *de procur. omn. gent. saluan. lib.*... *c.* 8. Hieronymus Llamas *in meth. p.* 1. *c.* 7. §. 6. Nauarr. *in man. c.* 27. *in fine*, vbi testatur, quòd licèt Greg. XIII. voluerit dictam Bullam promulgari, tamen postea non publicauit. Attamen Barbosa *de potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 76. *n.* 29. & alij tradunt prædictam Bullam Pij V. fuisse reuocatam, & ad terminos iuris, & Concilij Tridentini redactam.

RESOL. CCLV.

An Bulla Pij V. quæ incipit : Et si Mendicantium, &c. *quæ amplissima Regularium priuilegia continet, fuerit reuocata per Bullam Greg. XIII. quæ incipit* : In tanta, &c. Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. Ref. 6.

Supr. hoc in Ref. præterita & lege alium §. eius not.

§. 1. Negatiuè respondet Pater Bruno *de Priuil. Regul. part.* 1. *tract.* 1. *cap.* 5. *propos.* 6. per totam. Probat primò, quia Gregorius in eadem Bulla declarat se moueri ad illam reuocandam, quoniam ad ipsum prouenerat, quòd ipsemet Pius illam per aliam à se editam, reuocauerat: Sed Pius V. numquam dictam suam Bullam reuocatoriam, si quæ sit, publicauit, teste Nauar. *capit.* 25. *numer.* 5. ergo non fuit reuocata per dictam Bullam Gregor. XIII. quoniam vt est communis sententia, cessante causa cessat effectus, vbi in lege, & statuto expressa est causa: vt tenent Rota *decision.* 337. *num.* 3. apud Farinacium *part.* 1. *Recent.* Scaccia *de appellat. quæst.* 5. *n.* 18. Florent. *decis.* 1. *num.* 61. Cæsar Argum. *de controuers. leg. quæst.* 5. *numer.* 15. Secunda ratio, quoniam posito quod dicta Bulla Gregorij vim habuerit reuocandi dictam Bullam, illam tamen non reuocaret in multis articulis: quia hæc Bulla Pij continet, Primò, nouas constitutiones contrarias Concilio Tridentino, & iuri communi. Secundò, dicti Concilij declarationes: prioribus derogaret, posterioribus minimè, cùm de his nullam penitùs mentionem faciat Gregorius: imò illas confirmauit iuxta Rodericum *in expositione Cruc.* §. 9. *dubit.* 1. *numer.* 32. & Portell. *part.* 2. *casu* 26. *numer.* 7. Ergo cùm huiusmodi declarationes Pij, non faciant contra Tridentinum, cùm declarans nihil noui agat, iuxta *Clementinam Exiuit, de verb. signif.* & Glossam *in cap. per tuas, vers. nono de donat.* & qui declarat legem, non mutat naturam, aut essentiam dispositionis, iuxta Roland. *consil.* 15. *numer.* 27. *volum.* 30. Dec. *consil.* 1. *numer.* 311. *libr.* 9. Menoch. *consil.* 331. *numer.* 100. proculdubio declarationes illæ in dicta Bulla Pij V. contentæ, per Bullam Gregorij non reuocantur. Tertia ratio, quia reuocatoria Gregorij cadit supra priuilegia noua à dicto Pio concessa, declaratio autem verborum Concil. non est priuilegium, sed lex, cum Papæ declaratio faciat legem: vt tenent Suarez *de legib. cap.* 1. *lib.* 6. *num.* 6. *& seqq.* Portel *part.* 2. *capit.* 26. *num.* 4. ergo hæc declaratio à Gregorio non est reuocata. Accedit quarta ratio, quòd omnes declarationes, quæ in dicta Bulla reperiuntur, quæque Concilio Tridentino non opponuntur, sunt in viridi obseruantia: & quoties Ordinarij conati sunt illis contradicere quasi ab antedicta Gregor. XIII. Bulla reuocatis, Papa, vel Sacra Congregatio illas validas confirmauit, vt ex quarumdam enumeratione facienda constabit. Nam primò declaratio Pij V. *cap.* 9. *sess.* 22. illius Concilij, qua scilicet possint sæculares audire Missam in Ecclesiis Regularium, fuit confirmata à Clemente VIII. vt refert Hieron. Rodericus *resol.* 25. *num.* 5. & ab Vrb. VIII. anno 1625. Secundò, declaratio *cap.* 15. *sess.* 23. *& capit.* 10. *sess.* 25. videlicet, quòd confessarij Monialium non examinentur ab Ordinario, confirmata fuit à dicta Congregatione, vt refert Barbosa *in Remissionibus ad sess.* 25. *capit.* 10. *Concilij Tridentini.* Tertiò, declaratio *capit.* 2. *sess.* ... *n.* 5. quod Concionatores non sint ab Ordinario examinandi ad prædicandum in propriis Ecclesiis, fuit confirmata in Cong. Cardinalium, vt refert Reginald. *lib.* 8. *numer.* 121. Riccius *decis.* 29... Barbosa *ad sess.* 5. *cap.* 2. Quartò, declaratio *capit.* 5. *sess.* 25. quòd Episcopus non possit dare licentiam ad ingrediendum in exemptarum Monasteria, aut in Monialium subditarum Regularibus, fuit confirmata ab eadem Congregatione, vt referunt Farinacius. Andreas, & Barbosa *ad sess.* 25. *capit.* 5. Quintò, declaratio *capit.* 13. *sess.* 25. videlicet, quòd quarta funeralis non intelligatur nisi de illo quod affertur die sepulturæ, fuit etiam à Congregatione confirmata, vt refert Portell. *part.* 2. *cas. & numer.* 3. & sic de quibusdam aliis, vt in discursu huius operis videbitur. Vltima ratio est, quòd licet Bulla Gregorij XIII. publicata fuisset, & recepta, tamen postea illam idemmet Gregorius reuocauit, confirmando amplissima confirmatione priuilegia minorum cum clausula derogatoria suæ antedictæ constitutionis, sub datis die 25. Maij 1573. B. quæ incipit, *ex benigna.* Et quoniam omnia verba illis adducere nimis prolixum esset, ideò clausulam derogatoriam quam post confirmata, & concessa de nouo motu proprio, & ex certa scientia minorum priuilegia, & declarationes, sic ponit, Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus super Cathedram, &c. Priuilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis etiam in forma Breuis per Leonem X. Clementem VII. Paulum III. Iulium etiam III. Paulum IV. Pium etiam IV. prædictos, ac etiam Pium V. & quoscumque alios Romanos Pontificis prædecessores nostros, ac etiam Nos, & Sedem eamdem, etiam motu proprio, ac scientiæ, & potestatis plenitudine similibus, ac cum quibusuis irritatiuis, annullatiuis, cassatiuis, etiam priuilegiorum eorumdem reuocatiuis, &c. Quibus omnibus hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus. Ita Pontifex. Et hæc omnia docet Brunus, *vbi supra*, qui citat pro sua sententia Llamas, Peyrinum, Thomam à Iesu, & alios, & ad firmanda Priuilegia Regularium maximè se fundat in dicta Bulla Pij V.

Sup. hoc latè in tom. 3. tr. 3. Ref. 87. signanter à §. 2. &c.

Sup. hoc infra in Resol. 345. & in aliis eius primæ not.

Sup. hoc tertio, quamuis non pro examine, ne deseras legere supra doctrinam Ref. 58. & alterius Ref. eius not.

2. Sed non desunt Auctores Regulares contrariam sententiam tenentes, & ideò nouissimè doctus Pater Nicolaus Brauus *in Tractatu Monastico cap.* 3. *num.* 9. sic ait, Solùm potest esse dubium de priuilegio illo Pij V. quod incipit: *Etsi Mendicantium*, &c. quod etiam pro nostra obseruantia Hispaniæ, sicut pro aliis expeditum habemus, *tom.* 3. *priuil.* 8. vbi plura non obstante Concilio conceduntur. Et quidem hoc, dum durauit eius valor, ritè frui poteramus; verumtamen cessauit iam per reuocationem Gregorij XIII. in Bulla, quæ incipit, *in tanta rerum, & negotiorum mole, &c.* tanquam si tales literæ nunquam emanassent. Et quamuis Henriquez *l.* 7. *de Indulgent.*

Sup. hoc supra in Resol. 252 §. His tamen.

dulgent. cap. 24. in fine, sub verbo, videtur, dicat non fuisse promulgatam, aut vsu receptam hanc reuocationem Gregorij; oppositum tenet Flauius Cherubinus, *in Compendio Bullarij tomo 2. constitution. 9. Gregor. XIII. Schol.* 1. Quaranta *ad eamdem Bullam*; Paulus Piasecius *in praxi Episcop. 2. part. cap. 3. artic. 6. num.* 8. Emanuel Rodriquez *tom. 3. quæst. 74. art. 16.* Tamburin. *tom. 1. de iure Abb. disp. 17. quæst. 1. num. 16.* & ita censeo cum eisdem, & aliis, Ita Brauus, quibus ego addo Bassæum *ver. Priuilegium* 4. *numer.* 8. & Machadum *tom. 2. libr.* 4. *part.* 6. *tractat.* 10. *docum.* 11. *numer.* 4. vbi sic asserit, [Pero hase de aduertir, que aunque Pio V. por dos constitutiones concedio à los Religiosos que pudiessen predicar sin licencia del Obispo; y no obstante que ello contradixisse, reuocando con ellas muccha parte de lo dispuesto por el Concilio Tridentino en fauor de los Obispos, Despues Gregorio XIII. reuocò estas constitutiones, reduziendolas à los terminos del Decrecho comun, y Concilio, y aunque es assi, que el mismo Pontifice Gregorio XIII. confirmò de nueuo à los Religiosos Mendicantes los priuilegios que en esta razon les auia concedido Pio V. por las constituciones referidas; en la misma confirmacion puso clausula de que se entendiessen sin perjuizio de lo dispuesto por el Concilio Tridentino] Ex his Pellizzarius *in Man. Regul. tom. 2. tract.* 8. *cap.* 1. *sect.* 4. *n.* 81. quærit, an Regulares saltem in foro conscientiæ possint in præsentia vti suis priuilegiis, quamuis expressè reuocatis in Concilio Tridentino. Et respondet, non posse; & hoc ex clausula exceptiua, qua post Tridentinum vti solent omnes Pontifices in confirmatione priuilegiorum: Dummodo Concilio Tridentino non sint contraria: Quæ clausula, si non intelligatur de Priuilegiis à Tridentino reseruatis, aut reuocatis, non apparet, de quibus debeat intelligi, & quorsum toties repetatur; præterquam quod viuæ vocis oraculum, quo nituntur Henriquez *l.* 7. *cap.* 24. *num.* 8. & Rodriquez *tom.* 1. *quæst.* 8. *articul.* 9. aliisque oppositum sustinentes, non solùm fuit reuocatum à Gregorio XIII. sed etiam à Gregorio XV. & Vrbano VIII. in reuocatione generali viuæ vocis oraculorum Religiosis concessorum; vt proinde opinio Henriquez & eius asseclarum in præsentia nullo modo possit sustineri. Ita Pellizzarius.

Sup. hoc in Resolut. not. præteritæ signanter in §. Quarta decisio. & seqq & in aliis eius not.

Sup. hoc latissimè supra in Reso. 248. 249. 250. & 252. §. Obijcies. & in tom. 6. tr. 1. Res. 26.

2. Notandum est tamen hîc, quod quando Papa confirmans priuilegia Regularium, addit supra dictam clausulam, Dummodo Concilio Tridentino non sint contraria, non intendit reuocare nisi ea priuilegia, quæ præfato Concilio, ita sunt contraria, vt ab eo expressè reuocentur (quale erat, quod Regulares possent recipere Ordines Sacros ante ætatem assignatam in Tridentino *sess.* 23. *cap.* 12. quod ibidem expressè abrogatur); non autem intendit derogare priuilegiis, quæ quoquo modo sunt contraria Concilio Tridentino, sed ab eo in terminis non abrogatur: quale est priuilegium, quod iidem Regulares habebant, vt possent ordinari extra tempora: quod quidem est contrarium dicto Concilio oppositum statuenti *sess. citata cap.* 8. & tamen, quia ei in Concilio non derogatur expressè, cadit sub generalem confirmationem priuilegiorum factam cum prædicta clausula, dummodo Concilio Tridentino non sint contraria. Priuilegia autem Regularium, quæ expressè reuocantur in Concilio Tridentino colliguntur à [illegible] anne de la Cruz *in epitome l.* 2. *cap.* 3. *dict.* 6. & faci[illegible] reperiuntur in ipso Concilio. Vide Portell. *in du*[illegible]*s Regul. ver. priuilegium, numero* 3.

Sup. hoc supra in Resol. 126. §. in fine, & in alio §. eius not. sed lege eam per totam, & si placet etiam 55 eius annot.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 5. Res. 87 & in aliis eius primæ annot.

RESOL. CCLVI.

An Regulares possint vti suis priuilegiis, etiam si contra illa habuerint contrarium vsum?

Et an priuilegia Regularium per non vsum non præscribantur nisi per centum annos? Ex p. 3. tr. 2. Res. 88.

§. 1. Affirmatiuè respondeo, & ita docet Portel. *in addit. ad dub. Reg. ver. priuilegium, num.* 4. vbi sic ait Quia modus frequentior amittendi priuilegia inter Regulares, est non vsus, seu contrarius vsus, libet pro Religiosorum quiete hîc transcribere verba, quibus Eugenius IV. concessit Congregationi S. Iustinæ Benedictinorum, vt possint vti suis priuilegiis, etiam si contra illa habuerint contrarium vsum habetur concessio in Bullar. Rodriquez, *fol.* 29. *col.* 1. vbi Papa sic concedit Vt si quandoque contigerit per aliquem, aut plures actus contraria huiusmodi, aut quæcumque alia priuilegia, indulta, gratias, immunitates præfatæ Congregationi concessa, aut ipsorum aliquod à quocumque cuiuscumque conditionis gradus, seu status existat ex negligentia, vel ignorantia præsentium, vel futurorum, quibus hæc contenduntur, aut alia quauis causa, propter quam aliter fuerit attentatum, vel pro tempore obseruatum ignoranter, vel scienter nullum tamen præiudicium decretis, priuilegiis, Indultis, gratiis volumus generari sed in suo vigore, ac robore permanere. Sic ibi Summ. Pontifex, & Portel *vbi suprà*; quod est valdè notandum pro Regularium consolatione.

Sup. hoc supra in Resol. 231. §. Nota. à lin. 5. & infra in Resol. 285 §. 2. ad medium, ver. porque. & in Res. 286. §. 1. post medium, à vers. Y sed que notat. & lege etiam Res not. seq. &c & in tom. 4. tr. 6. Resol. 53. §. vlt. ante medium.

2. Nota etiam quòd Io. de la Cruz *de statu Rel. l.* 2. *cap.* 3. *dubit.* 2. *conclus.* 2. refert quamdam Bullam, per quam concessum est Benedictinis, ne contra illos, nisi per centum annos, præscribantur priuilegia per non vsum.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 2. Res 25. & signanter §. 1. in fine, &c & in Resol. 55. & lin. not. præteritæ, &c.

RESOL. CCLVII.

An Regulares communicantes in priuilegiis, communicent in pœnis illius Ordinis, de cuius priuilegiis participant?

Et docetur priuilegium communicabile posse ab aliis Regularibus exhiberi, quasi sub nomine propriæ Religionis transcriptum & concessum absque nota falsitatis. Ex p. 10. tr. 12. & Misc. 2. Res. 56 aliàs 55.

§. 1. Affirmatiuè respondet Pellizzarius *in Man. Regular. tomo secundo, tractatu* 8. *capite* 1. *sectione* 3. *numero* 48. Si dictæ pœnæ, ac prohibitiones ait sint odiosæ Religiosis in particulari, vt censeantur fauorabiles toti Religioni: secus si eæ sint odiosæ. & Religiosis in particulari & toti Religioni, Ducor quod in priori casu pœnæ, ac prohibitiones continent rationem fauoris, in posteriori verò odij; sicque procedit regula iuris: odia restringi oportet, fauores ampliari. Et addit sensisse multos doctos recentiores à se consultos.

Sup. hoc supra in Res. 144. lege §. Nec valet. ante medium, vers. Religiosi communicantes.

2. At ego magis adhæreo negatiuæ sententiæ tanquam communiori; & ideo illam tenet Lezzana *in Summa tom.* 2. *capite* 1. *numero* 52. Bordonus *in consil. Regular. tom.* 2. *resol.* 52. *num.* 94. qui citat etiam Sigismundum à Bononia, Rodriquez, Mirandam, & alios; quibus ego addo Hieronymum Garciam *in Politic. Regular. tom.* 1. *tract.* 8. *difficul.* 1. *dub.* 4. *num.* 4. vbi sic ait: [Lo mismo digo de la pena, y censuras. De suerte que no porque fulminen censuras contra vna Religion, han de participar las otras della; lo vno porque odiosa sunt restringenda; y lo otro, que nunca el Pontifice quiere que en esto aya communicacion,

nicacion, sino lo explica. Ita ille. Itaque gaudent, regulares communicatione priuilegiorum, ita vt priuilegia vni ipsorum religioni concessa etiam aliis communia sint. Non tamen propterea in pœnis, & censuris impositis vni Ordini Regularium alij communicat. Non solùm quia iuxta Regulam iuris in 7. Odia debent restringi, & fauores ampliari, sed etiam quia summi Pontifices communica ionem priuilegiorum concedentes, nihil (quod videtim) de pœnis, aut censuris communicandis dicete, Puto tamen cum Sotho, & Lezana, quod in pœnis Laicorum est talis communicatio, id est quod quando priuilegium aliquod conceditur vni Religioni, cum pœnis aliquod contra Sæculares illud non admittentes, vel reprobantes, &c. tale priuilegium aliis Religionibus habentibus cum illa communionem communicetur. Hinc Portel *in Dubiis Regular. verb. Communicatio. num.* 10. sic asserit. Religiosi communicantes in priuilegiis, non proinde communicant in pœnis, & prohibitionibus alterius Ordinis: Vt si in vna Religione lata sit excommunicatio Papæ contra subornatores, hæc non extenditur ad alios ordines; quia excommunicatio non est priuilegium, neque fauor, sed pœna: Et odia sunt restringenda & fauores ampliandi. Ita Portel, & ego.

3. Nota hîc obiter, Bordonum, *loco citato quæst.* 36. *numer.* 97. docere priuilegium communicabile, posse ab aliis Regularibus exhiberi, quia sub nomine propriæ Religionis transcriptum, & concessum absque nota falsitatis. Et hoc ex priuilegio concessum à Iulio II. Minimis de Paula, *Constit. dudum ad Sacrum. apud Confect. pag.* 118. illis verbis: necnon super omnibus ac singulis Marisinagni, & aliis quibuscumque Bullis, quatuor Mendicantium Ordinibus & eorum quilibet quomodocumque concessis, vnum vel plura transumpta coniunctim, aut diuisim facere queant, perinde ac illa, mutatis in eis nominibus; quorumcumque Romanorum Pontificum prædecessorum, & ipsorum Mendicantium in nostrum, & Fratrum Ordinis Minimorum huiusmodi nomina, cæterisque singulis ad hunc effectum de necessitate mutandis, concessa forent. Ac quod transumpta huiusmodi taliter facta, & manu alicuius Notarij publici subscripta, ac sigillo alicuius Prælati Ecclesiastici signata. Accedit ratio, quia ille dicitur falsarius, qui mutat veritatem cum dolo, & iactura quæ tria requiruntur ad incurrendas pœnas secundum Hostiensem, Azorium, & alios, *per text. in legib. Quid sit falsum. ff. de falsar.* Silic. *verb. Falsarium. numero primo*, sed in dicto transumpto veritas mutata non fuit, quia verum est illud priuilegium esse illius Religionis proprium: ergo potuit mutare nomina prioris Religionis in nomina propriæ; neque aliquis dolus commissus fuit, quia dolosè non dicitur agere, qui facit actum concessum, ex Glossa *in leg. vn. Codice de in ius voc.* neque actus, qui habet primordium veritatis, vt iste, dicitur dolosus, Rimin. Iun. *vol. 7. consil.* 796. *numer.* 5. demum nulli infertur iactura, ergo nulla ratione in casu præsenti inueniri potest falsitas. Hucvsque Bordonus, quæ secundum eius mentem dicta esse volo. Ergo autem in facti contingentia adducerem priuilegium principale, de quo agitur, concessum indiuidualiter certæ alicui Religioni: & postea adducerem priuilegia communicationis; & sic Episcopi, vel alij, nullam contradictionem afferre poterunt.

RESOL. CCLVIII.

An Clerici Regulares, vulgo dicti Theatini gaudeant priuilegiis concessis aliis Religionibus? Ex p. 10 tract. 16. Misc. 6. Ref. 91.

§. 1. Respondeo affirmatiuè ex priuilegiis nobis concessis à Gregor. XIV. die 5. Aprilis, & die 28. Iunij anno 1591. quæ referuntur à Pellegrino in introductione ad compendium priuilegiorum, quorum anthographum extat in Archiuio nostræ domus S. Syluestri; & in specie gaudent priuilegiis Societati Iesu concessis ex Bulla Pauli IV. die 7. Octobris anno 1555. Pontificatus sui anno primo, vt etiam notauit Barbosa *in Apost. dec. Coll.* 166. *n.* 4. in quibus aliqua de nostra Religione asserit, quæ sustineri non posse ex inserta epistola nostri Patris Andreæ Sottani ad præsentem D. Vrbanum Puluerinum apparebit: dabunt igitur viri amicissimi manes mihi veniam vt illam per extensum apponam, & nobis condonabunt, si ab eius sententia in aliquibus recedamus.

Reuerendo in Christo Patri Domino Vrbano Puluerino Clerico Regulari,

Andreas Sottani.

EA semper mihi mens fuit; vt omnes vires intendetemus, quo pax inter nostram Congregationem, & cæteros religiosos ordines seruaretur, quarè admodum displicuit quod Paternitas Tua de Augustino Barbosa Scriptore in Summa Apostolicarum Decisionum admonet; videtur enim ex eo semen aliquod discordiarum iactum inter eos ordines, qui singulari animorum vnitate colligari deberent, nempe inter Nos & Fratres Sosmachenses. Cui malo vt occurratur, statim ea de re dedi litteras ad P. D. Ioseph Sylos, vt rem ordine explicaret in nostræ Congregationis historia, quam iussus à Præposito Generali totius Congregationis nomine contexit; in eaque diplomata, quæ apud nos asseruantur insereret; vt in posterum vterque Ordo quid gestum sit agnoscat, nec relinquatur dubitationi locus, sicque inter eos mutuus perseueret amor. Sed vt quæsitis Paternitatis Tuæ interim breuiter satisfaciam.

Dico me perquisisse, ac reperisse in nostris antiquarum tabularum Thecis originalia Diplomata Cardinalis Theatini, de quibus meminit Barbosa *in Summa Apostolicarum Decisionum, Collect.* 166. *num.* 4. tum tempore Cardinalatus, tum etiam Pontificatus tempore, in quibus apparet oppositum quod à Barbosa asseritur, & vt ad singula, de quibus Paternitas Tua erudiri cupit deueniam.

Collect. 166. num. 4. hæc habet verba: *Clericis Regularibus Somascha suos Theatinos vniuit Io. Petr. Carafa Cardinalis Theatinus.*

Si intelligatur propria auctoritate Cardinalem vnisse Congregationes, non vniuit; quæ enim potestas in Cardinali, licet antea ordinis fundatore Regulares ordines vniendi?

Si verò Apostolica auctoritate, res è contra se habuit. E Diplomate enim Cardinalis Theatini sub datum Romæ 8. Nou. 1546. rem sic processisse colligitur.

Patres Somaschenses apud Cardinalem egerunt, *ac magna instan ia eum requisierunt*, vt ordinum coniunctionem procuraret. Cardinalis proposita re nostris tum Venetiis, tum Neapoli degentibus, eorumque expectato iudicio, ipse postea accepto viuæ vocis oraculo à Paulo III. nostris Apostolica auctoritate præcepit vt Somaschensium curam, & administrationem

susciperent. At nè aliquis hæc in dubitationem, vertat, do verba diplomatis ipsius Cardinalis.

Scripserunt ad nos nuper dilecti nobis in Christo Presbyteri Augustinus & alij Clerici ac deuoti Laici, qui in plerisque istius Prouinciæ locis, operibus pietatis intenti curam præcipuè educandorum in Dei timore & in bonis artibus puerorum orphanorum solicitè susceperunt: *Nos cum magna instantia requirentes.* (Ecce petitio Patrum Somaschensium) & notet Paternitas Tua illa verba. *Nos cum instantia requirentes.* Ex his enim conuincuntur falsitatis qui contra scribere ausi sunt) vt eos in nostros agnoscere, & suscipere vellemus: neque eorum spem, quam ab exordio inceptionis suæ in nostro præsidio collocassent, frustrari pateremur, quandoquidem illorum operum fundamenta nostris auspiciis iacta sunt; Nosque ad eos tùm cùm Venetiis essemus bon. mem. Hieronymum Æmilianum nostro in Christo dilectissimum Fratrem destinasse, quo Duce eadem opera & cepta, & ita Deo fauente vncta sint, vt non absque multorum animorum profectu domum Dei grato odore repleuerit: quin etiam nonnulli ex eis de virtute in virtutem ambulantes eousque Domino inspirante progressi sint vt ad nostrum Regularem institutum conuolare desiderent, suæq; penitus sub iugo eiusdem regulæ diuinis obsequiis mancipari.

Accessit ad hæc venerabilis Fratris nostri Presbyteri Bernardini Sabinensis de illorum vita & moribus, de quo studio deuotionis & feruore charitatis, necnon de vestro iudicio fida relatio, quæ apud nos meritò plurimùm valuit; & vt magis ex animo huic negocio incumberemus effecit.

2. Quare in primis nobis visum fuit, vt idem Presbyter Bernardinus Frater noster iuxta præscriptum vestrum Neapolim pergeret, & Fratrum nostrorum qui ibi Domino famulantur super hac re sententiam exploraret; sed cùm iuxta paucos dies inde rediens de vnanimi eorundem fratrum consensu ad nos litteras attulisset: (ecce iudicium Patrum Theatinorum à Cardinali expectatum) Nos omnipotenti Deo gratias agentes & de eius benignitate spectantes de his rebus omnibus Sanctissimum Dominum nostrum consulendum duximus vt qui Dei vices gerit in terris, eiusdem Dei & Domini nostri super hac re voluntatem, suo nobis oraculo aperiret: (viuæ vocis oraculum à Cardinali acceptum, hoc etiam in sequentibus verbis explicatur)

3. Quamobrem idem Sanctissimus in Christo Pater & Dominus noster & Dominus Paulus diuina prouidentia Papa III. viuæ vocis oraculo nobis hoc negotium demandauit, & vt illud in nostram fidem reciperemus iniunxit; atque vt vos hortaremur in Domino, & nihilominus *nomine & auctoritate Sanctitatis Suæ vobis in virtute Sanctæ obedientiæ præcipiendo, mandaremus*, vt eorundem operum priorem curam pro amore, & reuerentia Sedis Apostolicæ vos susciperе deberetis, & illis ita diligenter intendere, vt *ex vestro regimine*: (aduertat Paternitas tua verba illa *ex vestro regimine*, pro his quæ dicemus infra) eadem opera de bono in melius cum salute animarum, & cum Diuini nominis honore procedant: & cum vos de his omnibus, quæ circa eadem opera experimento didiceritis, nos certiores reddere curabitis.

Idem Sanctissimus Dominus noster ex nostra fideli relatione intelligat, quid sit super hoc toto negotio per Sanctitatem Suam, & per eandem Sanctam Sedem Apostolicam statuendum.

Nos igitur cupientes in omnibus, vt debemus, eiusdem Sanctissim. Domini nostri parere mandatis, hoc onus in nos, confisi de Diuini auxilij largitate, suscipimus: & vos omnes (Fratres charissimi) hortamur in Domino, sed & *vobis auctoritate nobis tradita in virtute sanctæ obedientiæ præcipiendo mandamus*, vt supradictorum priorum operum & personarum eis quomodolibet pro tempore seruientium curam & administrationem suscipere debeatis; & ex eisdem personis si qui Clerici vel Laici ad vestram professionem Domino vocante aspirauerint, qui tamē vobis secundum Deum videbuntur idonei, illos ad probationem, & professionem recipere possitis, & valeatis, &c.

4. Ex verbis igitur Diplomatis ab ipso Barbosa allatis apparet rem processisse vti narratum est. Id verò quod asseritur à Barbosa, ex Diplomate neque Ego colligo, neque alius qui legerit colligat: quomodo enim intelligi potest Theatinos accessisse ad Somaschenses vt innuit Barbosa, si illibato, ac firmo remanente Theatinorum instituto, Clerici Regulares de Somascha transire ad Theatinos, eorumque moderationi sese suaque omnia subiicere (hoc enim sonant verba Cardinalis ad Theatinos loquentis videlicet *ex regimine vestro eadem opera de bono in melius cum salute animarum, & cum Diuini nominis honore procedant, & curam ac administrationem suscipere debeatis. Item ex iisdem personis, si qui Clerici vel Laici ad vestram professionem Domino vocante aspirauerint, qui tamen vobis secundum Deum videantur idonei ad probationem, & professionem recipere possitis & valeatis*) desiderauerint, ac concupiscenti animo exoptauerint? Quomodò spectaret ad Theatinos ad professionem Somaschenses admittere si Theatini ad ipsos transissent? potiùs, ad Somaschenses pertineret ad probationem professionémque Theatinos admittere. Et ad quam professionem potuissent Somaschenses admittere Theatinos Patres, si ipsi, vt mox dicam, professionem non emittebant?

5. Præthereà eadem Collectan. *num* 5. ait Barbosa Congregationem Patrum Somaschorum in Religionum numerum cooptatam fuisse à Pio V. facultate concessa emittendi tria vota substantialia vt patet ex eius Bulla incip. Iniunctum 8. Idus Decemb. 1568. Sed vnio facta est tempore Pauli III. ergo ex eius sententia dicendum esset Religionum Theatinorum transisse ad statum non Religiosum, dum ad Somaschensium Congregationem transiuit, quæ tunc non erat Religio, quod inauditum apud omnes, pluraque continet absurda, vt consideranti patet.

Collect. 166. *num.* 4. prosequitur Barbosa, *Vt piorum operum curam susciperent (nempe Theatini) eaque omnia pietatis munera peragerent, quæ Somaschensibus in virtute sanctæ Obedientiæ præcipitur.*

6. Si ly *præcipitur* cadat supra verba, *vt piorum operum curam susciperent*, verum dicit Barbosa; quandoquidem cura & administratio, vt visum est, tunc nostris à Pontifice imposita, ac demandata est.

Confirmantur etiam magis magisque superiùs dicta ex Bulla Pij V. incipiente, *Ad immarcescibilem*, cuius hæc sunt verba: videlicet, *Curam, & administrationem Congregationis de Somascha eidem Congregationi Clericorum Regularium per prædictum Pium III. prædecessorem commissam.*

7. At ex hoc non sequitur nostros transisse ad Somaschenses: potest enim quis moderari Religiosum aliquem ordinem absque eo quod Religiosus fiat illius ordinis, sic Matthæus Baucius Theatinus, Marcellus II. Pontificis Nepos vir prudentia in rebus gerendis, & virtutum Religiosarum laude valdè celebris Congregationem Fuliensem Monachorū D. Bernardi Romæ moderatus est; quis tamen ex hoc infertat; ergo Baucius Monachus effectus est? Vincentius Riccardus non minùs Sacrarum litterarum, ac linguarum eruditione, quàm virtutibus illustris, Congregationis Beati Ioannis Columbini regimen obtinuit, in eaque obseruantiæ rigorem ac plurima beneficia

neficia contulit, quis tamen dicet nostrum Riccardum Iesuatorum Congregationis Religiosum fuisse!

8. Carafa noster vnus ex quatuor Ordinis Fundatoribus antequam ad purpuram & Pontificatum eueheretur, aliquibus Religiosis Ordinibus præfuit, ergo nostrum reliquit, & ad alienos transiuit? hoc certè prudens quis non affirmabit.

9. Plures ex nostris litteris ac Sanctitate præstantes locis piis præpositi sunt, eosque vsque ad vitæ finem curauere, quis tamen audeat affirmare eos ad alienigenarum vitam transiisse? non ergo ex administratione cura, & regimen probari potest, quod affirmat Barbosa.

10. Quod si ly *præcipitur* cadat, vt nostris scilicet imponatur munus agendi exercitia Somaschensium ex instituto, hoc gratis dicitur: neque enim ex Diplomate colligi potest, imò falsum asseto, quia cœpta à nostris Clericalia instituta nullo vnquam tempore deserta sunt, vt videri potest ex historiis & Pontificum Bullis quæ apud nos asseruantur.

11. At si quis obstinatè contendat vnionis tempore Theatinos obseruasse Somaschensium institutum: Sciat apud Sanctum Syluestrum Montis Quirinalis repositum esse Breue Iulij III. incipiens *Dudum pro parte vestr.* &c. datum Romæ die 10. Iunij anno 1551. (quo tempore perseuerabat vnio cum Somaschensi Congregatione) in quo confirmatur nostrum Clericale institutum, Constitutiones, Decreta, priuilegiaque omnia prædecessorum Pontificum nulla facta mentione Somaschensis Congregationis. Si autem tunc nostra Congregatio obseruasset Somaschensium institutum, ad quid confirmatio prioris instituti, constitutionis, priuilegiorum, &c.? potius confirmari debuisset Somaschensium institutum, constitutiones, &c. quod tamen minimè factum est non alia ratione, nisi quia Theatini ad aliorum institutum etiam, & exercitia minimè transiere; ex quibus etiam palam fit, Somaschenses, vt dictum est, transisse ad Theatinos, non autem è contra Theatinos ad Somaschenses.

Firmat sua dicta Barbosa Diplomatis allegatione his verbis, vt in suis litteris (nempe Cardinalis Theatini) sub datum Romæ in propriis ædibus 8. Nouembris 1546.

12. Verùm suo se gladio interimit, hæ enim litteræ non aliæ sunt, quàm quæ suprà à nobis sunt allatæ; ex quibus nedùm non elicitur quod asserit, sed omninò oppositum: & vt Paternitas Tua harum litterarum firmitatem agnoscat, nec alias esse quàm à nobis allatas, eædem referuntur in Breui solutionis vnionis incip. *Aliquot abhinc annis* die xxiij. Nouembris 1554. in quo Pontifex easdem litteras pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi mandat.

Collect. & numero eodem subdit hæc verba is: *sed Ipse (Cardinalis scilicet Theatinus) ad Summum Pontificatum euectus, & Paulus IV. dictus Theatinorum Congregationem à Somaschensi separauit, & pristinum solum institutum seruare coëgit, vt in eius Constitutione incip. Aliquot abhinc annis die xxiij Nou.* 1555.

13. Verùm est quòd separauerit, at dicendum potius esset Somaschenses à Theatinis separasse, cùm illi ad Theatinos accesserint, vt visum est & liquidò constat, non verò Theatini ad illos.

Sed etsi facta est separatio. volentibus & petentibus Theatinis facta est, vt colligitur ex verbis citatæ constitutionis Pauli IV. in qua habentur hæc verba *Nosque ex iis quæ deinceps ex vobis, qui per tot annos quæ supradicta sunt experti estis quid super hoc negotio statuendum sit cognouimus*, &c.

14. Cùm ergo cognoueit Pontifex à Theatinis, vnionem esse soluendam, iam Theatinorum petitione soluta est vnio, id præterea indicant verba ipsa solutionis in citata Constitutione: *Vos (loquitur Pontifex ad Theatinos) & vestrum quemlibet ab hortatione, præcepto, mandato, obedientia dictorum Presbyterorum, Clericorum, Laicorum, pauperumque, orphanorum personarum, & operum prædictorum cura & administratione à vobis tam ante hac suscepta, quàm in posterum forsitan suscipienda, omnibusque, & singulis aliis quæ circa eas prædicta sunt, ac denique ab omni huiusmodi obligatione ac necessitate vobis, vt præfertur quomodolibet composita, auctoritate Apostolica tenore præsentium absoluimus, & liberamus. librosque. & absolutos fore decernimus.*

15. Hæc eadem habentur in Bulla Pij V. *Ad immarcescibilem* iisdem ferè verbis nimirum ab omni obligatione, & necessitate ipsis desuper quomodolibet imposita in perpetuum absoluit & liberauit (scilicèt Paulus IV.) liberosque, & absolutos fore decreuit.

16. Si ergo absoluti, & liberati sunt Theatini à cura, & administratione Somaschensium, iam non coacti. Quo ex eo etiam confirmatur, quia à nostris Antiquioribus accepi, etiam post solutam vnionem aliquos ex nostris præfuisse aliquando Somaschensium operibus, quod fieri non potuisset si coactio intercessisset. Non erat ergo cur Barbosa scriberet Theatinos coactos fuisse.

Sed dicet P. T. Barbosa asserit Theatinos coactos ad pristinum institutum, non verò ad vnionis solutionem.

17. Verùm respondetur, vnum ex alio necessariò sequitur. Deinde qua ratione potest dicere Theatinos coactos ad pristinum institutum solùm seruandum, si semper prius institutum retinuere, neque ad Somaschensium institutum aliquando transiere, vt probatur ex Diplomate Cardinalis Theatini Iulij III. & Pauli IV. non ergo, rectè dicit Barbosa Theatinos coactos ad pristinum institutum solum seruandum, cùm nulla huius coactionis causa intercesserit.

18. Ex dictis ergo clarum est, Theatinos ad Somaschensium institutum nec transisse, sed tantùm Somaschenses se suáque curæ & administrationi Theatinorum subiecisse, integro semper Theatinorum instituto remanente.

19. Neque Theatinos coactos ad prius institutum nulla existente causa, neque ad solutionem vnionis, quia hanc ipsi petierant. Causam verò cur Theatini separationem amauerint non est huius loci referre: dico tamen eas non fuisse, vt mutuum inter Congregationes amorem aliquando deleuerint.

20. Ex his tamen quæ scripsit Barbosa neque ego vellem vt tua in doctissimum virum minuatur beneuolentia, ipse enim, vt accepit à nostro Diana, impensè amat nos & excusandus est optimus vir, putauit enim rem ita se habere innixus alienæ fidei, cum enim addictissimus sit Theologiæ moralis, ac sacrorum Canonum studiis, mirum non est si in re, quæ ad historiam pertinet, & quæ in Tabularij tenebris diu permansit, aliis referentibus, quorum erat rem fideliter scribenti referre inuoluntariè deceptus est.

21. Alia etiam affert in eadem Summa de nostro ordine. quæ non rectè apponuntur, & fortasse P. T. illa non legit, de quibus tamen pari modo excusandus est: neque enim cogitandum est amantissimum in ordine virum voluntariè in illa incidisse; attamen ne te legentem fugiant, ea hìc apponam.

22. Collect. 161. 162. 163. antequam agat de nostro instituto explicat aliquorum aliorum Clericorum Religiosorum institutum, tacitè indicans nos Theatinos non esse illis institutione priores: sed si attentè considerentur Ordines ante nostrum allati, perspicuè patebit alios deficere à vera ratione Regularis clericatus, quia non sunt instituti ad clericalia munia exercenda sicuti noster.

23. Alios verò, post nostræ Congregationis fundationem, vota essentialia emittendi priuilegium à Sede Apostolica obtinuisse, quòd si tali pacto Clericorum Regularium ordines enumerare liceret, plures ego recensere possem quam ipse Barbosa. sed quia conditiones requisitas non habent, ante nostrum, illos non agnoui.

24. Collect. 164. *n.* 2. Ioannem Petrum Carafam, postea Paulum IV. fuisse ordinis institutorum, nulla facta memoria de B. Caietano aliisque duobus insignibus Viris Bonifacio à Colle, & Paulo Consiliario, asserit quod quidem valdè displicuit, præsertim cum opus post solemnem Thienæi Beatificationem sit impressum.

25. Agnoscit quidem nostra Congregatio Carafam institutorem, & gloriatur eum se habere patrem, attamen non ipse fuit à quo primus spiritus reformationis Cleri in cæteros emanauit, sed B. Caietanus Thienæus, qui re cum Bonifacio à Colle communicata, eòque rem probante, ac se socium afferente, Tertius deinde adiunctus est Carafa Archiepiscopus Theatinus, qui ad noui instituti nuntium incalescens, statim Thienæum conuenerat auide cupiens ab eo in socium admitti, quod & factum est. Quartus deinde adiunctus est Paulus Consiliarius indiuiduus Carafæ Comes, sicque quatuor fuere nostri ordinis conditores. licet autem Carafæ nomen in Apostolicis litteris cæterorum nominibus præferatur, hoc ideò agitur, quia ipse alios dignitate præcellebat, cum & Episcopalia munia etiam cum in ordine esset, exerceret; hinc de illo Scardeonius dixit: Episcopi opes non opus reliquisse.

26. Hoc autem, Thienæo primatum non aufert in fundatione, præterea Auctorum multitudo primum locum tribuit Thienæo, & ex iis qui Carafam præponunt plures, rem processisse fatentur vt narrauit.

27. Tertiò ex processu canonizationis Thienæi clarè patet eum cæteris præferendum. Hinc in Apostolico Diplomate Beatificationis, & in Romano Martyrologio absolutè ponitur B. Caietanus Thienæus Clericorum Regularium fundator nulla facta mentione reliquorum, non ergo erat reticendum à pio viro Beati Caietani nomen, imò Carafæ præferendum.

28. Cùm verò, vt dixi, aliqui Auctores primatum Carafæ tribuant, excusandus erit Barbosa si illorum innixus auctoritati Carafam tantùm nominauit. Cæterùm non ambigo qui si denuo scripturus esset, laudem Thienæo debitam minimè denegaret.

29. Collect. & num. eodem dicit Theatinos primum cœpisse in Ecclesia S. Syluestri in Monte Quirinali Vrbis, hoc est contra nostri ordinis Chronologos & præcipuè Caracciolum, qui asserit primam nostræ Congregationis domum fuisse ad Campum Martium via Leonina, quam inhabitarunt Patres per biennium; deinde à Martiniana domo ad aliam sub monte Pincio positam se contulere vsque ad cladem Borbonicam, ob quam Roma excedere coacti sunt, hisque concordant nostra Diaria, ac antiquæ tabulæ, quæ apud nos asseruantur.

30. Collect. & num. eodem addit; Ob Vrbis inuasionem Duce Borbonio Patres Venetias fugisse anno 1532. non fugerunt nostri, quia in Vrbis direptione carceres. vincula, & ludibria plurima ob Christum perpessi sunt; sed vt ait Caracciolus, Vrbe excedere coacti sunt, causa verò discessus apud nostros scriptores P. T. inueniet.

31. Quòd verò eorum discessio fuerit anno 1532 manifesti erroris conuincitur Barbosa ex Tusc. *cap.* 111. & Caracciolo in Thien fol. 212. & aliis nedùm nostri ordinis Scriptoribus. sed etiam exteris. Cùm enim nostrorum Patrum discessus fuerit anno Borbonicæ Cladis, Clades verò Borbonica fuerit anno 1527. non est cur transferatur ad annum 1532. vt vult Barbosa.

32. Concludit numero citato Collect. his verbis: Redierunt Romam anno 1560. qui etiam est contra veritatem: Patres enim nostri Romam rediere anno primo Pontificatus Pauli IV. qui eis dono dedit domicilium S. Syluestri montis Quirinalis, cuius possessionem iniere B. Ioannes Marinonius, qui etiam Archiepiscopatum Neapolitanum recusauit, Bernardinus Scotus postea S. R. E. Cardinalis, & Paulus Consiliarius præfectus Pontificij cubiculi, Vaticanæ ædis Canonicus, vnus ex quatuor ordinis conditoribus, & Frater germanus Cardinalis Consiliatij. Romam ergo sunt reuersi anno 1555. non autem anno 1560. vt notat Barbosa: videatur Tuscus *cap.* 4. Castaldus in Paul. IV. Caracciolus in Paul. IV. vita manuscripta, cum quibus etiam concordant antiquæ tabulæ S. Syluestri.

Dicet hic Paternitas Tua, quomodò ergo excusari poterit noster Barbosa.

33. Respondeo hic etiam excusari, sequutus est enim Scriptores, qui ante ipsum in his decepti sunt, inter quos Flauius Cherubinus in Compen. Bullarum anno 1533. Bulla incip. *Dudum pro parte vestra, sibol.* 2. vbi aperte eadem habet quæ Barbosa, vnde videtur ea Barbosa accepisse; quare excusatione dignus est, neque enim existimare potuit. Flauium apertissimo errore deceptum, cùm in Vrbe Flauius degeret, & faciliter veritatem assequi potuisset. Ergo Barbosa bono animo scripsit, vera se scribere existimans, eique gratias referre debemus; aliis enim in locis honorifice de nostro loquitur ordine. Hæc sunt quæ Epistolæ Paternitatis tuæ de Barbosa inquirentis, respondere visum est, interim Paternitati Tuæ Benignissimum nomen precor. Vale.

RESOL. CCLIX.

An aliæ Religiones gaudeant priuilegiis concessis Societati Iesu cum limitatione, ne illis aliqua Religio communicet?

Et ideo per priuilegia concessa dictæ Societati possint alij Regulares ordinari absque interstitiis, & extra tempora, & absque examine de cantu ab Episcopo, & similia.

Et notatur, quod quando Pontifices concesserunt priuilegia Societati Iesu tali modo, vt subditi illius non communicent illis, nisi concedantur illis à suo Generali, hæc limitatio non ligat alios Regulares, sed inconsulto suo Generali gaudent illis priuilegiis. Ex p. 3. tr. 2. Res. 81.

§. 1. Negatiuè respondet Pater Suarez *l.* 8. *de leg. c.* 17. *prope finem.* Sed ego contrariam sententiam teneo cum Rodriq. *in qq Regul. tom.* 1. *q.* 55. *art.* 17. & Ioan. de la Cruz *de statu Relig. l.* 2. *c.* 4. §. 2. & ideo per priuilegia concessa dictæ Societati possunt alij Regulares ordinari absque interstitiis, & extra tempora absque examine de cantu ab Episcopo, & similia; & & hoc propter amplam confirmationem, & extensionem priuilegiorum concessorum à sequentibus Pontificibus aliis Religionibus. Sup. contento in hoc §. 1. late in tom. 1. tr. 5. Res. 86. & in aliis eius primæ annot.

2. Nota verò, quòd omnes concedunt, quòd quando Pontifices concesserunt priuilegia Societati Iesv tali modo, vt subditi illius non communicent illis, nisi concedantur illis à suo Generali; hæc limitatio non ligat alios Regulares, sed inconsulto suo Generali gaudent illis priuilegiis. Vide Mirandam *in manuali Prælat. tom.* 2. *q.* 46. *art.* 5. *ad finem.* Portel *in dub. Regul. ver. Priu. communicatio, n.* 23. Suarez, Rodriq. *vbi suprà.* Sup. hoc in Ref. seq. & in tom. 2. tr. 5. Ref. 84. §. qui etiam.

RESOL.

RESOL. CCLX.

An Regulares aliarum Religionum possint vti priuilegiis Societatis Iesu, quæ conceduntur assignatis tantum à P. Generali?

Et an Regulares virtute suorum priuilegiorum possint dispensare cum sæcularibus ad petendum debitum, si à suis Superioribus ad hoc minimè deputati fuerint? Ex p.5.tr.13.& Misc.1.Ref.46.

Sup. hoc in Rel.præterita lege doctrinã §. 1. & alterias eius annot. & annot. seq.

§. 1. AD hunc casum satis quidem practicabilem, sic respondet Cœlestinus *in compend. Theol.mor.tr.8.c.15.* quæres secundò, an attento quòd Religiosi Societatis IESV non possunt vti gratiis, & facultatibus directè, aut indirectè per viam communicationis ipsis concessis, nisi à Præposito Generali aut aliis per ipsum communicentur, pro vt concessit illis Greg.XIII. possint Religiosi aliarum Religionum vti illis priuilegiis directè, aut indirectè sibi per cõmunicationem concessis, sine eo, quòd ipsis à suis Præpositis Generalibus, aut ab aliis nomine ipsorum communicentur? Respondeo quòd sic. Nam Greg. XIV. Crucigeris, aut Religioni Clericorum ministrantium in firmis communicationem priuilegiorum Societatis concessit, sine eo quòd illarum Religionum professores à suis Generalibus ea mendicarent. Præterea dicta priuilegia fuerunt illis communicata absolutè, & nobis etiam absolutè, ac si fuissent nostra, conceduntur, nec per communicationem imponuntur restrictiones, & limitationes, quæ ab aliis Ordinibus propter eorum peculiare regimen à Sede Apostolica fuerunt impetratæ, cuiusmodi restrictus est vsus priuilegiorum in Societate, quòd scilicet non possit sortiri effectus, nisi prout à Generalibus fuerit dispensatus, à quo pendet tota ipsius Societatis gubernatio, etiam quoad peculiaria, quæ ab aliarum Religionum Præpositis Generalibus non exequuntur, huc inferri. Et hæc omnia docet Cœlestinus *vbi suprà*. Vnde licèt ego olim *in 3. p. tr.1.ref.14.* docuerim Confessarios Regulares non posse dispensare cum sæcularibus ad petendum debitum, si à suis Superioribus ad hoc minimè deputati fuerint, puto nunc tamen cum Cælestino affirmatiuam sententiam non esse improbabilem.

Quæ hic est infra Resol. 260. & in aliis eius primæ not.

RESOL. CCLXI.

An derogatio in amplissima forma priuilegiorum Societatis Iesu, & nostræ Religionis valeat, & præiudicet si non fuerit dictis Religionibus intimata, & insinuata?

Et quinam sunt, qui possunt vti priuilegio Clem.VII. concesso Clericis S.Syluestri de Vrbe, alias vocantur Theatini, dicendo saltem sex, aut septem Psalmos assignatos à Prælato cum septem Pater noster, & bis Symbolum Apostolicum loco Horarum Canonicarum? Ex p.3.tr.2. Ref.68.

Sup. hoc in Ref.seq.& infra in Ref. 271.§ Accidit.& in aliis earum annotationum.

§. 1. REspondeo negatiuè, quia priuilegium, in cuius reuocatione requiritur certa forma, non dicitur reuocatum, ea non seruata. Sed Gregorius XIII. concessit religioni Societatis Iesu, vt nulla derogatio sub qualibet amplissima forma præiudicet priuilegiis dictæ Societati concessis, si non fuerit intimata, & dictis Patribus insinuata; ergo, &c. Et ita hanc sententiam docet Flauius Cherubinus *in compen. Bullarum tom.2.constit.1.Greg. XIII. schol. 2.* & ante illum M. Antonius de Amatis *decis.17.per totam*, vbi refert ita decisum fuisse à Rota Prouinciæ Marchiæ, & refert verba priuilegij Greg. XV.

2. Nota tamen hoc priuilegio gaudere etiam nostram Religionem per ea, quæ adducit Peregrinus *in comp.nostrorum priu.p.1.tit.confirmatio priuilegiorum §. 4. in scholio.* Vbi sic ait. Nostra Congregatio gaudet omnibus, & singulis priuilegiis concessis, & concedendis Societati Iesu, vt patet infra *tit.priuil.* §.3. & non solum ad instar, sed æquè principaliter, vt patet ex alio priuilegio Greg.XI.I nostræ Religioni concesso, quod est in principio primæ partis compendij nostrorum priuilegiorum, §. 4. Ergo quando priuilegia sunt ei confirmata ex certa scientia, sunt etiam nobis confirmata æquè principaliter: quia confirmatio priuilegiorum est noua gratia, & nouum priuilegium, vt docet Suarez *de legibus lib.8 c.19 à n. 8.vsque ad finem capitis, sed præcipuè n.10.* facit ad casum nostrum. Hæc omnia Peregrinus. Dicendum est igitur non valere derogationem priuilegiorum Societatis Iesu, & nostræ Religionis si non fuerit nobis intimata, & insinuata, quia ita disposuit Gregorius XIII.

3. Non desinam etiam hic adnotare priuilegium concessum nostræ Religioni, quod adducit Hieron. Rodriq. *in compen. qq. Regul.resol.10.n.6* vbi sic asserit. Item Fratres Minores prædicationi verbi Dei, audientiæ Confessionum, vel etiam sacræ Theologiæ, & sacrorum Canonum lectioni, ac studio insistentes, possunt vti alio priuilegio Clem. VII concesso Clericis Sancti Syluestri de Vrbe, alias vocantur Theatini, dicendo saltem sex, aut septem Psalmos assignandos à Prælato, cum septem Pater noster, & bis Symbolum Apostolorum loco Horarum Canonicarum. Ita Rodriquez. Et hoc est maximum priuilegiũ in quo etiam apparet contra aliquos, nostram Religionem fuisse institutam ad salutem animarum, & cum exercitiis studiorum, vt patet ex verbis Pontificis priuilegium supradictũ concedentis in primordiis dictæ Religionis.

RESOL. CCLXII.

An derogatio in amplissima forma Priuilegiorum Societatis Iesu præiudicet, si non fuerit ei insinuata, & intimata?

Sed difficultas est, an validè possit Pontifex priuilegia Societatis Iesu reuocare non seruata forma, quæ ex Bulla Greg. XIII. in reuocatione requiritur? Ex p. 7.tr.10. & Misc.1.Ref.29.

§. 1. OLim negatiuam sententiam docui, quam nouissimè, me citato tenet etiam Pater Amicus, vir insignis literaturæ *tom.5.de iust. d. 9. sect. 10.n.148.* vbi sic asserit: quid si priuilegium sit concessum sub expressa forma vt non censeatur reuocatum, nisi eius reuocatio legitimè intimetur priuilegiario? eiusmodi est priuilegium à Gregorio XIII. nostræ Societati concessum vt legere est in ipsius 1.Bulla, quæ incipit, *Æquum reputamus*, In qua occasione priuilegij eligendi Conseruatorem qui Societatis priuilegia, indulta, & iura omnia à Pontificibus concessa, contra impugnatores . & molestatores defendat, nouum hoc priuilegium illi concedit, vt nullius indulti, aut priuilegij reuocatio Societatis iuribus præiudicet, nisi sit illi, per trinas distinctas literas eundem tenorem continentes, tribus similiter distinctis vicibus intimata, & insinuata, vti hanc Bullam intelligunt, & explicant Antonius de Amatis, Flauius Cherubinus apud Dianam *tr.2.de d.reg.ref.68.* & * Diana ipse *ib.* An inquam talis priuilegij reuocatio sine hac trina intimatione sit valida.

* Quæ hic est Ref. antecedens & infra in Ref 268.§. Nec obstat.& in Ref.271. à §. Accidit. & in tom 2. tr. 2. ex lata doctrina Resol. 20. & Obicitur. & in Ref. 23. §. vlt. per totum, & melius in to. 9. tr.7.ex

2. Negant citati Authores cum Diana esse validam, atque ita decisum fuisse in Rota *Prouinciæ Marchiæ*, refert Ant.de Amatis. Ratio qua isti Authores nituntur, est, quia non censetur reuocatum priuilegium, non seruata forma, quæ in eius reuocatione requiritur. Cùm igitur per cit.Bull. Greg.XIII. nulla derogatio

Resol. 121. §. Arguitur secundo. & seqq.

gatio præiudicet priuilegiis Soc Iesu concessis,nisi eidem Soc. intimata fuerit,nullum priuilegium censebitur reuocatum,nisi eius reuocatio Soc.insinuetur.

2. Porrò hæc intimatio, seu insinuatio tripliciter fieri potest 1. immediatè ipsi Præposito generali,qui per Prouinciales eam curabit insinuari singulis Prouinciis & locis Societatis. 2. Episcopis, & Ordinariis locorum,cui nomine Pontificis eam insinuent Prouincialibus,vel superioribus locorum eiusd.Soc.3.si talis reuocatio publicetur in Ecclesiis Cathedr. nulla speciali intimatione facta Patrib.Soc De prioribus duobus modis nulla est difficultas ; quia quod insinuatur Generali,vel prouinciarum,ac locorumSuperioribus, insinuari censetur ipsi Soc. quam Superiores repræsentant ; vnde à fortiori talis reuocatio valida erit, si intimetur vel Congregationi generali Romæ coactæ, vel Congregationibus prouincial. in singulis prouinciis congregatis. De tertio tantum modo est difficultas,an sufficiat,cùm Bulla expresè dicat, eam faciendam esse ipsi Societati, quæ autem in Cathedrali populo fit Societati non fit,proinde valida non est,cùm non seruet formam à Bulla requisitam.Proinde censeo talem intimationem validam non fore.

4 Cæterum dubitari potest primò , an vna tantum intimatio Societati facta sufficiat ? Verùm cùm Bulla trinam expressè requirat, per trinas distinctas literas tenorem eundem continentes , tribus simpliciter distinctis vicibus, vnam tantum sufficere haud puto.

5 Dubitatur 2. an sufficiat talem reuocationem verbo tantum per nuntium non per scriptum insinuare ? Sed cùm Bulla expressè requirat vt per literas intimetur, nullo modo iudico,solo verbo factam sufficere.

6. Dubitatur 3. an possint successores, huiusmodi forma non seruata , societatis priuilegia validè reuocare ? Resp. quòd possint, nulli est dubium, cum potestas successoris limitari non possit à prædecessore, cum illa immediatè sit à Deo in ordine ad bonum commune animarum , in quarum emolumentum interdum expedit , non modò priuata priuilegia : sed etiam specialem formam priuilegiorum reuocare.Cæterum dupliciter posset successor, tali forma non seruata,Societatis priuilegia reuocare;vno modo,expressè hoc priuilegium abrogando, vt non amplius in futurum necessaria sit huiusmodi trina reuocationis intimatio ad priuilegia reuocanda.Secundò,exercitè per verba signata & reflexiua in ipsa reuocatione inserta, cuiusmodi essent, non obstante , quòd debeat per trinam intimationem reuocatio priuilegiorum ipsi Religioni fieri.

7. Maior difficultas est ,an validè possit Pontifex priuilegia Societatis reuocare,non seruata huiusmodi forma, quæ ex dicta Bulla Greg.XIV. in reuocatione requiritur , nec vlla de ea mentione facta. Ratio dubitandi est , quia sicut nequit prædecessor successoris potestatem limitare, ita nec illam ad certum modum operandi astringere : ex alia verò parte non censetur valida illa reuocatio , quæ per externa signa non est sufficienter explicata. Etenim cum voluntas Principis non sit efficax,& ad extra operatiua, ni sufficienter manifestata, cum hic sit modus hominum naturæ accommodatus,quem debet omnis Principis potestas seruare,valida non erit illa reuocatio,quæ præscriptã formam non seruat Et ob id dicendum erit, non esse validam reuocationem , quæ sufficienti aliquo signo manifestata non sit. Neque hinc sequitur prædecessorem limitare modum operandi successori , sed hoc esse de intrinseca ratione potestatis humanæ, quæ vt efficaciter sit ad extra operatiua, debet externo signo sufficienter explicari . cùm nequeat illa aliter ab homine intelligi. Non est autem necesse , vt reuocatio fiat per eadem verba formalia, sed sufficit, si fiat per æquiualentia, & virtualia, vt suprà explicandum est. Hucvsque Pater Amicus.

8. Sed licèt ego olim pro Societate,& pro mea religione ex parte hanc sententiam docuerim, modò tamen illam,cum omnibus à P.Amico suprà assertis,viris doctis maturandam relinquo:nam stylus Curiæ videtur in contrarium,& ex multis Bullis Pont.apparet, derogari priuilegia Societatis sufficienter,quando de ipsa expressa mentio fit,& in Bullis supradictis etiam in fine apponitur clausula. Ac si eis personaliter fuissent intimata, &c. Ideo tu cogita, nolo enim priuilegia meritissimæ Religionis minuere. Supr. hoc in tom. 2. tr. 2. lege doctrinam in §. vlt. Ref.24.

RESOL. CCLXIII.

An Confessores Regulares possint extra Sacramentum Pœnitentiæ absoluere à censura ratione suorum priuilegiorũ ?

Et an hoc etiam procedere debeat in Confessariis sæcularibus , quando absoluunt excommunicatum virtute Bullæ Cruciatæ.

Et quid est dicendum in dispensationibus super irregularitate, voto, iuramento, & petitione debiti ; an hoc extra Sacramentum Pœnitentiæ Regulares facere possint ? Ex p.3. tr.2. Res.20.

Et ad literam in part.3. tr.4. Res.63.Sed hic vna tantum Res.transcribitur.

§. 1. NEgare videtur Suarez *in* 3. *part. to.*5.*disp* 7. *sect.*5.*n.*36. & Nauarrus *in manuali cap.*28. *num.*31 Sed vterque sententiam, hic *in consil.*11. *n.*2. *de privileg.* ille *in tr.de leg. lib.*8. *cap.*6. *num.*15. & 16. Ideo affirmatiuam sententiam omnino tenendam esse puto, quam docent Coninch *de Sacram.disp.*14.*dub.*1. *num.*153. Auila *de censur.part.*2. *cap.*7.*dub.*13. & alij; quod etiam procedere debet in Confessariis, quando absoluunt excommunicationem virtute Bullæ Cruciatæ, vt aduersùs Vasquez, Filliucium, Sanctarellum,& alios satis probaui *in tract.Bulla Cruciata, res.*25. Sup.hoc infra in Ref. 300. §. vlt. per totum,& in alio versi.eius not. & in tom. 4. tr. 3. Ref.63. §.vltim. post medium.

2. Notandum est etiam hîc cum Layman. *in Theol.mor.l b.*5.*tr.*6.*c.* 10. *num.*21. & aliis hanc doctrinam multo magis locum habere in dispensationibus super irregularitate, voto, iuramento,petitione debiti,quarum facultates si Confessariis alicuius Ordinis delegatæ sunt,non rectè inde infertur,quod eas extra Sacramentum Pœnitentiæ exercere non possint,nam à sacramentali absolutione nullo pacto dependent,sed de hac quæstione iterum redibit sermo. Quæ hic est in tom.4.tr.3. Res.63.&c. Et sup. contentis in hoc §.vt.pro parte voti infra in Res. 274. &c. & pro irregularitate in Res.300.§. vlt. &c. & pro debito in Res. 287. prope finem, & in aliis eius vit.not.

RESOL. CCLXIV.

An excommunicatio incursa per Duellum possit absolui à Regularibus virtute suorum priuilegiorum ?

Et an in hac excommunicatione , si delictum est occultum , & non deductum ad forum contentiosum, possit Episcopus dispensare toties quoties ? Ex p.5. tract.14. & Misc.2.Res.103.

§. 1. NEgatiuè respondet Peregrinus *tr.de duello, q.*38.*n.*4.& *seq.* Bonacin. *de censur.disp.*2. *q.*6. *punct.*1.*n.*41. & Sanch.*in sum.tom.*1.*l.*2.*c.*39.*n.*27. vbi sic ait:Iam Clem.VIII.in suo Motu proprio reseruauit excommunicationem etiam in duellis priuatis,& decreuit, virtute nullius priuilegij concessi quibusvis personis cuiuscumq; status posse huius excõmunicationis absolutionem concedi.Quare nullus Religiosus potest virtute suorum priuilegiorum concedentium omnes casus Papæ reseruatos ab illa absoluere. Ita San. Supr. hoc in Ref.seq. & in aliis eius primæ annot.

2. Verùm nouissimè Hurtadus de Mendosa *in* 2.2. *disp.*170. *sect.*11. §.201. putat Patres Societatis IESV, posse

posse supradictam excommunicationem absoluere, sic enim ait: Religiosi Societatis possunt huiusmodi reos absoluere virtute suorum priuilegiorum, quia Clemens, VIII. in hac Bulla illis vices derogat priuilegiis cuiuscumque Ordinis, aut militiæ, aut status, quæ clausula non comprehendit nostra priuilegia, quæ conceduntur cum hac clausula, vt non derogentur, nisi fiat expressè illorum mentio, vt constat ex Gregorio XIII. in Bulla, *Decet Romanum Pontificem ne religiosæ personæ*, ad finem, quod videtur non animaduertisse Sanchez. At verò Clemens VIII. non adhibuit clausulam huius derogatoriam, ergo, &c. Ita Hurtadus. Sed in decreto sacræ Congregationis super casibus reseruatis die 9. Ianuarij 1601. & eius declaratione die 26. Nouembris 1602. Religiosi Societatis IESV specificè fuerunt nominati, ne virtute priuilegiorum absoluerent à censura duelli incursa in terminis Concilij, & Gregorij XIII. Vnde non est admittenda sententia Hurtadi quoad Patres Societatis in Italia commorantes. Verùm quia ego satis probabiliter teneo Siciliam, Corsicam, & Sardiniam esse extra Italiam, posset quis dicere Patres Societatis in his Regnis commorantes, & in aliis posse non obstante supradicto decreto vigore suorum priuilegiorum absoluere à censura duelli, vt suprà secundùm opinionem Hurtadi. Sed quidquid sit de hoc, certum est in hac excommunicatione, si delictum sit occultum, & non deductum ad forum contentiosum, posse Episcopum dispensare toties quoties. Ita Doctores citati.

Sup. his in Res. seq. §. vlt. & in aliis eius not.

Sup. hoc late in tom. 5. tr. 3. Res. 19. & in alia Res. eius not.

RESOL. CCLXV

An Regulares virtute suorum priuilegiorum, possint absoluere ab excommunicatione contracta per duellum?

Et an Confessarij Regulares degentes in Regno Siciliæ non includantur in Decreto Clem. VIII. ita vt possint absoluere duellantes ab excommunicatione. Ex p.7.tr.11. & Misc.2.Res.45.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Stephanus Baunius *in Theol. mor. part. 2. tractat. 2. quæstione* 18. vbi sic ait: Addo quibus in locis Clement. & Gregor. diplomata vim habent, Religiosos vi suorum priuilegiorum à censura ob duellum incursa posse absoluere.

Sup. hoc in Res. præterita, & infra eadem, sed resolutorie in Res. 171. §. sed postea, paulo post initium, vers. prouocantium. Sed lege etiam ibi §. verum non desinam. & cum eodẽ decreto in tom. 5. tr. 8. Res. 39. §. Primũ fuit, & pro parte huius quæst. vide infra doctrinam Res. 268. & aliarũ eius primæ not. & in tom. 9. tr. 7. ex Res. 121. §. Restat modo.

2. Primò; quia id eos Clemens non prohibet facere; nisi prætextu priuilegij alicuius sui, aut indulti, atqui eius vi, ac virtute secundum quod est receptum soluit, id facit vt priuilegij sui, & non prætextu, vera est ergo, &c.

3. Secundò, concessa regularibus priuilegia dicuntur à Paulo eius nominis V. innouata fuisse, hoc est de nouo concessa: hanc enim isti voci notionem subiectam esse probati dicunt authores, ergo vt ante, sic & modò, in Priuilegiatorum est iure, excommunicationis ob duellum incursæ remissio. Ita Baunius.

4. Sed eius opinio non potest procedere quo ad Regulares commorantes in Italia, nam eis vetitum fuit à Clement. VIII. vt obseruat doctus Dicastillus *de Iust. & Iure libro secundo, tractat. 1. disputatione* 10. *dub.* 15. *numero* 238. vbi ita asserit. Confessarij Ordinum Mendicantium absoluere possunt duello certantes atque etiam socios, & fautores eorum perinde atque ab aliis casibus & censuris sedi Apostolicæ reseruatis, ex declaratione Clementis VIII. de qua testatur Paul. Comitolus, *libro sexto Moralium quæstionum quæstione* 17. Reginald. *tomo secundo, libro vigesimo-primo, numero* 83. Filliucius *tomo primo, tract. at.* 15. *de Censuris in particulari. capite quinto, numero* 106. Excipe tamen Confessarios, tam Regulares, quàm sæculares, in Italia extra vrbem degentes, quibus à casibus sedi Apostolicæ, & Ordinariis locorum reseruatis absoluendi potestas denegata est per decretum Congregationis Cardinalium ex mandato Clementis VIII. Hucvsque Dicastillus, cui adde Layman *in Theol. Mor. libro tertio, tract. 3. part. 3. capite* 5. *numero* 4.

5. Notandum est tamen secundum meam sententiam Confessarios Regulares degentes in Regno Siciliæ posse absoluere Duellantes ab excommunicatione, cum non includantur in dicto Decreto Clementis VIII. nam Sicilia est extra Italiam. Et ita in simili casu me citato docet Bordonus *in Consiliis regul. resol.* 6. *num.* 13. Siciliam Sardiniam, & Corsicam non includi in decretis Pontificiis latis pro Italia.

Sup. contento in hoc §. recitanter in fine Res. 1. annot. præteritæ à vers. verum & infra in Res. 273 à §. His suppositis. & in aliis eius not.

RESOL. CCLXVI.

An si excommunicatus ab homine efficiatur Religiosus, possit ab eius Prælato absolui virtute suorum priuilegiorum?

Et an virtute concessionis Clem. VIII. possint dicti Prælati absoluere ingredientes Religionem ab omnibus censuris Papæ reseruatis?

Et an excommunicatus per sententiam ab aliquo Episcopo possit absolui, si domicilium mutet, ab isto Episcopo?

Et notatur; quod hæc tamen locum non habent in eo, qui cum excommunicato communicat in crimine criminoso? Ex p.7.tt.11. & Misc.2.Res.46.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Stephanus Baunius *in Theol. Mor. part. 2. disput. 3. tractat. 2. quæstion.* 45. vbi sic ait: An si excommunicatus ab homine Religioni det nomen, ab eius prælato absolui possit.

2. Respondeo posse, si per generalem sententiam, aut statutum dicta est in eum sententia, non autem si est appellatus de nomine & per specialem sententiam, causaque ad forum contentiosum deducta, exclusus est de Ecclesia, nec enim Pontificem Romanum decuit, Religiosis quidpiam permittere quod exitiale esset disciplinæ Ecclesiasticæ, vergeretque in dedecus, ac contemptum Ordinariorum, cuiusmodi eam potestatem esse, dixere viri doctrina iuxta, ac innocentia conspicui, eo quod viam ad audaciam munit, multisque contemnendæ authoritatis publicæ, ac Episcoporum, occasionem tribuit. Hæc illi.

3. Mea tamen est opinio, talem si fit in Mendicantium cooptatus familiam; ab eorum superiore absolui posse, vt à delegato summi Pontificis, cuius indulgentia, priuilegioque; potestate est ad id necessaria præditus. Ita Baunius.

4. Et ego eius sententiæ adhæreo, licet illam non approbet Couarruuias, & Gutierrez citati à Rodriquez *in quæstionum regul. tomo primo quæstione vigesima, articulo sexto*, asserentes non posse absolui nominatim Censuris ligatos in foro exteriori virtute cuiuscumque priuilegij, etiam si sit satisfacta parte, nisi prius Iudex qui tulit censuram consentiat. Verùm sententiam affirmatiuam tuetur etiam Candidus *tomo primo, disquis.* 22. *articulo quadragesimo-octauo, dub.* 3. vbi sic ait; Virtute concessionis Clementis VIII. possunt prædicti Prælati, & communicantes in priuilegiis Mendicantium absoluere ingredientes Religionem, etiamsi fuerint nominatim & specialiter ab homine excommunicati, suspensi, vel interdicti; si priùs ab eis satisfactio fiat parti læsæ: quia in eo priuilegio conceditur ingredientibus Religionem, quòd possint absolui ab omnibus censuris Papæ reseruatis, quod est malus: ergo conceditur etiam id quod est minus,

Sup. pro percussione facta

nte ingressum Religionis in tom.5. tr.1. Resol. 79.

minus, scilicet absolui à censuris latis specialiter à quocumque alio Iudice contra particularem aliquam personam: quia plus semper in se continet quod est minus, prout dicitur in iure *de regul. Iuris in 6. reg. 35.* Tum, quia etsi aliquod præiudicium iudici nominatim ferenti censuras inferatur, Pontifex tamen in fauorem animarum, & alicuius piæ causæ potest cum paruo præiudicio alterius, tale concedere priuilegium. Ergo &c. Confirmantur supradicta ex probabili sententia aliquorum asserentium excommunicatum per sententiam particularem ab aliquo Episcopo, posse, absolui, si domicilium mutet ab isto Episcopo, vnde Baunius *vbi supra, quæstione 33.* putat valdè probabile esse excommunicatum per particularem alterius Episcopi sententiam, ab Episcopo loci in quo versatur, absolui posse, si sedem in eo sibi stabilem, firmamque delegit, quia tunc ei tanquam superiori subest, hicque in eum vicissim Iurisdictionem, quanta est ad absolutionem necessaria, obtinet, nihil est rationis, quamobrem si hic velit excommunicatum per particulatem alterius Episcopi sententiam, reddere Deo Ecclesiæque, per absolutionem contractæ ab eo censuræ, non possit: huiusque opinionis sunt Gabr. Vasquez *dub. 10. n. 5.* Turrian. *lib. 2. de censur. disp. 15. dub. 5.* Ergo, &c.

Supr. hoc in tom. 5. tr. 1. Resol. 199.

5. Locum tamen hæc non habent in eo qui communicat cum excommunicato in crimine criminoso, præbendo ei scilicet fauorem, auxilium, &c. seu in crimine propter quod censuram reus subiit, nam talis à nullo alio potest absolui, quam à conditore Canonis vt est *in c. Nuper 29. de sent. excom.*

RESOL. CCLXVII.

An Regulares virtute suorum priuilegiorum possint absoluere à casibus Papalibus, à quibus Episcopus absoluit ratione necessitatis, vel impotentia adeundi Summum Pontificem?

Et infertur Confessarium vigore Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi, posse quidem commutare vota Castitatis, & Religionis scilicet pœnalia, conditionalia, partialia, temporalia, & in quibus Episcopus iure Ordinario dispensare potest. Ex part. 9. tract. 9. & Misc. 4. Resol. 62. aliàs 61.

§. 1. Affirmatiuè respondet Pater Pasqualigus *in qq. Canon. centur. 2. quæstion. 146. numer. 2. & seqq.* Quia Regulares possunt absoluere virtute Priuilegiorum ab omnibus casibus reseruatis, præterquam à contentis in Bulla Cœnæ, & iis, quos Episcopi sibi reseruant, & cæteris quinque, de quibus in declaratione, & moderatione, facta 26. Nouembris 1602. circa primum Decretum Clementis Octaui, auferens Regularibus facultatem absoluendi ab omnibus reseruatis. Vnde possunt absoluere ab omnibus casibus Episcopalibus reseruatis à iure. Deinde casus Papales fiunt Episcopales, quando indigens absolutione, siue quoad crimina, siue quoad censuras, ratione legitimi impedimenti non potest accedere ad Romanam Curiam pro absolutione obtinenda; tunc enim absolui potest ab Episcopo, vt decernitur *in cap. ea noscitur, de sentent. excommun. & cap. eos, qui, eod. tit. in sexto*; & notant Doctores communiter in citat. Text. & alibi.

2. Cùm ergo Episcopi possint absoluere, quando legitimè impediti, non possunt Romanam Sedem adire, duellantes & à cæteris casibus Papalibus, ita vt in his terminis casus desinant esse Papales, & fiant Episcopales, Regulares quoque poterunt absoluere, cùm possint absoluere à casibus Episcopalibus à iure reseruatis. Et pro hac sententia citat Pasqualigus me ipsum.

3. Sed ego non sum loquutus in casu quo Episcopus non absoluit ea vrgenti necessitate, vt patet ex *Resol. 50. tr. 6. part. 6.* & ita intelligendus est Sanchez, vt ex ipso patet *de matrimon. lib. 2. disput. 40. num. 9.* asserens non posse Regulares absoluere in casu, quo Episcopus ratione necessitatis, & legitimi impedimenti absolueret. Et ideò nouissimè Pellizzarius *in Manual. Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 3. sectio. 2. num. 99.* sic ait: Quæres an Regulares possint absoluere à casibus Papalibus, quorum aliàs non habent facultatem, si pœnitens absoluendus iusto detineatur impedimento quo minus se præsentet Papæ ad recipiendam absolutionẽ. Respondetur, non posse; cùm facultas absoluendi in tali casu iure communi delegetur Episcopo, electa industria personæ, ideòque non extendatur ad alium Episcopo inferiorem: vnde non est mirum eam non competere Regularibus, cùm tamen iis competat potestas absoluendi ab iis omnibus reseruatis, à quibus Episcopi possunt absoluere de iure communi, vt iam non semel dictum est. Ita ille, qui citat Nauarrum, & Henriquez, quibus adde Fagundez *in Decalogum tom. 1. libr. 2. cap. 45. numer. 15.* sic asserentem: Regiosi habentes priuilegium dispensandi in casibus Episcopalibus, minimè possunt dispensare in casibus, quia non iure ordinario, sed ratione vrgentis necessitatis competunt Episcopis; quia hi non dicuntur simpliciter casus Papales, sed verè ad Pontificem pertinent, & solùm ex quadam iuris interpretatione Episcopis censentur permissi. Hæc Fagundez. Vide etiam Quintanadueñas *in Theol. mor. tom. 1. tract. 9 singular. 1. n. 6.* Bardi *in Bullam Cruciata, tract. 7. cap. 2. sect. 5. §. 13. num. 136.* Poncium *de matrim. lib. 8. cap. 10. n. 11.* Layman. *lib. 4. tract. 4. cap. 8. num. 17.* Portel *in dubiis Regul. verb. Votum n. 64.* Castrum Palaum *tom. 3. tract. 15. disp. 1. punct. 12. num. 7.* Trullench *in Bulla Cruciata libr. . § 7. dub. 5. num. 19.* Barbosam *de potestate Episcopi part. 2. allegat. 37. num. 14.* & alios. Vnde ex his inferunt Doctores citati, Confessarium vigore Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi, posse quidem commutare vota Castitatis, & Religionis, in quibus Episcopus iure ordinario dispensare potest, eo quòd à perfecta votorum reseruatorum ratione ob aliquam adiunctam circumstantiam deficiant, aut quia non est dispensatio, aut commutatio in substantia voti reseruati, sed in aliqua eius qualitate, seu circumstantia, qualia sunt vota Castitatis, & Religionis; scilicet pœnalia, conditionalia, partialia, temporalia, &c. Non autem posse commutare huiusmodi vota Castitatis, & Religionis, in iis casibus, in quibus solùm iure speciali, seu per accidens ob vrgentem necessitatem, & moralem impotentiam adeundi Papam dispensare potest. Ita communiter Doctores. Et ratio est, quia vota Castitatis, & Religionis, in quibus Episcopus ob solam imminentem necessitatem potest dispensare, verè sunt reseruata Papæ, & benignitate quadam, ne iugum Christi, & Ecclesiæ durum videatur, in illis dispensare in casibus necessitatis vrgentis permittitur Episcopis ob prudentiam, solertiam, & industriam personæ quæ in similibus casibus specialiter desideratur: magis enim confidunt Canones, & Papa de prudentia, & industria Episcoporum, quàm de industria, & prudentia aliorum Confessorum; & ideò in vrgenti necessitate, Episcopis, & non aliis Confessariis permittunt dispensationem in votis reseruatis, sicut & in Legibus Papalibus. Et ita pro hac sententia, præter Doctores citatos, multos alios adducit Bossius *de Iubilæo, sect. 1. casu 20. num. 26.* Ergo; cùm in casu nostræ quæstionis Episcopi non possint dispensare iure ordinario, sequitur, quòd non possint dispensare Regulares virtute Priuilegiorum; quia possunt hoc facere, quando casus ex ordinaria solùm iurisdictione, vel à iure, vel consuetudine Episco-

Quæ hic est intra Resol. 277. ab eius § Hoc. & in tom. 3. tr. 3. R. 45. Vnde, & seqq. & in tom. 4. tr. 4. Resol. 119 §. Obseruandũ. & seqq. & in tom. 8. tr. 4. Resol. 38. §. vltim. propè finem.

Supr. hoc & seq. vsque annot. seqq. in tom 4. tr. 3. Resol. 70. 89. 90. 103. & 104. & in multis aliis Resol. præcitati tract.

Supr. hoc in tom. 4. tr. 3. Res. 119. & in aliis eius annot. prima.

po

po competunt absolutè, non verò in iis, qui ratione vrgentis necessitatis. Non est itaque absolutè casus Episcopalis exercitium huiusmodi potestatis dispensandi in casu grauissimæ necessitatis, sed Pontificius; quia Pontifici absolutè, & Episcopo secundum quid, seu ratione necessitatis, competit.

3. Non deseram tamen adnotare, nouissimè sententiam Patris Pasqualigi, docere Leandrum à Murcia *in Regulam D. Francisci, cap. 7. q. 7. §. 2. n. 56.* vbi sic ait: [En quanto à los dichos votos, quando concurren las circunstancias de necessidad, y impossibilidad, en la persona que hizo el voto de recorrer al Papa y de vrgencia, y causa iusta para la dispensacion, los puedan dispensar los Obispos, es comun de los Doctores, y que queden reseruados à los Obispos por derecho ordinario, se prueua: porque por derecho diuino, si bien subordinando al Summo Pontefice, tiene el Obispo en su Obispado tanta autoridad, como el Papa en toda la Iglesia, como communmente tiene los Doctores alegados por la quatta conclusion; luego este derecho e ordenario en el Obispo, y la reseruacio extraordinaria, y special; y assi boluiendo a el este derecho; y cessando por las circunstancias dichas la reseruacion al Papa, no le buelue cosa specias, que no tuuiesse por derecho diuino; luego si los Sumos Pontefices conceden à los Regulares, que puedan dispensar en todos los votos, que pueden los Obispos, y en los dichos casos, por razon de las dichas circumstancias, pueden dispensar por derecho proprio, y ordinario, por el mismo caso podran lo mismo los Cõfessores Regulares.] Ita ille. Sed nostra sententia non est deserenda, cùm sit communis inter Doctores: & ideò contra Leandrum Capuccinum Hispanum, oppono alium Leandrum Hispanum Ordinis Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis, *de Sacr. tom. 2. tr. 9. disp. 24. q. 22.* vbi, me citato, docet, Regulares posse vi suorum Priuilegiorum dispensare in votis, in quibus iure ordinario potest Episcopus, non autem quando potest dispensare in casu vrgentis necessitatis.

Sup. hac sententia in to. 3. tr. 3 Ref. 4. §. Sed nota.

Supr. hoc ibidem.

RESOL. CCLXVIII.

An Regulares ex confirmatione priuilegiorum possint hodie absoluere à quinque casibus Papalibus exceptis in Decreto Clem. VIII. & Vrban. VIII. ac etiam à casibus Episcopo reseruatis? Ex p. 10. tr. 15. & Misc. 3. Res. 22.

§. 1. AD vtrumque casum affirmatiuè respondet Vidal *in Arca Theologia moralis, titulo de Casibus reseruatis. Inquisit. 1. num. 107.* vbi sic ait: Regulares virtute saltem confirmationum priuilegiorum nunc tuta conscientia, & validè absoluere possunt omnes Christi fideles vndecunque venientes ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reseruatis quomodocumque sint, siue occulti, siue publici in foro tantum conscientiæ, præterquam ab his qui continentur in Bulla Cœnæ Domini: Vnde modo facultatem habent soluendi ab illis casibus nominatim reseruatis à Clemente VIII. *Non obstantibus priuilegia, &c.* Probatur nostra assertio: Quia Gregorius XIII. Religioni Societatis Iesu concessit amplissimum priuilegium, vt nulla derogatio sub qualibet forma præiudicet priuilegiis dictæ Societati concessis, si intimata non fuerit, ac dictis Patribus insinuata, & nisi fiat in illa derogatione expressè, & in indiuiduo illorum mentio; vt constat ex Bulla Gregorij XIII. quæ incipit: *Decet Romanum Pontificem*, prope finem: & sic sentiunt Flauius Cherubinus *in compendio Bullarum, tomo 2. constitutione 1. Gregorij XIII. Scholast. 2.* Marcus Antonius de Amatis, *decisione 17. per totam*, vbi refert priuilegij verba: ergo, &c.

Sup. hoc & vtroque casu in tom. 3. tr. 2. Ref. 74. ante medium, à vers. Quæres. & hic infra ex lata doctrina Resol. 271. & in aliis eius annotationum, & pro parte & reseruatis ab Episcopo in Resol 272. & lege §. 1. Ref. 273. & in tom. 1. tr. 5. lege doctrinam §. 1. & 2. Ref. 13. & in tom. 9. tr. 7. Ref. 121 Paulo post initium, à vers. Et si hæc doctrina.

Deinde priuilegia Regularium post decretum illud Clementis VIII. limitans facultatem supra aliquos casus Papales, fuerunt nobis vsque modo confirmata ex certa scientia, & plenitudine potestatis à Paulo V. & à Gregorio XV. vt patet; tum ex compendio nostrorum Priuilegiorum. *verb. Confirmatio priuilegiorum §. 3. & 4.* in vltima editione facta à peregrino, tum per confirmationem priuilegiorum factam à Paulo V. Societati Iesu, vt refert Suarez *de legibus lib. 8. capit. 16. num. 2.* in fine; tum etiam per priuilegia à dictis Pontificibus aliis Religionibus confirmata, sed priuilegiorum confirmatio facta ex certa scientia vim habet restituendi priuilegia reuocata à Prædecessore per specialem Bullam: ergo priuilegia Regularium modo per confirmationem sunt quoad omnia redintegrata, & reualidata: cùm ergò ante illud decretum Clem. VIII. validè, & licitè virtute priuilegiorum absoluebant Regulares ab omnibus casibus Papalibus, præterquam ab his, qui in Bulla cœnæ continentur, etiam modo eandem facultatem habent. Maior argumenti patet ex supradictis, nempè quod priuilegia alicuius Religionis confirmata ex certa scientia, eo ipso censentur confirmata pro omnibus Religionibus. Minor ergo probatur, quia sic sentiunt Doctores, vt Peyrinus *in Constit. 4. Iulij II. §. 3. numer. 11.* Suarez. *lib. 8. de legibus capit. 1. numer. 4. & 5.* Lezana, *tom. 4. in Summa verb. Priuilegia Regul. numer. 23.* Portel *in Dubiis Regular. ver. Priuilegij confirmatio numer. 35.* Rosella, Rodericus, Naldus, & alij apud relatos: ergo. Dicet tamen aliquis; ergo si Regulares ex vi confirmationis priuilegiorum, *ex certa scientia*, possunt absoluere à casibus Papalibus, non obstante Decreto Clementis VIII. poterunt etiam absoluere à casibus Ordinario loci reseruatis, virtute eiusdem confirmationis, cùm data fuerit post prædictum Decretum Clementis VIII. sed in nullo modo est affirmandum: ergo neque etiam quod possint absoluere à casibus Papalibus contra Clementis Decretum, æqualiter vtrumque prohibens. Respondere potest quis, quod non obstante Decreto Vrbani VIII. quo prohibetur Regularibus facultas absoluendi à casibus Ordinario loci reseruatis: etiam ex vi confirmationum priuilegiorum valent modo saltem Patres Societatis Iesu, & nos Clerici Regulares Theatini absoluere à casibus Episcopalibus reseruatis virtute confirmationum priuilegiorum. Pro intelligentia huius probabilis opinionis aduertendum est, vt probauimus, priuilegia reuocata ex vi confirmationum *ex certa scientia*, de nouo concedi, viuificari, & innouari: ergo modo non obstantibus Decretis Pontificiis ante præscriptas confirmationes latis, possunt Regulares absoluere ab omnibus casibus reseruatis, à quibus ex vi primæ concessionis priuilegiorum poterant. Sed tunc facultatem habebant super casus Episcopales, vt vidimus: ergo etiam nunc, cùm ex vi confirmationum fuerint de nouo concessa: & innouata priuilegia illa per Decretum Clementis VIII. reuocata, & derogata saltem quoad facultatis limitationem. Et hæc omnia docet Vidal *loco citato.*

Sup. hoc in §. Ad secundum. huius Ref. & supra latissimè in Ref. 253 & in aliis eius primæ noti

2. Sed prorsus reiicienda sunt, vtpote contra communem sententiam Doctorum, contra stylum & praxim Romanæ Curiæ, & contra Decreta Clementis VIII. Pauli V. Vrbani VIII. quibus nouissimè adde Sanctissimum D. N. Innocentium X. vt patet ex Epistola Sacræ Congregationis directa ad Archiepiscopum Neapolitanum Cardinalem Filomarinum, tenoris sequentis: [*Eminentissimo, & Reuerendissimo Signor mio Osseruandissimo.* Questa Sacra Congregatione hà più volte dechiarato con ordini expressi di Clemente Ottauo di Gennaro, e Nouembre 1602. di

di Paolo Quinto di Gennaro 1617. & di Vrbano Ottauo Santa memoria di Nouembre 1628 Che tutte le facoltà d'assoluere da Casi reseruati, ò reseruandi da gli Ordinarij,o vero compresi ò da comprendersi nella Bolla in Cœna Domini implicite, vel explicite & altri reseruati solamente alla Santa Sede nel medesimo Decreto di Nouembre 1602. concessa à Secolari ò Regolari, Congregationi ò Confraternità di qualunque prerogatiua, ò specialità, etiam necessario exprimenda, sono state annullate, & estinte, cosi dal Sacro Concilio di Trento, come dalle sodette Constitutioni. E che in vigore delle confermationi, estensioni, ò comunicationi ottenute dopò, ò da ottenersi per l'auenire sotto qualsiuogliano amplissime clausule, non s'intenda mai rinouata la sodetta facoltà riseruando solo gl'indulti concessi specialmente fuori d'Italia, ò dentro Roma quanto alli casi riseruati alla Santa Sede non compresi ella sudetta Bolla, onde venendo rappresentato alla Santità di N. Signore da V.Eminenza con sua lettera de 4. d'Agosto precedente, che in contesta in Città, e sua Diocese alcuni Confessori Seculari, & Regolari senza giustificare con quali facoltà assoluono de fatto dalle Censure, e Casi sudetti. Et in oltre disseminando opinioni erronee asseriscono, che per poter assoluere validamente delli Casi riseruati all'Ordinario, basti hauer domandato al medesimo la facultà, ancorche ricusi di concederla. Questi Eminentissimi miei Signori di commissione espressa di sua Beatitudine, me hanno imposto di scriuerle, che col l'autorità, che à tal effetto se le communica, in virtù delle presenti, e sotto le pene, che giudicherà espedienti faccia intendere à tuti i Confessori di costì siano quantosiuogliano priuilegiati, & esenti, che onninamente si confo mino con i sudetti Decreti, & non ardiscano di contrauenire sotto qualsiuoglia pretesto, ò caso,etiam di precisa necessità, fuorche in articulo mortis con reincidenza si conualuerint. Dichiari similmente annullati tutti gl'Oraculi, & indulti Apostolici ottenuti in voce da detto tempo in quà, & à gl'altri che pretendono hauerne Breue ò Bolla in forma specifica dopò l'vltima Constitutione d'Vrbano, prefigga vn termine perentorio di tre mesi ad esibirle à questa Sacra Congregatione; altrimente vuole,e dichiara N.Signiore, che s'intendano decaduti, e priuati di essi eo ipso, sen'zaltra intimatione. Et finalmente, che dopò hauer fatto notificar costì doue e como stimarà esser di bisogno,che quelli che dimandano all'Ordinario la facoltà d'assoluere, e non l'otcengono, non possono valersene. Ella dichiari incorrere nella sospensione dall'vdir le Confessioni Sacramentali, quelli che publicamente difenderanno la dottrina sodetta, ò pure presumeranno temerariamente di assoluere, ancorche loro sia stata denegata, ò non concessa la facoltà da gl'Ordinarij. Così V. Eminenza resti seruita di fare, che pontualmente si esseguisca con dar quà distinto auiso dell'operato, Et io le bacio humilmente le mani. Di Roma 7. Decembre 1647. Di V. Eminenza Humilissimo, & affetionatissimo seruitore, M. Cardinale Ginetti G. Arciuescouo di Petrasso Secretario.]

3. Necobstant argumenta superiùs in contrarium adducta: nam licet priuilegium adductum à Patre Vidal, non solum *loco citato*, sed etiam *titulo de Iurisdictione*, *Inquisitione* 4. *num.* 24. concessum Societati adduxeram ego, & post me adducit,& sequitur Amicus *in Cur. Theolog. tom.* 5. *disput.* 9. *sect.* 10. *num.* 148. *cum sequentibus*, & Samuellius *in Praxi de Sepulturis tractat.* 1. *controuersia* 15. *numer.* 16. tamen dicendum est, priuilegia Societatis derogari absque dicta solemnitate, & sic ego rectè mutaui sententiam, vt obseruat Religiosissimus, & doctissimus Ioannes Palafox Episcopus Angelopolitanus in sua defensione contra Patres Societatis Iesv, *parte* 3. *numero* 93.vbi sic ait: [Siendo la Bula de Vrbano VIII. reuocatoria de los Priuilegios, que otorgaron antes otros Pontifices Romanos à la Compañia, no preiudica à sus Religiosos, si primero no se les insinua, y notifica personalmente, como se especifica en la concession de Gregorio XIII. Incip. *Æquum.* expedita Romæ, octauo Calendas Iulij anno 1572. Cierto es que lo sintio assi Antonio Diana 3. *parte*, *tractat.* 2. *resolutione* 68. Y con ser interessado en la opinion, por quanto su Religion participaba de la misma gracia; cursando despues la Curia Romana, hallò, que su estylo quotidiana estaba en contrario desta sentencia; pues haciendo los Breues mencion expressa de los Regulares Iesuitas, se tiene por suficiente, para que sus Indultas queden derogados. Por esto modò Diana *de pareser in parte septima*, *tractatu decimo*, *resolutione vigesima nona.* ibi]: Sed licet ego olim pro Societate & pro mea Religione ex parte hanc sententiam docuerim; modò tamen illam cum omnibus à Patre Amico supra asserto viris doctis maturandam relinquo. Nam stylus Curiæ videtur in contrari m, & ex multis Bullis Pontificiis apparet, derogari priuilegia Societatis sufficienter, quando de ipsa expressa mentio fit: & in Bullis supradictis etiam in fine apponitur Clausula: Ac, si eis personaliter fuissent intimata. Hucvsque ex me Palafox. Adde, quod dictum priuilegium, vt testatus est mihi doctissimus, & amicissimus Pater Lezana, loquitur tantùm de priuilegiis, quoad Conseruatores, non autem de reuocatione aliorum priuilegiorum. Itaque absolutè dictum priuilegium nunc non admitto.

4. Ad secundum argumentum adductum propter clausulas, *ex certa scientia & motu proprio*, appositas in confirmatione priuilegiorum Regularium, patet responsio ex his, quæ latè firmat Pater Pasqualigus *in Quæstionibus Canonicis*, *Centuria* 2. *quæst.* 107. & 108. ex quibus corruunt omnia, quæ Pater Vidal ex dictis clausulis conatur probare. Recognosce omninò dictum Patrem Pasqualigum: & Sacra Congregatio vt visum est ex mente Pontificis annullat omnia priuilegia cum quibuscumque clausulis, &c. ergo.

5. Ad tertium argumentum, quod priuilegia Regularibus concessa, sint remuneratoria, & ideò transierunt in vim contractus. Respondeo etiam corruere ex his, quæ docuit latè Pater Giuniparus à Drepano *in Defensione iuris Pontificij*, *disputatio n.* 4. *quæstion.*4.& 5. Et quidem si argumenta Patris Vidal firma essent, sequeretur, reuocationes priuilegiorum Regularium appositas in pluribus Bullis, & Decretis Pontificiis ad nihil hodie deseruire, propter confirmationem priuilegiorvm Regularium postea factam cum clausulis, *ex certa scientia Motu proprio*, &c. Sed hoc dicere est absurdum, vt patet ex stylo Curiæ, & praxi,& ex rationibus adductis à Pasqualigo *loco citato*. Ergo.

6. Ad ea verò,quæ asserit Vidal de declarationibus Sacræ Congregationis, videlicet, non esse necessariò sequendas: Quicquid sit de hac doctrina, assero non esse sequendam in casu nostro, in quo dictæ declarationes manarunt ex ordine, & facto verbo cum Sanctissimo, qui mandauit inuiolabiliter obseruari. Rectè itaque post dictam declarationem Ludouicus de la Cruz *in Bullam Cruciata*, *disputation.* 1. *capit.* 3. *dubit.* 1. *numer.* 8. Martinus de San Ioseph *in Mon. Confess. tom.* 1. *libr.* 1. *tractat.* 20. *de Pœnitentia*, *numero* 17. & alij communiter, asserunt hodie Regulares

Resolutionibus duarum sequentium notationum.

Quæ hic est supra Resol. 261. & infra in Res 271. à §. Accedit. & in Rel. & §§. not seq.

Quæ hic est supra Resol. 261.Sed lege etiam Res. & §. not. prætertitæ, & in tom.2.tr.2.ex lata doctrina Resol. 20. §. Obiicitur. & ex Resol. 23. §. vlt. ad medium,& melius in tom. 9.tr.7. Resol. 121 § Arguitur secundo.

Sup. hoc supra ad medium §.1. huius Res & latè in Resol. 253.& in aliis eius primæ not.

Sup. hoc in

Regulares non posse virtute priuilegiorum absoluere amplius à casibus Episcopo reseruatis. Vide etiam Nouarium *in Summa Bullarum tom. 2. titulo de Casibus reseruatis, numero secundo*, Marcellum Vulpe *in praxi Fori Ecclesiæ, cap. 35. n. 10. cum sequentibus.*

RESOL. CCLXIX.

An Regulares virtute suorum priuilegiorum possint absoluere à censuris ab Episcopo reseruatis non obstante Decreto Clem VIII. & Cardinalium declaratione?

Et an possint Regulares excommunicationem reseruare, non obstante quodam motu proprio Clem. VIII. in quo abstulit Prælatis Regularibus facultatem peccata reseruandi?

Et in textu huius Resolutionis alij quinque casus valde notandi, & in promptu tenendi discutiuntur. Ex p. 3. tr. 2. Ref. 13.

§. 1. Negatiuam sententiam docet P. Marullus in suis eruditis disputationibus, quas nouissimè edidit, *tom. 1. disp. 1. c. 1. dist. 4. n. 575.* putat enim, quod sub prohibitione casuum reseruatorum in dicto Decreto Clementis, comprehenduntur censuræ, nam ratio prohibitionis Summi Pontificis militat etiam in censuris.

2. At his non obstantibus affirmatiuam sententiam tenet noster Megala *in 1. p. lib. 1. c. 3. n. 10.* vbi sic asserit: Nec tali priuilegio obstat reseruatio cēsurarum, quam Episcopi faciunt. Quia quamuis Decretum Sacræ Congregationis publicatum die 9. mensis Ianuarij 1601. & declaratum die 26. Nouembris 1602. restringat dictum priuilegium quoad casus, quos ordinarij locorum sibi reseruarunt, vel in posterum reseruabunt, tamen cum dictum decretum loquatur tantum de casibus, non habet locum in censuris, nam in diuersis non fit illatio, *ex l. Papinianus, ff. de minor. cap. ad audientiam, de decimis*, & censura non est casus, sed pœna casus, vt dicit Nauarrus *in man. c. 27. n. 162.* Ita Megala. Vnde vtramque opinionem puto esse probabilem.

3. Displicet verò mihi id, quod Marullus *vbi suprà* asserit, nempe falsam esse sententiam Suarez *tom. 4. disp. 28. sect. 3. n. 13.* asserentis, posse Prælatos Regularium excommunicationem reseruare, non obstante quodam motu proprio Clem. VIII. in quo abstulit Prælatis Regularibus facultatem peccata reseruandi; nam sententiam Suarez puto probabilem esse, & illam tuetur Faustus *in speculo relig. lib. 6. prac. 88.* Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 9. diff. 58. n. 5.* Coriolanus *de cas. reseru. p. 1. sect. 11. art. 6. n. 1.* Fagundez *p. 2. lib. 8. cap. 4. n. 5.* & alij, quæ opinio multam probabilitatem confert opinioni Megalæ superius adductæ. Licet ergo magis probabiliter cum multis aliis, vt alibi diximus, putem, Prælatos Regulares, stante dicto Decreto Clem. VIII. non posse excommunicationem sibi reseruare.

Sup. hoc & contento in hoc §. supra in Ref. 114. per totā, pro Monialib. & infra id Ref. 317. § vlt.

Alibi in Ref. not. præterita.

Sup. hoc quāuis pro Episcopo in tom. 1. tr. 5. lege breuē doctrinam §. sed hic Ref. 13.

4. Notandum est tamen hîc obiter primò, quod Comitolus *in resp. mor. l. 6. q. 9.* & Marullus *vbi suprà* docent, quod si Confessarius in excommunicationem incidat Papæ reseruatam ex Decreto Clem. VIII. quia absoluit à casibus reseruatis, non posse absolui à Regularibus vigore suorum priuilegiorum, etiam stante moderatione dicti Decreti facti à Sacra Cardinalium congregatione. Verum aliqui contrarium docent, quia excommunicatio de qua loquimur, neque in Bulla Cœnæ, neque in exceptione sex casuum, in secundo decreto contentorum, comprehensa videtur, qui soli casus videntur exclusi à iurisdictione Regularium, qui ante primum Decretum, vigore suorum priuilegiorum à Pontificiis casibus absoluebant, vt patet ex illis verbis secundi decreti, ibi ipsum decretum ita moderatum, &c. Sed exceptio firmat regulam in casibus non exceptis; ergo, &c Et hanc sententiam esse probabilem, patet ex ipsomet Marullo *vbi suprà n. 581.* Nam negatiuam quam ipse tenet, vocat probabiliorem.

5. Nota etiam secundò, quod Paulus V die 7. Ianuarij ann. 1617 confirmauit & aliqua addidit supradictis Decretis Clem. VIII. ita vt aliqui opinati sint in supradicto Decreto Pauli V. fuisse abrogata simpliciter omnia priuilegia, & facultates, non solum absoluendi à casibus, & censuris Bullæ Cœnæ violationis immunitatis Ecclesiasticæ, & aliis in declaratione, seu moderatione Decreti Clem. VIII. recensitis, verum etiam ab omnibus aliis Romano Pontifici reseruatis; & hoc per illa verba. Ac insuper designat nouam legislatoris dispositionem ab antiquis omnino distinctam, vt patet ex textu *in cap. statutum §. insuper, vbi glossa, de rescriptis in 6.* Sed hanc sententiam refellit Duardus *in Bullam Cœnæ lib. 3. §. 2. quæst. 1. num. 31. & seq.*

6. Nota tertiò contra Megalam *in 1. part. lib. 1. c. 13. n. 21.* quod Decretum supradictum Clementis VIII non derogat priuilegiis Regularium. & Confessariorum in suburbiis ciuitatis Romæ commorantium; quia licet in materia odiosa, appellatione Vrbis, seu Ciuitatis non veniant suburbia, secus verò dicendum est in materia fauorabili. & ita hanc sententiam in terminis tenet Marullus *vbi suprà diff. 1. n. 556.*

7. Nota quartò, non ligari excommunicatione in dicto Decreto contenta, confessarios, absoluentes à casibus Episcopo reseruatis a iure; ex quo infertur, Regulares, qui antea habebant priuilegium absoluendi ab omnibus casibus, & censuris etiam Papæ reseruatis, posse non obstante dicto decreto, nunc vigore dictorum priuilegiorum absoluere à casibus à iure Episcopo reseruatis, sicut antè poterant; & posse etiam absoluere à casibus Papalibus occultis, quia huiusmodi casus post Concilium Tridentinum sunt Episcopales, vt notat Sanch. *in summ. t. 1. l. 4. c. 54. n. 27.* cui nouissimè addendus est Marullus citatus *d. 1. c. 2. diff. 11. n. 540.* vbi etiam *n. 138.* notat, & rectè, ad incurrēdam dictam excommunicationem in supradicto Decreto, contra Confessarios latam, non sufficere ignorantiam, etiam crassam, siue iuris, siue facti, quia fertur tantum contra præsumentes absoluere, quod verbum denotat requiri scientiam in absoluente, vt plerique tradunt Doctores.

Sup. hoc in tom. 5 tr. 4. Ref. 8 paulo post initium, à vers. Et eandem.

Sup. hoc Regis lat. in Ref. seq. & in aliis eiu. §. ... mæ not.

Sup. hoc in Ref. seq. § 1. ad medium.

Sup. hoc supra ex ... ra Ref. ... §. 1. aliis ... in alus ... not.

8. Tandem nota quintò, quod dictus Marullus *loco cit. n. 542.* putat aduersum me *in tr. Misc. ref. 30.* Gambaruptam *de cas. reser. c. 5. num. 8.* supradictum Decretum Clem. VIII. derogare priuilegiis Regularium existentium in Insulis, Siciliæ, Sardiniæ, & Corsicæ. Sed ego nostram sententiam puto iterum probabilem esse, & ita illam etiam existimant multi viri docti Societatis IESV, & nostræ Religionis, nunc post Marullum visum, de hac re à me consulti.

Quæ hîc sit infra Ref. 171 §. 2. & alus eius. ... not.

RESOL. CCLXX.

An Regulares possint absoluere à casibus reseruatis Episcopo de iure communi? Ex p. 8. tr. 7. & Misc. Ref. 71.

§. 1. Affirmatiuè respondi *in 3. p. tr. 2. resol. 14.* sed negatiuam sententiam nominatim contra me tenet Bordonus *in consil. Regul. resolut. 6. quæst. 9. num. 11.* Tum quia *in Clem. Religiosi de priuilegiis*, prohibitum fuit Religiosis absoluere seculares Clericos, & laicos excommunicatos à Canone. quo nomine venit excommunicatio iure communi promulgata, ibi autem ponitur exceptio his verbis: *Præterquam in casibus à iure expressis, vel per priuilegia Sedis Apostolicæ concessis eisdem.* Gloss. *versic. A Canone*, includit sub hac prohibitione tam excommunicationem aliàs reseruatam in iure, quàm non reseruatam,

Quæ hîc ... Ref. ... dēs in §. ... ra quarto in tom. 5. ... lege doct... nam ... vit. R. ... 7. & Ref. 8. p. ... totam.

seruatam, quam sequitur cum aliis Floronus *cap.* 5. *num.* 4. quod mihi non placet, sed puto prohibere absolutionem à reseruatis, quod suadetur. Tum quia id videtur insinuare particula, *in casibus à iure expressis.* nam, vt colligitur ex *cap. nuper, de sentent. excommunicat.* Papam non reseruando sibi excommunicationis absolutionem, censetur aliis hanc facultatem reliquisse. Tum quia Sacerdotes seculares ab ea absoluunt, quando non est expressè reseruata; ergo & Regulares, ne sint prioris conditionis. Tum, quia communissima opinio est, simplicem Confessarium posse ab ea non reseruata absoluere. Ita plurimi citati à Bonacin. *de censur. in communi, quæst.* 3. *part.* 1. *num.* 5. Floron. *cap.* 2. *num.* 17 igitur prohibitio restringitur ad excommunicationem reseruatam expressè. Adest etiam exceptio priuilegiorum Religiosis concessorum, sed de his sufficienter dixi in prima responsione. Tum, quia licèt nonnulli velint, casus Papales, quibus in iure expressè non est facta reseruatio, dici quoad absolutionem Episcopales, tamen non est hoc verum, secundùm nostram opinionem, qui tenemus, vt suprà, excommunicationem in iure communi non reseruatam tolli posse à quouis Confessario, vnde falsum est, quòd dicantur casus Episcopales, quamuis opposita opinio eos tales vocet. Demum, quamuis in supracitatis decretis sub Gregor. XIII. & Clemente VIII. mentio fiat de casibus, quos Episcopi reseruarunt, & in posterum reseruabunt; nihilominus in decretis sub Paulo V. & Vrbano VIII. simpliciter fit mentio de casibus reseruatis Episcopis, quibus verbis venit quæcumque reseruatio, siue facta sit à Papa Episcopo, siue ab Episcopo sibi ipsi. Hucusque Bordonus.

2. Sed nouissimè nostram sententiam amplectitur Auersa *de sacrament. Pœnit q.* 17. *sect.* 6. vbi sic ait. Admitti potest quod asserit Diana sub casibus Episcopo reseruatis in eo decreto, non comprehendi casus reseruatos de iure communi, sed tantùm eos, quos peculiaribus edictis Episcopi sibi reseruant. Dicitur enim in decretis Clementis, nec etiam à casibus quos Ordinarij locorum hactenus reseruarunt, vel imposterum sibi reseruabunt. Et licèt in aliis decretis Pauli & Vrbani, absolutè nominentur casus Episcopi reseruati: tamen planè intelliguntur, sicut in illis decretis Clementis. Hinc infert Diana, posse adhuc Regulares, si habebant tale priuilegium, absoluere ab omnibus casibus Papalibus occultis, à quibus ex Concilio Tridentino possunt Episcopi: qui tales casus occulti ex hac concessione Concilij facti sunt Episcopales, vt in simili confirmat Sanchez *lib.* 2. *in Decalog. cap* 54. *num.* 27. Idque videtur verisimile; quia si Pontifex reliquit facultatem ex priuilegio Regularibus absoluendi à casibus Papalibus, etiam alioqui publicis; excipiendo solum illos, quos diximus, quam tamen facultatem non habent Episcopi, videtur etiam reliquisse Regularibus facultatem absoluendi à casibus de iure Episcopalibus, siue dicamus Papalibus à quibus absoluendi quando sunt occulti, concessa est Episcopi, facultas. Nisi tamen eos Episcopi, in suis etiam edictis sub speciali sua reseruatione comprehendant, quia tunc ab iis non poterunt Regulares absoluere, sicut in vniuersum nequeunt ab iis, quos Episcopi specialiter sibi reseruant. Hæc omnia Auersa.

Sup. hoc pro casibus Papalibus occultis in Ref. 1. not. præterit., & in eodem §. ad medium.

RESOL. CCLXXI.

An Regulares virtute priuilegiorum possint absoluere à casibus Episcopo reseruatis?

Et asseritur, quod priuilegium insertum iuri communi non derogatur, nisi fiat expressa mentio huiusmodi priuilegij.

Sed in §. vltimo huius Resolutionis adducitur amplissima derogatio priuilegiorum facta ab Vrbano VIII. sub 5. Nouembris 1631. Ex part. 11. tract. 2. & Misc. 2. Ref. 9.

§. 1. PRo affirmatiua sententia alibi adduxi Tamburinum, Quintanaduenam, & Vidalem, nunc autem, & alios adducam. Et ideò hanc sententiam tenet Pater Andreas Mendo *in Bull. Cruc. disput.* 23. *cap.* 4. *num.* 49. vbi sic ait: Iam verò Regulares non posse absoluere à peccatis Episcopo reseruatis, nec item à reseruatis Pontifici in Bulla Cœnæ aliqui docent. At quod nunc vrget ampliùs, eadem Sacra Congregatio ex præcepto Vrb. VIII. die 17. Nouembris, anno 1628. declarauit, prædicta omnia decreta vim fortè habitura tam intra, quàm extra Italiam, prohibens expressè ne Regulares virtute cuiusuis priuilegij absoluere valeant pœnitentes à casibus in Bulla Cœnæ, aut Ordinariis locorum reseruatis. Cui dispositioni standum omnino esse, concludit Trullench, ibidem.

Alibi supra in Ref. 268. & infra in Ref. seq. & in Ref. 273. §. 1. sed vide eam per totam, & in tom. 1. tr. 5. Ref. 23 § 1. & 2. & in tom. 5. tr. 2. Ref. 74. §. 1. ante medium, vers. quæres, & in tom. 9. tr. 7. Ref. 121 paulo post initium, à vers. Et si hæc doctrina.

2. Attamen oppositum videtur tenendum, & asserendum, Regulares posse absoluere à reseruatis Episcopo; Probatur, primò; quia Vrb. VIII. decretum solum reuocauit priuilegia absoluendi post Tridentinum concessa, & concedenda: hoc autem priuilegium ante Tridentinum fuit concessum Regularibus, ergo non reuocatur. Maior, & minor constant, tum ex tempore quo concessum est eiusmodi priuilegium; tum ex verbis Decreti reuocatorij; quæ ab eo Auctore afferuntur, & expenduntur. Secundò, quia priuilegium absoluendi à peccatis Episcopo reseruatis, est insertum iuri communi; quod autem ei iuri est insertum, non derogatur, nisi fiat expressa mentio eiusmodi priuilegij, qualis non fit in Decreto Vrbani; igitur per illud non reuocatur, Maiorem, & minorem tenent communiter Auctores citati ab eodem Quintaduenas.

3. Accedit pro Societate Iesu priuilegium quoddam omnes scrupulos in hac parte tollens, scilicet Gregorius XIII. in Bulla prima ipsius, quæ incipit, *Æquum reputamus*, quam affert Pater Franciscus Amicus *tomo quinto de iustit. & iur. disputatione nona, sectione decima, numero* 148. Diana *tomo septimo, tract.* 10. *miscellaneo, resolut.* 29. concessit Societati, vt nullius priuilegij aut indulti reuocatio præiudicet iuribus ipsius Societatis, nisi sit illi insinuata, & intimata per trinas distinctas literas eundem tenorem continentes tribus distinctis vicibus, vt hanc concessionem intelligunt Antonius de Amatis, Flauius Cherubinus apud ipsum Dianam. Vnde hi docent, derogationem priuilegiorum in amplissima forma non præiudicare priuilegiis Societatis, quia non censetur reuocatum priuilegium, dum non seruatur forma, quæ ad eius reuocationem requiritur, & sic decisum fuisse in Rota Prouinciæ Marchiæ; affirmant.

Quæ hîc est supra Resol. 262. & in aliis eius primæ not. Sed contrariũ lege ibi in eius §. vlt. & magis late in aliis eius annot.

4. Intimatio autem fieri debet, vel immediatè ipsi Præposito Generali Societatis, qui eam reuocationem per totam Religionem euulget; vel nomine Pontificis facienda est ab Ordinariis ad Superiores Societatis. Nec sufficit si fiat in locis publicis, vt in Ecclesiis Cathedralibus, quia ea intimatio non fit Societati, vt Bulla exprimit; nec sufficit si fiat per verba, aut vna vice, cùm requiratur fieri per literas, & tribus vicibus. Et quamuis Gregorius XIII. non potuerit limitare potestatem successorum, ideoque hi valeant eius Bullam reuocare, dum verò per externa signa sufficienter manifestatiua reuocationis, id non præstent, non censenda sunt reuocata Societatis priuilegia; sic verò, si sufficientibus verbis denotetur, derogari huic Gregorij concessioni.

5. Iam

5. Iam ex his probatur assertum. Reuocatio priuilegij absoluendi Pœnitentes à reseruatis Episcopo, non est intimata Societati tribus vicibus per litteras distinctas, eundem tenorem continentes, imò nec semel est intimata, vt omnes nostri fatentur, cùm nullus eam audiuerit. Deinde in reuocatione Vrbani VIII. non reperiuntur verba sufficienter significatiua reuocationis nostri priuilegij, cùm nec illud exprimatur, nec detur alia clausula specialis superaddita communibus: quæ solent apponi in litteris reuocatoriis, saltem in forma amplissima concessis, vt liquet ex ipso Vrbani Decreto; igitur priuilegium Societatis absoluendi à reseruatis Episcopo, neutiquam est reuocatum, Hucusque Pater Mendo.

Sup. doctrina contenta in hoc & aliis ex seqq. §§. pro parte Bullæ Cœnæ lege supra Res. 251. & alias omnium eius annotationũ, & lege infra decretum cõtentum in §. vlt. huius Res.

6. Verùm non desinam hic etiam apponere verba Magistri Hinojosa *in Directorio Decisionum Regularium, verb. Confessarius fol.* 109. vbi ita asserit; Item declaramus, felicis memoriæ Gregorium XIII. viuæ vocis oraculo, & etiam de Consilio Congregationis super Concilio Tridentino, declarasse, ac statuisse facultate per Mare magnum: & per alia priuilegia concessa, non posse regulares absoluere à casibus Episcopo reseruatis. Et Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium de speciali mandato Sanctissimi Domini nostri Clementis VIII. iubet omnibus Confessariis, tam sæcularibus, quàm Regularibus, quorumcunque Ordinum, etiam Mendicantium, & Societatis Iesu, ne quis eorum sub prætextu quorumcunque priuilegiorum à Sede Apostolica ductorum, quibuscunque etiam singularibus personis, ab vllo ex casibus dubiæ, vel clarè contentis in Bulla Cœnæ Domini, vel aliàs Sedi Apostolicæ reseruatis, nec etiam à casibus Ordinariis reseruatis, quocunque casu, nisi in mortis articulo, sine noua licentia à Sede Apostolica, vel ab Ordinariis respectiuè obtenta absolutionis beneficium impendere audeant. Quam licentiam à Sede Apostolica obtentam teneantur Ordinariis ostendere etiam sub pœna excommunicationis, priuationis officiorum, & dignitarum, & inhabilitationis ad audiendas confessiones, & ad quæcunque officia, & Prælaturas ipso facto incurrenda, absque alia declaratione, &c. A quibus non nisi à Romano Pontifice absolutionem obtinere valeant, & quatenus opus sit Sanctitas sua tales facultates, nullas esse voluit.

Supr. casibus contentis in hoc §. supra in Res. 268. & in tom. 5. tr. 8. res. 89. §. Primum. & seqq & signãter pro violatione clausuræ monialiũ in tom. 5. tr. 1. Res. 91. à lin. 3. & pro prouocantibus & pugnantibus in duello hic supra in Res. 265. & in aliis eius annot, & pro iniicientibus manus violentas in clericos, in tom. 5. tr. 2. Res. 74. §. 1. ante mediũ, vers. quæres, & pro Simonia hic infra in Res. 298.

7. Sed postea eadem Congregatio speciali mandato eiusdem Sanctissimi Domini nostri Clement. VIII. similiter viuæ vocis oraculo super ea re habito, ipsum decretum, ita moderatur, & declarat, etiam sub eadem prohibitione, eos tantum comprehendi casus, qui in Bulla Cœnæ Domini legi consueta continentur, ac præterea, violationis, immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Constitutionis Gregorij XIV. Violationis clausuræ monialium ad malum finem: prouocantium, & pugnantium in duello, iuxta decretum Concilij Tridentini, & Constitutionem Gregorij XIV. Iniicientium manus violentas in Clericos iuxta Canonem. *Si quis, &c.* ac iuris dispositionem, Simoniæ realis scienter contractæ, atque etiam confidentiæ beneficialis. Item omnes casus, quos sibi Ordinarij locorum reseruarunt, ac in posterum reseruabunt. In quibus omnibus enumeratis casibus dumtaxat, & sublata etiam pœna inhabilitatis audiendi confessiones, eadem Sacra Congregatio vult, & mandat, dictum decretum in sua firmitate, & pristino robore permanere. Et præterea declarat, eos Sacerdotes, tam sæculares, quam Regulares, qui aliquo priuilegio in dicto decreto expresso suffulti fuerint, posse iuxta eorum priuilegia, indulta, & facultates, vsu ante idem decretum recepta, & quæ sub aliis reuocationibus non comprehenduntur tantum, & non aliter absoluere à casibus in præsenti declaratione non comprehensis, aliis verò Sacerdotibus talia priuilegia non habentibus, nihil de nouo concedit.

S. Sed contrariam, intermedium & finem, vers. an Confessores Regulares.

8. Sed prædicta statuta, & declarationes, nihil impedire, quominus Fratres Ordinis absoluere possint à prædictis casibus reseruatis, ex eo constat, quia licet per vtrumque statutum reuocentur nostra priuilegia, quoad ea quæ in huiusmodi declarationibus continentur; iam verò nunc eadem nobis priuilegia restituta sunt per Sanctissimum Dominum nostrum Vrbanum Octauum, vt dicemus, verbo, confirmatio priuilegiorum, & consequentur eorum facultate poterunt Prælati regulares in subditos, & Sacerdotes regulares expositi in Fratres, & sæculares sibi concessa potiri. Ne tamen cæcus in præcipitium detrudaris expedit maximè attentè considerare, quid possit per priuilegia, quid per illa concedatur, quid negetur, quid restringatur. Et hæc omnia docet Hinojosa Dominicanus.

9. Et tandem nouissimè hanc sententiam docet etiam Pater Bruno Chassaing ex Ordine Patrum Minorum *de priuileg. Regular. part. 1. tractat. 5. cap. 2. propos. 2.* sic asserens, Potest Sacerdos regularis absoluere à casibus, & censuris quas Ordinarij sibi reseruant.

10. Obiicies, Sacram Congregationem Cardinalium præpositorum negotiis Episcoporum, ac Regularium, die 17. Nouembris 1628. declarasse, quod Regulares, tam in Italia, quam extra illam existentes, in vim suorum priuilegiorum post Tridentinum à Sede Apostolica confirmatorum, ac in futurum forsan ab eadem Sede confirmandorum, non posse absoluere à casibus Episcopo reseruatis, nec ab illis qui in Bulla Cœnæ continentur, quoniam à Tridentino, à Congregatione, & à publicatione Bullæ in Cœna Domini solita fieri, sunt reuocata: Quam declarationem, vt fertur in decreto ab eadem Congregatione desuper emanato, Vrbanus VIII. viuæ vocis oraculo approbauit, mandauitque ab omnibus ad quos pertinet, inuiolabiliter obseruari.

11. Respondetur primò, sicut aliis decretis similibus respondimus, videlicet illam declarationem, seu decretum, esse sententiam Doctorum à Pontifice approbatam, quæ non magis obligat, quam sententia aliorum Doctorum, cum non sit lex, nec publicata ad modum legis, nec habeat clausulam reuocatoriam, quæ necessaria est, etiam in Pontificum Bullis ad dicta priuilegia reuocanda: alioquin non reuocant, vt diximus *in tract. de priuileg. in comm.* Et hæc maximè vera sunt in Gallia, vbi illa decreta non recipiuntur: vt etiam nouissimè die 15. Maij 1647. orante Talon Aduocato Generali Regis Christianissimi die 10. eiusdem Mensis, illa recipi, & publicari à Supremo Senatu Parisiensi prohibitum fuit.

12. Respondetur secundò, illud decretum emanatum fuisse, Regularibus minimè auditis, & confirmationibus priuilegiorum nullatenus exhibitis, & examinatis, nec vllo abusu eorundem, ac causa expressa cum de illis nulla prorsus fiat mentio in decreto; non est autem credibile, quod Patres illi Eminentissimi, tot laboribus, ærumnis, ac vigiliis parta priuilegia, nullatenus reuocata, vel si reuocata iterum confirmata, & reualidata, vno calami chyrographo voluerint reuocare, & abrogare; cum nec Pontifex sine iusta, & rationabili causa id iustè possit, vt in proximè citato tractatu diximus, & tradunt Doctores de iure quæsito agentes, cuius generis sunt priuilegia huiusmodi.

12. Respondetur tertiò, Illud decretum de subreptione, maximè suspectum existere, ac proinde non valere; Primò, quia supponit priuilegia Regularium quoad facultatem absoluendi à dictis casibus per Tridentinum, & publicationem Bullæ Cœnæ Romæ factam, & per alia eiusdem Congregationis decreta esse abrogata, cuius contrarium, iuxta communem sententiam DD, arbitrantium illam publicationem non sufficere; ac Tridentinum, & dictam Congregationem priuilegia huiusmodi nullatenus abrogare alibi probauimus.

13 Secundò quoniam declarat, quibusuis confirmationibus post Tridentinum decreta eiusdem Congregationis, & publicationem Bullæ à Sede Apost. emanatis, dicta priuilegia nullatenus valere; quod stare non potest cum iuris communis dispositione, iuxta quam *in dicto tract. de priuileg. in comm.* ostendimus esse valde confirmata. Accedit, quod Congregatio ignorans illas confirmationes sicut & Papa, cum sint iura specialia, minimè potest declarare in vi illarum confirmationum, non valere huiusmodi priuilegia.

14. Tertiò. Quoniam Sacra Congr. necnon etiam Papa Vrbanus, qui dicitur hoc decretum confirmasse fecisset contra regulam à se editam, qua decernitur quod per quamlibet constituti nem Apostolicam non tollitur ius quæsitum (vt sunt priuilegia) nisi prius vocatis quorum interest, eisque auditis, & contradicentibus. Quod idem Pontifex in alio casu obseruauit, vt alibi dicetur, cum tollendo quibusdam Regularibus aliquod priuilegium per respectum ad aliquam personam in dignitate Episcopali constitutam, clausulam reuocatoriam illius regulæ adhibuit.

15. Quartò. Quia declarat, nullis futuris confirmationibus à Sede Apostolica emanandis reualidanda, & confirmanda fore, quod quomodo intelligendum sit penitus ignoro, nisi per illud decretum potestas Pontificis, & iuris dispositio abrogentur, quod nemo affirmare audebit. Nam quæro, num si Papa motu proprio, ac ex certa scientia, & de potestatis Apostolicæ plenitudine, cum clausula reuocatoria Trident. & Bullæ Cœnæ priuilegia illa confirmaret, valida essent? Absque dubio respondebitur esse valida, etiamsi antea reuocata, ergo illa declaratio Congregationis quod valida non essent, etiamsi à Sede Apostolic. confirmarentur, subsistere non potest. Vnum dici potest, hoc decretum affirmare, quod præcedentibus priuilegiorum confirmationibus, & similibus in futurum non subsistunt priuilegia. Sed hoc in idem inconueniens, quod supra, reuoluitur, nam, vt dictum est, præcedentes confirmationes iuxta iuris regulas valent; Ergo procul dubio similes in futurum emanandæ valerent. Et hæc omnia asserit Bruno *loco citato*, quæ cautè legenda esse puto, & sententiam supradictorum Auctorum prorsus repellendam esse existimo, & ne audeant Regulares illam ad praxim deducere. Ad priuilegium verò, quod ex me adducit Pater Mendo *loco citato*, satis ego respondi in resolutione de hac materia contra nostrum Patrem Vidalem impressa in mea *part. 9.* ad quam Lectorem relego.

In part. 9 nihil author dixit cōtra Vidalem, sed in part. 10. in Ref. quæ hoc est supra Ref. 268. & in aliis eius annot.

16. Non deseram tamen hic adnotare, Sanctissimum Dominum nostrum Vrbanum litteris datis sub 5. Nouembris 1631 occasione accepta quod multæ Religiones haberent priuilegia quod in constitutionibus generalibus à Sede Apostolica editis, vel edendis, non comprehenderentur, nisi de eis specialis, specifica, indiuidua, seu expressa mentio fieret, declarauit, quod Constitutiones Apostolicæ editæ in concernentibus fidem Catholicam, & S. Inquisitionis Officium, ac constitutiones, dispositiones, & ordinationes edendæ tam per ipsum, quam per Romanos Pontifices successores, tam circa prædictam materiam, quam super quacunque alia re, negotio; seu materia, comprehendat omnes Regulares quomodolibet priuilegiatos, nisi specialiter, & expressè excipiantur, etiamsi ipsi forent magis speciali nota, & expressione digni, eisque priuilegia, gratiæ, & indulta à Sede Apostolica præfata etiam sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriam derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis Decretis, etiam motu, scientia, ac de potestatis plenitudine similibus, & consistorialiter, etiam contemplatione, vel ad instantiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum, tam per viam meræ concessionis, quam communicationis, & aliàs quomodolibet concessa respectiuè sint. Vnde ait Lezana *tom. 4. ver. priuileg. Regul. numer. 21.* iam his temporibus cessant multa, quæ de priuilegiis Regularium habentibus similes clausulas scribunt Cassarubius, Corduba, Rodriquez, Miranda, Sorbus, Portellus, Ioannes de Cruce, quibus ego addo nouissimè Patrem Brunum in toto hoc suo opere de priuilegiis Regularium. Nota quod post hæc scripta inuenio Vrbanum ab Ascensione *in sua Theolog. Mor. tract. 2. disp. 1. cap. 1. Regul. 7. fol. 218.* non obstante decreto Sacræ Congregationis, & Vrbani VIII. docere hodie Regulares posse absoluere à casibus Episcopo reseruatis, sed vt superius dixi, contrariam sententiam practicandam esse puto.

Et pro contento in §. vlt. huius Ref. in tom. 9. tr. 7. ex Ref. 121. lege §. Respōdeo tertiò.

RESOL. CCLXXII

An hodie post Decretum Vrbani VIII. die 27. Nouembris 1628. possint Regulares absoluere à casibus Episcopo reseruatis?

Et infertur, an vt leges Pontificia obligent in toto orbe, necessarium sit, vt publicentur in omnibus Diœcesibus, & Prouinciis?

Et docetur, quod in generali derogatione priuilegiorum non comprehenditur priuilegium insertum in corpore iuris communis si non fiat eius specifica derogatio. Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 50. alias 51.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Quintanaduenas *in Theolog. mor. tom. 1. tr. 3. singu. 14.* Probat hanc opinionem: quia sicut lex non obligat ante sufficientem publicationem; sic nec reuocatio priuilegij, quæ est quædam lex, vt docent Suarius *de legib. cap. 40.* Salas *d. 17 sect. 1. num 8.* Bonacina *de priuil. d. 1. q. 3. punct. 8. num. 20.* & Doctores: sed hæc non est sufficienter publicata, nec intimata: ergo. &c. Maior est certa. Minor probatur, primò: quia, vt leges Pontificiæ (talis hæc est) obligent in toto Orbe necessarium est, vt promulgentur in omnibus Diœcesibus, & Prouinciis, vt asserunt Serarius, Toletus, Sà, Medina, Angelus, Sotus, Conradus, Miranda, Victorellus, & alij quos citat, & sequitur Trullench *in Cru. l. 1. § 7. d. 9. n. 20.* & præsertim hoc locum habet in legibus reuocatoriis priuilegiorum, vt notant Sotus *lib. 3. de iust. q. 2. art. 4.* Medina *1. 2. q. 21. art. 4.* & plures quos affert, & sequitur Ludouic. à Cruce *d. 1. Cruc. c. 1. d. 13. n. 1.* Cùm ergo hæc reuocatio in Diœcesibus non sit promulgata, vt Sapientes; & locorū Ordinarij fatētur, nō obligat in illis.

Sup. hoc in Ref præterita & in aliis eius primæ annot.

Sup. hoc in tom. 6 tr. 1. Ref 10. 11. & 23. §. 1. vsque ad lin. 7. & in fine Ref. 24. & in tom. 9. tr. 2. Ref. 345. & recitantes in alio § earum notationum.

2. Nec Religiosos obligat hæc lex cùm ex doctrina Azorij *tom 1. l. 5. cap. 12. q. 7.* Bonacinæ *sup. n. 24.* Salas *d. 20. sect. 18. n. 126.* & aliorum Doctorum, vt reuocatio priuilegij concessi Ciuitati, Cōmunitati, Collegio vel Religioni alicui, obliget, debet denūtiari, vel notificari ipsi

ipsi Ciuitati, vel Religioni, siue Prælati illius Hanc autem notificationem minimè factam esse, omnes ferè affirmant Religiosi, ac Prælati, quos etiam in litteris versatissimos hæc reuocatio latet.

3. Deinde *singul.* 16. probat ex Bullis Pontificiis ante Tridentinum concessis, facultatem Regularium à casibus Episcopo reseruatis, extante etiam dicto Decreto Vrbani VIII. adhuc durare. Et adducit inter alia priuilegium Pauli III. concessum Societati; & posteà sic addit [Quòd autem hoc priuilegium (quo per communicationem fruuntur aliæ Religiones, vel similia, illis concessa ante Tridentinum, per dictum Decretum Vrbani VIII. non reuocentur, probo, quia in illo tantùm reuocantur priuilegia aliunde à Tridentino extincta, licèt post illud confirmata fuerint; vt ex iis verbis patet: *Censuit per confirmationem priuilegiorum, quæ Regulares à Sede Apostolica post Sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam reuixisse priuilegia priùs ab eodem Concilio sublata, atque extincta absoluendi à casibus Ordinario reseruatis.* Ergo, cùm hæc per Tridentinum extincta non sint, vt probauimus *singul.* 14. hoc Decretum Vrbani VIII. nec circa illa, nec circa illorum declarationes versatur, ac proinde nec has, nec illas reuocat, seu annullat.

4. At verò cùm posteà additur: [Ac proinde Regulares cuiusuis Ordinis in vim priuilegiorum, aut confirmationum eiusmodi, quas vel hactenus obtinuerunt, vel in futurum obtinebunt, nec posse quemquam absoluere ab eisdem casibus in Bulla Cœnæ, aut Ordinario loci reseruatis.] Cùm de iisdem priuilegiis, & confirmationibus sermo sit; vt ostendit particula, *eiusmodi*, seu *huiusmodi*, quæ relatiua est præcedentium cum omnibus suis qualitatibus, vt docent Glossa, *c. Abbat. de elect. 6.* Rebuffus *l. 1. ff. de verb. signific.* Nauarrus *cap. Si quando, remed. 6. num. 5. de rescript.* Octauianus *de praeposit. dict. Hodie pag. 4.* Gonçales *reg. 8 Cancel. gloss. 4. num. 4* Seraphinus *Rot. Rom. decis.* 388. *n. 6.* & Rota Romana apud Farinacium *decis.* 373. *n. 6. t. 1. p. 2.* Si nec priuilegia, nec confirmationes illæ abrogatæ sunt per Tridentinum, nec etiam per hoc Decretum abrogantur iuxta dicta.

5. Accedit, quòd hoc Regularium priuilegium absoluendi à casibus Episcopo reseruatis, est insertum iuri communi; vt probant pluribus, solidisque fundamentis, ac præcipuè ex Clementina, *Dudum*, & Extrauaganti, *Inter cunctos*. Panormitanus, Felinus, Bonifacius, Ioannes de Ligniano, S. Antoninus, Angelus, Tabiena, & Armilla: quos citat, & sequitur Emmanuel *to. 1. q. 61. art. 2.* communem Doctorum sententiam hanc appellans: ergo nec per Tridentinum, nec per hoc Decretum abrogatur; cùm in his iuris communis expressa abrogatio non fiat: ac in generali derogatione priuilegiorum, non comprehenditur insertum in corpore iuris communis, si non fiat huius specifica derogatio. Et hæc omnia docet Quintanaduenas, *vbi suprà*.

Sup. contento in hoc §. infra in §. vlt. huius Res. & signanter sup. hoc supra ex Res. 90. lege doctrinam §. Sed contrariam, & seq & aliorum §§. eius not.

6. Sed nolo suscitare tragœdias inter Regulares & Episcopos, ideò non discedo à negatiua sententia; quam tuentur omnes Authores Regulares, qui typis scripta sua mandarunt, adducentes dictum Decretum Vrbani VIII. & præcipuè inter illos Pater Auersa *de Sacrament. Pœnitent. q. 17. sect. 6* Peyrinus *tom. 3. priu. cap. 2. n. 38.* Peregrinus *in Compend. priu. Cleric. Regular. verb. Absolutio quoad saculares* Lezzana *in Summa tom. 1. c. 19. n. 17.* Bordonus *in consil. Regul. tom. 2. resolut. 52. n. 321. & tom. 1. resolut. 6. num. 11.* Ludouicus à Cruz *in Bull. Cruc. disp. 1. cap. 3. dub. 5.*

7. Nec obstant adducta à Quintanaduenas: nam quòd leges Pontificiæ non obligent: nisi in singulis Diœcesibus fuerint publicatæ, satis à nobis refutatum est *in p. 7. tract. 1. res. vlt.* Quòd verò tale Decretum non fuerit notificatum Superioribus Religionum, contrariũ patet ex facto: nam ipsi quotidie præbẽtes licentiã suis subditis mandandi typis libros, approbant tale Decretum in eisdem libris, in quibus asseritur, vt visum est *suprà*, Vrbanum VIII. per dictum Decretum derogasse priuilegia Regularium.

Quæ hic est in to. 9. tr. 1. Res. 345. &c.

8. Ad id, quod asseritur, dictum priuilegium esse clausum in corpore Iuris, nempe, in Clement. *Dudum*, & non esse derogatum in dicto Decreto, prout in specie erat derogandum. Respondeo cum Bordono, Lezzana, & Castro Palao *to. 4. tr. 23. p. 15. §. 4. n. 3.* quòd in dicta Clementina declaratur tantùm Regulares habere eandem facultatem, quam habent Parochi: sed non conceditur ipsis facultas absoluendi à casibus Episcopalibus.

Sup. hoc supra in § Accedit huius Res. & in aliis eius annot.

RESOL. CCLXXIII.

Vtrum Decretum super absolutione à casibus reseruatis deroget priuilegiis Confessariorum commorantium in hoc Sicil æ Regno, & Sardinia? Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. Res. 30.

§. 1. Notandum est, quòd hodie quicumque sæcularis, siue Regularis absoluere præsumens à casibus Episcopis reseruatis, seu contentis in Bulla Cœnæ & ab aliis quibuscumque etiam extra illam Apostolicæ Sedi reseruatis, excommunicationem ipso facto incurrit; & illius absolutio est Pontifici, reseruata, non obstantibus quibuscumque priuilegiis: vt patet per Decretum Sacr. Congregationis Illustrissimorum Cardinalium super negotiis Episcoporum, & Regularium editum die 9. mensis Ianuarij 1601. & ex declaratione illius edita die 26. Nouemb. is 1602. quam inuenies apud Finellium *de cas. reseru. cap. 6. n. 6* & alios.

Sup. doctrina cõtẽta in hoc §. lege latissimam doctrinam duarum præcedẽtium Res. & supra Res. 268. & aliorum §§. earum notationum, & vide etiam Res. 151. & alias eius nota.

2. His suppositis, quæritur modò, an Regulares existentes in hoc Regno virtute suorum priuilegiorum possint absoluere à dictis casibus. Et ratio dubitandi est; nam supradictum Decretum Congregationis est directum Regularibus, per vniuersam Italiam extra Vrbem degentibus. Megala *in 1. p. lib. 1. cap. 13. n. 20.* sententiam negatiuam amplexus est, quia, ait ille practicatur in Sicilia, quæ praxis fundari potest *in l. Insulæ. ff. de iudiciis*, vbi ita habetur *Insulæ Italiæ pars Italiæ sunt*, & sic tradunt etiam Bart. *in tr. de Insula, §. nullus n. 2* Cepolla *in tr. de seruit. rust. præd. c. 26. de mari, n. 16.* Cumia *de ritibus regni Siciliæ c. 6. n. 38* & Marta *de iur. p. 1. cap. 26. n. 36.* Ergo cùm sint dictæ insulæ partes Italiæ & decretum prohibeat absolutionem reseruatis virtute priuilegiorum confessariis degentibus in vniuersa Italia, comprehendit etiam eos, qui in Insulis prædictis degunt.

Et pro quæstione positã à lin. 1. §. 2. huius Res. supra in Res. 264. prope finem, vers. vrũ, & in Res. 265. §. vlt. & in Res. 269 §. etiam vlt, & in to. 6. tr. 1. Res. 25. §. 2. ad lin 3.

3. At Horatius Gambarupta *de cas. reser. c. 3. n 8.* contrariam opinionem amplexus est, vbi ait, An hoc decretum extendatur ad Insulas Italiæ adiacentes, vt sunt Sicilia, Corsica, & Sardinia, &c. qui Italiam describunt, vt Plinius *l. 3. c. 5.* & Ptolomæus *in sua Geographia l. 3. tab. 5. Europe*, has Insulas in Italia non admittunt. Nisi fortè dicamus, præsertim de Corsica, cùm sit in mari Ligustico, ita & in Liguria comprehendi: quæ est pars Italiæ: nam de Sardinia, & Sicilia minus videtur dubium, cùm sint extra Italiam, & mare, in quo sunt, non possit dici Italum, sed Afrum, aut medium inter Afrum, & Italum, vt est Sardinia Ideo non crederem ad eas Insulas se extendere hoc Decretum. Hæc ille, satis probabiliter. Adde, quòd Clemens VIII. in literis Indictionis sex decimarum super omnibus fructibus, & pensionibus Ecclesiasticis Italiæ, emanatis sexto Idus Maij 1601. specialem mentionẽ facit de prædictis insulis, dicendo se imponere prædictas decimas super fructus beneficiorum in Italia vniuersa, & in Insulis Italiæ adiacentibus consistentium.

Ita etiam expressit Vrbanus VIII. in Decretis de celebratione Missarum. Dat. Romæ die 21. Iulij 1625. quod frustrà Sum. Pontifices fecissent, si aliàs sub nomine vniuersæ Italiæ venissent, cùm expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operetur, *l. 3. de leg.* Sed post hæc scripta Sacra Cardinalium Congregatio sub die 18. Nouembris 1628. ex mandato Vrbani VIII. derogat priuilegiis Regularium absoluendi à casibus reseruatis Episcoporum etiam si extarent extra Italiam, & sic contraria sententia non potest ampliùs sustineri.

RESOL. CCLXXIV.

An Regulares virtute suorum priuilegiorum possint commutare, vel dispensare vota extra confessionem?

Quod vero in dicto casu dictum est de Regularibus virtute priuilegiorum, dicendum est de Bulla Cruciata, & Iubilæo, quia per ea confessary commutant vota.

Et notatur non oportere, vt commutans votum virtute nostrorum priuilegiorum sit confessarius vouentis; & idem dicendum est, si vota dispenset. Ex p.3.tr.2.Ref.9.

Sup. hoc in Ref seq. & sup. in Ref. 263 §. vlt. & in tom. 4. tr. 3 Ref. 69. § Et hæc, & ibi in tr 4. Ref. 22. & in tom. 8. tr. 4. Ref. 78. §. quarto, ad lin. 6.

§. 1. NEgatiuè respondet Peregrinus *in scholiis ad nostra priuilegia, tit. commutatio*, § 3. vbi sic asserit. Aduertendum est, quod cum nostri Confessores habent facultatem commutandi, & dispensandi in illis, virtute priuilegiorum non debent, nec possunt hoc facere nisi in Sacramento Pœnitentiæ. Similiter & illi, qui virtute alicuius Bullæ commutant, & dispensant Ita ille, qui citat Cordubam, & Sorbum.

2. Sed quia non sunt à nobis restringenda, sed potius amplianda nostra priuilegia, ideo contrariam sententiam aduersus Peregrinum teneo, & ita tenent Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 2. d. 19. q. 2. n. 5.* Henriquez *lib. 7. de indulg. c. 30. n. 6.* Sancius *in selectis d. 14. n. 2.* Layman *in Theolog. mor. lib. 4. tr. 6. cap. 10. n. 21.* Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 4. cap. 54. n. 16.* & Villalobos *in summ. tom. 2. tr. 34. d. ff. 29. n. 7.* vbi sic asserit. [Se aduierta que pueden vsar los Confessores de las Religiones destos Priuilegios de comutar, y dispensar los votos fuera de la Confession, segun la mas probable opinion y verdadera, que aunque en la concession de Paulo III. que queda referida se dize (confessionibus diligenter auditis) no se ha de referir esta clausula a la comutacion de los votos; sino ala absolucion de los pecados, aunque algunos tienen lo contrario, y assi se pueden comutar fuera de la confession: la razon es, porque aunque la clausula, que se pone en vna disposicion al principio, medio, ò fin de ella se entienda, que se refieta à todo lo continedo en la clausula, conforme al texto *in cap. 2. requisitis. de appellat.* mas ha se de entender esso. quando corre la misma razon en todo ello, come dizen Menochio, y Decio con otros, lo qual no acontece aqui, que come muy differente razon en la absolucion de los pecados, y la comutacion de los votos, que la absolucion de los pecados, forzosamente pide confession sacramental, y la comutacion de los votos no la ha de menester, y assi no es visto, que quiso limitar el Pontifice esta facultad.] Sic Villalobos, & alij.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 4. Ref. 78. §. quarto, ad lin. 9.

3. Est igitur supradicta opinio probabilissima, & tuta in praxi. Notandum est tamen hic obiter cum Sanchez *vbi suprà in summ. tom. 1. lib. 4. c. 54. n. 17.* & Henriquez penes ipsum, non oportere, vt commutans vota virtute nostrorum priuilegiorum sit Confessarius vouentis; quia priuilegia solum petunt Confessarium ex approbatis ab Ordinario. Et idem contra Rodriquez *in addit. ad Bull. Cruc. §. 9. n. 120.* dicendum esse putat Villalobos *loco citato, n. 6.* Si Regulares non commutent, sed dispensent vota, sic enim ibi. [Mas probable me parece, que esta facultad se entienda à dispensar los votos de los que vienen de otras partes, de suerte que pueden dispensar los votos de todos a quellos, cuyas confessiones pueden oyr.] Quod verò dictum est de Regularibus virtute priuilegiorum, dicendum est etiam de Bulla Cruciatæ, & Iubilæo. Nam Confessarij, qui per Bullam, vel Iubilæum commutant vota, possunt id efficere extra Sacramentum Confessionis, vt ego alibi satis firmaui & docui.

Alibi signanter in Ref. 3. not. 1. huius Ref. & in Ref. 4.

RESOL. CCLXXV.

An Regulares possint commutare, vel dispensare vota extra confessionem?

Et quid de absolutione censurarum?

Et docetur, quod quando quis operatur cum opinione probabili, operatur tute, & incedit per viam tutam, & tutas facit suas operationes. Ex p.4.tr.4.& Misc.Ref.8.

Quæ hic est Ref. antecedens, & supra in Ref. 263. §. vlt. & in tom. 4 tr. 3. Ref. 69 §. & hæc, & ibi in tr. 4. Ref. 22. & in tom. 8. tr 4. Ref. 78. ad lin. 6.

§. 1. AFfirmatiuè contra Peregrinum respondi *in 3. part. tr. 2. resol. 9.* sed ipse nouissimè contrariam sententiam docet *in addit. q. 11.* quam iterum refello, nam priuilegia fauorabilia sunt, & latè interpretanda, quia licèt sint priuilegia iuri communi derogantia, vnde etiam odia iuris dicuntur, & odia sint restringenda; tamen hoc non habet locum quando priuilegium in fauorem publicum concessum est, tunc enim non odium, sed fauor Principisque beneficium censetur, & ideo latè interpretandum est quantum eius verba patiuntur. Ita glossa & Panormitanus *cap. fin. num. 2. de simon.* quod multo magis procedit, quando huiusmodi facultas non particulari alicui, sed integro Ordini largita est, vt *in præsenti*, quo casu etiam fauorabilis censetur, & extendenda, & hæc omnia docet in terminis casus nostri Tamburinus *de iure Abbat. tom. 2. disp. 19 quæstion. 2. numer. 2.* qui citat Lessium & Sanchez, & ideo nouissimè docuit etiam hanc sententiam Aloysius Bariola *in aphorism. lit. V. verb. votum*, ex quibus apparet quàm rectè dixerim contra Peregrinum. hæc priuilegia esse amplianda; quòd verò non amplientur absque ratione, vt ipse docet, patet per ea, quæ adducunt Doctores à me citati, quibus nunc addo Suarez *de Religion. tom. 2. lib. 6. cap. 16. num. 4.* Henriquez *lib. 7. de Indulg. cap. 30. numer. 6.* Sotum *de iust. lib. 7. quæst. 4. art. 3.* non obstante quòd in dictis priuilegiis ponatur ablatiuus ille absolutus, *confessionibus auditis*, quia cùm adeò distent inter se, absoluere à peccatis, ac vota commutare, neque hoc confessione indigeat, non censendus est Pontifex velle totum priuilegium limitare per illum ablatiuum absolutum, sed singula singulis sunt referenda, & ita ille refertur ad absolutionem à peccatis, quæ immediatè sequitur, quippe ea est regula vt clausula posita in vna parte dispositionis, siue ponatur in principio, siue in medio, siue in fine; censeatur referri ad omnia in ea clausula, ex *cap. secundò requiris, de appell.* At intelligitur, quando omnium eadem est ratio, quod in casu nostro non contingit, ergo, &c. Non est igitur hoc priuilegium extensum sine ratione, vt asserit Peregrinus, & per consequens neque contra mentem Summi Pontificis, quæ omnia confirmantur, quia antequam in literis sacræ Pœnitentiariæ poneretur illa clausula, *audita confessione, nec aliter, nec alio modo*, satis probabiliter, vt obseruat Filliucius *tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. num. 153.* asserebant aliqui dispensationes emanatas ex dicta S. Pœnitentiaria potuisse fieri extra confessionem, & ita docebat Salas *de legibus disp. 20. sect. 10. num. 98.* Sanchez *de matrimon. lib. 8. disp. 34. num. 29.* & Castrus Palaus *tom. 1. tract. 10. disp. 6. punct. 15. §. 1. num. 6.* & alij.

2. Restat

2. Restat modò respondere ad cætera argumenta quæ adducit Peregrinus; & ad illud fundatum supra dictam clausulam appositam nouissimè à sacra Pœnitentiaria, *audita confessione, & non aliter*, &c. respondeo quòd dictæ litteræ sacræ Pœnitentiariæ emanant in fauorem particularium personarum, & ideo non est mirum si Summus Pontifex velit tales gratias concedere cum illo onere & conditione; secus autem dicendum est in casu nostro, nam priuilegium conceditur integro Ordini Religiosorum, quo casu magis fauorabile censetur, & ideo latè interpretandum est, vt latè probat Tamburinus *loco citato*; vnde non sequitur id, quod intendit Peregrinus. Ex quibus etiam patet responsio ad secundum argumentum. Ad tertium verò vbi asserit quòd personæ prudentis est semper ac potest incedere per viam tutam, sic etiam est facere suas actiones tutas dum potest, & non exponere illas sub opinione Doctorum. Respondeo quòd quando quis operatur cum opinione probabili, operatur tutè, & incedit per viam tutam, & tutas facit suas operationes, & reuera ita est, vt asserunt omnes Doctores. Vnde rectè Io. Sancius *in selectis disp.* 44. *numer.* 66. obseruat, quòd dum communiter inquiunt Doctores inter opiniones probabiles dari vnam securiorem, & tutiorem alterâ, non ita est intelligendum, quod maius periculum incidendi in culpam inueniri possit, vnam opinionem sectando, quàm aliam, nam cùm quælibet opinio probabilis tutam reddat conscientiam in operando, non minus tutum erit operans iuxta vnam, quàm iuxta aliam opinionem. Ita ille, & hæc dicta sufficiant circa opiniones, & defensiones Peregrini.

Sup. hoc magis late in tom. 8. tr. 1. Res. 1. & in Res. 4. §. Sed videamus. signanter ad medium, & in §. Ad id. & hic inferius in tr. 6. Res. 24. à lin. 4. vers. nam in moralibus.

RESOL. CCLXXVI.

An Regulares possint commutare, vel dispensare votum peregrinationis vltra duas dietas? Ex p. 3. tr. 2. Res. 121.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 4. Res. 78. §. Quarto. in principio.

§. 1. Peregrinus *in compend. nostrorum priuilegiorum part. 1. titul. absolutio*, §. 12. negatiuam sententiam docet, & duas dietas Sanchez *de matr. tom. 3. lib. 8. disp. 16. num. 1.* Bartholomæus à S. Fausto *in thes. Relig. q. 173. n. 1.* & alij asserunt esse viginti leucas. Sed noster Molfesius *in summ. tom. 1. tract. 11. cap. 15. n. 134.* docet, quòd votum peregrinationis vltra duas dietas intelligitur de peregrinatione, quæ duobus diebus compleri nequit, & ad summum est sexaginta milliariorum, & ita se habet communis praxis. Ita Molfesius, quod est valde notandum.

2. Verùm non desinam hîc adnotare, quod noster P. Alfonsus de Leone *in tractat. de officio, & potest. Confessar. tomo secundo, recollect.* 10. *numer.* 173. tenet, Regulares posse dispensare, & commutare vota peregrinationis vltra duas dietas, & hoc per expressum priuilegium, quod habetur *in compend. priuileg. Congregationis sanctæ Mariæ Fuliensis, vers. dispensatio.*

RESOL. CCLXXVII.

An Regulares vigore priuilegiorum possint dispensare ratione alicuius vrgentis necessitatis in voto castitatis absoluto, in quo casu potest Episcopus dispensare? Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. Res. 50.

Sup. contento in hoc & seq. §. in tom. 3. tr. 2. Res. 75. & 133. §. proba-

§. 1. Curiosum est dubium: pro quo suppono certum esse vota reseruata, siue sint vota castitatis, siue Religionis, non ita amarè ac rigidè accipienda esse, vt numquam liceat Episcopis in illis dispensare; licèt enim illis in his votis castitatis perpetuæ ac religionis (& idem de cæteris reseruatis) dispensare etiam cum solutis, & non coniugatis, vt ineant matrimonium, quando magnum periculum incontinentiæ imminet; & non est facilis aditus ad Summum Pontificem præ paupertate, aut alia causa; quia non est credendum esse mentem Summi Pontificis velle in tali casu reseruare sibi hæc vota: neque est verisimile velle eum, vt animæ laqueis voluntariis irretitæ in eo periculo sine remedio relinquantur. Et ita docent expressè Sanchez *lib. 8. de Matrim. disp. 9. n. 22.* Syluester *verb. votum 4. quæst. 4.* Nauarrus *in summa Latin. cap. 12. num. 76.* Palatios *in 4. dist. 38. disp. 2. col. 9. vers. & quidem Episcopus.* Henriquez *lib. 6. de pœnitentia, cap. 14. num. 7. in commento lit. P, & lib. 7. de Indulgentiis, cap. 90. num. 6. in commento lit. B.* Sà *in summa verb. votum, vbi de voti irritatione, num.* 11. Valentia 2. 2. *disput.* 22. *quæst.* 6. *punct.* 7. *col.* 10. *vers. ex quo sequitur.* Aragonius 2. 2. *quæst.* 88. *articul.* 12. & alij communiter.

tur, paulo post initium à vers. Secundo votum. & in tom 4. tr. 3. Resol. 119. ex eius doctrina in diuersis illius §§ signãter in §. Sed eius à lin. 5. & in tom 8. tr. 4. Res. 58. § vlt. & cuisim in aliis §§. earum notationum.

2. Nec solùm quando imminet periculum solius incontinentiæ ex mora, & Summus Pontifex non potest commodè adiri, potest Episcopus in voto castitatis, aut religionis dispensare; sed etiam si aliud quodcumque graue periculum immineat, vt grauis scandali, vel magni detrimenti tertiæ personæ; qua ratione asserit Sanchez *lib. 8. de Matr. d. 9. n. 22. post medium*, se hac de re consultum censuisse, potuisse Episcopum dispensare cum iuuene, qui voto Religionis adstrictus virginem deflorauerat, ac grauidam effecerat, volebatque eius famæ consulere eam ducens, eratque periculum in mora, quia si dispensatio Pontificia expectaretur, impediretur matrimonium à consanguineis iuuenis, qui illi repugnabant, ac mutaretur iuuenis voluntas, quæ non tam firma erat, quin facilè mutari posset, ac de facto dispensasse Episcopum & ita docet idem Sanchez allegatus, & fauent Syluester *verb. votum 4. quæst. 4.* & Henriquez *lib. 6. de pœnitentia, c. 14. n. 7. in commento lit. P, & lib. 6. de Indulgentiis, c. 90. n. 6. in commento l. B.* qui non limitarunt periculum ad incontinentiam, sed generaliter dixerunt posse Episcopum dispensare, quando nequit adiri Papa, nisi periculum interueniat in mora; & idem sentiunt omnes Doctores, qui generaliter hac de re loquentes, affirmant ob incontinentiæ periculum, vel aliam grauem causam occurrentem posse Episcopum dispensare, si Summus Pontifex facile adiri non potest. Ita Doctores *loc. cit.*

3. Hoc supposito ad dubium propositum affirmatiuè respondet Crousers *in Regulam S. Francisci cap. 7. lect. 29. fol. 785.* vbi sic ait. Dubitare tamen hoc loco aliquis potest, quòd cum Mendicantes dispensare possint in omnibus votis, in quibus possunt Episcopi: vtrùm sicut Episcopi dispensant in voto absoluto castitatis, & Religionis; quando vouens taliter est constitutus, vt propter incontinentiam votum eiusmodi sit ipsi maximè periculosum, nec est facilis votum habenti accessus ad Pontificem, vel propter paupertatem, vel propter distantiam, & interim vrget: vti dictum est, periculum incontinentiæ: vtrùm, inquam, in tali casu non possint Mendicantes dispensare, vel commutare per priuilegia sua: Negat Sanch. *l. 4. oper. Moral. c. 43. n. 7.* Ratio eius est, quia in tali casu votum eiusmodi est verè reseruatū, ac dispensatio verè cadit in materiam reseruatam; & ideò casus illi non censentur Episcopales, nec Episcoporum iuri ordinario subiecti; sed per accidens potest Episcopus in illis dispensare, ex quadam benigna voluntatis reseruantis interpretatione. Verùm ego non video, quomodo per accidens tantùm hoc possit Episcopus: quandoquidem ipsemet Sanchez *c. 40. n. 25.* doceat, quòd seclusa reseruatione, sit integrum Episcopis dispensare in suis Diœcesibus in omnibus votis, sicut Pontifici in toto orbe: quod cùm ita

Sup. hoc supra in Res. 267. à §. Sed ego, & § vlt. & in tom. 3. tr. 3. Res. 4. §. vide. & seqq. & in Res. 5. not. 1. huius Res. §. Obseruandū. & seq. & in Res. 4. in eodem §. in fine

ita sit, vel Episcopi in dicto casu dispensare possint priuilegio ipsis concesso post reseruationem vniuersalem hunc etiam casum includentem: & hoc nullus admittit; quia de tam vniuersali reseruatione, nec vllo iure, nec consuetudine constat, sicut nec de priuilegio. Restat ergo, vt dicamus id posse Episcopos: quia ex modo reseruationis rationi congruo constat, id Episcopis mansisse residuum ex antiquo iure, quod habebant, dispensandi in omnibus votis per suas Diœceses, sicut Pontifex: ac proinde potiùs per accidens esse, quòd tam ampla potestate non ampliùs gaudeant, quàm quòd hæc tantilla ipsis adhuc conueniat. Quod autem dicit, quòd votum eiusmodi sit verè reseruatum, non video, qua ratione id intelligat: vel enim vult reseruatum esse secundùm speciem, & hoc non potest dici: quia sic votum eiusdem materiæ factum ex metu leui per iniuriam incusso esset reseruatum, quia est eiusdem speciei, & tamen non est reseruatum: vel intelligit esse verè reseruatum in indiuiduo, & secundùm indiuiduum, & hoc manifestè falsum est; quia si sic reseruatum esset, in eo non dispensaret Episcopus. Dispensat autem non potestate delegata, sed quam delegare possit, ac proinde ordinaria, cùm sit perpetuò annexa dignitati Episcopali, idque non ex priuilegio, iuri etiam incluso, per quod scilicet id ipsis concederetur, quod iure non poterant: sed iure ordinario, per quod ipsis manet dicta potestas, quamdiu non fuerit ipsis legitimè sublata, circa similes casus. Quæ cùm ita se habeant, non video, quare Ordines mendicantes per sua priuilegia valentes dispensare in votis sicut Diœcesanus, in hoc vel simili casu id non possint. Hucusque Crousers.

4. Sed vt verum fatear, sententia negatiua Sanchez, quam ipse impugnat, est communis inter Doctores, & ita docet Henriquez *lib. 9. de pœnitent. cap. 14. num. 7. litt. P*, Rodriquez *in Bull. Cruciata, §. 9. num. 118. & de Quæstionibus Regular. tom. 1. quæst. 41. art. 9. & quæst. 63. art. 6.* & Suarez *tom. 2. de Relig. tract. de voto, cap. 16. num. 18. & 19.* Et ratio est, quia Religiosi habentes priuilegium dispensandi in casibus Episcopalibus minimè possunt dispensare in casibus, qui non iure ordinario, sed ratione vrgentis necessitatis competunt Episcopis: quia hi non dicuntur simpliciter casus Episcopales sed verè ad Pontificem pertinent; & solùm ex quadam iuris interpretatione Episcopis censentur permissi. Et hanc sententiam nouissimè docet etiam Fagundez *in Præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 45. num. 15.*

RESOL. CCLXXVIII.

An votum castitatis emissum ante contractum matrimonium possit commutari virtute priuilegiorum, quibus fruuntur Regulares, vt vouens possit petere debitum?

Et quid super hoc quoad Episcopum, Bullam Cruciatæ, & Iubilæum?

Et docetur, quod dispensatio ad petendum debitum potest fieri extra Sacramentum Pœnitentiæ. & in casu necessitatis in absentia. Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. Res. 16.

Supr. hoc in tom. 5. tr. 2. Resolut 76. §. Eandem, & in Res. 133. §. vlt. in fine, & infra ex Res. 270. lege §. penult.

§. 1. Negatiuam sententiam docet Leander *de sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 14. quæst. 117.* vbi quærens, an votum castitatis emissum ante contractum matrimonium, possit virtute Bullæ, aut Iubilæi commutari à confessario, vt possit vouens petere debitum. Et respondet non posse virtute Bullæ aut Iubilæi, aut priuilegiorum Religionis. quia cum castitatis votum, sit Pontifici reseruatum, eidem ipsius obligatio quæ est, nec coniugis debitum petatur, reseruata est. Ita Leander.

2. Verùm ego libenter ipsi adhæreo quoad Bullam Cruciatæ, & Iubilæum, vt alibi docui, & docet Escobar *in theol. moral. tom. 1. lib. 7. sect. 2. cap. 34. Probl. 87. numer. 724.* Magister Gallego *in Bull. Cruc. capit. 9. claus. 9. part. 3. §. 1. dub. 169.* & alij. Tamen prorsus dissentio quoad Priuilegia Regularia, & ita docet Andreas Mendo *in Bull. Cruciat. disput. 26. capit. 31. num. 120.* vbi me citato sic ait. Infertur duodecimo, votum castitatis emissum ante contractum matrimonium, non posse commutari virtute Bullæ vt possit vouens petere debitum. Ratio, quia illud votum fuit absolutum omnimodæ castitatis, & perfectum, quare nulla eius obligationis pars potest commutari, nisi ab eo, cui est tota obligatio reseruata, nempè Pontifici, vel ex eius indulto id specialiter concedente. Nec obstat, Episcopum posse dispensare in eo voto ad petendum debitum. Nam vt omnes prædicti Authores docent, id queunt Episcopi ex iure speciali, aut ex consuetudine, non vero id prouenit ex natura reseruationis, per Bullam autem commutari possunt ea vota, in quibus potest Episcopus dispensare, non ex iure speciali, aut consuetudine, sed attenta reseruationis natura.

Supr. hoc pro Bulla Cruciatæ in Resol. 1. not. præteritæ & in eodem §. in fine & in tom. 4. tr. 3. Res. 107. §. 1. & in aliis earum annotationum pro hac diffic.

Supr. hoc pro Episcopo latè in Res. 1. not. primæ huius R. in principio, & in aliis eius primæ not.

3. Falsò autem asserit Leander, non posse commutationem prædictam fieri, non solum per Bullam, aut Iubilæum, sed nec per priuilegia Religionum. Etenim per ea priuilegia potest dispensari (& à fortiori commutari) cum his, qui post emissum votum simplex castitatis, matrimonium contraxerunt, ad hoc vt debitum petere valeant, admonito eo, cum quo dispensatur, vt votum seruet, si coniugi sit superstes. Sic concessit Pius V. Franciscanis die 26. Octobris anno 1569. Quo priuilegio fruuntur omnes Religiones communicantes in cæterarum priuilegiis. Et in nostra Societate eo vti queunt omnes confessarij, quibus Prouinciales id commiserint, vt habetur in Compendio priuilegiorum Societatis, *verbo, dispensatio* §. 9. Ita Mendo, cui adde Martin. de San Ioseph *in Regul. Sancti Francisc. part. 2. §. dispensar. n. 12. & 14.* vbi me citato putat, quod hæc dispensatio ad petendum debitum potest fieri extra Sacramentum Pœnitentiæ, & in casu necessitatis in absentia per scripturr.

Supr. hoc supra in §. 1. huius Res. & in aliis eius primæ annot.

Sup. hoc infra in Res. 280. §. penult. & in aliis eius not. & aduerte in illius distinctionem.

Sup. hoc infra in Res. 280. §. vlt. cursim ad medium, & in Resol. 281. §. vlt. post medium, à vers. Secunda conditio. & in aliis eius not. & pro absentia in tom. 4. tr. 3. Res. 233. § 2. ad medium, vers. quæritur an.

RESOL. CCLXXIX.

An Confessores Regulares possint dispensare cum his, qui in primo gradu affinitatis contraxerunt? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. Res. 27.

§. 1. Ad hoc dubium sic respondet Brunus *de priuileg. Regular. part. 1. tract. 5. cap. 5. propos. 3.* Aduerte pro huius propositionis corollario, Roffensem virum magnæ Sanctitatis & doctrinæ, qui pro fide Catholica gladiis impiorum occubuit, in libello qui inscribitur *De causa Matrimonij*, in principio affirmare Leonem X. Augustinianis per totum Orbem existentibus concessisse per Bullam, vt cum his qui in primo gradu affinitatis scienter, vel ignoranter contraxerint, modo notorium id non fuerit; neque in iudicium productum, dispensare valeant; vt de nouo contrahant, & in eodem item matrimonio contracto maneant, pro etiam legitima. Hæc Roffensis; de quo priuilegio non auderem dubitare propter viri eminentis Sanctitatis, & doctrinæ testimonium.

2. Nec obstat primò quod non sit in vsu, quoniam præter quod non constat de hoc non vsu, cum versetur circa occulta, quæ solis Confessario, & pœnitenti sunt nota, probauimus in tractatu de priuilegiis in communi, priuilegia, non amitti per non vsum.

Non

Non obstat Secundò; quod Episcopi ea facultate careant, cùm constet Regulares in quibusdam casibus, priuilegiis aliquibus potiri, quibus Episcopi minimè gaudeant, vt in casu percussionis Clerici, & aliis Ita Bruno.

3. Sed de hoc priuilegio nimis dubito, Et quis scit an fuerit concessum viuæ vocis oraculo? Et quidem si Pontifex concedit Commissario Cruciatæ priuilegium dispensandi in primo, & secundo gradu affinitatis cum tantis limitationibus, & præcipuè vt vnus ex coniugibus bona fide, & impedimenti ignarus contraxerit, difficilè videtur concessisse tale priuilegium cuicunque confessario Regulari absolutè, etiamsi scienter, vel ignoranter contraxerint; & si hoc admitteretur, ad nihilum deseruiret Sacra Pœnitentiaria Romana, nam vnusquisque haberet præ manibus remedium, nempe adeundi pro dispensatione Confessarium Regularem; ad quam tamen obtinendam Sacra Pœnitentiaria tam maturè procedit; vt omnes scimus. Et Sanctissimus Dominus noster Innocentius X. in suo Pontificatu ferè semper negauit talem dispensationem. Non est igitur admittendum Regulares habuisse, nec habere tale priuilegium, & ideò caueant ab opinione Patris Bruni.

RESOL. CCLXXX.

An Confessarij Regulares virtute suorum priuilegiorum possint dispensare cum sæcularibus ad petendum debitum, si à suis Superioribus ad hoc minime deputati fuerint?

Et notatur, quod Prouinciales concedentes alicui subdito licentiam vt possit dispensare cum impeditis ad petendum debitum ab incestu vel voto, non possunt dictam licentiam reuocare absque iusta causa.

Et an hæc licentia non expiret, quamuis Prouincialis, qui eam concessus fuerit, moriatur?

Et an hæc dispensatio ad petendum debitum possit fieri extra Sacramentum, & vrgente necessitate in absentia per se ipsum? Ex p.3.tr.2.Res.14.

Sup. hoc in duabus Ref. seqq. & in tom. 1. tr. 1. Ref. 103. cursim in §. vlt. & in tom. 2. tr. 6. Ref. 245. §. Notandum est. in fine, & in tom 3. tr. 2. Ref. 76. §. De Confessariis. & §. Et tandem. sed aduerte obsecro ad eius distinctionẽ, & etiam positam in §. penult. huius Ref. quia ibi pro voto, hic autem, pro incestu. pro quo hic etiã supra in Ref. 160. cursim in fine.

§. 1. Videtur affirmatiuè respondendum ex Peregrino *in compend. nostrorum priuilegiorum part. 1. tit. Dispensatio*, §. 8 vbi sic ait: Confessarij nostræ Congregationis possunt in foro conscientiæ dispensare cum sæcularibus inter coniugatos, quorum alter eorum cum alterius consanguinea adulterium perpetrauit, ad petendum debitum coniugale. Ita etiam docet Sayrus *in claui Regia lib. 6. cap. 11. n. 98.* Vnde Ioannes Suarez *in Enchiridio casuum conscientia lib. 5. tr. debitum coniugale*, §. *incestuosus coniux*, sic asserit. Regulares dispensare possunt cum incestuoso ad petendum debitum, si sint deputati à Prouincialibus. Verum alij hanc limitationem non referunt, sed absolutè docent concessum fuisse Confessariis Ordinum Minorum, & Prædicatorum, vt absque alia facultate possint in dicto casu dispensare. Ita ille, qui citat Peregrinum in compendio nostrorum priuilegiorum.

2. Sed ego contrariam sententiam prorsus sustinendam esse puto, vt patet clarissimè ex verbis priuilegiorum, quæ hanc facultatem tantum concedunt Confessariis deputatis ad hoc à Prouincialibus, & ideo docent hanc sententiam omnes, qui super priuilegia Regularium diligentissimè scripserunt, vt Rodriquez *tom. 1. q. 63. art. 1.* Portel *in dubiis Regular. ver. Abbas. n. 5. & vers. Confessor erga sæculares, n. 18. & 23.* Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib. 2. c. 6. dub. 9. concl. 1. & 2.* Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 4. cap. 43. n. 10.* Hieronymus Rodriquez *in compen. qq. Regular. resol. 104. num. 15.* Rebellius *part. 2. lib. 3. quæst. 18. num. 16.* & Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 13. diff. 51. num. 5. & diff. 52. num. 10.* vbi sic asserit [Puede dispensar para pedir el debito el Comissario de la Cruzada, conforme al tenor de su commission, y puede tambien dispensar el Obispo, como tiene Soto, y esta en vso, pueden lo mismo los confessores de nuestra Orden, y los que gozan de nuestros priuilegios, como tengan comission, para ello de sus Prouinciales, y no espira esta comission, aunque muera el Prouincial, ò acabe su oficio.] Ita ille.

Sup. hoc in Ref. seq § vlt. cursim ad medium, vers. & mortuo.

3. Nec Peregrinus, Sayrus, & alij faciunt contra nos, nam fateor magis clarè loqui debuisse: attamen, ipsi, vt patet, præbent Confessariis hanc facultatem iuxta priuilegia Pij V. Iulij II. &c. Sed dicti Pontifices facultatem concedunt per dicta priuilegia Confessariis à Prouincialibus ad hoc specialiter deputatis; ergo etiam secundùm Peregrinum, & alios id absolutè efficere minimè possunt Regulares, nisi à Superioribus ad id fuerint designati. Igitur explicandus est Peregrinus, & alij secundum tenorem priuilegiorum, quæ citant; aliter nec sunt audiendi, nec sequendi, vt perperam illos intellexit, & sequutus est Suarez *vbi suprà*.

4. Notandum est tamen, quod post hæc scripta inueni, Molfesium *in summ. tom. 1. tract. 4. c. 12. n. 42.* quem sequitur Leone *de offic. & potest. Confess. tom. 2. recollect. 10. num. 125.* docere Confessarios Societatis IESV habere hanc facultatem ab A. R. P. Generali; & citat pro hac sententia Sanchez *de matrim. tom. 3. lib. 5. disp. 16. num. 1.* qui tamen non loquitur in casu nostro, sed in dispensatione votorum, in quo casu etiam loquitur Priuilegium nostræ Religionis, quod adducit Molfesius; qui confundit hos duos casus multum inter se diuersos, ratione diuersitatis priuilegiorum Summorum Pontificum. Nam in Priuilegio Pij V. concedentis dispensationem in incestu, habetur, quod hæc auctoritas concedatur à Prouinciali viris Religiosis, ac doctis, vnde non potest committi omnibus indiscriminatim, & absolutè. Et ideo mihi constat, quod in Societate IESV hæc facultas committitur à Prouinciali particularibus Confessariis, & non omnibus.

Sup. hac distinctione cõtrarium lege supra ex Ref. 278. §. vlt. post medium, vers. & in nostra, & latius & melius in tom. 3. tr. 2. Ref. 76. §. eandem. & seq. & in alia. Ref. eius not.

5. Notandum est tamen hîc obiter cum Portel *vbi suprà in dubiis Regul. ver. Prelati potestas, num. 20.* quod Prouinciales concedentes alicui subdito licentiam, vt possit dispensare cum impeditis ad petendum debitum, ab incestu, vel voto; non possunt datam licentiam reuocare absque iusta causa, faciunt enim iniuriam illi, qui habebat. Ita Portel, qui citat etiam Rodriquez. Nota etiam, vt alibi diximus cum dicto Portel *in addit. ad dubia Regular. ver. Confessor dispensans, n. 13. & 14.* quod hæc dispensatio ad petendum, debitum, potest fieri extra Sacramentum, & vrgente necessitate in absentia per scriptum, quod est valde notandum.

Alibi in Ref. seq §. vlt. post mediũ, à vers. secunda conditio. & in aliis eius not.

RESOL. CCLXXXI

An Regulares possint dispensare in impedimento affinitatis ad petendum debitum inter coniugatos, & hoc virtute priuilegiorum præcipuè Pij V.

Et an hoc sit reuocatum per particularem Bullam Vrbani VIII. anno 1631.

Et an Regulares debeant esse Confessores deputati ad talem dispensationem faciendam per Superiorem Monasterij?

Et an dicta dispensatio debeat fieri in Sacramento Confessionis, & non extra, & in domibus & Ecclesiis Religionis, & non extra? Ex p.6.tr.8.& Misc. Res.32.

§. 1. Alibi affirmatiuam sententiam docui, & renent Miranda *in man. tom. 1. quæst. 47. artic. 4.*

Alibi in Ref. præterita, & in aliis eius primæ not.

Portel *in dubiis Regul.verb.Confess.regul.erga saeculares, n.23*.Rodriq *in Quaestionib.Reg.tom.1.q.47.art.1*.Sanch. *de Matr.to.2.l.8.disp.16.n.8*. Io.de la Cruz *de priuil.l.9. dub.9.concl.1*. & alij. Et hoc virtute priuilegiorum, & praecipuè Pij V.

Supr. hoc in Ref. seq. Sed quoad hoc lege supra latam doctrinam Resolut. 250. & aliarum eius primae not.

2. Sed aduertat Lector hanc sententiam veram olim fuisse, nunc verò non esse admittendam, quia priuilegia illa concessa regularibus ad dispensandum in nostro casu, fuerunt ex viuae vocis oraculo, anno 1631. per Bullam particularem ab Vrbano VIII. reuocata. Verùm nota quòd Pater Lezana *in sum.QQ reg. to.3. verb. Affinitas, n.4.& 5*. obseruat hodie non obstante dicta Bulla, posse Regulares dispensare in dicto casu ex quodam priuilegio concesso Monachis Monasterij S. Benedicti Congregationis Vallisoletanae concurrentibus tamen aliquibus conditionibus. Prima, hos Confessarios deputandos esse ad talem dispensationem faciendam per superiorem Monasterij, ita vt non sufficiat generalis facultas audiendi Confessiones fidelium sed requiritur ista deputatio ad hoc munus specialiter: & mortuo Superiore vel amoto qui talem designationem fecit, cessat designatio ab illo facta, eo quòd illa est ad nutum concedentis reuocabilis. Secunda conditio est, vt dicta dispensatio efficiatur in Sacramento Confessionis, & non extra: efficiatur in domibus & Ecclesiis Religionis, & non extra: quae quidem omnia nō erant necessaria ex priuilegio Pij V. & aliorum Pontificum. Vnde ex his Confessarij Regulares cautè procedant in dispensando super petitione debiti inter vxoratos; quia vt dictum est post Bullam Vrbani VIII. non deseruiunt priuilegia antiqua, & in casu contingenti videant Lezana *vbi supra*.

Sup. hac deputatione lege praecedentem Ref. & alios §§. eius primae not. Et pro mortuo, vel amoto superiore contento in hoc textu ibidem in fine §.2. Et pro secunda conditione etiam cōtenta in hoc textu ibidem in fine dictae Ref. & supra in Ref. 263. §. vlt. & in R.278. in fine & aliis earum notationum, & in tom. 4. tr.3 Ref.131. § 2. ad medium.

RESOL. CCLXXXII.

An Confessarij Regulares possint dispensare ad petendum debitum cum coniugibus, qui inter se contraxerunt affinitatem ex incestu?

Et an vigore alterius priuilegij Iulij II. possint hodie Confessarij Regulares dispensare in dicto casu absque deputatione Prouincialis, quod erat necessarium vigore priuilegij Pij V.

Et an coniugatis ignorantibus hoc impedimentum non sit opus eos docere de huiusmodi impedimento, maximè si nullus speratur fructus. Ex p.10. tract.14. & Misc.4. Ref.22. aliàs 20.

Supr. hoc supra in Resol. 280. & 281. & in aliis not. 1. Ref.1. huius annot.

§. 1. DE hac quaestione in variis locis à nobis tractatum fuit: & tandem *in part.6*. putaui Priuilegium Pij V. fuisse per Bullam Vrbani VIII. derogatum. Sed nouissimè Leandrus *de Sacr.to.2.tr.9. disp.14.q.16*.& Martinus de San Ioseph, *in Mon.Conf. tom.1.l.1.tr.53.de Matr.n.3*. acriter contendunt, dictum Priuilegium Pij V. non fuisse ab Vrbano VIII. derogatum, quorum sententiam satis probabilem existimo. difficultas est, an vigore alterius Priuilegij, possint hodie Confessarij Regulares dispensare absque deputatione Prouincialis, quod erat necessarium vigore Priuilegij Pij V. Et affirmatiuam sententiam inuenio docere Leandrum, *vbi supra q.17. in fine* &, Reuerendissimum Candidum Sacri Palatij Magistrum, *tom.1.disquis.27.art.vnico, dub.9*. & hoc ex priuilegio Iulij II. concesso Congregationi S. Benedicti Vallisoletae: Sed in hoc casu necessaria est deputatio Superioris localis, vt contra me obseruat Martinus de San Ioseph, *vbi supra, tr.53.num.9*. Sed in mei fauorem nouissimè Bordonus *in Miscellan.dec.474*. loquendo in terminis Priuilegij Pij V. sic ait: Licèt sit oraculum viuae vocis à Cardinali declaratum & confirmatum cum sua subscriptione, non ideò videtur comprehensum sub reuocatione aliorum, iuxta ea, quae dixit *Resol.31.n.3*. In locis praecitatis dixi esse necessarium, quod Superior deputet ad id munus Confessarium, vt valeat vti hoc priuilegio, sed postea obseruaui, hanc deputationem non esse necessariam, quia eius loco successit nostris temporibus approbatio Episcopalis iuxta Tridentinum. Practicari igitur potest priuilegium, si casus occurrit. Ita ille. Vnde me citato Machadus, *tom.2.lib.5. p.3.tr.3. docum.2. n.2*. sic ait: [Però queda dudoso, y controuerso entre los Dotores, si esta facultad la gozen generalmente todos los Religiosos expuestos à confessar; ò sea necessario que especialmente esten deputados por el Prouincial para este efeto. Graues Autores sienten, quedeuen ser los Confessores deputados por su Prouincial para este effeto, porque la facultad de dispensar en cosa tan graue, no conuenia conceder la indistintamente à todos los Religiosos Confessores, sino solamente à aquellos, que el Prouincial juzgasse por mas idoneos; y assi afirman se obserua en la compañia de Iesus. Però no obstante esto, otros defienden lo contrario; juzgando, que por los priuilegios referidos basta que el Religioso sea aprobado para confessar segun la forma del Consilio, sin que necessite de que tambien sea expuesto por su Prouincial para este efeto.] Haec Machadus. Verùm ad tollendas omnes difficultates optimum esset si Superiores locales in singulis domibus designarent hos Confessarios ad dispensandum, stante id quod asserit Martinus de San Ioseph *loco citato*.

2. Nota verò hîc obiter; quod Bordonus *vbi suprà*, optimè obseruat id quod ego alibi docui, nempe, quod Coniugati ferè omnes etiam docti, ignorant hoc impedimentum, raro enim potest occurrere casus, cùm non peccent petendo debitum excusante illos ignorantia; nec opus est, eos edocere de huiusmodi impedimento, maximè si nullus speratur fructus, immo Confessarius meliùs taceat, quàm admoneat illos, stante communi ignorantia Laicorum. Et Ita etiam docet Martinus de San Ioseph *in Man.Confess.tom.1. lib.1.tract.52.de Matr.* vbi sic asserit: [Quando el casado conoce Parienta de su muger, y sabe, que es pecado Incesto, y quel Derecho lo tiene prohibido, pero ignora la pena, que esta puesta por el mismo Derecho, de que no pueda pedir el debito. Et sentencia bien probable, que incurre la pena, porque la ignorancia della no escusa de la culpa, porque se incurre la pena. Però me parece mas probable la sentencia contraria, de que no queda priuado.] Ita ille

Alibi in Ref. quae hic est infra in tr. 4. Resol.69. signanter §. 1. &2. & in tom. 2.tr.6. Resol. 241 §.Quarto etiam secundo.& in aliis eius not.

RESOL. CCLXXXIII.

An Praelati Regulares possint commutare, & dispensare vota Nouitiorum?

Et an praedicti Praelati Regulares, & Abbatissa non possint irritare vota Nouitiorum, & Nouitiarum, sed tantum commutare, & dispensare? Ex p.3. tract. 2.Ref.71.

§. 1. NEgatiuam sententiam tenet Azorius *p.1. lib.11.c.19.q.21*. Suar. *de Rel.to.2.l.6.de voto, c.11.n.9*. Sayr. *in claui Regia l.6.cap.11.num.92*. & alij, quia Praelatus Religionis non habet simpliciter iurisdictionem Episcopalem in Nouitium; ergo, &c.

2. Sed tu tene affirmatiuam sententiam, quia licèt Praelatus non habeat potestatem dominantium in Nouitium, habet tamen in illum potestatem Ecclesiasticam; & ita hanc sententiam tenet Henriq. *lib.7. de indulg.c.22.n.7*. Less.*l.2.c.40.dub.13.n.80*. Sanch. *in sum. tom.1.l.4.c.39.n.17*. Faustus *in thes. Relig.lib.3.q.27*. Miranda *in manuali.Prael.to.2.q.32.art.vlt.* Bartholomaeus de Vechis *in praxi nouit.disp.10.dub.6.num 2*. Tamburinus *de iure Abb.tom.2.disp.18.q.3.num.2*. Portel *in dub. Reg.verb.dispensare, num.13*. vbi sic ait. Vota Nouitiorum

rum non possunt Prælati irritare, quia non habent erga illos potestatem dominatiuam, nec similiter Abbatissæ possunt irritare vota Nouitiarum, possunt tamen Prælati vota Nouitiorum, & Nouitiarum commutare, & dispensare. Ita ille.

RESOL. CCLXXXIV.

An Generales Religionum possint dispensare cum subditis illegitimis ad Dignitates, & Officia Ordinis extra Capitulum Generale?

Et an Generales Ordinum possint dare licentiam Prioribus localibus atque Prouincialibus dispensandi cum illegitimis ad Dignitates, & Officia Ordinis absque Capitulo Generali. Vel Prouinciali?

Et an legitimatus à Rege, si intret in Religionem non censeatur legitimatus ad Officia Ordinis?

Et an Sacerdos illegitimus dispensatus in sæculo, & habens ibi beneficium curatum, si Religionem intret, sit dispensatus ad Dignitates, & Officia Ordinis? Ex p.3.tr.2.Res.102.

Sup. hoc in Resol. seq. §. penult. & infra in Resol. 287. lege à §. 2. vsque ad §. 5. exclusiuè.

§. 1. NEgatiuè respondet Hieronymus Rodriq. *in compen.qq. Regul.res.*42. *n.*40. & alij, ex quadam Bulla Greg. XIV. in qua præcipitur, vt legitimatio, seu dispensatio Religiosorum, quoad dignitates & Prælatias, fiat à Generali, vel Prouinciali cum Capitulo generali, vel Prouinciali, sed extra Capitulum non possit fieri.

2. Sed his non obstantibus, ex alio priuilegio Greg. XIV. concesso Clericis Regularibus ministrantibus infirmis *in tom.* 2. *Bull. in Greg. XIV. const.*17. apparet posse Generales Ordinum, & de eius licentia Priores locales, atque Prouinciales cum illegitimis dispensare ad dignitates, & officia Ordinis absque Capitulo Generali, vel Prouinciali. Et ita hanc sententiam tenet Sigismundus à Bononia *tr. de elect. part.*2 *cap.*4. *dub.*76. *numer.*6. Ascanius Tamburinus *de iure Abbat. tom.*1. *disput.*5. *quæst.* 14. *num.*10. Laurentius de Peyrinis *in priuileg. Minim. tom.*1. *constitut.*2. *Iulij* 11. §. 29. *num.*96. Imò Laurentius Portel *in dubiis Reg. ver. illegitim. n.*10. putat hoc esse verum, etiam in terminis prioris Bullæ Greg. XIV. quam affert pro sua opinione Rodriquez.

3. Nota tamen hîc obiter, quòd legitimatus à Rege, vel Magistratu sæculari si intret Religionem, non censetur legitimatus ad Officia Ordinis, quia Rex non potest tollere impedimẽta canonica. Ita Portel *n.*5. qui etiam *n.*6. cum Miranda *in man. Prælat. tom.*2. *q.*2. *art.*5. & Emanuele Rodriquez *in qq. Reg. tom.*1. *quæst.*13. *art.*10. notat, quod Sacerdos illegitimus dispensatus in sæculo, & habens ibi beneficium curatum, si religionem intret, non est dispensatus ad officia, & dignitates Ordinis.

Sup. hoc infra in Res. 286. §. vlt. in principio & in alio eius not.

RESOL. CCLXXXV.

An irregularitas ex defectu natalium tollatur per professionem solemnem Religionis non solum quoad Sacros Ordines, sed etiam ad Prælaturas suscipiendas?

Et an Prælati Regulares possint dispensare cum suis subditis illegitimis ad Prælaturas, & Dignitates in Capitulo Generali, vel Prouinciali, ex Constitutione Gregor. XIV.

Et an per professionem Religionis debeatur etiam irregularitas ex vsu Ordinis contracta, vt si illegitimus in sæculo absque dispensatione ad Ordines promotus fuisset? Ex p.4.tr.2.Res.65.

Sup. contento in hoc & seq. § in Res. seq. in §. etiam 1.

§. 1. LIcèt illegitimus per professionem legitimetur quoad Ordines suscipiendos, non tamen legitimatur quoad Prælaturas intra Religionem, vel extra eam obtinendas, & ita docent communiter DD. vt Barbosa *in collect. tom.*1. *lib.*1. *tit.*17. *cap.*1. *num.*3. Peyrinus *tom.*2. *de relig. Prælat. q.*2. *c.*5. § 9. *num* 135. Sanctarellus *var. resol. part.*1. *q.*40. *n.*1. Præpos. *in* 3. *part. q.*5. *de irregul. dub.*16. *num.*15. Sebast. à Bononia *tract. de elect. part.*2. *cap.*4. *dub.*72. *num.*2. Bartholomæus de Vecchis *in praxi nouit. disp.*13. *dub.*6 *num.*1. Lessius *lib.*2 *cap.*41. *dub.*8. *num.*73. Auila *part.*7. *disp.*10. *dub.*6. Suarez *de cens. disp.*50. *sect.*5. *num.*15. Henriq. *lib.*14. *cap.*7 *num* 2. Azorius *part.*2. *lib.*6 *cap.*4. *quæst.*10. Sanchez *in summ. tom.*2. *lib.*5. *cap.* 5. *num.*16. & alij penes ipsos, & hoc patet ex *cap.* 1. *de filiis Presbyterorum.*

& 2. & pro Sacris Ordinibus ibidem §. 3. post medium, vers. stante quod ius & in Res. 2. post. seq. lege doctrinam à §. 2. vsque à 3 §. 5 exclusiue, & in tom. 3. tr. 2. ex Res. 54. §. vlt. in fine. à vers. Hinc etiam. Et pro Prælaturis extra Religionem contentis in lin. 3. § 1. huius Res. in fine Res. seq. & magis latè in alio Res. eius vltimæ not.

2. Non desinam tamen hîc in gratiam studiosorum apponere quæ adnotauit Villalobos *in sum. tom.*1. *tractat.*13. *difficult.* 60. *tom.*10. vbi sic ait. [Los Padres de la Congregaçion de San Iuan Euangelista en Portugal tienen vn Priuilegio de Eugenio IV. concedido al Conuento de San George de Allega de su Orden para que entre ellos.] Admissus ad professionem, si habet defectum natalium, ipso facto fit dispensatus, non solùm ad Ordines, sed etiam ad omnia solita gubernari per Fratres illius Ordinis Prioratus, seu Præposituras, Rectorias, aut Officia inuicem compatientia. [De suerte que entre ellos el professo no solamente queda dispensado alas ordenes sino tambien à los oficios, y dignidades de la orden, y dixo vn Padre que fue General de aquella orden en Portugal que se praticaua entre ellos assi, y hauiendo communicaçion de Priuilegios me pareçe que se podria gozar deste no obstante que por ignorançia no se aya vsado del. Porque Nicolao IV. concedio à los Padres de la Cartuxa que puedan vsar de los Priuilegios à ellos concedidos, aunque por simplicidad ò ignorancia del derecho no hayan vsado dellos en tiempos atras como no se aya prescripto contra ellos ni esten derogados, y persupuesto que gozamos de todos los Priuilegios que estan concedidos à las demas ordenes, parece que podemos gozar tambien deste, y supuesto que Sixto V. Clem. VIII. y Paulo V. en las confirmaçiones que hizieron de los Priuilegios de nuestra orden no pusieron la clausula, *quatenus sint in vsu*, por todo esto me pareçe, que se podria vsar deste Priuilegio, saluo meliori judicio.] Ita Villalobos, & de hoc priuilegio meminit etiam Portel *in dubitation. Regular. vers. illegitimus, numero nono.*

Sup. hoc in Res. seq §. 1, post medium, à Vers. y se deue notar, & supra in Res. 256. & in altis eius primæ not. & lege etiam Resol. eius iucundæ not.

3. Notandum est tamen præter supradictum priuilegium adesse constitutionem Gregorij XIV. in qua conceditur Prælatis Regularium, vt possint dispensare cum suis subditis illegitimis ad Prælaturas, & dignitates, in Capitulo tamen Generali, vel Prouinciali. Ita Barbosa *de iure Pontificio libro primo, capite* 41. *numero* 190. & ego alibi.

Sup. hoc in Res. præterita, & in aliis eius primæ annot.

4. Notandum est etiam hîc contra Sayrum *de censur. lib.*6. *cap.*9 *num.*3. per professionem Religionis deleri etiam irregularitatem ex vsu Ordinis contractam, vt si illegitimus in sæculo absque dispensatione ad Ordines promotus fuisset. Ita Bartholomæus de Vecchis *in praxi nouit. disp.*13. *dub.*3. *num.*3. qui citat Sanchez *in sum. tom.*2. *lib.*5. *c.*5. *n.*10.

Alibi ibidẽ. Sup. hoc infra in Res. 288. §. vlt. in princ.

RESOL. CCLXXXVI.

An illegitimus per professionem censeatur ipso facto dispensatus ad omnes Dignitates Religionis?

Et

Et an si illegitimus in Prælatum eligatur à sciente illegitimitatem eius, & potente dispensare super ea, hoc ipso censeatur dispensatus saltem quoad forum conscientiæ, & secus dicendum est quo ad forum externum.

Et an Religiosus dispensatus ad gradus, honores, & dignitates Ordinis necesse sit, quod exprimat qualitatem illegitimitatis, Cur scilicet sit spurius, naturalis sacrilegus, aut incestuosus?

Et cursim docetur, quod ius Canonicum Religiosos illegitimos, hoc ipso quod solemnem faciunt professionem, reddit habiles ad recipiendos Ordines Sacros.

Et an dispensatus ad Dignitatem inferiorem, vitalis dispensationis eligi possit etiam ad dignitatem superiorem?

Et docetur dispensatum ad Prioratum, Prouincialatum, & omnes alias Dignitates Religionis non posse esse Generalem Religionis sine noua dispensatione.

Et an illegitimus dispensatus in sæculo ad omnia & qualiacumque beneficia hoc ipso non possit eligi ad Prælaturas, ac Dignitates Regulares.

Et quid è contra, an dispensatus ad Dignitates Regulares non censeatur dispensatus ad Dignitates sæculares? Ex p. 10. tractat. 13. & Miscel. 3. Resolut. 39.

In tractat. 9. part. 10. in Res. quæ nũc hanc sequetur, in eius §. 1. Sup. hoc in Res. præterita & ex Res. seq. lege à principio vsque ad § 5. exclusiuè, & in tom. 3 tr. 1. ex Resol. 54 §. vlt. in fine, à vers. Hinc etiam.

§. 1. DE iure communi, respondeo negatiuè, ex his, quæ ego adnotaui in *tractat. de Facultate Regularium dispensandi cum Illegitimis*, & docet Sanchez *in Summa tom. 2. lib. 5. cap. 5. num. 16.* & alij: Sed obseruo aliquos Doctores ex priuilegio contrarium docere; & ideò sic asserit Portel *in Dubiis Regul. verb. Illegitimus n. 9* Nota valdè, quod Patres Congregationis Sancti Ioannis Euangelistæ in Portugallia habenr priuilegium in suo *Compendio, fol. 9. pag. 2. in princip.* per quod Eugenius IV. concessit Conuentui Sancti Georgij in Alga, sui Ordinis, vt admissus ad Professionem inter illos, si habet defectum natalium ipso facto sit dispensatus, non solum ad Ordines, sed etiam ad omnia solita gubernari per Fratres illius Ordinis, Prioratus seu præpositituras, Rectorias, aut officia se inuicem compatientia. Sic ibi. Itaque Professus apud illos non solùm dispensatur ad Ordines, sed etiam ad officia, & dignitates Ordinis. Et mihi dictum fuit à Patre, qui fuit illorum Generalis in Portugallia, apud illos id practicari. Ita ille; & post illum nouissimè doctus Pater Leandrus à Murcia, *in cap. 4. super 2. Regul. D. Francisci. §. 2. n. 17.* qui hæc verba addit. Y es mucho de aduertir, que este priuilegio no està derogado, aunque las otras Ordenes no ayan vsado del, supuesto que tengan priuilegio de participation. (como le tenemos todos los Mendicátes, y casi todas las Ordenes) porque en dicha Orden se pratica este priuilegio (como refiere Portel auerselo dicho vn General de la misma Religion) y aunque el contrario vso del priuilegio le derogue, ha de ser el tal vso contrario del mismo que tiene el priuilegio, como enseña Rodriq. *tom. 3. q. 51. art. 5.* y Suarez. *c. 35. num. 6.* De donde se sigue, que siendo el dicho priuilegio de la Congregacion de San Iuan Euangelista, y practicando se en ella, està en pie, y en su fuerça para que puedan vsar todos del. Et posteà *in capit. 5. §. 3. num. 33.* sic ait: Conueniene à saber, que en nuestra Orden y entre los Padres Obseruantes, y Descalços, no pueden tener los ilegitimos sin dispensacion los oficios siguientes: esto es, no pueden ser Generales, Prouinciales, Guardianes, Custodios, Vicarios de los Conuentos; porque en ausencia del Guardian el Vicario es Ordinario: y todo lo dicho se entiende para nuestra Congregacion, y las demas que no admitten los priuilegios; porque para las que los admiten à cerca de los ilegitimos, como diximos arriba en el capitulo quarto sobre el segundo de la Regla en el numero vltimo, ay vn priuilegio de Eugenio IV. muy extenso, con que ipso facto en professando quedan legitimados, y dispensados para todos los oficios, y dignidades. Y se deue notar, que se puede muy bien gozar del dicho priuilegio, no obstante que por ignorancia no se aya vsado del; porque Nicolao IV. concedio à los Padres de la Cartuja, que puedan vsar de los priuilegios à ellos concedidos, aunque por simplicidad, ò ignorancia del derecho no ayan vsado dellos en tiempos atras; como se aya præscripto contra ellos, ni estan derogados; y pues que vnas Religiones gozan de los priuilegios de las otras, por la communication, pareze que pueden gozar tambien deste: y supuesto que Sixto V. Clemento VIII. y Paulo V. en las confirmaciones qui hizieron de los priuilegios de la Regular Obseruancia, no pusieron la clausula, qua tenus sunt in vsu, y que el priuilegio de la confirmacion (como enseña Manuel Rodriquez, Suarez, *c. 10. n. 9.* y 10. Portel, *verbo Priuilegij confirmatio, num. 34.*) es gracia y priuilegio de las otras; todas las Religiones gozan de la dicha confirmacion, si tiené priuilegio de communicacion, como todas, ò casi todas le tiene: y ha de ser, de que se les comuniquen los priuilegios concedidos, y los que se han de conceder, para que se les comunique la dicha confirmacion; y assi gozan deste priuilegio, aunque no estè en vso. Hucusque Leandrus.

Supr. hoc in Res. præterita § 2. ad medið, sed lege doctrinam alterius Resol. eius annot. &c.

2. Sed Magister Lezana *in Summ. Q. Q. Reg. tom 3. verb. Illegitimi Reg. num. 17.* loquens de dicto Priuilegio adducto à Portel *vbi supra*, sic ait: Sed quamuis ipse asserat prædictum priuilegium esse in praxi apud prædictos Religiosos, quia tamen non mihi constat an sit viuæ vocis oraculo concessum, ac per consequens reuocatum his temporibus, iuxtà sæpiùs dicta, vel esto quod tale non sit, quia reuocatum etiam videtur, per reuocationem generalem similium priuilegiorum factam per Sixtum V. in duabus *Constitutionibus, tom. 1. cap. 18. numer. 69.* dixi præsertim in secunda, vbi expressè etiam nominentur illi, qui eo ipso per ingressum Religionis legitimati erant, & moderatis per Gregor. XIV. in Bulla *Circumspecta.* De qua eo loco dixi. Ideò non audeo dicere posse nos aut aliquos alios Religiosos in tali priuilegio vti. Ità ille.

3. Notandum est hic obiter quod illegitimus si in Prælatum eligatur à sciente illegitimitatem eius, & potente dispensare super ea, hoc ipso censetur dispensatus, saltem quoad forum conscientiæ. Probatur, quia in dubio nemo præsumendus est malus: cum, ergo illegitimus non possit eligi in Prælatum, aut ad aliam dignitatem absque peccato mortali, hoc ipso quod Electores conscij illius illegitimitatis ipsum modo dicto eligunt, censendi sunt tacitè cum eo dispensare, ne aliàs dicamus eos velle in tali actione peccare mortaliter. Dixi, idque saltem, quoad forum conscientiæ; vt innuerem secùs dicendum, quoad forum externum, provt notat Portel *vbi supra n. 7.* Rodriquez, Miranda & alij. Sed Pater Lezana *vbi supra* se aliorum iudicio subiiciens in resolutione istius dubij ait se valdè inclinare ad credendum præsentem dispensationem suffragari etiam pro foro externo. Vide Pellizzarium *in Manual. Regul. tom. 2. tract. 9. capit. 8. sect. 3. numer. 101.* qui anteà *num. 100.* quærit an Religiosus dispensatus ad gradus, honores, ac dignitates Ordinis, necesse sit, vt exprimat qualitatem illegitimitatis (num scilicet sit superius, naturalis, sacrilegus, aut incestuosus:) siquidem istæ conditiones faciliorem, vel difficiliorem reddere possunt dispensationem, adeoque hac in re locum habere potest regula iuris 81. in 6. in generali concessiones non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter

militer in specie concessurus. Et respondit negatiuè, cum verisimiliter credi possit Prælatum regularem intendere dispensare cum Religioso illegitimo, quocumque modo sit illegitimus & alioqui faciliùs concedi debeat talis dispensatio viris Religiosis quàm Clericis sæcularibus, stante quod ius canonicum, *capit.* 1. *de Filiis presbit.* Religiosos illegitimos hoc ipso quod solemnem faciunt Professionem, reddit habiles ad recipiendos, Ordines etiam Sacros. Et hanc sententiam tenet etiam Rodriquez *tom.*1. *q.*13. *artic.* 6. sed affirmatiuam sententiam docet Miranda *tom.*2. *quæst.*2. *artic.* 13. Portel. *de dubit. regular. verb. Illegitimus, num.*11. Peyrinus *de Relig. Prælat. quæstion.* 2.*capit.*5.*num.*145.& Lezana *vbi suprà* ea ducti ratione. quod, sicut notant Doctores communiter, tantò difficiliùs concedi debet dispensatio super illegitimitate; quantò turpiùs dispensandus fuit genitus, & modus illegitimitatis est fœdior: quod etiam aduertit Auila, *part.*7.*de Censur. disput.*3.*dub.*6.*conclus.*2. *notat.* 1.

Supr. hoc in Resolut. præterita.

4. Sed an dispensatus ad Dignitatem inferiorem vi talis dispensationis eligi possit etiam ad dignitatem superiorem; Respondet Peyrinus *tom.*1.*priuil. Constit.*2.*Iulij II. num.*r.99. non posse: probatque ex eo, quod permissio minoris non est permissio maioris; quamuis aliàs dispensatus ad maiorem dignitatem censeri possit item dispensatus ad minorem, si minor contineatur sub maiori: vt Prioratus sub Prouincialatu, & Prouincialatus sub Generalatu: Quin addit Peyrinus, dispensatum ad Prioratum, Prouincialatum, & omnes alias dignitates, quæ in Religione habentur, non ideò posse esse Generalem sine noua dispensatione; cùm clausula illa generalis, posita post specialia expressa, non includat maiora, sed solùm consimilia Et ità etiam docet Pellizzarius *loco citato, cap* 2 *sect.*3.*num.*143.

Supr. hoc in Ref.seq.latè à §. His itaque suppositis.

5. Vtrùm autem illegitimus in sæculo dispensatus ad omnia, & qualiacumque Beneficia, hoc ipso possit eligi ad Prælaturas, ac dignitates regulares. Respondetur posse; cùm ea dispensatio fuerit quasi quædam legitimatio, & se extendat, vt docet Lezana *tom.*1. *capit.* 18. *numer* 61. & Pellizzarius *vbi suprà num.* 144 licèt contrarium asserat Pater Bordonus, *in Consil. Regular. tomo primo, resolution.* 12. *numer.* 58. absolutè asserens, dispensatum ad dignitates sæculares non censeri dispensatum ad dignitates regulares; sicut è contrà, dispensatus ad dignitates regulares, non censetur dispensatus ad dignitates sæculares: Quod concedit etiam Lezana; & ante illum docuerunt Rodriquez *tom.*1.*quæstion.* 13. *art.*13. Sanchez *libr.*5. *Moral. capit.* 5. *numer.* 16. aliique, & meritò, cùm priuilegia, vi quorum conceditur talis dispensatio, inducta sint in fauorem solius Religionis.

Supr. hoc supra in fine Ref.284.versf. notat. & in tom. 5. tr. 5. Resol.143. §. vlt.

Supr. hoc in tom.3.tr.3. ex Ref.94 lege doctrinam §.1. & alterius eius annot.& hic supra ad lin. 4. Resolut.285.

RESOL. CCLXXXVII.

An Superiores Religionum Monachalium, Mendicantium, & aliarum possint cum suis subditis illegitimis non solum ad Prælaturas inferiores, sed etiam ad Generalatum virtute suorum priuilegiorum dispensare?

Et an saltem Generales Religionum possint dispensare cum suis subditis Illegitimis ad Generalatum?

Et deducitur, quod illegitimus dispensatus ad Ordines censetur tantum dispensatus ad Minores.

Et quid, si in dispensatione dicatur ad omnes Ordines?

Et si illegitimus esset dispensatus, vt possit obtinere beneficia, an talis dispensatio non intelligatur, nec extendatur ad beneficia curata?

Et quid est sentiendum, si in dispensatione apponerentur hæc verba, ad quæcumque beneficia?

Et docetur, quod in Decretis, ex rescriptis Pontificijs verba aliquid operari debent, & non solum verbum, & quælibet dictio non debeat sine effectu aliquid operandi apponi, sed etiam qualibet syllaba.

Et asseritur. quod licet ipsa dispensatio odiosa sit, ac strictè interpretanda; potestas tamen dispensandi latè interpretanda venit.

Et aduertitur, quod dispensatus ad omnes seu quascumque Dignitates non censetur dispensatus ad Episcopatum.

Et an priuilegia contraria iuri communi strictè, vel latè sint interpretanda?

Et an priuilegia Regularibus concessa absolutè pro vtroque foro concessa intelligantur?

Et asseritur, quod legitimatus per subsequens matrimonium potest eligi in Episcopum, Cardinalem, & Papatum.

Et an priuilegia dubia Regularium, dubitate orta ex ambiguitate verborum, & Iurisconsultorum interpretatione in fauorem Regularium sunt intelligenda. Ex p.10. tr.9. Res. vnica.

§. 1. CErtum est, quod de Iure communi solus Papa dispensat cum Illegitimis, & Religiosis ad Dignitates, & Prælaturas, ex *Textu in cap.*1. *de filiis Presbyter, & capit. nimis, eodem titul.* hoc tamen intelligitur, seclusis Religionum Priuilegiis: Nam Prælati nonnullarum Religionum Mendicantium, & non Mendicantium ab aliquibus Summis Pontificibus habuerunt facultatem dispensandi cum suis subditis Illegitimis ad Dignitates & Prælaturas; vt videre est *in Compend. Priuil. verb. Dispensatio.* At Sixtus V. per duas Constitutiones, quarum prima incipit. *Cum de omnibus, ann.*158 . Secunda. *Ad Romanum.ann.*1588. contrà illegitimos huiusmodi dispensationes irritas declarauit.

Sup. hoc supra in Resol. 285. ex doctrina §. 1. & 2. & in Ref. 286.&c.

2. Verùm, his non obstantibus, post dictas Bullas Sixti V. Gregorius XIV. in Constitut. *Circumspecta*, reualidauit omnia Priuilegia Regularibus concessa circa Dispensationem, quoad illegitimos, cum hac speciali forma; vt illis Generalis, vel Prouincialis possent vti in Capitulis Generalibus vel Prouincialibus, & non aliter. Sed post dictum Gregorij Priuilegium dispensandi in Capitulo cum illegitimis, emanarunt alia Priuilegia ampliora, concedentia facultatem, saltem Generali, dispensandi sine Capitulo; & extra Capitulum quouis tempore. Vnum Gregorij XIV. concessum Patribus Ministrantibus infirmis, quod incipit. *Illius qui*, in quo hæc verba habentur; *Concedimus facultatem Præfecto Generali eiusdem Congregationis pro tempore existenti, seu de illius licentia. Præfectis inferioribus aliorum locorum, seu Prouincialibus dictæ Congregationis pro tempore existentibus, & illorum Vicariis, ac loca tenentibus, vt cum eiusdem Congregationis personis defectum Natalium, etiam ex Adulterio, Sacrilegio, Incestu, quouis alio nefario, & illicito, ac prohibito, & damnato coitu prouenientem patientibus, postquam in dicta Congregatione vota emiserint vt defectu huiusmodi non obstante, ad quoscumque sacros, etiam Presbyteratus Ordines promoueri, & in illis etiam in Altaris Ministerio ministrare, necnon ad quascumque Administrationes, Personatus, Præeminentias, & officia dictæ Congregationis eligi, admitti, & assumi; illaque gerere, & exercere possint, dispensare liberè, & licitè possint, & valeant.* Hæc ibi: quæ quidem verba comprehendere etiam Generalatum tradit indiuidualiter Laurentius de Peyrinis, *de Priuileg. Minim. Constit.*2 *Iulij II.* §. 29.*numer.*97.*cum seqq.* Alterum Priuilegium est eiusdem Gregorij XIV. concessum Societati

Supr. hoc supra in Resol. 284. & 285. §. penult.

cietati Iesu quod incipit : *Exponi nobis.* Ex quibus Priuilegiis clarè patet, vt obseruat Bordonus *tom.1. res.12.n.48.* concessam fuisse Generali per se, vel per alium à se delegatum, dispensandi quouis tempore cum illegitimis ad quascumque Dignitates, & officia facultatem; quibus priuilegiis, vt ipsemet Bordonus notat,& alij, possunt vti ferè omnes Religiones: nam de facto habent inter se communicationem Priuilegiorum, vt firmat Moronus, *Resp.99.n.7.* Lezana *in Summ. QQ. Reg.tom.1.c.3.n.17.* Pellizarius *in Man.Reg.tom.2.tract.8.cap.1.sect.3.n.41.* Bassæus *in Florib.Theol.Pract.verbo, Priuilegium 4. num.6.* & alij communiter.

3. Quod euidenter patet ex vsu ferè omnium Religionum, & ex Bulla Pij V. apposita in Bullario, *tom. 2.* incip. *Et si Mendicantium.* in qua Pontifex concessit Congregationibus Canonicorum Regularium Lateranensium S. Saluatoris, & S. Crucis Conimbricensis, Cassinensium, Montis Olíueti, Vallis Vmbrosæ &c.omnia Priuilegia Mendicantium.Vndè, vt rectè obseruat Tamburinus *de Iure Abb..o.1.disp.17. q.1.n.16.* prædictæ Congregationes Monachorum, & Canonicorum participando Priuilegia Mendicantium participant etiam Priuilegia non Mendicantium, & omnium Religionum vbicumque in mundo existentium, tam concessorum, quàm in posterum quomodocumque, & qualitercumque concedendorum tàm directè, quàm per viam communicationis: & hæc communicatio idem operatur, ac si essent Priuilegia Congregationibus illis, quibus fuit communicatio, concessa.Ità Oldrad.*cons.300.n.8.*Bertt. *cons.149.n.2. lib.1.*Parisius, *cons.22.num.5.lib.5.* & alij, quod affert Tamburinus *loco cit.*

4. Nec obstat dicere dictam Bullam Pij V. fuisse posteà reuocatam à Gregorio XIII. Nam respondeo, fuisse tantùm reuocatam in ordine ad Priuilegia contraria Concilio Tridentino, & ideò nouissimè Hieronymus Garcias *in Politica Regularis tom. 1. tr.8. difficult.1. dub.4. num.1.* loquens de supradicto Priuilegio Pij V. subdit, hæc verba. *Y en este Priuilegio esta reuocado por Gregorio XIII. todo lo que se opone al Concilio Tridentino, pero no otra cosa.* Ita Ille; cui adde Rodriquez *tom.1.quæst.8.art.9.* Mirandam *in Man.tom.2. quæst. 48. articul. 7.* Sanchez, *in summa, tom.2. lib.5. cap.4.num.16.* & Peyrinum, *de Priuileg Minim.tom.3. Constitut.7. Pij V.§.1. num 2. & 3.iuncto §..9. num.25.* vbi adducit Declarationem Concilij tenoris sequentis: *Ordinarius potest præcipere Regularibus, vt eant ad Processiones publicas, vtpotè in festo Corporis Christi, in Litaniis, & Iubilæis publicis faciendis in Plebibus, in quibus ipsi habent Monasteria, dummodò Processiones sint eius generis, quòd in Bulla Sanctissimi D.N. Pij V. Mendicantibus concessas quæ incipit: Et si Mendicantium, publicata 17. Kalend. Iunij 1567. comprehendantur. Et dummodò Regulares non sint ex illis Conuentibus Collegia nuncupatis, qui in eadem Bulla excipiantur.* Hæc ibi. Ex qua declaratione Sacræ Congregationis apertè constat, Constitutionem Pij V. non fuisse reuocatam à Gregorio XIII. nisi quatenus statuit aliquid contrà Concilium Tridentinum.

Supr. hoc & doctrina seq. in Ref.præteriia,§.Sed an, cursim ad medium.

5. His itaque suppositis, assero saltem Generales Religionum, per dicta Priuilegia superius adducta Gregorij XIII. posse dispensare cum suis subditis illegitimis ad Generalatum. Probatur hæc opinio, quia supracitati Pontifices concedunt supradictis Religionibus, Societatibus, & Ministrantibus Infirmis, vt visum est, posse dispensare cum suis subditis illegitimis ad quascumque Dignitates, Officia. &c. Sed sub dictis verbis non solùm includuntur Prælaturæ inferiores, sed Generalatus, vt patet ex Lezana *in summa, tom.1. capit.18. numer. 62. tomo 2. capit.14. numer.142.* & ex verbis Bullæ Sixti V. appositis à Bordono *in Consiliis Regularium tom.1.resol.12. num.36.* Sic enim Pontifex ait: *Appellatione Dignitatum, Honorum, Graduum debere intelligi Præpositatus, Abbatiatus. Prioratus, Guardianatus, Custodiatus, Prouincialium; ac Generalium, Superiorum Officia, & alia his similia cum onere, & Superioritate coniuncta.* Ità ibi. Ergo, &c.

6. Quod confirmatur ex particula, *Quascunque*, apposita in dictis Bullis Pontificiis, quæ ex sui natura omnia includit, & nil excludit, vt *ex leg. à Procuratore Cod. Mandati, & in capit.solit.de Maioritate, & obedientia, notant Glossa, verb. Quicunque, de sententia Excommunicat. libr. 6.* Riminaldus iunior, *consil. 450.num.37. vol.4.* Rolandus *consil.5. numer.44.vol.1.* Menochius, *consil.6.o. num.5. & consil.1129. num.18.* Sanctarellus *variar. Resolut. quæstion. 2. num.21.* Glotitius, *respons.1. part.2. numer.193.* Itaque particula, *Quascunque*, est tantæ efficaciæ, vt extendat dispositionem, & ità comprehendat omnia, quæ aliàs non comprehenderentur, vt notant (heu quondam) noster amicissimus Ioann. Baptista Larrea *in Allegation. Fiscal. tom.2. Allegation.86. numer.51.* Cuttius *de Feudis part. 3. quæstion.12. numer.62. & 63.* Bartolus, *in Prælud. feud. col. 15. versicul. Tertiò limita.* Baldus *in capit. Imperialem vers. sed quid concessum titul.de prohib. feud. alien. per Feder.* Alexander, *consil. 30. vol.5.* Alciatus *in leg. Mouentium ff. de verbor.signific.* Cotta *in Memori. feudum concessum. & memor. Priuilegia, & memoria. Quibuscunque* Decius *consil.599. numer.3. & seq.* Socinus Iunior, *consil.38. num.1. & seq. vol.3.* Tiraquellus innumeros referens, *de Retract. lignag. §.1. Gloss.7 numer.20. & seq.* Ioan. Franciscus de Ponte, *consil.5. numer.29. vol.1.* Seraphinus *decision.980. numer.8.* Bertazolus, *tractat. Clausularum, clausul.4. Gloss.30.* Immò addunt Bartolus, Baldus, Cotta, Tiraquellus, Alciatus, & de Ponte, dictionem, *Quoscunque*, omnia, etiam impropria comprehendere: Vnde dicunt, feudum concessum mihi, & successoribus meis quibuscunque, transire non solùm ad Extraneos hæredes, sed etiam Legatarios, & fideicommissarios; qui impropriè sunt hæredes. Hinc rectè Merolla, *tom.2.disp.4.capit.6.numer.55.* obseruat, quòd Pontifices, quandò volunt sub particula, *Quæcunque*, quòd aliquid non contineatur, illud specialiter exprimere solent, vt fecit Bonifacius VIII. *in capit. Cum in illis de Præben.libr.6.* dicens suæ intentionis non esse, vt in mandato de prouidendo aliqui de quibuscunque Beneficiis,comprehendantur Curata.

7. Et tandem confirmantur omnia superius dicta ex Casibus similibus pertinentibus ad Dispensationem illegitimorum; nam,vt optimè obseruat Merolla *tom.3.disput.6. dub.7.§.2.num.223.* Marchinus *de Sacram.Ordin. tract.1. part.9. capit.4. numer.11.* Gloss. *in cap.finalis de filiis Presbyt. in 6. verb. Ad omnes.* Archidiaconus *ibidem, paulò post principium*, Dominicus, *numer.8.* Anchatanus, *in capit. Litteras, de fil. Presbyt.* Sanchez, *lib.8. de Matrim. disput.1. numer.26. in fine.* Gironda, *de explicat. Priuileg.numer.1637.* Coninck, *tom.2 de Sacram.disp.33.dub.2. num.29.* Palaus, *tom.1. disp.4. punct.10. numer 3.* & alij, licet Illegitimus dispensatus ad Ordines, censetur tantùm dispensatus ad Minores, attamen hoc fallit, si in dispensatione dicatur ad omnes Ordines: Ità etiam, licet Illegitimus esset dispensatus, vt possit obtinere Beneficia, talis dispensatio non extenditur ad Beneficia Curata; attamen hoc non procederet si in dispensatione apponerentur hæc verba, *Ad quæcunque Beneficia.* Tunc enim omnia venirent Beneficia, etiam Curata, & Dignitates, quia illa particula, *Quæcunque*, vt probatum est, tantæ efficaciæ est, vt faciat venire,

quæ

quæ aliàs non venirent. Ità Felinus *in cap. Postulasti, numer.4. de Rescript.* Milis *in Repert. verb. Dispensatio. versic. Dispensatio Papalis.* Garsias, *tom.1. de benefic. part.1.capit.6.numer.65.* Crescentins, *decision.1. de Privileg.num.5.* Sarnen. *Regul.de Trien. quæst.2. vers.Hinc est.* Mandosius, *de signat. grat. titul. de dispens. super defens.nat.vers. Limitant.* & alij. Sic etiam dicendum est, quòd tunc Priuilegium concessum Regularibus dispensandi cum Illegitimis non extenderetur ad Generalatum, quando in dicto Priuilegio concederetur simpliciter dispensatio ad Prælaturas, Officia, seu Dignitates; secùs autem quando Pontifex, vt est in casu nostro, diceret, *ad quascunque Prælaturas, &c.* nam vtique, vt patet ex dictis, tunc etiam ad Generalatum dispensatio extendenda venit; nam alioquin particula illa *Quascunque*, abundaret, & superflua esset, cùm tamen in decretis, ac Rescriptis Pontificiis, verba aliquid operari debent, vt habetur *in capit. si Papa de Priuil.lib.6.* Quod adeò verum est, vt non solùm verbum, & quælibet dictio non debeat esse sine effectu aliquid operandi, sed etiam quælibet Syllaba, vt benè docent Glossa, *in cap. solitæ. verb. Tanquam, de Maiorit. & Obedient.* Staphil. *de lit. grat.titul.de vi, & effect.clausul.§.1.numer.6.* Simon de Prætis, *de interpret. vltim. volunt.libr.2. Interpret.3. dubit. 2.solut. 5. qua incipit. Quinimò generaliter.* Mantica, *tom.1. de ambiguit.conuent.lib.2. titul.12. numer.8.* Ergo, &c.

8. Remanet igitur ex dictis satis firmata nostra sententia, quam in indiuiduo, loquentes de dispensatione Illegitimorum ad Generalatum virtute dictorum Priuilegiorum, tradiderunt Sigismundus à Bononia, *de Elect. part.2. capit.4. dubit. 73. iuncto dubio 77.numer.7.* Bordonus *in Miscellaneis, decision.381.* Portel *in Dub.Regular.verb.Illegitimus numer.10.* Martinus de S.Ioseph, *in Man. Confessar. tom. 1. libr. 1. tractat.56. de Matrim. numer.7.* Peyrinus *in formulario Prælat. Regular. littera I, capit. vnico*, in quo ponit formam dispensandi illegitimos, etiam ad Generalatum: Quibus adde Pasqualigum *in QQ. Canon. Centur.2.quæstion.184.iuncta quæstion.185. numer.5.* qui ex quodam Priuilegio Pij V. Id. Februarij, anno 1567. concesso Religioni Theatinorum, probat, posse hodiè Superiores Regulares dispensare cum Illegitimis non solùm ad Prælaturas Inferiores, sed etiam ad Generalatum. Quod etiam probari potest ex alio Priuilegio Pij V. concesso Benedictinis sub Idibus Iunij, anno 1571. in quo, §. 1. sic habetur: *Ac in pristinum; & eum, in quo ante præmissa quomodolibet erant, & fuerant, statum redintegrandi, omnémque inhabilitatis, & infamiæ maculam, siue notam indè quomodolibet insurgentem ab eis, & eorum quolibet prorsus abolendi, secúmque, quòd præmissis non obstantibus non promoti ad omnes, etiam Sacros, & Presbyteratus Ordinem promoueri, atque Monasteriis eiusdem Congregationis in Abbates, Priores, & Prælatos præfici; nec non ad quascunque alias dictæ Congregationis Prælaturas eligi, & assumi.* Hæc ibi. In quibus verbis notanda sunt illa, *Omnes inhabilitatis, & infamiæ maculam prorsus abolendi.* Nam hæc dictio, *prorsus*, excludit omnia, & singula, quæ in contrarium excogitari possunt; vt patet *ex cap.Statutum §. Promissuros. de Rescriptis, in 6.* & sic denotat idem quod, *penitus*, secundùm Stephanum Gratianum, *Marchia decision.188.numer.8.* Et ideò Pius V. in alia Bulla superius adducta in fauorem Clericorum Regularium vsus est particula, *penitus*, quæ nullam limitationem admittit; vt ex multis probat Cenedus *in Centuria Singularium Iuris singul.73.num.1.* & Barbosa, *de Diction. vsu frequentibus; verb. penitus, dict. 299.* Nota etiam alia verba, quæ suprà Pontifex subdit: *Priores præfici, nec non ad quascunque alias dictæ Congregationis Prælaturas eligi, & assumi.* Ergò etiam ad Generalatum ex rationibus adductis, vigore particulæ, *Quascunque.*

9. Et tandem omnia superiùs dicta confirmantur ex communi doctrina Theologorum, Canonistarum, & Iurisconsultorum asserentium, quòd licet ipsa dispensatio odiosa sit, ac strictè interpretanda, potestas tamen dispensandi latè interpretanda venit. Et ita tradunt 51. Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *de Matrim.tom.3. lib 8.disput.2. numer.1.* quibus Ego addo Salas *de Legibus, disput.20. sect.11. num.1.* Merollam, *tom.2.disp.4.cap.6.dub.1.num.88.* Emanuelem Sà, *verb. Dispensatio, num.7.* Comitolum *in Resp. mor.l.1.q.104.n.1.* Suarez *de Legibus lib.6.c.17.n.14.* & Bonacinam *de Legibus, disp.1. q.3. punct.7. §.1. n.14.* Ergo, & in casu nostro facultatem dispensandi cum Illegitimis concessam Regularibus latè interpretandam esse dicendum erit.

Sup. his p[...] dispensatio[...] in tom.3.tr. Resolut.48 pro potesta[...] dispensandi in Res. 49 in aliis ea[...] rum annota[...] tionum.

10. Sed vt magis probabilitas huius opinionis clarescat, restat respondere ad aliqua argumenta, quæ in contrarium adduci possunt. Et primò, quod Dispensatus ad omnes, seu quascunque Dignitates, non censetur dispensatus ad Episcopatum, vt tradit Fagundez, *de Præcept. Eccles. præcept.5. lib.3. c.5. num.5.* Sayrus *de Censuris lib.6.cap.11. num.27.* Glossa *in cap. 21.de Præbend. in 6.* Panormitanus *in cap. Dilectus de concess. præbend. numer. 1. & in capit. Cum Vvitoniensis. num.8 de Elect.* Oldradus *consil.14.* Romanus *consil. 330.* Tabiena, *verb. Beneficium. 2. §.20. num.24.* Syluester *verb.legitimus quæst.7.* Maiolus, *de Irregul.lib.1. cap.9. num.4.* Astensis *part.2. lib.8.tit.38 artic.4.quæst.3.* Paz Iordanus *in var. Elucubrat.tomo secundo, libr.10. titul.19. num.70.* Peregrinus de fideicommissis, *artic.23.num.8.* Hoieda, *de Incompat.Benef.part.2. capit.vltim.num.77.* Marcellus Vulpe *in Prax. capit.47. numer 29.* & alij. Ergo & in casu nostro sub Priuilegio Regularium dispensandi ad quascunque Dignitates, non intelligitur Generalatus, qui est suprema Dignitas in Religione. Respondeo, hoc argumentum nostræ Conclusioni non officere. Primò, quia non desunt Doctores asserentes, quòd dispensatus ad omnes Dignitates, censetur dispensatus ad Episcopatum; quia legitimatus per subsequens Matrimonium censetur, & est legitimatus ad Dignitatem Episcopalem, absque alia expressa mentione, aut declaratione: Ergo & legitimatus à Papa ad omnes honores, & Dignitates Ecclesiasticas, censebitur etiam legitimatus ad Episcopatum; cùm lex viua legitimationis non sit minùs potens, quàm lex mortua, vt ita dicam Matrimonij. Deinde quia legitimatio, quæ fit à Papa per Rescriptum, non potest dici legitimatio ciuilis, sed naturalis; restituit enim hominem ad primæuum Ius, in quo omnes legitimi nascuntur. Vnde cùm legitimus nulla indigeat declaratione ad Dignitatem Episcopalem; ita etiam illa non indigebit legitimatus à Papa. Et sic senserunt plures Professores Inclytæ Academiæ Salmanticensis, quos sequitur, & refert Henriquez *lib.13.cap.8. §.10.in Glossa lit. C.* Et hanc sententiam tanquam probabilem admittit Merolla, *tom.2.disp.4.cap.6. num.59.* & ex Canonistis, Petrus de Ancharano allegatus à Panormitano *in dicto capit. Vvitoniensis. de elect.num.7.* Et quidem, si opinio contraria esset vera, dictio, *Omnes*, vel *Quascunque*, nihil operarentur; quod non est dicendum ex rationibus adductis.

Supr. hoc i[...] tom.3.tr.2.[...] Ref.46. leg[...] doctrinam [...] Hisomnibu[...]

Supr. hoc me[...] lius infra i[...] § Nec obsta[...] secundo asse[...] rere. huius Ref.

11. Sed meliùs respondeo Secundò, quòd in iure apparet, & cautum est, quòd dispensatus ad dignitates, non intelligatur dispensatus ad Episcopatum, vt optimè obseruat Gerundia *de Episcopatu, lib.2.disp. 2. cap.1. num.15.* cum aliis: & patet *in cap. Vvitoniensis Ecclesia, & cap.in notit. de Elect.* in quibus Textibus Illegitimi aliqui erant ordinati, & beneficia, ac

Dignitates possidebant, & tamen inhabiles ad Episcopatum habebantur. Sed in casu nostro, non apparet, nec colligi potest ex aliquo Textu, quòd cautum sit in Iure, Dispensatum ad quascunque Dignitates, non esse dispensatum ad Generalatum. Ergò non valet argumentum adductum; quia Ius, id quod disposuit de Episcopatu, non disposuit de Generalatu: & ideò Doctores communiter rectè asserunt, quòd sub verbis omnibus, aut quibuscunque Dignitatibus, non includitur Episcopatus; & nemo ex Doctoribus vsque adhuc à me diligenter conquisitis, asserit, quod sub dictis verbis non includitur Generalatus; immò, vt visum est, Bononia, Portel, Bordonus, Martinus de San Ioseph & Pasqualigus indiuidualiter docent sub illa particula, *Quibuscunque dignitatibus*, Generalatus comprehendi: Malè itaque in casu nostro colligitur consequentia de Episcopatu ad Generalatum. Et ideò rectè docet Martinus Becanus, *de Sacram. cap.* 38. *quæst.* 8. quòd non licet argumentari ab vno casu ad alium, quando vnus est expressus in Iure, alter non est expressus. Et quidem nullus, nisi bardus, negaret maximam distantiam, & differentiam, quæ extat inter vtrumque Gradum, & Dignitatem. Hinc Episcopatus, propter eius excellentiam, & præeminentiam videtur speciali nota dignus, & non venit sub nomine Dignitatis, vt in specie notat Glossa, *in cap.* 2. *de Prabend. in* 6. & Panormitanus *in cap. Dilectus eod. titul.* quia est culmen omnium Dignitatum; vt habetur *in cap. penult. de prabend.* Sed hoc dicere de Generalatu, vt gratis dicitur, & sine Iure, sic & gratis negandum erit. Ergo non est admittendum argumentum de Episcopatu ad Generalatum: nam, vt obseruat Maranta, *tom.* 4. *respons.* 4. *numer.* 65. omnimoda, & absoluta exquiritur similitudo (in his scilicet, quæ conferuntur) inter ea, inter quæ similitudo arguitur. Alioquin, vel minima quæque dissimilitudo potens est, & efficax argumentum hoc deturbare; quin non totum destruere, secundùm Gloss. & ibi notata *in l. Creditori* 9. *verb. vendicatio. ff. de noui operis nunciat argumento Text. in leg. Quid ergo* 13. §. *ex promisso, ff. de his, qui notantur infamia.* Gloss. *in Can. sic enim,* 9. §. *his de causis, verb. nunquid* 28. *quæst.* 1. Abbas *in cap. Constitutus, in* 3. *notab. de Appellat.* Afflictus *decis.* 350. *num.* 11. Cochier *de Permut. Benef. part.* 1. *cap.* 3. *n.* 6. & alij.

12. Nec obstat Secundò; si quis diceret, quòd contra superius dicta clarè obstat Stylus Secretariæ Breuium Sanctiss. D. N. nec non Stylus Sacræ Pœnitentiariæ, in quibus, quando Summus Pontifex dispensat cum Regularibus illegitimis ad Prælaturas, & Dignitates Ordinis, apponitur clausula, *non autem Generalatum.* Respondeo, hoc argumentum magis confirmare dictam opinionem; nam quando Pontifex in suis Indultis vult, quòd sub nomine Dignitatum, &c. non comprehendantur Generalatus, id clarè explicat: ergò quando id non explicat, vt est in Priuilegiis concessis Regularibus, dicendum est sub nomine Dignitatum, &c. Generalatum etiam voluisse includere: nam si voluisset, id expressisset, vt facit in Dispensationibus, quæ per Secretariam Breuium, & Pœnitentiariam emanant. Ergo, &c.

13. Confirmatur ex doctrina Georgij Gobat *de duplici Iubilæo, cap.* 33. *quæst.* 91. *num.* 248. Lorcæ *in* 2. 2. *D. Thomæ, q.* 11. *art.* 4. *disp.* 4. *numer.* 12. Bossij, *tract. de Iubilæo, sect.* 1. *cas.* 8. *numer.* 2. & aliorum asserentium quòd si Pontifices in aliquo Iubilæo concederent absolutionem ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ, casum Hæresim tamen excludendo; si posteà in aliis Iubilæis concedant dictam absolutionem, & casum Hæresim non excludant, videtur illum vtique concedere: nam si noluissent, id explicarent in aliis Iubilæis, vt fecerant. Item Pontifices concesserunt plura Priuilegia Regularibus dispensandi in quibuscunque Irregularitatibus, vt Eugenius IV. Sixtus IV. Pius V. excepta tamen Irregularitate Homicidij, Bigamiæ, & mutilationis membrorum, de quibus Pater Lezana, *in summa QQ. Regul. tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 40. tamen quia posteà Paulus III. concessit Generali, Abbatibus, &c. Sancti Benedicti Vallisoletani Priuilegium, vt pro prima die Lunæ Quadragesimæ cùm eorum subditis dispensare possint super quibusve Irregularitatibus, & non apposuit illam clausulam, quam Pontifices in aliis Priuilegiis apposuerunt, *excepta irregularitate Homicidij voluntarij*, &c. Ideò Portel *in Dubiis Regul. verb. Dispensatio in Addit.* Hieronymus Rodriquez, *in Compend. QQ. Regular. resol.* 52. *numer.* 25. Bordonus *in Consiliis Regular. tom.* 1. *resolut.* 13. *num.* 14. 16. *&* 24. Tamburinus *de Iure Abbatum, tom.* 1. *disp.* 4. *quæst.* 11. *numero* 10. *&* 11. cum aliis, sustinent per dictum Priuilegium Pauli III. posse hodiè Superiores Regularium in Feria secunda post Dominicam primam Quadragesimæ, dispensare cum suis subditis super irregularitate orta ex homicidio voluntario, Bigamia, & membrorum mutilatione; quia cùm alij Pontifices in suis Bullis posuerunt clausulam exceptiuam dictarum Irregularitatum, dum Paulus III. in sua Bulla, dictam clausulam non apposuerit, signum est dispensationem dictarum Irregularitatum concessisse.

Sup. hac prima diffic. huius §. in tom. 3. tr. 8. Res. 29 ex consequentiis eius §. Respondent. & aliarum eius not. vbi inter alias Res. ibi appositas in duabus adducuntur duo nouissima Decreta diffinitiua Innocentij X. & Alexandri VII sup. hac quæst.

Et pro prima die Lunæ contenta in hoc textu, & §. infra in Res. 292. §. Notandum. & in Res. 293. §. 1. ad medium & in Res. 296. §. sed hæc. à lin. 5. & in tom. 3. tr. 2. Res. 64. §. & ne. & in tom. 5. tr. 8. Res. 36. §. Nominatim.

14. His suppositis, sic dicendum est in casu nostro: Pontifices concedendo Priuilegium Regularibus, vt cùm Illegitimis possint dispensare ad quascunque Dignitates, si nollent talem Dispensationem ad Generalatum extendere, explicarent quidem, vt explicant in Concessionibus Secretariæ Breuium, & Pœnitentiariæ: ergo non excipiendo Generalatum, videntur Priuilegium ad illum extendere. Et ideò hic intrat Axioma illud Iuris, quòd si lex voluisset, expressisset, vt patet *ex leg. vnica,* §. *si autem ad deficientis, Cod. de caduc. tollen. leg. si seruus,* §. *Prætor ait, vers. Non dixit, ff. de acquir. hæred. c. Ad audientiam* 2. *de Decim. cap.* 2. *de transact. Prel.* & notant Tiraquellus *in leg. si vnquam, verb. Libertis num.* 3. *C. de reuocan. donat.* Menochius, *cons.* 1. *num.* 178. *&* *cons.* 140. *num.* 4. Surdus *decis.* 88. *numer.* 4. *& decis.* 312. *numer.* 12. *&* *cons.* 245. *numer* 45. Gutierrez, *Practicar. lib.* 3. *quæst.* 22. *numer.* 7. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancellar. Gloss.* 9. §. 1. *numer.* 33. *& gloss.* 42. *numer.* 11. Cardosus *in Praxi Iudicum, & Aduocat. verb. Lex. numer.* 28. quibus adde alios, quos citat, & sequitur (heu quondam noster) doctissimus Ioann. Baptista Larrea, *in Allegat. Fiscal. tom.* 2. *alleg.* 94. *num.* 26. Et ideò Lex id noluisse præsumitur, cùm facilè id exprimere potuisset, neque expressit, vt obseruat Menochius, *cons.* 30. *numer.* 8. & sapientissimus, & amicissimus Io. Solorzanus de Indiarum Iure, *tom.* 2. *cap.* 21. *numer.* 32. *ex leg. si seruum,* §. *Non dixit, ff. de acquir. hæredit. ex leg. Illam, Cod. de Collationibus, ex leg. dissentient. Cod. de repud. ex cap. Illa, in sede vacante.* Itaque cùm Priuilegia Pontificalia Regularibus concessa, vt suprà visum est, generaliter, & absolutè, & sine vlla distinctione loquantur, absolutè, generaliter, & sine distinctione intelligenda esse statuendum est, ex Iuribus vulgaribus quæ citat Barbosa *in Axiomata Iuris vsu frequentia, axiom.* 136. *n.* 1. *&* 4.

15. Adde, quòd est valdè notandum, Pontificem in Pœnitentiaria, & Secretaria Breuium, dispensare ad petitionem Partium; & quia Generalatus est suprema Dignitas in ordine ad Gubernationem totius Religionis; & plura merita, ac virtutes requirit Pontifex, quia non potest esse ita bene informatus de meritis Oratorum, rectè non vult sub nomine Dignitatum includere Generalatum; & ideò apponit illam clausulam:

clausulam : Sed quando conc. dit Priuilegia Regularium, non militat hæc ratio; & ideò rectè dicunt Doctores, quòd sub nomine Dignitatum Generalatus in Priuilegiis includitur; quia Superiores Religionum, dispensando cum Illegitimo, cognoscunt radicitùs eius merita, virtutes, & alia necessaria requisita ad Generalatum : Vnde apparet, quòd est dispar ratio inter vtrumque casum: & vbi non militat eadem ratio, non debet militare eiusdem dispositio; vt patet *ex leg. si ita, ff de manumiss. testament. & ex leg. seruus. ff. de statu lib.* vt obseruat Decius, *consil. 349. n. 5.* Surdus *consil. 67. n. 19.* & alij; quia diuersitas rationis, diuersitatem quoque Iuris inducit; *ex leg. Inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig. & ex leg. finali ff. de ritu nuptiar.* Ergo, &c,

Supr. hoc infra in §. Sed dato, contra omnia. à lin. 6. huius Ref. & in tom. 4. tr. 2. Ref. 5. §. vlt. & in Ref. 41. §. Ad argumentum, à lin. 4.

16. Nec obstat Tertiò asserere, quòd Priuilegia contraria Iuri communi strictè sunt interpretanda; vt probat Miranda, *tom. 2. quæst. 4. art. 6.* Syluester, *verb. Priuilegium, quæst. 3.* & patet, quia derogatio iuris communis per se loquendo, vt odiosa, quam maximè debet vitari, vel certè restringi debet, si omninò vitari nequeat : idque ne alioqui Priuilegium fiat inutile; tum quia licet huiusmodi Priuilegia sint fauorabilia, quatenùs respiciunt Priuilegiarium : quatenus tamen à Iure communi exorbitant, censeri debent odiosa; ideóque cùm fauor communis præferendus sit fauori priuato, vbi oportuerit vnum restringere, vt aliud minus lædatur, restringi debet respectu Iuris communis : sed Priuilegia, de quibus est quæstio, vulnerant Ius commune; vt patet ex *capite de filiis Presbyt. ex communi Doctorum sententia*, quos etiam me citato affert Barbosa *de Iure Ecclesi. libro primo, capit. 42. numer. 193.* Ergo, &c.

Sup. hoc in §. 2. not. præterita ad medium, à vers. nam priuilegia, toti Religioni. & in tom. 4. tr. 2. Resolut. 5. §. penult.

17. Respondeo, Priuilegia Regularibus concessa contra Ius commune; esse latè explicanda, vt docet, sapientia, & eruditione nemini secundus amicissimus D. Ioannes Solorzanus *de Indiarum Iure, tom. 2. libr. 3. cap. 16. numer. 110.* qui citat Barbosam, Tiraquellum, & Rodriquez, quibus adde Oldradum *consil. 300. n. 4.* Decium *in cap. vt si clerici. §. de adulteriis vers. similiter gratiosa videns de indic.* Henriquez *libr. 7. de Indulgent. cap. 22. num. 3. & cap. 24. num. 4.* Suarez *de legibus libr. 8. cap. 27. num. 7.* Merollam *tom. 2 disput. 4. cap. 6. dub. 1 numer. 17.* & Sanchez *de matrim lib. 8. disputat. 1. numero tertio*, patetque, tum quia summa est ratio, quæ pro Religione facit. *leg. sunt personæ. ff. de Relig. & sumpt. funer.* tùm quia huiusmodi Priuilegia conceduntur toti Religioni, aut Communitati in perpetuum ideóque æquantur legi, & habentur ac si inserta essent in corpore Iuris, cùm sint Constitutiones perpetuæ. Vnde fit, vt Priuilegia Regularibus hoc modo concessa semper interpretari debeant ad instar Iuris communis. Vide Castrum Palaum *tom. 1. tr. 3. disp. 4. punct. 10. n. 5.* & Pellizarium *in Man. Regul. tom. 2. tract. 8. c. 1 sect. 6 n. 142.*

18. Et tandem Quartò non obstat dicere, quod in nostro casu, defectus illegitimatis non est occultus, sed ab ipsis Religiosis, & ab aliis sciatur. Respondeo, quod hoc argumentum procederet, si Priuilegia essent solùm concessa pro foro interiori; sed hoc in casu nostro non accidit; nam, vt obseruat Marcus Vidal *in Arca Theolog. Moralis, tit. de Casib. reseru. Inquisit. 1, num. 154.* Priuilegia Regularibus concessa, absolutè, pro vtroque Foro concessa intelliguntur; nam Priuilegium sine restrictione concessum, à nobis limitandum non est, immò ampliandum, & explicandum pro vtroque Foro, cùm fauores sint ampliandi. Vnde Sanchez, *lib. 6 cap. 17. num. 43.* asserit, quòd Regulares, virtute Priuilegiorum, possunt absoluere ab Excommunicatione deducta ad Forum contentiosum quoad culpam, quandò gaudent Priuilegio absolutè concesso sine restrictione, aut limitatione. Idem tenet Peyrinus *de Priu. l. tom. 1 in Constit. 6 Iulij II. §. 3. num. 21.* Sed hanc responsionem relinquendo, obserua, quòd indiuidualiter pro casu nostro notat Pasqualigus, vbi suprà, *decis. 185. numero 8.* Priuilegium Pij Quinti concessum Benedictinis, de quo suprà actum est, non solùm concessum fuisse pro Foro Conscientiæ, sed etiam pro foro externo. Ergo. &c.

19. Concludendum est igitur ex his omnibus, esse satis probabilem opinionem supradictorum Doctorum, atque ideò tutò practicari posse, nempè Superiores Regulares posse cum suis subditis Illegitimis ad Generalatum dispensare. Et ita etiam. Ego probabiliter sentio, saluo aliorum præstantissimorum Theologorum, qui consulendi sunt, meliori iudicio. Romæ in Domo S. Syluestri Montis Quirinalis die 22. Februarij 1651.

SVbscribo sententiæ Sapientissimi P. Antonini Diana, quatenus dicit esse satis probabilem, etiam in praxi, opinionem eorum DD. qui existimant posse Superiores Regularium (intellige habentes priuilegia ad dispensandum cum subditis illegitimis ad officia, & dignitates Ordinis) dispensare cum illis, etiam ad Generalatum. Si enim talia priuilegia habeant dictiones: *Quascunque, omnes, cunctas,* vel similes, id videtur certum, cùm istæ dictiones sint vniuersales, de quarum natura est omnia complecti, nihil excludere, & idem operari ac si mentio specialis de omnibus facta fuisset. Ludouicus Motot. *cons. 59. colum. 1.* Matta *de clausul. quæst. 5 claus. 4 num. 1.* Stephanus Gratianus *discept. forens. capit. 990. numer. 15.* Barbosa *de clausul. claus. 184.* si ergo in dictis priuilegiis fuerint dictæ dictiones vniuersales, extendi debent ad omnes *dignitates, Prælatis. &c.* ordinis etiam *Generalatus.* Casu etiam quòd ea priuilegia non habeant clausulas, seu dictiones ipsas vniuersales, sed solùm indefinitas, vt si dicant concedere facultatem ad dispensandum cum subditis illegitimis ad obtinendum *officia, dignitates, Prælatias, Præpositura, &c.* etiam debent extendi ad *Generalatus*; cùm sit regula certa quòd indefinita æquipolleat vniuersali, *l. si seruitus 24. ff. de seruit. vrban præd. l. si ita relictum, ff. de leg. 2. c. solitæ de maiorit. & obedient. c. quia circa de priuil.* vbi DD. quamplutimi. Quòd maximè procedit quando subest eadem ratio. Cardinal Tuschus *tom. 4. littera I. concl. 86. n. 2.* & alij apud Barbos. *axiomat. 123. n. 2.* Hic autem procedit eadem ratio. Nam ea, qua Summi Pontifices mouentur ad concedendum similia priuilegia Regularibus, est illa quam assignauit Sixtus IV. *in Mari magno Carmelitarum §. 63.* scilicet : *Vt dicti Ordinis professoribus omnis vagandi tollatur occasio, & ad Sedem Apostolicam recurrendi subtrahatur pro posse necessitas.* Hæc autem etiam procedit in casu Generalatus. Quòd verò non obstet id, quod adducitur de Episcopis, seu Episcopatu, præter adducta à P. Diana roborari potest ex iis, quæ adduxi *tom. 5. in Mari magno Prædicatorum numer. 9. & 10.* ex variis Doctoribus, quòd scilicet non obstant, quòd secundùm Canones non possit fieri institutio, diuisio, vel vnio Episcopatuum sine consensu Sedis Apostolicæ, nihilominus de institutione, diuisione, vel vnione Prouinciarum Religionum quæ similes sunt Episcopatibus, aliter loquuntur Doctores quos ibi adduxi. Sic sub censura, &c.

Romæ apud Traspontinam 28. Februarij 1651.

Fr. Ioannes Baptista de Lezana.

IDem censeo quatenus in Priuilegio adsit clausula vniuersalis.

Ego Raphaël Auersa Cler. Minorum.

IDem censeo, non solum existente in Priuilegio particula *cunctas*, vel alia simili æquiualenter extensiua, de quo videtur nullatenus posse dubitari; sed etiam si priuilegium concessum fuisset per verba indefinita, non apposita vlla exceptione, idque propter rationem optimè penetratam à R P. Diana, quòd priuilegia concessa in perpetuum Communitati maximè religiosæ æquantur legibus publico iuris corpori insertis, ideòque sunt eiusdem amplæ interpretationis; quam in rem auctoribus ab eo adductis adiungo Layman *lib.* 1. *Theolog. moral. titul.* 4. *cap.*23. *n.*5. §. *dixi autem*, cùm Conink apud eundem sub censura.

Dat. in Collegio Romano Societat. Iesu die 2. Mart. 1651.

Martinus de Esparza Soc. Iesu.

IDem censeo in Collegio S. Thomæ super Mineruam die quinta Martij anni 1651.

Fr. Clemens Aluarez M. & Reg. Minerua.

OPinionem supradictam P. Antonini Diana non solùm iudicò probabilem, sed longè probabiliorem, cùm ea sit fundata in clausulis illis vniuersalibus (*omnes quascumque*) in priuilegiis expressè præcisis, quæ ex communi DD. amplissimè accipiendæ sunt: & quæ in contrarium afferuntur ex paritate cum Episcopatu stylo Breuium, & Pœnitentiariæ, nihil faciunt contrà, cum in illis habeantur claræ limitationes, vnde potius oppositum probant, quod vbi non sunt, vel in iure, vel alibi huiusmodi limitationes, particulæ illæ amplissimè accipiendæ sint, & sine limitatione. In Collegio Romano 8. Martij 1651.

Torquatus Cuppis Societatis Iesu.

ADDITIO

Ad superiorem Tractatum.

§. 1. POst superius scripta, & à tot Viris Doctissimis approbata, obseruaui Declarationem Sacræ Congregationis Concilij sub die 12. Martij 1629. quam affert Barbosa, *de Iure Eccles. lib.* 1. *c.*42. *n.*190. tenoris sequentis: *Legitimatus autem in Infantia ad instantiam Patris per legitimationem amplissimam, vigore facultatum Dominorum de Campegiis, non potest eligere Generalis in sua Religione.* Ergo posset aliquis contrà à nobis superiùs firmata asserere; Sicut Priuilegium concessum DD. de Campegiis legitimandi patientes defectum natalium non extenditur ad Generalatum; ità & Priuilegium concessum Regularibus dispensandi cum Illegitimis. Respondeo, dictam declarationem Cardinalium nihil officere sententiæ, quàm suprà firmauimus in fauorem Priuilegiorum Regularium. Primò, quia credo, quod Sacra Congregatio intellexit Priuilegium concessum DD. de Campegiis, non extendi ad dignitates Ecclesiasticas: & optimè quidem; nam Leo X. concedens Priuilegium dictis Comitibus legitimandi, videtur loqui, vt patet ex contextu Bullæ, tantùm quò ad successionem Bonorum, vt obseruat Maluasia, *vol.* 1. *consil.*109. *numer.*71. & 72. & Giouagnonius, *libr.*2. *Respons.*16. *numer.*50. & 51. Et ideò Sacra Rota *in Bonon. de Bolognini*, *sub die* 27. *Iuny* 1566. *coram Seraphino, tom.*1. *decis.*5. *numer.*7. dixit, quòd facultas concessa Dominis de Campegiis per dictum Priuilegium, ad Bona simpliciter tribuitur; quod etiam apparet in supplicatione signata à Papa, & super quam expensum fuit Priuilegium, vbi nulla petitio inuenitur de habilitate in ordine ad Dignitates Ecclesiasticas. Sed petitur quod omnes de Campegiis possent legitimare personas Ecclesiasticas, & ad Ecclesiastica Bona: quam supplicationem esse attendendam ad declarandam mentem Papæ, tradit Seraphinus *decis.* 467. & *decis.*764. Imò quandò supplicatio discordat à Breui, potius attenditur supplicatio vti mater, quàm Breue, vt obseruat Giouagnonius *loco citato.* Itaque cùm in dicto Priuilegio, & in eius supplicatione nulla efficiatur mentio de legitimatione, quoad dignitates Ecclesiasticas, sed tantùm quoad successionem Bonorum Ecclesiasticorum, ideò Sacra Congregatio dixit legitimatum per Priuilegium DD. de Campegiis, non posse eligi in Generalem. Sed in nostro casu Priuilegia concessa Regularibus fuerunt eis largita in ordine ad dispensandum ad dignitates Ecclesiasticas cum clausulis amplissimis includentibus etiam Generalatum. Ergo est dispar ratio inter vtrumque casum.

2. Et confirmatur ex his quæ docet Acacius Encheleus *de Priuilegiis lib.*2. *cap.*3. *n.*13. probans, quod in dubio ex supplicatione, & precibus petentis, priuilegia interpretationem accipiunt; & patet *ex leg. si siue*, §. *qui ff. de interrog. in iure fac.* & firmat etiam Iason, & Glossa *ex leg. si libello Codic. de diuer. rescript.* Baldus, & Felinus *in cap. inter dilectos de fide instrum.* Bartolus *in leg.* 1. *versic. quæro ff. ad leg. Iul. Maiestat.* Bassæus *in Cur. Theol. ver. Priuilegium* 6. *numer.*7. cum docto Patre Gobat *in Thes. Indulgent. part.*2. *capit.*35. *quæst.*93. *num.*61. & aliis.

3. Roborantur supradicta; quia licet Leo X. confirmauit dictis DD. Campegiis Priuilegium obtentum à Maximiliano Imperatore, tamen certum est confirmationis naturam esse, rem in suo statu, & terminis manentem roborare non autem extendere; ex *cap.*1. & 2. *de Confir. vtilit. vel inutil.* Glossa *in capit. ex parte de Constitut.* & ibi Baldus, *num.*12. Decio, *in leg. more maiorum numer.* 31. *de iurisdict. omnium iudicum*, & *consil* 142. *numer.*6. Quare cùm ex Priuilegio Imperiali, non competat facultas legitimandi ad Dignitates Ecclesiasticas, idem quoque dicendum est attenta confirmatione Apostolica. Vnde cùm Imperator non potuerit legitimare subditos immediatos Romanæ Ecclesiæ, quo ad bona in Terris Ecclesiæ posita, vt docuit Iacobus Butrius *in leg.* 3. *de Offic. Præf.* Speculator, *de Dispens.* §. *Postremo, num.*10. Ioan. Andreas, & Panormitanus, *in capit. Per venerabilem, qui filij sunt legitimi*, Decius *consil.* 150. Socinus Iunior, *consil.*100. *lib.*2. Bertazolus, *consil.*91. 92. & 93. Peregrinus, *de fideicommiss. art.*23. *num* 13. & alij: Ideò Leo X. Pontifex in Priuilegio concesso DD. de Campegiis, confirmauit dictum Priuilegium, quoad successionem bonorum etiam Ecclesiasticorum; de habilitate verò ad Dignitates Ecclesiasticas, nihil disposuit, nec concessit, vt patet ex contextu Priuilegij. Ergo non licet argumentari de hoc Priuilegio ad Priuilegium Regularibus concessum, in quo inuenitur facultas expressa, & ampla dispensandi cum subditis Illegitimis ad quascumque Dignitates.

4. Sed quia Purpuratorum Patrum responsiones tamquàm oracula veneror, non deferam hic respondere ad aliquas obiectiones, quas contra supradictam Declarationem Sacræ Congregationis quis facere posset. Itaque non obstat dicere certum esse, quòd quilibet natus de legitimo matrimonio potest ad Generalatum assumi: ergo etiam illegitimus, legitimatus à DD. de Campegiis. Probatur consequentia; quia legitimatio restituit legitimatum in pristinum statum naturæ, ac si ex vero, & legitimo Matrimonio

tio natus esset, vt firmauit Sacra Rota indiuidualiter loquens de Priuilegio Dominorum de Campegiis in Romana de Zambeccariis, *die* 2. *Decembris* 1588. *coram Comitulo*, *decis.*17.*n.*1. & ita docet caterua Canonistarum penes Illustrissimum Præsidem Couarruuiam, *de spons.p.*2.*cap.*8.§.8.*num.*1. *Regentem à Ponte*, *cons.*16.*num.*17. *vol.* 1. Rolandus à Valle, *cons.* 85. *num.*13.*vol.*1.Cephalum, *cons.*98.*n.*31.*vol.*2.& ex Theologis idem docet Castrus Palaus *tom.* 6. *disp.* 6. *punct.* 9. *num.* 6. & Fragosus *de Repub. tom.*1.*lib.* 3. *disp.* 6. *num.*7. & 10. firmantes, filium legitimatum esse verè legitimum.

5. Respondeo primò, negando consequentiam, quia filius legitimatus non est legitimus secundùm veritatem, sed per fictionem Iuris, vt docent Federicus de Senis, *cons.*276.*num.*2.Alexander *cons.* 2. *Visis codicillis*, *num.*2. *lib.* 1. Baldus *in leg. Eam*, *quam vers. Quæsitum fuit*, & *in leg. Cum acutissimi. Cod. de fi.icicomm.* Tiraquellus, *de nobil. qu.* 34. *num.* 20. Cardinalis Tuscus, *tom.* 7. *verb. Spurius concl.* 410. Cancerius alios referens *var.resol.part.*2.*cap.*1.*num.* 186. Villagut, *de extens.leg. tit. de extens. cu us*, *dispos. loq. in casu verò*, &c. Iason, *in leg si is*, *qui pro emptore*, *num.* 256. & *seq.* dicens, esse communem opinionem, *ff. de vsucap.* Cacheranus, *d c.*/121 *num.*6 dicens, de hoc esse expressam legis dispositionem, *in leg. qui in Prouincia*, §. *Dinus ff. de r tu nuptiar.* ibi, Perinde ac si legitimi concepti fuissent. *leg.*2.*ibi*, Perinde habetur, ac si ingenuus natus esset *ff de natal. rest.* Nam dictio, *Perinde*, fictionem denotat. Decius *cons.*284.*num.* 15. Gironda, *de explicat. Priuil num* 189 Suarez *lib.* 8. *de legib.cap.*21.*num.* 1. Ergo &c Vel melius respondendum est secundò, quò ad effectum legis Ciuilis, & Canonicæ; Filius legitimatus per rescriptum Principis non æquiparatur veris legitimis quo ad omnia; & præsertim pro Casu nostro non potest ad Ordines, & Beneficia promoueri absque dispensatione; vt docet Merolla *tom.*2.*disp.* 4. *cap.* 9. *num.* 122. & alij communiter. Ergo corruit Argumentum superius adductum.

Sup. hoc supra in §. Sed vt magis ad mediũ, à vers. quia legitimatus, huius Res.

6. Nec obstat secundò asserere, quòd legitimatus per subsequens matrimonium potest eligi in Episcopum; vt tradit Glossa *in c. Innocentius in verb. coniuncta*, *de Elect.* vt ex multis probat Suarez, *de Censur. disp.* 50.*sect.*5.*num.*10.Menochius *cons.*799.*num.*12. Couarruuias, *de spons.part.*2.*cap.*8.§. 2. *num.* 24. Ladetchius *cons.* 24. *num.* 19. Marcellus Vulpe *in praxi Iudiciaria*, *cap.*47.*num.*34 Lezana *in Summa*, *tom.*3.*verb. Illegitimi Regulares num.* 13. Sayrus *de Censuris*, *lib.* 6. *cap.* 11. *num.*2. Henriquez, *lib* 1.*cap.*20 *num.* 2. & Solorzanus *de Indiarum Iure*, *tom.*2 *lib.*2.*cap.*17. *num.* 43. Ergo & in nostro casu, legitimatus per Priuilegium Dominorum de Campegiis, à fortiori potest eligi in Generalem. Respondeo Primò: Panormitanum *in cap. ad extirpanda. num.*11. *de filiis Presbyt.* Maiolum *lib.* 1. *cap.* 4.*num.*14.& alios docere, legitimatum per subsequens Matrimonium, egere dispensatione, vt in Episcopum assumatur. Sed quicquid sit de hoc, melius respondeo negando consequentiam: nam legitimatus per subsequens Matrimonium potest eligi in Episcopum, in fauorem matrimonij; vnde non solùm potest eligi in Episcopum, sed ad Cardinalatum, & Papatum; vt ex Viuio, & Natta obseruat Vgolinus de *Irreg. c.* 44.§.3.*n.*1 cum Patre Thesauro *in Praxi p.* 2.*cap.*2. & ideò in multis casibus intuitu fauoris Matrimonij, legitimatus per subsequens matrimonium plura potest obtinere, quod non potest legitimatus per Priuilegium, & patet apud Doctores agentes de hac materia, & præsertim penes Merollam *tom.*3.*disp.* 6.*c.*8.*num.*133. Ergo non valet argumentum de Legitimato per subsequens matrimonium ad legitimatum per Priuilegium.

7. Et tandem tertiò non obstat doctrina Francisci Marca, *tom.*1.*dec.*1114. *num.* 6. vbi loquens de Illegitimo, tenet, quod quando Papa procedit per viam legitimationis restituendo eum primæuo iuri, & antiquioribus natalibus, tunc talis potest promoueri ad dignitatem Episcopalem: Sed Domini de Campegiis in actu legitimationis repræsentant Papam, & Papæ adæquantur, vt notant Sacra Rota *coram Comitulo vbi supra*, *decis.*37.*num.*5.Maluasia, *vol.*1.*cons.* 109.*num.*71.*in fine.* Gionagnonius, *lib.*1.*resp.*16. *num.* 43.& 53.Ergò legitimatus per ipsos, à fortiori, in Generalem Religionis absque alia dispensatione eligi posse dicendum erit. Adde, quod ex Bulla Sixti V. 3. Nonas Decembris 1593. incipiente, *Postquàm.* vt obseruat Marchinus *de Sacram. Ordinis, tract.* 1.*p.*10.*c.* 1.*num.*18.Legitimati à Papa, fiunt habiles ad omnes Ordines, & Dignitates Ecclesiasticas, excepto Cardinalatu. Ergo à fortiori, Illegitimus legitimatus per Dominos de Campegiis, potest eligi in Generalem, quia dicitur legitimatus à Papa, nam dicti Comites de Campegiis, vt dictum est, in hoc actu legitimationis virtute Priuilegij repræsentant Pontificem, & ipsi æquiparantur. Vide Rolandum, *lib.*2.*cons.*12. *num.* 32.Capram *cons.*2.*n.*43.Menochium *cons.*19.*num.*11.& *cons.*20.*num.*14.& 15.Surdum, *cons.* 1.*num.* 26. Peregrinum, *cons.*52.*num.*4.*lib.*4.& alios penes ipsos. Respondeo doctrinam Francisci Marca plures non recipere: nam procedit tantùm, vt dictum est, in Legitimato per subsequens Matrimonium; & ideò ex Rebuffo Lupo, & Montano, Mauritius de Alzedo *in praxi Episcop.p.*1.*c.* 3.*n.* 20. ait, quòd Legitimatus ad Episcopalem Dignitatem, non censetur legitimatus ad Archiepiscopalem. Sed quicquid sit de hoc, doctrina superiùs adducta non facit pro casu Dominorum de Campegiis, nam concedo Doctoribus citatis, ipsos in actu legitimandi Papam repræsentare, sed in his in quibus ab ipso delegati sunt: at non esse delegatos ad legitimandum in ordine ad Dignitates Ecclesiasticas, patet ex dictis. Ergo rectè Sacra Congregatio declarauit per ipsos legitimatum non posse eligi in Generalem.

8. Nec obstat dicere, quod Declaratio S. Congregationis dicit solùm virtute Priuilegij DD. Campegiis, quis non possit eligi in Generalem, ergo secundùm S Congregationem posset quis assumi ad alias Dignitates inferiores. Nam respondeo negando consequentiam, Quia, vt satis probatum est, nulla mentio efficitur in dicto Priuilegio de legitimatione ad Dignitates Ecclesiasticas: & S. Congregatio respondit solùm de Generalatu, quia de illo solùm requisita fuit; & vt notum est, mos SS.Congregationis est; respondere indiuidualiter ad casum tantùm ipsis propositum; nam si interrogata esset de aliis Dignitatibus inferioribus, vtique etiam sic respondisse existimarem ex superiùs adductis; Priuilegia verò Regularibus concessa, vt ex ipsorum contextu apertè patet, loquuntur specificè de Dignitatibus Ecclesiasticis etiam Generalatum comprehendentibus. Ergo, &c.

9. Sed dato contrà omnia superiùs dicta, quod Priuilegium legitimationis DD. de Campegiis extenderetur ad Dignitates Ecclesiasticas, hoc non obstante rectè Sacra Congregatio respondit, vigore illius non posse quis eligi in Generalem: nam priuilegium vulnerans Ius commune, non est latè, sed strictè interpretandum, ex *cap. Dilectos de consuetud.* & *cap. dilectos. de fide instrum.* vt docet Præpositus *in* 3.*part.*D.Thom.*quæst.*97.*dub.* 3. *n.* 34. Amicus *in cursu Theologico*, *tom.*5.*disp.*9.*sect.* 3. *n.* 49. Fabius Galeota, *respons. Fiscal.* 12. *num.* 193. Castrus Palaus; *tom.* 1. *tract.* 3. *disput.* 4. *punct.* 10. *num.* 5. Suarez *de legib.lib.* 8. *cap.* 17.*num.* 5. & alij: sed Priuilegium DD. de Campegiis

Sup. hoc supra in §. Nec obstat tertiò, huius Res. & in alio §.eius annot.

Campegiis vulnerat Ius commune, nempè ex *cap. 1. de filijs Presb. in 6.* vt obseruant Doctores, quos ad satietatem adducit Barbosa, *de potestate Episcop. part. 2. alleg. 45. num. 19.* cùm per dictum Textum ad solum Papam pertineat dispensare cum Illegitimis. Ergo rectè Sacra Congregatio strictè putauit interpretandum esse dictum Priuilegium legitimandi concessum DD. de Campegiis; & dato quod per ipsum posset quis legitimari ad Dignitates Ecclesiasticas, respondit optimè adhuc non posse eligi in Generalem. Verùm hæc doctrina non procedit quoad Priuilegia concessa Regularibus, sed intelligitur, vt optimè obseruat Bordonus, *tom. 2. res. 51. num. 39.* & Merolla, *tom. 2. disp. 4. cap. 6. dub. 1. num. 17.* de dispensatione, & Priuilegiis, quæ priuatis personis concessa sunt, vt est Priuilegium DD. de Campegiis, nam Priuilegia toti Religioni concessa extendenda sunt, vt supra probaui cum multis Doctoribus, quibus nunc addo Vidal *in Arca Theol. mor. titul. de casib. reser. inquis. 1. num. 97. & 117.* Peyrinum *in Priuil. Minim. tom. 1. Constit. 10. Clem. VIII. §. 1. numer. 11. & 12.* P. Lezanam *in summa tom. 4. verb. Priuilegia Regularium num. 9.* Portel *in respons. tom. 3. casu 49. in fine.* Hieron. Rodriquez, *in Comp. resolut. 62. numer. 6. §. Quod tandem.* Peregrin. *in Comp. Priuil. Theat. in introduct. §. 15. & 16.* & Bordon. *vbi suprà in cons. Regular. tom. 2. resol. 52. num. 20.* & colligitur ex *cap. Quia citrà, cap. In iis, de Priuilegiis, & cap. Per exemptionem, eod. titul. in 6.* Vndè ex his firmata est illa Regula, quæ mirificè facit pro nostra quæstione principali, nempè Priuilegia dubia Regularium dubietate orta ex ambiguitate verborum, & ex Iuristarum interpretatione in fauorem Regularium esse intelligenda. Ita concessit Camaldulensibus Leo X. & Iulius II, Congregationi Montis Oliueti, vt habetur in Compend. Societatis, *verb. Priuilegia. §. 4.* & Alexander VI. Benedictinis Cassinensibus, vt habetur in istorum Comp. *concess. 49.* & notat Tambur. *de iur. Abbatum tom. 1. disp. 18. quæst. 6. num. 78.* Rodriquez *vbi suprà, resol. 90. numer. 40. §. Decima,* Bordonus *loco citato num. 40.* & Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib. 2. cap. 2. concl. 3. regul. 1.* Itaque ex his omnibus manifestè apparet Priuilegium de Campegiis, etiam si Dignitates Ecclesiasticas comprehenderet, non esse extendendum ad Dignitatem Generalatus, vt Sacra Congregatio respondit, quia tale priuilegium personis priuatis concessum, & vulnerans Ius commune, strictè interpretandum veniat: secùs autem dicendum est de Priuilegiis Religionibus concessis: nam ista latè, & in dubio in earum fauorem interpretanda sunt.

Supra in §. Respódeo priuilegia Regularibus huius Ref. & in alio §. eius annot.

10. At cum hæc omnia circa explicationem, & defensionem Responsionis Purpuratorum Patrum excogitassem, volui tamen etiam consulere nunquam satis laudatum Dominum meum Franciscum Paulucium Sacræ Congregationis Concilij Secretarium dignissimum qui testatus est mihi declarationem illam non fuisse firmatam sub die 12. Martij, vt citat Barbosa, *sed sub die 12. Maij;* & ita Eminentissimos Cardinales declarasse, quia censuerunt Priuilegium concessum Dominis de Campegiis non se extendere ad Dignitates Ecclesiasticas, quòd nos suprà firmauimus. Nihil igitur officit Declaratio prædicta Sacræ Congregationis, Priuilegiis concessis Regularibus, quia, vt dictum est, Papa illis specialiter, & amplè concedit posse dispensare cum Illegitimis ad quascumque Dignitates: ergo etiam ad Generalatum; nam dictio: *Quæscumque*, est effrenata, & omnia comprehendit, ac extenditur ad latissimum significatum, vt satis suprà probatum est, & probant Doctores, quos affert Cenedus, *singul. 91. num. 1.* & ideò in terminis, vt dici solet, terminantibus nostram sententiam præter Bordonum, Portel, Bononiam, Martinum, & Pasqualigum, vbi suprà adductos tenet etiam Samuelius, *de elect. tr. 2. contr. 18. concl. 4. & 5. iuncta controu. 13. concl. 3.* Et ita ego iterum sentio.

Romæ in Domo Sancti Syluestri Montis Quirinalis die 4. Aprilis 1651.

PRobabilissimum mihi est limitationem illam positam à Sacra Congregatione Priuilegiis DD. de Campegiis nullo modo derogare vniuersalitati Priuilegiorum Regularium. Non solùm quia Priuilegia Regularium priuilegiatissima sunt, vtpotè concernentia fauorem Religionis: *Summa enim ratio est quæ pro Religione facit*, vt dicitur *l. sunt personæ, ff. de Rel. & sumpt. fun.* & quia comparantur legibus publico iuris corpori insertis, quæ latam interpretationem habent, vt notant Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 1.* Henriquez *lib. 7. lib. 22. n. 3.* Coninch *3. p. tom. 2. disp. 33. dub. 2. n. 16.* sed etiam quia cùm Priuilegia dicta Regularium nullo modo dependeant à dicto Priuilegio DD. de Campegiis, nec sint ad instar illius concessa, sed absolutè, & independenter ab ipso, nullo fundamento dici potest restrictionem illius extendi etiam ad Priuilegia Religionum. Præsertim etiam, quia plures rationes suppetunt pro Priuilegiis Regularium intelligendis cum dicta ampliatione, quæ non procedunt in Priuilegio præfato DD. de Campegiis, vt proptereà meritò Summi Pontifices ea concesserint Religionibus amplissimè, istud verò Sacra Congregatio solùm strictè intellexerit. Subscripto igitur sententiæ sapientiss. P. Dianæ.

Romæ apud Transpontinam 5. Aprilis 1651.

Fr. Ioannes Baptista de Lezana.

IN eadem sententia persisto.

Ego Raphaël Auersa Cler. Minorum.

PErsisto similiter in eadem sententia, & censeo dictum Priuilegium DD. de Campegiis merito repelli à causa præsente; cùm Priuilegium Regularium, de quo agitur, expresè concessum sit pro legitimatione ad Dignitates; Priuilegium verò Campegiorum pro legitimatione ad bona simpliciter, vt constat ex declarationibus, & cæteris diligenter expensis à R. P. Diana: qua stante diuersitate materiæ nulla potest subsistere ratio paritatis, quoad extensionem, & restrictionem legitimationis ad has, & illas Dignitates. Quod si ratio aliqua proportionalis vtrique Priuilegio communis obseruanda est, ea proculdubio fauet superiori resolutioni. Sicut enim Priuilegium DD. de Campegiis, quia sub amplissima forma concessum est, nullam vnquam passum est restrictionem, limitationem, aut exceptionem: sed nec pati potuit, in propria materia bonorum etiam Ecclesiasticorum; ita Priuilegium istud Regularium ob eamdem rationem pati non potest vllam restrictionem, limitationem, aut exceptionem in propria materia Dignitatum Regularium. Deinde dato (quòd ex superiùs insinuatis falsum esse satis apparet) Priuilegium Campegiorum comprehendere etiam legitimationem in ordine ad Dignitates Ecclesiasticas, idque sub amplissima forma; non tamen esset eius vigoris, & amplitudinis pro legitimatione ad Dignitates Regulares, atque est Priuilegium Regularibus ipsis concessum. Quia Priuilegium Campegiorum datum est pro subleuamento, conseruatione, atque splendore temporali eius familiæ, quam in rem nil, aut vix quidquam confert legitimatio ad Dignitates Regulares. Priuilegium verò

verò Regularium datum est, ne Religiones impediantur quo minus vtantur opera Religiosorum aliàs idoneorum in iis muneribus, ad quæ honestum vtile, aut necessarium iudicauerint ipsos promouere. Vndè exceptio facta quoad ista Dignitates in Priuilegio Campegiorum, nullatenùs concluderet eam, similiter faciendam, aut subintelligendam esse Priuilegio Regularium; pro quo necesse non est producere communes, & notas regulas interpretationis Priuilegiorum ex intentione, & scopo concedentis, & circunstantiis concessionis.

In Collegio Romano Societ. Iesu 8. Aprilis 1651.

Martinus de Esparza Soc. Iesu.

LImitationem appositam DD. de Campegiis non derogare Priuilegiis Regularium, Censeo rationibus suprà adductis motus, salua &c.

In Conuentu S. Mariæ super Mineruam 8. Aprilis.

Fr. Clemens Aluarez M. & Reg. Minerua.

CEnseo propter rationes à R.P. Diana allatas factis, superque ostensum, nullam esse paritatem inter Priuilegium DD. de Campegiis, & Priuilegium Regularium, in casu, de quo agitur, propterea que persisto in eadem sententia.

Torquatus Cuppis Societatis Iesu.

RESOL. CCLXXXVIII.

An eiecti à Religione, vel dimissi à Superioribus ex Societate Iesu reincidant in irregularitatem, ita vt non possint exercere Ordines receptos, neque ad alia promoueri?

Et quid est dicendum de Religioso illegitimo post annullatam professionem, an possit post latam sententiam in sæculum rediens exercere susceptos Ordines, & ad alios promoueri?

Et notatur professionem non solum tollere irregularitatem ad Ordines suscipiendos, sed etiam quoad Ordinum vsum susceptorum.

Et an ex Declaratione Sacra Cardinal. Congregationis eiecti à Religione, & extra illam degentes sint perpetuo suspensi ab exercitio Ordinum, sublata Ordinariis locorum facultate dictam suspensionem relaxandi aut moderandi. Ex p. 4. t. 2. Res. 66.

§. 1. HIc casus frequenter potest accidere, & est difficilis & curiosus, & ad alium negatiuè respondet Sanchez *in summa tom. 2. lib. 5. cap. 5. numer.* 14. asserens supradictos posse in Ordinibus susceptis in Religione ministrare, & in alios nondum promotos promoueri, & probat hoc ex multis rationibus.

Sed aduersùs illos insurgit nouissimè Hieronym. Rodriquez *in compend. quæstion. regular. resolution. 76. numer.* 7. qui respondet ad omnia argumenta quæ ipse adducit, & hanc sententiam tenet etiam Miranda *in manual. Prælat. tom. 1. quæstion. 15. articul. 10. conclusion.* 1.

2. Quid ego sentiam, dicam breuiter. Opinio Sanchez absolutè quoad eiectos aliarum Religionum probabilis mihi videtur, & illam tenet Villalobos *in summ. tom. 1. tractat. 13. difficultat. 60. numer.* 6. & Peyrinus *de religion. Prælat. tom. 2. quæstion. 2. capit. 5. §. 9. numer.* 199. *in fine*, ex ratione *vbi infrà.* Verùm quoad dimissos ex Societate IESV puto non posse ad Ordines promoueri post egressionem, & ita docet ex eadem Societate Turrianus *de censur. libro nono, disputation. 71. dubitation.* 2. vbi sic ait. Addendum est hanc irregularitatem ex defectu natalium tolli per remissionem trium votorum simplicium post biennium in Societate nostra, quia per illa verè sunt Religiosi, vt definitum est à Gregor. XIII. *in constitution. Ascendente Domino.* Difficultas verò esse potest, an si quis dimitteretur à Societate post talia vota, ante susceptionem tamen Ordinis, intelligeretur, quasi reuiuiscens ea irregularitas, vt non possit Ordines suscipere sine dispensatione; & quamuis res sit dubia, mihi est probabilius necessariam esse dispensationem, quia prædictus fauor concessus videtur iis, qui ita fiunt Religiosi, vt in eo statu suscipiant Ordines. Ita Turrianus.

3. Adde quòd est dispar ratio inter dimissos è Societate, & eiectos ab aliis Religionibus, nam dimissi è Societate, vt patet *in dicta constitutione Gregor. XIII.* & obseruat Hieronymus Rodriquez *vbi suprà*, & docet Sanctarellus *tractat. de Apostasia capit. 7. dubitat. 2. numer.* 10. manent omnino soluti à vinculo monachatus, & à votis Religionis; eiecti verò ab aliis Religionibus, vt obseruat Peyrinus *loco citat.* & alij communiter; quamuis propter delicta expellantur ab Ordine, non per hoc desinunt esse Religiosi; & tenentur ad vota eo modo quo docent DD. quos citat & sequitur Sanctarellus *vbi suprà capit. 6. dubitat. 1. numer.* 1. non est ergo mirum si isti possunt gaudere post eiectionem à Religione aliquibus priuilegiis Religioni concessis, & dimissi è Societate IESV minimè; quia hi post dictam dimissionem sunt meri sæculares, illi verò post eiectionem minimè, sed remanent veri Religiosi. Prælati enim per illam expulsionem non possunt facere de Monacho non Monachum, vt notat Rodriquez *loco citat. resolution. 57. numer.* 6. & alij, ergo, &c. Verùm his non obstantibus non nego contrariam sententiam esse probabilem, quam tuetur nouissimè Barbosa *de iure Pontificio libro primo, capit. 42 numer.* 191. vbi citat Suarez & Sanctarellum, asserentes eiectos è Societate IESV non reincidere in pristinam irregularitatem ex defectu natalium; mihi verò, vt dixi, sententia Turriani magis placet. Sed quid dicendũ de Religioso illegitimo post annullatam professionem, potest ne post latam sententiam in sæculum rediens exercere susceptos Ordines, & ad alios promoueri? Affirmatiuè respondet Peyrinus *loco citat. de relig. Prælat. tomo secundo, quæstion. 2. capit. 5. §. 9. numer.* 194. qui citat Sanchez. Sed ipse de hoc casu in illo loco non loquitur, sed tandem de illis, qui validè professionem emiserunt, vt qui dimittuntur è Societate, & qui expelluntur propter crimina è Religione, & ideo contrariam sententiam tenendam esse puto, quam in terminis, vt dici solet, terminantibus tenet doctus Aloysius Riccius *in praxi tomo secundo, resolution. 311. per totam*, & Barbosa, *in collect. tomo primo, libro primo, titul. 17. capit. 1. numero nono.* Ratio est manifesta, nam, vt patet ex communi sensu DD. irregularitas ex defectu natalium tollitur per professionem; sed in casu de quo loquimur, non fuit vera professio, sed nulla ergo dictam irregularitatem tollere minimè potuit. Alias rationes adducit Riccius *vbi suprà*, quas tu videre poteris.

4. Notandum est hîc obiter professionem non solùm tollere irregularitatem quoad Ordines suscipiendos, sed etiam quoad vsum Ordinum susceptorum. Vide Sanctarellum *variar. resolut. part. 1. quæstion. 39. numero octauo*, Vecchium *in praxi nouit. disputat. 13. dub. 6. numer.* 3. & alios penes ipsos. Nota tamen, quod post hæc scripta inueni, sacram Cardinalium Congregationem *sub die 21. Septembris anno* 1624. declarasse, eiectos à Religione & extra illam

Supr. hoc supra in Resol 185. §. vlt.

Supr. hoc supra in Resol 193. §. vlt.

illam degentes, esse perpetuò suspensos ab exercitio Ordinum, sublata Ordinariis locorum facultate dictam suspensionem relaxandi ac moderandi.

RESOL. CCLXXXIX.

An spectet ad Prælatos Regulares iudicare circa suos subditos, an defectus corporis sit ita notabilis, vt inducat irregularitatem, vel non?

Et an qui aures non habet, sit irregularis?

Et an Prælati Regulares possint dispensare cum suis subditis in irregularitate ex vitio corporis proueniente, vt v.g. cum illo, qui digito caret non tamen pulgari, vel pollice: qui caret occulo dextro, vel sinistro; auribus, vel pede, & ambulat cum pede ligneo, vel habet manus tremulas, &c. Ex p.4.tr.2.Ref.75.

Quæ nunc est in tom.5.tr.5. Ref.61. & in aliis prædicti tr. & quamuis non plenè sup. hac, & seq. quæstionibus contẽtis in hac Ref. lege tamen Ref. annot. seq.

§. 1. Circa Clericos sæculares spectare id ad Episcopum, firmaui ego ipse *in part. 3. tr.6.ref.61.* quoad Regulares id ad suos Superiores minimè spectare, tradunt Barbosa *de potest. Episc. part.2. alleg.42.n.vlt.* Campanili *in diuer. iur. Can. rubr.11.c.17. num.204.* Henriquez *lib.13. cap.14. §.1.* & nouissimè Hieronymus Rodriquez *in compend. qq. Regul. resol.52. numer.17.*

2. Verùm affirmatiuam sententiam tenet Peyrinus *tom.2. de relig. Prælat. quæst.. capit.4. numer.24.* Auila *de censur. part.7. disput.3. dub.2.* Layman *libr.2. tractat.5. part.5. cap.7. numer.6.* Miranda *in manual. Prælat. tom.1. quæstion.8 articul.3. conclusion.3.* & Bartholomæus de Vecchis *in praxi nouit. disputat.9. dubit.21. num.3.* Suarez *de censur. disputat.51. sect.3. numer.16.* & hæc opinio videtur mihi probabilis cum Petro Cornejo *in 3. part. D. Thomæ tractat.5. de irregularitat. disputat.12. quæstion.2.* quia hoc magis spectat ad iurisdictionem Episcopalem quam ipsi Prælati habent, quàm ad Ordinis characterem. Aduertit tamen Layman, Suarez, Vecchius & Miranda *vbi suprà*, liberum esse Episcopo qui daturus est Ordines, admittere vel reiicere tale arbitrium factum à præfato Religionis Prælato circa defectum corporis subditi sui, vt non inducat irregularitatem. Possunt tamen Prælati regulares auctoritate quasi Episcopali gaudentes dispensare cum suis subditis in irregularitate ex vitio corporis proueniente, dummodo vitium non sit tam fœdum, aut turpe, vt ex eo scandalum oriri rationabiliter formidetur. Ita Villalobos & Rodriquez *vbi infrà*. Vecchius *loco citat. dubit.20. numer.3.* Miranda, Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib.1. cap.6. dub.17. concl.2.* & alij, & ita in facti contingentia ego consului potuisse Prælatum dispensare ad sacros Ordines suscipiendos cum subdito, qui digito carebat, non tamen pulgari, siue pollice.

3. Sed difficultas est, an dicti Prælati possint dispensare cum subdito, qui caret pede, & ambulat cum pede ligneo. Affirmatiuam sententiam tenet Villalobos *in summa, tom.1. tract.22. difficult.9. num.21.* Hieronymus Rodriquez *in compend. quæstion. regular. resolut.52. numer.16* & alij, & hæc opinio videtur mihi probabilis, licèt aliqui illam non admittant, vt Petrus Cornejo *in 3. part. D. Thomæ tractat.5. de irregular. disput.12. dubit. vnico, quæstion. vlt.* Idem etiam dicendum puto de Religioso si careat oculo dextro, nam cum ipso potest Prælatus dispensare, vt tenet Vecchius *loco citat.* cui adde Peyrinum *in priuileg. Minim. tomo primo, constitution.2. Iulij 11. § 29. numer.118.* qui citat Ioan. de la Cruz, imò licèt orbatio oculi sinistri irregularitatem inducat, si oculus dexter tali polleat virtute, vt sine deformi faciei conuersione Canon legi possit; ad quam rem inseruire potest Missalis accommodatio, puto in tali casu non adesse irregularitatem. Ita Layman *lib.2. tract.5. part.5. cap.7. num.2.* & alij. Ex quibus omnibus ego olim consului potuisse Prælatum dispensare cum Sacerdote sibi subdito, & maximè in occulto, ad offerendum sacrificium Missæ, qui quidem Sacerdos ob manus tremulas, vel ob chiragram, vel ob aliud huiusmodi impedimentum, laboraret aliqua inhabilitate obseruandi omnes ceremonias in celebratione Missæ consuetas, dummodo hæc impotentia non sit tanta, vt ex ea graue oriatur scandalum, & dispensatus possit sine periculo explere ministerium, & maximè sine effusione sanguinis, si habet manus tremulas. Ita Vecchius *vbi suprà dub.21. numer.6.*

Sup contento in hoc vers. vsq; ad not. seq. in tom.2. tr.5. Ref.73. § vlt.

Quamuis ol plenè sup. hoc, ne deseras tamen legere, & non pigebit, in tom.3. tr.1. gratam, & curiosam doctrinam. Resol.102.

4. Et tandem notandum est hîc obiter contra Nauarr. *cap.27. numer.224.* non esse irregularem qui aures non habet, ita Henriquez *lib.14. cap.8. num 3.* quod probabile esse puto cum Coninch *disp.18. dub.13. n.108.* & Auila *p.7. disp.3. dub.3.* quando crinibus, aut simili ratione defectus iste ita potest legi vt non appareat, nam hoc modo cessat deformitas, quicquid in contrarium cum Nauarro sentiat Viualdus *in candelabr. aur. tract. de irregular. tit. de aurium defectu, numer.4.*

RESOL. CCXC.

An Prælati Regulares quoad suos subditos possint dispensare super infamia iuris etiam publica? Ex p.5.tr.14. & Misc.2. Ref 91.

§. 1. Negatiuè respondet Sebastianus à Bononia *tract. de select. part.2. cap.4. dub.87. numer.1.* Bartholomæus à Vecchis *in praxi Nouitior. disput.9. dub.22. num.13.* & alij asserentes, quòd infamis infamia iuris, cuius delictum occultum est, possit per Prælatum regularem dispensari; negant tamen id posse facere, quando delictum esset notorium, & multo minus, quando delinquens talis declaratus est per iudicis sententiam.

2. Sed cùm Laurentius de Peyrinis *in Præl. Reg. quæst.2. cap.5. §.4. num.50.* probauerit infamiam iuris nullo modo incurri, nisi post iudicis sententiam, ex hoc supposito postea *in priuil. Minim. tom.3. cap.2. sup. const. Sixti IV. num.1.* docet, quòd priuilegium Eugenij IV. concedentis, quòd possint Prælati Minimorum infamiæ maculam abolere, habere locum in foro exteriori, & in infamia per iudicem declarata, alioquin nihil valeret, quia infamia iuris, vt dictum est, nullo modo incurritur, nisi post iudicis sententiam; & priuilegia semper ita sunt interpretanda, vt aliquid operentur, & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, & leges absolutè loquentes in vtroque foro intelligendæ sunt, cùm priuilegia sint amplianda. Hæc Peyrinus *vbi suprà*.

3. Sed si eius opinio esset vera, magnam quidem auctoritatem Prælati Regulares haberent. Verùm communiter contrariam sententiam docent Doctores & ideo Portel *in dub. regular. verb. dispens. num.6.* sic ait. Non possunt Prouinciales, nec Generales dispensare cum infami notato infamia iuris legitimè condemnato, maximè ob crimen nefandum, vt possint celebrare, est enim talis irregularis, & dispensatio cum illis generaret scandalum. Ita ille.

RESOL. CCXCI.

An Prælati Regulares vti possunt priuilegio Concilij Tridentini cap.6. sess.24. de reformatione, quoad dispensandum,

sandum, & absoluendum suos subditos?

Et an sub nomine Episcopi in dicto Concilio comprehendatur Vicarius Generalis? Ex p. 4. tr. 2. Ref. 5.

§. 1. COmmuniter negatiuè respondent. Ita Suarez *de Relig. tomo 4. tract. 8. lib. 2. cap. 12. n. 12.* Ledesma *in Summa tomo 2, tract. 1. cap. 6. post 20. conclus. d'ffic. 3.* Sanchez *de Matrim. lib. 8. disput. 2. num. 13.* Sigismundus à Bononia *de elect. Prelator. parte 2. cap. 1. dub. 60.* Campanili *in Diuer. Iur. Can. Rubr. 7. cap. 5. num. 5.* Garzias *de Benef. part. 7. cap. 11. n. 13. & 17.* Alterius *de Cens. tom 2. disput. 8. cap. 3.* & alij. Et ratio est, quia ex verbis Concilij constat nomine Episcoporum non intelligi in eo qualitercunque habentes iurisdictionem, quasi Episcopalem, sed solos habentes eam in aliqua Diœcesi sibi subdita, vt patet ex illis verbis Textus, quoscumque sibi subditos in Diœcesi sua: Ergo non comprehenduntur in dicto textu Prælati Regulares, cùm nullam habeant propriam Diœcesim. (Sup. hoc in tom. 3. tr. 3. cursim in fine Ref. 6.)

2. Hoc tamen non obstante non desunt Doctores affirmatiuam sententiam docentes, & asserentes Prælatos Regulares, saltem Generales; & Prouinciales nomine Episcoporum comprehendi in dicto Concilij Tridentini Decreto, posseque ex vi eiusdem Decreti vti facultate ibi concessa dispensandi super irregularitatibus, & absoluendi à censuris occultis, alioqui Papæ reseruatis; sustinent Rodriquez *tomo 1. qq. Regul. quæst. 61. art. 9.* Beia *parte 4. casu 37. in principio,* Bartholomæus à S. Fausto *lib. 3. Thesauri Religiosorum, quæst. 115.* Laurentius de Portel *verb. Prælati, num. 36.* & ita etiam sentire videtur Sayrus *lib. 7. Thesauri cap. 7. num. 24.* Si attentè legatur. Probatur hæc sententia; quia etiam in Prælati regulares sunt exempti, & habent iurisdictionem quasi Episcopalem in suos subditos regulares, & etiam proprium territorium, quod non est pars Diœcesis alicuius Episcopi, sed est veluti propria Diœcesis distincta à Diœcesi Episcoporum; nam Monasteria illorum Prælatorum sunt exempta, & immediatè subiiciuntur quoad iurisdictionem in vtroque foro eisdemmet Prælatis, & consequenter sunt æquipollenter Episcopi, sicut Abbates, & Prælati; ergo comprehenduntur in dicto Decreto, sicut iidem Abbates, & Prælati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem in subditos seculares, & de ipsis verificatur tota dispositio quoad omnia verba; ergo vi dicti Decreti possunt vti dicta facultate dispensandi, & absoluendi erga suos subditos regulares. Confirmatur, quia illud Decretum Tridentini, est fauorabile, ergo ob eandem identitatis rationem extendendum etiam ad dictos Prælatos religionum maximè cùm resultet in bonum religionis cui certum est summum Pontificem in suis concessionibus, & priuilegiis plurimum fauere velle. Confirmatur secundò, quia alioqui Religiosi essent peioris conditionis, quam seculares, & relinquerentur à Concilio absque conuenienti suarum animarum remedio, si in talibus casibus pro dispensatione, & absolutione tenerentur vel adire summum Pontificem; vel alios Prælatos extra religionem, & propria Monasteria, qui non essent Pastores proprij, quod etiam vergeret in graue damnum regularis disciplinæ, quia præberetur religiosis vagandi occasio.

3. Sed quidquid sit de hac opinione, certum est penes me, quicquid asserat Ioannes de la Cruz *de statu Relig. lib. 1. cap. 6. dub. 14. concl. 2.* prædictam facultatem Concilij Tridentini competere Prælatis Regularibus & Conuentualibus per Bullam Pij V. die 21. Iulij 1571. relatam à Rodriguez *in qq. Regul. tomo 1. quæst. 61. art. 9.* & Suarez *tomo 4. disp. 30. sect. 2. num. 7.* Et ita docet Marchinus *de Sacram. Ordin. tract. 1. part. 9. diffic. 1. num. 9.* Sanchez & Sigismundus *vbi suprà*, Henriquez *lib. 7. cap. 25. num. 3. in Glossa litera Q.* Beia *loco citat.* & nouissimè Trullench *in Decalogum tomo 1. lib. 1. cap. 3. dub. 4. num. 5.* An verò in dicto Decreto sub nomine Episcopi comprehendatur Vicarius Generalis videtur affirmare Sayrus *de Cens. lib. 4. cap. 17. num. 19.* & Victorellus *in Notis ad Toletum lib. 1. cap. 46.* Sed hoc refellit ex Sacra Congregatione P. Thesaurus *in Praxi de Pœnis, p. 1. c. 14. vers. Respondeo tertiò, in fine* nisi specialiter ab Episcopo facultas committatur. (Quamuis nō plene sup. hoc, lege tamen in tom. 3. tr. 3. doctrinam Ref. 4. & Ref. nor. seq. Et pro contento in lin. vlt. huius Ref. Vide ibi doctrinam Ref. 14.)

RESOL. CCXCII.

An Superiores Regulares possint dispensare cum suis subditis super irregularitate contracta ex homicidio voluntario?

Et quid si sit occultum?

Et an hoc etiam extendatur ad Nouitios?

Et adducitur insigne priuilegium Pauli III. pro Religiosis vbi conceditur vt in singulis annis primo die lunæ Quadragesimæ dispensent cum omnibus subditis in omni irregularitate quauis occasione, vel causa contracta?

Et an dicti Regulares Prælati possint vigore priuilegiorum dispensare super bigamia vera, vel interpretatiua? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 45.

§. 1. NEgatiuè respondent Peyrinus *in priuil. Minim. tom. 1. const. 2. Iuly 1. §. 29. n. 103. & 104.* Layman *in Theol. mor. lib. 1. tract. 5. part. 5. c. 9. n. 7.* Ludouicus Molina *de iust. tom. 4. tract. 3. disp. 70. n. 12* vbi sic ait. Dixi, dispensare poterat, quoniam si homicidium sit voluntarium, esto, sit occultum, statuit Concil. Trident *sess. 14. c. 7. de reform.* vt in eo non dispensetur ad sacros Ordines suscipiendos. Priuilegia autem omnia Regularium reuocata sunt, quatenus cum dispositionibus Concilij Tridentini pugnauerint, eaque de causa Prælati Religiosorum, neque in conscientiæ foro dispensare hodie possunt, vt homicida voluntarius Ordinem aliquem sacrum suscipiat, & fortè in eo priuilegio hoc non continuabitur. Ita Molina, & alij. (Sup. hoc in duabus Ref. seqq. & in tom. 5. tr. 6. Ref. 11. à lin. 2. & signanter paulo inferius à vers. Puedea los Perladas. & in alijs §§. not. 2. dictæ Ref.)

2 Non desunt tamen affirmatiuam sententiam tuentes, & ita docet Io. de la Crux *de statu Relig. lib. 1. cap. 6. dub. 19.* Miranda *in manuali Prælat. tom. 2. q. 8. art. 10. concl. 2.* Sigismundus à Bononia *tract. de elect. part. 2. c. 4. dub. 71. n. 1.* Rodriquez *in qq. Regul. tom. 1. quæst. 14. art. 12.* Corduba, & alij. Et hanc opinionem extendit etiam ad nouitios Bartholomæus de Vechis *in praxi nouit. disp. 9. dub. 16. num. 2.* & fundatur hæc facultas in quodam priuilegio Martini V. & aliis relatis in Compen. Societatis Iesu, *verb. dispensatio, §. 1.* & in nostro *p. 1. verb. dispensatio, §. 2. & seq.* & hanc sententiam nouissimè docet etiam Laurentius Portel *in dub. Regu. verb. dispensare, n. 8.* vbi sic ait. Possunt Prælati etiam Conuentuales dispensare cum suis subditis super irregularitate orta de homicidio voluntario, si sit occultum, non verò si sit publicum. Sic ille.

3. Notandum est etiam hîc obiter insigne priuilegium concessum à Paulo III. Religiosis D. Benedicti Vallisoleti, & relatum à Rodriquez *in Bullario fol. 817.* vbi conceditur, vt singulis annis primo die Lunæ Quadragesimæ dispensent cum omnibus subditis in omni irregularitate, quauis occasione, vel causa contracta, in qua concessione obseruat Hieronymus Rodriquez *in compen. qq. Regular. resol. 16. n. 14. & resol. 52. n. 25.* Laurentius Portel *in addit. ad dub. regul. ver. dispensare n. 5.* quod Summus Pontifex, non limitat si sit homicidij voluntarij, neque casualis, neque limitat si sit delictum occultum, vel publicum, neque excipit bigamiam, &c. Sed absolutè & in communi ait, quauis occasione, aut causa contracta, quod non reperio alium Pontificem concessisse. Cumque concessio sit tam ampla & generalis, & Papa id possit concedere, nec ab aliquo (Sup. contento in hoc §. in Ref. seq. post medium §. 1. à vers. Illustre est. & infra in Ref. 296. §. Sed hoc, & supra in Ref. 287 §. Confirmatur ex doctrina ad medium, & in tom. 3. tr. 2. Ref. 64. §. Et ne, & in tom. 5. tr. 8. Ref. 36. §. Nominatim.)

quo successore reuocatum inueniamus in speciali, videtur posse Religiosos illa vti, sicut iacet, sine limitatione: ... ia cum lex, vel Princeps non distinguit, nec nos debemus distinguere. Ita Portel *vbi supra*.

4. Sed an omnia supradicta pro sententia affirmatiua sint probabilia, nec ne, remitto me iudicio aliorum, sicut & in alia quæstione, An dicti Prælati regulares possint vigore priuilegiorum dispensare super bigamia vera, vel interpretatiua, nam negant Layman *vbi supra*, & alij, quos citat, & sequitur Vechius *in praxi nouit. disp 9. dub. 15. n. 2.* Sicut è contra affirmant Auila *de censuris p 7. d. 8 d. 4. concl* 8. Henriquez *lib. 12. cap. 6. n. 11. in glossa, litera Z*, & alij.

Sup. hoc infra in Ref. 296. & in aliis eius primæ not.

RESOL. CCXCIII.

An Prælati Regulares possint dispensare cum suis subditis in irregularitate ex homicidio voluntario occulto proueniente?

Et an mortuo, vel amoto Priore, Vicarius in Sede vacante possit super hoc ipsum dispensare?

Et an Prælati Regulares Ordinum Mendicantium possint cum suis subditis dispensare in irregularitatibus prouenientibus ex publico delicto, & ad forum contentiosum deducto præterquam homicidij voluntarij, bigamiæ, & mutilationis membrorum, &c.? Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. Ref. 41.

Alibi in Ref. quæ hic est antecedens. & in aliis eius primæ annot.

§. 1. DE hac quæstione ego alibi, & de illa magna mihi fuit olim altercatio cum amicissimo bon. mem. Io. Baptista Coccino sacræ Rotæ Decano, qui mordicus negantem sententiam sustinebat, sed aientem nouissimè docet Stephanus Baunius *in Theol. mor p. 2. tr. 11. q. 68.* vbi loquens de Prælatis Regularium sic ait. Quintò dispensant in irregularitate cuius causa homicidium voluntarium extitit modo occultum. Ratio est, quod Martinus eius nominis V. vt est in compend. Mendicantium *verbo dispensare. n. 14.* & apud Rodrig. *tom. 1. qq. q. 24. art. 12.* absolutè in superiorum iure esse velit, dispensare posse cum subditis, in irregularitate nata ex homicidio, at ista voce quodlibet, idest tam quod casu, quam quod voluntate est admissum, comprehendi est certum. Vetus enim est, verum tamen axioma Canonici iuris, cuius etiam fit mentio, *in lege non distinguit, d. g. de recept.* distinctioni locum non esse cùm eam lex non adhibet, at nulla Martinus est vsus, sed vniuersè, à Regularium Prælatis subditos suos absolui posse ait, ab irregularitate, cui ab homicidio factum esset initium; ergo tam quod est fortuitum, quam quod voluntarium vox homicidij in eo priuilegio posita comprehendit, hoc tamen discrimine, quòd à voluntario absolui regulares nequeant, nisi cum est occultum, dispensari autem in irregularitate à se incursa valeant, ex homicidio casuali publico, aut defendendi sui causa admisso, coram & in multorum oculis, Rodr. *to. 1 q. 24. art. 13.* Compend. Diu Hieron *ver. disp. in foro pænitentiæ* §. 10. quo in genere, Illustre est quod à Paulo III. Religiosis S. Benedicti Vallis Soleti indultum traditur. nempe, vt prima die Lunæ quadragesimæ à singulis eorum peccatis, sententiis, censuris, & pœnis per eos pro tempore incursis, etiam in casibus quomodolibet reseruatis, (exceptis contentis in Bulla Cœnæ Domini) absolui à superioribus suis possint, & cum iis super quibusuis irregularitatibus per eos pro tempore quauis occasione, vel causa contractis dispensare, Rod. *fol.* 8 7. *Bullar.* quam potestatem delegare confessario possint, tam prædicti superiores, quàm quilibet alij, cum iis in eo priuilegio communicantes, quia est iurisdictio per Papæ priuilegiũ habita, ordinaria secũndum Sanch. *l. 1. de matr d. 40. n* 14. Port. *de dubiis in addit. ad verb. dispẽsare. n. 2.* & *verb. Abortus, n. 11.* ordinario

Sup. hoc in Ref. præterita Notandũ est. & in aliis eius annot.

autem subrogare sibi certos posse homines, in quos potestatis suæ partem deriuent notius est, quàm vt explicari à me debeat, nisi id priuilegiatis vetitum foret, vt prohibuit Pius V. Prouincialibus & Prioribus sui Ordinis nec enim in reconciliandis suis subditis cum Ecclesia per absolutionem censurarum, & dispensationem irregularitatis, in quo tantum eos posse voluit, quantum Episcopis per Concil. est permissum *in sess. 24. c. 6.* modò ij per seipsos, respectiuè erga subditos dumtaxat, facerent.

2. Et quoniam in his quæ conceduntur Episcopis, per Concilium; suntque Papæ reseruata communiter, continentur sequentia, Censuræ eæque numero tres, excommunicatio, suspensio, interdictum, secundò peccata reseruata vt simonia in beneficiis, tertiò irregularitas, quartò, officiorum vel beneficiorum iam obtentorũ priuatio; quintò, inhabilitas, qua quis, ob culpam eamque grauem, ad beneficia aut officia obtinenda in posterum redditur inhabilis hæc absoluere, aut in iis dispensare similiter ac Episcopi, Prælati regulares, vi huius priuilegij, poterunt, dummodo sint occulta, & non deducta ad forum contentiosum, quam ad rem duo sunt necessaria, primum vt ad iudicem, saltem per vnum testem sint delata, secundum vt hæc reo intimata sit delatio, nam si non sit intimata illi à Iudice, non dicetur eius delictum deductum ad forum contentiosum, Portel *in addit. ad verb. Abbas, & Prior, n. 5.*

At enim (inquies) inhabilitatis ad beneficia & officia non meminere Patres *in citata sess. 24. Concil. c. 6*

3. Respondendum, eam suspensionis nomine intelligi, hæc enim lato modo (vt aiunt) impropriéq; sumpta, & interdictum à locis sacris continet, Thesauro teste *2. p. prax. s ver. censura, c. 1.* & priuationes officiorum, ac inhabilitates, Rodr. *in explicat. motus proprij Pij V. de ingressu mulierum in Monasteria virorum*, quare ad beneficia religiosi regredi, quibus sunt priuati, & rehabilitari ad officia, quibus iudicati sunt indigni, dispẽsante Prælato suo poterunt. Hucusq; Baunius, ex quibus patet posse superiores Regulares cũ suis subditis dispensare super irregularitate orta ex homicidio occulto.

4. Hanc etiam sententiam docet amicissimus meus Candidus *tom. 1. disquis. 24. art. 61. d. 8.* cuius verba hæc sunt. Vi priuilegij Martini V. in quo communicant Religiones Ordinum Mendicantium, non solum Generales, & Prouinciales, sed etiam Præpositi & Priores locales possunt dispensare cum sibi subditis in foro conscientiæ super omni irregularitate, etiam contracta ex homicidio voluntario occulto tamen, nam communicatio priuilegiorum sic intelligitur, quòd ea quæ conceduntur Magistro Generali vnius Ordinis, censeantur communicata Generalibus aliorum, & quæ conceduntur Prouincialibus, & Prioribus, censeantur communicata similibus Prælatis prouincialibus, & Prioribus, vt tradit Ioannes Delacrux, *lib. 2 de communicatione priuilegiorum. cap. 4. dub. vnic. concl. 2.* Sed prædictum priuilegium fuit concessum à Martino V. Priori Monasterij S. Benedicti Vallisoleti extensum postea, & communicatum omnibus Prioribus, & Abbatibus aliorum Monasteriorum, vt notauit Collector priuilegiorum Mendicantium, *verb. Absolutio ordinaria quoad Fratres*, §. 40. ergo Priores locales Ordinum Mendicantium communicant supradicto priuilegio, poterunt igitur cum suis subditis in foro conscientiæ dispensare super omni irregularitate, etiam contracta ex homicidio voluntario, occulto tamen. Nota tamen quòd superior Conuentus mortuo, vel amoto Priore potest supradicto priuilegio Martini V gaudere erga sibi subditos, quia non dignitati, vel officio conceditur hoc priuilegium, sed in fauorem animarum; tum, quia hoc priuilegium non conceditur Abbati, sed Priori D. Benedicti; ergo ad superiorem mortuo, vel amoto Priore, Sede vacante est extendendum.

Sup. contento in hoc §. fere ad literã in Ref. seq. §. 1.

extendendum. Nec obstat Concil. Trid. *sess. 24. cap. 6. de Reformat.* vbi prohibet quòd non possint Prælati dispensare in irregularitate proueniente ex homicidio voluntario: nam licèt non possint ex facultate Concilij Tridentini, possunt tamen virtute priuilegij Martini V. concessi Benedictinis, & virtute priuilegij concessi Prædicatoribus, priuilegium enim concessum nullo modo abrogatur, nisi fiat de illo specialis mentio, & abrogatio: in decreto Concilij Tridentini nulla est facta priuilegiorum mentio, & abrogatio; poterunt ergo Prælati Regulares virtute alterius priuilegij Martini V. & Iulij II. dispensare cum sibi subditis in irregularitate contracta ex homicidio voluntario. Et hæc omnia docet Candidus *vbi suprà*, cui addendus est Franciscus Bordonus *in Consiliis Regularium res. 13. num. 15.*

5. Notandum est etiam hîc obiter, quòd Prælati Regulares Ordinum Mendicantium possunt cum suis subditis dispensare in irregularitatibus prouenientibus ex publico delicto, & ad forum contentiosum deducto, præterquam homicidij voluntarij, bigamiæ, & mutilationis membrorum, qua in re isti Prælati authoritatem maiorem habent erga suos subditos quam Episcopi erga suos Diœcesanos: quia amplissima priuilegia sunt eis concessa in fauorem Religionis; præcipuè Sixtus IV. concessit Generalibus & Prouincialibus Ordinis Minorum & Prædicatorum, vt possint dispensare cum suis subditis in omni irregularitate. Idem concessit Clemens IV. præterquam homicidij voluntarij, &c. Videantur huiusmodi concessiones, & priuilegia apud Ioannem de la Cruz *lib. 1. de voto obed. cap. 6. dub. 16.* Rodriquez *tom. 1. qq. Regul. q. 24. art. 13.* cùm ergo priuilegia concessa à summis Pontificibus absolutè, & absque restrictione loquantur, poterunt prædicti Prælati nedum in irregularitatibus prouenientibus ex delicto occulto dispensare, sed etiam ex publico delicto, & ad forum contentiosum deducto, præterquam homicidij voluntarij, &c. hoc assertum est magis amplum, quàm octauum: nam ibi loquuti sumus de irregularitate proueniente ex homicidio casuali, & ex homicidio facto causa defensionis: hîc autem loquimur de irregularitatibus vniuersaliter prouenientibus ex publico delicto. Et hæc omnia docet Candidus *loc. cit. dub. 9.* vbi citat Beiam & Rodriquez, quibus ego addo Bordonum *in consil. Regu. resol. 11. n. 4.* Nota etiam quòd post hæc scripta inueni Ioan. Machadum *de perf. Confess. tom. 2. lib. 5. part. 3. tr. 2. docum. 6. num. 2.* docere Prælatos Regulares posse dispensare super irregularitate contracta ex homicidio voluntario, & tandem concludit. [Que los Prelados tienen plenissima facultad para dispensar con sus Religiosos qual quiera especie de irregularidad sin exceptuar alguna.] Ita ille.

RESOL. CCXCIV.

An Prælati Regulares possint dispensare in irregularitate contracta ex homicidio voluntario?

Et an sit probabile non incurri irregularitatem per homicidium omnino occultum, quod scilicet nulla ratione probari possit in iudicio, neque in notitiam hominis venire, nisi ex confessione ipsius occisoris?

Et cursim infertur, quod excommunicatus, aut suspensus ex delicto omnino occulto non tenetur abstinere se ab vsu Ordinis, ne se prodat.

Et quæritur, an restrictio facta in Tridentino sess. 14. de reformat. cap. 6. ne dispensent Episcopi super irregularitate ex homicidio voluntario occulto, extendatur ad mandantem aut consulentem tale homicidium?

Et an idem dicendum sit de consulente mutilationem, vel an consulens mutilationem non sit irregularis?

Ex parte 10. tractat. 13. & Miscel. 3. Resolut. 38.

§. 1. DE hac quæstione alibi sermo incidit; nunc assero affirmatiuam sententiam docere Reuerendissimum Candidum S. P. A. Magistrum, *tom. 1. disquis. 24. art. 61. dub. 8.* vbi sic ait: Dico; Prælati Regulares possunt dispensare secundum eorum priuilegia cum suis subditis in irregularitate contracta ratione homicidij voluntarij, occulti tamen: nam Martinus V. concessit, quòd Prior Monasterij Sancti Benedicti Vallisoleti in foro conscientiæ possit absoluere Monachos ab omni excommunicationis sententia, etiamsi talis esset, quam ipse Summus Pontifex reseruare consueuit, & cum eis super omni irregularitate, etiam in illis casibus, in quibus Papa sibi eos reseruat, in morte videlicet, & in membrorum truncatione, & enormi sanguinis effusione, valeat dispensare, dum tamen aliquid horum trium non sit notorium, & hoc propter scandalum. Ità Martinus V. vi præcedentis priuilegij Martini V. in quo communicant Religiones Ordinum Mendicantium, non solùm Generales, & Prouinciales, sed etiam Præpositi, & Priores locales possunt dispensare cum sibi subditis in fore conscientiæ super omni irregularitate, etiam contracta ex homicidio voluntario, occulto tamen: nam communicatio priuilegiorum sic intelligitur, quod ea, quæ conceduntur Magistro Generali vnius Ordinis, censeantur communicata Generalibus aliorum; & quæ conceduntur Prouincialibus, & Prioribus, censeantur communicata similiter Prælatis Prouincialibus, & Prioribus, vt tradit Ioannes de la Cruz, *lib. 2. de communicatione priuilegiorum, cap. 4. dub. vnico, concl. 2.* Sed prædictum priuilegium fuit concessum à Martino V. Priori Monasterij S. Benedicti Vallisoleti, extensum posteà, & communicatum omnibus Prioribus, & Abbatibus aliorum Monasteriorum, vt notauit Collector priuilegiorum Mendicantium, *verb. Absolutio ordinaria, quoad Fratres, §. 40.* ergo Priores locales Ordinum Mendicantium communicant in supradicto priuilegio; poterunt igitur cum sibi subditis in foro conscientiæ, dispensare super omni irregularitate, etiam contracta ex homicidio voluntario, occulto tamen. Contrà præcedentes assertiones non obstat Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 6.* de Reformatione; vbi prohibet quòd non possint Prælati dispensare in irregularitate proueniente ex homicidio voluntario: nam licèt non possint ex facultate Concilij Tridentini, possunt tamen virtute priuilegij Martini V. concessi Benedictinis, & virtute priuilegij concessi Prædicatoribus; priuilegium enim concessum nullo modo abrogatur, nisi fiat de illo specialis mentio & abrogatio: at in Decreto Concilij Trid. nulla est facta priuilegiorum mentio, & abrogatio: poterunt ergo Prælati Regulares virtute alterius priuilegij Martini V. & Iulij II. dispensare cum sibi subditis in irregularitate contracta ex homicidio voluntario. Et hæc omnia docet Pater Candidus *vbi suprà*; cui adhæret nouissimè Hieronymus Garcias *in Polit. Regul. tom. 1. tract. 6. difficul. 1. dub. 1. n. 7.*

Alibi in duabus præcedentibus Res. & in aliis earum prima ū annotationū & pro contento in hoc §. fere ad literam in Res. præterita §. Hanc.

2. Sed Pater Magister Lezana *in Summa, tom. 1. c. 18. num. 44.* hanc sententiam non admittit, quia dictum priuilegium Martini V. fuit viuæ vocis oraculum, vt Casarubius *in Compend. priuil. Mendic. verb. Dispensatio, num. 24.* habet, notans hoc priuilegium litera O, ideò his temporibus nihil valet. Et de priuilegio Iulij II. asserit nescire quantum valeat, & an sit solum viuæ vocis oraculum, an verò ex aliis priuilegiis possint hodie Regulares dispensare in irregularitate homicidij voluntarij alibi diximus, & Pater Lezana *vbi suprà* docet; quod quando homicidium etsi voluntarium,

luntarium, & illicitum, est ita occultum, vt nullo modo sciri, aut probari possit, probabile est apud aliquos posse Prælatos Regulares, super irregularitate propter illud contracta, dispensare. Ratio est, quia etiam est apud illos probabile, posse Episcopos in prædicto casu dispensare, ac per consequens etiam Prælatos Regulares, qui quasi Episcopalem habent iurisdictionem. Neque obstat Concilium Tridentinum, *sess.* 24. *cap.* 6. vbi dispensatio in homicidio voluntario, etiam occulto negatur Episcopis; exponunt enim Concilium de homicidio voluntario occulto, quod aliquo modo probari potest, vel de illo, quod factum est per insidias, aut proditoriè, *iuxta cap.* 7. *sess.* 14. *eiusdem Concilij*, Auila *de Censuris part.* 7. *d.* 6. *sect.* 5. *dub.* 5. Miranda 2. *tom. Man. quæst.* 8. *art.* 10. Extat etiam priuilegium Pij V. concessum Congregationi Cassinensi, vt habetur *tom.* 2. *Bullarij inter Bullas Pij V. num.* 129. vbi conceditur Prælatis istius Congregationis facultas dispensandi cum Subditis in omnibus casibus, & ob quemuis excessum, & delictum publicum, vel occultum casu, seu data opera, quomodolibet ab eis, & singulis, etiamsi homicidium voluntarium seu membri mutilatio; &c. intellige in foro conscientiæ tantùm, & dummodò tale homicidium factum non fuerit post ingressum Religionis, & semper sint in illa permansuri, donec vixerint, vt in eadem Bulla expressè declaratur. Cautissimè ergo in hisce casibus procedendum est. Addiderim etiam pro maiori cautela, quod si hæc, quæ dixi probabilitatem habent, tantùm intelligenda sunt de homicidio voluntario; hoc enim genus homicidij adeò enorme, & malignum est, vt nunquam debeat credi eius dispensatio concessa in quibuscumque priuilegiis, nisi expressa mentio fiat de illo. Hucusque Lezana; cui adde Pellizzarium *in Man. Regular. tom.* 2. *tract.* 9. *cap.* 3. *sect.* 4. *quæst.* 23. 24. & 27. *qui numer.* 140. putat probabile cum Rodriquez non incurri irregularitatem per homicidium omninò occultum, quod scilicet nulla ratione probari possit in iudicio, neque in notitiam hominis deuenire, nisi ex confessione ipsius occisoris. Et probat, tum *ex cap. Ex tenore de tempor. ordin.* vbi ait Alexander III. Veruntamen quia peccatum occultum est, si promoueri voluerit, non debet aliqua ratione prohibere (est autem ibi sermo de delicto digno degradatione) tum quia irregularitas incurritur solùm in casibus expressis, in nullo autem iure expressum est, quod per delictum omninò occultum incurratur irregularitas: nam iura, quæ dicunt irregularitatem incurri, quando culpa latet, vel quando delictum est occultum, non loquuntur de delicto, quod sit omninò occultum: imò Concilium Tridentinum, *sess.* 14. *de Reform. cap.* 6. quod posset adduci in contrarium, loquitur de homicidio occulto, quod scilicet non sit probatum in iudicio, sed possit probari aliquo modo publicum, non autem de homicidio, quod sit omninò occultum; de quo loquitur Rodriquez: tum quia excommunicatus, aut suspensus ex delicto omninò occulto, non tenetur abstinere ab vsu Ordinis, ne se prodat, vt dicunt omnes, teste Nauarr. *cap.* 27. *num.* 239. sicque constat Ecclesiam nolle pœnam externam infligere ob delictum omninò occultum: nec adhuc vllam pœnam exteriorem intulit contra delictum omninò occultum; licet enim excommunicatio incurratur statim ob delictum omninò occultum exteriùs commissum, quoad priuationem suffragiorum, quæ est occulta, ac secreta; at non incurritur quoad communicationem exteriorem, & participationem Sacramentorum: cùm in tali casu excommunicatus possit se ingerere, ne se prodat, ac infamet. Ita Pellizzarius nominatim contrà me. Sed puto non esse discedendum à sententia, quam docui; & puto sententiam Castri, & Pellizzarij non esse probabilem, cùm sit contrà communem Doctorum sententiam, & contra Stylum omnium Tribunalium Romanæ Curiæ.

Sup. hoc in Res. seq. §. verum. ad medium, à vers. Hæc sententia. & in tom. 5. tr. 5. lege doctrinã Res. 137. & in tom 3. tr. 3. ex doctrina Res. 34. signanter ad medium §. Secundum. & magis late in §. Sed ego.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 1. Res. 171. §. vlt. & cursim in alio vers. eius not & melius in to. 9. tr. 7 Res. 123. paulo post initium, à vers. Et ita doctores.

3. Nota etiam, quod Pater Pellizzarius *vbi suprà* quærit, an restrictio facta in Tridentino suprà, ne dispensent Episcopi super irregularitate ex homicidio voluntario occulto extendatur ad mandantes, aut consulentes tale homicidium, ita vt hi dispensari non possint super irregularitate contracta ex eo quod mandarunt, aut consuluerunt homicidium voluntarium. Et notat aliquos asserere, negatiuam sententiam posse probabiliter sustineri, ex Anania, *c.* 2. *de Cler. pugn. in Duello*, putante non dici propriè homicidam, nec committere homicidium, nisi eum, qui facto occidit, non autem mandantem, nec consulentem, sicque declarari debere statuta loquentis de homicidiis, & committentibus homicidium: idque non dissentiente Sanchez *lib.* 1. *mor. cap.* 10. *num.* 44. qui sustinet consulentem non contineri, quoad irregularitatem in iure sub nomine committentis homicidium, nisi etiam consulens in iure exprimatur; sicut verè interdum exprimitur; quod si admittatur, dicendum est in loco supracitato Tridentini consulentem, & mandantem non contineri; maximè cùm simul in materia odiosa, quæ non debet ampliari. Ita Pellizzarius. At ego adhæreo contrariæ sententiæ cum Toleto, *lib.* 1. *cap.* 82. cum mandans, aut consulens homicidium, *cap.* 2. *de Cler. pugn. in duello.* dicatur perpetrare homicidium; & Tridentinum, indistinctè loquatur de perpetrante homicidium: maximè cùm *cap. Mulieres, de Sent. Excomm.* §. *Ille etiam*, verè committere dicatur delictum: cuius mandato fit. Et hoc etiam fatetur Pellizzarius *vbi suprà*.

4. Sed an idem dicendum sit de consulente mutilationem Doctores, quos citat, & sequitur Sayrus *de Censur. lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 11. & alij affirmatiuè respondent, asserentes, consulentem mutilationem, ea secuta effici Irregularem, sicut efficitur consulens homicidium, eo secuto, quæ videtur esse communis Doctorum fundata in illa æquiparantia homicidij, & mutilationis. At ego probabiliter alibi cum Io. Præposito, Cornejo, & Baunio docui, consulentem mutilationem non esse irregularem: quia irregularitas non incurritur, nisi sit in iure expressa & Canones solùm consulenti homicidium decernunt irregularitatem: qui proinde non debent extendi ad consulentem mutilationem valdè ab homicidio differentem, & etiam in pœnis non fiat extensio à simili, seu à paritate rationis, vt dictum est, immò neque à maioritate. Et ita hanc sententiam nouissimè mordicus sustinet me citato Pater Bossius, *tom.* 1. *par.* 2. *tit.* 1. §. 41. *n.* 1362.

Alibi in tom. 5. tr. 5. Res. 69.

RESOL. CCXCV.

An Regulares possint dispensare in irregularitate contracta ex homicidio occulto? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. Res. 26.

§. 1. PAter Bruno *part.* 1. *tract.* 5. *cap.* 4. *propos.* 1. affirmatiuè respondet, & firmat hanc Conclusionem, quod potest Sacerdos Regularis dispensare Sæculares super omnibus irregularitatibus occultis, super quibus Episcopus ex concessione Tridentini dispensat, ac consequenter in quibusdam irregularitatibus ex homicidio voluntario, iusto vel iniusto contractis.

2. Probat hoc ex Priuilegiis Eugenij IV. Sixti IV. & Pauli III. Ex quibus, ait ipse, sequitur primò, quod hæc facultas dispensandi extenditur ad omnes irregularitates, in quibus potest Episcopus dispensare,

Sup. hoc infra lege doctrinam Res. 301. & aliarum eius not. Imò et.ã omnium illius annotationũ, & signanter in tom. 5. tr. 5. Res. 88. §. Quod autem.

difpenfare, ita vt quidquid iure communi poteft Epifcopus fuper irregularitatum difpenfatione, poffit Sacerdos Regularis per iftud priuilegium. Ait enim Pontifex, fe illis concedere facultatem difpenfandi toties, quoties opus fuerit fuper quacunque irregularitate, Ordinatio referuata. Cumque Epifcopus poffit relaxare irregularitates, quæ ex quibufdam defectibus naturalibus, aut alias inculpatis, vt aliquando cum quibufdam illegitimis, quoad aliquos Ordines, aut quoad illorum vfum, iuxta illa quæ tradit Emanuel Sa; ita cum illis poterit Regularis Confeffor fimiliter difpenfare, dummodo fuper his fententia non fuerit lata; quia tunc requiritur difpenfatio folemnis, quæ Regulari Confeffario non conceditur.

Sup. hoc in Ref. 1. not. præteritæ, & ex omnibus aliis eius annotationum.

3. Sequitur Secundò, quod Regularis poterit difpenfare in illis irregularitatibus quæ ex proprio peccato oriuntur, in quibus poteft Epifcopus difpenfare (verbi gratia) cum illo, qui aliqua cenfura irretitus recipit Sacrum Ordinem, aut in eo fufcepto miniftrauit, aut qui ante ætatem fufcipit Sacrum Ordinem, & in eo miniftrat: & denique forfan cum irregulari ex eo quod membrum mutilauerit; cum iuxta citatos Emanuelem Sa, Rodericum & Suarez (qui ad hoc affert declarationem Cardinalium) illam facultatem habeat Epifcopus, ficut etiam fuper irregularitate ex homicidio cafuali contracta, quia Epifcopus poteft in illa difpenfare, vt tenent Nauarr. *cap.* 17. *num.* 194. Henriq. *cap.* 19. *num.* 7. Auila *de Cenf. part.* 7. *difp.* 6. *fect.* 5. *dub.* 2. *concl.* 2. Diana *part.* 4. *tract.* 2. *de Irregularit. refolut.* 72. Ac denique poteft difpenfare in illa irregularitate homicidij cafualis, etiam publica, ad Minores Ordines, & Beneficium fimplex fufcipiendum; quia id poteft Epifcopus, vt tenent Henriquez *citatus num.* 2. *cit.* 1. *iuncto cap.* 57. *de Excommunic. num.* 1. & *citatus* Auila *concl.* 3.

Quæ hic eft in tom. 3. tr. 3. Ref. 48. §. vlt. & in aliis eius annotpro hac quæft. & pro vltima diffic huius §. Sequitur fecundo, in tom. 4. t. 3. Ref. 136. in fine, & in aliis eius vlt. not.

4. Sequitur Tertiò, extendi hanc facultatem ad irregularitates, quæ non erant Ordinario conceffæ tempore illius Priuilegij Sixti V. nam illa particula irregularitas referuata, fe extendit etiam ad eas, quæ poftea Epifcopo referuatæ funt, feu referuantur, iuxta ea quæ tradita funt de abfolutione à cenfuris referuatis.

5. Verum non leuis difficultas eft fi Confeffarius regularis poteft difpenfare fuper irregularitate homicidij voluntarij omnino occulti: vt autem foluatur, notandum eft duobus modis homicidium dici occultum, vno modo, quod ita occultum eft, vt à nemine poffit in notitiam hominum adduci, nifi à folo occifore. Secundò modo, quod poteft per alium aut alios ad notitiam hominum venire: Hoc pofito, quidam refpondent per tale homicidium omnino occultum non induci irregularitatem. Hæc fententia eft multum probabilis, quam vide apud Mirandam *de Miniftri Gener. iurifdict. quæft.* 8. *art.* 10. & ideo occiforem non indigere difpenfatione, Sed quia contraria eft probabilior, & communior, idcirco refpondetur iuxta eam poffe Confeffarium antedictum difpenfare fuper dicta irregularitate primo modo occulta; quoniam Epifcopus poteft fuper illa difpenfare, vt tenent Couarruuias, Abbas, Caftrenfis, & Angelus à citato Miranda allegato, & Bannes 2. 2. *quæft.* 40. *art.* 2. *dub.* 4. Viualdus & alij, fed Confeffarius Regularis eadem quoad hoc facultate poffet ac Epifcopus, ergo id fimiliter poteft.

Sup. hoc in Ref. prætetita, §. Sed Pater. ad medium, verf. putat probabile, & in aliis not. 1. dicti §.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 3. Ref 51. lege eiusdoctrinã, & aliarum eius notationum.

6. Nec obiicias, Tridentinum vetare, & prohibere Epifcopo difpenfare fuper irregularitate homicidij voluntarij occulti; nam refpondebitur Concilium loqui de homicidio non omnino occulto; fed tantum de illo quod ad iudicium, & notitiam hominum deduci poteft, & probari, vt optimè refpondet in eadem materia citatus Miranda: nec refert quod illud homicidium voluntarium fit iuftum vel iniuftum, quia in vtroque eft par ratio. Hucufque Bruno.

7. Et in fauorem eius fententiæ ego alibi plures alios adduxi, quos tamen improbaui, & nunc Brunum improbo, nec eius fententiam audeo Regularibus confulere neque Epifcopis quoad irregularitatem homicidij occulti, & modo vt fupra explicatum eft.

Alibi in Refolutionibus prætetitarum annotationũ huius Ref. & in aliis.

RESOL. CCXCVI.

An faltem irregularitas vera bigamiæ, & interpretatiua fit difpenfabilis à Prælatis Regularibus cum fuis fubditis?

Et an bigamia præfata poffit difpenfari, à quocumque Confeffario Ordinis ex priuilegio Sixti V.

Et an faltem Generales Religionum poffint difpenfare cum fuis fubditis in bigamia ex conceffione Sixti IV. facta Carthufienfibus.

Et an Prælati Regulares per quandam conceffionem Pauli III. poffint femel fingulis annis prima die Lunæ Quadragefimæ difpenfare cum fuis fubditis in omni irregularitate, quauis occafione, vel caufa contracta; vbi nihil excipit, neque bigamia, neque homicidium voluntarium, &c. de qua in Bullario.

Et notatur poffe prædictos Prælatos difpenfare cum fuis fubditis fuper bigamiam fimilitudinariam eo modo, quo poffunt Epifcopi cum fuis fubditis. Ex p. 4. tr. 2. Ref. 63.

§. 1. NEgatiuè refpondet Rodriquez & alij, quos citat & fequitur Barbofa *de poteft. Epifc. part.* 2. *allegat.* 49. *num...* Bartholomæus de Vecchis *in praxi nouit. difp.* 9. *dub.* 15. *numer.* 2. & Tamburinus *de iure Abbat. tom.* 2. *difp.* 17. *quæftion.* 3. *numer.* 2. Ratio eft, quia in priuilegiis femper cenfetur excepta bigamia, nec inuenitur priuilegium, quod hoc concedat Prælatis Regularium, ergo, &c.

Sup. hoc fupra in Ref. 292. §. vlt. à lin. 3. & in tom. 3. tr. 3. Ref. 55. curfim in fine, & in Ref. 57. §. vlt.

2. Verùm his non obftantibus Auila *de cenf. part.* 7. *difp.* 8. *dub.* 4. *conclus.* 8. & Henriquez *libro fecundo de matrimon. cap.* 6. *num.* 11. *in gloffa lit. V.* docent Religiofos difpenfare poffe in bigamia præfata non folùm à Superioribus, fed etiam à quocumque Confeffario Ordinis, & hoc ex priuilegio Sixti V. Vide etiam Petrum Cornejo *in* 3. *part. D. Thom. tractat.* 5. *de irregul. difp.* 10. *dub.* 1. *in fine.*

3. Sed hoc priuilegium non effe ita clarum, tenet Tamburinus *vbi fuprà*, & alij, vnde adducam aliud ex Hieronymo Rodriquez *in compend. qq. regular. refolut.* 16. *num.* 14. vbi fic ait. Nota cum Portel *in addit. ad dub. regul. ver. difpenfare, num.* 5. quòd Prælati Regulares per quamdam conceffionem Pauli III. de qua in Bullario, poffunt femel fingulis annis prima die lunæ Quadragefimæ difpenfare cum fuis fubditis in omni irregularitate, quauis occafione, vel caufa contracta, vbi nil excipit, neque bigamiam, neque homicidium voluntarium, quæ folent excipi priuilegiis, vnde cùm nec lex, nec Princeps diftinguat, nec nos diftinguere debemus, quæ fententia tamquam pia & probabilis poteft in praxi fequi, licèt oppofita fit tutior, & conformior menti Pontificum, qui femper bigamiam excipiunt. Iuxta ftylum Curiæ. Ita Rodriquez *vbi fuprà*, & ita hanc fententiam tenet etiam nouiffimè Peirinus *de relig. Prælat. tom.* 2. *quæft.* 2. *cap.* 5. §. 8. *num.* 99. Non reticeam etiam hic adnotare quòd, vt notat Portel *in dub. regular. ver. difpenfare, num.* 4. *in compend. Societ.* IESV,

Sup. hoc fupra in Ref. 292. §. Notãdum eft. & in aliis eius not.

Iesv *ver. dispensare.* §. 5. & 6. dicitur quòd Generalis ipsorum potest dispensare cum subditis in bigamia ex concessione Sixti IV. facta Carthusiensibus.

4. Sed ego in facti contingentia non recederem à prima sententia, quam præter DD. citatos tenet etiam Sebastianus à Bononia *tractat. de elect. part. 2. capit. 4. dubit. 71. numer. 2.* vbi & rectè notat posse supradictos Prælatos dispensare cum suis subditis super bigamiam similitudinariam, eo modo, quo possunt Episcopi dispensare cum suis.

Sup hoc notato, & quando & quomodo hoc denetum accidit, in tom. 5. tr. 5. ex Ref. 148. lege à n. 3. §. 2. & pro dispensat. Episc in a. o §. not. 1. dictæ Ref.

RESOL. CCXCVII.

An Prælati Regulares possint absoluere subditos suos suspensos propter Ordines susceptos ante legitimam ætatem, vel absque licentia, vel per saltum? Ex p. 3. tr. 2. Res. 85.

Sup hoc in tom. 5. tr. 3. Res. 44. §. vlt.

§. 1. Negatiuè respondet Gabucinus, quem citat, & sequitur Sayrus *de censuris, lib. 6. cap. 12. num. 13. & 14.* vbi asserit, priuilegia Regularium circa hoc esse derogatum per Concil. Trident. *sess. 23. cap. 12. de reform.*

2. Sed prorsus contrariam sententiam tenendam esse puto, quam latè defendit Laurentius Portel *in dub. Regul. ver. Ordines sacri, n. 14* & nouissimè Hieronymus Rodriq. *in compend. qq. Regul. reso. 106. n. 26.* & ad argumentum Sayri respondet Portel, quòd Concilium ibi solùm reuocat priuilegia, ne ordinentur Regulares ante ætatem ibi assignatam, non verò reuocat priuilegia Regularium quæ aliàs habent absoluendi à Sede Apostolica suos subditos. Imò Concilium clarè loquitur: ait enim (priuilegiis quo ad hoc exclusis) quo ad hoc, inquam, idest, quo ad Ordines suscipiendos ante hanc ætatem, vnde non loquitur de priuilegiis Regularium ad absoluendos subditos.

3. Neque obstat, quòd Sixtus V. in sua constitutione contra malè promotos, reuocauit priuilegia Regularium ad absoluendum subditos sic malè promotos, quia postea reualidata sunt per alios Pontifices subsequentes, qui confirmarunt priuilegia Regularium ex certa scientia, quæ forma confirmationis reualidat inualida, & reuocata per suos antecessores, vt cōmuniter docent Doctores, & præcipuè inter illos Sigismundus à Bononia *tr. de elect. part. 2. c. 4. dub. 76. n. 6.* & Suarez *de legib. lib. 8. c. 19.*

RESOL. CCXCVIII.

An Superiores Regularium possint absoluere subditos ab excommunicatione ob Symoniam contractam in Ordine, vel beneficio?

Nec enim possint cum illis dispensare in suspensione, quæ incurritur ratione Symoniæ in Ordine suscepto; imo nec dispensare possint in irregularitatem ob talem Symoniam contractam, etiamsi Symoniacus sit occultus?

Et an sit probabile Symoniacum occultum non incurrere irregularitatem?

Et an priuati Regulares possint hodie absoluere clericum symoniacum in ordine, vel beneficio ad se venientem pro sacramentali confessione audienda?

Et an id possint Confessores Societatis Iesu per priuilegium concessum à Paulo III. per quod Papa concedit illis Patribus, (ac proinde cum illis communicantibus,) vt pœnitentes ad se venientes possint absoluere ab omnibus censuris, & pœnis Ecclesiasticis, exceptis contentis in Bulla Cœnæ? Ex p. 10. tr. 15. & Misc. 5. Res. 8.

§. 1 Negatiuam sententiam mordicùs sustinet Magister Texeda *in Theolog. Moral. tom. 1. lib. 2. tract. 1. contr. 18. num. 10.* vbi sic ait, Si roges, an regulares Prælati possint absoluere suos subditos ab excommunicatione incursa ob ordinum simoniacam susceptionem; & dico hodie non posse cum illis dispensare in suspensione, quæ incurritur ratione simoniæ in ordine suscepto, quia licet attento quodam priuilegio à Clemente IV. concesso. Congregationi S. Benedicti in Hispania, vt refert Collector priuilegiorum ordinum, & Abbatibus Cistercij, virtute cuius poterant Abbates, & eorum Vicarij absoluere suos subditos à pœnis, quas incurrunt subditi propter ordines simoniacè susceptos, & propter beneficia simoniacè obtenta, & hoc quidem non semel in vita, sed toties quoties illi visum fuerit expedire, Tamen Sixtus V. in quadam constitutione, quam edidit contra Clericos malè promotos, eam facultatem penitus reuocauit, & abstulit, dicens quòd nemo prætextu cuiuscumque priuilegij etiam mare magnum nuncupati, &c. possit absoluere huiusmodi simoniacè promotos, & verba eius sunt, personæ sicut præfertur delinquentes tam scilicet Antistites, quàm Abbates promouentes, quàm clerici malè insigniti, seu ordinati à reatibus, & excessibus præfatis absolui præterquam in mortis articulo possint aut debeant, nec cum his super irregularitate præmissa contracta, etiamsi crimen penitus occultum fuerit quouis modo valeat dispensare. Ex qua Sixti V. constitutione non obscurè consta omnibus tam Episcopis, quàm Regularibus Prælatis, ablatam esse facultatem absoluendi suos subditos ab excommunicatione, & aliis pœnis incursis, eo quod simoniacè ordines susceperunt, vel beneficia obtinuerunt etiam prætextu priuilegiorum regularium, quia omnia illa quoad hanc partem derogat, & inualida esse ex nunc pro tunc declarat, ac proinde etiam abstulit facultatem dispensandi cum prædictis simoniacis in irregularitate ob illud crimen simoniacum incursa, quam etiam Sixti V. constitutionem ad terminos sacrorum Canonum, ac constitutionem Pij II. Sixti V. prædecessoris, & ad dispositionem decretorum Sacri Tridentini Concilij adiecit hæc verba, præterquam contra simoniacè ordinantes, & ordinatos inflictas, has enim voluit in suo robore permanere. Ex quibus Pontificis verbis, quamuis prædictam Sixti V. constitutionem videtur moderare, & restringere, quantum ad aliquid, absolutè tamen reliquit illam in suo robore quantum ad auferendam potestatem à Religionum Prælatis, vt possint absoluere suos subditos, qui simoniacè ad ordines promoti sunt, nec in irregularitate ob talem simoniam contracta dispensare, & ideò si Religiosus simoniacè ordinatus est, aut simoniacè Prioratum aut quamcunque aliam dignitatem in Religione obtinuit (nam nomine beneficij officium dignitatis in Religione intelligitur) est ipso facto excommunicatus, & est ipso iure illis priuatus. A qua excommunicatione absolui nequit per Regulares Prælatos, nec in suspensione, incursa dispensari nisi per Romanum Pontificem, cui talis absolutio, & dispensatio reseruatæ sunt, quod debet intelligi etiamsi sit simoniacus occultus. Hucusque Texeda.

2. Sed contrariam sententiam tenet Portel *in respons. Moral. tom. 1. cas. 41. num. 1.* vbi sic asserit. Credo posse hodie Prælatum Regularem absoluere suum subditum à simonia commissa in ordine vel beneficio. Probo, quia licet Sixtus V. reuocauerit omnia priuilegia Religiosorum, per quæ id poterant absoluere, tamen postea Clemens VIII. in bullario Rodriquez *fol. 1201.* confirmauit priuilegia Minorum, ex certa scientia, quod idem fecit postea Paulus Quintus; & Clemens VIII. in prædicta Bulla confirmatoria addidit hoc verbum, confirmamus, & innouamus.

nouamus. Est autem communis Doctorum opinio, quod quando Papa in confirmatione priuilegiorum ponit verbum *ex certa scientia*, & verbum, *innouamus*, censetur confirmare etiam priuilegia talium Religiosorum, quæ antea per aliquem Summum Pontificem fuerant reuocata. Sic tradit Glossa *in capit. quia diuersitatis, & in c. 1. de transact.* Et confirmatur, quia talis confirmatio ex certa scientia habet vim confirmandi actum nullum, reddendo illum de inualido validum, seu de priuilegio nullo facere validum. *Sic* Suarez *fusè lib. 8. de legib. cap. 18. à num. 12.* idem tenet Collector priuilegiorum Mendicantium *verbo*, *Priuilegium*, *ad §. 15.* dicens multos famosos Doctores Vniuersitatis Salmantinæ declarasse qnod quandocunque aliqua ptiuilegia conceduntur de nouo cum hac clausula, *Non obstantibus reuocationibus Apostolicis*, intelliguntur viuificata; & de nouo concessa etiam illa, quæ fuerant reuocata. At Clemens VIII. in citata Bulla dicit *innouamus*, & in procemio Bullæ dicit, *Et in pristinum statum reponat*, & post medium Bullæ dans Iudices Conseruatores pro defensione dictorum priuilegiorum, præcipit illis, vt procurent, *Omnia semper in pristinum reponi*; Quæ omnia verba satis innuunt confirmare voluisse etiam priuilegia reuocata, maximè cum ibi Clemens VIII. non apposuerit clausulam, *Quatenus sint in vsu*. At constat quod ante illam reuocationem factam à Sixto Prælati regulares poterant absoluere subditos ab omni simili excommunicatione maximè per concessionem Pij V. factam Prælatis Patrum Dominicanorum, quibus concessit, vt per se possent absoluere subditos ab omnibus casibus occultis, quæ possunt Episcopi absoluere, & huius meæ opinionis est etiam nouiter Fr. Hieronymus Roderic. *in suis resolutionibus resolut. 3. numer. 7.* Dixi posse Prælatum absoluere suum subditum simoniacum in ordine, nam quæstio non modica esse potest, an Confessores Regulares possint hodie absoluere Clericum simoniacum in ordine, vel beneficio ad se venientem, pro confessione Sacramentali audienda? Hunc casum non inueni expressum ad vllum recentiorem. Sed tamen (sub correctione Doctorum) credo illos talem Clericum posse absoluere virtute suorum priuilegiorum. Probo, quia prædicti Religiosi id poterunt facere ante illam reuocationem Sixti V. maximè per priuilegium Sixti IV. apud Compendium Mendicantium *verbo*, *Absolutio quoad sæculares 2. §. 10. cum annotat. Cordub. ad dictum §. 20.* per quod concessit Confessoribus Ordinis Minimorum, vt possint absoluere pœnitentes ab omnibus casibus excommunicationis, suspensionis, &c. Episcopus à iure, vel ab homine reseruatis, & simile priuilegium extat in eodem Compendio, *& in eodem verb. §. 19.* concessum Benedictinis, & clarius adhuc id poterunt Confessores Societatis Iesu per priuilegium illis concessum à Paulo III. & transcriptum à Rodriquez *in Addit. ad §. 9. n. 120.* Per quod Papa concedit illis Patribus (& proinde cum illis communicantibus) vt pœnitentes ad se venientes possint absoluere ab omnibus censuris, & pœnis Ecclesiasticis exceptis contentis in Bulla Cœnæ. Quapropter licet illa priuilegia sint reuocata per Sixtum Quintum, si tamen illi Religiosi, quibus illa concessa fuerunt habeant confirmata sua priuilegia ex certa scientia (vt suppono) poterunt eisdem vti ob rationes claras, quas adduxi *in num. 1. proximè præcedenti.*

Sup. hoc cursim, sed resolutiue supra in Ref. 271. §. Sed postea. ad mediū, vers. Simoniæ realis, sed lege ibi etiam. §. Verum non definam. & si eam perlegis per totā, non pigebit, & si vacas otio sup. hoc priuilegio Sixti IV. infra lege doctrinam Ref. 301. à §. 2. & seqq.

Sup. hoc infra in Ref. 300 §. 2. paulo post initium, vers. Vt patet, & signanter in tom. 2. tr. 2. Ref. 23. §. vlt. per totum, & in alio §. not. 1. dicti §. & in tom. 5. tr. 8. ex Ref. 33. lege doctrinam §. 1. 2. & 3.

3. Hanc etiam sententiam tenet Leandrus à Murcia *in c. 14. super 8. Regulis D. Francisci n. 37.* & Bordonus *in cons. Regul. tom. 2. resol. 67. num. 76.* Vecchius *in praxi disputat. 9. dub. 13. per totum.* Tamburinus *de iure Abbatum tom. 2. disputat. 14. quæst. 13. num. 1.* Hieronymus Rodriquez *in compen. qq. Regularum resol. 3. num. 1.*

Et hanc sententiam tanquam probabilem admittit Pater Pellizzarius *in Man. Regul. tom. 1. tract. 8 cap. 2. num. 47.* Sed an ita sit, alij videant, dicit amicissimus Pater Lezana *in summa tom. 3. ver. Simonia num. 31.* & ego hanc sententiam absolutè alibi impugnaui contra Patrem Vidalem. Notandum est tamen hîc obiter probabilissimum esse Simoniacum occultum non incurrere in irregularitatem, & ita docet doctus, & amicissimus Bardi *in Bulla Cruciata part. 3. tractat. 2. cap. 1. sect. 4. § num. 30.* vbi sic ait. Supponendum est quod quamuis secundum plures Authores recipiens ordinem simoniacè incurrat irregularitatem etiamsi simonia sit occulta, vt notat Henriquez *lib. 7. cap. 13. num. 6.* Suarez *de censuris disputat. 43. sect. 4. num. 2.* nihilominus & ipsi, & alij existimant ob peccatum simoniæ occultæ nullam incurri irregularitatem, quia in iure non habetur hoc expressum, licèt in alias pœnas; & censuras simoniacus incurrat, & ipso facto in triplici illa materia, dixi ob simoniam occultam; nam quando est publica ratione infamiæ, resultat irregularitas. His præhabitis dicimus non posse commissarium dispensare in irregularitate, quæ oritur ex simonia, quia Pontifex in hoc paragrapho talem irregularitatem expressè excipit, hoc tamen facit iuxta probabilem opinionem, quæ asserit ex simonia saltem circa ordines incurri irregularitatem; At quia oppositum est etiam probabile immò iuxta meam sententiam probabilius, idcircò simoniacus non indigebit dispensatione facienda à commissario in aliqua irregularitate, cùm poterit practicè sibi suadere in nullam incurrisse irregularitatem. Ita Bardi.

Alibi pro parte supra in Ref. 268. §. Nec obstat, &c.

Et pro Simoniaco occulto contento in hoc textu in tom. 4. tr. 3. Ref. 137. §. 2. & 3. & in tom. 5. tr. 5. Resol. 39. §. Hinc. & ibi in tr. 7. Ref. 3. §. Notandum, & seqq.

Sup. hoc pro Commissario in tom. 4. tr. 3. Ref. 137. à principio.

RESOL. CCXCIX.

An Prælati Regulares possint absoluere suos subditos à casibus Bullæ in Cœna Domini? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 72.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Suarez *de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 21.* per totum, & nouissimè Hieron. Rodriq. *in compen. qq. Regul. resol. 3. num. 3.* vbi sic ait. Prælati Regulares possunt absoluere suos subditos à casibus Bullæ Cœnæ Domini non obstante noua reseruatione ipsorum, quæ quotannis fit in publicatione dictæ Bullæ. Ita ille. Et hanc sententiam mordicus etiam defendit Peirinus *in priuileg. Minim. tom. 1. constit. 4. Sixti IV. §. 5. n. 6. cum seq.* & Portel *in addit. ad dub. Regul. ver. Abbas, num. 8.* Vide etiam Emanuelem Rodriq. *in qq. Regul. tom. 1. q. 10. art. 9.* Vegam *in sum. tom. 1. cap. 49. cas. 1.*

Sup. hoc supra ex doctrina Ref. 251. prope finem, vers. & proinde. Sed lege eam per totam, & vide etiam Ref. & §§. eius secundæ not. & ex Ref. 271. vide §. verum, & seqq.

2. At his non obstantibus Sigismundus à Bononia *tract. de elect. dub. 69. n. 13.* Ascanius Tamburinus *de iure Abb. tom. 2. disp. 14. q. 15 n. 3.* Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib. 1. cap. 6. dub. 15 concl. 1.* Zanardus *in direct. Theol. p. 2. cap. 17.* Naldus *in sum. ver. nouitius, n. 7.* Vechius *in praxi nouit. disp. 9. dub. 6. n. 3.* Graffius *in appen. lib. 1. cap. 7. n. 22.* & alij penes ipsos, asserunt non posse Prælatos Regulares absoluere neque Professos, neque Nouitios à casibus Bullæ Cœnæ. Sed ego in controuersia tam graui cum Miranda *in manuali Prælat. tom. 2. q. 9. art. 10.* iudicis officium agere nolo, ideo de illa penes alios sit iudicium, seu consulatur Summus Pontifex.

RESOL. CCC.

An Regulares possint dispensare cum sæcularibus super irregularitatem ortam ex delicto. v. g. si Sacerdos excommunicatus celebrasset, vel suspensus sacros Ordines suscepisset?

Idem dicendum est de quibuscumque Sacerdotibus electis ab ipsis pœnitentibus virtute Iubilæi, aut Bulla Cruciata.

Et notatur, quod absolutio, seu dispensatio super his irregularitatibus dari potest extra confessionem, quamuis in Bullis, seu priuilegiis dicatur, quod pœnitens absoluatur, audita priùs diligenter confessione. Ex p.9.tr.8. & Misc.3. Ref.50.

§. 1. SVppono quòd Irregularitas diuidenda est in tres classes. In prima est irregularitas, quæ contrahitur cum peccato, & resultat ex eo, puta ex homicidio, seu ex mutilatione culpabili. In secunda classe est irregularitas, quæ incurritur absque culpa, nempè ex bigamia, vel ex morte, seu mutilatione iusta, aut propter accelerationem ad mortem sine peccato, saltem graui, quæ dicitur ex defectu lenitatis. In tertia classe est irregularitas, quæ oritur ex mala susceptione, seu administratione Sacramentorum, quando scilicet quis excommunicatus, vel suspensus Ordinis suscipit vel celebrat.

Sup. hoc in Ref. seq. & in aliis eius primæ not. Imo etiam omniũ eius annotationum.

2. Hoc supposito, quò ad Casum propositum affirmatiuam sententiam tanquam probabilem admittit nouissime Fragoso *de Regimine Reipublic. Christ. tom.1. part. 2. lib. 11. disputat. 24.* §. 7. *numer.* 18. vbi sic ait: Satis probabilem tamen, & in praxi tutam puto partem affirmantem, posse scilicet Mendicantes per sua priuilegia absoluere ab huiusmodi Censuris, & dispensare ab illa irregularitate tertiæ classis, ex illis censuris resultante, vt patet ex priuilegiis nostræ Societatis *in compendio, verbo, Absolutio, paragrapho* 1. concessis à Paulo III. in Litteris Apostolicis, *pag.* 10. *ibi:* Omnes Confessarij Societatis habent facultatem absoluendi à quibuscumque peccatis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis & à quibuscumque sententiis, Censuris, & pœnis Ecclesiasticis resultantibus. Sic ibi. Cùm ergo Irregularitas hæc resulret ex mala administratione Sacramentorum, non est dubium posse solui per priuilegium Mendicantium. Idem dico de quibuscumque Sacerdotibus electis ab ipsis pœnitentibus virtute Iubilæi, seu Bullæ Cruciatæ. Probatur: quoniam nomine Censuræ, à qua potest Confessarius absoluere, venit irregularitas ista, quæ propriè dicitur effectus censuræ, cùm ab ea originem traxat: siue censura, siue excommunicatio, siue sit suspensio. Item, quia vt tradit Innocentius III. in cap. vltimo, de excessibus Prælatorum, irregularitas suspensio quædam est, & priuilegium Principis est ampliandum, *cap. olim, de verbor. significat. & l. beneficium*, de Constitutionibus Principum, vbi habetur, beneficia Principis esse largissimè interpretanda. Suffragatur, quia in priuilegiis prædictis dicitur, posse absolui à Censuris, & pœnis ex illis resultantibus: & irregularitas etiam est pœna, idcirco debet extendi ad irregularitatem. Quòd si dicas, in priuilegiis, & in Bulla Cruciatæ fieri facultatem Confessario absoluendi, sed in irregularitate necessaria est dispensatio, nec requiritur absolutio. Respondetur, suspensum, seu irregularitatem contractam ex peccato, quibuscumque verbis posse auferri. Vnde Confessarius virtute Iubilæi, vel Bullæ Cruciatæ, seu priuilegiorum, potest ab illa absoluere, vel in illa dispensare, prout maluerit, quocumque enim verbo, tam absoluendi, quam dispensandi, vtatur ipse, tollitur hæc irregularitas.

Sup hoc supra in Ref. 298. § 2. prope finem, à vers. & clarius, & in aliis eius not.

Sup. hoc in tom 4 tr. 3. late in Ref. 130. & in multis aliis eius primæ not. & signanter lege ibi Ref. 139.

3 Nec obstat dicere per facultatem dispensandi, & absoluendi à quibuscumque Censuris non venire potestatem dispensandi in irregularitate, nisi exprimatur, dicendum namque est id procedere in irregularitatibus primæ, & secundæ classis: non verò in irregularitate tertiæ classis, quæ est verè pœna, & censura modo explicato, vel saltem effectus à censura profectus, & ab ea originem ducit, ideo potest Confessarius ab iis absoluere in foro conscientiæ. Nec refert stylus Curiæ dicens, non posse absolui in nostro casu, quia loquitur de foro externo: nos verò loquimur de foro interno, quando delictum est occultum. Et hæc omnia docet Fragoso.

4. Sed à fortiori supradictã sententiam tenet doctus Pater Leandrus à Murcia *in qq. Regul. super cap. 7. Regula quæst. 8 numero* 62. vbi sic asserit. [Pueden los dichos Confessores dispensar, no solo en todas las irregularidades en que dispensa el Obispo por derecho comun, sino tambien en las que dispensa por derecho especial del Concilio Tridentino en la *sess.* 24. *capit.* 6. y assi pueden dispensar en todas las irregularidades, y suspensiones, que nacen de delito oculto (excepto en la del homicidio voluntario, y las que prouienen de delitos deduzidos al fuero contentioso.) Esta conclusion, en quanto a la primera parte, esto es, que pueden dispensar en las irregularidades que puede el Obispo per derecho comun, es de Manuel Rodriquez *in explic. Bullæ Cruciatæ.* §. 9. *num.* 137. y del Collector, *verb. Absolutio quò ad Sæculares* 2. *n.* 18. y se prueua por vn priuilegio de Eugenio IV. que trae el sobredicho Colector ibidem, concedido a los Monges de S. Benito, del qual gozan todos los que tienen priuilegio de participacion, como lo tenemos todos los Frayles Menores.

5. La segunda parte de la conclusion es, que pueden dispensar en las irregularidades, y suspensiones, que pertenecen a los Obispos por derecho especial, es de Tomas Sanchez *lib.* 4. *oper. mor. cap.* 54. *num.* 27. y de Egidio Trullenc *in Expos. Bullæ Cruciat. cap.* 2. *dub.* 6. *num.* 4. y de Antonino Diana 1. *par. tract.* 11 *resol.* 28. Porque aunque hablan de la absolucion de los casos, que tocan ab Obispo por derecho especial à fortiori han de conceder lo mismo de la dispensacion en la irregularidad, y suspensiones que nacen de delito oculto, que tambien les toca por derecho especial: y se prueua, porque por el dicho priuilegio de Eugenio IV. los Regulares pueden absoluer, y dispensar en todas las penas, y censuras Ecclesiasticas, maxime de las eseruadas a los Obispos: las sobredichas, dispensacion de la irregularidad, y suspension, que nace del delito oculto, estan cometidas por el Concilio Tridentino vbi supra, y por ley comun suya a los Obispos, y estan perpetuamente anexas à la dignidad, y oficio Episcopal, y en ellas non deligitur industria personæ, porque desta manera no las pudieran delegar los mismos Obispos, loqual es falso, como sienten comunmente los Doctores luego tambien pueden dispensar en sas sobredichas irregularidad, y suspension los Confessores Regulares. Prueuase la consequencia, porque a los dichos les concede el Papa, que puedan dispensar en todas las censuras, y penas que pueden los Obispos.

Quæ hic est in tom. 4. tr. 3. Ref. 38. & in aliis eius annot.

6. Ni obsta dezir, que este derecho especial, que el Concilio Tridentino concede a los Obispos, y que in generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset in specie verisimiliter concessurus: porque este derecho, como queda ya dicho, compete a los Obispos por ley comun del Concilio, y la dicha dispensacion les està cometida, como cosa perpetuamente anexa a su oficio y dignidad, y assi esta jurisdicion, y derecho es ordinario y comun, y no especial, aunque lo llamamos especial, porque algunos Doctores le llaman assi: Ni tampoco obsta dezir, que para la dicha dispensacion deligitur industria personæ, porque si esso fuera, no fuera el dicho derecho ordinario, y delegable, ni estuuiera anexo al oficio, sino a la persona; lo qual es falso, como consta claramente de las palabras del Concilio, que no los nombra con el nombre de la persona, sino de la dignidad.] Hucusque Leandrus, qui etiam me citato idem docet de virtute Bullæ Cruciatæ.

7. Et

Et ad confirmationem supradictorum, ne deseras etiam recognoscere Bassæum *in Flor. Theolog. ver. Casus reseruatus*, §.7. *num.* 29. *& ver. Hæresis num.* 18. Villalobos *tom.* 1. *tract.* 9. Auilam *de Censur. par.* 3. *disput.* 6. *dub.* 2. Bordonum *in Consil. Regul tom.* 1. *resol.* 6. *num.* 10. *&* 24. & alios penes ipsos.

Sup. hoc supra lege doctrinam Ref. 263. signanter ad lin 3. §. vlt. & in tom. 4. tr. 3. Ref. 63. §. vlt. ad medium, vers. Quod vero. & in tom. 5. tr. 1. Ref. 194. §. 2. prope finem, à vers. vbi num. 7.

7. Nota etiam hic obiter cum Fragoso, vbi supra, quòd absolutio, seu dispensatio super has Irregularitates dari potest extra Confessionem; quia Censuræ possunt tolli à Confessariis habentibus ad id potestatem peccatis non auditis, extra Confessionem; quamuis in Bullis, seu priuilegiis dicatur, quòd pœnitens absoluatur; audita prius diligenter Confessione: nam nihilominus Censuræ possunt auferri extra illam, antequam fiat Confessio. Nec obstat quod clausula, audita prius confessione, debeat referri ad omnia supra dicta, siue ponatur in principio, siue in medio, siue in fine, nam hoc est verum, quando omnium eadem est ratio: at hic non est eadem ratio, quia absolutio à peccatis obligat ad confessionem faciendam; secus verò de dispensatione, seu ablatione irregularitatis, & de commutatione votorum, seu de absolutione à Censuris, tùm quia absolutio à Censuris communiter impenditur extra confessionem. Auditis igitur peccatis, absolutio impenditur Sacramentalis: Censuræ autem extra confessionem absoluuntur. Tum denique hoc constat, cùm multoties possit casus contingere, in quo expediat absolui à Censuris ante confessionem, nimirum si adsit dies festus, & excommunicatus non possit statim confiteri: vel quia non est paratus, vel quia confessio per aliquot dies debet durare: in quo euentu potest absolui etiam à Censuris. Sed hæc alibi latius declaraui.

Alibi in Ref. 1. not. prætetitæ, & in aliis eius primæ not.

RESOL. CCCI.

An Regulares possint dispensare cum secularibus, & Clericis in omnibus irregularitatibus ab ipsis contractis, in quibus Episcopus possit dispensare?

Et pro praxi huius quæstionis octo diuersi casus cursim in textu huius Resolutionis adducuntur. Ex p. 11. tr. 4. & Misc. 4. Ref. 3.

Sup. hoc supra ex doctrina Ref. 195. & ex Ref 300. à §. Hoc supposito. & in tom. 5. tr. 5 Ref. 88. §. Quod. & pro Prælatis Regularibus in tom. 4. tr. 3. ex doctrina Ref. 132. §. Idem, loquẽs. in fine, & si places, lege eam per totã, & omnes Ref. & §§. eius annotationum, & ex illis doctrina repleueris etiam pro hac quæst. & in tom. 5. tr. 3. ex lata doctrina Ref. 18. signãter in fine, à vers. Quod autem.

§. 1. PVlchra quæstio, & ad illam negatiuè respondet Angelus Possentius *in recollectione quæstionum moralium verb. Irreg. c.* 7. *n.* 16. vbi sic ait: In omni irregularitate, in qua Episcopus dispensare valet; etiam Regulares valent confessarij; intellige quoad Fratres, idem tenet Petrus Bellonus *verb. Irregularitas n.* 12.

2. Verùm alij affirmatiuè respondent, vt Rodriquez, & Ioannes de la Cruz, quos citat & sequitur Ludouic. Caspensis *in cur. Theol. tom.* 2. *tr.* 25 *disp.* 5. *sect.* 17. *num.* 120. *&* Bassæus *verb. irreg. num.* 10. Pellizarius *in man. reg. t.* 2. *tr.* 8. *c.* 3. *n.* 90. & contra aliquos Priuilegium coarctantes, Martinus de San Ioseph *in reg. D. Francisci in declar. breuium verbo dispensare fol.* 175. vbi sic ait, [Parece que los Auctores que han hecho mencion deste priuilegio, se han conjurado para cercenarle, y aun destruyrle, porque Corduba *super compend. vers. absolutio quoad seculares, annotatione ad* §. 20. Dize que los Minimos no vsan del para dispensar irregularidades de seculares, y que se lu dixo vn Prouincial de los Minimos y esto no obsta paraque aunque sea assi, las demas Religiones por participacion no puedan vsar del, pues en los priuilegios se comunica el derecho de vsar, y no el vso ò no vso de la Religion, à quien se concedio, vt benè Frater Ioannes de la Cruz *in epitom. priuil. fol. mihi* 163. y es doctrina llana; Henriquez *t.* 1. *l.* 7. *de indulgent. cap.* 28. §. 5. dize que los Minimos vsan deste priuilegio para las irregularidades de los seculares, peroque solamente dispensa el Prelado de los Minimos; Menos tiene fuerza esta razon, porque si es priuilegio absoluto, no se deue restringir à los Prelados, ni se deue distinguir donde el derecho no distingue, *cap. solitæ de maioritate, & obedientia. t. de pretio ff. de publica in rem actio.* y el Padre, Vega de la Orden de los Minimos *in summ. verb. absolutio cas.* 44. §. *dize que lo dicho* affirma que Sixto IV. concedio à los suyos este priuilegio para dispensar conlos seculares en las irregularidades, y no restringe à los Prelados, y lo dixera si fuera assi; Portel. 1. *par. resp. mor. cas.* 3. *numer.* 2. dize quel priuilegio se concedio no solo à los Prelados, sino à los Confessores Religiosos Minimos, peroque no aconsejara se vse del, porque nunca, oyo dezir que Religioso alguno aya vsado de tal priuilegio para irregularidades, pareceme es escrupulosa la cautela, de lo Portel, pues el vso de semejantes priuilegios siempre es muy secreto, y en el Sacramento de la Penitencia, y quando sea assi, que no se aya vsado del no se ha perdido por esso; pues Sixto V. en el año de 1587. confirmò nuestros priuilegios, esten ò no esten en vso, y Paulo V. en el año de 1609. los confirmò tambien absolutamente sin hazer excepcion de los que no estauan en vso, con que todos quedaron confirmados assi los concedidos immediatamente à nuestra Religion, como los que se auian decho nuestros por participacion de otras Religiones.

3. No pretendo darmas fuerza al priuilegio de Sixto IV. de la que el se tiene, porque no le he visto autentico; però heme alargado en este para que viendo mis razones los hombres doctos, las dem autoridad, si le les deue dar.] Hucvsque Martinus de San Ioseph.

4. Et hanc sententiam sine supradictis limitationibus impugnatis, tenent Doctores; à me superius adducti, quibus adde ex Prædicatorum familia Magistrum Hinojosa *in Directorio Decisionum Regularium verbo dispensatio in seculares fol.* 187. vbi docet, quod dispensare possunt Fratres confessores, cum sæcularibus in quacumque irregularitate, super qua ordinarius dispensare potest concessit Sixtus IV. & Iulius II. Ita ille.

5. Et tandem non deseram hìc apponere verba Portel *in resp. cap.* 1. *cas.* 3. *numer.* 1. *&* 2. sic asserentis, Ego pro remedio istius; vel similis impediti dixi, quod si Episcopus in hoc casu posset dispensare via ordinaria, nos etiam possemus per priuilegia: nam Sixtus IV. concessit Patribus Minimis, vt possent audire confessiones sæcularium; eosque absoluere ab omnibus censuris, & cum illis dispensare in omnibus irregularitatibus reseruatis ordinario, habetur *in compendio mendicantium vers. absolutio quoad seculares* 2. §. 20. Circa quam concessionem, licet Corduba *anno. ad compend. in dicto* §. 20. dicat Patres Minimos non vti ista concessione quoad dispensationem vllius irregularitatis cum sæcularibus, & ita se audiuisse à quodam Prouinciali Ordinis Minimorum. Ad quod ego dico, quod ille Prouincialis fortè non erat tam doctus, ac fuit Vega Pater Minimus, ac doctissimus, qui *in Summ. verb. absolutio casu.* 43. *dixe que lo dicho.* refert idem priuilegium Sixti IV. illis concessum ad dispensandum cum sæcularibus in irregularitatibus modo supradicto, & non dicit in sua Religione abstineri à tali dispensatione, quod debuit dicere si ita esset. Præterea Rodriquez *t.* 1. *quæstion.* 61. *art.* 3. referens idem priuilegium ait, Iulium Secundum declarasse, & extendisse idem priuilegium Sixti IV. datum Minimis, vt intelligeretur eos id posse etiam circa sæculares, & Ecclesiasticas personas.

6. Tertiò; Henriquez *t.1 l.7.de Indulgentiis c.28 §. 5.* ait, Patres Minimos Romæ vti illo priuilegio Sixti IV. quod sæculares, etiam dispensando in irregularitate modo supradicto, quamuis autem ibi Henriquez dicat solum Prælatos Minimorum sic dispensare, ego video, quod verba priuilegij id non specificant de solis Prælatis, sed concedunt illud Patribus Minimis. Volui hæc semel fusiùs ponere, vt desinat quis mirari, si dicentem me audiat, posse Regulares aliquando dispensare cum Clericis, vel sæcularibus in aliqua irregularitate: datur enim tam clarum priuilegium, & affirmatur à tribus Doctoribus supra citatis grauibus, & recentioribus. Et nihilominus his non obstantibus, ego non consulo, vt Regulares hodie virtute illius priuilegij dispensent cum sæcularibus in aliqua irregularitate, quia video non esse in vsu apud Religiosos, nec de tali vsu vnquam audiui, Hucvsque Portel.

7. Qui licet, vt vidisti, asserat, quòd cùm dictum priuilegium non videatur esse in vsu apud Patres Minimos, eiusque vsus non leuem parere possit offensionem in ordinariis, consultum est, vt etiam Regulares aliorum ordinum eo gaudentes per viam communicationis ab illo abstineant, quod, & ego suadeo, non tamen præcisè ex eo, quod præfatum priuilegium non sit in vsu apud Patres Minimos, quibus primo & per se concessum est: si quidem non repugnat priuilegium non esse in vsu apud eum, cui per se primò concessum est, & tamen eo vti posse, qui per viam communicationis de illo participant.

8. Dicendum est igitur, quod in communicatione priuilegiorum communicatur solùm ius vtendi, non autem vsus, & non vsus; ideoque priuilegia concessa alicui certo ordini, & postea communicata aliis ordinibus, ex æquo modo supradicto non tolli respectu horum, nisi legitimè præscribantur idque etsi ordo, cui primò concessa sunt dicta priuilegia, vsum illorum amiserit, aut etiam contra ipsum quoad ea fuerit legitimè præscriptum, ita Rodriquez *t.1.q. 55. à 19.* ex Panorm. *in c. cum accessissent, de constit.* & Siluestr. *V. priuil.* §. 11. quos sequitur Suar. *sup. cap. 16. numer. 17.* & probant, quia posterior concessio priuilegiorum non pendet à priori, ac proinde inter tales concessiones datur tantum antecessio temporis, & sic mutatio facta in vno non potest nocere alteri; cum quoad hòc non sit facta communicatio; vt patet.

9. Itaque ex mente supradictorùm Auctorum possunt hodie confessarij Regulares dispensare super quacunque irregularitate, etiam cum sæcularibus, in quibus potest Episcopus, & præsertim vigore Concilij Tridentini *sess.24.c 6. de reform.*

10. Vnde ex his posset aliquis inferre, posse confessarios Regulares dispensare in irregularitate veræ bigamiæ quoad ordines minores, & simplex beneficium, quia aliqui Doctores asserunt Episcopum posse in hoc casu dispensare, contra quos ego sensi *in par.4.tr.2.ref.61.* (Quæ hic est in tom.3.tr.3. Ref.58.)

11. Secundò, possent etiam dispensare super irregularitate occulta ex defectu natalium, quia secundum aliquos talis irregularitas est dispensabilis ab Episcopo, contra quos ego, *vbi supr. ref.64.* (Quæ hic est in tom 3.tr.3. Ref. 64.)

12. Tertiò possent dispensare in irregularitatem ex defectu lenitatis; nam non desunt Doctores concedentes hoc Episcopis; contra quos ego *ref. 66.* (Quæ hic est in tom.3.tr.3. Ref.35.)

13. Quartò possent dispensare in irregularitate contracta ex mutilatione alicuius membri, cùm id possit Episcopus facere secundum aliquos contra quos ego *in ref.71.* (Quæ hic est in tom.3.tr.3. Ref.40.)

14. Quintò possent dispensare super aliqua irregularitate si delictum fuit deductum ad forum contentiosum, etiam iudicio finito punitum, hoc n. facere posse Episcopum tradunt plures Auct. penes meipsum *ref.97.* (Quæ hic est in tom. 3. tr. 3. Ref. 26.)

15. Sextò, possent dispensare in irregularitate occulta hæresis, per ea quæ ego dixi *in p.7.tr.2.resol. 25.* posse hoc facere Episcopum, contra Suarez. (Quæ hic est in tom.3.tr.3. Ref.34.)

16. Septimò, possent dispensare in irregularitate contracta in bello iusto; nam hoc secundum aliquos Episcopis conceditur, vt patet apud me ipsum *vbi supra ref.27.* (Quæ nunc est in tom.3.tr.3. Ref.39.)

17. Octauò, possent dispensare in irregularitate contracta ex homicidio causali etiam publico, & homicidio voluntario ex repentina rixa orto, & ex excessu in sui defensionem facto, per ea, quæ dixi *supr. ref.29.3 1.3 1.*

18. Et ita videtur dicendum in aliis casibus, in quibus Episcopis licitum est super irregularitates cum sæcularibus dispensare; Nam in his posse confessarios Regulares etiam dispensare vigore priuilegij Sixti IV. & Iulij II. tradiderunt Doctores superius adducti. (Quæ hic sunt in tom. 3. tr. 3. Ref.42.44. & 47. Et pro aliis casibus, & doctrina huius § Et ita in prædicto to. 3. & tr. 3. in multis aliis eius Resolutionibus.)

19. Vnde si hæc opinio esset admittenda, magnam authoritatem haberent confessarij Regulares, & pœnitentes in multis casibus circa incursionem irregularitatum essent immunes petendi dispensationem à Pontifice, vel ab Episcopis.

20. Sed his minimè obstantibus ego nolo esse Authorem huius opinionis; Immò contrariam expressè & absolutè teneo, Asseueranter itaque Regularibus dico ne omninò tali priuilegio vtantur, nam opinionem affirmatiuam minimè admittendam esse puto.

RESOL. CCCII.

An Regularis interrogatus à visitatoribus de obseruantia Regulari teneatur sub mortali respondere?

Et deducitur, quod Prælatus in visitationibus tenetur sub mortali culpa interrogare de obseruantia cæremoniarum, & constitutionum.

Et an mendacium in iudicio tam exteriori quam in foro conscientiæ sit peccatum mortale, etiam circa illa, ad quæ reus non tenetur. Ex p.10.tr.15.& Misc.5.Ref.32.

§. 1. Respondet affirmatiuè Texeda *in Theol. mor. tom.1 lib.1.tr.3.contr.9 dub.1.n. 17. fol. 176* vbi sic ait. Obiicitur secundo, quia sequitur ex hac doctrina Religiosum interrogatum à Prælato Conuentum visitante, & interrogante de obseruantia constitutionum non peccare mortaliter, si non respondeat veritatem. Probatur sequela, quia mentitur in re leui, qualis est cæremoniarum obseruantia, sed respondeo negando sequelam, quia quoties Prælatus, seu Iudex tenetur sub mortali culpa interrogare, etiamsi res de qua interrogat, sit parui momenti, tenetur Reus sub mortali culpa respondere veritatem. Prælatus autem in visitationibus tenetur sub mortali culpa interrogare de obseruantia cæremoniarum, & constitutionum, vnde etsi Religiosum omittere Religionis cæremonias, non sit mortalis culpa, ablato contemptu vt diximus. Respondere autem Visitatori interroganti de cæremoniarum obseruatione, & non respondere veritatem mortalis culpa est, quia cæremoniarum & constitutionum obseruatio maximè spectat ad promotionem boni communis, quare benè stat quod Religiosus non peccet mortaliter non seruando aliquas Religionis constitutiones, & cæremonias, si absit contemptus, & quod nihilominus Prælatus non faciens ea seruare peccet mortaliter, quia ad illum spectat boni communis promotio, & ad bonum commune obseruantia cæremoniarum, & constitutionum Religionis necessaria est & ideò, quamuis Religionis cæremoniæ; & constitutiones, si secundum se spectentur videantur non esse materia adeò grauis, in ordine tamen

men ad bonum commune Religionis grauissima materia sunt. Quare diximus suprà mortalem culpam non esse metiendam ex grauitate, vel nobilitate materiæ absolutè, sed ex grauitate, seu seueritate præcepti quoad illam materiam quatenus est magis aut minus ad bonum commune necessaria, quæ necessitas est finis legis, & præcepti. Ita Texeda, quod benè perpendant Religiosi.

2. Notandum est tamen hic obiter Caietanum *in 2. 2. quæst. 69. art. 1. & in Summ. verb. Confess. cond. 4.* docere vniuersaliter absque aliqua limitatione mendacium in Iudicio tam exteriori, quàm in foro conscientiæ esse peccatum mortale etiam circa illa, ad quæ reus non tenetur.

Quoad hoc in tom. 6. tr. 1. lege doctrinam Ref. 94. & aliarum eius not. & hic infra in Ref. not. seq. Et pro mendacio in confessione, contento in hoc §. verum, in tom. 1. tr. 3. lege doctrinam Ref. 115. & 116.

3. Verum dicendum est hoc mendacium scilicet in Iudicio dictum à Reo legitimè interrogato (& idem est dicendum de mendacio pœnitentis in confessione dicto Confessario) non semper esse peccatum mortale, sed posse esse peccatum veniale ex leuitate materiæ, si non interueniat iuramentum. Probatur, quia mendacium in iudicio vel est contra iustitiam, vel contra Religionem, sed in vitiis contra has virtutes datur paruitas materiæ vt notum est in furto paruo, & in celebratione rei sacræ, cum quis prætermitit illam particulam (enim) quæ est parui momenti; Ergo, &c.

4. Itaque falsificare iudicium diuinum in quacunque materia est grauissima deformitas, includens in se specialem malitiam, falsificare verò iudicium humanum siue id fiat in conscientiæ foro, siue in exteriori non habet specialem malitiam, nec ex se est grauissima deformitas, sed ratione materiæ circa quam versatur, quia est in se grauis, vel quia est ad bonum commune necessaria; nec etiam mortalis culpa quæ reperitur in omni periurio, est propria ipsa affirmatio falsi loquendo in rigore formalitatis, nec ipsum mendacium, sed est inuocatio diuini testimonij circa illam falsitatem, quam mendax profert, quæ inuocatio diuini testimonij est quid distinctum ab ipso mandacio saltem per intellectum. Et hæc omnia docet contra Caietanum Hurtadus *de Iudicio forensi disp. 4. diffic. 7.* qui citat Aragonium, Salonium, Bonacinam, & Couarruuiam.

RESOL. CCCIII.

An consuetudo contra Regulam, & Constitutiones Religionis excuset ab eorum obseruantia?

Et asseritur, quod non solum consuetudo 40. sed etiam 10. annorum sufficit ad abrogandam legem non solum Ciuilem, sed etiam Canonicam.

Et cursim docetur quod non obstante per multum tempus Regula fuerit relaxata, possunt postea Superiores illam reducere ad pristinum statum. Ex patt. 10. tract. 15. & Misc. 5. Res. 6.

§. 1. De hoc casu interrogatus fui ab admodum Reuerend. Monachis Monasterij Sanctæ Crucis Diœcesis Cracouiensis in Regno Poloniæ, videlicet, An possent comedere carnes diebus ab Ecclesia non prohibitis, licet regula Sancti Benedicti comestionem carnium prohibeat, & probabiliter respondi affirmatiuè, & ideò distinguendum puto, vel enim Regula sumitur provt includit tria voti substantialia Religionis, sicque induci non potest consuetudo contra illam, vel sumitur provt alia dictis tribus votis annexa præscribit, & sic induci potest consuetudo contra illam, si concurrunt omnes conditiones requisitæ ad abrogationē legum Ecclesiasticarum, quod probatur, quia aliæ obseruantiæ annexæ votis continentur sub Regula non tanquam quid substantiale Religionis sed quasi leges adiunctæ, ideóque solum obligant quamdiu habent vim legis, quam tamen vim amittunt statim ac inducta est consuetudo contraria sufficiens ad abrogandas leges Ecclesiasticas, quippe quæ non habent maiorem vim, quam reliquæ leges Ecclesiasticæ, ita Sanchez *lib. 6. moral. cap. 2. n. 26.* Lezana *in summ. tom. 1. c. 7. num. 17.* Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 3. disput. 4. quæst. 5. numer. 3.* Peyrinus *de subdito quæstion. 1. capit. 8. §. 4.* Reginaldus *tom. 1. libr. 18. numer. 396.* Pellizzarius, *tom. 1. tract. 5. cap. 2. num. 54.* Vnde nouissime doctus, & amicissimus Pater Garzias, *in Politic. Regul. tom. 1. tract. 5. difficult. 1. dub. 4. num. 1. & 2.* sic ait: [si tratamos de las cosas sustanciales, y essenciales à la Religion contenidas en la Regla, quales son lo tocante à los tres votos solemnes, que en tel caso no obstante qualquier relaxacion por antigua chesea, estan obligados los Professos à guardarla en su pristino estado porque aquella relaxacion ex corruptela pues es cierto que contra la obseruantia de los votos no puede costumbre algun præscriuir siendo como es su obseruancia de iure diuino. Però si habiamos de las cosas accidentales al Estado, y Regla, y que solo siruen de adiudar à la obseruancia Regular, y maior perfection, que en tal caso no solo la costumbre immemorial sino la omision, ò relaxacion de quarenta años aunque sea memorial, bastar à para escusar à los Religiosos de sa obseruancia, porque como essas cosas son accidentales à la Religion, y pueden estar iuntas, y apartadas della, conseruandose lo essential de la Religion en tanto solo queden obligar, en quanto tienen fuerça de leyes, y constitutiones: Estas se pueden abrogar, y perder su fuerça por costumbre contraria: luego si la hallan y à esta manera los professos no tẽdran que recurrir à su pristino estado.] Ita ille. His suppositis respondi affirmatiuè ad dubium dictorum Patrum Monasterij Sanctæ Crucis in Polonia existentis. Nam ex iusta causa, nempè ob defectum piscium, & propter aërem insalubrem penuriam vini, & olei nisi aliundè magnis expensis conducerentur. Erat in dicto Monasterio introducta consuetudo per annos 47. comedendi carnes, & Doctores probabiliter asserunt non solùm consuetudinem 40. sed etiam 10. annorum sufficere ad abrogandam legem. Et ita tenet Pellizzarius *in man. Reg. to. 2. tr. 4. c. 2. n. 3.* qui citat Mascardum, & Bonacinam quibus adde Castrum Palaum *to. 2. disp. vnica punct. 4. n. 2.* qui admittit tanquam probabile, decem annos sufficere non solùm ad legem ciuilem, sed etiam canonicam abolendam. Idem admittit Suar. *de legib. l. 7. c. 8. n. 8.* & Lessius *l. 2. dub. 4. cap. 6.* circa finem. Et ratio est, quia iura quæ per priuilegium fieri possunt induci etiam possunt per consuetudinem legitimè præscriptam, cùm consuetudo vim habeat, & iuris noui condendi, & abolendi antiqui. Deinde ad consuetudinem derogantem legem Canonicam nullum tempus in iure Canonico est signatum. Censendum ergo est probabiliter ex iure ciuili esse sumendum. Et confirmo: Decem anni sufficientes iudicantur, vt princeps sæcularis tacitè consentire censeatur in consuetudine aduersus legem lata. Cur ergo non censebitur Pontifex toto eo tempore consentire; præcipuè cùm ad ipsum pertineat specialius de subditis curare, & modum eorum procedendi prospicere? Vnde mihi non placet opinio doctissimi, & amicissimi Caramuelis *in Reg. disp. 48. art. 2. n. 655.* quem video docere consuetudinem comedendi carnes contra Regulam D. Benedicti debere esse immemorabilem. Verum non obstante quod per multum tempus Regula fuerit relaxata, possunt postea superiores illam reducere in pristinum statum. Vide Tamburinum *vbi suprà quæst. 6. & num. cum seq.*

Supr. hoc in tom. 6. tr. 2. Ref. 2. §. Secunda opinio & in aliis eius annot. Sup. hac lege Canonica cũ eodem Palao ibidem § vlt. per totum, lege etiam ibi §. & Tertia opinio. § Sed quid, & si placet etiã alias Resol. eorum annotationũ.

RESOL. CCCIV.

An ex vi Regulæ sit prohibitum sub peccato mortali Fratribus Minoribus in biga, vel quadriga ambulare?

Et an ex vi prædicta Regula sit prohibitum Minoribus super humeros tamen hominum, (vt apud Indos,) vel lectica, aut ferculo ab hominibus gestari, vt sæpissimè fit Neapoli?

Et an sit culpa mortalis, si aliquis ex Fratribus Minoribus ire in curru a bobus tracto?

Et notatur, quod non est laudabile ex Fratribus Minoribus eligere Prælatum, qui actualiter, & ante Officium equitatu indigeat; attamen si in medio Prælaturæ equitare indigeat, non tenetur ex vi Regulæ dimittere officium, ne quo vti cogeretur.

Ex quo infertur non teneri ad ieiunandum, qui fatigatus ex voluntario; imo damnabili exercitio vel itinere ieiunare non possit.

Et an vero Fratres Minores equitando peccent tantum venialiter ratione paruitatis materiæ?

Et an si aliquis ex Fratribus Minoribus hodie v. g. equitet, vel quadriget medium milliare & post paucos dies aliud medium milliare, &c. an istæ paruæ materiæ postea inter se vniantur, ita vt constituant quantitatem notabilem ad incurrendum peccatum mortale; & secus si cum magno interuallo temporis equitent multoties medium milliare?

Et adducitur, quod vbi est eadem ratio, ibi debet esse eadem iuris dispositio, & quod vbi est eadem ratio, dicitur adesse eadem lex non extensinè, sed comprehensine. Ex p.10.tr.11.& Misc.1.Res.27.

§. 1. SVppono, quòd in Regula S. Francisci sic habetur: *Et non debeant equitare nisi manifesta necessitate, vel infirmitate cogantur.* Quæritur ex his verbis, an sit Fratribus Minoribus prohibitum bigare, vel quadrigare? Et negatiuè, secluso scandalo; respondet Petrus Marchant. eiusdem Ordinis *in Exposit. Regulæ S. Francisci c.3. textu 4. q.2.* quia bigare. & quadrigare non nisi valdè impropriè nomine equitationis intelligi possint; Regula autem simpliciter intelligenda est, prout communi sensu sonat. Nec valet; quòd qui equis trahitur, equo vehi dici possit: sic enim nec naui vehi liceret, vbi nauis ab equis traheretur, vt in fluminibus communiter fieri solet. Subdit tamen Marchant. quòd bigatio, & quadrigatio ex aliis titulis prohibetur Fratribus Minoribus extra casum necessitatis, vel infirmitatis. Primò, ex ratione sumptuum, pro quibus esset ad amicos spirituales pro pecunia recurrendum. Secundò, ob scandalum, vel periculum scandali, & excessum grauem contra humilitatem & vtilitatem paupertimi status Fratrum Minorum, & contra intentionem Patris nostri Francisci suprà allegatam. Ita Marchant. Ergo si quis per ciuitatem non pompaticè, sed modestè ex Fratribus Minoribus in curru ambularet cum cortinis clausis; non peccaret mortaliter, secundùm Marchant. Et ita mecum Romæ in curru ambulasse duos Fratres Minores, viros satis pios, & doctos, testor; & cum aliis idem eos fecisse, vidi. Itaque, præcisa ratione recursus, siue sumptuum, & materia scandali, non videtur Frater Minor peccare, vbi ex causa rationabili, etsi non necessaria, vteretur biga vel quadriga. Ratio est; quia ex vi verborum Regulæ simpliciter non tenetur, & quamuis intentio Sancti Patris fuerit (vt antiqui Expositores dicunt) quòd, quantum fieri potest, Fratres sui pedites cum Christo ambularent: istam tamen suam intentionem, quantùm ad bigationem sub præcepto non proposuit, sed sub perfectionis gradibus potiùs reliquit; modò in paupertatis exemplaritate, cum periculo scandali, non fiat excessus; & contra paupertatem in sumptibus extra necessitatem non fiat recursus.

2. Sed ego, vt verum fatear, magis affirmatiuæ sententiæ adhæreo, quam tuetur nouissimè doctus Pater Leandrus à Murcia, Capuccinus, *in QQ. Regul. ad c.3. Regulæ c.3. n.2.* vbi sic ait: [Por ir à cauallo, segun S. Bonauentura, y Hugo, se entiende no solo el ir en qualquier caualgadura, sino el in en catto, coche, litera, ò otras cosas semejantes, como lo declaran las Constituciones del Farinerio, y Martino Quinto, y la comun de los Expositores; y assi como dize el P. Nauarro, *c.3. q.5.* es improbable la opinion del P. Marchant, que enseña, que no obliga este precepto à no ir en carro; ò coche, fũdado en que la palabra, *equitare*, rigorosamẽte solo significa ir en cauallo, y no en cocho ò carro. Però este fundamento es muy leue porque el idioma Latino, no tiene otro vocable para significar el no ir à pie, y vno auia de inuenta el Santo otras nueuas palabras en el dicho idioma y aun el nuestto Castellano se dize, que vno và à cauallo, aunque vaya en mula, coche, ò carro. Ita ille. Et quidem vbi est eadem ratio, ibi debet esse eadem iuris dispositio *leg. Illud. ff. Ad leg. Aquil. leg. si postulauerit. §.2. ff. Ad leg. Iul. de Adulter. leg. Quidam Nummulario, ff. de edendo. leg. nauta, §. fin. ff. Nauta, Caup. leg. à Titio. ff. de furtis. leg. Illud. Cod. de Sacrosf. Eccles. §. si igitur, Instit. quod cum eo*, Gloss. *verbo Italia. in c.1. de tempor. ordin. lib.6.* Menochius *consf. 324. n.10. & consil. 335. n.32. & 33. & consil. 339. n.10. & consil. 343. n.12. & consil. 232. n.43.* Surdus, *consil. 301. n. 19. & decisf. 52. n.10.* Vgolinus, *de Offic. & potest. Episcopi, c. 13. §.27. n.1. verf. Quid igitur & c.49. §.4. n. 2.* Cardin. Tuschus *pract. Conclus. tom.6. lit. R, conclus. 31. per totam.* Alexander Trentacinquius *variar. resol. l.1. tit. de statutis resol. 1. sub n.2. verf. primò* Farinacius *Fragment. crimin. p. 1. lit. E, n.51. cum seqq.* Cæsar Argel. *de Contradict. legit. q.10. n.115.* Marius Antoninus *var. resol. l.3. resol. 39. n.1.* Perez de Lara *de Capellan. l.1. c.5. n.24.* Rebel. *de obligat. Iustit. p.1. l.1. q.6. sect.4. n.20.* Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum p.2. n.6.* Octauius Gloritius *resp. 5. n. 85.* Sed in casu nostro eadem ratio militaret, & si Fratres Minores bigarent, vel quadrigarent, ac si equitarent: ergo, &c.

Sup. hoc infra in Ref. 213. §. Sed hæc. à lin.5. & supra in Ref. 3. §. 1. post medium, à verf. nam vbi militat, & in tom. 2. tr. 1. Ref. 179. §.2. & in tom. 3. tr.4. Ref.3 §. vltim. ante mediũ, & ibi in tr.6. ex lata doctrina Ref. 94. §. Secũdo. ad medium, & in tom. 9. tr. 1. Ref. 118 §. Probatur tertio. paulo post initium.

3. Confirmatur supradicta sententia ex alia regula iuris: quòd vbi est eadem ratio, dicitur adesse eadem Lex, non extensiuè, sed comprehensiuè ex *leg. His solis. verf. Satis etiam cautè putamus. Cod. de reuocandis donat. d. leg. Illud. Cod. de Sacrosf. Eccles. leg. Item veniunt. §. Ait Senatus ff. de petit. hæred.* Tiraquellus *in leg. si vnquam. verbo Libertis. n. 45. & 46.* Rebuffus. *ad leg. in lege censoria 203. verf. Itemque de seruis. verf. Colligitur ff. de verbor significat. pag. mihi 647.* Surdus *decisf. 176. n. 8.* Guttierrez *pract. l.3. q.17. n.84. cum seqq.* Gonzalez *ad Regul. 8. Cancel. §.4. proœm. n.105.* Sed an opinio negatiua Marchant. sit improbabilis, vt vult Leandrus: non est meum definire: iudicent viri docti eiusdem Religionis, quibus ipsa maximè abundat.

Sup. hoc in Ref. 1. not. præteritæ, & in eodem §. prope finem, à verf. Vnde catus. & supra in Ref. 1. §. Nec obstat primo. & ad mediũ à verf. Et in tali casu. & in Ref. 3. §. 1. prope finem, à verf. Et ideo. & in tom. 2. tr. 1. Ref.179. §.2. ante medium, & in tom. 3. tr. 2. Ref.47. §. Et hàc. ante medium. à verf. Nec dicitur extensio. & in tom.9. tr.1. Ref. 118. §. Probatur tertio. ad mediũ, à verf. Hinc est. & ibi in tr.7. Ref. 95. §. Probatur tertio. ante mediũ, à verf. Hinc est.

4. Verùm, stando in sententia Leandri puto cum Marchant. & aliis, posse Fratres Minores equitare, bigare, vel quadrigare in tribus casibus. Primò, ratione prolixi itineris, quòd videlicet à pedestri non nisi summa incommoditate, vel cum periculo probabili infirmitatis tempore debito perfici nequit. Secundò, ratione impediti itineris; quòd à pedestri transiri non potest, vtpote propter aquas, lutum, niues, &c. Tertiò, ratione negotij vrgentis, quod premit, & breui tempore peragi debet; ita vt quis, vel non possit pedester loco adesse, vel non nisi graui detrimento, & magna incertitudine. Ita communiter Expositores cum S. Bonauentura. Semper tamen præsupponenda est causa legitima, quæ huiusmodi necessitatem inducat. Vnde, si quis pro sola animi voluptate, & recreatione, aut ex mera libertate se committat itineri, sciens,

ſciens, aut ſcire debens, ſe iter illud ſine equitatione perficere non poſſe: huic ſicut neceſſitas non ſuffragatur; ſic nec licentia hæc equitandi.

5. Nota, quòd poſt hæc ſcripta inueni Sanctorium *in Conſtit. Minorum, cap.* 3.*ſtat.* 23. docere, non eſſe ex vi Regulæ prohibitum Minoribus ſuper humeros tamen hominum, vt apud Indos, vel lectica, aut ferculo ab hominibus geſtari, vt fit Neapoli ſæpiſſimè. Quatenus enim geſtationem concernit, præciſo pretio, vel ſuperbia, vel ſcandalo, contra Regulam eſſe, non cenſet, quia loquendi modus hoc genus vectionis, equitationem non appellat. Nec odioſum præceptum, quò de iure non pertingit; extendere debemus. Idem etiam Sanctorius docet abeſſe culpam mortalem, ſi aliquis ex Fratribus Minoribus iret in curru à bobus tracto; quia currus rigorosè non eſt equitatio, etiam ſecundùm communem loquendi formulam ſumptus. Et Sanctus Bonauentura in citatis verbis, non ait, bigare, & quadrigare eſſe contra Regulam ex vi huius præcepti, ſed inquit, *Neque bigare, vel quadrigare, quia maioris ſunt ſumptus.* Cui & ipſe ſubſcribo; nam vbi expendenda ſit pecunia; nobis non licet. At ſi gratis detur, rationem in contrarium non video. Tum quia honorificum non eſt, ſed riſu dignum, ſi Frater Minor curru, quo ligna, vel paleæ comportantur, vehatur, cùm ab hominibus ciuilibus tales currus non incantur. Tum quia nullum eſt pretium; Tum quia nobis non prohibetur quoquo modo ab alio vehi; nam nec Naui poſſemus; ſed ſolùm equitando ad excludendam ſuperbiam, expenſaſque; vt declarauit Iulius II. citatus dicens: *Cùm intentio Sancti Franciſci fuiſſe credatur, potiùs pompam; quam equitandi neceſſitatem, & vtilitatem excludere.* Hæc Sanctorius; quæ videntur facere pro opinione Marchant. ſi bene perpendantur.

6. Et tandem nota hîc obiter, quòd ex Fratribus Minoribus eligi in Prælatum, qui actualiter, & ante Officium equitatu indiget, non laudo; attamen ſi in medio Prælaturæ equitare indigeret, non teneretur ex vi Regulæ dimittere Officium, ne equo vti cogeretur. Et ideò docent plures Authores, non teneri ad ieiunium, qui fatigatus ex voluntario, immò damnabili exercitio, vel itinere, ieiunare non poſſet: quia talis labor præſens verè à ieiunio excuſat; licèt peccaminoſa, & voluntaria ſit laboris occaſio. Ita ſenſerunt Filliucius, *tom.* 2. *tractat.* 27. *part.* 2. *cap.* 6. *numer.* 123. Villalobos, *tom.* 1. *tractat.* 23. *difficul.* 4. *num.* 11. Ledeſma *in Sum. tom.* 2. *tractat.* 27. *concl.* 6. *cap.* 2. *difficul.* 5. Medina *in Sum. libr.* 1. *cap.* 14. §. 10. Et de voluntaria peregrinatione, excuſante à ieiunio, affirmant Syluius *in* 2. 2. *D. Thomæ, quæſt.* 147. *art.* 4. Fernandez *in Exam. Theol. Mor. par.* 2. *cap.* 8. §. 2. *numer.* 11. Sancius *in Selectis, diſput.* 54. *numer.* 2. Ortiz *in Sum. cap.* 19. *num.* 12.

Sup. hoc magis late, ſed cum eiſdem DD. & aliis in tom. 4. tr. 6. Reſ. 17. §. 1. 2. & 3.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 6. Reſ. 19 § 1. & 2. & ſi placet lege etiam §. 3. & Reſ. eius nor.

8. An vero Fratres Minores equitando peccent tantum venialiter, ratione paruitatis materiæ? Inquirit Leandrus vbi ſuprà: Et affirmatiuè reſpondet; putans medium milliare eſſe paruitatem materiæ, vt non conſtituat peccatum mortale, quod ego etiam approbo. Sed ex hoc oritur pulchrum dubium, quod Leandrus non tangit. An ſi aliquis ex Fratribus Minoribus hodie v. g. equitet, vel quadriget medium milliare, & poſt paucos dies aliud medium milliare, an iſtæ paruæ materiæ poſteà inter ſe vniantur, ita vt conſtituant quantitatem notabilem ad inducendum peccatum mortale? Et videtur negatiuè reſpondendum, quia, ſi quis verbi gratia, omitteret vna die vnum Pſalmum in recitatione Officij, & altera die alium, & ſic deinceps; non peccaret mortaliter: ſic etiam, ſi quis in Quadrageſima ſumeret vna die quantitatem cibi, qui non attingeret vnam vnciam, & alia die hoc etiam efficeret; hic non peccaret mortaliter, nec frangeret ieiunium. Item ſi quis, obligatus dicere ſingulis diebus Roſarium; ſi relinqueret vnam Aue Mariam, & ſic continuè faceret; non frangeret votum. Et ratio horum eſt; quia illæ paruæ materiæ non vniuntur, ita vt conſtituant quantitatem notabilem mortaliter peccaminoſam. Ergo & in caſu noſtro, illæ paruæ equitationes, vel quadrigationes videntur non coaleſcere in vnam: ita vt poſtea, ſi ad quantitatem notabilem perueniant, inducant culpam lethalem. Sed his non obſtantibus, contrarium dicendum videtur; quia illæ paruæ materiæ in exemplis allatis, verſantur circa præcepta affixa diebus; & ideò illis tranſactis, nòn poſſunt vniri moraliter ad conſtituendam quantitatem notabilem. Et ideò ſi quis ſingulis Feſtis per quadrantem laboraret, non peccaret mortaliter, quia ſicut Feſta diuerſa ſunt, ita & labores ſunt diuerſi, neque vnum cum alio continuatur, ſed hoc non accidit in caſu noſtro, quia præceptum non equitandi datur in Regula abſolutè pro omni, & quocumque tempore; & ideò paruæ materiæ in eius trangreſſione moraliter coaleſcere poſſunt in vnum, & conſtituere quantitatem notabilem mortaliter peccaminoſam, quando ad illam peruenitur: ſicuti accidit in paruis materiis circa tranſgreſſionem temperantiæ, & quoad furta parua circa tranſgreſſionem iuſtitiæ. Itaque peccata venialia, quæ ex paruitate materiæ talia ſunt in ordine ad aliquem tertium, ſeu obiectum, vniuntur: & ita accreſcit eorum malitia ex multiplicatione, vt peccatum, quod alias veniale foret, mortale fiat ob peccata venialia, quæ iam facta ſupponit. Verùm, ſi dictæ paruæ equitationes Fratrum Minorum efficerentur cum magno interuallo temporis inter ipſas; non videntur coaleſcere, & vniri ad conſtituendum peccatum mortale: ſicuti plures graues Doctores à me alibi adducti ſentiunt de furtis paruis; quia ſi magnum interuallum inter vnum & alterum furtum accidit; putant ea non coaleſcere in vnum ad conſtituendam quantitatem notabilem peccati mortalis. Sed hæc omnia dicta eſſe volo, ſaluo meliori iudicio Doctiſſimorum Patrum Minorum, & Patrum Capuccinorum; nam omnia dicta in hac Reſolutione procedunt etiam quoad ipſos.

RESOL. CCCV.

An Decretum Cardinalium editum contra Religioſos accedentes ad colloquendum cum Monialibus obliget ad peccatum mortale? Ex parte 1. tractat. 10. Reſolut. 22.

§. 1. VBi tale Decretum eſt in vſu, obligate ad peccatum mortale, docet noſter Diard. *in Bull. Cæn. libr.* 3. §. 8. *quæſtion.* 2. *numer.* 45. Bonacina *tractat. de clauſura, quæſtion.* 3. *punct.* 4. *numer.* 4. Peirinus *in priuileg. Minimor. tom.* 2. *conſt.* 6. *Pij V.* §. 10. *numer.* 36. & Salas *in part.* 2. *diſput.* 15. *ſect.* 1. *concl.* 1. *numer.* 16. vbi ait: [Decretum Cardinalium, editum contra Religioſos accedentes ad Monaſteria Monialium, vbi eſt in vſu obligat ad mortale; quia ponit pœnam priuationis officij, vociſque actiuæ, & paſſiuæ.] Sed non defuere contrarium probabiliter ſentientes;

Sup. hoc in tr. bus Reſol. 1e.19. & infra in, Reſ. 314. bieu.ter in fine, & ſupra in Reſ. 172. prope finem, verſ. Ad exemplum. & in tom. 6. tr. 1. ex doctrina

Ref.43. §. De aliis. & in to. 9. tr. 7. Ref. 109.§. An vero. ad mediũ.

rientes:qui, propterea quod dictum Decretum sit lex pœnalis ex probabili Doctorum sententia, asserebant non obligare ad culpam mortalem. Vnde Illustrissimi Domini Cardinales, vt tollerent omnem difficultatem, declararunt sub die 1. Iulij, 1606. supradictum Decretum obligare etiam ad peccatum mortale; quorum verba inuenies apud Duardum, *vbi suprà*, *n.* 47. quæ ista sunt: [Sacra Congregatio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, negotiis Regularium præposita, censuit, & declarauit, Regulares accedentes ad Monasteria Monialium, contra formam Decreti, quo huiusmodi accessus per Sacram Congregationem prohibetur, vltra pœnas priuationis officiorum, & vocis actiuæ, & passiuæ, incurrere etiam pœnam peccati mortalis.] Ita Sacra Congregatio.

RESOL. CCCVI.

An Regulares accedentes ad Monasteria Monialium contra formam Decreti Sacræ Congregationis editi Nonis Maij 1590. vltra pœnas impositas peccent etiam mortaliter?

Et notatur, quod non incurritur peccatum neque pœna propter aliqua verba causa vrbanitatis dicta; neque si quis Religiosus declaret aliquem casum conscientiæ Moniali alicui; neque ille, qui per interpositam personam loquitur cum Moniali. Ex p.3.tr.2.Ref.104.

Dixit in Ref. quæ hic est antecedens,& in aliis eius not. & pro causa Vrbanitatis,& explicatione casus conscientiæ contentis in hoc textu infra in Ref. 318. & pro colloquentib. cum Moniali per interposită personam, in tom. 5. tr. 1. Ref. 84. §. Nota secundò, ad medium, & in aliis earum notationum, & in tom. 9. tr 7. Ref. 107. §. vlt. ad medium, &c.

§. 1. RESpondeo affirmatiuè, vt dixi *in tr. de legibus*, & ita declarauit ipsamet Congregatio die 1. Iulij anno 1606. Notat tamen ex Coriolano Laurentius de Peirinis *in priu. Minimor. tom. 1. const. 6. Pij V.* §. 10. *n.* 6 quòd non incurritur peccatum, neque pœna prædicta propter aliqua verba causa vrbanitatis dicta, quia paruitas materiæ excusat in quacumque materia à mortali, & in hoc boni viri iudicio standum erit. Nec etiam incurritur, si quis Religiosus declaret aliquem casum conscientiæ Moniali alicui, cùm talis locutio speciem habeat sermonis, & exhortationis. Neque etiam incurrit ille, qui per interpositam personam loquitur cum Moniali: cùm odia sint restringenda. Et hæc omnia docet Peirinus *vbi suprà*.

RESOL. CCCVII.

An Regulares colloquentes cum Monialibus absque licentia peccent mortaliter?

Et cursim docetur, quod cessante fine legis in aliquo casu particulari, cessat lex pro illo tunc, & pro illo casu. Ex p.10.tr.13.& Misc.3.Ref.16.

Supr. hoc in Ref seq. & in Ref. præterita,& in Ref.1. post præteritam,& in aliis eius not.

§. 1. NEgatiuè respondet Vidal *in Arca Theologia Moralis, tit. de Monialibus. Inquis. 2. n.* 49. vbi sic ait: Regulares exempti alloquentes Moniales indifferenter sine expressa licentia etiam per longum temporis interuallum mortiferè non peccant, dummodò absint praua intentio, & probabile periculum peccati. Ità Vidal; qui posteà plures probationes adducit. Et tandem *n.* 81. hæc subiungit. Sciendum verò est, posse nos probabiliter affirmare, accedentem ad Moniales frequenter cum iusta, & rationabili causa, quamuis sine expressa licentia, & seclusis circumstantiis extrinsecis malis, non incurrere Excommunicationem, neque mortiferè peccare, licèt in illo loco prohibeatur per legem specialem sub excommunicationis pœna accessus ad Monialium Monasteria sine Superioris expressa licentia. Ratio est clara; tùm quia in hoc casu sufficit licentia tacita, aut interpretatiua, vel præsumpta Superioris; qui rationabiliter esse non potest inuitus saltem quoad rei substantiam, & subditus rationabiliter præsumit, & iudicat Superiorem hîc & nunc concessurum talem licentiam, si peteretur & etiamsi sciret causam; at de facto non petitur ex aliquo iusto respectu humano: tum etiam, quia, vt alibi diximus, cessante fine legis, vel in particulari, vel in generali, cessat etiam ipsa lex, vel in totum, vel in partem; ratio enim legis plus debet attendi, quàm ipsa lex, *cap. Cum cessante de appellat.* Vnde lex fundata in præsumptione, non obligat coram Deo in illis casibus, in quibus præsumptio deficit; cùm ergo lex prohibens accessum ad Moniales sine legitima Superioris licentia, fundetur in præsũptione probabilis periculi venereæ tentationis, aut alterius grauis peccati, sequitur cessante hoc fine in particulari, cessare etiam legis obligationem stando in foro conscientiæ pro illo tunc, & pro illo casu: ergo. Hæc omnia Pater Vidal, & ante illum Bordonus *in Consil. Regular. tom. 1. resol. 7. n.* 81. & nouissimè Delbene, *de Immunit. Eccles. tom. 1. cap. 14. dub. 5. sect. 2. num. 1. cum seqq.*

Alibi in Ref. quæ hic est in tom. 6. tr. 1. Ref. 70. &c.

Sup. hac præsumptione in tom. 6 tr. 1. late in Ref. 69. & in aliis eius primæ annot.

2. Sed affirmatiuæ sententiæ ego adhæreo; & quidem in re tàm graui, ex cuius transgressione Regulares exempti subduntur alternæ iurisdictioni, videlicèt Ordinarij, & quæ prohibetur sub pœna priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, difficile mihi videtur non adesse peccatum mortale, vt apertè declarauit Sacra Congregatio, & docet me citato Tamburinus, *de iure Abbatissarum. disp. 15. q. 5. n.* 1. & me citato Pellizzarius, *de Monialibus, c. 5. sect. 5. n.* 200. Idem docet Nouarius *in Summa Bullarum, tom. 1. verb. Clausura, & accessu Regularium, n.* 3. Squillante *de Priuil. Episcop. par. 1. c. 13. n.* 56. Peyrinus *in Priuil. Minimor. tom. 2. constit. 7. Pij. V. n.* 3. Coriolanus *de Casib. reseru. par. 2. casu 3. n.* 29. Merolla *tom. 1. disp. 1. cap. 2. diffic. 7. n.* 615. Lezana *in Summa, tom. 4. verb. Moniales, n.* 20. qui citat Naldum; & Bonacinam. Vndè, me consulente, seuerè puniant Episcopi Regulares cum monialibus colloquentes, vt saltem alij timore pœnæ, abstineant deducere in praxim opinionem Patris Vidal, & aliorum, quam ego, pro vtroque foro, ex Oraculo Sacræ Congregationis, & communi Doctorum sententia, minimè admittendam esse existimo.

RESOL. CCCVIII.

An Regulares colloquendo cum Monialibus absque licentia peccent mortaliter?

Et in consequentia huius quæstionis alia curiosa adducuntur, sed iam omnes alibi late appositæ sunt in suis proprioribus tomis, tractatibus & Resolutionibus earum annotationum.

Et tandem quæritur, an quando Regulares loquerentur cum auscultatricibus, vel aliis Monialibus ex officio interessentibus ad colloquium faciendum de licentia Superioris cum vna Moniali determinata, peccent mortaliter? Ex p.10.tr.14.& Misc.4.Ref.54. alias 52.

§. 1. NEgatiuè respondet Pater Vidal *in Arca Theol. Mor. tit. de Monialibus, Inquisit. 2. n.* 49. vbi sic ait: Regulares exempti alloquentes Moniales indifferenter sine expressa licentia, etiam per longum temporis interuallum, mortiferè non peccant, dummodò absint praua intentio, & probabile periculum peccati. Ita ille, qui citat Bordonum. Probat hanc sententiam præcipuè ex tribus rationibus: Primò, quia Decretum Sixti V. non est vsu receptum: Secundò, quia huius Decreti prohibitio fundatur solum in præsumptione scandali, his verbis *Ad occurrendum scandalis, quæ contingere solent.* At locutio cum Moniali etiam de re indifferenti, vel ob honestam animi recreationem non est secundùm se scandalosa, vt patet: ergo in isto casu, & similibus prædictum Decretum saltem in foro

Sup. hoc in tribus præcedentibus Ref. & in aliis positis in annot. Ref. 305.

foro poli locum non habet ex vulgata regula, *lex fundata, in præsumptione non habet locum in foro conscientiæ, quando veritas est in contrarium, cap. Tua nos 26. cap. Si quis fidem 30. de sponf.* & quotiescumque lex fundatur in præsumptione non obligat in illis casibus, in quibus præsumptio deficit. Ita Doctores, ergo. Tertiò, quia cessante fine legis in aliquo casu particulari, cessat etiam de facto legis obligatio pro illo casu; Tum quia ratio legis plus debet attendi, quàm ipsa lex *cap. Cum cessante de appellat.* Tum quia verba legis quantumuis generalia restringuntur iuxta limites suæ rationis, quæ dicitur legis anima, *cap. Ratio nu la de præb nd.* & in lege magis attendenda sunt ea, quæ comprehenduntur ex mente, quàm quæ comprehenduntur ex verbis; vnde à verbis recedemus, quando apparet de mente disponentis *l. Non aliter. ff. de leg. 3.* hoc principalius verificatur in odiosis, & quando verba sunt pœnalis legis; Tum quia sicut se habet lex in vniuersali ad rationem acceptam in generali, ita lex in particulari ad rationem acceptam in casu speciali; vnde ex legis auctoritate tenet argumentum de toto ad partem: ergo sicut quando ratio legis cessat in totum, cessat etiam ipsa lex; ita similiter quando cessat in partem, cessabit etiam in partem ipsa lex: Tum etiam, quia sic asserunt, & sentiunt Doctores plures, quos refert, & sequitur Diana *part. 1. tract. 10. resol. 18.* & nouissimè Summa Diana, *verb. lex quauis obligat, num. 18.* vbi citat Mendozam: cùm ergo in præsenti nostro casu ratione honestæ locutionis cum Moniali cesset finis Decreti Pontificij (supposito quod sit in viridi, & in vsu) cessabit etiam ipsa prohibitio, & per consequens in hoc casu accessus ad Moniales nullo modo esset iudicandus malus, & peccaminosus mortiferè.

Sup. hoc supra in Ref. 3. §. Nec obstat, & in aliis eius annot.

Quæ hic est tom. 6. tr. 1. Ref. 70. & in multis aliis eius not.

2. Verùm his non obstantibus puto Regulares colloquentes cum Monialibus absque licentia, præter incursionem pœnarum, incidere in peccatum mortale. Et ita docet nouissimè Pax Iordanus, *in verb. Elucubr. tom. 2. lib. 7. tit. 12. num. 27.* qui citat Barchium Polacum, & idem me citato tenet Bellizzarius *de Monialibus, cap. 5. sect. 5. num. 200.* & me citato Tamburinus, *de Iure Abbatissarum, disp. 25. quæst. 5. num. 1.* Barbosa *de Iure Ecclef. lib. 1. cap. 44. numer. 156.* Campanilis *in Diuer. Iura can. Rubr. 12. cap. 16. num. 43.* Sayrus *in Claui Regia, lib. 3. cap. 7. num. 34.* Io. Antonius Nouarius *in Summa Bullarum, tom. 1. tit. Clausura, & accessus Regularium, num. 3.* Squillante *de Priuil. Episcopor. part. 1. cap. 13. num. 56.* Peyrinus *in Priuileg. Minim. tom. 2. Constit. 6. Py V. num. 3.* Io. Maria Nouarius *in Pragmat. 3. de Monia ibus, col ect. 4. num. 6.* Coriolanus *de Casib. res. ru. part. 2. cas. 3. num. 29.* Merolla, *tom. 1. disp. 1. cap. 2. difficul. 7. n. 60.* Lezana *in Summa. QQ. Regu' tom. 4. v rb. Moniales, num. 20.* qui citat Naldum, & Bonacinam.

3. Et quidem in re tam graui prohibita antiquitùs à Sacris Canonibus, deinde à Sixto V. cum pœna priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, & propter quam exempti Regulares subiiciuntur Episcopis, omninò dicendum videtur negatiuam sententiam non esse sustinendam; & ideò Regulares cum Monialibus loquentes, peccare mortaliter, vt declarauit Sacra Congregatio. Et quidem licet accessus ad Monasteria Monialium, & locutio cum ipsis, sunt res indifferentes, tamen in casu nostro obligant sub peccato mortali: nam materia indifferens ratione circumstantiæ euadit grauis. Sic silentium præceptum à Superiore tali tempore, si ad bonum Communitatis, vel ad non scandalizandum proximum tendit, obligat sub mortali, vt bene Valentia, *tom. 2. disp. 7. quæst. 5. punct. 6.* Sic etiam accessus ad Hortum Conuentus, aut ad talem domus alicuius Sæcularis, aut transitus per talem Vicum, vel Plateam, aut ne cum tali, vel tali persona loquatur; hæc enim etiam sint in se parui momenti, tamen si comparentur ad honestatem; bonum nomen Religiosorum, aut ratione periculi scandali, vel alterius circumstantiæ, efficiuntur res magni momenti, & ideò obligant sub mortali; vt bene Salas *de Legibus disp. 10. sect. 6. num. 32.* Baldellus, *tom. 1. lib. 5. disp. 20. numer. 10.* Clauis Regia, *lib. 3. cap. 1. num. 14.* Pontius, *lib. 5. numero 11.* Secus verò dicendum est, quando materia est leuis, etiam inspectis circumstantiis, vt bene Baldellus, *loco citato, num. 8.* Sic in casu nostro; quia locutio cum Monialibus tendit ad destructionem Communitatis, & decentiæ Clausuræ, rectè hoc sub peccato mortali prohibitum fuit.

Nec obstant argumenta in contrarium adducta; nam negandum est Decretum Sixti V. non fuisse receptum, nec argumentum de præsumptione, & de cessatione finis legis pro nostro casu valet; nam vt indiuidualiter, & optimè obseruat Pater Ioseph Ianuarius *de Casibus reseru. resol. 44. num. 14.* Lex, seu præceptum multoties non fundatur in præsumptione facti, vel delicti, sed fundatur in periculo facti, vel delicti. Quando enim lex, seu præceptum fundatur in præsumptione facti, vel delicti, si factum vel delictum cessat, cessat etiam obligatio legis; vt fuisti institutus hæres alicuius, non fecisti Inuentarium, præsumitur quod bona hæreditatis abscondisti, & propterea es condemnatus vltra vires, si re vera bona non abscondisti, non teneris in conscientia, vt bene Suarez, *lib. 3. de leg. cap. 23. numer 9.* Bonacina *disp. 1. quæst. 1 punct. 7. §. 3. num 8.* Sayrus, *lib. 3. cap. 7. numer. 8.* Syluester *verb. lex, quæst. 9.* & sic de aliis. At quando lex, seu præceptum fundatur in periculo facti, vel delicti, etsi delictum, seu factum cesset in aliquo casu speciali, quia non cessat generaliter, & absolutè, id est non cessat ab entitate præcepta in se, ideò non cessat lex, neque præceptum. Ideò contractus Minoris, vel pupilli sine auctoritate tutoris, & aliis conditionibus requisitis non valet, etsi cesset omnis fraus; sic obligatio dotis, renunciatio illius, donatio vxoris facta marito, renunciatio legitimæ; confectio testamenti, electio, & alia similia, si fiant sine solemnitatibus, etiam si sine fraude, non valent, & sic viget lex quia non fundatur in facto, seu delicto præsumptio, sed in periculo facti, seu delicti; id est quod factum, seu delictum in ea re esse potuit: etsi actu non sit. Ita Pontius, Suarez, Salas, Bonacina *locis citatis.* Hæc omnia Ferdinandus à Castro Palao, *tom. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 14. num. 13.* Sic in casu nostro hoc præceptum, & hæc excommunicatio non fundatur in præsumptione destructionis Communitatis, & decentiæ Clausuræ, sed in periculo tantum illius, quod periculum semper esse potest, quando quis loquitur sine licentia, etsi actu non sit, & periculum tantum sufficit ad hoc vt lex, seu præceptum subsistat. Hæc omnia Iannarius. Itaque ad argumenta Patris Vidal dicendum est, quod lex, seu præceptum aliquando fundatur in præsumptione facti vel delicti; aliquando in periculo facti, vel delicti. Quando fundatur in præsumptione, si præsumptio cessat, cessat etiam obligatio legis, quando verò fundatur in periculo facti, vel delicti, etiamsi delictum cessat, non cessat obligatio legis. Ad aliud argumentum quod adducit me citato Vidal, *numer. 55.* nempe, quod in dubio censetur legem obligare tantùm sub veniali. Respondeo, quod in nostro casu non sumus in dubio an lex obliget; nam vt patet, communiter Doctores asserunt obligare sub mortali, & Sacra Congregatio id declarauit. Ergo. Et quidem, vt optimè obseruat Lezana *vbi suprà*, cùm pœnæ positæ in prædictis decretis sint graues, vtpotè quia non solùm

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. Ref. 69. §. cum igitur, & in Ref. 86. §. vlt. post medium, vers. Nec valet, & in tom. 9. tr. 7. ex Ref. 98. signanter in §. Dico igitur & seq.

Sup. hoc supra in tom. 6 tr. 1. Ref. 68. & in aliis eius annot. prima.

lùm priuant Officiis, sed etiam cùm sint priuatiuæ vocis actiuæ, & passiuæ reddant transgressores illegibiles, & impostulabiles actiuè, & passiuè, & ideò ad illas incurrendas requiri videtur peccatum mortale.

4. In vno tamen casu sententiam Patris Vidal admitto, nempe, quando Regulares loquerentur auscultatricibus, vel aliis Monialibus ex officio interessentibus ad colloquium faciendum de licentia Superioris cum vna Moniali determinata. Et ita docet Pellizzarius *vbi suprà num.* 119. Ianuarius, *vbi suprà n.* 15. & alij penes ipsum.

RESOL. CCCIX.

An Episcopus stante Decreto Vrbani VIII. possit negare licentiam Regularibus colloquendi per quatuor vices in anno cum Monialibus in primo, & secundo gradu sibi coniunctis?

Et quid est agendum, quando Religiosus necessitatem habet alloquendi Monialem, puta, quia contractum habet celebrare vel quid simile, & non visere præcisè consanguineam ex vrbanitate: an toties quoties opus fuerit, possit licentiari ad Ordinario, & licet non sit consanguineus?

Et an Religiosus, si loquatur, v. g. cum sorore Moniali alio die à præscripto in literis licentiæ, an inquam, peccet mortaliter?

Et an Nouitio Equiti S. Ioannis, vel alterius Religionis possit Episcopus concedere licentiam, vt possit loqui cum Monialibus vltra casus prædictos ad instar sæcularis? Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. Ref. 52. alias 50.

Sup. hoc pro parte doctrinæ huius Ref. & eius verbi, possint, & pro primo gradu infra in fine Ref. 311. & etiam in fine Ref. 312.

§. 1. Respondet affirmatiuè doctus, & amicissimus Pater Bordonus *in Miscellaneis Cas. um Conscientiæ, decis.* 212. nam in dicto Decreto habentur hæc verba: *Quatenus sibi visum fuerit in Domino expedire, licentiam concedere possint*, non dicit *debeant* sed *possint*, quod verbum affirmatiuè sumptum, vt hic importat actum voluntarium, non necessitatis. Bartolus *in leg. Gallus, ff. de liber. & posth. numer.* 4. Ruinus, *vol.* 1. *consil.* 69. *num.* 12. Barbosa, *dist.* 268. *num.* 1. Similem sensum facit alia clausula: *Quatenus sibi visum fuerit in Domino expedire*; importat siquidem arbitrium boni viri secundum rectam conscientiam regularem, ita quod si concedat licentiam; patet eum posse in tali casu concedere sine periculo alicuius peccati, aliter expeditio non esset in Domino. Sed quid dicendum quando Religiosus necessitatem habet alloquendi Monialem, puta quia contractum habet celebrare, vel quid simile, & non inuisere præcisè, consanguineam ex vrbanitate? Tenetur Vicarius concedere licentiam, quia casus vrget, & charitas persuadet id agendum esse ab Ordinario. Confirmatur, quia extraneo in simili casu prouidere debet. quia à iure communi collocutio necessaria non prohibetur, vt colligitur *cap. Monasteria.* 8. *de vita, & honestat.* sed tantùm vitiosa, & periculosa, ibi: *Sine manifesta, & rationabili causa frequentare præsumpserit.* Igitur virtute supradictæ Ordinationis Ordinarius concedere potest licentiam consanguineis primi, & secundi gradus alloquendi, & hoc procedit ex causa vrbanitatis & parentelæ; nam aliàs habens necessitatem, seu causam legitimam accedendi ad Monasteria Monialium, præscindendi à supradicta ordinatione, potest licentiari ab Ordinario toties, quoties opus fuerit, licèt non sit Consanguineus; quia id illi nullo iure prohibetur, neque per dictam ordinationem emanatam fauore collocutionum ex vrbanitate, & pietate Consanguineorum. Hæc omnia Bordonus *vbi suprà*.

2. Sed si aliquis hic incidenter quærat: An Religiosus, si loquitur v. g. cum Sorore Moniali alio die præscripto in literis licentiæ, an, inquam, peccet mortaliter. Et negatiuè ego olim respondi, nulla nixus auctoritate Doctoris: sed nunc inuenio hanc sententiam docere Bordonum *vbi suprà in Miscellaneis, decis.* 249. Quia mutatio diei, seu horæ videtur quid parui momenti, neque verisimile est pro hac modica transgressione affici peccato mortali, quòd priuat gratia Dei. Deinde alloquens sine licentia peccat mortaliter, vt referunt decisum: ergo alloquens cum licentia non seruato modo in ea præscripto excusandus est à peccato mortali: nam aliquid habet operari ea licentia pro foro conscientiæ, cum licentia etiam illicita sit licentia; Glossa, 1. *cap. Si qua* 26. 27. *quæst.* 1. quod maximè verum est, quando illicita prouenit ex abusu, non enim abusus destruit licentiam ante subsistentem; Nec obstat, quod pro nulla habeatur non seruata forma in Decreto præscripta, sub qua forma continetur dies & hora expressa in ipsa licentia; quia cum hoc Decretum fundetur in præsumptione, non obligat in foro animæ, quando adest veritas in contrarium & id quandò Religiosus bono fine alloquitur Monialem Sororem, sed intelligitur, quod licentia sit nulla pro foro externo. Quod lex fundata in præsumptione, vti est hoc Decretum, non liget in foro conscientiæ, sed tantùm pro foro externo, docent quam plures classici Doctores, quos citat pro se Diana, *resol.* 17. *de Legib.* Quare intellectus Decreti facit pro foro externo, quod nulla reputatur licentia, quando non seruatur in ea præscriptum. Et hæc omnia, vt dixi, docet Bordonus, *loco citato*.

Sup. hoc in Ref. seq. §. Adhæreo.

Quæ nunc est in tom. 6. tr. 1. Ref. 69.

3. Notandum est etiam hic obiter, quod Nouitio Equiti S. Ioannis, vel alterius Religionis posset Episcopus concedere licentiam, vt possit loqui cum Monialibus, vltra casus prædictos, ad instar Sæcularis, quia licèt Nouitius in fauorabilibus reputetur pro Religioso, non tamen in odiosis. Ita Portel *in Dubiis Regularib. verb. Nouity absolutio, numer.* 35. Et ita hanc sententiam in terminis docet nouissimè Squillante *de Obligat. & Priuil. Episc. part.* 1. *capit.* 13. *num.* 51.

RESOL. CCCX.

An licentia virtute Decreti Vrbani VIII. concessa alicui Religioso colloquendi cum Monialibus extendatur etiam ad socium?

Et quid est agendum, si contingat Religiosum habentem licentiam accedendi ad colloquendum cum Monialibus non posse accedere die statuta, an sit probabile ex vi dictæ licentiæ posse accedere alia die, si parum temporis intercedat.

Et notatur, quod si aliquis Regularis vult colloqui cum Moniali subiecta Regularibus præter licentiam Episcopi opus sit, vt adsit etiam licentia Superioris Regularis illius Monasterij? Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 33.

§. 1. Affirmatiuè respondet Peyrinus *in Addit. seu tom.* 3. *Priuileg. c.* 7. *n.* 1. vbi sic ait: [Nota primò, quòd in Constit. 6. Pij V. *n.* 7. posui nouum Decretum Vrbani VIII. quo conceditur facultas Ordinariis dandi licentiam Regularibus, vt possint Moniales consanguineas alloqui. Istam verò licentiam extendi ad socios, docent Rodriquez *tom.* 3. *qq. Reg* q. 6. *art.* 1. Riccius 1. *p. praxis dec.* 745. de connexis enim idem est iudicium, cap. *Translato de Const.* Vnde licentia Papæ alicui concessa visitandi Sacrosanctum Ierosolymitanum Domini Sepulcrum, extenditur ad socium à Superiore quocunque assignandum.] Ita ille: & post illum

illum hanc sententiam docet Pellizzarius *tr. de Monial. c. 10. sect. 1. q. 10. n. 19 ad. er. 7.* quibus ego addo Lezzanam *in Summa qq. Regul. tom. 4. verb. Moniales, n. 23.* & Tambutinum *de iure Abbatissarum, disp. 26. q. 3. n. 2.*

2. Sed, vt verum fatear hæc opinio mihi non placet: nam, licèt connexorum idem sit iudicium, vt patet in l. 3. §. *Iudicio contrar. ff. de contrar. act. tutel.* l. *Proinde. ff. ad legem Aquil.* l. *Eum actum. ff. de negot. gestis* c. *Translato. de constit.* c. *Prætereà. de offic. de eg.* Marsilius *sing.* 251. Decianus *consil.* 45. *n.* 17. *cum seqq.* l. 1. Crauetta *cons.* 175. *n.* 3. *cum seqq.* Castrensis *cons.* 110. *n.* 2 *cum seqq.* l. 2. Ioann. de Imola *cons.* 139. *n.* 6. *& seq.* Tamen hoc procedit, quando connexa separationem nō recipiunt, vt ex Decio *in c. Si duobus, n.* 19. *de appell. & cons.* 33. *n.* 2. Boër. *dec.* 73. *n.* 4. *& seq.* Parisio *cons.* 66. *n.* 13. *cum seqq. vol.* 1. cōcludit Marches. *de Commiss. p.* 1. *c.* 5. *n.* 90. ita vt vnius, & alterius idē sit iudicium. Gloss. *verb. Annexi, in c. Cū sing. de præb. l. 6.* Gloss. *verb Cōnexa, in c. Quanto. de iudic.* Hippolytus *sing.* 251. Guillelmus Bened. *inc. Raynutius, de testam. ver. & bortum à n.* 1. Menochius *de arbitrar. l.* 1. *q.* 45. *& l.* 2. *cas.* 95. Gitondus *de priu. seu exempt. explicat. n.* 751. Itaque regula connexorum procedit, quando id, quod efficitur in vno, necesse est, vt efficiatur in altero. Et ideò connexa dicuntur indiuidua. Quæ omnia obseruat etiā Scaccia *de appell. q* 17. *limit.* 21. *n.* 26. Aneharanus *cons.* 160. *n.* 2. Grauetta *cons.* 175. *n.* 4. *&* 5. Surdus *dec.* 199. *n.* 11. & alij. Cùm igitur in casu nostro non militet eadem ratio inter cōnexa, vt de se patet; nec, quod efficitur in vno, necesse est, vt efficiatur in altero, & ideò indiuidua nō sunt; nō potest militare inter eos, vt diximus, Regula connexorū. Itaque vnus socius recitet deuotè Rosariū, vel Officium, aut legat aliquē librum spiritualem, dum alter socius loquitur cū sorore; hæc enim quid pertinet ad ipsū? Et supradicta confirmātur ex praxi, vt reor, vbique recepta: nam Episcopi nō permittūt, quando præbent licentiā alicui Regulari vigore Decreti Vrbani VIII. colloquēdi cum aliqua Moniali, vt eius socius fruatur hoc priuilegio, & loquatur cum ipsa; neque etiam Superiores Regulares hoc illi permittunt: ergo, &c.

Sup. hoc in Ref. præterita §. Sed si aliquis.

3. Adhæreo tamen libenter P. Pellizzario *vbi suprà,* qui ait: [Quòd, si contingat, Religiosum habentem licentiam accedendi ad aliquam Monialem, non posse accedere die statuta, aliqui viri docti putant, non esse improbabile illū vi dictæ licentiæ posse accedere alia die: si parum temporis intercedat, nullū subsit periculū scandali, & dies, qua acceditur, aliàs non sit vetita: probántque ex eo, quòd Superior in tali casu quoad mutationem diei non censetur inuitus: cùm statim fieri censeatur, quod fit paulò pòst, & parum distans nihil distare videatur: vel certè, si est inuitus, est solùm inuitus quoad modum, quod non sufficit, vt vtens licentia dicatur peccare mortaliter.

4. Notandum est etiam hîc, quòd si aliquis Regularis vult colloqui cum Moniali subiecta Regularibus, præter licentiam Episcopi, opus est vt adsit etiam licentia Superioris Regularis illius Monasterij. Circa quam licentiam sic statuit (teste Lezzana *in Sum. tom. 3. verb. Moniales n. 23.*) Sacr. Congr. die 29. Ianuarij, 1633. Monialium Regularibus subiectarum Superiores, subscribentes post Episcopum, vel eius Vicarium, licētias eorum, qui ad colloquutoria accedunt, vel clausurā ingrediūtur, non possūt quid excludere, addere, vel adimere, ex illis, quæ Episcopus ipse, aut Vicarius pro cura, & bono regimine clausuræ, & licētiis præscribit, & apponit.

RESOL. CCCXI.

In licentiis, quæ conceduntur Regularibus, vt possint colloqui cum Monialibus apponuntur quædam conditiones, quæritur, an earum adimpletio obliget sub mortali?

Et an Regularis possit loqui cum Matre, vel filia Moniali sine licentia? Ex p 8. tr. 7. & misc. Ref. 60.

§. 1. EGo de hoc casu dum Panormi degerem, interrogatus, in partem negatiuam inclinaui, quia non videbam obseruari sub tanto onere, & nouissimè inueni hanc sententiam sine vlla formidine docere F. Santorum à Melfi *in comm. ad const. Minorum, c. 11. stat. 7. q. 1.* vbi sic ait. Clarius coniicitur abesse peccatum mortale, si aliæ formalitates non seruentur, vt non liceat determinatis diebus, nisi licentia consignetur Cōfessario ordinatio, quòd is associet, & adsit, quòd auscultatrices assistant, quòd concedatur licentia pro die, & hora certis, quòd adnotetur in libris Cancellariæ, hæc enim omnia vix simul conuenire possunt, nec credo ab aliquo hucusque punctualiter obseruata esse; quia cùm decretum non præcipiat, nec cogat Confessariū, quòd velit nolit assistat, ipse poterit recedere, & horam, ac diem assignatas frustrare vel postquam accesserit Religiosus ad parlatorium, poterit recedere. Eo vel maximè si longiorem Religiosus protrahat sermonem, & Confessarius recitaturus sit horas Canonicas, vel ob frigus; & torporem deābulet, an censendus sit præsens esse? Cùm in iure erit præsens, etiamsi sit in alio cubiculo domus, vt alibi dictum est, & sic vel sine culpa sua peccabit mortaliter, vel licentiam exequi non poterit, quid si die, & hora assignatis adesset Cōfessarius extraordinarius: an essemus in rigore decreti requirētis ordinarium? An etiam tunc esset peccatum mortale? Idem etiam dici potest de auscultatricibus, quas cogere non poterit nec Cōfessarius, nec allocuturus, quinimò si casu, solitę auscultatrices impeditæ rationabiliter essent, tunc loqui non poterit, quia sine illarū assistentia licentia non valet. Si hora, & dies assignetur, v.g. 18. & prædicta monialis non compareat, nisi 23. licentia non valebit, & peccabit mortaliter. Si Cancellarius pigritiâ non adnotet talem licentiam in libris Cancellariæ (solent enim aliquādo, nec grauiores scripturas adnotare, maximè vbi nihil lucrentur,) & dicāt impetranti, adnotabo illam & obliuiscatur, aut nō curet, Religiosus peccabit mortaliter, si loquatur; quia decretum dicit, pœnis in supradicto decreto contentis, ac si nullam licentiam obtinuissent, eo ipso nouerint se addictos, & seueriùs etiam puniendos. Et quod præcipitur de die, & hora facillimè accidere potest, vt tali die, vel hora Moniales occupatæ sint, quibus Episcopus præcipere non poterit, (si suæ subditæ non fuerint) vt audiant colloquentem. Et de diebus exceptuatis, nescio an peccaturi sint mortaliter, si aliquo die Quadragesimæ, vel ieiunij loquantur Monialibus, eo vel maximè, cùm his diebus, ob afflictionem corporis, magis sint mortificatæ, & deuotæ, & præsupponantur minùs obuiæ vanitatibus, quàm si concedatur licentia loquendi in hebdomada Quinquagesimæ, quādo fiunt Bacchanalia vel in Octaua Paschatis exactis ieiuniis, quibus etiam animus in hilaritatem soluitur. Et tandem discurrendum esset, An Episcopi mortaliter peccent: hæc non obseruātes, quibus dicitur, quòd si locorum Ordinarij per plures vices, vel in vlteriori gradu, aut aliter, quàm seruata forma supradicta, licētias concesserint, vel promiserint, sciant se intentionis sanctissimi D.N. & S. Congr. transgressores, iudiciúmque reformident. Et an intentio Sanctissimi sit, quòd sub mortali peccato, modo suprà scripto procedant, quod non est dicendum, quia nullam pœnam imponit, ex qua culpæ grauitas coniiciatur, nec conditiones istæ sunt adeò graues, vt culpam mortalem inuoluant. Hæc tetigisse sufficiat, ne mortalia peccata multiplicentur, quando causa grauis non vrgeat. Hucusque Santorus *loco citato*, qui etiam *quæst. 6.* putat, Regularem posse loqui cum matre, vel filia Moniali sine licentia, quia, ait ille, hic casus est nimium exceptuatus, nullam suspicionem admittere valens. & ideò

Sup. contento in hac Ref. vsque annot. seq. lege doctrinam Ref. seq.

Sup. hoc supra in Ref. 309. in principio, & in fine Ref. seq.

ideò in concessione vltima non efficitur mentio de hoc stipite, quasi relinquatur naturæ iuribus; sed tu cogita.

RESOL. CCCXII.

An Regularis obtenta licentia ab Episcopo colloquendi cum aliqua Moniali, possit hoc facere sine assistentia Monialium auscultatricium, (vt asserunt,) vel absque eo quod assistat, vel intersit ipsarum confessarius? Et an ordinarius vigore Decreti Vrbani VIII. teneatur dare licentiam Regularibus, vt possint adire Moniales consanguineas? Ex p.9.tr.7.& Misc.2.Res.34.

Sup contento in hac Res. vsque ad not. seq. lege doctrinam præcedentis Res.

§. 1. VIdetur negatiuè respondendum: quia supradicta necessariò requiruntur tanquàm forma non adhibita, actus est nullus, & illicitus: ergo. Maior patet ex verbis ipsius Decreti Vrbani VIII. Minorem verò docent Doctores, vt Solorzanus *de Indiarum iure, tom. 2. lib. 2. c. 26 n.* 40. Larrea *in alleg. fiscal. tom. 1 alleg. 29. n.* 23. Vela *in Dissert. iur. contr. tom.* 1. *dissert. 21 n.* 5. Felicianus à Vega *in Relect. ad c. Dilecti, de iudic. num.* 14. Valenzuela *to. 1. cons. 87. n.* 77. Themudo *in decis. Archiep. tom. 1. dec.* 81. §. 1. *n.* 14. *&* 15. & alij communiter: ergo.

2. His tamen non obstantibus, affirmatiuè ad casum propositum respondet P. Pellizzarius *tract. de Mon. c. 10. sect. 1 subsect. 1. n.* 20. vbi sic ait: [Aduerto, quòd si præfata licentia detur non seruatis omnibus iis, quæ præscribuntur in Decreto, de rigore iuris censeri debet inualida cùm in Decreto dicatur: *Si locorum Ordinarij, per plures vices, vel in vlteriori gradu coniunctis, aut aliter, quàm supradict. forma, licentias concesserin; Regulares pœnis supradicto Decreto contentis ac si nullam licentiam obtinuissent, eo ipso se nouerint addictos* & prætereà addatur in eodem Decreto, Ordinarios non posse dare talem licentiam aliter, quàm seruata ad vnguem forma infrascripta. Concedo tamen, quòd cùm in eo Decreto extent aliquæ conditiones leuioris momenti, (qualis est, quòd præscribatur certa hora accedendi ad Monasterium; quòd assistant Moniales auscultatrices quòd Confessarius Monialium intersit. & assistat,) quas constat experientia non vbique obseruari consequenter, si qua talium conditionum omittatur, non ideò irrita debet censeri licentia: idque ob doctrinam, quam tradit ex Decio, ac Felino, Naldus *verb. Actus, n.* 33. actum scilicet, non vitiari ex omissione formæ, si forma sit modici momenti: præterquàm quòd non est nouum, legem aliquam acceptari secundùm vnã partem, & non secundùm aliam.] Ita Pellizzarius.

3. Sed huic sententiæ ego adhæreo, non tantùm ex prima ratione adducta nam magis communiter tenent Doctores, quòd quando lex, seu statutum, aliquid inducit pro forma, tunc eadem forma debet non in parte, sed in totum adimpleri, & in parte, quanuis minima non adimpleta in totum corruit: quia forma indiuisibilis est: & eius omissio, quanuis sit leuis, actum vitiat. Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 11. *n.* 11. *in princ. & d. n.* 11. *in fine, & n.* 11. *&* 13. vbi alios plures ad præmissorum comprobationem refert concordantes, *& de retract. conuention.* §. 4. *glos. 6. n.* 31. *&* 32. Vbi pariter plures adducit concordantes, probantes, quòd formæ omissio, etiam quòd leuis sit, & in minimo, in totum vitiat, quia indiuisibilis est. Quæ omnia confirmat etiam Socinus Iunior *cons.* 37. *n* 6 *l.* 2. Parisius *consil.* 9. *n.* 8. *& seqq. l.* 3. Rolandus *cons.* 30. *n.* 5. *& consil.* 72. *n.* 58. *&* 64. *l.* 3. *& consil.* 60. *n.* 28. *l.* 4. Alderan. Mascard cum allegatis per eum *de generali stat. interpret. concl.* 9. *n.* 61. Itaque opinionem affirmatiuam Pellizzarij admitto: quia Decretum Vrbani VIII. (vt ipse testatur) quoad supradictas circunstantias, & requisita, non fuit vsu receptum; & sic testati sunt mihi fide digni, quòd in Archiepiscopatu Panormitano, & Neapolitano Regulares loquuntur sine tempore limitato, ac sine assistentia Confessarij Monialium. Supponendo igitur, Decretum quoad hanc partem non fuisse vsu receptum, opinioni affirmatiuæ Patris Pellizzarij adhæreo, cum quo etiam assero. Ordinarios vigore dicti Decreti Vrbani VIII non teneri dare licentiam Regularibus, vt possint adire Moniales modo dicto consanguineas; sed solùm posse, si attentis præsentibus circunstantiis iudicent id expedire. Colligo ex verbis illius Decreti: *Quatenus sibi (id est, Ordinario) visum fuerit in Domino expedire.*

Sup. hoc supra in Res. 309. in principio.

RESOL. CCCXIII.

An in die Mercurij quatuor temporum possit Episcopus vigore Decreti Vrbani VIII. præbere licentiam Regularibus ad colloquendum cum Monialibus?

Et notatur, quod per prohibitionem factam nec Regulares absque expressa licentia accedant ad Monasteria quarumcumque Monialium, non tollitur, quin sine licentia prædicta possit Religiosus accedere ad dicta Monasteria causa tractandi cum aliqua fœmina sæculari ibi degente, & quidem etiam de negotio prophano. Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. Res. 35.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Pater Bordonus *tom.* 1. *resol. 7. n.* 90. sic asserens [Nomine dierum Festiuorum veniunt Dominica, & Festa ex præcepto abstinẽdi à seruilibus, & non alia. Sub nomine Aduentus venit Romanus non Ambrosianus, arg. cap. 1. *de Constit. in* 6. Papa enim præsumitur ignorare consuetudines, & statuta particularium locorum: ergo nihil censetur disponere secundùm illa. Similiter Quadragesima incipit à die Cinerum. Neque sub nomine Vigiliæ veniunt quatuor Tempora: nam inter se multùm differunt, vt videre est in Rubricis Breuiarij, *tit. de Vigiliis*; quæ non vocantur Feriæ maiores, sicut quatuor Tempora, quorum commemoratio nunquam omittitur, sicut quandoque vigiliarum relinquitur. Quare non poterunt habere licentiã diebus Veneris, aut Sabbathi: quia his diebus simpliciter prohibetur.] Ita ille, & post illum idem docet P. Lezana *in Summa tom. 4. verb. Moniales, n.* 23.

2. Sed hæc opinio non caret difficultate: nam verum est, quòd quatuor Tempora, in ordine ad Rubricas Breuiarij differunt à Vigiliis: sed in nostro casu, in ordine ad finem legis, vt per se patet, & ad mentem Pontificis, non videntur differre: & ideò vbi est eadem ratio, debet esse eadem iuris dispositio, vt habetur ex leg. *Illud. ff. ad leg. Aquil.* l. *Si postulauerit.* §. 2. *ff. ad leg. Iul. de adulter.* l. *Quidam nummularios. ff. de edendo.* l. *Nauta.* §. *fin ff. nauta, caup.* l. *A Titio. ff. de furtis.* l. *Illud. Cod. de Sacros. Eccles.* §. *Si igitur. Instit. quod cum eo.* Glos. *verbo Italia, in c. 1. de temp. ordin. l.* 6. Abbas *in c. Nihil. n.* 5. *de elect.* Dec. *cons.* 15 *n.* 2. & *cons.* 301. *n.* 6. *&* 8. Calderinus *cons.* 147. Menochius *cons.* 324. *n.* 10. & *cons.* 335 *n.* 32. *&* 33. & *cons.* 139. *n.* 10. & *cons.* 343 *n.* 12. & *cons.* 232. *n.* 43. Surdus *consil.* 101 *n.* 19. & *decis.* 51. *n.* 10. Vgolinus *de offic. & potest. Episcopi, c.* 13. §. 27 *n.* 1 *vers. Quid igitur.* & *c.* 49. §. 4. *n.* 2. & Cardinalis Tuschus *pract. conclus. tom.* 6. *lit. R. concl.* 31. *per totam.* Alexander Trentacinquius *var. resol. 1. tit. de Statutis resol. sub n.* 2. *vers.* 1. Farinacius *Fragment. crimin. p. 1. lit. E. n.* 51. *cum seqq.* Gloritius *resp.* 5. *n.* 85. & alij communiter. Vnde casus noster non extenditur; sed comprehenditur in verbis Vrbani VIII. per ea, quæ docet Surdus *decis.* 276 *n.* 8. Guttierez *pract. qq. l.* 1. *q.* 17. *n.* 84. *& seq.* Gonzalez *ad Regul. 8. Cancellar.* §. 7. *in Proœmio n.* 105. & per ea, quæ ego dixi *in p. 6. tr. 2 resol.* 3. Itaque in nostro casu non sunt consideranda quatuor Tempora cum Vigiliis in ordine ad Rubricas Breuiarij,

Sup. hoc supra in Res. 304 §. Sed ego. ad mediũ, à vers. Et quidem. & in aliis eius not.

Sup. hoc ibidem in §. Cõfirmatur. & in aliis eius not.

Quæ nunc est tom. 9. tr. 8. Res. 3.

Breuiarij, sed in ordine ad finem legis, & mentem Legislatoris, qui voluit, vt in diebus ieiuniorium, & per consequens orationi consecratis, à colloquiis Monialium abstineatur. Vnde dicitur, quòd ratio legis, magis quàm verba spectanda sunt, ex leg. *Scire*. §. *Aliud.ff. de excusat.tutor.* & docet Parisius *consil.* 12. *n.* 52. *l.* 2. Baldus *consil.* 44. *l.* 2. Alexander *consil.* 54. *n.* 9. *l.* 4. & alij. Ideò ego Dominos Episcopos admonerem, ne in die Mercurij quatuor Temporum similē licentiam præberent.

3. Nota tamen, quòd P. Pellizzarius *tract. de Monial. c.* 10. *sect.* 1. *n.* 20. tenet, per prohibitionem factam à Sacra Congregatione, ne Regulares absque expressa licentia eiusdem Sacræ Congr. accedant ad Monasteria quarumcunque Monialium, non tolli, quin sine licentia prædicta possit Religiosus accedere ad dicta Monasteria causa tractandi cum aliqua fœmina sæculari ibi degente, & quidem etiam de negotio profano: & testatur ita practicatum fuisse, de licentia tamen Ordinarij: subdit tamen: *Nisi obstet stylus Curiæ, & consuetudo.*

RESOL. CCCXIV.

An Regulares accedentes ad Monasteria Monialium absque Episcopi licentia incidant in excommunicationem, quam Episcopus proposuit, contra tales?

Et an in tali casu, secluso scandalo, non peccent mortaliter? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 103.

Sup. hoc in Ref. seq. § penult. à vers. Adest. Sed lege eam per totam, & in tom. 5. tr. 1. Ref. 84. lege doctrinam eius §. Nota octauo.

§. 1. NEgatiuè respondeo, quia ferè omnes Religiones habent priuilegium, vt non possint excommunicari ab Episcopis, & ideo hanc sententiam docet Rodriq. *tom.* 1. *q.* 45. *art.* 2. & alij cum P. Suar. *de Relig. tom.* 4. *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 10. *n.* 27. vbi asserit sic declarasse sacr. Cardinalium Congregationem; sub die 9. Aprilis 1587. in hæc verba, Regulares accedentes ad Monasteria Monialium sine licentia Episcopi, incidunt in pœnam excommunicationis, quam Episcopus suo edicto proposuit, nisi Regulares illi haberent ex priuilegio, quòd non possint excommunicari; & tunc deberent puniri à suis Superioribus alia pœna. Ita sacra Congregatio. Imò, secluso scandalo, in tali casu Regulares non peccare mortaliter, docet nouissimè Merolla *in disp. Theol. tom.* 1. *disp.* 1. *c.* 2. *diffic.* 7. *n.* 614.

Sup. hoc supra in Resol. 305. & in aliis eius not.

RESOL. CCCXV.

An Regulares accedentes, & colloquentes cum Monialibus exemptis incidant in excommunicationem latam ab Episcopo?

Et quid, si accedant ad colloquendum cum non exemptis, sed subiectis ditioni ordinariæ Episcopi?

Idem est dicendum in vtroque casu de peregrinis, quod non incurrunt in censuram latam ab Episcopo contra colloquentes, vel accedentes ad Monasteria Monialium sibi subiectarum; secus verò si excommunicationem pronunciet contra accedentes, & colloquentes cum Monialibus exemptis, quia in isto casu incurrunt etiam peregrini. Ex p. 10. tr. 14. & misc. 4. Ref. 55. alias 53.

Sup. hoc lege doctrinā Ref. annot. seq. & pro omni contento in hac Ref. vsque ad § vlt. vide etiam in tom. 5. tr. 1. ex Ref. 84. §. Nota octauo.

§. 1. NEgatiuè respondet Merolla, *tom.* 1. *disp.* 1. *c.* 1. *n.* 616. vbi sic ait: Id autem quod diximus, excommunicationem scilicet latam ab Episcopo contra loquentes cum Monialibus, non comprehendere Religiosos exemptos, limitat Graffius *l.* 4. *decis. p.* 1. *c.* 6. *n.* 3. nisi Episcopus ferret hanc Excommunicationem auctoritate Apostolica; tunc enim vult, etiam Religiosos exemptos comprehendere. Ad quod probandum allegat Concilium Tridentinum, *sess.* 25. *c.* 5. *de Reg.* incip. *Bonifacij Octaui*. Cæterum non videtur, quomodò hic Auctor, ex eo loco Concilij colligat, auctoritatem Apostolicam in re de qua loquimur, tribui ibi Episcopis saltem respectu Monasteriorum Monialium non exemptarum ab eorum iurisdictione. Nam Tridentinum in loco allegato, tantùm renouat Constitutionem Bonifacij VIII. quæ habetur in cap. *Periculoso* §. *vlt. de stat. Regul. l.* 6. præcipiens Episcopis vt in omnibus Monasteriis sibi subiectis, ordinaria, in aliis verò Sedis Apostolicæ auctoritate, Clausuram Monialium, vbi violata fuerit, diligenter restitui, & vbi inuiolata est, conseruari procurent, inobedientes per Censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas compescentes. Vnde si Episcopus non habet specialem auctoritatem à Sede Apostolica contra Religiosos, non poterit eos excommunicare, vel statutis suis obligare, vt cum Monialibus, saltem sibi subiectis, non loquantur; nam Concilium Tridentinum non facit eum delegatum Apostolicum, nisi quoad Monasteria Monialium exempta ab eius iurisdictione. Et hæc omnia docet Merolla respectu Monasteriorum Monialium exemptarum, licet contrarium asserat Duardus *in Bull. Cœnæ l.* 1. *c.* 1. *q.* 3. *n.* 119. existimat enim Episcopos auctoritate Apostolica sibi concessa à Tridentino posse excommunicare, seu prohibere sub pœna excommunicationis latæ sententiæ etiam Religiosis, ne cum Monialibus exēptis loquantur; sed hanc sententiam non esse veram putat Merolla; quia Tridentinum solum dat limitatam potestatem Episcopis super Monasteria Monialium exempta; vt scilicet possint in eis Clausuram indicere, & conseruare illam, ac inobedientes punire. Ex quo tantùm sequitur, posse excommunicare violantes hanc Clausuram. At verò, quod auctoritate Apostolica excommunicare possint etiam Religiosos exemptos loquentes cum his Monialibus, ibi eis non conceditur. Accedit, quod contrarium videtur apertè colligi, ex *c. periculoso.* §. *vlt. de stat. reg. in* 6 quod Tridentinum fatetur, se velle innouare. Vbi dicit Pontifex, se non intendere per id, dare aliam iurisdictionem, vel potestatem supra Monasteria exempta.

2. Sed his non obstantibus, in fauorem nostri Patris Duardi contra Merollam nouissimè insurgit Ioseph de Ianuario, *de Casib. reser. resol.* 34. *n.* 19. Tùm ex Concilio Trid. *sess.* 25. *c.* 5. *de Reg.* incip. *Bonifacij Octaui*, &c. in quo Concilio, renouatur Constitutio Bonifacij Octaui, quæ habetur in cap. *Periculoso*. §. *vltimo de statu Reg. in* 6. Nam ibi Episcopi deputantur vti delegati à Sede Apostolica in ordine ad Monasteria Monialiū exempta ab eorum iurisdictione, intra tamen suam Diœcesim quoad restitutionem Clausuræ, si violata fuerit; & vbi Clausura inuiolata est in ordine ad eius conseruationem Clausuræ Monialiū spectat accessus ad loquēdum cū ipsis Monialibus; aliter enim Clausura nulla esset. Nec obstat id quod supra asseruit Merolla, quia benè colligitur à verbis Concilij, quod possint excommunicare Regulares colloquentes cum Monialibus exemptis: Nam prohibitio locutionis spectat ad conseruationem Clausuræ; Clausura enim cū libertate loquendi, non esset Clausura Monialium, sed carcer, & esset omnino frustratoria & vana. Si ergo Episcopi sūt delegati ad finem; qui est clausura, erunt etiam delegati ad finem, qui est locutio &c. Nec etiā obstat dicere cum Merolla, quod Sacra Congregatio in Decreto determinat, tantum, quod Constitutio Greg. XV. cōprehendit tantum Regulares delinquentes cum Monialibus contra Constitutionem Sixti V. & sic ordinarius Episcopus potest punire nunquam delegatus Papæ Religiosos, qui contra dictam Constitutionem Sixti V. deliquerunt. Quia contra est; nam ibi constitutio non solum dat facultatem Episcopis ad puniendum delinquentes Regulares, sed etiam ad coërcendos ipsos per delegationem Papalem ipsis Episcopis tributam; sed coërcere, est prohibere, seu restringere, quæ restrictio, & cohibitio fit etiam per excommunicationē, & cùm Episcopus agat in hoc tanquam delegatus Apostolicus, poterit ipsos Regulares per excommunicatio-

nem restringere & cohibere in ordine ad ipsos restringendos, ne accedant ad colloquendum ad monasteria monialium cum Monialibus, quantumuis exemptis. Nec etiam obstat cum eodem Merolla, quod sequeretur Episcopos tanquam delegatos Apostolicos posse (hæc sunt verba Merollæ) id prohibere Regularibus, etiam respectu monasteriorum Monialium ipsis Episcopis subiectarum; quia constitutio Gregorij XV. indistinctè loquitur de monasteriis monialium vt clarè patet. Hæc Merolla ibi. Quia contra est: nam Constitutio loquitur tantùm de monasteriis exemptis, dum dicit, An Regularis absque legitima licentia accedens ad monasteria Monialium Regulari bus subiectarum, &c. monasteria enim subiecta Regularibus sunt à iurisdictione Episcopi exempta: ergo constitutio Gregorij XV non loquitur indistinctè, sed determinate de Monasteriis exemptis tantum, & non de aliis Episcopo subiectis. Remanet igitur nostrum notabile firmum; quod scilicet Regulares accedentes ad monasteria exempta ad colloquendum cum Monialibus incidunt in hanc excommunicationem; Regulares verò accedentes ad Monasteria non exempta, sed subiecta ditioni ordinariæ Episcopi, non incidunt in hanc nostram excommunicationem. Adest & alia declaratio Cardinalium supra Tridentinum *p. 4. fol* 42 2. relata à Fagundez 1. *Ecclesiæ præcepto, l. 1. c. 7. n. 10.* in fine, his verbis, Regulares adeuntes Monasteria Monialium sine licentia Episcopi incidunt in pœnam excommunicationis, quam Episcopus sub edicto proposuit; sic Congregatio Cardinalium super Tridentinum censuit 9. Aprilis 1587. Husque Pater Ianuarius: cui addo, præter Doctores ab ipso citatos Riccium *in Praxi, tom. 2. resol.* 181. Peyrinum *de Priuil. Minim Const. 1. 0. Pij V. quæst.* 15 *num.* 37. Cespedes, *tr. de Exem. Regul. cap.* 21. *q.* 3 *s*6 *num.* 2. quibus videtur etiam accedere, Squillante *de Priuileg. Episcop. par.* 1. *cap.* 13. *num.* 14.

Sup. hoc in Res. præterit.

3 Notandum est hic obiter, quod licèt probabiliter olim diximus, quod Peregrini non incidunt in Censuram Episcopi colloquentes cum Monialibus, etiamsi in eorum Diœcesi adesset etiam eadem Censura, tamen hoc procedit quoad Moniales Episcopo non subiectas, nam quoad Moniales exemptas contrarium dicendum est; nam in tali casu Episcopus procedit in ordine ad Clausuram, & consequenter ad locutionem est delegatus Episcopus Summi Pontificis, sicut suprà diximus de Regularibus, & ita tenet Ianuarius *loco citato*, *num.* 26.

Olim in Res. quæ nunc inuenietur in tom. 5 tr. 1. Res. 84. in §. Nota quinto, ad medium, & in alio § eius not. Et pro Monialibus exemptis in tom. 5. tr 1. Res 87. § Nota quarto in principio & in alio § not. 1. dicti §.

RESOL. CCCXVI.

An Episcopus possit visitare in ordine ad clausuram Monasteria Monialium Regularibus subiecta? Ex p. 11. tr. 2 & Misc. 2. Res. 15.

§. 1. NEgatiuam sententiam tenet Bruno *de priuileg. Regular. part. 1 tract. 2. cap. 2. propos.* 4. Et putat constare hanc veritatem *ex capit. periculoso, de statu Regular. in* 6. vbi Monasteria Episcopo, & Sedi Apostolicæ immediatè subiecta, à Monasteriis Prælatis Regularibus subiectis distinguit, & de his sic pronunciat. Abbates verò, & alij, tam exempti, quam non exempti Prælati Ecclesiam Monasteriorum, & Ordinum quorumcunque in Monasteriis huiusmodi sibi subiectis, de clausura conuenienti, vbi non est, prouidere procurent. Nec Tridentini decretum *capite* 5. *sess.* 25. *de Regular.* aliud operatur, quàm confirmare constitutionem Bonifacij VIII. illius *capitis periculoso:* nam decretum innouans iuxta terminos Constitutionis innouatæ est intelligendum, vt diximus in tractatu de priuilegiis in communi, & iuxta Nauarr. *de Datis, & promissis, notab.* 3. *in num* 6. Quod similiter etiam dicendum est de Constitutionibus Pij V. Quæ incipiunt, *Circa pastoralis, & Decori & honestati.*

2. Nec obiiciendum, Tridentinum generaliter loqui, non distinguendo de Monasteriis immediatè subiectis Sedi Apostolicæ, & de aliis Prælatis Regularibus subiectis: nam quamuis id ita sit, recedendum non est à Constitutione antiqua: nisi quatenus per nouam reperitur contrarium: vt habetur in iure ciuili *lib. præcipimus, de Appellation. & capit.* 1. *de Constitution. in* 6. At in dicto *capit. periculoso.* satis exprimitur differentia, vt in principio huius propositionis notatum est: illa enim, quæ immediatè Sedi Apostolicæ, vel Episcopo subduntur quoad hunc actum clausuræ, Episcopo subiicit: reliqua verò Monialium Monasteria suis Prælatis ordinariis. Atque hæc responsio corroboratur ex fine proximè dicti *cap. Periculoso*, vbi habetur; *Per hoc autem in Monasteriis exemptis Ordinarij locorum nullam sibi credant iurisdictionem, vel potestatem aliquatenus attributam.* Ergo ex Constitutione huiusmodi nullam habet Episcopus facultatem quoad clausuram in dicta Monasteria exempta alioquin haberet aliquam iurisdictionem, & potestatem in illa. Sic tenet Miranda in tractatu de Sacris Monialibus, *quæstione* 2. *art.* 14. *concl.* 3. *& alij.*

3. Ex quibus sequitur, non posse Episcopum ingredi Monialium Monasteria, vt videat si violata est clausura, nec se intromittere ad illam reparandam, si violata est, nisi in casu, in quo monitus ab ipso Prælatus Monasteriorum, in quibus clausura violata est, nollet illam reparare: tunc enim vbi Tridentin. est receptum, id posset tamquam Sedi Apostolicæ delegatus. Ita Bruno, & alij cum ipso, vt videre est apud Barbosam & Garziam *vb infra.*

4. Sed ego affirmatiuæ sententiæ adhæreo cum Doctoribus quos ad satietatem adducit Barbosa *de iure Ecclesiastico lib.* 1. *cap.* 43 *n.* 146. quibus adde Garziam *in Politica Regulari tom.* 1. *tr.* 8. *diffic.* 3. *dub.* 2. *num.* 15. Et ideò posse Episcopos: eorumque Vicarios sufficiens ad id habentes mandatum pro clausuræ visitatione, ingredi septa Monasteriorum Monialium Regularibus subiectarum, semotis etiam violatæ clausuræ suspicione, ac quacumque superiorum Regularium negligentia, censuit S. Congregatio Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præposita, in hæc verba prætendentibus aliquibus Ciuitatis, ac Diœcesis Turritanæ, Archiepiscopum circa clausuram Monasteria Monialium Regularibus subiectarum visitare non posse, & hoc sub prætextu, quod ab eisdem Archiepiscopi prædecessoribus nunquam visitata fuerint; Illustrissimi eiusdem Sacræ Congreg. Patres, Illustriss. Lancelloto referente, prædicto Archiepiscopo litteras dari voluerunt, ipsum non posse, nec debere omittere, quin clausuram Monasteriorum Monialium eius Ciuitatis, & Diœcesis Regularium curæ suppositorum, quotiescumque opus esse dignouerit, visitet; sub Data 24. Nouembris 1617.

5. Et ita optimè Episcopo Sperello respondit eadem Sacra Congregatio, vt patet in eius *decis.* 97. *num* 27. vbi sic ait, Verum quia idem Prior, cui Roderici doctrina valdè applaudebat, meis rationibus non acquiescebat: ego ob meam eximiam in dictam Religionem reuerentiam, nihil per vim attentare volui, sed Sacram Congregationem consului, ac fauorabilem reportaui resolutionem, quam vnà cum meo supplici libello hic imprimendam curaui tenoris sequentis.

6. Eminentissimi,

6. Eminentissimi,& Reuerendissimi Domini. Statutum est per decretum Sacri Concilij Tridentini, *cap.5. session. 25. de Regul.* vt Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ delegati clausulam Sanctimonialium in Monasteriis sibi subiectis conseruari maximè procurent, vt vim cuius decreti Alexander Sperellus Vicarius Generalis Eminentissimi Domini Cardinalis Estensis, vt suo muneri satisfaceret, intendebat singulis annis Monasteria Regularibus subiecta, visitationis gratia, in concernentibus clausuram ingredi, ad quod cum cæteri Regulares annuerent, Fratres Sancti Dominici resistunt, prætendentes duo. Prius vigore eiusdem Decreti, Episcopum solum, non autem eius Vicarium,etiam mandatum speciale habentem,ingredi posse. Posterius, nec quidem Episcopum valere, nisi aliquam rationabilem violatæ clausuræ suspicionem habeat,ex Roder. *qq. Regul. tom.1.quæst. 47.art.10.* Vnde, cum Orator hac in re nil præter Dei honorem quærat, ac neque desidia, neque nimio zelo laborare intendat supplicat humiliter pro opportuna horum casuum declaratione. Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum, ad vtrumque dubium respondit, non solum Episcopo, sed etiam Generali eius Vicario ad hoc speciale mandatum habenti, licere pro clausuræ visitatione ingredi septa Monasteriorum Monialium Regularibus subiectarum; tametsi nulla rationabilis violatæ clausuræ suspicio irrepserit: & acriter reprehendit Rodricum, quod hac de re tam audacter locutus fuerit,subscriptio. Antonius Cardin. Caietanus. Locus † Sigilli. Suppositis igitur tot Sacrarum Congregationum Declarationibus, & Responsionibus; durum esset contra stimulum calcitrare.

RESOL. CCCXVII.

An Episcopus possit reseruare casus circa clausuram in ordine ad Moniales exemptas?

Et an in dicto casu controuersionis sint absoluendæ ab Ordinario,vel à Prælato Regulari?

Et an Moniales Ordinario subiectæ subiaceant casibus, & censuris, quas ipse Ordinarius generaliter reseruat pro sua Diœcesi, etiam si de his Monialibus non fiat expressa mentio in edicto reseruationis?

Et an possit Prælatus Regularis pro Monialibus sibi subditis reseruare casus, & censuras; neque est opus, vt Prælatus id faciat cum capitulo, cum Moniales capitulum non habeant? Ex p.10.tr.13.& Misc.3.Ref.52.

§.1. Affirmatiuè respondet Baucius *in Miscellaneis Casuum Conscient.tom.2.Opusc.3.q.269. petes.2.* vbi sic ait: An Ordinarius possit sibi reseruare casus etiam respectu Monialium exemptarum casus aliquos concernentes materiam clausuræ, vigore potestatis competentis ipsi tanquam delegato Sedis Apostolicæ circa custodiam clausuræ dictarum Monialium, v. g. ne prolixius loquantur cum extraneis ostio Monasterij aperto, &c. Respondetur affirmatiuè, nempe posse id facere: & consequenter in casu controuersionis esse absoluendas ab Ordinario, non autem à Prælato Regulari. Vnde habes quod extra casum clausuræ, non potest reseruare casus, respectu Monialium exemptarum. Ita ille; & ante illum Pellizzarius, *tract.de Monialibus, c.10.sect.1.n.48.*

2. Sed ego discedo ab hac sententia virorum amicissimorum, & adhæreo opinioni negatiuæ, quam tuetur non minus doctus & amicissimus noster Pater Pasqualinus *in QQ. Canon. Centur. 2. quæst. 161.* per totam; quia delegatio quam concedit Concilium Tridentinum Episcopi in ordine ad clausuram Monialium exemptarum, est solùm in foro externo, vt constat ex verbis ipsius Concilij, *sess.25.cap.5.de Regularibus.* Deinde cùm reseruatio sit restrictio iurisdictionis in ordine ad absolutionem Sacramentalem sequitur quod requirat iurisdictionem circa eos, quibus restringitur iurisdictio pro foro interiori, & quod iurisdictio restricta sit dependens à iurisdictione restringentis: Sed per delegationem Concilij Tridentini confertur solùm iurisdictio in ordine ad clausuram Monialium restituendam, & conseruandam: non autem tribuitur aliqua iurisdictio suprà Prælatos Ordinarios Monialium, & ideò non poterunt Episcopi reseruando sibi aliquem casum restringere auctoritatem, & iurisdictionem Prælatorum Ordinariorum, aut eorum, qui eam habent suprà Monialium in foro conscientiæ à Prælatis Ordinariis. Hæ namque sunt diuersæ iurisdictiones, & facultates, vt per se constat. Ergo, &c.

3. Verùm si quæras hic an Moniales Ordinario subiectæ subiaceant casibus,& censuris,quas ipse Ordinarius generaliter reseruat pro sua Diœcesi,etiam si de iis Monialibus non fiat expressa mentio in edicto reseruationis;Respondetur affirmatiuè, nempè subiacere casibus,& censuris reseruatis. Ita Doctores,quos citato nomine, citat, & sequitur Pellizzarius, *tract. de Monialibus, cap.10.sect.1.n.50.*

4. Et nota hîc etiam cum eodem Pellizzario,*num. 46.*& Baucio *vbi suprà, petes, 1.* posse Prælatum Regularem pro Monialibus sibi subditis reseruare casus, & censuras; neque est, opus vt Prælatus id faciat cum Capitulo; nam moniales non habent vsum Capituli, ac proinde sine oraculo Capituli potest reseruare casus, & censuras respectu Monialium sibi subditarum; nam solùm est cautum in iure, quando est facienda reseruatio casuum respectu hominum Religiosorum, non respectu Monialium non habentium vsum Capituli.

Quoad censuras pro viris Religiosis supra in Ref. 114. per totã, & in alio §. eius not.

RESOL. CCCXVIII.

An Regularis explanans aliquem casum conscientiæ Moniali incidat in pœnas Decreti Sacræ Congregationis contra colloquentes cum Monialibus?

Et an idem dicendum sit, si Regularis accedat ad componendam aliquam seditionem ortam inter Moniales; vel ad consolandam Monialem grauissima tristitia affectam,vel ad consulendum in graui concernente bonum Monasterij; aut aliquod pietatis opus, vel titulo vrbanitatis, & ad alios similes casus? Ex p.9.tr.7.& Misc. 2.Ref.55.alias 54.

Sup. prima diffic. huius tituli supra in Ref.172 prope finem, à vers. quod si quis. & in Ref 306. circa prope finem, & in tom. 5. tr.1 Ref. 87. § vlt. ante medium vers. qui etiam.

§.1 Negatiuam sententiam,me citato, probabilem esse existimat Pellizzarius *tract. de Monialibus.c.10.sect.3.subsect.2.n.277.* vbi sic ait:[Addo,quòd docti Recentiores non improbabiliter putent; Religiosum non subiacere pœnis latis contra Regulares ad Monasteria Monialium accedentes sine licentia,si alicui Moniali declarent casum aliquem conscientiæ:cùm talis loquutio speciem habeat piæ exhortationis; & alioqui cesset finis prohibitionis in particulari, iuxta ea,quæ habet Diana *p.5.tr.14 ref.96.*& si velint consequenter philosophari,concedere debent; Ordinarium posse mittere Religiosũ ad aliquod Monasteriũ Monialiũ causa ibi exercẽdi aliquod opus pietatis,(v.g ad cõponendam aliquam seditionem exortã inter Moniales,ad consolandã Monialẽ grauissima tristitia affectã, ad consulendum in graui concernẽte bonum Monasterij,& ad alios similes effectus:)in his quippe procedit eadẽ ratio,quæ in casu à præfatis Doctoribus cõcesso. Nec obstat,quòd Sac.Congr.in decreto iussu Xysti V. edito a.1590.expressè statuit,nulli Religioso cuiuscũq; Ordinis,gradus,qualitatis,ac dignitatis, (exceptis Superiore,

Quæ nunc reperietur in tom.6. tr. 1. Ref. 71 & in aliis multis eius primæ not. & etiam secundæ.

periore, ac Visitatoribus, respectu Monialium subiectarum, necnon Confessario tam ordinario, quàm extraordinario,) licere absque licentia expressa eiusdem Sacræ Congregationis accedere ad Monasteria quarumcunque Monialium ad colloquendum, siue tractandum cum eis, siquidem Sacra Congregatio per hoc non excludit casum pietatis, & charitatis, qui regulariter non præsumitur comprehensus sub generali prohibitione, iuxta regulam: *Non veniunt sub generali prohibitione quæ quis non esset verosimiliter positurus, si in specie exprimerentur*, sed solùm excludit casum, in quo Religiosus velit accedere ad Moniales titulo vrbanitatis, ad eas visitandas, v.g. ad negotia sæcularia tractanda & similia]Hucusque Pellizzarius.

2. Et hanc sententiam etiam, me citato, tenet Bordonus *in consil. Regul. tom 1 resol. 7. n. 82.* sic asserens: [Colloquens cum Monialibus, causa vrbanitatis, aliqua verba, vel pro aliquo negotio honesto, vel indifferenti, & raro, non dedita opera, non peccat mortaliter: quia huiusmodi loquutiones de se malæ non sunt. neque tales fiunt mortiferæ ex prohibitione Decreti: quia hoc fundatur in præsumptione scandali illis verbis: *Ad occurrendum scandalis, quæ contingere solent.* Hinc colligitur intelligentia responsionis Sacræ Congregationis datæ 1. Iulij, 1606. Regulares accedentes ad Monasteria Monialium contra hoc Decretum, vltra pœnas priuationis officiorum, & vocis actiuæ, & passiuæ, incurrere etiam pœnam peccati mortalis. Dicunt enim Doctores ex ea responsione, accedentes ad Monasteria Monialium peccare mortaliter: excipiunt tamen tres casus, loquutionem causa vrbanitatis, instructionem in aliquo casu conscientiæ, & loquutionem per interpositam personam: vnde videntur nobiscum sentire, loquutionem, præsertim de rebus inhonestis, inducere peccatum mortale; sicut & quando alloquuntur de indifferentibus sæpè, & multoties: quia id est potiùs spernere præcepta maiorum, maximè in his, in quibus omninò abstinendum est à similibus loquutionibus, etiam honestis.] Ita Bordonus: cui adde etiam, me citato, Lezzanam *in Summa, tom. 3. verb. Moniales, n. 20.*

Sup. hoc in Res. not. seq.

3. Sed ego (vt legentibus patet) *in 3. par. tract. 2. resol. 104.* tantùm refero sententiam Peyrinij; meam autem non promo. Verùm, licèt, speculatiuè loquendo, eius sententia, & supradictorum Authorum, tanquam probabilis admitti possit; tamen puto, non esse in praxi deducendam nam Pontifex, & Sacra Congregatio absolutè prohibet accedere ad Monasteria Monialium ad colloquendum, & tractandum cum eis; nec distinguit inter colloquutionem, & tractatum causa vrbanitatis, vel pietatis, & vbi lex absolutè loquitur, absolutè est intelligenda; & vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus. Et si aliter diceremus, elusoria remaneret prohibitio Sacræ Congregationis: nam impunè possent Regulares semper colloqui cum Monialibus, asserendo, se colloquutos fuisse cum eis causa pietatis, & declarando eis quendam casum conscientiæ. Vnde quicquid sit de peccato, quoad forum internum, stante authoritate Doctorum virorum, Lezzanæ, Pellizzarii, & Bordoni, *vbi suprà*, saltem in foro externo possent Episcopi dictos Regulares punire, tanquam Sedis Apostolicæ Delegati; vnde se abstineant ab his colloquutionibus.

Quæ hic est supra R. 306.

RESOL. CCCXIX.

An Moniales admittentes aliquem intra septa Monasterij, & prætextu licentiarum incurrant excommunicationem? Et an pœna imposita in Bulla Greg. XIII. imponantur tantum Abbatissis, & Abbatibus Conuentualibus, & non Monialibus? Ex p. 2. tr. 16. & Misc. 2. Res. 31. alias 33.

§. 1. INcurrere existimant multi, & ita nouissimè docuit Filliuc *tom. 1. tract. 15. c. 5. n. 119.* asserens, sic habere praxim sacræ pœnitentiariæ.

2. Sed negantem sententiam (quam etiam probabilē & tutam in praxi esse iudico) sustinent Rodriquez *in qq. regul. tom. 1. q. 47. art. 3.* & post illum Sanchez *in sum. tom. 2. lib. 6. c. 16. n. 84.* quibus ego addo Mirandam *in man. prel. tr. de monial. q. 2. art. 12. concl. 3.* & Barbos. *de potest. Episc. p. 3. alleg. 102. n. 33.* Ratio est, quia pœnæ appositæ in dicta Bulla imponuntur Abbatissis & Abbatibus Conuentualibus, &c. Et ibi nulla de Monialibus efficitur mentio. Et tamen in dicto motu proprio volens Sum. Pontifex comprehēdere sub pœnis, quascumque Moniales admittentes illos, qui ingrediuntur Monasteria cum licentia Episcopi, in casibus non necessariis totum hoc expressit, dicens indefinitè *Moniales*. Ergo si idem voluisset suprà in aliis pœnis, hoc expressisset, sicut postea, vt diximus, expressit.

RESOL. CCCXX.

An Moniales admittentes aliquem intra septa Monasterij etiam ad malum finem incurrant aliquam excommunicationem, videlicet Concilij Tridentini, sess. 25. c. 5. de Regular.

Et an scribens literas Moniali, & mittens incidat in censuram aduersus colloquentes cum Monialibus? Ex p. 2. tr. 16. & Misc. 2. Res. 32 alias 34.

§. 1. SVprà diximus, non incurrere excommunicationem inflictam in Bulla Greg. XIII. sed dubium est, an incurrant excommunicationem latam in Conc. Trid. *sess. 25. de reg. c. 5.* Negatiuè verò respondendum est, quia in textu Concilij excommunicatio fulminatur contra ingredientes Monialium Monasteria: de Monialibus, seu aliis admittentibus nullam facit mentionem, & vt suprà probatum satis est, excommunicatio non extenditur de casu ad casum: etiamsi similis ratio adsit. Et ita scribens litteras Moniali & mittens, non incidit in censuram comminatam aduersùs colloquentes cum Monialibus; vt probat Barbosa *de potest. Episc. alleg. 102. n. 82.* & alij.

Supra in Res. quæ hic est antecedens.

Sup. hoc cum eodem Barbosa hic citato, & aliis in tom. 5 tr. 1. Res 87 §. Nota tertio, & in alio eius not.

RESOL. CCCXXI.

An personæ Illustres; quæ obtinent licentiam à Papa ingrediendi Monialium Monasteria aliquibus vicibus cum electis Matronis, possint illas postea variare si fuerint semel designatæ?

Et an, qui habet licentiam ingrediendi aliqua Monasteria, (modo quo supra.) possit differre ingressum ad diem illam, in qua forte Moniales illius Monasterij habituræ sunt spiritualem repræsentationem in Refectorio, aut alio loco publico?

Et aliqua alia adducuntur, quæ contingere possint in rescripto Pontificis, & supplicatione oratricis circa prædictas licentias, & praxim in illis. Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. Res. 31. alias 29.

§. 1. TEnor licentiarum ita ferè semper conceditur: Tibi quæ, vt asseris, Venerabilis Fratris nostri N. Cardinalis N. nuncupati consanguinea existis, vt à tribus Matronis, modesto, ac decenti habitu indutis, quas semel electas nec variare, nec mutare possis, nisi alicuius earum obitu eueniente associata, & super veritate narratorum cognitione per Ordinarium loci adhibita Sancti N. ac Sanctæ N. & Sancti N. Monialium Monasteria Ciuitatis N. tribus vicibus in totum, non autem eorum singula quolibet anno de earundem Monialium capitulariter, & per secreta suffragia præstando, & illarum Superiorum consensu,

ſu, non tamen Dominicis, ſeu aliis Feſtiuis, aut Vigiliarum diebus, neque Quadrageſimæ, vel Aduentus temporibus ingredi, ac cum eiſdem Monialibus conuerſari, & refectionem etiam ſumere corporalem, dummodò tamen Monialium particularium Cellas præter eas, quarum cauſa Monaſteria huiuſmodi ingrederis, non viſites, neque tu, minúſque dictæ Matronæ inibi pernoctetis, liberè, & licitè poſſis, & valeas Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus: non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictorum Monaſteriorum, & illorum Ordinum etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate aliàs roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque ad quinquennium tantùm valituris.

2. Hoc ſuppoſito ex Peyrino, & Baldello Affirmatiuam ſententiam probabilem eſſe putat Pater Pellizzarius *tract. de Monialibus cap. 5. ſect. 3. num.* 137. vbi ſic ait; Noto Secundò, huiuſmodi Matronas vbi ſemel electæ ſunt, non poſſe, neque mutari, neque variari, niſi ex ſecuta morte alicuius illarum: mutari autem eſt, iis pro ſemper excluſis, alias eligere ad ingrediendum: variari verò eſt pro vna vice aſſumere in ſociam aliquam, quæ non ſit ex electis, ſpreta aliqua ex electis, quamquam Peyrinus *in formul. lit. M. cap. 3. num.* 4. putet præfatam variationem non ita prohiberi, quin ea licitè interdum poſſit fieri (vt ſi aliqua ex electis ſit abſens, aut ægrota, aut non poſſit aliàs, vel etiam nolit aſſociare licentiatam ad ingrediendùm;) Probat, quia Priuilegium fauorabile latè interpretandum eſt, ideóque cùm præſens conceſſio ſit fauorabilis, benignè poteſt interpretari, quòd excludat ſolùm mutationem, ſeu variationem ſociarum voluntariam, non autem neceſſariam, per quam dicendum eſt potiùs loco alicuius ex ſociis electis aliam ſupplere, quàm illas mutari, ſeu variari: alioqui talis conceſſio facilè redderetur inutilis: cùm tamen tenor illius eam indicet eſſe perpetuam, & beneficium Principis deceat eſſe manſurum. Iſta doctrina videtur ſatis probabilis, modò in dicta mutatione non intercedat fraus, aut dolus. Imò putant aliqui Viri docti omni exceptione maiores, à me conſulti, quòd ſi mulier aliqua cupiat ingredi Monaſterium aliquod Monialium tamquam ſocia: ideóque cupiens eligi in ſociam à Fœmina habente licentiam ingrediendi, & quidem loco alterius mulieris iàm electæ in ſociam, & adhuc viuentis; curet, vt fœmina iſta electa liberè eligat nolle pro ea vice aſſociare; & hoc ad effectum vt illa alia mulier loco ipſius ſubſtituatur in ſociam iuxtà doctrinam Peyrini ſuprà traditam (quam probabilem cenſet Pater Baldellus à me conſultus in caſu veræ neceſſitatis) electio videtur licita, & valida, nec poteſt reprehendi, Probant; tùm quia in tali caſu verificatur ſociam electam non velle ingredi (ad quod parum videtur facere quod ea nolit ingredi motu proprio, & ex ſe aut ex inſtigatione fœminæ cupientis ſubſtitui in ſociam, dummodò liberè eligat non velle ingredi & conſequenter adeſt iuſta cauſa faciendi præfatam ſubſtitutionem aliàs conceſſam; tùm quia mulier, quæ ſic curat eligi in ſociam, verè non poteſt dici facere fraudem; cùm alioqui ſimpliciter loquendo, eligi poſſit in ſociam, & nullo iure prohibeatur indicare fœminæ iam electæ in ſociam deſiderium, quod habet ingrediendi; quantumuis præuideat ex tali notificatione mulierem iam electam in ſociam inductum iri ad nolendum tunc aſſociare, vt gratificetur; quod eſt illam vti iure ſuo; non facit autem fraudem qui vtitur iure ſuo. Et hæc doctrina à fortiori procedit, etiam in ſententia Patris Baldelli ſuperiùs relata, in caſu quo mulier electa in ſociam ingrediatur Religionem, ideóque non poſſit aſſociari fœminam priuilegiatam: cùm in tali euentu concurrat caſus veræ neceſſitatis, non autem meræ voluntatis; & verba illa Breuis Pontificij: quas ſemel electas, nec variare, nec mutare poſſis niſi alicuius earum obitu occurrente benignè explicari poſſint, ita vt extendantur ad quencumque alium caſum ſimilem: ſiquidem facultas ingrediendi Monaſteria Monialium eſt beneficium, & gratia; beneficium autem Principis decet eſſe manſurum, & latam admittit interpretationem. Sic ego reſpondi in facti contingentia, & ſic de facto me conſulente practicatum eſt. Huc uſque Pellizzarius.

3. Sed ego adhæreo opinioni negatiuæ, quam tuetur doctus, & amiciſſimus Pater Bordonus *in Deciſionibus Miſcell. deciſ.* 85. Tùm quia verba Priuilegij, caſum mortis tantùm exprimunt: ergo alij excluduntur, cùm nulli alij ſimiles caſus mortis dentur. Tùm quia caſus mortis arguit neceſſitatem mutationis, quod non faciunt alij caſus. Tum quia caſus mortis non dicitur expreſſus per modum exempli, ſed præciſè, limitatiuè, & taxatiuè: neque enim mors ſimiles caſus habet, ex ſua igitur natura excludit conſortium quorumcumque caſuum, *arg. cap. 7. ſeſſ. 14. in Trident.* de abſolutione negata à caſibus reſeruatis, excepto mortis articulo, vndè conſtitutus in neceſſitate celebrandi, non poteſt abſolui à ſimplici Sacerdote à reſeruatis, quia caſus mortis excludit à ſe quoſcumque alios caſus: ſic in præſenti, caſus mortis excludit à ſe quoſcumque alios, itaut matrona electa mutari non poſſit ex quauis alia cauſa ſuperueniente, ſiuè morbi, quia poteſt expectari vt ſanitati reſtituatur, ſiuè abſentiæ, quia vocari poteſt; ſiuè nolendi aſſociare, quia tenetur cùm electa fuerit ſcienter ad hoc, & quod ab initio placuit, ampliùs diſplicere non debet; prætetquamquod huiuſmodi nolitio non videtur habere locum, niſi ex malitia, & conniuentia Dominæ, vt altera forſan curioſa aſſumatur in ſociam. Demùm agitur de priuilegio contrà clauſuram Monialium, quam magni æſtimant Summi Pontifices, nè in minimo quidem violetur quoad fieri poſſit: ergò præſumendum eſt, & inferendum, priuilegium non eſſe ampliandum, ſed intelligendum prout ſonat.

4. Nota etiam hîc obiter, quod Pater Pellizzarius *vbi ſuprà, num.* 142. putat vt ipſe ait, poſſe non improbabiliter, qui habet licentiam ingrediendi aliqua Monaſteria, modo quo ſupra differre ingreſſum ad diem illam, in qua fortè Moniales illius Monaſterij habituræ ſunt ſpiritualem repræſentationem in Refectorio, aut alio loco publico. Ducor, quòd poteſt liberè eligere illam diem, prout ipſi magis libuerit, dummodò non ſit ex diebus in conceſſione prohibitis: ex alia parte poteſt accedere ad locum: in quo facienda eſt repræſentatio, ibique liberè commorari (vt ſuppono:) quid ergo obſtat quin licitè poſſit ingredi dicta die ad effectum intereſſendi illi repræſentationi? ita ego conſului in contingentia facti, & approbarunt viri ſanè docti. Hæc Pellizzarius.

5. Sed quid dicendum, ſi in Breui conceſſionis nominentur quatuor Monaſteria, (quod interdum fit) & nihilominus in eo dicatur, tribus vicibus in totum, &c. in tali caſu fœmina priuilegiata quolibet anno ingredi poterit ſolùm tria ex dictis Monaſteriis, vno illorum iuxtà electionem ab ea liberè faciendam. E contra, ſi in Breui nominentur ſolùm duo Monaſteria, (quod etiam aliquando fit,) & tamen apponatur clauſula, tribus vicibus in totum, &c. tunc mulier priuilegiata quolibet anno poterit bis ingredi vnum ex nominatis Monaſteriis, ſemel tantùm ingrediendo aliud Monaſterium item nominatum: aliàs, ſi ſemel ſolùm liceret ingredi quolibet anno quodlibet dictorum duorum Monaſteriorum, inutilis eſſet conceſſio trium vicium; cùm alioqui actus ſemper exemplari

exemplari debeat potiùs vt valeat, quàm vt corruat. *leg. Quoties in actionibus, ff. de rebus dubiis.* Et ità tenet Pellizzarius *loco citato*, *n.* 139. asserens ità secum sensisse quatuor Viros doctissimos suæ Societatis.

6. Verùm in hac difficultate Pater Bordonus *vbi suprà in Decisionibus Miscellan. decis.* 86. putat, quod si Oratrix petiit in supplicatione gratiam pro quatuor Monasteriis eo in casu posse ingredi singula illorum pro vna vice tantum, licèt adsit illa clausula: *Tribus vicibus in totum*, quia scriptura præsumitur digesta errore Scriptoris, qui non aduertit ad tenorem petitionis, & gratiæ factæ. Ratio est, quia Princeps solet se accommodare precibus sibi porrectis, *leg. Sic preces, ff. de legibus; cap. Inter dilectos. ff. Cæterum de fide Instr. vbi gloss. verb. Petitioni*, ait responsum conformari petitioni: sed Oratrix, vt suppono petiit gratiam ingrediendi quatuor Monasteria, & obtinuit, quia illa exprimuntur in Rescripto Pontificio: ergo cùm gratia efficaciter facta fuerit, præsumendum est, Scribam vsu styli Ordinarij inaduertenter errasse. Quod si Oratrix petiit ingressum ad tria, & Rescriptum est ad quatuor, abstineat ab ingressu eius, de quo non fecit mentionem in supplicatione. Si Rescriptum sit ad duo Monasteria, cum expressione trium vicium, vnum illorum bis ingredi non potest, cùm certa regula sit, non concedi duplicem ingressum, & gratia facta sufficienter sortitur suum effectum. Hæc Bordonus.

RESOL. CCCXXII.

An Episcopus possit dare licentiam, vt nupta intret in Monasterium ob periculum vitæ?

Imo in dicto casu nupta intrans, an incidat in excommunicationem in Concilio impositam?

Et quid de vidua bonæ famæ, quæ cupit honestatis gratia intra Monasterium manere? Ex p.3.tr.2.Res.130.

§. 1. Respondet affirmatiuè Azorius *tom.* 1. *l.* 13. *c.* 8. *q.* 4. vbi docet posse recipi intra clausuram licitè viduam bonæ famæ, quæ cupit honestatis gratia intra Monasteriũ manere. Item posse recipi fœminam de licentia Episcopi de adulterio suspectam apud virum suum, eáque de causa vitæ periculum certò timet.

2. Sed contrariam sententiam prorsus sustinendam esse puto, quam tuetur Portel *in addit. ad dubia Regular. ver. clausura Monialium n.* 2. ex declaratione Cardinalium facta Episcopo Salmantino, quæ sic habet. Non licet Episcopis vel permittere, vel licentiam concedere mulieribus, vt ex causa litium matrimonialium, adulteriorum, ac dissensionum inter viros, & vxores apud Monasteria Monialium sequestrentur securitatis gratia, imò ingredientes incidere in excommunicationem Concilio impositam. Et hanc declarationem adducit etiam Hieronymus Rodriquez *in compend. qq. Regular. resol.* 26. *num.* 15.

RESOL. CCCXXIII.

An licentia Episcopi sit necessaria pro ingressu Religionis, quando vxor ex consensu viri vult in ea profiteri?

Et an saltem pro licito ingressu necessaria sit licentia Episcopi? Ex p.10.tr.12.& Misc.2.Res.57. alias 56.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 6. Ref. 121. lege doctrinam § Notandũ est.

§. 1. Ad hoc dubium negatiuè respondet Basilius Pontius, *de Matrim. lib.* 9. *cap.* 12. *n.* 1. & 2. vbi sic ait: Vt post consummatum Matrimonium transeat aliquis ad Religionem licitè, & seruatis his; quæ iure seruari debent, non solum requiritur licentia alterius Coniugis, sed vlterius exigitur, quod si consentiat vir, vt vxor Religionem ingrediatur, ipse etiam ingredi debeat, neque possit in sæculo remanere, *cap. Agathosa, cum seqq.* 27. *quæst.* 2. & *cap. Qui vxorem* 33. *quæst.* 5. & *cap. Cum sis, & cap. Cum vxoratus, de conuers. coniug.* Nisi fortasse vir sit adeo prouectæ ætatis, vt in sæculo sine periculo manere possit: vel nisi vir creetur Episcopus. Si enim ex Religioso potest assumi in Episcopatum, etiam antequam ingrediatur Religionem assumi poterit. Similiter si vxor consentiat, vt in Religionem ingrediatur, illa etiam compellitur intrare Religionem, neque in sæculo remanere permittitur, nisi prouectæ sit ætatis *cap. Vxoratus, cap. ad Apostolicam, cap. Significauit.* 18. *de conuers. coniugat.* Eadem enim est vtriusque ratio, & par conditio. Atque iuxta hæc intelligendus Textus *in cap.* 1. *de conuers. coniugat.* ne repugnet aliis, in quibus magis distinctè locuti sunt Pontifices. Nisi dicatur tempore Alexandri III. non esse præceptum, vt fœminæ ad Religionem transirent, sed promissa continentia in sæculo remansisse. Præter licentiam Coniugis, Episcopi licentia de necessitate non requiritur, neque ad valorem professionis, neque ex necessitate præcepti, neque vt Coniux postea reuocari non possit à manente in sæculo. Et quamuis *in cap. Si vir, & vxor.* 27. *q.* 1. indicari videatur licentiæ necessitas, attamen neque irritus dicitur actus, & præterea non constat in eo textu de ista specie sermonem esse, & denique iam vsu abolitum est illud præceptum, si quod extitit. Neque enim consuetudine receptum est, vt petatur Episcopi licentia. Hucusque Pontius; & ante illum Sanch. *lib.* 7. *disputat.* 32. *num.* 3. quorum sententiam nouissimè sequitur doctus, & amicissimus Pater Martinus Perez *de Matrimonio, disputat.* 58. *sect.* 5. *n.* 6. cum non appareat vllum ius, vllus textus tale præceptum imponens. Nam quem allegant aduersarij, *ex cap. si vir, & vxor.* probatissimi Doctores inter quos Glossa *ibi. verb. Conscientia*, asserunt non constare in eo textu de ista specie sermonem esse. Quia potest intelligi, quando Coniugati volunt Monasterium construere, ad quod transeant sine licentia Episcopi, quod fieri non potest, quia id sine Episcopi facultate ædificari nequit. *cap. Nemo de consecr. distinct.* 1.

Sup. hac validitate, sed quando vterque coniux profitetur in Religione supra ex lata doctrina Ref. 159 figuantes in §. Potest etiam. paulo post initium, vers secundo in cap.

2. Sed licet hæc sententia sit satis probabilis, cùm sit tantorum hominum authoritate fulcita, ego tamen adhæreo affirmatiuæ sententiæ. Dico itaque prædictam licentiam ad valorem professionis necessariam non esse; quia nec Textus *in cap. Si vir.* neque vllus alius pro valore professionis requirit licentiam Episcopi. Maior difficultas est, an pro licito ingressu necessaria sit? Doctores superius citati censent, vt visum est, nullum esse latum præceptum in dictis capitibus; & si fortè latum sit, iam consuetudine esse abolitum. Cæterum verius censeo, & præceptum latum fuisse in dicto *cap. Si vir, & vxor.* illa enim dictio, *nullatenus*, necessitatem importat saltem præcepti. Neque in contrarium est consuetudo, quin potius solitum est licentiam Episcopi postulari in prædicto euentu, vt tradit Glossa *in d. cap.* 1. *de conuersione Coniugator.* Etenim cum Episcopo competat examinare, & iudicare, an Coniux dans licentiam teneatur Religionem ingredi, vel satisfaciat suæ obligationi votum castitatis emittens, necessario dicendum videtur licentiam Episcopi requiri, maximè eo casu, quo Coniux præbens licentiam ad Religionem non transitet. Et ita hanc sententiam tenet Castrus Palaus, *tom.* 5. *disp.* 3. *punct.* 6. §. 11. *numer.* 11. & ante illum docuerat Layman *lib.* 5. *tract.* 10. *par.* 3. *c.* 7. *num.* 3.

Sup. hoc lege doctrinam §. not. primæ huius Ref.

RESOL.

RESOL. CCCXXIV.

An puella destinata ad Religionem possint recipi in Monasterijs Monialium, ante annos discretionis? Ex p. 3. tr. 2. Resl. 131.

§. 1. PVtat Azorius *tom. 1. lib. 12. cap. 17.* Superiores non posse has puellas recipere, nisi habeant duodecim annos ætatis, & ita etiam docet Hieronymus Rodriquez *in compen. qq. Regular. resolut. 27. num. 16.*

2. Sed contrarium tenet Porrel *in addit. ad dubia Regul. ver. clausura Monia. ium, §. minus ætatis, & c. n. 1.* vbi sic ait. Dicendum est posse puellas recipi à Superioribus intra clausuram, vt suo tempore profiteantur, etiamsi sint ætatis infantilis, nondum attingentes vsum rationis, in tertio, vel quarto ætatis anno; ita Portel, qui citat Sanchez *in summa, tom. 1. l. 4. c. 18. n. 34.*

RESOL. CCCXXV.

An puella volens assumere habitum Monialium debeat esse maior duodecim annorum?

Et an duplex examen, vel vnum tantum quando professura est, premittatur?

Et an hoc examen ab Episcopo necessario faciendum sit etiam in puellis ingredientibus in Monasteria exempta, & dicto Episcopo non subiecta?

Et an sit peccatum mortale illud prætermittere, quod incurret non solum ipsa puella, sed etiam Abbatissa, vel Prælatus professionem admittens? Ex p. 3. tr. 2. Resl. 47.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam ex Concil. Trident. *sess. 25. c. 17.* docent Naldus *in sum. verb. habitus n. 1. & verb. monialis n. 5.* Azorius *tom. 1. lib. 12. c. 18. vers. 55. & 56.* Rodriquez *in qq. Regu. tom. 3. q. 12. art. 2.* qui testatur ita sensisse omnes Patres, qui in Concilio Prouinciali Toletano adfuerunt.

2. Verùm contrariam sententiam mordicùs tenent P. Suarez *de Relig. tom. 3. lib. 5. c. 1. n. 9.* P. Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 4. c. 18. n. 34.* Miranda *in manual. Prælat. tract. de monialibus, q. 8. art. 2.* & Michaël de Medina *de sacr. hominum continen. lib. 4. controu. 9. cap. 4.* vbi probat, & dicit, nihil alienius à Concilij Tridentini mente excogitari posse, quam illum intellectum à Doctoribus pro sententia affirmatiua adductum, & ait se interfuisse illi Decreto, atque attentissimis auribus suffragia omnium Episcoporum accepisse, & nihil tractatum fuisse de sola puellarum maiorum duodecim annis ad Religionem admissione: quare concludit duo in Decreto statui. Alterum est, vt si puella ingrediens sit maior duodecim annis, quantæcumque ætatis sit, duplex Episcopi examen subeat, alterum ante habitus susceptionem, & alterum postea ante professionem, & vtrumque petiit; quia sæpè puellæ inuitæ habitum suscipiunt, & quamuis voluntariè illum assumant, non rarò inuitæ profitentur timore parentum, vel cognatorum, vel verecundia habitum dimittendi. Alterum verò quod in eo decreto statuitur, est, vt puella minor duodecim annis ingrediens, vnicum examen subeat nempe professionis tempore, quoniam ante ætatem duodenem vanum existimauit Tridentinum hoc examen præmitti ob tenerum rationis vsum puellæ. Ex quibus supradicti Doctores negatiuè ad dubium propositum respondendum esse putant.

3. Attamen his non obstantibus à prima sententia putat non esse recedendum Bartholomæus de Vechis *in praxi Nouitiorum, disp. 52. dub. 9. n. 16.* vbi notat ita determinasse sacram Cardinalium Congregationem, cuius tenor hic est. Per hæc verba, Congregatio rescripsit aliquam puellam non debere admitti ante duodecimum annum ad habitum suscipiendum, cuius causa requiritur voluntatis puellæ exploratio. Non est autem voluntas Congregationis, neque Concilij, vt ante illam ætatem puella admittatur. Ita sacra Congregatio.

4. Notandum est tamen hic obiter, quod quamuis, vt dictum est, Concilium Tridentinum duplex examen petat, maiori duodecim annis ingrediente Religionem, at vsu, & consuetudine iam receptum est, vt vnicum puellæ quacumque ætate ingredienti præmittatur, nimirum quando professura est. Et ita docet Sanchez *in summ. tom. 2. lib. 5. c. 4. n. 84.* & Rodriquez *in qq. Regul. tom. 3. q. 12. art. 2.* & hoc examen ab Episcopo faciendum est necessariò etiam in puellis egredientibus in Monasteria exempta, & dicto Episcopo non subiecta, vt declarauit Sacra Cardinalium Congregatio: & notat Piasecius *in praxi Episc. p. 2. c. 3. art. 7. n. 8.* & esset peccatum mortale illud prætermittere, in quod incurrent, non solùm ipsa puella, sed etiam Abbatissa, vel Prælatus professionem admittens.

Sup. hoc examine in tom. 1. tr. 3. ex Ref. 26. lege doctrinã § Tertio idem. & pro validitate professionis in hoc casu supra ex Ref. 159. lege §. potest etiam. & §. 1. huius not.

RESOL. CCCXXVI.

An Decretum Concily Tridentini sess. 25. c. 16. de Regular. prohibens recipi aliquid vltra victum & vestitum Nouitia, comprehendat mutuum aut acommodatum?

Et notatur, quod si puella Monasterium ingressa animo Monachandi, sed paupertate oppressa dotem promissam soluere non poterit, non sit compellenda eo quod dotem in conditionem necessariam ponere non debemus propter simoniam.

Et infertur, quod Monasterium excessiuam dotem pro ingressu Nouitiæ recipiens, excessum vltra sufficientem sustentationem tenetur restituere. Ex p. 3. tr. 2. Ref. 100.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Rodriq. *in qq. Regul. tom. 2. q. 48. art. 5.* & Miranda *in manuali Prælat. tom. 2. q. 8. art. 9.* vbi sic ait. In casu, quo Monasterium egeat, sufficienti præstita occasione, non videtur omnino illicitum Nouitiæ alicujus dotem mutuatam recipere, aut parentes & curatores ipsius eamdem Monasterio accommodare: Nam mens, & intentio Concilij fuit, vt non propter præfatam dotis traditionem, mutuationẽ, seu accommodationem, aliqua Nouitia inuita & coacta profiteri adstringatur: sed hæc omnino iam cessant in casu proposito præstita, & exhibita cautione: ergo id facere non erit contra mentem, & intentionem Concilij. Ita Miranda, qui respondet etiam ad illa verba Concilij, *quocumque prætextu*, &c.

2. Sed his non obstantibus, contrariam opinionem mordicùs tenet Suarez *de Relig. tom. 3. tr. 7. l. 5. c. 9. n. 16.* Rodriq. se retractans *in summ. tom. 3. c. 144. n. 6.* & Villalobos *in sum. tom. 2. tr. 35. diffic. 19. n. 4.* qui n. 5. plus addit, nempe [que mirado el Decreto del Concilio no pueden lleuar las Monjas propinas, cera, y otras cosas, que suelen lleuar el dia del habito, de los bienes de la nouicia, ni se les pueden dar por las palabras que dize] *Quocumque prætextu aliquid ex bonis eiusdem minimè tribuatur.* [que son palabras que incluyen en todo esto. Mas ya el dia de oy tienen costumbre legitimamente prescrita en muchos Monasterios de lleuar propinas de entrada, y cera, y donde la huuiere podranlo hazer, porque la costumbre tiene fuerza de ley. Mas con todo esso verdaderamente es contra el Concilio, y era muy justo, que los Superiores lo remediaran, y que las Religiosas no recebitan cosa alguna en la entrada.] Hæc Villalobos.

3. Notandum est etiam hic obiter, cum Isidoro Moscouio

Moscouio *de maiestate militantis Ecclesiæ*, *l.* 1. *p.* 4. *c.* 4. sacram Cardinalium Congregationem declarasse, quòd si puella Monasterium ingressa animo monachandi, sed paupertate oppressa dotem promissam soluere non poterit, non esse compellendam, eo quia dotem in conditionem necessariam ponere non debemus propter simoniam. Sed quia de hac declaratione non constat authenticè, hæc opinio mihi non placet; nam non committitur simonia in conuentionibus, & pactionibus super dotibus recipiendarum in Monasteriis inter moniales, dummodo sit pro congruenti, seu sufficienti sustentatione earum, non obstantibus *c. quoniam, de simonia, & Extrauag.* 1. *eodem tit.* quæ omnia probat, & docet Hieron. Rodriq. *in comp. n. qq. Regul. resol.* 54 *n.* 1. *&* 2. Suar. *de Relig. tom.* 1. *l.* 4. *c.* 17. *n.* 16. *& seq.* Miranda *in manuali Prælat. tract. de Monialibus, q.* 8. *art.* 6. *&* 7. cum aliis; etiamsi Monasteria sint opulenta. Nam opulentia Monasterij nõ facit, vt quod in paupere non est simonia in diuite Cõuentu simonia censeatur, nisi pecunia extra victum pro aliis causis recipiatur, quia puella recipienda est vilis conditionis, aut infamia, vel deformitate notata, vel ad magnitudinem, & magnificentiam clariorem Monasterij auctius, & superabundans pretium dotis pro ingressu exigatur.

4. Hinc infertur, quòd Monasterium excessiuam dotem pro ingressu Nouitiæ recipiens, excessum vltra sufficientem sustentationem, tenetur restituere, nisi talis excessus liberaliter, absque alio expresso, aut tacito pacto illi concedatur. Vide Mirandam & Rodr. *vbi sup.*

RESOL. CCCXXVII.

An Abbatissa licitè possit pacisci de certa summa pecuniæ donec Monasterio dos Monialis soluatur, etiamsi Monasterium sit opulentum? Ex p. 3. tr. 2. Res. 97.

§. 1 QVoad Monasteria opulenta negatiuè respondet Emanuel Rodriq. *in qq. Regul. tom.* 2. *q.* 48. *art.* 7. scrupulosè quidem, vnde postea se retractauit *in addit. ad sum. tom.* 3. *c.* 144. *n.* 8. & hanc sententiam docet etiam Miranda *tract. de Monial. q.* 8. *art.* 10. *concl.* 1. quem nouissimè sequitur Hieron. Rodriq. *in compen. qq. Reg. res.* 98. *n.* 20. vbi sic ait. Ratione damni emergentis licitè potest pacisci de certa quantitate pecuniæ, donec Monasterio dos soluatur, absque labe vsuræ, quemadmodum pro dote vxoris non esse computandos fructus possessionis pro illa pignori obligatæ in sortem principalem, definitur *in cap. salubriter, de vsuris*, & cùm dos detur ad alimoniam Monialis, militat eadem ratio etiam in Monasteriis opulentis.

RESOL. CCCXXVIII.

An Monialis possit eligi in Abbatissam, si tantum annum 40. attingat?

Et an contra Decretum super hoc Concilij Tridentini sess. 25. *c.* 7. *de Regular. possit Episcopus, aut Nuntius dispensare?*

Et deducitur, an quoad Dignitates, & Personatus sine cura requiratur, vt quis 22. *annis completis non sit minor, vel sufficiat, vt sint incepti, ex Concilio Tridentino?*

Et cursim docetur Prælatum alicuius conuentus debere esse viginti quinque annorum.

Et an Monialis non possit eligi in Abbatissam nisi octo annis post professionem laudabiliter vixerit? Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. Res. 9. alias 7.

§. 1. NEgatiuè respondet Garzias *de Beneficiis p.* 7. *c.* 4. *n.* 71. vbi sic ait. Infertur ad Decretum eiusdem Concilij *sess.* 25. *de Regul. c.* 7. ibi *Non minor annis* 40. quod debent esse completi illi 40. anni, qui requiruntur in eligenda in Abbatissam, seu Priorissam. Nec contra illud Decretum potest Episcopus, aut Nuntius dispensare, cùm inferior non possit in lege superioris, maximè Concilij dispensare. Ita ille.

2. Verùm affirmatiuæ sententiæ adhæret Portel *in consil. Regul. p.* 1. *cas.* 13. *n.* 1. Quod probat Primò ex Azorio *tom.* 1. *summ. l.* 5. *c.* 28. §. *Dubia est*, vbi dicit, quod quando in aliqua Bulla, vel lege dicitur, quòd ad tale officium debeat persona habere certos annos, & lex vtitur ablatiuo, dicendo in tertio, quarto, vel simili anno; tunc lex non petit annos completos, sed sufficit quòd sint inchoati. Et citat ad hoc quandam glossam, & Syluest. At Tridentinum, *citato cap.* loquens de ætate requisita in Abbatissa, vtitur ablatiuo dicens: Quòd non sit minor quadraginta annis; ergo non requirit completos, sed inchoatos. Et statim post, vtitur etiam ablatiuo, dicens: quæ octo annis post professionẽ laudabiliter vixerit. Secundò id probat ex Syluestro *verb. tempus* (qui locus non citatur ab Azorio) vbi Syluester citat Panormitanum *in cap. ad nostram, de Regul.* vbi ait, quod in dubio iuris an loquatur de annis completis, an inchoatis, quoad dignitates, in quibus fauor consideratur, quòd annus inceptus habetur pro cõpleto, secundum glossam ibi citatam à Panorm. Tertio, id probo ex *eod. c.* 7. *Trident.* vbi ait quod si defuerint Moniales quadraginta annorum, eligatur quæ annũ trigesimum excesserit. In quibus verbis expressit quod trigesimus annus debet esse completus. Quod verbum, excesserit, non apposuit Concilium, quando dixit requiri annum quadragesimum in eligenda Abbatissa; sed solùm simpliciter dixit, quod non sit minor annis quadraginta. Et potest satis colligi ex mente Concilij; nam si ibi deficiente Moniali quadraginta annorum, dicit quòd habeat saltem triginta annos, dispensans in decem annis, satis creditur illud dispensare in decem, vel sex mensibus in illa quæ habet quadraginta annos minùs aliquot mensibus. Et potest confirmari ex eo quod tradit Nauarrus *l.* 3. *consiliorum, tit. de Regul. cons.* 75. §. *His non obstantibus*, vbi citans legem quandã ait, quòd cùm lex habet duos sensus per quos potest explicari; tunc benignus intellectus est accipiendus. Cùm ergo citata lex Trident. patiatur duos sensus, de anno completo, vel incompleto, benignior sẽsus de incepto solùm poterit acceptari, quod cõcordat cum dicto Panorm. proximè citati à Syluestro. Vltimò cõfirmo ex dicto communi Iuristarum dicentium vnam legem posse explicari per aliam legem, nam iura iuribus debent concordari. At cõstat in simili ferè materia, quod in Clementina prima de statu Monach. agens ibi Papa de ætate, quã debet habere Religiosus, vt sit Prælatus alicuius Conuentus, & dicens debere esse viginti quinque annorum, ponit hæc verba: *Nisi annos vigesimum quintum attigerit.* Vbi non requirit annũ viginti quinque completum, sed inchoatum. Quod pari modo in Abbatissa poterit explicari, vt iura iuribus consonent. Si enim attigisse annos vigesimum quintum sufficit in viro, vt sit Prælatus; sufficiet in fœmina excessus quindecim annorum vel quatuordecim attingendo quadragesimum, vt possit esse Prælata vnius Conuentus. Et hæc omnia docet Portel, qui hanc quæstionem malè obseruat à nemine disputatam, cum Garzias *vbi suprà*, vt visum est, illam determinauerit, & ad argumentum præcipuum quod Portel adducit ex doctrina Azorij, respondere quis posset illam negando; Et ita Lessius *l.* 2. *c.* 34. *dub.* 20. *n.* 108. docet in illa formula Concilij *sess.* 24. *n.* 12. vt ad dignitates vel Personatus requiratur vt quis non sit minor 22. annis insinuari annos debere esse completos, qui enim nondum compleuit est eis minor ætate. Ergo.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. Res. 129. §. Notãdum est. paulo post initiũ, à vers. quod procedit.

Sup. hoc in Res. not. præterita, & in eodem §. ad mediũ, à vers. ex quibus. & in §§. seqq.

3. Verùm contra Lessium in fauorem Portel non desunt Doctores asserentes quoad dignitates & personatus sine Cura requiri 22. annos inceptos ex Tridentino, Et ita tenet Henriquez *lib.* 14. *cap.* 8 *num.* 10. *in*

in Glossa litera X. Emanuel Sà *ver. beneficium num.* 31.& alij. Vnde ego in casu huius Resolutionis putarem, tam sententiam Garziæ, quàm Portel esse probabilem, nisi obstaret contra Portel Responsum Sacræ Congregationis ad Episcopum Abulensem tenoris sequentis. Illustris, & Reuerendissime Domine, vt frater dubitationi amplitudinis tuæ nomine propositæ super ætate, quæ per Concilium Tridentinum *c.*12.*§.Ad cæteras autem dignitates, &c.sess.*24.*de reform.* requiritur in iis, qui dignitates, vel personatus, quibus animarum cura nulla subest, obtinere volunt. Congregatio Illustrissimorum Patrum eiusdem Concilij interpretum ita respondendum duxit, nempe, decretum illud esse intelligendum de anno vigesimo secundo completo, quod reliquum est Deum amplitudini tuæ propitium in omnibus precamur Romæ die 24. Septemb. 1593. Amplitudinis tuæ Illustris, & Reuerendissimi vti frater studiosissimus Hieronymus Cardin. Mathæius. Vnde ex his patet, quod cum Tridentinum asserat quòd Monialis eligenda in Abbatissam non sit minor annis 40. non sufficere annum 40. inceptum, sed debere esse completum; Ideò tu cogita.

RESOL. CCCXXIX.

An Monialis illegitima possit esse absque dispensatione Abbatissa?

Et an possit Prælatus dictarum Monialium in supradicta illegitimitate dispensare? Ex p.3.tr.2.Ref.101.

§. 1. Negatiuam sententiam tenet Castellinus *de elect.c.*17.*n.*5. Barbosa *de potest. Episc.p.*3.*allegat.*100.*n.*13. Sanctarellus *in variar.resol q.*40. *n.* 7. Suarez *in* 3 *part.tom.*5 *disp.*50 *sect.*5.*n.*15. Homobon. *de stat.p.*1.*c.*24. Naldus *in sum.ver. Abbatissa,n* 2. Sanch. *in summ.tom.*2.*lib.*5.*cap.*5.*n.* 19. & alij penes ipsum ex auctoritate *cap.indemnitatibus,§ sanè, ver. verum si qua, de elect in* 6.

2. Verùm non desunt contrariam sententiam docentes; & hi sunt Portel *in dub Regul.ver. Abbatissa,n.* 6. Miranda *tract de Monialibus q.*6.*art.* 3. & Hieronymus Rodriquez *in compen.qq Regul.resol.*2.*n.*21. Ratio est, quia *in c.*1.*de filiis Presbyt.*ne vllum verbum inuenitur de fœminis, sed tantùm de viris, & fœminæ in odiosis non includuntur sub nomine masculorum, ex regula *c.generali,de elect.in* 6. Et ad *c.indemnitatibus,* pro negatiua sententia adductum, respondet Rodriq. *vbi supr.* quibus omnibus adde id, quod notat Iulius Lauorius *in variis elucubr.tit.*4 *c.*24.*n.*38. nempe sacram Cardinalium Congregationem declarasse, quòd ex illegitimo thoro natæ constit. Sixti V. contra Regulares illegitimos, non comprehenduntur, quominus ad officium, vel dignitatem Abbatissæ, seu Priorissæ eligi possint.

3. Nota tamen, quòd etiam stando in prima sententia, possunt Prælati dictarum Monialium in dicta illegitimitate dispensare, vt docet Portel *vbi suprà*, qui citat Emanuelem Rodriquez.

RESOL. CCCXXX.

An Monialis vidua possit eligi in Abbatissam absque Sedis Apostolica dispensatione?

Et an, quæ virgines non sunt, excludantur ab Abbatissa, seu Priorissa officio?

Et an non possint Moniales quacumque occasione transferri de Monasterio in Monasterium sine licentia Sedis Apostolica, neque ratione Prioratus, vel alterius officij? Ex p.3.tr.2.Ref.99.

§. 1. Affirmatiuam sententiam mordicus defendit Laurentius Portel *in dubiis Regularium, ver Abba issa,n.*10.& Hieron Rodriquez *in compen.qq. Regul.resol.*2.*n.*26. Ratio est, quia lex etiam Papalis tolli potest per contrarium vsum, & ad hoc aliqui dicunt sufficere decennium, aliqui dicunt sufficere aliquando, attentis circumstantiis, tempus breuius quàm decennium; qui verò tempus amplius extendunt, dicunt per 40. annos sufficientissimè legem tolli per contrarium vsum; sed dato, & non concesso, quòd aliqua lex canonica prohibuit viduam fieri Abbatissam, iam est abrogata per contrarium vsum; ergo, &c. Minorem propositionem huius argumenti fusè probat Portel *vbi supra*, ideò Suarez *tom* 4.*de Religione lib.*3.*cap.* 6. *n.* 16. asserit probabilem esse hanc opinionem, maximè si consuetudo id approbet; cui standum esse ait. Vnde etiam Sanchez *in summ.tom.*2.*l.*5.*c.*5. *n.* 22. vbi probat ad Abbatissæ munus non desiderari virginitatem.

2. Non desinam tamen hîc adnotare, quòd Miranda negatiuam sententiam docet *in manuali Prel. tom.*1. *q.*7.*art.*6 cui ego addo Homobonum *de stat.Relig.p.*5.*c.* 24. Iulium Lauorium *in variis elucubrationibus tit.* 4. *c.* 23.*n.*10.& Lucam Castellinum *tract.de elect.c.* 17. *n.* 5. 14. & 17. vbi testatur sic declarasse sacram Cardinaliam Congregationem die 15. Iulij 1616. sub his verbis. Si vidua monasticum habitum assumat, ad Abbatissæ, aut Priorissæ munus obeundum, absque Sedis Apostolicæ dispensatione eligi non potest. Vide etiam Barbosam *de potest. Episc.p.*3.*alleg.*100.*n.*14. qui contra Sanch. tenet, quascumque, quæ virgines non sunt, excludi ab Abbatissæ, seu Priorissæ officio.

3. Notandum est tamen hîc obiter, quod ex Decreto Pauli V. publicato à sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium sub die 22. Decembr. 1617 ac intimato Procuratoribus generalibus Ordinum, non possunt Moniales quacumque occasione transferri de Monasterio ad Monasterium sine speciali licentia Sedis Apostolicæ, toties, quoties obtinenda, neque ratione Prioratus, vel alterius officij, quibuscumque in contrarium non obstantibus, vt notat Castellinus *vbi suprà de elect.cap.*17.*n.*5. Sup. hoc magis late infra in Ref. 333.

RESOL. CCCXXXI.

Duo casus sæpe in praxi occurrentes deciduntur, Primo, an Abbatissa post expletum triennium possit Monasterium gubernare?

Secundo, an qui fornicatus est, &c. qui casus non pertinet ad hunc tractatum, ideo appositus est cum suo textu in suo propiori tractatu, &c. Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. Ref. 19. alias 17.

§. 1. Fui per litteras de his casibus interrogatus, Primò, an Abbatissa post expletum triennium possit Monasterium gubernare vsquequo fiat electio alterius Abbatissæ. Secundò, an qui fornicatus sit cum fœmina, si illam postea in vxorem ducat, possit fieri Clericus coniugatus.

2. Ad primum respondeo, quod licèt officium Abbatissæ, finito triennio expiret, nec Episcopus possit illud prorogare, vt Sacr. Congregatio Episcoporum censuit, die 20. Febr. 1615. teste Gauanto *in Manua. Episc. verb. Monialium Officiales n.* 20. tamen hoc non obstante existimo posse per illos dies in quibus noua electio efficitur, regere Monasterium sub aliquo titulo, seu nomine. Et ita docet Sanctorus *in Comment. ad Constit. Minorum cap.* 11. *stat.* 7. & ante illum Miranda *in Manuali Prel.tr. de sacris Monial. q.* 7. *art.* 9. *concl.* 2. vbi sic ait: Siue Abbatissatus officium à superioribus fuerit acceptatum, sine non, nulla tamen Monialis, Abbatissa, neque Vicaria, Minorum fratrum curæ subiecta, vltra triennium in suo officio potest durare. Hæc conclusio satis constat ex constitutione supradicta

supradicta Sixti V. nam quamuis illa, quæ adducta fuit ex Greg. XIII. (vt dixi) non comprehendat nisi dumtaxat Moniales Italiæ & Siciliæ, Monachalem vitam profitentes, generalisque clausula ibidem posita, non extendatur ad maiora expressis, nihilominus tamen, constitutio prædicta Sixti V. omnes Moniales Abbatissas & Præfectas, quocunque nomine nuncupentur, Minorum fratrum curæ subiectas, in quibusvis partibus, & prouinciis generaliter comprehendit, ita quod post transactum triennium prædictum, nullum Abbatissatus, seu præfecturæ Monasteriorum, aut officium aliud nec aliquam potestatem, vel auctoritatem in eosdem possunt obtinere, & exercere, vt ibidem dicitur. Sed circa hæc vltima verba, nonnulla est difficultas apud Patres nostri sacri Ordinis, An scilicet liceat Abbatissas prædictas, finito sui Abbatissatus tempore, constituere eorumdem Monasteriorum Præsidentes, donec aliæ Abbatissæ eligantur? Quidam enim affirmant, alij verò negant, propter verba superius posita. Sed quidem pars affirmatiua probabilis mihi esse videtur, quinverò, & id pertinere ad bonum regimen, debitùmque administrationem Monasteriorum Monialium, vt scilicet, pro paruo aliquo tempore, eædem ipsæ, non verò aliæ, Præsidentes constituantur, propter vitanda innumera mala, damna, atque incommoda, quæ ex contrario facto, vt plurimum exoriuntur, aut saltem possent euenire, & quia illæ maiorem habent notitiam dispositionis, & status suorum Monasteriorum, quàm aliæ. Quis enim non videat, quòd aliæ nominatæ Præsidentes, nouitatum amatrices, breui illo temporis spatio, quam plura possint innouare, quæ in maximum damnum, & detrimentum pacis, quietis, & tranquillitatis prædictorum Monasteriorum caderent, Monialium omnium, in ordine ad finem futuræ electionis animos solicitare, & omnibus velle placere, quæ sua sunt quærant, non quæ Iesu Christi? Vnde ad supradicta verba respondendo, dico, quòd ibidem tantummodò prohibentur Abbatissæ prædictæ, expleto suo triennio, habere in dictis Monasteriis, aliud officium (quocumque nomine nuncupetur) quòd etiam per triennium duret, sicut est officium Vicariæ, seu alicuius similis, nam hoc est in officiis perpetuari, quod ibidem à Summo Pontifice prohibetur, non verò ipsas esse Præsidentes, finito suo Abbatissatu, paruo aliquo tempore, donec aliæ ipsarum loco eligantur, propter rationes prædictas. Multò etiam minus prædicto decreto prohibetur, quin perfunctæ officio Vicariæ eligi possint in Abbatissas, quod etiam à quibusdam extitit dubitatum, & difficultas mihi proposita. Cui & ego affirmatiuè respondi & ita obseruat communis praxis. Hucvsque Miranda, cuius opinio à fortiori procedit cùm adesset consuetudo.

RESOL. CCCXXXII.

An Abbatissa possit præcipere Monialibus aliquid sub pœna excommunicationis?

Et an supradicta Abbatissa possit saltem præcipere aliquid Monialibus sub præcepto obedientiæ?

Et explanatur mulieres non esse iure Diuino incapaces potestatis Ordinis, & Iurisdictionis, ita vt etiam ex commissione Pontificis excommunicare, & censuras ferre non valeant. Ex p. 5. tr. 9. Resol. 16.

§. 1. VIdetur affirmatiuè respondendum, quia Abbatissa habet spiritualem iurisdictionem in subditas, ergo. Probatur antecedens, quia Moniales tenentur in conscientia illi obedire: quod confirmatur ex *c. dilecti filij, de arbitr. cap. dilecta de excess. prælat. & c. dilecta, de maior. & obed.*

2. Sed respondendum est negatiuè, cùm fœminæ non possint ferre censuras, cùm Ordinis clericalis & Ecclesiasticæ iurisdictionis sint incapaces, *ex c. noua, de pœnit. & remiss.* & docet D. Thom. *in 4. q. 1. art. 1. dub. 19. quæst. 3. ad 4. & dist. 15. q. 2. art. 1. ad 2.* Dicendum est, igitur Abbatissas non habere spiritualem iurisdictionem in subditas, nec in foro interiori, nec in exteriori, nec posse ferre præcepta, quæ vim legis & præcepti habeant, sicut Episcopi & cæteri Prælati Ecclesiastici, subditæ verò eis nihilominùs obedire tenentur, tum quia hoc est vnum ex præceptis suæ regulæ, tum etiam, sicut filiæ tenentur obedire matri, & filij parentibus, quamuis parentes nullam habeant iurisdictionem in filios, & ita docet Rodriquez *in summa tom. 1. cap. 3. n. 9.* Lezzana *in qq. regul. cap. 26. num. 11.* Homobonus *vol. 1. part. 2. resp. 105.* Cornejo *in 3. part. tr. 5. de cens. disp. 2. dub. 3.* qui tamen contra D. Thom. addit, mulieres non esse de iure diuino incapaces potestatis Ordinis & iurisdictionis, ita vt etiam ex commissione Pontificis excommunicare, & censuras ferre non valeant, & citat Paludanum, Hugolinum, Henriquez & Sayrum, quibus adde Suarez *disp. 2. sect. 2. n. 7.* & Præpositum *in 3. part. q. 1. de cens. in comm. q. 15. dub. 4.* sed ex Auila Coninck *de Sacr. disp. 15. dub. 3. n. 35.* putat cum D. Thom. quòd fœminæ, nec quidem Pontifex possit committere hanc potestatem. Sed si quis incidenter hîc quærat, an Abbatissa, si non potest præcipere aliquid Monialibus sub censura, vt dictum est, possit præcipere sub præcepto obedientiæ? Et affirmatiuam sententiam docet Rodriquez *in summa tom. 1. cap. 3. num. 9.* vbi post adductam rationem pro hac firmanda sententia contra Sotum, sic asserit. [La qual razon deuen considerar los que por dar contento a Monjas, las desobligan de los precetos de su Abadessa, y son causa de mucho mal espiritual, y esto se ha de tener, aunque en las questiones regulares me fui tras Soto por su autoridad,] Ita Rodriquez, qui quidem poterat non cantare palinodiam, & Sotum sequi, cuius opinio negatiua in hoc dubio sequenda est, & illam sequuntur Portel *in dubiis Reg. ver. Abbatissa num. 1.* Merolla *tom. 2. disp. 4. cap. 4. diff. 13. n. 116.* Ledesma *in 2. 2. part. 4. quæst. 20. art. 4.* Sanchez *in summa tom. 2. lib. 6. cap. 1. n. 21.* Baldellus *lib. 5. disp. 6. num. 1. & seq.* Valentia *tom. 4. disp. 7. quæst. 16. punct. 3.* Sayrus *in claui Regia lib. 5. cap. 10. num. 16.* Vgolinus *de cens. tab. 1. cap. 2. §. 7.* & alij penes ipsos. Dico igitur Abbatissas non habere potestatem spiritualem in Moniales, sed solam domesticam, qualem habet materfamilias in filios, & ideo non possunt præcepta spiritualia imponere in virtute obedientiæ, & Spiritus sancti, sicut possunt Prælati Regulares, sed tantùm posse instar matrisfamilias præcepta imponere, quæ ad domesticam gubernationem, & communem Monasterij pacem conducant, & hæc præcepta obligabunt iuxta grauitatem, vel leuitatem materiæ. Non nego tamen sententiam Rodriquez probabilem etiam esse, quam præter ipsum, tuetur Salas *de legibus disp. 8. sect. 19. in fine.* Azorius *tom. 1. lib. 13. cap. 10. q. 7. in fine.* Cornejo *in 3. part. D. Th. tr. 5. de excom. disp. 2. dub. 5. q. 2. num. 2.* Lezzana *in qq. Regul. cap. 25. n. 10.* Naldus *in summa ver. Abbatissa num. 4.* & alij; sed nostra opinio est probabilior.

Supr. hoc in Resol. 1. not. seq. à principio, & cursim in aliis eius primæ annot.

Supr. hoc & seq. in hoc §. in tom. 6. tr. 1. Res. 20. §. verum per totum, & latè in tom. 3. tr. 1. Res. 75. à §. 1. vsque ad §. Notandum, & pro parte in aliis eius primæ annot.

RESOL. CCCXXXIII.

An Monialis possit transire de vno Monasterio ad aliud causa fundationis, reformationis &c. sine licentia Papæ? Ex p. 3. tr. 2. Resol. 127.

§. 1. NEgatiuam sententiam docuit Eman. Rodr. *in summ. tom. 3. c. 3. n. 2.* & Thomas Zerola *in praxi*

Super hoc supra in Resol. 330. §. vlt.

praxi Episc part. 1. *ver. Moniales*, §. 16. qui testatur ita declarasse sacram Cardinalium Congregationem.

2. Sed his non obstantibus, hoc fieri posse ex sola licentia Superioris dictæ Monialis, & ita seruari in praxi, tenent Emanuel Rodriquez sibi contrarius, *vbi suprà in summ. tom.* 3. *cap.* 96. *n.* 4. Hieronymus Rodriquez *in compen. qq. Regul. resol.* 16. *num.* 38. & Portel *in ad it. ad dubia Regular. ver. Monialibus*, *num.* 1.

3. Verùm circa præsentem quæstionem, ita asserit Villalobos *in summ. tom.* 2. *tr.* 35. *d ffic.* 45. *n.* 9. [Rodrig. dize, que para traher Abadessa de fuera, es necessario licencia del Papa, ò del Nuncio, que tiene para ello autoridad, como lo declarò la Congregacion de los Cardenales; En lo que toca à esta declaracion pareceme dudosa, porque no la trahen Farinacio, ni Marzilla, y dize Portel que no esta en vso en Portugal, y yo tambien he visto lo contrario en Castilla, mas si essa se hallasse authentica ha se de hazer ansi, mayormente en caso que vuiesse de hauer discordia, porque podrian las Monjas recurrir al Nuncio, y si fuesse deste parecer tendrian pesadumbres los Prelados; mas no constando desta declaracion, tiene bùen fundamento lo que queda dicho.] Sed his non obstantibus, ego puto non esse recedendum à prima sententia negatiua propter declarationem Cardinalium adductam à Castellino *vbi suprà in hoc tract resolut.* 99. *in fine.*

RESOL. CCCXXXIV.

An Superiores Regulares possint absque interuentu Episcopi dare licentiam suis Monialibus exeundi à Monasterio ex iusta causa? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. Ref. 24.

§. 1. Affirmatiuè respondet Bruno *de priuil. Regul. p.* 2. *tr.* 4. *c.* 6. *propos.* 10. Nec obstat ait; Constitutio Pij V. inchoata, *Circa pastoralis*, qua Pontifex requirit Episcopi consensum in scriptis ad cuiuslibet Monialis exitum: sicut etiam declaratio Cardinalium à Roderico proximè citando allata. Quoniam per non vsum hæc constitutio, sicut, & Cardinalium declaratio in pluribus partibus non est recepta: Deinde non debet intelligi de illis Monialibus, quæ subditæ sunt Prælatis Regularibus, sed de illis, in quas Ordinarij iurisdictione potiuntur, de immediatè Papæ subiectis, ac si de omnibus intelligeretur, non procederet prohibitio exitus Monialium, cum occurrit causa legitima: vt resoluit Marcellinus à Sancto Benedicto *in Compend. priuileg. Fuliensium verb. Concil. Trident.* §. 14. *in Scholast.* post Nauatr. *l.* 3. *Concil. tit. de Regul. cons.* 48. Sic etiam tenent Roder. *tom.* 1. *qq. Regul. q.* 99. *art.* 6. idem Nau. *cons.* 6. *de Statu Monach. & Comment.* 4. *de Regul. in* 6. *ad vers.* 3. Quibus adiunge Mirand. *de Sacris Monialibus q.* 3. *art.* 6. *conclus.* 1. Suar. *de Relig. tom.* 4. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 13. Bonac. *de Clausura, & pœnis eam violantibus impositis*, *q.* 1. *punct.* 8. *n.* 1. Lezana *in summ. qq. Regular. cap.* 15. *n.* 21. Tambur. *de iure Abbatiss. disp.* 21. *q.* 6. Azor. *inst. Moral. pag.* 1. *l.* 13. *c.* 8. *q.* 1. Sanchez *in præcep. Decal. l.* 6. *c.* 15. *n.* 28.

2. Non obstat, Secundò illud Tridentini *cap.* 5. *sess.* 25. *de Regular.* videlicet, Nemini Sanctimonialium liceat post professionem exire à Monasterio, etiam ad breue tempus quocunque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda: Quoniam citatus Nauatr. & alij illud interpretantur de subditis immediatè Papæ, aut Ordinario: non autem de Monialibus subditis Regularibus Prælatis, cum in eodem capite subdatur; *Dare autem tantum Episcopus, vel superior licentiam debet in casibus necessariis*: Et quoad hanc clausulam non reuocat priuilegia, quæ tamen immediatè post clausulam præcedentem reuocauerat. Nec obstat reuocatio priuilegiorum apposita præfatæ Bullæ Pij V. quoniam quoad hoc non reuocat Tridentini facultatem in proxima clausula concessam, cum Pontifex dicat, se velle adhærere Tridentino, vt præcitati Roder. & Nauarr. sentiunt. Vbi autem Tridentinum non viget, obiectio nullam vim habet. Ita Bruno.

3. Sed contrarium tenendum esse existimo. Dico igitur, quod Moniales Episcopo, vel Sedi Apostolicæ subiectæ exire non possunt nisi adsit consensus, & licentia Episcopi, vel eius Vicarij Generalis. In monasteriis verò exemptis, quæ Regularibus subduntur, facultas exeundi concedenda est à superiore Ordinis, vel ab alio Prælato immediato, & præterea ab Episcopo, vel illius Vicario, vt habetur in Concilio Tridentino *sess.* 25. *capite* 5. & in Bulla Pij V. quæ incipit, *Decori & honestati*, sub his verbis; Quæ tamen præter alios Ordinum Superiores, quibus cura monasteriorum incumberet, etiam per Episcopum, seu alium loci Ordinarium, etiamsi prædicta monasteria ab Episcoporum, & Ordinariorum iurisdictione exempta esse reperiantur, cognita, & expresse in scriptis approbata sit. Quicquid dicant in contrarium Emanuel Roder. *qq. Regular. tom.* 1. *quæstion.* 49. *art.* 6. Mirand. *de Sac. Monialibus quæstion.* 3. *art.* 6. dicentes, quod in Hispania dicta Constitutio Pij V. neque recepta fuit, neque ad vsum redacta. Contra quos disputat præcipuè Suarez *de Relig. tom.* 4. *libro primo capite* 9. dicens, legem Ecclesiasticam non pendere ex acceptatione, neque sua vi destitui, nisi post longissimam præscriptionem; idcóque nostram sententiam Constitutioni Pij V. conformem sequuntur præter Suarez *loco citato*, Nauarr. *tom.* 4. *de regular. numero* 60. Sanchez *tom.* 1. *in Decal. libro* 6. *capite* 15. *numero* 26. Azor. *tom.* 1. *instit. moral. libro* 13. *capite* 8. Bonacin. *de Clausura quæstione* 1. *punct.* 8. *numero* 1. Victorell. *de orig. & claus. Monial.* §. *An solus Episcopus pag.* 16. & hæc omnia docet etiam Tamburinus de Iure Abbatissarum *disp.* 20. *q.* 5. *num.* 6. & 7.

4. Imò Monialibus, in casibus exceptis, è monasterio Episcopo vel Sedi Apostolicæ, aut Superioribus Regularibus subiecto exire non licet, nisi adsit consensus communis Episcopi Diœcesani, & Superioris Regularis, si ei subiectæ existunt, itavt si illæ, quæ potestati Regularium subiiciuntur, sine Bulla, & licentia Ordinarij egressæ fuerint, per censuras Ecclesiasticas, & alia Iuris remedia debent ipsæ, & earum Superiores (de quorum licentia è Monasterio fuerunt egressæ) ab eodem Ordinario puniri, non obstantibus quibuscumque priuilegiis. Et ita declarauit S. Congregatio teste Armendariz *in addit. ad recop. legum Nauarræ l.* 2. *tit.* 18. *lib.* 7. *num.* 103. Stephan. Vveyms *ad* 14. *Const.* ex iure communi desumptas, & per Concilium Tridentinum innouatas, *Constit.* 19. *n.* 19. & Barbosa *de potest Episc. part.* 3. *allegat.* 102. *num.* 28.

RESOL. CCCXXXV.

An Decretum Pij V. quod incipit Decori, & honestati, *editum anno* 1569. *in quo conceditur Monialibus propter morbum lepræ, & epidemiæ exire de Monasterio, an inquam, hoc Decretum extendendum sit ad aliam infirmitatem non tantum aliis, sed soli Moniali nocinam, cui exeundo à Monasterio remedium adhibeatur, si alias periculum vitæ, aut grauis, & diuturnæ infirmitatis probabiliter timeatur?* Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. Resolut. 23.

§. 1. Negatiuè respondendum est. Ita tenet Guttier. *in Can. qq. lib.* 1. *c.* 14. Zerola *in praxi*, *p.* 1. *ver. Moniales*, seqq. Sup. hoc in dubus Ref.

Moniales, *q*.16.& *p*.2.*eodem ver.in fine* Barbosa *de potest. Episc.p*.3.*alleg*.102.*n*.20.Megala *in* 3.*p.l*.4.*c*.3.*q* 1. *n*.5.Sanchez *in sum.tom*.2.*l*.5.*c*.15.*n*.39. & Rodriquez *in sum. Hispana*,quam nuper edidit,*tom*.3.*c*.96.*n*. 3. vbi notat,quòd quia in Hispania aliqui Medici asserebant morbum gallicum includi sub nomine epidemiæ, & strumæ,& cancros sub nomine lepræ,quæ quidem omnia negabat Ludouicus de la Valle Medicus Regis, ideò ad Sacram Cardinalium Congregationem delata fuit hæc quæstio cui ita respondit.

2. Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum, supradicta opinionum varietate, singulisúmque rationibus diligenter perpensis, declinauit in sententiam Doctoris Ludou. de la Valle Medici Cameræ Hispaniarum Regis. Cuius in responso à se edito, zelum & prudentiam in assequenda sanctæ memoriæ Pij V. mente plurimum in Domino commendauit, eiusdem Pij V. constitutionem de clausura Monialium loquentem nomine epidemiæ, eam tantum epidemiam intelligere, quæ est vera, & realis pestis, ita vt ob alias infirmitates huic aliquo pacto consimiles, sed tamen benigniores, etiamsi epidemiæ nuncupentur, nullo pacto Monialibus professis ex monasterio exire liceat, atque hoc decretum ab omnibus ad quos pertinet, inuiolabiliter obseruari mandauit Ioannes Carsia Cardin. Merlinus.

3. Multas rationes adducunt DD. pro hac sententia, sed præcipuè illam, quia Pius V. in Bulla dicit nulla alia occasione & prætextu, quàm illius triplicis infirmitatis, licere Monialibus exitum à Monasterio. Vnde excludit quamcumque extensionem ad alios casus, cùm vtatur dictione illa taxatiua, *nulla ratione*. Ergo, &c.

4. Verùm non desunt DD. qui contrariam sententiam tuentur. Hi sunt ex Societate IESV P. Ioan. Azorius *p*. 1. *l*. 13. *c*. 8.*q*.1.*ad fin*. doctissimus senex Nauar. *comm*.4.*n*.48.*de Regul*. & *in c. statuimus* 19. *q*. 3. *n*. 49. Franc. Zipæus *in praxi iuris Pontif.l*.3.§ *de regul*. *n*. 42. Ioan. de la Cruz *de stat. relig.l*.1 .*c*.5. *dub*.4. *conclus*. 2. Graffius *in dec.p*.1.*l*.4.*c*.23.*n*.17.*in fin*.& Nouissimè Bonacina *tr. de leg. disp*. 1.*q*.1.*punct*.3.*n*. 19.vbi ait, Pius V. in Extrauaganti, quæ incipit, *Decori*, statuit, ne Monialis exire possit è Monasterio alia de causa, quàm occasione incendij vel infirmitatis lepræ vel epidemiæ; negandum tamen non videtur, quin liceat Monialibus exire, etiam aliis de causis consimilibus dum imminet probabile periculum vitæ, aut grauis & diuturni morbi. Ratio est, quia isti casus videntur per epiikeiam excepti, & Ecclesia non obligat cum tanto incommodo. Hæc ille.

5. Ad argumenta contraria posset aliquis ita respondere. Ad primum, de illa responsione Illustriss. Cardinalium, non constat authenticè. Ad secundum, licet in Bulla Pij V. adsit dictio taxatiua, tamen Euerardus *in suis topicis legalibus*, *loco à natura dictionum taxatiuarum*, *n*.4. Gomez *tom*. 1. *variarum*, *c*. 11.*n*.12. & alij asserunt dictionem taxatiuam non excludere casus similes, & in quibus eadem ratio, vel vrgentior militat. Ita licèt *in l. fin. C. de reuocand. donat*. decernatur ob solas causas ibi numeratas posse reuocari donationem, tamen docent plures DD. posse quoque ex aliis grauioribus, aut æquè grauibus. Ita Abb. *c. fin. de donat. num*. 3. Molina Iurisconsultus *l*. 1. *de primog. c*. 9.*n*.32. Lessius *l*. 2.*c*.18.*dub*.14 *n*.14. & alij. Et tandem Clem. VIII. interdixit suo motu proprio, qui incipit, *Religiosæ Congregationes*, munera à Regularibus dari, præterquam in casibus ibi exceptis, & tamen Bulla de largitione munerum Religiosis interdicta, *n*.38.39.& 40. docet eos casus exceptos, extendi ad similes, in quibus eadem ratio militet. Idem potest dici in casu nostro.

Sup. hoc infra in tr. 3. Ref 11. §. vlt. & ex doctrina Ref. 64.

RESOL. CCCXXXVI.

An iustè poterit concedi Moniali licentia exeundi è Claustro causa medendi morbo ità periculoso, vt eius salus desperaretur, ea non egressa? Ex p.3.tr 2.Res. 105.

§.1. Resolutio huius casus pendet ex illa quæstione, quam alibi proposuimus, nempe ad casus exceptuati in Bulla Pij V. extendantur ad casus similes. Multi negant, vt notat Scortia *in Bull. Pontif. epitome* 94. *theorem*. 228. & multi affirmant, cum quibus ego sentio, & ideo assero, quòd iustè concedi poterit Moniali infirmæ licentia, vt è Monasterio exeat causa medendi morbo periculoso, ita vt eius salus desperetur, ea non egressa, tum, quia credendum non est, Summos Pontifices cum tanto dispendio voluisse Moniales ad clausuram obligare, tum, quia leges Ecclesiasticæ non obligant cum tanto periculo, tum, quia quod pro charitate inuentum est, contra illam retorqueri non debet, & tandem, quia defensio naturalis nemini tollenda est. Et ita hanc sententiam tenet Peirinus *in priuileg. Minimor. tom*.2.*const*.1.6.*Pij V*.§.4.*n*.14.& Suarez *de Relig. tom*.4.*tr*.1.*l*.1.*c*.9.*n*. 9. pro cuius firmitate inuenies pulchram allegationem Io. Mariæ Nouarij apud Riccium *in praxi tom*.4.*resol*.193.*num*.3.

Alibi in Res. præterita & in Res. seq.

RESOL. CCCXXXVII.

An si ægritudo Monialis sit talis grauitatis vt indicio Medicorum credatur moritura, si non exeat possit tutò è Monasterio exire? Ex p.5.tr.3.Res. 137.

§. 1. Ad hoc dubium respondet Granadus *in p*. 2. *contr*.7.*tr*.3.*p*.1.*disp*.8.*sect*. 5. *n*.13. asserens Moniales teneri non egredi Monasterio propter ægritudinem, etiamsi certò sciretur eas aliter morituras, quia tanti momenti est clausura earum, vt meritò præponderare censeatur periculo vitæ etiam euidentissimo, & sane alioqui daretur multis Monialibus occasio exeundi Monasterio nam periculum mortis sæpe crederetur imminere, & Medici frequenter id consulerent, nec obstat dispensatio illa, quam affert Nauarr. nam ea potiùs nostra sententia confirmatur, dispensauit enim Pontifex in sua lege cum aliquibus Monialibus, sed inde non infertur exire posse sine dispensatione, imò potiùs colligitur dispensationem esse necessariam, & sine illa peccare lethaliter Monialem quæ propter morbum lethalem egrederetur: loquimur autem de morbo lethali, non contagioso, nam si prudenter timeretur infectio, vt si pestis grassaretur per Monasterium, nec aliter posset impediri, liceret Moniali peste infectæ egredi Monasterio. nam tunc bonum totius communitatis præponderaret, & ita in hoc & similibus casibus dispensauit Pius V. in suo Motu. Hæc omnia Granadus, qui citat Sanchez & Lorcam.

Sup. hoc in duabus præcedentibus Res.

2. Sed ego cum Suarez & aliis *in* 3. *p. tract*. 2. *resol*. 105. probabiliter docui iustè posse concedi Moniali infirmæ licentiam exeundi claustro medendi morbo ita periculoso, vt eius salus desperaretur, ea non egressa, & hanc opinionem probabilem putat Ioann. de la Cruz *de statu Relig. lib*.1.*cap* 5. *dub*. 4. *concl*. 2. quia casus iste est similis exceptis in supradicto Motu Pij V. imò vrgentior, cùm de tuenda Monialis vita in eo agatur: ergo à dicto Motu proprio non censetur exclusus. Consequentia est manifesta ex doctrina suprà tradita. Cæteras rationes videbis penes me *loc. citat*. concedo tamen contrariam sententiam probabiliorem esse, quam præter Granadum, Lorcam, &

Quæ hic est Ref. antecedens.

Sanchez

Sanchez tenet Faustus *in Thesaur. Relig. l. 6 q. 163.* Miranda *de Monial. q. 4. art. 4.* Barbosa *de pot. episcop. p. 3. alleg. 102. n. 28.* Bonacina *de Clausura q. 1. punct. 9. n. 18.* & alij penes ipsos.

RESOL. CCCXXXVIII.

An Monialis, quæ se ponit in Rota, & facit eam voluere in partem externam, ad quam sæculares accedunt, frangat clausuram, & incidat in pœnas etiam si non egrediatur è rota?

Idem dicendum est, si Monialis staret in solo ostio partim intra, & partim extra Clausuram.

Sed difficultas est, an ratione paruitatis materiæ possit Monialis excusari à pœnis, & peccato mortali, si vtroque pede, & toto corpore egrediatur, etiam si ad vnum, vel duos palmos tantum ianuam sit egressa?

Quod idem quæritur de sæcularibus etiam Monasteria Monialium ingredientibus. Ex p. 3. tr. 2. Ref. 52.

§. 1. AFfirmatiuè respondent Comitolus *in Responsf. l. 6. q. 3.* & Portel *in dub. regular. ver. Clausura Monialium, n. 24* Ratio est, quia hæc accessit ad locum, ad quem sæculares accedunt, quod expressè prohibetur in Bulla Gregor. XIII. ergo, &c.

Sup. hoc & contento in hoc & duobus seqq. §§. in Ref. seq. & in tom. 5. tr. 1 Ref. 83. à §. sed quid, & signanter à §. verum. vsque ad §. Remanet, & in alio §. eius not.

2. Sed ego contrariam sententiam puto esse veriorem, quam tuetur Bonacina *q. 1. punct. 8. n. 7.* & hoc ratione paruitatis materiæ, sicut si Monialis staret in solo ostio, quia ostiū, vt docet glossa *in cap. cum sanctam, de pœnit. disp. 6.* est partim intra, partim extra clausurā, & in hanc sententiā inclinat Sāch. *in sum. tom. 1. l. 6. c. 16. n. 70. in fine.*

3. Difficultas est, an etiam ratione paruitatis materiæ possit Monialis excusari à pœnis, si vtroque pede, & toto corpore egrediatur, etiamsi ad vnum, vel ad duos tantùm palmos ianuam sit egressa, quod etiam quæritur de sæcularibus Monialium Monasteria ingredientibus, nam eadem est ratio. Respondeo supradictam Monialem clausuram perfectè violasse, cùm talis sit verus extra clausuram egressus sufficiens ad culpam lethalem, & ad censuras incurrendas: secus autem, si monialis sub ostio clausura existat vno pede extra ianuam extenso, & altero intra ianuam retento, tunc enim à mortali excusaretur ratione paruitatis materiæ. Ita Sanchez & Bonacina *vbi suprà.*

Sup. contento in hoc §. in Ref. 1. not. præterea, signāter adhuc magis amplè in §. Non desinā, & seqq.

4. Non reticebo tamen aliquos Doctores docere etiam monialem, quæ extra ianuam clausuræ limites terminantem, ambobus pedibus se transtulit ad vnum, vel duos palmos, non peccare mortaliter propter materiæ paruitatem. Et ita docent Graffius *in decis. p. 1. l. 4. c. 2. n. 25. & de cas. reseru. c. 5. n. 44.* & Naldus *in sum. ver. clausura, n. 4.*

RESOL. CCCXXXIX.

An in ingressu, vel egressu Clausura Monialium detur paruitas materia?

Idem est de fœminis ingredientibus Claustra Religiosorum. Ex p. 5. tr. 5. Ref. 22.

Sup. contento in hac Ref. lege doctrinam præcedentis Ref. alia 3 § 2. vsque fine dictæ Ref. & alterius & §. eius annotationum.

§. 1. REspondeo affirmatiuè, & ita docet Naldus *in summa ver. clausura, n. 1.* vbi sic ait. Non omnis habitatio Regularium constituit claustrum, aut monasterium, vt patet in Infirmariis aut in locis, in quibus hospitij, vel negotiorum causa degunt aliquot Regulares, vel etiam in monasteriis adhuc in fieri existentibus, & propterea nec ibi erit violatio clausuræ In minimo autem violata clausura excusatur à mortali, puta ingressus ad duos pedes, & statim regrediens, non violaret illam.

2. Sed hæc non admittit in totum Homobonus de Bonis *in consult. moral. tom. 1. p. 4. resp. 61.* Quando enim vtroque pede, & toto corpore ingressus est, etiamsi ad vnum, vel duos tantùm palmos ianuam introierit, hic enim clausuram perfectè violauit, cùm sit completa transgressionis ratio; secus si vno tantùm pede sit ingressus. Et ideò Sanchez *in summa, tom. 1. l. 6. c. 16. n. 70.* ita asserit. Infertur transgredientes clausura modico ingressu excusari à culpa lethali, & à censuris in transgressores latis, quia modicum ab his excusare solet. Sic Graffius *1. part. decis. lib. 4. cap. 2. num. 25.* quòd quidem verissimum est. Atque eadem ratione idem dicendum de modico Sanctimonialis egressu ex clausura, hoc autem modicum existimat Graffius, quando duos solos pedes esset intra portæ clausuram, atque idem decerct de ingressu; sed id non credo, quia cùm hic sit verus intra clausuram ingressus, vel ex ea egressus, sufficiens est ad culpam lethalem, & censuras incurrendas, nec modicum reputatur, quando perfecta transgressionis ratio in illo reperitur. Vnde optimè dixit Lælius Zechius *in casib. reser. cas. 10. n. 1.* consistentem in solo ostio suo intra claustra subiici his censuris Idque probatur: quia stans in ostio censetur esse in domo, & incurrit pœnas ingredientis domum, vt tradunt Bart. *l. 1. §. hoc interdictum n. vnic. ff. de cloacis* Bald. *vlt. paulò post princ. ver. hic adde, ff. si ex testam.* Alexand *cons. 137. n. 14. vol. 2.* vbi & alios refert. Ias. *l. plerique n. 20. limit. 4. ff. de in ius vocando,* & idem Ias. *in l. exteris, §. hoc senatusconsu. n. 11. ff. de leg. 1.* quare modicum in hoc ingressu, & egressu existimarē, quando hæc nō sunt perfecta, & consummata sed semiplena, quia nimirum pars corporis est intrà, pars autem extrà, neo aliquid refert, an maior corporis pars sit intrà, aut extrà, dum enim totum corpus est intrà, aut extrà, non sunt perfecti ingressus, & egressus; vt culpæ lethali, & censuris subdantur. Quamobrem nec censerem comprehendi eum qui est in ostio, quia ostium est partim intra; partim extra clausuram. Huc vsque Sanchez, cui tandem adde Lopez de Texeda *in contr. tom. 1. l. 2. tr. 1. contr. 14. dub. 1. n. 9.* hæc asserentem: Neque etiam clausuram violare cēseri debent Moniales, quæ exeuntes cum medio corpore vno pede posito cum corporis medietate extra locum à Pontifice pro clausura determinatum, retinendo tamen alterum intra illum cum altera corporis medietate, quia terminus clausuræ Monialibus determinatus à Pontifice non physicè, nec metaphysicè, sed moraliter accipiendus est. Vide etiam Antonium Fernandez *in instruct. Confess. p. 2. c. 5. n. 13.* & Rodriq. *in quæst. reg. tom. 1. q. 49. art. 7.*

Et pro ingressu, contento à lin. 3. huius §. Sed hæc in tom. 5. tr. 1. ex Ref. 83. lege doctrinam §. verum, vsque ad § vlt. exclusiue, & signanter in §. Remanet, & in alio §. posito in annot. prædicti §. verum.

5. Sed non desinam hic adnotare sententiam nostri amicissimi Patris Naldi ex parte approbare Merollam *tom. 1. disp. 1. c. 2. diffic. 7. n. 50.* nempe esse modicum ingressum: quando per duos solos pedes quis esset intra portæ clausuram, quia licèt ille sit verus, & perfectus ingressus, tamen est in parua materia, sicut quamuis furtum vnius argentei sit verum, ac perfectum furtum, non tamen sufficiens est ad peccatum mortale, & incurrendas censuras latas contra furantes. Hoc tamen limitatem vt intelligatur; quando cum eo modico ingressu coniungetur paruitas moræ intra monasterium; secus verò si mora esset diuturna: seu notabilis, & hoc quod diximus de violantibus clausuram Monialium modico ingressu, dicendū est etiā de fœminis ingredientibus claustra Religiosorum, quando ingressus est modicus, modo explicato, & de monialibus violātibus clausuram modico egressu, quia militat eadem ratio.

RESOL. CCCXL.

Alicubi visa est Monialis super tegulas Monasterij, quæsierunt à me per literas, an fregerit clausuram? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 88.

§. 1. ET respondi negatiuè, adducēdo casū in terminis, vt dici solet, terminātibus, apud Lopez de Texeda

Sup. hoc in tom. 5. tr. 1.

Ref. 13 §. Sed quid, Sed lege eam à principio.

Texeda in controuers. moral. tom. 1 lib. 2. controu. 14. dub. 8. n me. 9. vbi sic ait. Moniales supra tecti Monasterij tegulas ascendentes clausuram violare non dicuntur, dummodo locus ille, ad quem perueniunt, non sit extra clausuram Monasterij locatus, sed perpendiculariter illam respiciens, Ita ille. Et pro confirmatione huius sententiæ, tunc etiam addixi doctrinam Doctorum communiter asserentium, quòd qui inuentus est super tegulas Ecclesiæ, dicitur inuentus in ipsa Ecclesia, & ideo gaudet immunitate.

Sup. hoc in tom. 9 tr. 1. late in Ref 10. §. Quod autem. & in alijs eius not.

RESOL. CCCXLI.

An Monialis, quæ in marem erumpit sit obliganda, vt intret in Religionem virorum?

Et postquam è Monasterio fuerit eiecta, an poterit sine vllo scrupulo matrimonium inire, vel si velit sacros Ordines suscipere? Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. Ref. 49.

Sup. hoc infra in tit. ex latissima doctrina eius vnicæ Ref si gnanter in § quod firmatur, ad medium.

§. 1. DE hoc casu hoc anno interrogatus fui Neapoli, vbi rumor aderat accidisse, sed falsò, accidit tamen nostris temporibus in Hispania, & affirmatiuam sententiam mordicus tenet Laurentius de Portel *in dubiis reg. l. verb. Professio Hermaphroditi, in casu cuiusdam professionis, num.* 4. quia professio istius fuit valida in Conuentu Monialium cum tribus votis solemnibus. Ergo tenetur ad illa seruanda, & Ecclesia obligans illam ad intrandum Monasterium virorum, non obligat illam ad rem difficiliorem, imò ad faciliorem, quàm antea promisit. Multas alias rationes addducit Portel pro hac firmanda sententia, quæ videri possunt, a ili illum & non pigebit.

2. Verùm ego contrariæ sententiæ tamquam probabiliori adhæreo, quam nouissimè docuit Texeda *in contro. mor. d. lib. 1. tr. ct. 1. contr. 8. dub. 1. num* 18. vbi sic ait. Existimo hanc fœminæ professionem esse inualidam; & idem declaratum fuit in simili casu, qui in nostra contigit Hispania, quia illa fœmina non est professa, nisi in quantum vera fœmina, nec Prælatus sub alia ratione ei contulit professionem, & tamquam vera fœmina ipsa professa est; & iuxta hanc rationem habuit intentionem profitend, & non aliter. Ergo cùm erumpente natura facta est vir, professio redditur nulla, & ideo talis fœmina è Monasterio eiicienda est, tamquam omnino libera à votis essentialibus emissis, quæ proinde ad nuptias transire potest. ac si nullam emisisset professionem. Ita ille. Et hoc seruatum fuisse in Hispania testatur etiam eruditus Torreblanca *in practicab. lib. 1. cap. 11. num.* 13. vbi sic asserit. De alia Moniali sancti Dominici in ciuitate de Vbeda, oriunda ex oppido de Sabiote dicta Magdalena Mugnoz, apud nos adhuc recens memoria est post septem annos professionis suæ ex fœmina in marem conuersa, quæ è Monasterio expulsa virilem habitum sumpsit, & non solùm mentum, sed barbæ eruptæ sunt, dictúsque fuit Franciscus Mugnoz, quem ego Granatæ patrocinatus sum in causa stupri, in qua fœmina querebatur ab eo per violentiam cognitam fuisse & impregnatam. Hæc Torreblanca. Igitur si casus occurrerit, postquam dicta Monialis in marem versa fuerit è Monasterio eiecta, poterit sine vllo scrupulo matrimonium inire, vel si velit sacros Ordines suscipere: & hoc vltimum probat etiam Portel *loco citato, num.* 10. quia nullum subest impedimentum, quin possit ad Ordines promoueri, cùm si verè mas, vt suppono, & cessauerit illud impedimentum fœminei sexus.

Sup. hoc pro susceptione Ordinum in tom. 5 tr. 5. Ref 61 § Hoc supposito. & seqq. Sed lege eam à principio, & in tom. 4. tr. 8. Ref. 112. §. At quid.

RESOL. CCCXLII.

An Moniales vti possint priuilegiis concessis viris Religiosis sui Ordinis?

Et quid, si non subsint dictis Religiosis?

Et an Moniales gaudeant etiam priuilegiis illius Religionis sub cuius gubernatione viuunt, etiam si sint diuersi Ordinis vt Moniales Sapientiæ Neapoli, quæ sunt sub cura Theatinorum, & tamen sint Ordinis S. Dominici, an ista priuilegiis Theatinorum fruantur?

Et an, & quomodo Moniales subiectæ immediatè Ordinario illi possunt priuilegiis, ad quorum vsum ex tenore concessionis requiritur ministerium Prælati Regularis, cui alias deberent esse subiectæ, eiusmodi, v. g. est priuilegium dispensandi, absoluendi, &c.? Ex p. 10. tr. 13. & Misc. 3. Ref. 24.

§. 1. RESpondeo affirmatiuè quoad primum; si ea adaptari possint ipsis Monialibus, & in concessione priuilegij non dicatur ea concedi viris, aut masculis Religiosis. Ita Suarez *lib.* 8. *de legibus, capite* 10. *numer.* 7. cum Rodriquez. *tom.* 1. *quæstion.* 13. *arti.* 21. aliisque. Et probatur; quia ex vna parte in dispositione fauorabili sub masculino nomine comprehenditur fœmininum in iis, quæ possunt fœminis accomodari, ex alia parte Moniales sunt verè Religiosæ, ideoque dispositio facta de Religiosis, etiam iis modo dicto suffragabitur. Dixi, & in concessione priuilegij non dicatur, &c. si enim id dicatur, tunc constat ex verbis concedentis Priuilegium non extendi ad Moniales, nisi necessitas aliud suadeat; quamquam aliter dicendum sit, attento priuilegio bullato Leonis X. quo absolutè conceditur Monialibus Fratrum Minorum, vt possint vti omnibus & singulis priuilegiis, & indultis spiritualibus, & temporalibus per ipsum Leonem ac Sedem Apostolicam ipsis Fratribus quomodolibet concessis, & concedendis perinde ac si ea ipsis Monialibus fuissent concessa: sicut videre est apud *Casarub. supra verb. Communicatio priui eg. num.* 18. ex quo fit, vt etiamsi in concessione priuilegij diceretur, viris Religiosis illud concedi, eo nihilominus gaudere possint Moniales, dummodo priuilegium sit ex iis quæ possint fœminis accommodari. Et hæc omnia docet Pellizzarius *in Man. Regu. ar. tom. 2. tract 8. cap. 1. sect. 4. num.* 71.

2. Sed difficultas est, an idem dicendum sit de Monialibus, quæ non subsunt iuri Regularium. Pro negatiua sententia Bordonus *in Consil io Regul rium, to. 2 reso n.* 52 *quæst* 24. adducit Portel, & Rodriquez, quibus ego addo Barbosam, *de iure Ecclesiastico lib.* 1. *cap.* 41. *num.* 217. & alios, quos citat, & sequitur Sanchez *in Summa, tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *numer.* 116. Sed ipse Bordonus *postea, num.* 69. affirmatiuam sententiam tenet; & ideo docet, quod dictæ Moniales, quandiu viuunt sub illo instituto, & ordine tandiu gaudent illius priuilegiis: sed per exemptionem à Superioribus Regularibus, & subiectionem Episcopis, aut per fundationem Monasterij sub iurisdictione Episcopi Moniales non desinunt esse sub instituto, & regula suæ Religionis, vt clarum est: ergo adhuc gaudent priuilegiis sui Ordinis, quamuis non sint subiecti Prælatis eiusdem Ordinis. Secundò, priuilegia conceduntur Monialibus absolutè propter earum merita, & vt Moniales talis Ordinis, licet ad instantiam quandoque alicuius Superioris Regularis: ergo quatenus Moniales manent, eiusdem Ordinis priuilegiis gaudent. Tertiò, ex dictis Bullis supracitatis, nonnullæ carent illis clausulis subiectionis regimini Regularium: ergo saltem ex hoc capite non amittunt sua priuilegia subiectæ Episcopis. Quartò, priuilegia perduntur morte, lapsu temporis, cessatione causæ, per non vsum, per contrarium vsum, per abusum, renuntiatione, & reuocatione, vt communiter docent Doctores cum suis limitationibus: sed per translationem

translationem Monialium à cura Regularium ad regimen Episcoporum nullo ex præallegatis modis perduntur priuilegia: ergo neque per mutationem Superiorum; cùm hæc sit quid extrinsecum ad priuilegia petenda. Et hanc sententiam Bordoni satis probabilem esse puto; & præter illum tenet Castrus Palaus, *tom.1.tract.3.disput.4 punct.2.§.9.num.* 4. Pasqualigus, *decis.* 1:8. *de celebratione Missarum*, Pellizzarius *vbi supra num.* 1. & Cespedes *de Exemptione Regularium, cap.*23.*dub.*344.*num.*3.qui *num.*4. ex Pasqualigo ampliat hanc doctrinam, & dicit Moniales gaudere etiam priuilegiis illius Religionis, sub cuius gubernatione, & cura viuunt; etiamsi sint diuersi Ordinis: Exemplum sit de Monialibus Sapientiæ Neapoli, quæ sunt sub cura meæ Religionis, & tamen sunt Ordinis S. Dominici: Istæ Theatinorum priuilegiis fruuntur; & hoc ob priuilegium, quod habent Fratres Minores, per quod Moniales sub eorum cura viuentes gaudent illorum priuilegiis, concessit hoc priuilegium Minoribus Bonifacius VIII. vt testatur Surdus, in Compendio *titulo Communicatio priuilegiorum, numero* 6. Insuper, vt notat acutus Pasqualigus etiam præciso priuilegio, Moniales sub cura Regularium viuentes sunt velut pars illius Religionis, sub cuius custodia, & cura viuunt, & sic gaudent illius priuilegiis.

3. Verùm cum Pellizzario *tractatu de Monialibus, cap.*9.*question.* 4. *num.* 3. quæro an, & quo modo Moniales immediatè subiectæ Ordinario, vti possint priuilegiis, ad quorum vsum, ex tenore concessionis requiritur ministerium prælati Regularis, cui aliàs deberent esse subditæ: cuiusmodi verbi gratia est priuilegium dispensandi, absoluendi, &c. Respondetur, posse vti, si in tenore concessionis habeatur præfata priuilegia suffragari Regularibus per ministerium proprij Prælati, abstrahendo quod Prælatus sit Regularis, aut non Regularis; cùm enim Ordinarius sit proprius Prælatus Monialium non exemptarum, in dicto tenore concessionis venit nomine Prælati: secus, si in tenore concessionis supponatur priuilegia suffragari Religiosis per Ministerium Prælati Regularis; sic quippe Ordinarius respectu Monialium non exemptarum dici non potest venire nomine Prælati Regularis, cum verè non sit regularis.

RESOL. CCCXLIII.

An liceat Generalibus Religionum excipere confessiones Monialium, sibi subiectarum absque Episcopi licentia?

Et quid de Confessionibus sæcularium?

Idem est de inferioribus Prælatis Regularibus.

Et an saltem vigore Cruciatæ, vel Iubilæi possint Generales, & alij Prælati Regularium, absque approbatione Episcopi excipere confessiones sæcularium?

Et an quando in Iubilæo dicitur, quod Confessarij debent esse approbati à locorum Ordinariis, non possint Religiosi confiteri cum approbatis à Prælato Regulari, vt lucrentur Iubilæum? Exp.10.tr.14.& Misc.4.Ref.8. alias 6.

Quoad hoc ac deletas legere doctrinam Ref. seq.

§. 1. INterrogatus de hoc casu, negatiuè respondi, sic noster Pater Generalis non potest excipere confessiones Monialium Monasterij Sapientiæ, absque deputatione Archiepiscopi Neapolitani: & ideo, teste Gauanto *in Manuali Episcoporum, verb. Manualium cura spiritualis, post num.*39 *in Addit.* facta Congregatio die 13. Nouembris 1617. declarauit, non licere Generali audire confessiones Monialium sui Ordinis, sine deputatione speciali Episcopi. Et ita hanc sententiam tenet etiam Bordonus *in Consiliis Regularium tom.*1.*resol.*5.*quæst.* 1.*num.* 1. & nouissimè Paulus Squillante *tract. de obligationibus & priuilegiis Episcoporum, part.* 3. *cap.* 39. *num.* 17. & Nouarius *in Summa Bullarum, tom.*2.*Rubr.de Exemptorum priuilegiis num.*30.

2. Nota etiam hîc obiter, non solùm inferiores Prælatos Regularium, sed etiam Generales, non posse excipere confessiones Sæcularium absque Ordinarij probatione: vt patet penes Leandrum, *de Sacram, tom.* 1. *tractat.* 5. *disp.* 11. *question.* 63. quicquid in contrarium tanquam probabile videatur admittere noster Pater Cespedes *de Exemptione Regular. cap.* 6. *numer.* 14. Sed quoad Generalem, Bordonus *vbi suprà, tom.* 1. *resol.* 80. *question.* 9. *numer.* 18. putat, illos quoad confessiones sæcularium approbandos esse sine examine quia idoneitas præsumitur includi in eminentia Officij Generalatus; at hæc ratio mihi non placet; nam maior idoneitas præsumi debet in publicis professoribus sacræ Theologiæ, verbi gratia Salmanticensibus, Complutensibus, Sorbonistis, Louaniensibus, &c. quam in Generalibus Religionum; & tamen illi subiiciendi sunt approbationi, & examini Episcoporum: ergo & isti; vt rectè vult Leandrus *vbi suprà*. Sup. hoc lege doctrinã Ref. & §§. not. seq.

3. Sed Pater Cespedes *vbi suprà, cap.* 23. *dub.* 346. *num.* 4. probabilem putat sententiam Doctorum asserentium, Prælatos regulares sine approbatione Episcopi posse audire confessiones sæcularium, & etiam post hæc scripta inuenio doctum Patrem Martinum de San Ioseph, *in Monita Confessariorum, tom.* 1. *lib.*1. *tract.* 24. *de Pœnit. num.* 19. admittere tanquam probabilem opinionem asserentem, posse omnes Prælatos regulares excipere confessiones sæcularium absque Episcopi approbatione; & quia eius verba nimis grata erunt, vt reor, hîc per extensum apponam; Sic itaque ait: [Los Prelados Regulares, segun comun opinion, no pueden confessar seglares, sin la aprobacion de los Obispos. Con todo esso me parece probable la opinion contraria de Henriquez, *de Indulgent. cap.* 12. *num.* 3. *in glossa, littera R.* citans Mancium, Medinam, & Bañez, Ioann. Valer. *in different. vtriusque fori, verb. Nullitas, difficult.* 5. *num.* 3. y de otros, y entre ellos el Maestro Gallo, que afirman, que los tales Prelados tienen de su parte vno de los requisitos del Concilio, que es ser Curas de almas, y añade Valero, que communmente los Prelados son mas dignos en letras, y costumbres que los Curas Paroquiales, y que assi se satisfaze à la mente del Concilio, que buscò idoneidad para confessar. Lleuò pesadamente Manrique, este cotejo, y comparacion, y responde en la question citada, que los Curas de tal manera resplandecen regularmente en letras, y costumbres, que no necessitan de otra aprobacion, y que se conocen Prelados regulares con manchas de falta de letras, y costumbres, y que muchas vezes son elector por afectos de amistad de carne, y sangre, à que colerico añade; que si los Curas cojen entre manos el libro de las diferencias de Valero, le hallaran tambien con manchas, y faltes de consideracion, y en la misma question, *num.* 8. dize que se engañò Valero, no solamente en materia de Derechos, sino tambien en la de Sacramentos: y *numer.* 2. que no ay que marauillar, que los Regulares modernos, que escriuen, o imprimen quieran escurecer cosa tan clara, por fauorecer à sus Prelados, y *num.*3. que disputar della, es cosa superflua, y verguençosa. Todas estas proposiciones y respuesta, son muy escusadas, en libros impressos de hombres graues. Dize que es opinion probable, y esso por principios intrinsecos, y extrinsecos. Es probable por razon; porque aunque los Prelados, no tienen Beneficio Paroquial, en rigor de

Sup hoc sup. in Ref. 69. §. Tertium, & §. vlt. & in ref. 87. & in tom. 1. tr. 3. Ref. 24. §. 1. Ref. 89. §. Quintus casus, & in to. 4. tr. 3. Ref. 20. § vlt. & ibi in tr. 4. Ref. 6. §. 1. ad medium, à vers. Deinde.

de la palabra, Beneficio, se vè que en lo sustancial le tienen, pues son Curas de almas, y largo modo los comprehendio el Concilio, el quas atendio mas à la idoneidad para las Confessiones, que al sentido material de palabras, y la ley se ha de estender ò restringir iuxta limites rationis eiusdem legis, que es la de la idoncidad, *argument. m legis cum Pat. r. § Dulcissimis ff. de legat. 2. & lege A ... c. Quamuis ff. de iure patron. capite S ggestum, capite Meminimus* cum eis annotatis à Panormitano ab aliis recepto *de appellatione*, de mas de que, verborum vsui plus statur, quam verborum significationi § *fin & ibi additio, margin. leg. Non aliter. ff. de legatione* 3. Y siendo los Prelados, y los Parrocos Curas de almas, se deuen entender las palabras del Concilio secundum propriam interpretationem, & non secundum modum rigorosum loquendi. *lege si ita vu ner. tus. § 1. in principio. ff. ad legem Aquiliam.* y si las palabras del Concilio dixeran absolutamente que eluyen a los Prelados regulares, aunque son Curas de almas, no se admitiera interpretacion, pues, Vbi casus est in iure expressus, nulla est dubitatio *lege Ancilla. 11. & ibi addit. margin. Codice de furtis, & lege Illam. Codice de collatio.* No habla el Concilio con la charidad dicha. Y aqui entra la interpretacion, que en casos semejantes la pueden dar los iurisprudentes, *lege Cùm hic status. 33. §. Si ambo, & ibi addit. margin. ff. de donatione inter virum & vxo-* porque, lex promulgata ad vnum casum, non excludit casum similem glossa *in lege cum Prator. verb. Videtur ff. de Iudiciis*, quam dicit celebrem Socinus *rubr. de acquir. hered. num.* 4. y es comun,

4. Por principios extrinsecos se prueba esta opinion con la authoridade varones grauissimos, que la han tenido, y entre ellos los Padres Maestros Mancio, Fray Bartolome de Medina; y Fray Domingo Bañez Catedraticos de la Catedra de prima de Theologia de la Vniuersidad de Salamanca, y que Medina, y Bañez dieron gran luz à la Theologia Escolastica con sus escritos. El Maestro Gallo tuuo tal credito en la Orden de nuestro Padre santo Domingo, que los hombres mas doctos de aquella sagrada Religion refieren, y aprueban sus opiniones, haziendo dellas la estima que es razon. Hallose en el Concilio Tridentino, y percibio la mante de los Padres quanto al decreto, sobre que es la question. El Padre Henriquez de la Compañia de Iesus, que escribio con gran luzimiento, y prouecho sobre la materia de Sacramentos, y sobre otras; y con todo esso Manrique no haze caso de la autoridad de hombres tan grandes, como se ve en la question citada. Respondamos aora à sus argumentos, no porque yo no tengo la opinion comun de Suarez, &c. por mas probable, sino para que se vea, que no la prueba Manrique con la firmeza que el piensa, y que la contraria no carece de probabilidad. Ita ille; qui postea respondet ad omnia argumenta Manriquez.] Sed ego his non obstantibus, non recedo à sententia negatiua, quam olim docui, & me citato docet Leandrus *vbi supra*, & me etiam citato tenet Georgius Gobat *de Iubilæo duplici, capite 31. quæstione 84. numero 231. in fine* & alij, quos citat Leandrus, asserentes, nec Generale, nec alios Prælatos Regularium posse audire Confessiones Sæcularium absque approbatione Episcopi.

Docuit in omnibus Ref. & §§. not. præteritæ.

5. Verùm, an saltem virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi possint Generales, & alij Prælati Regularium absque approbatione Episcopi recipere Confessiones Sæcularium alibi probabiliter cum Bossio, & aliis affirmatiuè respondi: nunc verò negatiuæ sententiæ adhæreo, quam nouissimè tenetur doctus, & amicissimus Quintanadueñas *de Iubilæo duorum hebdomadarum capite 10. num. 1.* vbi sic air: Vn Religioso no puede elegir en este Iubileo vn Confessor aprobado en su Religion, però no del Obispo, pues el iubileo dize, que esten aprobados à locorum Ordinariis; y mucho menos podra vn seglar eligir el aprobado solo por el Superior de la Religion, aunque sea el General no puede ser en virtud deste Iubileo eligido, ni de sus subditos, ni de los Seglares, sino esta aprobado per el Ordinario. Ita ille, qui citat Rodriquez, Fagundez, Tamburinum, & Lugum.

Alibi pro Iubilæó late in tom. 4. tr. 4. Ref. 6. & pro Iubilæo, & Cruciata etiá late din alia Ref. eius primæ annot.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 4. Ref. 9. §. Non desinam. Sed lege etiam alias Ref. eius primæ not.

RESOL. CCCXLIV.

An Prælati Regulares Monialium possint, audire earum confessiones absque præuia approbatione Episcopi?

Et quid, si prædicti Prælati habeant generalem approbationem pro Diœcesi ab Ordinario?

Et an Prælatus Regularis Moniali sibi subiectæ immediate possit independenter ab Ordinario assignare Patrem spiritualem siue eiusdem, siue alterius Ordinis Religiosum, vel etiam Sacerdotem sæcularem, cui illa extra Sacramentum Pœnitentiæ manifestet suam conscientiam ad effectum, vt ab eo in via Dei dirigatur, sine periculo errandi?

Et cursim infertur Declarationes Cardinalium approbatas à Pontifice habere vim legis. Ex p. 9. tr 6. & Misc. 1. Ref. 48. alias 49.

§. 1. RESpondeo negatiuè ex vigore Constitutionis Gregorij XV. cum Pellizario *tract. 2. de Mon. c. 10. sect 3 n. 166* licèt olim possent & ipsi eas audire, & alios approbare ad illas audiendas; stante declaratione Sacræ Congregationis Concilij, in qua additur, Confessiones à dictis Prælatis auditas, sine præuia approbatione esse nullas, & irritas.

Quoad hoc lege doctrinam § 1. Ref. præteritæ, & signanter sup. hoc in fine Ref. seq. & infra ex Ref. 346. vide §. quin vero. & ex Ref. 348. §. Superiores Regulares.

2. Vnde vide, an sit admittendus Quintanadueñas *tom. 1. tr. 3. sing. 25. n. 7.* vbi sic ait: [Nihilominus non improbabile forsan erit, Prælatos regulares habentes generalem approbationem pro Diœcesi ab Ordinario, noua non indigere ad audiendas Confessiones Monialium sibi subditarum: cùm hoc expresè non prohibeatur in Bulla Pontificis, & consuetudo ab Episcopis cognita, iandiu, ac modò vigeat; ex qua, præsumpta saltem; specialis hæc licentia colligitur, illisque, vtpote in Prælatorum munere constitutis, ab Episcopis meritò concedi sapientes existimabunt: cùm ab eis etiam harum Monialium Confessores assignentur. Nec Congregationis declaratio vim legis habet, etiamsi approbata à Pontifice, cùm ab ipso eius obseruatio non præcipiatur. Secùs iudicandum circa Confessiones Monialium Episcopo subditarum.] Ita ille.

3. Ad id verò quod ipse asserit, declarationem Cardinalium approbatam à Pontifice, non habere vim legis, nisi ab ipso eius obseruantia præcipiatur; positiuè mihi displicet: nam est contra praxim, neque talis conditio apponitur in Decreto Vrbani VIII. & ad summum Doctores requirunt, vt dictæ declarationes emanauerint facto verbo cum Sanctissimo; nec requirunt, vt ipse eorum obseruantiam præcipiat.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. Ref. 21. 22. 23. & 24. & latissime in his & aliis earum annotationum.

4. Nota verò, quòd stando in prima opinione, non sequitur, (vt obseruat Pellizzarius *loco citato*,) quin Prælatus regularis Moniali sibi immediatè subiectæ possit independenter ab Ordinario assignare Patrem spiritualem, siue eiusdem, siue alterius Ordinis Religiosum, vel etiam Sacerdotem sæcularem; cui illa, extra Pœnitentiæ Sacramentum, manifestet suam conscientiam, ad effectum, vt ab eo in via Dei dirigatur sine periculo errandi. Ducor, quòd ante Bullam Gregorij XV. id potuisset facere Prælatus regularis & per dictam Bullam ei solùm sublata est facultas approbandi Confessarium pro Monialibus sibi immediatè

diatè subiectis, quod vtique est quid diuersum ab hoc quòd est designare Patrem spiritualem, cui extra Sacramentum manifestetur modo dicto conscientia: à diuersis autem non fit illatio.

RESOL. CCCXLV.

An Confessarius Monialium Regularibus subiectarum sit ab Episcopo approbandus?

Et an Prelati Regulares absque Ordinarij approbatione audire non possint Confessiones Monialium sibi respectiuè subiectarum?

Et notatur ad audiendas confessiones Monialium modo non sufficere, quod Sacerdos siue Regularis siue secularis sit generaliter approbatus ab Episcopo ad Confessiones secularium personarum audiendas, sed egere quoad hoc speciali approbatione.

Et Congregatio Cardinalium declarauit Regularem approbatum ab Episcopo ad audiendas confessiones Monialium vnius Monasterij, nequaquam censeri approbatum ad audiendas confessiones Monialium alterius Monasterij.

Etiamque notatur Episcopos posse assignare Confessarium Monialibus, quæ subiiciuntur Regularibus, si nulla ratione induci possint, vt confiteantur de peccatis apud suos Regulares. Ex p.9.tr.8.& Misc.3.Res.51.

Supt. hoc in Res.seq.& infra in Resol. 348. §.Et notat. & supra in Res.335.§.1. cursim ad medium vers. Secundo declaratio.

§.1. NEgatiuè respondet Fragosus *de regim Reip. Christ tom.2.part.2 lib.8.disp.18.§ 8.n.7.* vbi sic ait: Nullam iurisdictionem potest Episcopus sibi assumere ex Decreto Concil. Tridentini in Confessarios Monialium, quæ subduntur Regularibus, Armendar, *in addit.ad recopil.legum Nauarræ.lib.2.tit.18. l.7. de Relig.n.98.* sufficitque si Confessarij examinantur à suis Superioribus ad excipiendas Confessiones Monialium, provt vult Azorius *Instit.mor l.p.1.lib.13. cap.9.q.2. vers. Quæres an Confessarij* & Sorbus *in suis annot.ad Compendium. Mendicantium. verb. Moniales, vers. Quid præter.* Sub lens Confessores ordinarios ad Confessiones Monialium, quæ non sunt subiectæ Episcopo, esse approbandos à superiore Ordinis; id tamen restringit Campanil. *in diuers.r.Iur.Canon.rubr. 12.c.16.n.53.* in casu, de quo ipse testatur declarationem Sacræ Congregationis, quæ censuit, ex authoritate Decreti Concilij Tridentini. *sess.25.c.20.de Reg.* posse Episcopum assignare Confessorem Monialibus, quæ subiiciuntur Regularibus; si nulla ratione possunt induci, vt confiteantur de peccatis apud Regulares suos. Ita Fragosus.

Sup. has assignatione inf. in Res.348.in fine vers. obseruat.

2. Sed hodie prorsus ejus sententia reiicienda est, eò quòd, quamuis ante Constitutionem Gregorij XV. editam 5 Februarij 1622. quæ incipit, Inscrutabili, Confessarij quidem Monialium locorum Ordinariis subiectarum deberent approbari ab ipsis Ordinariis, Confessarij verò Monialium subiectarum Regularibus à Prælatis propriæ Religionis tanquam Ordinariis ipsarum monialium: in præsentia tamen omnes Confessarij tam ordinarij, quàm extraordinarij quarumcumque Monialium, etiam Regularibus subiectarum, debent approbari ab Ordinario loci: idque ex citata Constitutione Gregorij XV. quæ quoad hoc habet: Confessores verò siue Regulares, siue Sæculares, quomodocumque exempti, tam ordinarij, quàm extraordinarij, ad Confessiones Monialium, etiam Regularibus subiectarum audiendas, nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Diœcesano idonei iudicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant. Vbi notandum ad audiendas Confessiones monialium modò non sufficere, quòd Sacerdos, siue Regularis, siue sæcularis, sit generaliter approbatus ab Episcopo ad confessiones personarum sæcularium audiendas; sed egere quoad hoc speciali approbatione: idque ex declaratione sacræ Congregationis Concilij; quæ etiam declarauit Regularem approbatum ab Episcopo ad audiendas confessiones Monialium vnius monasterij nequaquam censeri approbatum ad audiendas Confessiones Monialium alterius monasterij; vt videre est *tom 4. Bullarij post Const tit.18.* Gregorij XV. Verum tamen est, quod Confessarij Monialium exemptarum, tam ordinarij, quàm extraordinarij præsentari debent à propriis Prælatis Regularibus, ad effectum, vt modo dicto approbentur ab Ordinario, vnde infert Tamburinus *d isp t.16. de Iure Abbatiss.quæst.3.num.3.* non subsistere quod ait Naldus *ver. Monial 1.num.2.* Monialibus etiam exemptis, assignandum esse Confessarium extraordinarium ab Episcopo loci: siquidem, teste Zipæo *lib.3.de iure Pontificio nouo, num.3.* extat in contrarium quædam declaratio Sacræ Congregationis, quia decisum est huiusmodi assignationem faciendam à Prælato regulari, cuius iurisdictioni subsunt dictæ Moniales, licet aliàs indigeant approbari ab Ordinario, vt iam dictum est. Quin vigore citatæ Constitutionis Greg.XV. neque ipsi Prælati regulares absque Ordinarij approbatione audire possunt Confessiones monialium sibi respectiuè subiectarum: cùm olim possent & ipsi illas audire, & alios approbare ad illas audiendas. Ita declarauit Sacra Congreg. Concilij vbi suprà, addens Confessiones à dictis Prælatis auditas sine præfata approbatione esse nullas, & irritas. Et hæc omnia docet Pater Pellizarius *tr.de monial.c.10.sect.3.n.164.* & alij communiter.

Supt. hoc in Resol. seq. §. vbi notandũ. & infra in Resol.348 §. Regulares generaliter. & pro sequentibus vsque annot. seq. in Res 1. huius not. in §. vbi & seq. & in Res.2 in §.Et notat. & §. Regularem.

Supr. hoc in Res. præterita, & lege alium §. eius primæ not & in Res seq §. Quin vigore. & infra in Resol.349. §. Superiores.

RESOL. CCCXLVI.

An Regulares possint independenter ab Episcopis excipere Confessiones Monialium ipsis Regularibus subiectarum? Et quid super hoc de ipsis Prælatis Regularibus? Ex p.11. tr.2.& Misc.2.Res.28.

Sup. hoc in Res.præterita & in aliis eius primæ not.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Bruno *de priuil.Reg. tr.1.c.5.proposit.4.* vbi sic ait; Confessarius Monialium Regularibus subditarum independenter ab Ordinariis, eorumdémque examine, instituitur, constitúitque eisdem facultatibus in easdem, quibus Confessarius Regularis in Regulares.

2. Hæc veritas, quoad primam partem probatur; quoniam cum Moniales sint ab Ordinariorum iurisdictione exemptæ, ab illo quoque actu iurisdictionis exemptæ sunt; ad eum pertinente, quia in ipsas plena iurisdictione lætatur; sed nullus ea potitur, nisi earumdem Prælatus: ergo non potest ab Ordinariis huiusmodi Confessarius institui, sed à Prælato, & quoad hoc nulla apparet difficultas; sed tantum quoad examen, quod tamen ad eos nullatenus spectat, determinante Pio V. Bulla *Etsi Mendicantium*, dum sic pronunciat, Confessores verò Monialium, quæ degunt sub cura Regulariũ ab Ordinario examinari nolumus.

3. Varius autem est modus institutionis illius Confessarij pro diuersitate Constitutionum cuiuslibet Ordinis. In Minoritana enim familia, in Capitulis Cõgregationibus Prouincialibus à definitorio instituitur amouendus tamen ab eodem definitorio, ac etiam cum opus est, à solo Prouinciali. Facultates verò illius sunt eædem cum facultatibus Confessarij Regularis erga Regulares, eiusque facultates sunt iuris Ordinarij, cum illi ex Constitutionibus Ordinis concedantur, ac propterea non possunt illas arctare Superiores, nisi eisdem à Constitutionibus prædictis concedatur.

4. Facultates autem illæ multæ sunt quædam enim forum animæ dumtaxat respiciunt, aliæ administrationem Sacramentorum, aliæ absolutionem à censuris, &

dispensationem super pœnis, sententiis, votis, & iuramentis; & denique in earumdem Monasteria ingressum. De illis omnibus, excepto prædicto ingressu, nihil occurrit dicendum, quidquid enim dictum est de Confessario Regulari in Regulares, illud etiam dictum habeas de eodem Regulari in Moniales; communicat enim hic in priuilegiis cum alio: imò aliquid amplius habet in Ordine Minoritarum, vt declarauit Capitulum Generale Albiense, teste Roderico *tom. 1. qq. RR q. 19. art. 2.* hoc statuto, Vniuersi Confessores Monialium nostræ familiæ habeant præsenti decreto semper actiuam auctoritatem Prælatorum super Moniales quoad casus, & sententias habeantque similiter Guardiani, ac Vicarij Guardianorum in eorum absentia. Quibus manifestè constat Confessarium Monialium habere iure ordinario facultatem absoluendi, & dispensandi in casibus, & sententiis in prædicto Ordine reseruatis. Ita Bruno; cui adde Sorbum *in suis annotat. ad Compend. Mendic. verb. Moniales*, Azor. *part. 1. lib. 13 cap. 9. q. 2.* & Campanil. *in diuersor. iur. Canon. lib. 16. rubr. 12. n. 53.*

5. Sed hi scripserunt ante Bullam Gregorij XV. quod non fecit Pater Bruno, & ideò contra illum assero, quod quamuis ante Constitutionem Gregorij XV. editam 5. Februarij 1622. quæ incipit, *inscrutabili*, Confessarij quidem Monialium locorum Ordinariis subiectarum deberent approbari ab ipsis Ordinariis; Confessarij verò Monialium subiectarum Regularibus à Prælatis propriæ Religionis, tanquam Ordinariis ipsarum Monialium: in præsenti tamen omnes confessarij tam ordinarij, quam extraordinarij quarumcunque Monialium, etiam Regularibus subiectarum, debent approbari ab ordinario loci: idque ex citata Constitutione Gregorij XV. quæ quoad hoc sic habet, Confessores verò siue Regulares, siue sæculares, quomodocunque exempti, tam ordinarij, quam extraordinarij ad confessiones Monialium, etiā Regularibus subiectarum, audiendas, nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Diœcesano idonei iudicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant.

Sup. hoc in Ref. præterita § 2. ante medium, vers. vbi. & infra in Ref. 348. § Regulares.

6. Vbi notandum, ad audiendas confessiones Monialium modo non sufficere, quod sacerdos siue Regularis, siue sæcularis, sit generaliter approbatus ab Episcopo ad confessiones personarum sæcularium audiendas, sed egere quoad hoc speciali approbatione: idque ex declaratione Sacræ Congregationis Concilij, quæ etiam declarauit Regularem approbatum ab Episcopo ad audiendas confessiones Monialium vnius Monasterij, nequaquam censeri approbatum ad audiendas confessiones Monialium alterius Monasterij, vt videre est *in tom. 4. Bullarij post Const. 18. Greg. XV.*

Sup. hoc in Ref. 1. not. præteritæ §. 2. ad medium, & in Ref. 2 §. Regularem. Et pro contento in hoc §. Verum tamen in §. 2. not. præteritę post medium, à vers. Verum tamē, & infra in Ref. 348. §. 21 notat.

7. Verumtamen est, quod confessarij Monialium exemptarum tam ordinarij, quam extraordinarij præsentari debent à propriis Prælatis Regularibus, ad effectum vt modo dicto approbentur ab ordinario: Vnde infert Tamburinus *n. 16. de iure Abbatissarum, q. 3. n. 3.* non subsistere, quod ait Nald. *verb. Monial. n. 2.* monialibus etiam exemptis assignandum esse Confessarium extraordinarium ab Episcopo loci: siquidem teste Zipeol. *3. de iure Pontificio nouo n. 3.* extat in contrarium quædam declaratio Sacræ Cong. qua decisum est huiusmodi assignationem faciendam à Prælato Regulari, cuius iurisdictioni subsunt dictæ Moniales, licet aliàs indigeant approbari ab ordinario, vt iam dictum est.

Sup. hoc supra in Ref. 344. & 345. prope finem vers. quin vigore & infra in Ref. 348. §. superiores.

8. Quin vigore citatæ Constitutionis Greg. XV. neque ipsi Prælati Regulares absque ordinarij approbatione audire possunt confessiones Monialium sibi respectiuè subiectarum: cum olim possent, & ipsi illos audire, & alios approbare ad illas audiendas. Ita declarauit Sacra Congregatio Concilij, vbi supra, addens confessiones à dictis Prælatis auditas sine præfata approbatione, esse nullas, & irritas. Et hæc omnia docet Pellizzarius *de Monialibus cap. 10. sect. 3. subsect. 1. quæst. 11. n. 163.* Tamburinus *de iur. Abbatissarum d. 16. quæst. 2. num. 3.* Bordonus *in Consil. Reg. tr. 1. res. 5. num. 1. & alij.*

9. Notandum est tamen, Doctores Hispanos asserere supradicta nō procedere in Regnis Hispaniarum, Vnde Nicolaus Brauus *in tract. Monast. cap. 2. num. 12.* sic ait, Neque etiam obstat Constitutio quædam Gregorij XV. quæ incipit, *Inscrutabili, &c.* expedita anno 1622. circa gubernium Monialium, & deputationem Confessorum, diuersimode valdè disponens. Nam ob ingentia incommoda inde emergentia; atque etiam instante Rege Hispaniarum Philippo IV. suspensa fuit omnino eius exequutio ab Vrbano VIII. anno 1625. & suspensionis effectus commissus Illust. Nuntio Hispaniæ Iulio Saccheto, à quo tunc solemniter, & iuridicè facta est Matriti die 21. Aprilis eiusdem anni, cuius authenticum instrumentum habuimus, quia & prædictæ causæ Religionis nomine, inter alios Prælatos, iisdem tempore, & loco aliquam gessimus partem, dum Abbatis munere fungeretur in nostro Matriti cœnobio. Hucusque Brauus.

10. Sed vt verum fatear, inuenio Leandrum Doctorem Hispanum, & qui in Hispania scripsit *tom. 1. ad Sacram tract. 5. disp. 11. q. 46.* adducere Constitutionem Gregorij XV. tamquā in Hispania existentem in vigore, & nullam facere mentionem de supplicatione Regis quam supra adducit Brauus; & ideo me remitto veritati, & praxi Hispaniæ. Vide etiam contra Brunum præter Doctores citatos, Bossium *de Iubilæo sectione 3. casu 2. §. 3. n. 74.*

RESOL. CCCXLVII.

An Confessarius Regularis Monasterij Monialium, vt ingrediatur in casibus necessariis intra eius septa egeat non solum licentia sui Prælati, sed etiam Episcopi?

Et notatur, quod declaratio secunda Sacræ Congregationis contenta in textu huius Resolutionis non comprehendit Superiores Regulares, quia ibi in casibus necessariis authoritate propria, & officio sine vlla Episcoporum licentia possunt ingredi septa Monialium, sed tantum loquitur de Confessariis, seu aliis ministris. Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. Ref. 43. alias 42.

§. 1. Communiter Doctores asserunt, facultatem ingrediendi Monasteria Monialium Regularibus subiectarum ad earum Prælatos superiores spectare, non autem ad Episcopum, vel eius Vicarium.

2. Probatur hæc opinio, quia illorum est, hanc licentiam, & facultatem concedere, quorum est clausuram Monialibus indicere, & quorum est Moniales ad clausuram cogere, sed indicere clausuram monialibus, & cogere illas ad eam est eorum, qui præsunt, vt colligitur apertè ex cap. *Periculoso*, §. *vltimo, de statu regular. in 6.* ibi, Patriarchis, Primaribus, Archiepiscopis, & Episcopis mandamus, quatenus eorum quilibet in Ciuitate, ac Diœcesi propria in Monasteriis Monialium, sibi ordinario iure subiectis, sua in his verò, quæ ad Romanam immediatè spectant Ecclesiam, Sedis Apostolicæ authoritate: Abbates verò, & alij tam exempti, quam non exempti Prælati Ecclesiarum, Monasteriorum, & Ordinum quorumcumque in Monasteriis huiusmodi sibi subiectis, de Monialibus includendis, quam commode poterunt, prouidere procurent, ergo facultatem ingrediendi Monasteria Monialium in casibus

sibus necessitatis concedere valent, & debent Generales, Prouinciales, & Prælati Conuentuum in Monasteriis, quæ Regularibus subiecta sunt.

3. Probatur secundò, hæc opinio ex verbis Concilij Tridentini, *sess.25.c.5.* requirentis disiunctiuè, Episcopi, vel Superioris licentiam, ibi, sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta: Et infrà, dare autem Episcopus, vel Superior licentiam debet in casibus necessariis, non quasi vellet Episcopum, vel Regularem Prælatum in quælibet Monasteria potestate gaudere concedendi has licentias, sed Episcopum in Monasteria sibi, vel Sedi Apostolicæ subiecta, Regularem verò Prælatum in Monasteria suæ iurisdictionis. Alioqui eodem modo dici posset, Regularis Prælati licentiam sufficere in Monasterio, & Episcopi, quia etiam ibi posset applicari disiunctiua lectio. Sicut ergo ibi nihil potest Prælatis, quia non est ibi Superior, &c. debet intelligi respectiuè; ita Episcopus ex vi Concilij nihil potest in hac parte circa illa Monasteria sibi non subiecta, quia disiunctiua illa debet intelligi cum partitione accomoda, aliàs posset Episcopus concedere hanc licentiam, renuente Prælato Religionis, quod est contra debitum ordinem, supposita exemptione, quam Concilium in hac parte tollere noluit, nam ideò addidit illam particulam, vel Superioris. Per quam etiam significauit, non esse satis esse Episcopum, nisi sit Superior Monasterij ad hanc licentiam dandam, è contrario verò, Superiorem sufficere, vt declaratum est. Confirmatur, nam consilij mentem declarauit apertissimè Pius in sua Constitutione; Etsi Mendicantium Ordines anno 1567. 17. Kalend. Iunias Pontif. ann. 2. Cúmque, inquit §. 7. inhonestum sit, quemlibet in alienam messem falcem iniicere, cúmque monialium monasteria, non nisi de Episcopi, vel Superioris licentia, & in casibus necessariis aliquis ingredi præsumat *in sess. 25. cap. 5.* prohibetur; hoc tantum in illis monasteriis locum habere volumus, quæ Ordinariis ipsis pleno iure subsunt: in quibus casibus necessariis ipsi dare licentiam possint, non tamen in aliis monasteriis. Pergit deinde prohibere Episcopis omnem omninò superioritatem, & iurisdictionem in eiusmodi monasteria, eorúmque Moniales. Quæ verba adeò clara sunt, vt nullo indigeant interprete: quare mirum non est si deinde Sacra Congregatio Cardinalium Tridentini Interpretum ita definierit, vt infrà videbimus. Vnde hanc sententiam ex Suarez, Sanchez, Nauarro, Barbosa, Bonacina, Azorio. Llamas, Rodriquez, Pepuino, & aliis docet Tamburinus *de iure Abbatissarum disput. 21. quæst. 1. numer. 4.* quibus ego addam plures alios, & in primis agmen ducant duo viri doctissimi, & amicissimi Reuerendissimus Candidus Magister Sacri Palatij *tom.2.d.sp.5. art.3.dist 1.* & Pater Lezana *in Summa, tom.2. verb. clausura. n.24.* Idem docet Gibalinus *de Clausura Sanctimonialium, disput. 1. capit. 4. §.3. numer. 6.* Pellizzarius *de Monialibus. cap.5. sect.3. quæst.32. numer.146.* Antonellus *tract. de Regim. Eccles. Episc. tom.2. lib.7. cap.5. num.10.* Ventriglia *in praxi, titul. de clausura Monialium, annot.5. §.2. n.17.* Campanili *in diuers. Iur. can. Rubr.12. cap.16. numer.31.* Eligius Bassæus *in floribus Theolog. ver. clausura. n.9.* Hieronymus Rodriquez, *in Compend. resol. 26. num.8.* Villalobos *in Summa tom.2. tract.35. difficult.46. n.3.* Castrus Palaus *tom.3. tr.16. disp.4. n.10. §.2. n.1.* Et ita supradicti Doctores testantur declarasse sacram Congregationem sub his verbis: Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum censuit, licentias ingrediendi intra septa Monialium ex vera tantùm necessitate concedendas, quoad monasteria Regularibus subiecta, pertinere tantùm ad ipsos Superiores Regulares. Et ego testor, hanc declarationem typis impressam vidisse Romæ in Typographia Camerali sub anno 161., & dicitur emanasse à Sacra Congregatione Episcoporum sub die 29. Iunij 1596. vt patet apud Bellarminum *in sess.25.c.5. Concil. Trident.*

4. His tamen non obstantibus, dicendum videtur, licentiam ingrediendi Monasteria Monialium Regularibus subiectarum, dandam esse ab Episcopo, & à Superiore monasterij, & ita tradit nouissimè Pax Iordanus *in var. Elucubrat. tom 2. libr.7. titu.12. num.43.* & Gauantus *verb. Monialium clausura in addit. n.1.* stante alia declaratione eiusdem Congregationis Cardinalium sub die 13. Nouembris 1610. facto verbo cum Sanctissimo, tenoris sequentis, sacra Congregatio facultate sibi à Sanctissimo attributa, statuit & decreuit, vt deinceps intra huiusmodi septa nemo ingredi audeat, nisi licentiæ in casibus necessariis concedendæ, nedum à Superioribus Regularibus dictorum Monasteriorum, sed etiam à locorum Ordinariis obtentæ fuerint, non obstantibus quibuscumque contrariis legibus, statutis, consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

5. Quid ego sentiam dicam breuiter. Prima declaratio Sacræ Congregationis videtur mihi magis conformis verbis Concilij, & Bullæ Pij V. ac validissimis rationibus, & communi calculo Doctorum firmata. Verùm quia secunda declaratio emanauit ex facultate Pontificis, non audeo ab illa discedere, licet Regulares asserant, vltimam hanc declarationem non fuisse vsu receptam: Sed hæc responsio Romæ non admittitur per ea, quæ alibi adnotaui. Nota verò, quod dicta vltima declaratio de 1610. non comprehendit Superiores Regulares, quia tantùm loquitur de Confessariis, seu aliis ministris; & ideò isti in casibus necessariis ingrediuntur intra septa Monasterij & officio, & auctoritate propria, sine vlla Episcoporũ licentia, & ita hîc Romæ practicatur, vt testati sunt mihi Patres Domicani, & de Obseruantia. Et hoc latè probauit suis diebus in quodam Responso noster doctus, & amicissimus Pater Verricelli.

RESOL. CCCXLVIII.

An Episcopi, vel Monialium Superiores possint vltra tertiam vicem concedere Monialibus subditis Confessarium extraordinarium?

Et an Superiores Regularium non possint suis Monialibus deputare Confessarios ordinarios, nisi prius sint ab Episcopo approbati?

Sed difficultas est, an tempore Iubilæi Moniales possint sine licentia Episcopi vel Superioris Regularis confiteri cum quocumque Sacerdote approbato?

Et an Episcopus possit dare Confessorem Monialibus subiectis Regularibus, quæ nulla ratione induci possunt, vt suis Regularibus peccata confiteantur?

Et aliquæ Declarationes Congregationis Concilij adducuntur pro aliis diuersis casibus & Confessariis Monialium.

Ex p.6. tr.8. Misc.3. Res.28.

§. 1. De hoc casu olim interrogatus fui, & negatiuè videtur respondendum ex Gauanto *in Manuali Episc. verb. Monialium cura spiritual. 5,* vbi refert decisum Confessarios extraordinarios non esse assignandos pro particulari Moniali, sed in communi; & Leo Zambellus *in Repertorio Morali verb. Monialis, num.21.* sic ait. Non potest Prælatus assignare particulari Moniali particularem Confessarium extraordinarium, quia omnes debent stare communi. Sed his non obstantibus affirmatiuæ sententiæ adhæret nouissimè Franciscus Bordonus in Consiliis Regularium *resp.5. q.11. n.11.* quia in Decreto Concilij Tridentini *sess.25 cap.10.* nulla continetur prohibitio, sed tantùm

præceptio

præceptio per quam Superiores Monialibus etiam non petentibus Confessarium extraordinarium offerre tenentur bis aut ter in anno. Ergo illum possunt offerre vltra tertiam vicem. Adde quod prohibitum non censetur, quod non reperitur expresse tale; imò concessum censetur quod non est expressè prohibitum. Et tale Decretum fuit editum fauore Monialium, vt ne interdum formidantes Confessario ordinario confiteri, sacrilegas confessiones efficerēt, & ideo cum sit fauorabile, extendendum erit vltra tertiam vicem. Multas alias rationes pro sua firmanda sententia adducit Bordonus *vbi supra*, qui respondet ad auctoritatem Gauanti; nempè illam declarationem esse intelligendam de designatione plurali, hoc est, accedendi pluries ad eundem Confessarium extraordinarium distinctis vicibus.

Supr. hoc supra in Resol. 345.& 346.& pro parte in Ref.1. huius annot. §. 2. post medium vers. vbi notandum & in Ref. 2. §. Verum tamen. Et Resolutio citata ad lin. 4.huius §.Sed difficultas, inuenietur in tom. 4. tr. 4. Ref.10. & ibi etiam in Resol.11.

2. Et notat post Constitutionem Greg.XV. *Inscrutabili, & 1. D to die 5. Februarij* 1622. Superiores Regulares suis Monialibus non amplius deputare Confessarios Ordinarios, siue extraordinarios nisi prius sint ab Episcopo approbati.

3. Sed difficultas est, an tempore Iubilæi Moniales possint sine licentia Episcopi vel Superioris Regularis confiteri cum quocumque Sacerdote approbato. Faustus, & Alphonsus de Leone quos *in 3. part.4 ref.* 154. adduxi mordicus negat. Verum me citato aduersus illos nouissimé insurgit Franciscus Bordon. *vbi suprà, in Consi iis Regularium, ref.34.num.*53. vbi docet posse Moniales validè eligere sibi Confessarium, qui proinde eas absoluat, iuxta præscriptum Iubilæi, neque ad hoc indigere licentia aut speciali approbatione Episcopi pro audiendis Monialibus. Tum quia non sunt deterioris conditionis reliquis fidelibus & illis hoc priuilegium æquè communicatur, & prorsus eodem modo, ac cæteris fidelibus. Tum quia viri Religiosi non egent huiusmodi licentia, ex probatis §. *Primum*; ergo neque Moniales. Tum quia in iis quæ à iure, seu à iuris legislatore conceduntur, non requiritur Episcopi licentia, inquit Graff. *tom.1 ref.8. de voto, n 6. per c. duo*, 19 *q.2.* Tum quia sine licentia adsunt omnia requisita, nempè approbatio Episcopi, & iurisdictio à Papa ex vi electionis delegata. Tum demum, quia ratio dubitandi non habet locum hîc, sed solùm pro Confessionibus ordinariis, vel extraordinariis, iuxta *c.10. sess.25.* vbi sermo est de Confessariis ordinariis, & extraordinariis, qui bis, aut ter in anno illis offeruntur, quæ non possunt cadere in electionem Confessarij tempore Iubilæi; vnde in Constitutione Greg.XV. & in Concilio fit mentio de Confessariis deputandis, non autem de electione eorum, quod est diuersum, nam deputatio respicit Superiores, electio ipsas Moniales, ergo cum ex diuersis non fiat illatio, secundum vulgata iura, firmum sit, quod possint eligere Confessarium tempore Iubilæi, & absolui independenter à suis Prælatis supradictis.

Et quia in hac resolutione incidit sermo de Confessariis Monialium, non desinam hîc apponere aliquas Declarationes Congregationis Concilij, facto verbo cum Sanctissimo editas anno 1623. tenoris sequentis.

Cōfessores extraordinarios Monialium nullatenus posse post Constitutionem illarum confessiones audire, nisi prius ab Episcopo Diœcesano idonei iudicentur, & approbentur ordinarios verò Confessores ante constitutionis publicationem deputatos posse durante triennio ab eorum deputatione inchoando pergere in Confessionibus Sanctimonialium audiendis, absque alio examine, & approbatione Episcopi. Quod si contingat, vt eorum facultas à Sede Apostolica vltra triennium prorogetur, tunc debere eos ab Episcopo examinari, & approbari.

Superiores Regulares electos, seu deputatos ante ipsius constitutionis deputationem, quibus alioquin facultas competebat audiendi Confessiones Monialium sibi subiectarum, posse durante eorum officio pergere sine alia Episcopi approbatione in Confessionibus audiendis illarũ tantum quæ sponte, ac proprio motu id ab eis petierint. At verò eos, qui post constitutionem eligentur, aut quoquo modo deputabuntur, vel qui in eorum Officiis, seu dignitatibus, expleto iam tempore à constitutionibus cuiusque Ordinis vel aliàs legitimè præfinito, ad illud tempus confirmabuntur, nequaquam posse Sanctimonialium Confessiones audire, nisi prius à Diœcesano Episcopo idonei iudicati, atque approbati fuerint. Supr. hoc supra in Resol. 344. & in Ref.345. prope finem vers. Quin vigore, & in Ref.346. §. Quin vigore, &c.

Regulares generaliter ab Episcopo approbatos ad Confessiones personarum sæcularium nequaquam censeri approbatos ad audiendas Confessiones Monialium sibi subiectarum, sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione. Supr. hoc in Resol.2. not. præteritæ §. 2. & in Ref. 3. §. vbi

Regularem ad audiendas Confessiones Monialium vnius Monasterij ab Episcopo approbatum minimè posse audire Confessiones Monialium alterius Monasterij. Et pro contento in hoc §. Regularem in §. 1. not. præteritæ, ad medium, & in fine §.2.

Confessores extraordinarios semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium Confessiones pro vna vice audiendas haud posse pluries in vim approbationis eiusmodi illarum Confessiones audire, sed ab Episcopo toties esse approbandos, quoties casus deputationis contigerit.

Episcopum cui licèt ex rationabili causa iuxta dictam constitutionem Superiores Regulares admonere, vt amoueant Confessores Monialium, atque administratores bonorum ad earundem Monialium Monasteria pertinentium iisque Superioribus id facere detrectantibus, habétque facultatem prædictos Confessores, & administratores amouendi quoties, & quando opus esse iudicauerit, non teneri eiusmodi causam significare Superioribus Regularibus, sed hoc relinqui arbitrio, & prudentia Episcoporum, quorum conscientiam Sacra Congregatio serio onerauit.

4. Hucusque Declarationes Sacræ Congregationis, quas inuenies apud Riccium *tom.4. decis.*244. & apud Barbosam in Concilium Tridentinum *sess.*25 *cap.* 10. vbi *num.* 5. obseruat fuisse decisum posse Episcopum dare Confessorem Monialibus subiectis Regularibus, quæ nulla ratione induci possunt, vt suis Regularibus peccata confiteantur, quod etiam testatur Campanili *in diuers. iuris Canon. rubr.*12. *cap.*16. *n.*5. Supr. hoc supra in Resol. 345. §. 1. cursim in fine.

RESOL. CCCXLIX.

Quædam Monialis infirma obtinuit licentiam confitendi cum quodam Confessario Regulari, dubitatum fuit tunc, an potuisset ingredi cum socio, & si finita confessione an statim debeat egredi?

Difficultas vero est, quanam mora dicatur breuis, vt quis in tali casu intra Monasterium immorando non dicatur peccare contra Clausuram? Ex p.3. tr.2. Ref.51.

§. 1. Licet Superior illius Religiosi noluit, vt cum socio ingrederetur, tamen ego tunc probabiliter censui potuisse cum socio ingredi, quia decentia postulat, vt Religiosi numquam soli incedant, & ita docet Sanchez *in sum. tom.*2 *lib.*6. *c.*16. *n.*46. & innuit Miranda *de Monialibus q.*2. *art.*17. *sub fine*, & hoc licentia Vicarij Generalis non adest mentio de socio, sufficit enim ad hoc licentia explicita ipsi Sacerdoti concessa, nam hæc etiam ad socium extenditur. Scio contrariam sententiam docere Bonacinam *tr. de clausura, q.*4. *punct.*4. *n.*4. Quia ait ille, non dedecet Confessarium claustra Monasterij ingredi, socio ad ianuam remanente, sicut non dedecet Religiosum in vno cubiculo negotium cum Principe agere, socio illum ad Palatij ianuam expectante. Sed ego puto esse disparem rationem inter vtrumque casum, vt omnibus patet, non nego tamen opinionem Bonacinæ probabilem esse. Supr. hoc in tom. 3. tr. 6. ex lata doctrina Resol. 65. paulo post initium, & vers. secunda quæstio, & in fine §. 2.

2. Ad

2. Ad secundam dubitationem respondeo, statim debere egredi, & peccare mortaliter aliter faciendo, nisi breui spatio immoretur, paruitas enim materiæ, etiam in hoc, à mortali excusat. Imo Sanchez *n.60.* Molfesius *in sum.tr.7.cap.10.num.42.* Rodriquez *in qq. Regul.tom.1.quæst.47.art.1.* Miranda *q.2.de Monialibus, art.2.* & alij, non solum à mortali, verum etiam à veniali excusant breuiter immorantem; vt si causa curiositatis aliquantisper in visendis officinis immoretur. Difficultas est, quænam mora dicatur breuis, vt quis in tali casu intra Monasterium immorando, non dicatur peccare contra clausuram. Villalobos *in sum. tom.2.tr.35.diff.49.n.1.* sic asserit. [El Señor Don Fr. Antonio Treio Obispo de Cartagena, quando fue General de nuestra Orden declarò, que se tuuiesse por poco tiempo in quarto de hora.] Igitur secundum Villalobos, si Confessarius in tali casu immoraretur in Monasterio per quadrantem horæ, non peccaret contra clausuram, semotis tamen aliis prauis circumstantiis, vel fine malo.

Sup. hoc spatio in §§.not. & seq.

Sup. hoc supra in Ref. 244 §. finitis. & in alio §. eius not. & magis late in tom.5.tr.1. lege doctrinam Res. 91. & 92.

RESOL. CCCL.

An Moniales Turris Speculatorum Romæ existentium sint Religiosæ, & eorum vota sint solemnia?

Et an dictæ Moniales, si contraherent matrimonium quamuis peccarent, validè tamen contraherent?

Et infertur, quod si recedant à Monasterio non sunt Apostatæ, & his non obstantibus, gaudent priuilegiis Canonis, & fori & exemptione gabellarum. Ex p.8.tr.7. & Misc. Res. 88.

§.1. DE hoc casu interrogatus fui à viro pio, & docto Andrea Victorello, nec suæ affirmatiuæ opinioni adhærere potui; nam eorum ordo viuendi non fuit approbatus à Summis Pontificibus, tanquam religio, sed tanquam bonum, & nimis laudabile institutum, & eorum vota sunt simplicia; hinc dictæ Moniales si contraherent matrimonium, peccarent, validè tamen contraherent: nam votum castitatis quod emittunt, non est solemne, sed simplex. Infertur etiam *secundò*, si recedant à Monasterio, non sunt Apostatæ, quia non sunt Religiosæ. Et ita ex Nauarro docet P. Sanctarellus *tr. de Apost.tr.3. dub.1.n.5.* P.M. Candidus *de recto Regim.Sanct.disp.5 art.5.dub.3.* Ricciullus *de iure person.lib.8.c.2.n.7.* Bonacina *q.2.de clausura.punct.11.§.1.n.3.*

2. *Notandum* est tamen hîc obiter dictas Moniales Turris Speculorum gaudere priuilegio fori, & Canonis, & exemptione gabellarum, quia licèt non sint, vt diximus, Religiosæ, sunt tamen personæ Ecclesiasticæ, viuentes in communi, & sub obedientia. Ergo, &c.

RESOL. CCCLI.

An Sorores Tertiariæ possint à Sacerdotibus suarum Religionum in articu o mortis sumere viaticum, & extremam vnctionem

Vbi multa de Tertiariis, vulgo dictis Bizochæ proponuntur in textu huius Resolutionis, pro illarum sepultura, & casibus ab Episcopo reseruatis. & etiam pro reseruatis à Prælatis Regularium, an comprehendant illas, & pro priuilegiis fori, & Canonis. Ex part.6.tract.8.& Misc.3. Resolut. 30.

§. I. OLim poterant ex priuilegio Sixti IV. nunc verò est eis interdictum, vt obseruat R. Magister Theodorus Stratius Generalis Ordinis Carmelitani meritissimus *in opusc. de Tertiariis, c.9.* vnde visum est mihi hîc per extensum apponere Epistolam Sacræ Congregationis directam ad Episcopum Modenæ tenoris sequentis.

Illustr. & M. Reu. come Fratello.

Hauendo Monsign. mio Eminentiss. Card. Cesarino riferto nella S.Cong. quanto V.S. hà passato con li frati dell'Ordine di S. Agostino del finale di cotestà Diocese in materia del Predicatore della Quaresima, e circa la Terziaria del medesimo Ordine, che se n'è morta vltimamente. Questi Em. mei ss. dopo hauer maturamente considerate e discurse le ragioni de dotte per l'vna e l'altra parte, hanno risoluto quanto al primo non esser stato lecito al frate di quella Religione predicare nella Chiesa del suo Ord. dopo hauer domandata, e non ottenuta da V. S. la benedittione, mente expressamente li contradisse, & prohibi anco che non predicasse, e che poteua lei in questo caso procedere contro di lui, e punirlo con valersi della facoltà, che se nè dà à gli Ordinarij de Luoghi dalla Constitutione della fel. mem. di Gregorio XV. De exemptorum priuileg. E quanto al secundo articulo della Terziaria sono stati similmente di parere non hauer potuto li frati del Conuento sud. in vigore di qualsiuoglia priuilegio dell' Ord. loro amministrarle i Sacramenti della Communione per Viatico, & Extrema vnctione, ne meno au dare à leuare id Cadauero di Casa processionalmente, senza interuento; ò licenza del proprio Parocho; essendo, queste funtioni proprie de Curati, à quali in ogni tempo, mà in questo più che in ogn'altro s'aspetta il ricognoscere, aiutare, & hauer pensiero particulare dell' Anime commerse alla loro Cura, massima che la Terziaria, ancor che fossi professa, non era claustrale, mà habitaua in Casa propria dentro à i limiti della Parochia di quel Curato. Onde per dare à V. S. & à cotesto popolo la sodisfattione che si conueniene s'o dato ordine qui al Procuratore Generale della med. Religione, che debba far venire da lei il Prouinciale di Romagna ad humiliarsele, e mostrarle quelli ossequij di reuerenza, e di rispetto, che hanno tralasciato di vsare li suoi frati, nelli Casi predetti, mentre non si puol far venire il frate med. che predicò per la lontananza del luogo, doue hoggi si troua; Ripromettandosi all'incontro l'Eminenze loro, che ella lo riceuerà benignamente, e trattera seco con quella Charità, e piaceuolezza, che suole essere propria del Padre, e Pastore: Il che li significo per ordine della S. Congregatione, accio sappia le risolutioni che si sono prese, el modo, come s'haurà da gouernare in questo Caso, e negli altri che porsono succederli per l'auuenire: Dio la prosperi. Di Roma li 17. Giugno 1639. Di V.S. Ill e M.Reu. Aff. come fratello, Il Cardin. S. Honofrio; l'Arciuesc. di Tebe Secretario]

2. Circa sepulturam verò supradictarum Tertiariarum in casibus occurrentibus Parochi, & Superiores Religionum recognoscant declarationes Sacræ Congregationis appositas à Iulio Lauorio *in suis elucubrationibus variis, titul. 2. cap. 11. num. 102. & 103.* Sed quia supradictus Reuerendissimus & amicissimus Pater Stratius multa curiosa asserit circa dictas Tertiarias, & Codex non ita facilè inuenitur, non desinam hîc per extensum apponere, sic enim asserit *vbi supra.* Et quia reseruare casus est actus iurisdictionis spiritualis, & propterea Episcopus non potest reseruare casus, nisi quoad suos subditos, vt tradit etiam Concil. Trident *sess.14 cap. 7.* cum nostræ Tertiariæ sint exemptæ à iurisdictione Ordinarij, videtur consequenter dicendum, quòd casus reseruati ab Ordinario quoad illas minimè sint reseruati, & quòd propterea Sacerdotes nostri modo sint approbati

ab

ab Ordinario ad audiendas Confessiones sæcularium, possint eas ab illis absoluere, sicut possunt absoluere fratres nostros, cum hoc solùm discrimine quod non est necesse, vt Confessores fratrum sint approbati à suo Superiore, vt patet ex citato cap. 7. Concilij.

3. Addimus quòd qua ratione Ordinarius loci potest quoad subditos suæ iurisdictioni spirituali aliquos casus reseruare; videtur dicendum, quòd cum Tertiariæ nostræ subditæ sint iurisdictioni spirituali Prælatorum nostri Ordinis, possint nostri Prælati aliquos casus quoad illas, vt quoad suos fratres reseruare.

4. Denique quoad casus Papales non censemus improbabile, quòd possint nostræ Tertiariæ à Prælatis nostri Ordinis ab omnibus peccatis, criminibus, & excessibus, ac etiam censuris, & pœnis Sedi Apostolicæ reseruatis (exceptis contentis in Bulla Cœnæ Domini) vt possint (saltem in foro conscientiæ) vt ipsi fratres absoluit.

Sup. hoc cursim in Ref. 1. not seq §. 1. prope finem vers. tamen inversum.

5. Non sine etiam ratione affirmare possumus, quod Prælati nostri valeant vota sororum Tertij nostri Ordinis commutare, quia hoc spectat ad potestatem iurisdictionis, quam habet Prælatus super illas, & ob eandem rationem, quod possint etiam cum illis dispensare in omnibus votis simplicibus ab ipsis factis, in quibus possunt cum suis subditis dispensare Episcopi: nam & illi habent iurisdictionem quasi Episcopalem. Arbitramur quoque quòd possint eorum vota irritare, tollendo obligationem, & ratio est, quia, ob votum Obedientiæ earum voluntas subiecta est voluntati Superioris Religionis, quod quidem dici nequit de Tertiariis aliorum Ordinum, quæ non emittunt votum Obedientiæ. Nec obstat, si quis dicat, quòd Prælati ideo possunt vota fratrum sibi subditorum irritare, quia ipsi emittunt votum solemne obedientiæ sorores autem Tertiariæ tantummodo votum simplex, quia secundùm Doctores votum solemne, & votum simplex sunt eiusdem speciei, nec differunt inter se, nisi accidentali differentia.

6. Nec caret probabilitate, quod dicunt nonnulli Doctores, Tertiarias scilicet gaudere priuilegio Canonis, *Si quis suadente Diabolo*; ita vt si quis suadente Diabolo eas percusserit in sententiam excommunicationis ipso facto incurrat; licèt enim non sint verè, & propriè Religiosæ, multum tamen participant de statu Religioso, Religiosæque personæ vocantur à Nicolao V. Constitutione citata in primo cap. súntque personæ Deo dicatæ per votum Castitatis, & Obedientiæ, ac deferunt habitum Religiosum; & conformari potest à simili, nam etiam Nouitij, quamuis non sint verè Religiosi, nihilominus priuilegio Canonis gaudent. Quare Illustrissimus & Reuerendissimus Dominus Prosper Fagnanus, qui per multos fuit annos Secretarius Congregationis, tum Concilij, tum Episcoporum, & Regularium, à nobis consultus, in hanc nostram sententiam inclinauit. Hucusque Stratius; quæ omnia ex eius mente dicta esse volo. Et nota quòd loquitur de Tertiariis viuentibus in propriis, vel parentum domibus; cum voto tamen Castitatis virginalis, vel vidualis emisso, prout solent, Vide Bordonum *in Consiliis Regularium, resol.* 28. *n.* 19. vbi me citato docet supradictas gaudere priuilegio fori, quod ego docui *in p. 1. tr. 2. resol.* 84 Et docet Stratius *vbi suprà*, sed an gaudeant priuilegio Canonis ipse vt visum est affirmat, negat autem Bordonus. Vide etiam Ægidium Trullench *in Decalogum, tom. 2. l. 7. c. 17. dub.* 12. *n.* 14. vbi non solùm asserit dictas Tertiarias vulgo Beatas, seu Bizocchas, quæ cælibem vitam in propria domo sub voto emiserunt, gaudere priuilegio fori, sed etiam tenet me piè, & probabiliter docuisse posse consequi legatum relictum pro monachatu.

Quæ hic est in tom. 9. tract. 1. Resolut. 175. & in Resol. 176. §. vlt. in principio.

Sup. hoc legato in Resol. seq. &c.

RESOL. CCCLII.

An legatum factum pro Monachatu, possit dari mulieribus vulgo dictis Bizochæ, *quæ cælibem vitam in propria domo sub voto emiserunt*? Ex p. 3. tr. addit. Res. 28.

§. 1. Hic casus frequenter accidit, & ego *in p. 1. tr. 2. resolut.* 84. affirmatiuam sententiam docui, quam postea à multis doctis Iurisconsultis in praxi libenter admissam fuisse scio, & illam, me citato, docet etiam nouissimè Ioannes Maria Nouarius *in noua editione de elect. fori, sect. 1. q. 66. n. 16.* vbi sic ait *Hodie Tertiarias, quæ castam & cælibem vitam sub expresso voto in habitu traducunt, posse consequi legatum relictum pro monachatu, non obstante quod viuant in propriis domibus, vtique dicendum est, & ita tutantur Riccius & Diana.* Sic ille.

Quę nunc est in tom. 9. tr. 1. Res. 175. §. vlt. & in Resol. 176. §. vlt. in fine Res. præterita cursim.

TRACTA

TRACTATVS SECVNDVS.

DE

CINGVLO MILITARI
pro Validitate Professionis Equitum Militensium.

RESOL. VNICA.

An professio N. emissa in Religione Hierosolymitana, non sumpto prius Ornamento Cinguli Militaris, fuerit inualida?

Et infertur, quod quando forma seruanda est in aliquo actu, si deficiat, actus est nullus, & corruit; & ideo forma specifice adimplenda est, & non per æquipollens.

Et quæritur, an in Religione Equitum Hierosolymitanorum sit de forma, vt Miles professionem emittens sit ornatus Cingulo Militari?

Et quæritur etiam, an verbum Oportet *ex sua natura importet necessitatem, & præceptum, vel tantum decentiam & consilium?*

Et quid de aliis verbis imperatiuis?

Et an forma censeatur inducta à Statuto, si aliquid præter ius commune contineat, vel mandet aliquid facere certo modo?

Et an quando lex desiderat actum cum aliqua qualitate non sufficiat facere actum absque illa qualitate, & ideo actus erit nullus?

Et probatur Decretum irritans inducere formam, ita vt actus aliter factus sit omnino nullus.

Et an omnis lex, quæ inducit solemnitatem aliquam, censenda sit, habere inclusam in se clausulam Decreti irritantis.

Et an actus corruat, quando defuit forma, etiam si non adsit Decretum irritans?

Et asseritur professionem esse nullam ex defectu formæ, etiam absque Decreto irritante.

Et docetur, quod si aliquis profitetur in aliqua Religione, & si professionem annullet, non tenetur postea votum simplicis Castitatis seruare.

Et probatur, quod quando consensus requiritur pro forma; si non currit ante, vel ipso actu, actus erit nullus, quamuis postea consensus sequatur, vt in alienatione rerum Ecclesiarum, & in licentia, & facultate testandi.

Et aduertitur, quod professionem nullam non ratificat exercens actus professorum, dum est ignarus causæ suæ professionis.

Et quod tunc valet professio tacita, quando à principio ex parte Religionis professio fuit valida, vt si quis v.g. emitteret professionem ex metu, vel sine voluntate profitendi; tunc tacita professio operatur, & non est opus noua acceptationis ex parte Religionis, secus vero si fuit inualida ex parte profitentis, & Religionis.

Et cursim docetur quod Statuta Religionis confirmata à Papa dicuntur Papalia propter illam Papæ confirmationem.

Et an si quis emitteret professionem in aliqua Religione sine vestibus consuetis, non proinde illa professio esset nulla?

Et docetur non omnes cæremonias præscriptas in acceptatione professionum Religiosorum esse de substantia valoris.

Et tandem quæritur, an quando dubium est, an forma inducta sit substantialis, vel accidentalis præsumi debeat substantialis? Ex part. 10. tract. 10. Resol. Vnica.

In qua continentur omnes istæ difficultates positæ pro titulo huius Resolutionis.

§. 1. ESPONDEO affirmatiuè, vtpotè emissa contra formam præscriptam à Statutis dictæ Religionis; nempè, Equitem oportere Professionem emittere cum Ornatu Cinguli Militaris. Et certum est, quòd quando forma seruanda est in aliquo actu, si deficiat, actus est nullus; vt patet *ex leg. Non dubium. Cod. de legibus. l. Mauius. l. Qui hæredi. ff. de Condit. & Demonstrat. l. Cum hi. §. Si Prætor. ff. de transact. l. 1. Cod. de Prædiis Decurionum lib. 10. leg. Constitutionibus in fin. ff. ad municip. l. Iulianus. §. Si quis ff. ad exhibendum. l. Præponebatur in fine ff. de Iudiciis. l. Seia. ff de auro, & argento legato. l. Si is, qui §. Quadam. ff. ad legem falcidiam.* & Glossa *in cap. Dilecta* vbi Panormitanus *num.* 4. Felinus, *num.* 6. *de Rescriptis*, & docet Amaja, *in lib. 10. C. tit.* 1. *l. 4. num.* 39. Rumelinus, *ad auream Bullam Caroli IV. p. 1. Dissert. 3. Thes. 6.* Reusnerus, *lib. 1. consil. 17. num.* 70. Pruchmannus, *lib. 2. consil. 18. num.* 83. Larrea *in Allegat. Fiscal. t. 1. Allegat. 29. n. 23. & t. 2. Allegat.* 110. *n.* 5. Valenzuela, *vol. 1. consil. 87. n.* 77. Castillo, *lib. 5. Contr. c. 116. n. 9. & seq.* Solorzanus *de Indiarum Iure t. 2. lib. 2. c. 26. n.* 40. Felicianus à Vega, *in Relect. ad cap. Dilecti. de Iudiciis n.* 14. Escobar, *de Ratiociniis c. 6. n.* 39. Guttierrez, *in Pract. QQ. lib. 3. q. 15. n.* 28. Themudo, *in Decis. Archiep. Vlyssipon. t. 1 decis.* 81. *§. 1. n. 14. & 15. & dec. 56. n. 8. & 10.* cum aliis quos ad satietatem adducit Ioseph. Vela, *in Dissert. Iuris Controuersi Senatus Hispalensis, t. 1. dissert. 21. n. 5.* & dixit centies Rota, præsertim nouissimè in vna Paduana feudi, die 11. Ianuarij 1627. coram Merlino. Et ratio est, quia sicut in Physicis, forma rei sublata, tollitur compositum, ita, & in moralibus, deficiente forma, corruit actus; & ideo forma specificè adimplenda est, & non per æquipollens; ex *l. 1. §. Opus nouum. ff. de non oper. nunc.*

Sup. hoc supra in tract. 1. Res. 159. per totam, & signanter à §. Probatur quarto.

Sup. hoc in tom. 9. tr. 2. Res. 137. §. Tàdem. post medium.

2. Tota ergo Difficultas in casu nostro consistit, an in Religione Equitum Hierosolymitanorum, sit de forma, vt miles Professionem emittens, sit ornatus Cingulo militari? Et affirmatiuè respondeo. Probatur primo; quia forma inducitur quoties à statuto additur necessitas aliquid faciendi. Ita docet Tiraquellus *de Retr. ligna. §. 39. glossa 2. num.* 25. Abbas & Berous, quos citat; & sequitur Farinacius, *in frag. Crim. par. 2. ver. lex. n.* 206. Quibus ego addo Esco-

bar, *tr. de Vtroque foro, art. 2. n. 4.* & Barbos. *Axioma.* 100. *n. 2.* cum Socino, *lib. 2. consf.* 85. *n. 2.* Sed in statuto religionis Hierosolymitanæ asseritur, esse necessarium, vt Miles, qui vult profiteri, sit ornatus Cingulo Militari; vt patet in *Rubrica Della Diuersione de' gradi de' fratelli f.* 12. Ergo dicta verba inducunt formam.

Sup. hoc verb. *Oportet*, in tom. 6. tr. 1. Ref. 53. Et tand. m. & in alio §. eius not. primæ.

3. Nec obstat dicere, quod verbum *Oportet* ex sui natura, non importat necessitatem, & præceptũ, sed decentiam, & consilium, vt docet cum aliis Sanchez, *in sum. t. 2. lib. 6. c. 4. n. 36.* Quibus ego addo Alphonsum de Castro, *lib. 1. de lege pen. c. 5. docum. 4.* & Merollam, *tom. 2. disp. 4. c. 3. n. 124.* Nam respondeo contrariam sententiam esse magis communem; vt patet ex DD. quos citat ipse Sanch. *vbi supr.* Quibus ego addo Bonacinam, *de leg. q. 1. punct. 7. §. 4. n. 9.* & Saytum *in Claui Regia, lib. 3. c. 7. n. 20.* Signorolum *consf. 83. n. 4. & 5.* Parisienf. *consf. 19. lib. 2.* Socinum Iuniorem *consf. 35. n. 7. vol 2.* Brunum *in tract. de forma tit. quando aliquid censeatur tradit. pro for. fol. mihi 34. concl. 4. post medium ver. & secundum:* & patet ex Iuribus, quæ Sanchez non affert, vt ex *Authen. de Iudiciis. §. Oportet. versf. necessario. collat. 6. leg. Si quando. Cod. Vnde vi. cap. Non oportet. 3. q. 8. cap. 1. de Præscriptionibus in 6.* in quibus Iuribus, verbum *Oportet*, importat necessitatem: Vnde dixit Gregor. XV. *decif. 23. n. 3.* hoc verbum excludere arbitrium, & includere necessitatem. Et recognoscant aduersarij nouissimè Io. Petrum Fontanellam *in Decisionibus Cathaloniæ, tom. 1. decif. 412. num. 10.* vbi signanter obseruat, verbum *Oportet*, ex se necessitatem importare: & citat Baldum *in leg. Cum oportet. in princ. Cod. de con. qua libe. & leg. 1. in princ. ff. de Iust. & Iure.* Itaque cum verba in proprio, & naturali significatu accipienda sint; vt patet ex *leg. non aliter in princ. ff. de legat. 3. leg. Labeo. §. 2. ff. de suppellect. legat. leg. Si quis ita. §. finali. ff. de legat. 2. leg. fideicommissum. ff. de Condit.* & docet Harpprechtus, *tom. 3. Instit. §. Alteri, de Iuuenilibus stipulat. num. 15.* Phœbus, *in Decif. Lusitaniæ. tom. 1. dec. 77. n. 14.* Mendez à Castro *in Praxi Lusitana lib. 3. c. 15.* Casanate, *consf. 45. n. 168.* Castillo *in Controu. lib. 4. cap. 39.* Valascus *in Axiomatibus Iuris, litera V. n. 37.* Vela *in Differ. Senatus Hispalẽsis, Differt. 1. n. 22.* Escobar *in Antologia aduersus* Amaiam, *n. 43.* & alij communiter. Vnde Solorzanus *de Indiarum Iure, t. 2. l. 2. c. 20. n. 45.* pro casu nostro rectè notauit, quod verba alicuius Statuti, semper debent sumi in propriori, & potiori significatu: quod patet, præter iura allegata *in c. Si quem de Sentent. Excomm. & in l. 1. §. in perpetuum. ff. de ager. vectigal.* ergo in Statuto de quo loquimur, verbum *Oportet*, dicendum est, contra aduersarios, necessitatem importare, & ideo præceptum, & non consilium inducere, ac proinde formam constituere.

Vel responde secundo: aliquos addere (vt obseruat Gratianus *in Discept. forens. t. 1. c. 146 num. 18.*) quod quando verbum *Oportet* inducat præceptum, vel consilium, iudicandum esse in ordine ad subiectam materiam, si sit leuis, vel grauis, vt de aliis verbis imperatiuis docet etiam Vasquez *in part. 2. dif. 159. capit. secundo, numer. decimo,* Angelus *ver. lex. num. 3.* Tabiena, *quæst. 28. num. 29.* Armilla, *num. 4.* Syluester, *ver. Præceptum, qu. 2.* & alij; sed in nostro casu subiecta materia, non est leuis sed grauissima, & maximi momenti, nempe ornatus Cinguli militaris, (vt infra demonstrabo:) ergo dicendum est, verbum *Oportet*, necessitatem inducere, & formam constituere. Adde quod Statutum tam Italicè, quam Latinè, vtitur verbo necesse est, quod vim habere maiorem videtur. Sed ego volui respondere argumento aduersariorum, qui vtuntur verbo *Oportet*.

Sup. his verbis imperatiuis in Ref. & § not. præterite & in aliis eius not. & signanter in tom. 6. tr. 1. Ref. 28. & in aliis multis eius primæ not.

4. Secundò probatur nostra Sententia, quia forma colligitur ex studiosa, ac vehementi animi statuentis applicatione circa obseruantiam modi in dispositione expressi; vt ex Bartolo, Panormitano, Boccacio, Tuscho, & Farinacio docet nouissimè eruditus Ioseph Vela, *in Differ. Iuris Controuersi Senatus Hispalensis, differ. 21. n. 35.* & Escobar, *tract. de vtroque foro, art. 2. n. 8.* Sed hæc studiosa, & vehemens animi statuentis applicatio circa obseruantiam ornatus Cinguli, clarè patet in Statuto, ibi: [Prima che pigli l'habito, e facci la professione, è necessario, che sia ornato del Cingulo della Militia.] *Et paulò infra:* [Finalmente con l'ordine suddetto facci la professione.] In quibus etiam verbis ex illa ratione apparet in nostro casu, Cingulum militare esse de forma; quia asserunt Doctores, quod forma dicitur inducta, quando à Statuto præscribitur ordo faciendi actus successiuè. Vnde Alexander Sperellus *dec. 40. n. 44.* mirificè pro verbis casus nostri, sic ait: Quæ omnia maximè procedunt attenta altera dictione, [Deue però prima,] quæ formam importat; vbi enim proceditur per prius, & posterius, forma dicitur inducta. Ita ille, qui citat Felinum *in cap. cum dilectus, num. 6. de Præscript.* cui adde Baldum *in l. 1. Cod. Ne liceat tertio prouocare num. 8. § ex dictis ergo* Bordonum *in Miscellaneis Decif. 155.* Decium *in l. hac consultissima, Cod. de testam. num. 8. & seq.* Nigrum *de executione rei iudicatæ, cap. 11. §. 1. num. 30.* Moronum *in centum Responsionibus. resp. 28. num. 18.* Tholosanum *in Syntag. Iur. lib. 1. cap. 11. num. 3.* Cephalum *con. 421. num. 35.* Garziam *de Benef. tom. 2. par. 9. cap. 4. num. 10. &* S. Rotam *in Tholetana Professionis 27. Febr. 1595. coram Clar. mem. Cardinali Pamphilio,* & alios communiter. Ergo, &c. Adde etiam quod verbum illud *Finalmente* pariter importat formam substantialem, vt patet ex Cassaneo *in consilio Burgundiæ, rubrica 4. §. 2. num. 15. & consf. 49. num. 14.* Mascardo *de Inter. Statut. concl. 9. num. 9.*

5. Tertiò probatur nostra Sententia; quia forma censetur inducta à Statuto, si aliquis statuit præter ius cómune, vel mandat aliquid fieri certo modo; vt tradunt Doctissimi Iurisconsulti Hulricus Hunnius *in Encyclopedia Iuris, part. 1. tit. 3. cap. 4. num. 6.* Matthæus Berlychius *in Conclus. practic. part. 2. concl. 17. n. 104.* Ludulphus Schraderus, *tract. de feudis part. 10. sect. 8. n. 20.* Ignatius de Villar, *in Sylua Responf. lib. 1. responf. 15. num. 3.* Salgadus, *tract. de Retent. Bull. par. 2. cap. 6. num. 25.* Vrries *in Otio æstiuo, par. 2. num. 356.* Mattha *de Iurisd. par. 4. Cent. 1. caf. 94. n. 15.* Trentacinquius, *lib. 1. de legib. Ref. 1. num. 5.* Castillo *de Tertiis Regum Hispaniæ, cap. 27. num. 15.* Palaez *de Maioratibus, par. 4. quæst. 20. num. 78. & seq.* Io. Petrus Fontanella *in Decisionibus Cathaloniæ, tom. 2. decif. 272. num. 19. & 20.* Ioseph Sesse *in Decisionibus Aragoniæ decif. 31. num. 8. & decif. 230. n. 16.* Tholosanus *in Syntag. iur. lib. 1. cap. 11. num. 8.* asserentes: Quod quando statutum prouidet aliquid cum certis modificationibus, seu quando in statuto circa actum conficiendum disponitur aliquid præter ius commune, id pro forma habendum esse; sed hæc omnia accidunt in casu nostro: nam statutum præcipit emissionem professionis cum certis modificationibus, & præter ius commune: ergo dictum statutum, formam inducere dicendum est. Vide præter Doctores citatos Ioannem Guttierrez *in Pract. qq. l. 5. q. 15. num. 8. 9. & 12.* qui docet etiam, quod vbi statutum aliquid exprimit circa actum conficiendum, aliter quam à iure communi sit dispositum, censetur inducta forma. Item quod vbicumque lex, vel statutum introducit aliquid cum certis modificationibus, quicquid ibi exprimitur, censetur de forma.

ma. Idem tradit Becius *cons.* 11. *n.* 23. & 24. & Mascardus *de generali statut. interpret. concl.* 9. *n.* 8. & Cacheranus *decis.* 165. *n.* 11.

6. Confirmantur etiam supradicta ex doctrina Riccij *in praxi*, *tom.* 3. *resol.* 20. *n.* 20. vbi firmat, quod quando lex desiderat actum cum aliqua qualitate, non sufficit facere actum absque illa qualitate, & actus erit nullus.

7. Nec obstat dicere, supradicta non procedere, vt obseruat Boccacius *in Const. Marchia*, *gloss.* 6. *n.* 160. & 167. quando id, quod omittitur est leuis praeiudicij, vt videtur omissio Cinguli militaris: nam hoc est negandum; vt infra videbitur in responsione ad 4. Argumentum.

Quamuis non plene sup. contento in hoc §. leg. tamen supra in tr. 1. ex Resol. 159 §. 2. 3 & 4. & ne deseras videre eam per totam, & si placeat etiam alias eius primae inor.

8. Quartò probatur nostra sententia apertissimè; nam certum est apud omnes Iurisconsultos, & & Theologos, Decretum irritans inducere formam, itaut actus aliter factus, sit omninò nullus. Vide Doctores, quos ad satietatem citat, & sequitur Moneta *commut vltim. volunt. cap.* 7. *num.* 242. Chartarius *in decisionibus Archiepisc. decis.* 28. *num.* 6. Marius Antonius *variar. resolut. lib.* 1. *resol.* 104. *num.* 8. Garzia *de benefic. tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 1. *num.* 27. Gonzales *in Regulam Cancell.* 8. *glossa* 67. *num.* 12. *claus.* 191. *num.* 6. *part.* 1. Ounate *de contract. tom.* 1. *tr.* 2. *disp.* 6. *sect.* 6. *n.* 115. Tholosanus *in syntag. iur. vniuer. lib.* 1. *c.* 15. *num.* 5. Xammar *de Priuilegiis, Barchinone*, §. 13. *num.* 9. Guttierrez *in practicab. qq. lib.* 3. *quaest.* 15. *num.* 4. cum Caputaquensi *part.* 1. *resol.* 249. testante, sic saepius decisum fuisse à Sacra Rota, vt patet in vna Veronensis pensionis die 3. Iulij 1592. coram Cardinali Merlino, & nouissimè in vna Ceruiensis pensionis, die 22. Martij 1632. coram Eminentiss. Card. Verospio, & patet ex *leg. cum ij.* §. *si Praetor aditus ff. de transact. cap. si eo tempore, de elect. in* 6. *cap. quodam, de praebendis, cap.* 1. *ver. adiiciebat. de concess. praebend. eodem lib. cap. cum dilecta, de rescrip. cap. venerabili, de offic. delagat. cap. Pisanis, de restitut. spoliator.* & aliis iuribus? sed in nostro casu adest decretum irritans: ergo inducit formam, vnde professio aliter facta corruit, Quod autem adsit decretum irritans, patet in ordinationibus capitularibus, *anno* 1603. *de Receptione Fratrum, tit.* 2. *fol.* 30. & in ordinationibus capitularibus *anno* 1531. *tit.* 2. *del* Riceuimento *de Fratelli cap.* 5. Dicere autem cum Aduersariis, decretum irritans, in hoc loco, tantum respicere gradum professionis, v. g. vt vulgò dicitur, [di Caualliere, di fra Seruante, e di Fra Capellano; non autem modum circa emissionem professionis, in his gradibus videlicet; cum cingulo, vel sine cingulo. Respondeo hoc effugium euanescere ex verbis ipsius statuti, quae, vt legentibus patet, non solùm faciunt mentionem de gradu, sed de modo profitendi, ibi: *Alio quocunque modo*, &c. Ergo professio facta alio modo, quam statutum decernit, nempe cum Cingulo militari, nulla erit, ex decreto irritante apposito. Et quidem, si dictum statutum continens decretum irritans facit mentionem de nostro statuto disponente simul, vt apertè patet, de ornatu cinguli, & de gradibus professorum Militum, Capellanorum & Seruientium; nescio qua ratione aduersarij velint clausulam irritantem respicere tantum gradus professorum, non autem ornatum cinguli. Itaque cùm statutum aequè disponat de cingulo, & de gradu professorum, sequitur necessario Decretum irritans vtramque dispositionem respicere, tanquam contentam in statuto praecisè, & nominatim citato, & per decretum irritato.

9. Confirmantur supradicta: quia concomitantia formam substantialem, & ipsa, sunt de substantia; vnde intelliguntur de substantia formae substantialis, non solum ipsa forma, sed etiam eius concomitantia; vt ex Felino, Baldo, & Panormitano docet Moneta *de Commutat. vlt. vol. c.* 7. *num.* 230. Ergo Decretum irritans, eo ipso quod cadit supra gradũ professionum, cadit etiam supra modum profitẽdi cõcomitãtẽ.

10. Quod sic etiam probatur; nam, vt supra visum est, statutum disponit, professionem in gradu Militum esse necessario emittendam cum ornatu cinguli: ergo dicendum est statutum disponere de his duobus, nempe de ornatu cinguli, & de gradu professorum Militum, tanquam de duobus simul connexis, & tanquam vnum ordinatum ad aliud; vt ex verbis dicti statuti apparet. Ergo Decretum irritans, de quo est difficultas, non solum respicit gradum professionis, sed etiam ornatum cinguli. Probo consequentiam; quia de connexis eadem est ratio, & idem fertur iudicium? vt patet *ex leg. Quid ergo.* §. *sufficit. ff. de contrar. iudicio tutelae. l. proinde. ff. ad legem Aquiliam. l. cum actum. ff. de negot. gestis. c. translatum. de constit. & c. praeterea de officio delegati*, & docet Larrea *in Allegationibus Fiscalib. tom.* 2. *allegat.* 72. *n.* 1. cui adde Narbonam *lib.* 4. *tit.* 1. *leg.* 20. Glossa 22. *n.* 37. Surdum *decis.* 199. *n.* 13. Escobar. *de Ratiociniis c.* 13. *n.* 11. Mendez de Castro *in Praxi Lusit. nu lib.* 5. *c.* 1. *n.* 43. cum aliis communiter: vnde rectè dixit Salgadus *de Retent. Bull. part.* 1. *c.* 13. *n.* 26. *ex* Scaccia, Amhatano, Crauetta, & aliis, & quod connexa, adeo reputantur idem, vt nihil fieri possit contra vnum, quin fiat contra alium: Ergo Decretum irritans in nostro casu, non solum respicit gradum professionis, sed etiam modum profitendi, cùm haec duo tanquam connexa à statuto disposita fuisse ex ipso Textu manifestè pateat.

11. Nec obstat dicere cum Menochio *de Praes. l.* 4. *praes.* 181. *n.* 2. 16. 17. & 18. Sanch. *de Matrimonio l.* 8. *dis.* 34. *n.* 30. Mantica *de Coniect. vlt. vol. lib.* 3. *tit.* 14. *num.* 8. Gonzalez *ad Reg. Cancell.* 8. *glossa* 33. *n.* 7. Marta *part.* 4. *claus.* 23. *num.* 7. & aliis, quod clausula in fine posita non extenditur ad omnia praecedentia disposita, in quibus non eadem militat ratio, sed in casu nostro militat eadem ratio inter gradum professionis, & modum profitendi, cùm ille sit substantialissimus, hic autem nimis accidẽtalis: ergo clausula Decreti irritantis extẽdi debet supra gradum, & non supra modum professionis.

12. Respondeo, hanc doctrinam procedere, quando clausula Decreti irritantis apposita in fine, non se extenderet manifestè ad omnia praecedẽtia, quod accidit in casu nostro, in quo verba statuti sic asserunt: *Confirmauerunt, declarauerunt, declarant, & mandãt, de caetero, tam in conuentu, quam extra, aliquis ad habitum nostrum suscipiendum, alio quocumque modo, gradu, seu denominatione admittatur, &c.* & statim apponitur Decretum irritans; quod etiam apertè patet ex aliis rationibus superius adductis: ergo etiamsi inter gradum, & modum profitendi non adesset eadem ratio, tamen clarè patet, statutum voluisse vtrumque cõprehendere, & irritare. Adde, quod constanter negandum est aduersariis id quod ipsi supponunt, videlicet, in casu nostro non adesse eandem rationem inter modum, & gradum profitendi, cum gradus sit substãtialis, modus verò in ordine ad professionẽ sit extrinsecus, & accidentalis: nam respondeo, modum profitendi in Religione Hyerosolimytana cum ornatu Cinguli militaris esse substantialissimũ, & essẽtialissimũ, vt infra probabitur in responsione ad quartum argumentum.

13. Et ad maiorẽ confirmationẽ supradictorũ addendã puto doctrinã Bal. *in l.* 1 *ff. de lib. & posth.* quam esse communem inter Doctores testatur doctus Anguianus *tract. de leg. l.* 2. *cent.* 5. *num.* 4.

nempe omnem legem, quæ inducit solemnitatem aliquam, censendam esse habere inclusam in se clausulam Decreti irritantis. Adde etiam, non esse verum id quod aliqui ex aduersariis asserunt, quod forma impleta non corruat actus, quando dispositio non habet Decretum irritans: Et Seraphinus, quem adducunt, hoc minimè asserit: Osaschus verò *in dec.* 165. dicit contrarium. Dicendum est igitur, actum corruere quando deficit forma, etiamsi non adsit Decretum irritans, si tamen in dispositione aliquid inductum sit de forma, sed in nostro casu, iam, vt probatum est, adest clausula Decreti irritantis; ergo, &c. Vide Hostiensem *in cap. quia in Insulis n.* 4. *de Regular.* & ibi Zabarellam, *n.* 4. Parisium *consl.* 65. *n.* 4. *lib.* 4. Lapum *Allegat.* 76. *num.* 2. Suarez *de relig. tom.* 3. *lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 4. Bordonum *de Profess. cap.* 3. *num.* 16. Beiam *lib.* 4. *Cas.* 35. Sanchez *in Summa tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 26. *&* 37. *Sacram Rotam in Toletana Professionis die* 27. *Febru.* 1595. *coram sapientissimo Cardinali Pamphilio penes Garziam de Benef. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 550. *& in Burgens. nullitatis Professionis* 16. *Aprilis* 1649. *coram D. Arguelles cum Bruno in tract. de forma tit. de Potest. & effect. formæ fol. mihi* 50. *& fol.* 51. asserentes professionem esse nullam ex defectu formæ etiam absque decreto irritante.

13. Restat modo proponere aliqua argumenta ex aduersariis adducta, quæ ego magis firmabo, vt veritas elucescat; & postea responsionibus infringam, ex quo solidior nostra remanebit sententia: Itaque.

14. Non obstat primò, quod in *cap.* 24. dicitur: *Vt qui præter formam statutorum receptus fuerit, si fuerit frater Miles, redigatur in fratrem seruientem Armorum, sitque inhabilis ad bona Religionis:* Ergo defectu formæ in emissione professionis, erit illicita, non autem inualida, & Dominus N. si non vult esse professus in gradu seruientium.

15. Respondeo, quod durum videtur hoc asserere; nam actus non operatur vltra intentionem agentis vt patet *ex l. non omnis. ff. si certum petatur l. in agris ff. de acquir. rerum dominio. l. legata inutiliter. ff. de adimendis legatis. l. non omnis ff. de rebus creditis.* aliis vulgatis iuribus; sed Dominus N. in nostro casu, non habuit intentionem, nisi emittendi professionem in gradu Equitum: ergo non potest modo esse Professus in gradu seruientium. Vnde docet Sanchez *in Summa tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 2. cum aliis communiter, votum non habere vim obligandi, nisi ex intentione vouentis, cum sit quædam priuata lex, quam sibi vouens imponit; at lex non obligat, nisi secundum intentionem legislatoris ergo votum non obligabit, nisi secundum intentionem vouentis.

Sup. doctrina huius §. supra in tr. 1. Res. 179. §. vlt. & lege etiam doctrinam Res. 186. signanter à lin. 5.

16. Quod firmatur ex Doctrina Vecchij *in Praxi Nouitiorum. disput.* 14. *dub.* 1. *num.* 12. *& seq.* Bassæi *in florib. Theolog. mor. ver. Religio* 4. *n.* 7. Lessij *lib.* 2. *cap.* 41. *num.* 62. Suarez *de Relig. tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 3. *& seq.* Layman. *lib.* 4. *tract.* 5. *cap.* 5. *num* 5. *&* 7. Caramuelis *in Theol. Regulari, disp.* 41. *dub.* 1. *num.* 509. & aliorum asserentium, quod si aliquis profitetur in aliqua Religione, si professionem annullet, non teneri postea voto simplicis castitatis. Ego cum multis docui *part.* 5. *tract.* 14. *resol.* 49. Professionem Monialis erumpentis in matrem esse nullam, nec manere voto simplicis castitatis obligatam, sed posse nubere cui voluerit. Sed scient aduersarij supradictum statutum contra Nos ab ipsis adductum, fuisse postea à Religione deletum, & annullatum, ante emissam professionem à Domino nostro. Vnde euanescunt omnia argumenta, quæ ex auctoritate verborum dicti statuti desumi possunt, & circa modum, & gradum professionis.

Quæ hic est supra in tr. 1. Res. 341.

17. Non obstat secundò asserere, quod forma est indiuidua, & quicquid ad solemnitatem exigitur, id ab actu diuidi, & separari non potest; vt patet ex *leg. cum antiquitus. Cod. de Testam.* & docet Tiraquellus *de legibus connub. gloss.* 6. *num.* 4, Bossius *tractat. de Matrim. cap.* 2. *num.* 27. Becius *consil.* 12. *num.* 30. Mascardus *de Sen. statut. interpret. n.* 53. Mathæus Berlicius *in conclusionibus practicabilibus part.* 2. *conclus.* 18. *num.* 17. Daniel Molletus, *ad constitut. Saxonicas, part.* 2. *constitut.* 15. *n.* 36. & alij; Sed Equites Hierosolymitani, vt patet ex ipso statuto, possunt accipere Cingulum militare extra actum professionis ab illo Principe habente auctoritatem concedendi gradum: vt ibi dicitur, *di Caualleria*: Ergo clarè patet, non esse de forma; quia, vt dictum est supra, id quod spectat ad formam, non potest separari ab ipso actu: Et de hoc argumento magnum festum faciunt aduersarij.

18. Respondeo cum Alexandro Moneta *de comm. vltim. volunt. cap.* 7. *num.* 333. & aliis penes ipsum: Quæ sunt de forma substantiali, non posse quidem sequi, sed debere interuenire in ipso actu, vel posse etiam procedere. Vnde rectè docuit Quintilianus Mandosius *in regul.* 24. *Cancellar. q.* 4. *num.* 9. quod constitutio inducit formam, si aliquid requirit, non solum in ipso actu, sed etiam ante actum, quod etiam notauit Vantius *de nullitate Tit. quot modis nullitas in iudicio proponatur, num.* 52. vbi asserit: Quod quando lex disponit, quod certa solemnitas, vel certus modus, ante, vel tempore celebrationis ipsius actus adhibeatur, tunc hac forma non seruata actus ipse, nullus reputatur: ergo argumentum in contrarium adductum non valet.

19. Dicendũ est itaq; aliquã solẽnitatẽ posse Primò requiri ante actum. Secundò in ipsamet exequutione actus, & Tertiò post actum; solemnitas verò requisita post actum censenda est tanquam accidentaria, & ideo si omittatur, non officit; vt patet ex *l. vniuersa*, vbi Glossa, & Bartholus. *Cod. de precib. Imper. offeren.* & Virgilius Boccacius *in Constit. Picen. gloss.* 6. *num.* 158. Secus autem dicendum est de solemnitatibus requisitis ante actum: nam substantiales censendæ sunt, & ideo si omittantur, actus corruit; vt docet in terminis Portel. *ver. Confessoris approbatio n.* 3. Quod illustrat exemplis; & patet etiam in alienatione rerum Ecclesiasticarum; nam antea præ requiritur tractatus, & in electionibus præ requiritur inquisitio, vel informatio.

20. Quod etiam probatur: nam consensus, quando requiritur pro forma. si non occurrit ante, vel in ipso actu, actus erit nullus, quamuis postea consensus sequatur, vt docet Antonius de Buttrio *in cap. Cum consuetudinis, num.* 100. Imola *ibidem. num.* 5. *de consuet.* Iason *in l. si quis mihi bona.* §. *Iussum, num.* 44. *&* 45. *ff. de acquir. hæredit.* Mohedanus *decis.* 12. *num.* 5. *de res. nunciat.* Puteus *decis.* 153. *num.* 1. *lib.* 2. & alij. Sic etiam licentia, aut facultas testandi, de quibus aliàs testari non licet, debet præcedere, aliàs Testamentum factum non tenet, etiamsi postea dicta licentia sequatur, vt tenet Felinus *in c. Dilect. de accus. num.* 3. Azeuedus *in l.* 3. *tit.* 6. *lib.* 5. *recop. num.* 7. Parisius *de resignat. lib.* 11. *quæst.* 7. *num.* 90. *&* 91. Caputaquensis *decis.* 258. *n.* 1. *part.* 1. Sic & in nostro casu, si Cingulum militare daretur post emissam professionem, professio esset nulla; nam ornatus Cinguli tanquam de forma debet præcedere professionem, cum statutum asserat: [Prima, che facci la professione, è necessario, che sia ornato del Cingolo Militare:] Sed de hoc infra

Sup. hoc in tom. 3. tr. 2. Res. 141. § Sed difficultas est.

Infra in hac ipsamet Resol. in §. Neque.

infra etiam redibit sermo in responsione ad authoritatem Pontificalis.

21. Non obstat tertiò: Quod quando supponitur potestas, & additur noua solemnitas, tunc, illa non habetur pro forma substantiali; & ideo quando à principio datur potestas sub tali forma, defectus formæ irritat actum; vt docet Felicianus à Vega, *in relect. cap. 1. de iudiciis num. 11.* Moneta *de commutat. vlt. volunt. cap. 7. num. 339.* Merolla *tom. 3. disput. 4. c. 5. num. 270.* Suarez *de legibus lib. 5 cap. 31. num. 9.* Lupus *de cas. reser. part. 1. distinct. 16. difficult. 2. num. 2.* Emmanuel Sà *ver. lex num. 13.* Portel *ver. Confessoris approbatio num. 2.* Castrus Palaus *tom. 1. tract. 3. disp. 2. punct. 9. num. 2.* Salas *de legibus disp. 16. sect. 9. n. 37.* Sanchez *in summa tom. 1. lib. 5. cap. 4. num. 26.* Felinus, & Panormitanus, *in cap. Ex parte de Constit.* cum aliis: Sed in casu nostro, possunt asserere Aduersarij, supposita potestate recipiendi professionem Nouitiorum, fuit tantum à statuto præscripta illa solemnitas Cinguli militaris: ergo talis solemnitas non censetur præscripta tanquam forma; quia non in eodem actu data etiam fuit facultas recipiendi Nouitios, sed tantum nouus modus fuit inductus.

22. Respondeo primò: Doctrinam adductam penes me non carere difficultate; quia omnes de iure naturæ habebant facultatem testandi, & tamen modus præscriptus postea à Iustiniano, testandi nempe coram tot Testibus, &c. *in cap. Cum esses de testam. & l. hac consultissima. Cod. qui testam. facere possunt*, habetur pro forma substantiali; & ideo Testamentum confectum sine Tabellione, & certo numero Testium, erit nullum. Idem dicendum est de alienationibus, & de electionibus, vt patet in Paulina: *Ambitiose, & in cap. Quia propter, de elect.* in quibus actus non instruitur de nouo, & forma substantialis ei de nouo additur. Et per Concilium Tridentinum in contractu matrimonij id etiam factum fuit. Et similiter forma antiqua, quæ antea substantialis non erat, potest per nouam legem, substantialis fieri; annus enim Nouitiatus non ita erat de substantia professionis ante Concilium Tridentinum, sicut modò est, erat tamen iam institutus: ergo Doctrina in contrarium adducta, non est generaliter vera, & fallit in multis casibus: Et ideo optime Arriaga *in part. 2. D. Th. tom. 2. tr. de legibus disp. 23. sect. 6. n. 68.* dixit: Quod supradicta. Doctrina sit intelligenda, quando solemnitas præscripta, sit parui momenti, non autem, si in se sit alicuius momenti; vt etiam rectè obseruat Granado *in p. 2. D. Thomæ contr. 7. tract. 3. part. 1. disp. 10. sect. 6. n. 17.* Sed in nostro casu, solemnitas ornatus Cinguli est magni momenti, vt infra probabitur: ergo talis solemnitas fuit tanquam à statuto præscripta.

23. Respondeo secundò: supradictam Doctrinam non procedere, vt obseruat Ioannes Præpositus *in p. 2. D. Thomæ, q. 95 disp. 3. dub. 8. num. 50. in fine.* Farinacius *in fragm. crim. part. 1. num. 225.* Merolla *tom. 2. disp. 4. cap. 5. dub. 19. n. 269. in fine.* cum aliis vbi supra; Quando sufficienter constat solemnitatē aliquam præscriptam, habenti alioquin potestatem actum faciendi, fuisse præscriptam tanquam formam; tunc enim certum est corruere actum aliter factum etiam à potestatē habente: Sed in nostro casu etiamsi antea aderat potestas recipiendi Nouitios tamen modus recipiendi cum ornatu Cinguli militaris clare postea à statuto præscribitur pro forma, vt apparet in illis verbis: [E necessario, che sia ordinato, &c.] & postea additur Decretum irritans annullando professionem factam aliter: Ergo in casu nostro non militat Doctrina in contrarium adducta; quia modus ille recipiendi Nouitios ad professionem cum Cingulo militari, clare à statuto appositus fuit pro forma.

24. Non obstat quartò (& hoc argumentum est Achilles aduersariorum) quod forma, alia est substantialis, alia accidentalis, ista tamen non seruata, actus non erit nullus; vt docet Escobar *tract. de vtroque foro, art. 2.* Salas *disp. 16. sect. 9. num. 36. & seq.* Moronus *respons. 28. n. 16.* Castrus Palaus *tom. 1. tr. 3. disp. 2. punct. 9. n. 1.* & alij communiter: sed in nostro casu, videtur Cingulum militare non esse formā substantialem sed accidentalem; est enim omissio rei leuis; vnde nimis durum videtur, omissionem solius cinguli reddere professionem inualidam: sicut, si quis emitteret professionem in aliqua Religione sine vestibus consuetis, non proinde illa professio esset nulla; vt tradit Bordonus *tract. de professione Reg. c. 2. q. 37.* Vnde Arriaga *in par. 2. D. Th. t. 2. disp. 23. sect. 5 num. 67.* & Granadus *etiam in par. 2. Contr. 7. tract. 3. par. 1. disp. 19. n. 10.* docent non omnes cæremonias præscriptas in acceptatione professionum Religiosorum, esse de substantia valoris. Ideò Oñate *de contract. tom. 1. tract. 2. disp. 6. sect. 5. n. 116.* notauit, quod quando conditio apposita, non est magnæ importantiæ, præsumendum est, & iudicandum non esse positam pro forma, nec omissam vitiare. Quod etiam tradit Parisius *in Addit. ad Bartholum in leg. hac consultissima Cod. de testam.* & pater *in legib. moribus §. Prius autem. ff. de vulgar.* & ibi Iason, *n. 11.* ergo &c.

25. Respondeo (attendas quæso) & suppono, Cingulum olim constituisse Militem in genere & in esse Militis, ita vt Militia per Cingulum significetur. Hugo Grotius *de Iure belli, lib. 1. cap. 2. n. 9.* adducit ad hoc propositum verba Concilij Nicæni, *Can. 12.* sic asserentis: Quicumque vocati per gratiam primum quidem ardorem, fidémque suam ostenderant, & Cingulum militiæ deposuerunt; postea vero, vt canes ad suum vomitum reuersi sunt, & militiam repeterunt, hi decem annis iaceant post triennij auditionum tempus. Ita *ibi* Concilium: cuius verbis etiam vsus est postea Syricius Papa, *epist. ad Tarraconensem Episcopum*; vt notat Ludouicus la Cerda, *in Aduersariis sacris, cap. 146. num. 16.* Et ideo Pater Heribertus Rosueydus *in Anticapello, fol. 46. Præfationis ex actis Marcelli Centurionis martyrio coronati, die 30. Octobris*, obseruat, seipsum loquutum fuisse Tyranno: si talis est conditio militantium, vt Diis & Imperatoribus sacra facere compellantur, *ecce proiicio Cingulum, & militare recuso.* Vide quomodo Cingulum Milites constituebant, quasi (vt rectè obseruat Pater Oñate *de contract tom. 2. tract. 15. disp. 46. sect. 6. n. 124.* inuestitura officij. Hinc Horatius ad Pisones *de Arte poëtica*, milites ex hoc vocauit Cinctutos; ita enim asserit.

Fingere Cinctutos non exaudita Cethegis.

& ideo *ibi* insignis eius Scholiastes Dionysius Lambinus, sic ait: Cinctutis, id est cinctis militarib. armatis; cingebantur enim in militiam ituri, ex quo Cingulum militare, & cingi pro eo, quod est ad militiam & ad pugnam ornari. Hæc Lambinus, mirificè pro casu nostro. Quod etiam nouissimè notauit eruditus Io. Solorzanus, *in memoriali Iuridico, Historico, Politico, ad Regem, lingua Hispanica conscripto.* [De los Derechos de Placas Honorarias, y Inbiladas,]n. 158. Vnde è contra Discincti, accipiuntur pro imparatis, & imbellibus ad pugnam. Hinc dixit Virgilius *Æneid. lib. 8.*

—— Discinctos Mulciber Aphros.

hoc est (vt explanat Seruius) Inhabiles ad militiam. Hinc Alexander ab Alexandro, *Genial. dier. lib. 1. cap. 20.* loquens de Romanis, dixit: Milites manipulares; qui sub disciplina militant, semper Cincti sint;

Discinctos enim, velut Ignauos, & militiæ minimè aptos putarunt, præcinctos verò fortes, & strenuos. Quare Macedonum lex erat militaris, vt qui miles hostem non occidisset, non militari Cingulo, sed capistro cingeretur. Ita ille. Et tandem Contadus Rittershusius *in nouellas Iustiniani, part. 3. cap. 10. n. 2. & part. 14. cap. 6. num. 12.* docet: Pœnam propriam Militis, fuisse priuationem Cinguli, quæ vocabatur exautoratio, siue ademptio dignitatis militaris.

26. Sed confirmanda sunt supradicta ex nostris legibus, & ideo cum militare insigne potissimũ Cingulum fuerit, vt dictum est de proximo cingendo, procincto habebatur, id est priuilegio militari gaudebat. *leg. filius familias 44. de militaris testam. in P.* & dicebatur renuntiare Priuilegio Cinguli, cum miles eiurabat priuilegio militari, nempe quod Cingulo indicatur. *leg. finali, de appar. magis. mil. lib. 12. Cod. tit. 55.* ita etiam & deposito Cingulo, Priuilegium cessabat, *leg. 2. vbi de ratiocin. agi opor. lib. 3. Cod. tit. 21.* Hoc supposito.

27. Respondeo ad argumentum: Religionem Hierosolymitanam, non solum esse Religionem simpliciter & absolutè, vt sunt omnes aliæ; sed etiam esse Religionem militarem; ergo Cingulum in eius professione, non est res leuis, (vt supponunt Aduersarij) nec forma accidentalis, sed est res grauissima, magni momenti, & substantialis; cùm Cingulum, vt apud veteres, ita & in hac Religione, constituat militem in esse militis, & conferat dignitatem militarem; & ideo Equites in Religione Hierosolymitana, si professionem emitterent sine ornatu Cinguli, & Discincti, tanquam Ignauos, Ineptos, & Imbelles ad militiam seipsos demonstrarent; vt patet ex superiùs dictis. Itaque, cùm dicta Religio, sit Religio militaris, rectè in suis statutis apposuit, in emissione professionis, Cingulum pro forma, vt supra satis probatum est. Vnde non est mirum, si in aliis Religionibus emissio professionis sine habitu sit valida, & in Religione D. Ioan. sine Cingulo sit nulla; quia vt vulgo dicitur, habitus non facit Monachum, sed Cingulum in nostro casu facit Equitem: & ideo (quod est validè notandum) in Religione Hierosolymitana, ornatus Cinguli militaris, in emittenda professione, distinguit Equites ab aliis, & est signum constitutiuum, quod in gradu Equitum professio emittatur; ac proinde, hac qualitate, Equites distinguuntur ab aliis duobus gradibus, Capellanorum scilicet, & Seruientium. Quare in statutis *tit. 2.* [del riceuimento de fratelli, Rubrica della diuisione de gradi,] *fol. 12.* sic habetur: *Prima*, [che pigli l'habito, e facci la Professione] (loquitur de Equite) [è necessario, che sia ornata del Cingulo della militia:] sed paulò post addit: [Però, i Cappellani, i serventi di Arme, ò di officio, non è necessario ornarli di tali insegne militari.] Agnosce quomodo Cingulum militare, vt dixi, contradistinguat Equites ab aliis & sit signum constitutiuum professionis Equitum, à professione aliorum, ac constituat militem in esse militis, ac præbeat dignitatem, & characterem militarem: vnde in Religione Hierosolymitana, ornatus Cinguli non deputat Equitem in gradu, & statu militum, sed verè creat, & constituit militem, ac præbet dignitatem militiæ. Videant modo Aduersarij, quo pacto possint asserere omissionem Cinguli esse rem leuem, & formam accidentalem in professione Equitum, & quam meritò nos supra asseruimus; ornatum Cinguli, esse præscriptum tanquam formam substantialem, atque eius omissionem, nullam reddere Equitum professionem; vt supra satis probatum est: Quod non procedere, in professionibus aliarum Religionum, fatemur libenter cum Granado, & Arriaga *superius citatis*, cùm cæremoniæ in eis præscriptæ non pertineant ad formam substantialem. Quod etiam docuit Sanchez *in Summa, tom. 2. lib. 5. cap. 1. num. 4.* cum aliis penes ipsum: at est dispar ratio in casu nostro, ex rationibus suprà adductis: ergo, &c. Et quidem ego fateor tarditatem ingenij mei; non enim possum percipere, quod aliquis in Religione Hierosolymitana possit (vt volunt Aduersarij) emittere professionem in gradu militis, antequam prius miles efficiatur; nam si miles non est, quomodo profitebitur in gradu militum? Rectè itaque dixit statutum: *Prima*, [che pigli l'habito, è facci la professione, è necessario, che sia ornato del Cingulo della militia.] Negandum est igitur viris doctis, eorum pace, dicta verba non esse accipienda in sensu materiali, sed in sensu formali, cùm sit expositio gratis dicta: & verba statuti, clamant omnes Doctores, in proprio sensu accipienda esse: ergo, &c.

28. Neque obstat quintò: Auctoritas Pontificalis Romani reformati à Clemente, & Vrbano VIII. in quo nulla efficitur mentio de ornatu Cinguli militaris: Nam Respondeo, supradictum Pontificale nihil contra casum nostrum officere Primò, quia Pius IV. in Bulla IX. cum Decreto irritante, & clausula sublata, firmat Constitutiones Pontificias, vt tollant, vel in aliquo præiudicent statuta Religionis Hierosolymitanæ, opus esse de dictis statutis expressam facere mentionem. Quod magis firmatur ex eo, quod post iam impressum, & reformatum dictum Pontificale, Paulus V. anno 1609. in forma specifica approbauit, & confirmauit omnia statuta dictæ Religionis: ergo, &c. Respondeo secundò, quod in fine Rubricæ dicti Pontificalis asseritur: Professionem, esse emittendam secundum formam statutorum; sed secundum statuta Religionis Militensis, professio est emittenda cum ornatu Cinguli Militaris, tanquam forma, vt supra satis probatum est; ergo Pontificale nihil officit, quia se remittit ad statuta Religionis; quæ quidem, licet concedant posse aliquem emittere professionem sine ornatu Cinguli, si fuerit antea Eques creatus ab alio Principe; & hoc, quia non esset inconueniens bis ornari eadem dignitate. Hoc tamen non concedunt fieri posse in ipso actu professionis, si antea factum non fuerit: nam tunc Eques efficiendus esset secundum formam præscriptam à Religione cum ornatu Cinguli militaris; vt ex verbis ipsius statuti apparet. Et ideo constat ex fide subscripta ab aliquibus Equitibus, fel. mem. Vrbanum VIII. recepisse in suis manibus Professionem Eminentissimi Cardinalis Antonij Barberini; & quia antea dignitatem Equitis ab alio Principe non acceperat, voluit illum Equitem creare, more Religionis; vt volunt statuta, ad quæ Pontificale se remittit; atque ideo ornauit illum cingulo militari: vnde ex facto ipsiusmet Pontificis, qui Pontificale reformauit, patet intelligentia illorum verborum asserentium; imponat ei habitum illum, quo milites illius ordinis, quem intendit profiteri, vti consueuerunt. Intelligenda sunt, inquam, hæc verba, non de habitu ordinario, sed de habitu vti consueto in actu ipsius emissionis professionis, in quo, vt per se patet, etiam includitur ornatus Cinguli.

29. Quod confirmatur: nam non est verisimile Pontificem voluisse in creatione militis adhibere solùm habitum Regularem, sed etiam habitum militarem, qui designaret gradum, in quo illũ constitueret: nam habitus Regularis nullam habet relationem ad militiam, nec potest aliquid significare in actu creationis militis: ergo verba Pontificalis non sunt interpretanda de habitu consueto Regulari, sed de habitu,

habitu, quo vti consueuerat illa religio in creatione militis: nam Pontifex ibi agit de modo creandi milites Regulares: & ideo, vt dixi, dictus Pontifex Vrbanus VIII. admisit ad professionem Eminentissimum Dominum Cardinalem Antonium cum ornatu Cinguli militaris.

30. Sed his omnibus addendum est vnum, quod cum viris doctis communicatum, annuerunt: nam dato, & non concesso, quod Pontificale in creando milite statueret non esse adhibendum Cingulum militare, adhuc existimo professionem Domini nostri esse inualidam, quia, vt patet ex instrumento professionis, die 12. Februarij 1640. & fatentur ipsimet aduersarij, prius fuit emissa à Domino nostro professio, & postea ipse fuit armatus Eques: ergo dicta professio fuit nulla; quia ex statuto Religionis, & ipsomet Pontificali, quod non tollit, nec derogat dictum statutum, qui emittit professionem, debet tanquam ex forma prius creati Eques, vel secundum morem alterius Principis, & postea dignitate militari obtenta, emittere vota.

31. Nec valet dicere, quod aliqui asserunt, ordinem Pontificalis, in casu nostro, fuisse inuersum materialiter, non autem formaliter; vt probatur in administratione Sacramentorum, nam licet baptizans prius debeat abluere, & ordinans tradere instrumenta, quàm verba proferre; tamen si baptizans, vel ordinans, prius verba proferat, & inmediatè abluat, & instrumenta tradat, non ideo dicitur mutatus ordo formaliter, sed tantum materialiter.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 1. Ref. 5. & 62. & in tom. 2. tr. 5. Ref. 16. & in tom. 4 tr. 8. Ref 36. per totam.

32. Respondeo, non esse verum, quod baptizans prius debeat abluere, & ordinans tradere instrumenta, quàm verba proferre, sed simul tenetur abluere, & proferre verba. Itaque debet simul abluere, proferendo verba; & proferre verba, abluendo. Vnde supradicta doctrina aduersariorum est vera in his, quæ debent concurrere simul, vt materia & forma Sacramentorum; secus autem dicendum est, quando interuenire debent per prius, & posterius; nam tunc præscribitur forma, vt firmauimus supra *in probat. 2. & in respons. ad 1. Argumentum.*

33. Confirmatur, & dabo exempla ex iisdem Sacramentis. Si quis post obtentam absolutionem à peccatis, illico eliceret actum contritionis, absolutio illa esset inualida; quia dolor de peccatis debet præcedere absolutionem; prius enim pœnitens debet elicere actum contritionis, & postea confessarius illum absoluere: sic & in nostro casu, ex vi statuti imponentis formam, dicendum est aliquem esse incapacem emittendi vota in Religione Hierosolymitana, nisi prius creetur Eques, & dignitas militaris debet præcedere professionem, ergo, qui emittit professionem ante receptam dignitatem militarem, etiamsi illico creetur miles, professio erit nulla; quia creatio militis non debet simul concurrere cum professione; vt aqua cum verbis formæ Baptismi; vel traditio instrumentorum in ordinando; sed debet vtique ipsam professionem præcedere tanquam forma, cum ita depositum sit à statuto, asserente: *Prima che facci la professione è necessario, che sia ornato del Cingolo militare?* ergo dicta forma, vt dispositum est, obseruari debet, & est indiuidua, nec potest variari, vt communiter Doctores asserunt.

34. Dicere autem, Pontificale, ordinem prædictum non præscribere formalem; non enim vtitur decreto irritante, nec etiam præcipit, quia non asserit, imponat, sed imponi debet, designando tanquam modum creandi militem.

35. Respondeo, Nobis sufficere hunc ordinem tanquam de forma præscribi à statutis Religionis, quæ Pontificale, nec tollere, nec minuere potuit, nisi de illis faciendo mentionem expressam, vt ex Bulla Pij cum decreto irritante, & clausula sublata patet: ergo, &c.

36. Confirmantur supradicta, & supponendum est, quod modus creandi Equites apud diuersos Principes, potest esse diuersus; & sic Pontificale, (vt legentibus patet) aliud non fecit, nisi statuere modum creandi Equites, quo vti deberent Pontifices, & eorum Delegati; relinquendo tamen in suo robore statuta Religionum, si forsitan requirerent ante emissam professionem, pro forma, sumptionem dignitatis militaris, obtentam, vel ab ipsa Religione, vel ab alio Principe, vt disponit statum Religionis Militensis: ergo auctoritas Pontificalis in casu nostro nihil obstat? quia Dominus noster emittens professionem non fuit antea creatus miles, nec vt Religio solet creare, nec vt statuit Pontificale: ergo eius professio fuit nulla; quia, vt dictum est, Pontificale non derogat statutis, si quæ extant in militaribus Religionibus disponētia tanquā de forma aliquē, qui emittere vult professionē, debere prius dignitate militari ornatum esse; vt patet in verbis nostri statuti, asserentis: [Prima che facci la professione, è necessario, che sia ornato del Cingolo Militare.] Vnde si quis inuerteret talem ordinem, vt fuit inuersus in professione Domini nostri (de qua loquimur) & læderet mentem statuti, & formam ab eo præscriptam: nam emittere professionem in gradu militis antequam esset miles. Quod agnoscens summus Pontifex, etiam ipse in Pontificali voluit dignitatem militarem esse dandam, antequam emittatur professio: quem quidem ordinem, vt satis supra probatum est, tanquam de forma præscribit statutum Religionis Militensis, quod statutum, Pontificalis verba, vt patet, non tollunt, nec illi derogant nec poterant tollere, aut derogare, nisi de illo specialis efficeretur mentio, stantibus Bullis Pontificiis supra relatis: ergo, &c.

37. Denique non obstat sextò, adducere professionem tacitam Domini nostri prætensam ex aduersariis per actus professorum; à N. gestos: Nam respondeo cum Sanchez, Soto, Azorio, Rodriquez, & & aliis, quos citat, & sequitur Salgadus, *tract. de Retent. Bullar. part. 1. cap. 3. §. Vnico, num. 28.* Quod professionem nullam, non ratificat exercens actus professorum, dum est ignarus causæ nullitatis suæ professionis. Et ita hanc sententiam, præter Doctores citatos, tenet Zambellus *in Repet. Casuum conscientiæ, ver. Nouitius, num. 34.* Gratianus *in discept. forens. cap. 440. num. 3.* Caietanus *in 2. 2. quæst. 189. art. 5.* Nauarrus *cons. 28. num. 7. & cons. 89. num. 3. de Regular. & in manuali, cap. 12. num. 71.* & sic determinauit Sacra Rota, *decis. 179. num. 7. & decis. 397. num. 5. part. 4. recentior.* & nouissime *in Vlixipon. nullitatis professionis, die 10. Decembris 1646. coram Domino Arguellos,* Sed N. dum exercebat illos actus professorum, erat ignarus nullitatis professionis: ergo, &c. Vnde sacra Rota, *vbi suprà*, dixit; Quod in milite, ac in muliere præsumitur ignorantia. Et quod in nostro casu non sit locus tacitæ professioni. Vide dictam magistralem decisionem. Adde, quod mihi supponitur, dictum N. nunquam exercuisse actus professorum. Deinde dicendum est, quod tunc valet professio tacita, quando à principio, & ex parte Religionis, professio fuit valida: vt si quis verbi gratia emitteret professionem ex metu, vel sine voluntate profitendi, &c. tunc tacita professio operatur, & non opus est noua acceptatione ex parte Religionis; vt tradit Bordonus *de professione Regulari. cap. 6. quæst. 11.* Suarez *de Relig. tom. 3. lib. 7. cap. 1.* Sanctarellus *variar. Resolut. quæst. 48. num. 30.* Lessius *lib. 2. cap. 41. num. 67.*

Sup. sequentibus in hoc §. in tom. 4. tr. 5. Ref. 114. cursim in fine.

Sup. hoc in Ref. not. præteritæ, & in eodem loco

Bartholomæus à Vecchis *in praxi Nouit. disp.* 14. *dub.*4. *num.*3. *&* 5. Sanchez *de Matrim.lib.*6. *disp.* 37.*num.*60. *&* 61. Sed in casu nostro professio N. fuit inualida, non solum ex parte ipsius, sed etiam ex parte Religionis: nam fuit inualida, ratione omissionis formæ præscriptæ à statuto, & ita talis professio fuit nulla absolute, & quoad profitentem, & quoad Religionem, quæ non præstitit consensum: ergo in nostro casu nihil potest operari, nec dici tacita possessio, cum fuerit inualida ex defectu formæ. Vnde ipsa Religio in statuto citato, *vbi supra* post appositionem Decreti irritantis, præbet facultatem Equiti, qui contra dictam formam emisit professionem, reclamandi de eius nullitate: ergo est impertinens in casu nostro adducere argumentum desumptum ex professione tacita, cum Religio talem professionem nunquam acceptauit, & à principio ex parte vtriusque contrahentium, fuit inualida, tanquam emissa contra formam substantialem à statuto Religionis præscriptam. Vide Sanchez *in Summ. tom.*2.*lib.*5.*cap.*3.*numero* 14. *&* *capit.*4. *num.* 81.

38. Et tandem non desinam hîc adnotare contra Merollam *in Theol.mor. tom.*2.*disput.*4. *cap.*5 *num.* 282. Quod quando dubium est, an forma inducta sit substantialis, vel accidentalis, præsumi debet substantialis. Ita docet Vantius *in tract. de nullitate Rubr. quot, & quibus nullitas in iudicio proponatur, num.*52. Rolandus à Valle *consil.* 43.*num.*13. *lib.*2. & *consil.* 55. *num.*26. *lib.* 3. & Farinacius *in fragm. Crim. part.*2. *num.*221. Quibus ego addo Velam *in in Differt. Senatus Hispalensis*, *differt.* 7. *numer.*9. Castillo *de tertiis Regum Hispaniæ, cap.*27. *num.vltim.* Azeuedum *cons.*9. *num.*28. Surdum *decis.* 122. *num.*2. Milanensem *decis.*3. *num.*8. Decium *cons.* 12. *num.*24 Gratum *lib.*1. *Resp.* 122. *num.*16. Ioannem de Escobar. *tract. de vtroque foro*, *art.*2. *numer.*9. Guttierrez *in pract. QQ. lib.*3. *quæst.* 30. *numer.*18. Palaez *in* 4. *de maiorat. quæst.* 20. *num.* 179. Ferdinandum Menchacam *de success. creat.* §. 4. *num.*12. *iuncto num.*26. Mattham *de iurisd. part.* 4. *cent.* 1. *cas.*94. *num.*18. Cacheranum *decis.* 165. *numer.*15. Castrum Palaum *tom.*1. *tract.*3. *disput.* 2. *punct.*9. *num.*9. Oñate *de contract. tom.*1. *tract.*2. *disput.*6. *sect.*6. *num.*120. Baldum *in lect.Comparatione, num.* 8. *Cod. de fide Instrument.* Decium *cons.* 10. *num.*2. *cons.* 11. *num.*9. Ancharanum *cons.*241. *num.vlt.* Alexandrum *cons.* 42. *num.*16. *lib.*1.*cons.*137. *num.* 15.*lib.*2. *cons.*101. *num.*7. *lib.*5. *cons.*212. *numer.*3. *lib.*6. Ferdinandum Vazquium *de success. creat.lib.*1. §.4.*num.*27. Petrum de Vrries *in Otio æstiuo, part.* 2. *num.* 357. *&* Tiraquellum *de retract. ligna. gloss.* 2. §.36.*num.* 29. Sed in nostro casu saltem adest dubium, an forma sit substantialis, vel accidentalis, ergo substantialis erit iudicanda: ergo eius omissio, actum perfectionis annullabit. Vnde ex his patet responsio ad argumentum desumptum ex illis axiomatibus Iuris, in dubio iudicandum est pro validitate actus, & pro validitate professionis. Nam respondeo, hanc doctrinam non procedere in casu nostro, in quo, vt diximus, etiam stante dubio, forma censenda est substantialis, & non accidentalis: ergo non sumus in dubio, vt volunt aduersarij; sed professionem, inualidam fuisse dicendum est, vtpote emissam contra formam substantialem à statuto præscriptam. Verum aduersarij hoc argumento pressi, asserunt; tunc formam in dubio censendam esse substantialem, & non accidentalem, quando tradita est à lege communi, secus autem quando est tradita à lege speciali. Sed primò respondeo, ferè omnes Doctores citatos loqui non solum in terminis Iuris communis, sed etiam in terminis statutorum municipalium. Et nota statuta Religionis Hierosolymitanæ fuisse confirmata à Papa, & ideo dicuntur statuta Papalia propter illam Papæ confirmationem prout ex pluribus Rotæ Romanæ decisionibus confirmat Oliuerius baltraminus *in addit. ad Gregor. XV. decis.* 267. *num.*13. Parisius *cons.*33. *num.*49. *lib.*3. Gabriel *cons.*127. *num.*14. *lib.*2. Turret. *consil.* 35. *num.* 10. *lib.*1. Marius Antonin. *variar. resol. lib.* 1. *resol.*1, *num.*4. Gratianus *discept. forens.tom.*5. *cap.*992. *num.*10. *&* Fontanella *in Decisionib. Cathaloniæ, tom.* 1. *decis.* 171. *num.*4. Vnde dixit Hunnius *in Encyclopedia Iuris, part.*1. *tit.* 3.*cap.*8.*num.*9. quod statutum à Principe confirmatum, dicitur lex ipsius Principis, & lex scripta: ergo, &c. Secundo respondeo, quod statutum municipale, vel aliquid statuit contra Ius commune; & tunc secundum Ius commune est interpretandum, declarandum, vel ampliandum, vel limitandum; & ita docet Gallius *lib.*2. *obseru.*50. *num.*2. Ancharanus *lib.*3. *quæst.*61. *num.*30. Caualcanus *decis.* 1. *num. num.*9. *part.*2. Surdus *decis.*36. *num.*19. & Cacheranus *decis.* 59. *num.*8. Vel statutum non est Iuris communis correctorium, sed tantum disponit præter ipsum Ius, in quo casu, omnes Iuris interpretationes, etiam extensiuas recipit; Vt firmat Ioseph Vela *in Prælectione ad cap.*1. *de officio ordin. numer.* 129. cui adde alios, quos refert, & sequitur Mascardus *de Statut. Interpret. concl.*2. *num.*218. *&* 219. Ergo ex his sequitur statutum nostrum, vel statuta contra Ius commune, vel præter, in quocumque casu admittere interpretationem, quod in dubio forma, non accidentalis, sed substantialis censenda est.

39. Quod etiam confirmo ex celebri doctrina Ioannis præpositi illustrissimæ Societatis Iesu insignis Theologi *in pag.*2. *Diui Thomæ*, *quæst.* 95. *disput.*3. *dub.*8. *num.*50. vbi sic ait: *Quamuis varia Regulæ assignentur ad dignoscendum, quando forma sit substantialis, & irritetur actus aliter exercitus, ægrè potest assignari regula vniuersalis infallibilis, sed videtur consulenda consuetudo, & communis acceptatio legis, in hoc, vel in illo sensu.* Hæc *Prapositus*: Quæ quidem mirificè faciunt pro casu nostro: nam licet ex verbis statuti apertè non appareret, ornatum Cinguli militaris constitutum fuisse tanquam formam substantialem, ita vt professio, sine tali ornatu emissa, esset inualida; si hoc inquam, ex statuto clarè non appareret, quod ego constanter nego, tamen consuetudo & acceptatio supradicti statuti à Religione facta, manifestè declarauit, talem ornatum Cinguli, in emissione professionis, tanquam formam substantialem constitutam fuisse. Quod patet ex fide authentice transmissa à Vicecancellario Religionis, in qua testatur, professionem N. (de qua loquimur) non fuisse inter alias professiones Equitum descriptam, & appositam; quia in ipsa non apparebat dictum N. emisisse professionem cum ornatu Cinguli militaris, secundum statutum Religionis: Et dicta fides Vicecancellarij facta fuit ex ordine Magni Magistri, ei exhibito, sub die 7. Septembris 1645. Ergo consuetudo Religionis, & acceptatio dicti statuti declarat, ornatum Cinguli militaris in emissione professionis Equitum, esse necessarium tanquam formam. Certum est enim apud Doctores statuta recipere declarationem ab obseruantia subsequuta, vt tradit Surdus *decis.* 129. *n.*20. Decius *consil.* 8. *numer.* 19. Turretus *consil.* 99. *numer.* 2. *&* 26. *lib.* 1. Marius Antonin. *lib.*1. *resol.* 51. *numer.* 6. & alij. Dicere autem hoc processisse ex errore Vicecancellarij, & Magni Magistri, non videtur admittendum: nam, quis non censetur ignorare factum proprium; vt *ex cap. Excommunicatio*

Sup. hoc supra in. tr. 1. Ref. 159. §. vlt.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 1. Ref. 14. §. Sed non. ad medij à vers. vnde & in Ref. 88. §. Et tandem, & in tom. 3. tr. 3. Ref. 84. §.

Probatur secundo, & in Res.86.§.vlt. ad medium, à vers. quod confirmatur. & ibi in tr.6. Res. 138. §. Quod patet. in principio, & in tom. 9.

citato de rescript. probat Eueratdus cons.107. num.8. & patet ex euentu, & ab effectu; nam Religio ad iudicium citata à Domino N. pro declaratione inualiditatis suæ professionis, nec comparauit vnquam, nec resistit, aut instat pro inualiditate. Ergo, &c.

40. Notandum est hic obiter, quod hæc scripta, peruenerunt ad manus doctissimi & eruditissimi viri D. Nicolai Fernandez de Castro, qui postea in suo Monacho milite, tract. 4. cap. 10. num.58. negatiuam sententiam docuit, probans Cingulum militare non esse de substantia professionis Equitum Hierosolymitanorum. Sed ad eius rationes, & ad alias quas adducit nouissime Pater Lezana Cons. 5. per totam facile patet responsio ex dictis,& ex his etiam, quæ adducit Pater Bordonus in suis Consiliis Regul. tom. 1. resolut.100. quæst.21.num.38.& seqq. & me citato Pater Pellizzar us in manual. Regul. tom. 1. tract.9.cap.9.sect.4.n.127.

tr.2 Res.153. §.1.inter medium & fine, vers. sed vsus est. & ibi in tr.7. Res. 96. §. His. ante medium, à vers. Et ita.& in Res. 108. à lin. 12. à vers. Verum, quia. & in Res 110.§.2. paulo post initiū, à vers. Vnde.

TRACTATVS TERTIVS
DE
PAVPERTATE RELIGIOSA
super Bullam Clement. VIII. de Largitione Munerum.

RESOLVTIO PRIMA.

An ista Bulla sit vsu recepta, & adhuc obliget ad sui obligationem? Ex part. 1. tractat. 6. Resol. 1.

Sup. hoc in tom. 6. tr.1. ex doctrina Res.40 §.vlt. ad lin. 5. & ibi in tr. 7. Res.8.§. Nota tamen.

§.1. DVBIVS,& anceps circa propositam quæstioné, videtur remanere Vincentius Filliucius in q.mor. tom.2. tract. 34. cap. 3. q.12. n.81. sed absolutè docuit Stephanus Gratianus in suis discept. forens. tom.2. cap.202. numer. 17. dictam Constitutionem non fuisse vsu receptam à Superioribus Regularibus: Et hanc sententiam nouissimè etiam docuit noster P. Megala in part.2. lib.2. cap.27. quæst.3. num.65. sed ex communi doctrina, vt notat Becanus in summa Theol. part.2. tom.1.tract.3.c.6.q. 8.n.3.Azorius p.1 lib.5. c.4.q.1. Lessius lib.2. c.22. dub. 13. num.98.& alij, leges Pontificiæ non obligant, nisi acceptentur à subditis. Ergo dicta Bulla Clement. VIII. non obligabit: quia non fuit à subditis recepta. Et hoc ait Megala, non solùm per decennium, sed spatio ferè viginti annorum, vt omnes sciunt.

2. Idem videtur docere Ioan. Valerus verb. munera, num. 106. vbi sic asserit: [Nota, hanc Constitutionem non solùm debere legi quotannis, in Capitulis Monasteriorum; sed etiam esse exarandam, atque scribendam in libris quoruncunque statutorum ipsarum Religionum: quod non video obseruari, sicut nec omnes formas præscriptas, nec pœnarum inflictiones.] Sic ille. Hoc docet etiam Homobonus de cas. reser. part.3. cap.3. & Victorell. in notis ad Man. Nauarr. cap.18. num. 105. & post hæc scripta inueni, eundem Homobonum de Bonis in suo examine Eccles. part.1. tract. 7. cap.30. quæst.123. iterum adnotare, multos viros doctos in illa sententia esse, quòd supradicta Bulla non fuerit vsu recepta quoad pœnas, quæ in illa continentur: & ego hanc sententiam probabiliorem esse existimo; quod nouissimè iterum docuit Megala cons.33. num.17. Vide etiam Tannerum in 2.2. disput.6.q.3. dub.4.n. 107. & Scottiam in Constit. Pontific. epit. 159. theor. 399. in fin. & Peirin. de Relig. tom.1. cap.2.q.2.§.6.

3. Vnde ex his ego non condemnarem illum Religiosum, qui legitimè præscriptum sequeretur vsum suæ Prouinciæ, & Religionis, circa munera largienda, non obstante dicta Bulla, saluo semper, &c. Verùm hic Panormi quoad Moniales esse dictam Bullam vsu receptam, testatus est mihi Reuerendiss. Vicarius de la Riba, Vir omnis literaturæ consultissimus.

4. Sed, quidquid sit de vsu, & obseruantia eius, multæ difficultates circa intelligentiam supradictæ Bullæ elucidandæ sunt, ad pacandas conscientias, & scrupulos à Confessariis abigendos. Quæro igitur secundò.

RESOL. II.

Quotnam sint fines, seu causæ finales huius constitutionis Clement. VIII. Ex part. 1.tract.6. Res.12.

§. 1. QVatuor esse respondet Bartholomæus à S. Fausto in thesauro Relig. lib.8. quæstion. 208. Homob. de examin. Eccles. part.1. tractat. 9. capit. 5. quæstion. 10. Filliuc. tom. 2. tractat. 34. capit. 3. quæstion. 6. Paulinus Berti in explic. huius Bullæ, part. 1. principali, fol. mihi 414.col.1. & ante illos Hieronym. à Sorbo in Compen. priuil. Prima, vt religiosa disciplina labefactata in pristinum statutum restituatur & quæ incolumis permanet, conseruetur. Secunda, vt votum paupertatis integrum seruetur. Tertia, nè bona Monasteriorum, vel quoruncunque Regularium dilapidentur. Quarta, ne praua ambitione compulsi Religiosi pro consequendis Officiis alter alterius gratiam, vel protectoris, seu aliorum beneuolentiam aucupentur.

2. Sed hanc sententiam, quoad partem, meritò, impugnat Ioan. Valerus in diff. vtriusque fori verb. munera, n.20.23.& 81. Granado in part.2. disp.15. sect.3.n.18. cum Patre Sousa in expos. huius Bullæ, fundam.

fundam.§.n.34. vbi sic asserit: [El obuia los grandes daños, que se siguen de la dissipacion del patrimonio de Christo, y el soborno para alcanzar Officios, y Dignidades, son las razones fundamentales desta ley. De lo qual se sigue, que no hablò propriamente Fray Hieronymo à Sorbo en señalar por primera razon fundamental, la obseruançia regular, porque esta no es causa proxima, sino comun, de todo, quantò se manda à los Religiosos: y mucho menos, exponer por secunda razon, la guarda del voto de la probreza indeterminadamente, sino entienda del abuso notable cerca deste voto, ò del quebrantamiento del en cosa graue: porque la Constitucion no vsa deste termino, *voto de pobreza*, ni se hallara en toda ella, y no quebrantandole de vna de las maneras dichas, no se siguen grandes daños, y incommodo, como la ley declara; y de señalar por causa fundamental, la guarda del voto de la pobreza indeterminadamente, como este Author haze, podrian nacer muchos escrupulos, y inconuenientes.] Ita ille.

3. Non rectè igitur DD. citati adduxerunt quatuor causas finales huius Constitutionis; duas enim esse dicendum est; nempe, ne bona Monasterij dilapidentur, & ne detur ambitionis occasio: quod summoperè notandum est: nam ex isto principio multæ dubitationes benignè resoluendæ sunt. Vnde non benè aliqui hanc posteriorem sententiam olim nolebant admittere: est enim probabilissima, & illam præter DD. citatos tenent etiam multi Viri doctissimi de hac re à me consulti, tam ex Societate IESV, & ex Dominicanorum Familia, quàm ex nostra Religione.

RESOL. III.

An in ista Bulla Summus Pontifex condiderit nouum ius circa largitiones munerum Religiosorum? Ex part.1.tr.6. Ref.2.

§.1. EX resolutione huius quæstionis pēdet decisio multorum casuum: ideò assero, præter nouam formam circa causæ approbationem, Summum Pontificem non concedere nouum ius in hac Bulla. Ita Sousa *in explicat huius Bulla, fundam.1.n.8. & §.3. n.72.* Ortiz *in summ.c.5. n.10.* Ioan. Valerus *in suis differ. vtriusque fori, verb. munera, n.1.* vbi sic ait: [Hæc Constitutio non est edita ad nouam disciplinam, nouámque Religioni obligationem imponendam, vel ad nouum ius introducendum.] Et *n. 21.* [Apparet, hanc Constitutionem non esse iuris noui introductiuam, sed reformatiuam; & iuris communis restitutiuam, & eidem conformem. Quare, quidquid ante hanc Constitutionem licebat, & dari iustè poterat, & nunc licet, & dari potest: quidquid nunc non licet, nec ante licebat.] Idem etiam asserit *n. 37. & n.98.* Idem docet Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib.1. c.3. dub. 1. concl.3.* vbi sic asserit: [Clemens VIII. in sua Bulla multa vetat Religiosis circa largitionem munerum, quæ tamen omnia, exceptis pœnis ibi impositis, continentur in iure communi antiquo.] Sic ille. Ita etiam docet Paulinus Berti *in explicat. huius Bulla, part.2. cas.3. in fine fol.418. col.1.*

Sup. hoc infra in Ref. 12. rec. tatiue in §.vlt.

2. Solùm igitur, vt dixi, Pontifex in hac Constitutione inducit nouam formam circa causæ approbationem. Itaque cognitio, & determinatio, quæ sit iusta causa ad munus aliquod largiendum per Religiosum Superiorem, vel inferiorem, siue per aliquem conuentum, solùm spectat, & reseruatur hodie per hanc Bullam generali Capitulo. Vnde colligitur, Generalem, licèt habuerit à Capitulo generali omnem potestatem Capituli generalis intra annum, seu annos; non posse se suttomittere in cognitionem, & determinationem, quæ sit iusta causa ad munus aliquod largiendum, in casu aliquo occurrenti.

Sup. hoc lege Ref. seq.

3. Ex his patet, quanti scrupuli oriientur, & quantæ conscientiæ inuenirentur illaqueatæ, si hæc Constitutio esset vsu recepta in Religionibus: nam vigore istius Bullæ nullus Superior, nec vllus Conuentus potest ex causa, quantuncunque iusta, dare licentiam alicui Religioso ad dandum munus aliquod, nisi causa ipsa cognoscatur in Capitulo generali, & vnanimi omnium consensu ibidem approbetur: quæ quidem omnia credo ferè in omnibus Religionibus non obseruari, etiam in Obseruantibus. Dicendum est igitur, vt *suprà* notauimus, hanc Constitutionem non esse vt plurimùm apud Religiosos vsu receptam, & approbatam, saluo semper, &c. Sed ex ista quæstione oritur alia. Quæro igitur.

Supra in Ref. quæ hic est 1.

RESOL. IV.

An cognitio quantitatis muneris largiendi spectet etiam ad Capitulum Generale, vel ad eosdem Conuentus, & Superiores spectare, & eorum arbitrio relinqui quantitatem doni largiendi? Ex part. 1. tr.6. Ref.3.

§.1. REspondeo negatiuè: nam ad ipsum (vt *suprà* diximus) spectat tantùm cognitio, & determinatio iustæ causæ dandi munus. Quare, cùm à iure communi non sit recedendum, nisi quatenus nouum cogit; dicendum est, sub censura Sedis Apostolicæ cognitionem, & determinationem ad eosdem Conuentus, & Superiores spectare, & eorum arbitrio relinqui quantitatem doni largiendi, cùm in contextu Bullæ non determinetur, quod sit munus notabile, & quod leue, siue munusculum: & sic Capitulum generale Dominicanorum, anno 1596. declarauit iustas causas largiendi munera; non autem quantitatem eorum. Hæc omnia inuenies apud Valerum *vbi suprà, n.49. & 50.* Et quia codex rarus est, Author doctissimus, aliqua ex ipso libenter adducam. Si scire cupis causas approbatas à dicto Capitulo Dominicanorum, hæ sunt. Prima est gratitudo. Secunda, conciliatio beneuolentiæ, aut eiusdem conseruatio; in ordine tamen ad Religionem, vel Conuentum, vel in ordine ad bonum finem respectu sui ipsius. Tertia, pietas in parentes, & consanguineos vsque ad quartum gradum inclusiuè. Quarta, redemptio vexationis. Sed declaranda sunt aliqua circa quantitatem ipsam munerum. Quæritur igitur.

Supra in Ref. quæ hic est antecedens, in eius §. Solum.

RESOL. V.

Quanti valoris debeant esse munera, vt licite fiant, & non sint contra hanc constitutionem? Ex part.1. tr.6.Ref.4.

§.1. PRælatos regulares posse sibi, & suis concedere licentiam donandi vsque ad decem aureos pro causa pia, & rationabili, v. g. pro pauperibus, pro nuptiis cognatorum, pro gratificatione beneficiorum, &c. testantur Fagundez *de Pracep. tract.2. lib.8. c.6.n.12.* Corduba *in sum.q.54.* Lopez *p.1.instructor. c.152.* Ioan. de la Cruz *de statu Relig.lib.3. c.1.p.3.dub.1.n.162.*

2. Sed, cùm hoc à iure non sit determinatum, neque in hac Constitutione Summus Pontifex aliquid decernat, arbitrio Superiorum hoc esse relinquendum puto,

puto, qui pensatis conditionibus Religiosi volentis donare, & eius, cui fit munusculum, & pensata causa, ob quam fit, & etiam vtilitate, quæ ex dicto munusculo obuenire potest Religioso, vel Monasterio, & considerata etiam facultate ipsius Monasterij, poterit minorem, aut maiorem facultatem dare in quantitate, & qualitate munusculi. Ita Hieronymus Cenedo *de paupertate religiosa*, *dub.* 26. *numer.* 6. *concl.* 2. Sanchez *in summ. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 19. *n.* 42. Azorius *part.* 1. *lib.* 12. *c.* 12. *q.* 4. & Suarez *de Relig. tom.* 3. *lib.* 8. *c.* 15. *numer.* 13. cum Valero *vbi supra num.* 65.

RESOL. VI.

An si Religiosus sine licentia sui prabeat munusculum duorum aureorum, incidat in pœnas huius constitutionis? Ex p. 1. tr. 6. Res. 5.

Sup. hoc lege infra doctrinam Res. 46. & Res. & 55. eius not. significanter eius §. vlt. post medium, à vers. Et tandem.

§. 1. RЕspondeo; peccatum quidem furti admittere; non autem incurrere in pœnas huius Constitutionis. Et ita viuæ vocis oraculo declarauit Clemens ipse VIII. Claudio Aquauiuæ, Generali Relig. Societ. Iesv: & ego habui à Patribus dictæ Societatis transsumptum epistolæ supradicti Generalis, transmissæ ad P. Petrum Gambacurtam Panormitanum, sub die 2. Martij, 1595. in qua declaratio supradicta Pontificis ponebatur. Et hoc etiam testantur multi DD. qui scripta sua typis mandarunt postcà: hi sunt, Molfesius *in sum. tom.* 1. *tract.* 7. *c.* 20. *n.* 86. Filliucius *tom.* 2. *tr.* 34. *c.* 3. *q.* 9. *num.* 65. & nouissimè Homobonus de Bonis *in exam. Eccl. part.* 1. *tract.* 7. *c.* 30. *q.* 125. cum aliquibus, quos tacito nomine citat Scortia *in Bull. Pont. epitome* 158 *theor.* 596. Et ratio declarationis Pontificis forsitan fuit: quia communiter summa duorum aureorum in iure dicitur summa modica, vt patet *ex l. si oleum.* 15. *fin. iuncta l. seq.* vbi Gloss. *ff. de dolo.* cum Felino *in cap. interfecisti, de homicid.*

RESOL. VII.

An Religiosus, qui celebrat aliquas Missas ad intentionem alicuius amici, sciens dictum amicum stipendium pro illis accipere, peccet contra paupertatem, & includatur in Bulla Clem. VIII.

Et an stante dicta Bulla possit Religiosus de sola licentia Superioris donare ea, quæ acquisiuit ex eleemosynis Missarum, quas sibi intra annum Conuentus, seu Religio concedit? Ex part. 1. tr. 6. Res. 9.

§. 1. RЕspondi negatiuè, ex authoritate P. Francisci de Sousa *in explic. huius Bullæ*, §. 3. *n.* 74. *in fin.* vbi sic asserit: [No seria contra esta ley, dezir tantas Missas, por la intencion de vno, aunque entienda, se ha el de aprouechar de la pitança, porque en este caso, nada se da, que no sea meramente espiritual, lo qual entiendo, si no esta obligado à celebrar por su Conuento.] Sic ille.

2. Notandum est tamen, stante Bulla, non posse Religiosum, de sola licentia sui Superioris, donare ea, quæ acquisiuit ex eleemosynis Missarum, quas sibi intra annum Conuentus, siue Religio concedit: nam est dispar ratio inter hos duos casus: & ita docet Ioan. Valerus *in differ. vtriusque fori, verb. munera, n.* 75. licèt ipse sententiam negatiuam huius secundi casus vocet tantùm probabiliorem. Ergo posset aliquis dicere, affirmatiuã ex mente eiusdem Valeri esse probabilem. Sed de hoc ego dubito: tu cogita.

RESOL. VIII.

An Religiosus, qui non acceptat aliquod donum, sed rogat, vt detur amico, seu consanguineo, peccet contra paupertatem, & contra hanc Bullam?

Et an si Religiosus se habeat vt intercessor apud Ioannem, v. g. vt ipse Ioannes nomine suo det Petro aliquam rem, peccet contra Votum paupertatis, & contra nostram Constitutionem? Ex part. 1. tr. 6. Res. 8.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Hieronymus à Sotto *in compend. priuileg. in exposit. huius Bullæ, fol. mihi* 194. vbi sic asserit: (Prohibetur Religiosis donare quouis modo, siue directè, siue indirectè. Vnde, si quis, vel si qua diceret suis consanguineis, vt quod vellent sibi donare, donarent tali suo nomine, non posset fieri, cùm sic esset donare indirectè.) Ita ille. Probatur hæc opinio: nam, si hoc non est dare indirectè, quid, quæso, per indirectam donationem debet intelligi? Deinde *in l.* 2. *ff. de calum.* ita habetur: (Non refert, an ipse pecuniam acceperit, an iusserit dari.)

2. Sed mihi, saluo semper meliori iudicio, contraria opinio probabilior videtur. Dico igitur, si Religiosus solùm se habeat, vt intercessor apud Ioannem, v. g. vt ipse Ioannes nomine suo det Petro aliquam rem; non peccabit contra votum paupertatis, & contra nostram Constitutionem. Ita Lezan. *de Relig. tom.* 1. *c.* 2. *q.* 2. §. 4. Fagun. *de Præcep. tract.* 2. *lib.* 8. *c.* 6. *n.* 18. Villalobos *in sum. tom.* 2. *tr.* 5. *dub.* 32. *num.* 6. Scortia *in Bull. Pont. epit.* 158. *theor.* 597. Layman *in Theol. mor. lib.* 4. *tr.* 5. *c.* 7. *num.* 16. Filliucius *in quæst. mor. tom.* 2. *tract.* 34. *c.* 3. *q.* 8. *n.* 62. Bonacina *de contr. disp.* 3. *q.* 12. *punct.* 1. *num.* 6. Barthol. à S. Fausto *in thes. Relig. lib.* 8. *q.* 213. Sanchez Galetti *in margar. cas. conf. ver. Relig. num.* 9. Naldus *in sum. ver. Relig. num.* 11. Suarez *tom.* .. *de Relig. lib.* 8. *c.* 15. *num.* 45. Rodriguez *in exer. spir. p.* 3. *tr.* 3. *c.* 15. Turrian. *in* 2. 2. *tom.* 1. *disp.* 85. *dub.* 1. Sanchez *de matrim. tom.* 1. *lib.* 6. *num.* 7. Cenedo *de pauper. relig. dub.* 29. *n.* 4. Gratian. *in suis discept. forens. tom.* 2. *c.* 101. *n.* 17. & ante omnes Sousa *in expl. huius Bullæ*, §. 3. *n.* 73.

3. Et ratio est clara, & manifesta: quia Religiosus tunc peccat contra paupertatem, quando disponit de aliqua re sua, vel Religionis, sine consensu, & facultate Superioris: sed in prædictis casibus hoc nō accidit, vt constat ex proposita specie facti; nam solùm petit Religiosus à sæculari, vt rem aliquam donet alteri, de qua re ipse Religiosus non acceptat, neque tacitè, neque expresè, vllum dominium, & potest ipse sæcularis semper, si velit, non dare: ergo, &c.

4. Deinde, Religiosus, seu Monialis, non potest donare: tamen ex hoc non sequitur, quòd non possit petere ab alio potente donare, vt donet; potest enim prohiberi primum, & non secundum. Ergo, licet Religiosus non possit donare; tamen poterit ab aliquo sæculari potente donare petere, vt aliquid alicui donet. Sic Turrianus. Nec valet dicere, quòd in nostro casu Religiosus dicitur donare indirectè: nam vt benè obseruant Sanchez, & Cenedo, *vbi suprà*, tunc dicitur donatio indirecta, quando adest tacita acceptatio, quia & in donatione indirecta præsupponitur dominium; & quando etiam adest iussus, vt donans tradat alteri: quod neutrum est in nostro casu; quia Religiosus, neque tacitè acceptat dominium alicuius rei, & non iubet sed rogat, & se habet, vt diximus, tanquam intercessor: ergo, &c. Vel secundò dicendũ

cum

cum Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib.* 1. *capit.* 3. *dub.* 5. quòd donatio indirecta in hoc decreto Clementis VIII. vetita dicetur, v. g. si Religiosus mutuet animo non repetendi mutuum. Vel dicendum tertiò cum Sanchez, & Cenedo, *loc. cit.* illa verba, *directè, vel indirectè*, apponi, vt Religiosi intelligant: vt, cùm Hispanè dicitur: [Ni os passe por el pensamiento el hazer esto.] Ex his patet responsio ad primum argumentum.

5. Ad secundum respondetur cum Cenedo: [Que en aquella ley se induce vna tacita acceptacion, porque el mandar, què lo dè à lotro, importa, y suppone, que ya fue adquirida la cosa para aquel, que mando darla.] Iussio enim, vt alteri detur, importat rem priùs iubenti esse acquisitam; & verbum, *iubere*, importat necessitatem, vt notat Albericus *in suo Diction. verb. iubere*, & constat *ex l.* 1. *ff. quod iussu.* Sed in nostro casu non iubetur, sed rogatur, ita vt, quemadmodum *suprà* diximus, possit sæcularis rogatus rem illam non dare: ergo, &c.

6. Ex his apparet, me olim rectè respondisse, Monialem, quæ rogauerat matrem, vt daret alteri certam pecuniarum summum, non nomine ipsius Monialis, sed nomine suo; non fregisse votum paupertatis, neque prohibitionem Clementis VIII. de largitione indirecta munerum. Et ita tunc senserunt multi Viri docti ex nostra Religione, & Societate IESV, à me de hac re consulti.

RESOL. IX.

An Monialis, seu Religiosus cum licentia sui Superioris possit facere amico, seu cognato Corporalia magni valoris, seu picturam, & non incidere in pœnas huius Constitutionis?

Et an doctrina huius quæstionis non sit applicanda, quando Religiosus facit primo picturam v. g. sumptibus Monasterij? Ex part. 1. tractat. 6. Resol. 6.

Sup. hoc in Res. seq. & infra in Res. 61. §. recursim ad lin. 6.

§. 1. Negatiuè forsitan aliquis respondebit: quia, quidquid acquirit Monachus ex sua arte, vel industria, acquirit Monasterio: ergo, &c. Secundò, qui nequit dare, nec gratis potest remittere, sed Religiosus, & Monialis non possunt dare: ergo neque remittere.

2. Sed ergo cum Bonacina *in tract. var. disp.* 3. *punct.* 1. *n.* 5. Scortia *in Bull. Pont. epit.* 158. *theor.* 596. Ioanne Valero *vbi sup. n.* 66. *& seq.* affirmatiuam sententiam sustinendam esse puto. Dico igitur, quando ad faciendas illas res amicus, seu consanguineus subministrat omnia necessaria, & eius sumptus de licentia Prælati efficiuntur; vel cùm, antequàm fiant, Prælatus dat licentiam, vt fiant pro tali amico; tunc licèt necessaria accipiantur à Monasterio, posito quòd sint parui valoris; puto, in vtroque casu Religiosum, seu Monialem; posse gratis efficere illam picturam, seu corporale, vel aliam rem. Et ratio est: quia tunc non agitur de alienanda, seu donanda re, quæ sit Monasterij; sed tantùm agitur de non acquirendo, quo in casu Prælatus potest præiudicare Monasterio, vt communis fert Doctorum sententia, & probat Sanchez *de matrim. tom.* 1. *lib.* 6. *disp.* 4. *n.* 13.

3. Secundò probatur: quia Clemens VIII. in ista Bulla prohibet tantùm largitionem munerum de pecuniis, vel aliis rebus iam Monasterio acquisitis, & decernit esse faciendam restitutionem de muneribus contra hanc Constitutionem factis: sed, cùm restitutio supponat oblationem, & in casu, de quo agimus, nulla fiat ablatio pretij illius rei, quæ gratis efficitur, cùm nunquam datum fuerit, nec debeatur: ergo de hoc genere liberalitatis, & muneris non intellexit Pontifex in ista Bulla, aliquid prohibere.

4. Ad primum argumentum respondetur, verum esse, quidquid acquirit Monachus, Monasterio acquirere: sed nego, opera facienda ab ipsis Religiosis non posse confici gratis; de licentia tamen sui Superioris, impensis alienis. Et ratio est: quia erga talia opera nullum ius acquisitum Monasterium habet, antequàm efficiantur; nec habet ius ad rem, quia non adhuc sunt in rerum natura; & ideò in talibus potest (vt diximus) Superior ipsi Monasterio præiudicare.

5. Sic etiam responderi potest ad secundum argumentum dicendo, tunc qui nequit donare, non posse gratis remittere, quod debetur, quando aliquid est debitum: sed in nostro casu est diuersa ratio; nam nos loquimur de remissione illius, quod adhuc non debetur: & sic est casus diuersus. Notandum est tamen, doctrinam huius resolutionis non esse applicandam, quando Religiosus facit primò picturam, v. g. sumptibus Monasterij: nam in hoc casu verum est, non posse Monachum rem illam multi valoris, etiam de licentia Superioris, donare: quia tunc res illa est ipsius Monasterij, quod iam habet ius acquisitum erga ipsam? & ideò sic faciendo, & donando, contrauenitet huic Bullæ.

RESOL. X.

An Regularis faciens picturam, vel aliquod aliud pro amico frangat votum paupertatis?

Et alia notabilia circa hoc adducuntur in textu huius Resolutionis. Ex part. 7. tract. 11. & Misc. 2. Res. 17.

§. 1. Hanc quæstionem nouissimè pertractat Cardinalis de Lugo *de iust. & iur. tom.* 1. *disput.* 3. *sect.* 8. *n.* 149. & me citato, qui negatiuam sententiam docui *in tom.* 1. *tract. de Pauper. Relig. resol.* 6. asserit admittendam esse si ante opus factum ex primaria intentione fiat ad petitionem illius, non verò si fiat ab ipso Religioso cum intentione dandi illam picturam tali personæ. Ratio autem, in qua id fundari debet, hæc est: quia sicut suprà diximus, posse Religiosum absque licentia acceptare obsequium sibi ab alio præstitum; ita potest ipsemet Religiosus absque præiudicio paupertatis alteri inseruire, & suâ operâ ei gratis exhibere. Sic potest certè, altero dictante, scribere pro ipso codicem, vel librum magnum, qui liber magni pretij esset: tunc autem liber ipse, nunquam est in dominio scribentis, sed Religiosus accommodat, & exhibet suam operam alteri, qui in ea scriptione inseruit, & eius nomine scribit, atque ideo nihil sibi adquirit, sed totum adquiritur domino, qui Religiosi opera vtitur ad faciendum sibi illud opus. Similiter ergo poterit Religiosi opera vti ad faciendam imaginem, vel statuam, quæ non acquiruntur artifici, sed illi, cui Religiosus, quasi eius seruus, vel operarius gratuitus laborat. Hæc Emin. Cardinalis de Lugo.

Quæ hic est Res antecedens. & in aliis lin. eius not.

2. Sed acutissimus Caramuël *in Reg. D. Benedicti, disput.* 59. *resol.* 8. *num.* 859. fusiùs difficultatem exponit, & me etiam citato affirmatiuam sententiam tenet sine illa limitatione apposita à Cardinali Lugo, sed ait: non procedere quoad Religiosos laicos, nam ipse differentiam ponit inter Aurificem Monachum, & Conuersum Aurificem, quòd Conuersus quà Aurifex est Conuersus: alius verò non

non est Monachus quà Aurifex, sed quà Chorista. Ratio est: quia Religiosus est genus morale ad Monachum, & Conuersum: Differentiæ contrahentes sunt Chorus, & Ars. Monachus est Religiosus Chorista. Conuersus est Religiosus Artifex. Vnde arte facta nascuntur à Conuerso per se, à Monacho per accidens. Tam essentiale est Conuerso artificere: quàm Medico mederi, Artificere comparatur Monacho, vt mederi Aurifici, aut aurificere ipsi Medico. Ideo Conuersus tenetur artificere pro Communitate, non cantare: Monachus è contrario tenetur cantare, & contemplari in Choro, non autem aurificere. Ideo putat artefacta quæ fiunt à Monachis quà talia non pertinere ad Communitatem; concedit tamen Caramuël laïcis & conuersis posse duas horas absque licentia expressa Abbatis pingere, delineare, cælare, &c. pro amico: sed ego vt verum fatear non inuenio apud DD. quoad præsentem casum differentiam inter Regulares, Laïcos, & Choro addictos, vnde quidquid circa præsentem quæstionem in ordine ad votum paupertatis, erit licitum Professis, erit etiam licitum laicis; quia actiones de quibus loquimur non sunt Monachi quà Monachi, suppono tempus esse vacans, neque sumi aliquid à Communitate sine licentia tacita, vel expressa superioris. Ergo, &c.

3. Sed quærit Caramuël, & asserit, Petrus Monachus egregius pictor pinxit imaginem vendibilem mille florenis, illam dedit sæculari contra voluntatem Abbatis, contrarium in virtute obedientiæ præcipientis; qualiter peccauit?

4. Primò, vide & considera quanti materia colorum, & tabulæ fiat, & secundùm harum rerum valorem illum argue, non autem secundùm valorem artis; quod si materialia ad amicum pertinebant, & nihilominus contra voluntatem Prælati dederit, non est censendus proprietarius, sed inobediens. Contra obedientiam autem peccauit, me iudice moraliter; quia longo tempore pingere contra mandatum Abbatis, est actio notabilis.

5. Hinc constat, duos Monachos, qui contra Prælati mandatum pingunt tabulas quas donant sæculari, etiamsi alter delineet pretiosissimas, alter vilissimas, si æquale tempus insumant, peccare æqualiter. Ratio est; quia peccatum non consistit in valore picturæ, sed in quantitate temporis expensi in arte pingendi contra voluntatem Abbatis.

6. Nec valet dicere, illos habuisse pingendi licentiam, sed non dandi; si enim bene consideres, in tali casu non habuerunt licentiam pingendi tabulas dandas, ergo quas dandas pinxerunt, pinxerunt equidem contra obedientiam.

7. Potest igitur Religiosus gratis scribere, pingere, &c. orare, celebrare pro Paulo, licet sciat eum venditurum esse manuscripta, aut recepturum eleemosynam pro orationibus; quia ipse non dat Paulo pecunias, sed suæ industriæ, aut orationis extrinsecos actus & hos gratis, quos in contrarium Prælatus iusserit, libertimè donare potest.

RESOL. XI.

An Religiosus possit dare leuiora alterius generis, licet non sit de leuibus comestibilibus, & ad deuotionem pertinentibus concessis in hac Bulla?

Et an casus excepti in hac Bulla extendantur ad alios similes?

Et docetur, quod quamuis per solas quinque causas donatio reuocari possit, tamen idem potest ex aliis grauioribus causis, vel æque grauibus. Ex part. 1. tract. 6. Res. 7.

§. 1. Negatiua sententia suaderi potest ex illa vulgata regula iuris, quòd casus exceptus firmat regulam in non exceptis: sed in hac Bulla excipiuntur tantùm leuiora comestibilia, & ad deuotionem pertinentia: ergo excluduntur omnia alia.

2. Sed ego puto cum Ioan. de la Cruz *de stat. Relig. lib.* 1. *cap.* 5. *dub.* 5. *concl.* 3. *num.* 3. & Filliucio *tom.* 1. *tract.* 34. *cap.* 3. *num.* 71. posse Religiosos dare etiam leuiora alterius generis. Et ratio est: quia, quoties in aliqua regula excipiuntur aliqui casus, etiam casus similes consequenter manent excepti. Vnde ex multis Euerardus *in suis topicis legalibus, loco à natura dictionum taxatiuarum*, *num.* 4. Antonius Gomez *tom.* 1. *variar. cap.* 11. *num.* 12. & alij probant, dictionem taxatiuam non excludere casus similes, in quibus eadem ratio militat. Item *l. fin. Cod. de reuocandis donat.* decernitur, quòd per solas quinque causas potest reuocari donatio; & tamen communis Doctorum sententia docet, posse quoque ex aliis grauioribus, aut æquè grauibus. Ita Glossa *ex l. fin. ver. voluerit.* Abbas *cap. fin. num.* 3. *de donat.* Nauarrus *tom.* 4. *num.* 48. *de Regul. seruant. l.* 6. Iaceni *num.* 59. Syluester *verb. donatio*, 1. *quæst.* 13. *num.* 17. Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 4. *num.* 14. Molina *de primog. Hisp. lib.* 1. *c.* 9. *num.* 31. Lessius *de iust. lib.* 2. *cap.* 8. *dub.* 14. *num.* 104. cum multis aliis: quidquid in contrarium afferat Molina Theologus *de iust. tom.* 2. *disput.* 281. *verb. nobis verò* & Rebellius *part.* 2. *lib.* 18. *q.* 9. *n.* 8. Et Ratio est: quia, cùm lex non possit excipere omnes casus exceptione dignos ponit aliquos loco exemplorum.

3. Dicendum est igitur, quòd licet summus Pontifex in hac Bulla interdixerit munera à Religiosis dari, præterquàm in casibus hîc exceptis; tamen ex doctrina *superiùs* adducta casus excepti debent extendi ad similes, in quibus eadem, vel vrgentior militat. Et hanc opinionem præter Ioan. de la Cruz citatum tenet etiam Sousa *in exposit. huius Bullæ*, *fundam.* 5. *n.* 38. 39. 40. & nouissimè Scortia *in Pontif. Constit. epit.* 158. *theor.* 396. Quod est maximè notandum ad multos scrupulos depellendos. Ad argumentum verò in contrarium *suprà* adductum potest quis respondere, regulam illam iuris, quòd casus excepti firmant regulam in non exceptis, intelligendam esse de casibus non exceptis, qui aliàs sunt dissimiles exceptis.

Quoad hoc lege infra doctrinam Res. 64. ad medium, à vers. Nota. & sup. hac extensione ad casus similes, supra in tr. 1. ex doctrina Res. 335. & aliarum eius primæ not. signanter in fine dictæ Res. &c.

RESOL. XII.

Quænam esculenta, & poculenta possit Religiosus largiri in terminis huius Bullæ, & ad quem valorem ascendere possint? Ex part. 1. tractat. 6. Res. 13.

§. 1. Valorem esculentorum, & poculentorum, quæ in hac Bulla conceduntur, non debere superare quantitatem, quæ in furto induceit peccatum mortale, docet Bartholomæus à S. Fausto *in thes. Relig. lib.* 8. *quæst.* 218. & Paulinus Berti *in explicat. huius Bullæ*, *in* 10. *casibus positis post part.* 2. *principalem*: & putant, hanc quantitatem non debere excedere valorem trium Iuliorum. Vide etiam Fabrum *de restit. in* 4. *sent. dist.* 15. *q.* 2. *disp.* 45. *c.* 5. *n.* 121. Igitur, secundùm hos Autores, esculenta, & poculenta non sumuntur in hac Bulla, in significatu, in quo sumuntur, & explicantur in multis locis Canonum, & iuris communis.

2. Sed meritò contrariam sententiam docet Sousa *in exposit. huius Bullæ*, §. 4. *numer.* 80. & 90. Bonacina *in tr. var. disp.* 3. *punct.* 1. *n.* 9. & Valerus *in differ. vtriusque*

vtriusque fori, verb. munera, diff. 1. num. 59. vbi sic ait: [Quæ autem dicantur leuiora esculenta, & poculenta in hac Bulla, deduci potest ex cap. statutum. §. insuper. de rescrips. in 9. nimirum, quæ paucis diebus consumi possunt.] Vbi Glossa verb. paucis. addit, & hoc arbitrio boni viri relinquendum, cùm aliter non determinetur, habita consideratione personæ dantis, & personæ recipientis, vt in cap. etsi quæstiones, de simon.

3. Et ita ego hanc secundam sententiam puto probabiliorem: quia, vt suprà notatum est, hæc Bulla non est iuris noui inductiua, sed reformatiua; & iuris communis restitutiua, & eidem conformis. Quare, quidquid ante hanc Constitutionem licebat, & nunc licet, & dari potest: & è contra, quidquid nunc non licet, nec antè licebat. Ex quibus apparet, esculenta, & poculenta huius Constitutionis, intelligenda esse, secundùm terminos iuris communis.

Supra in Res. quæ hic est 3.

RESOL. XIII.

An Religiosus possit sine licentia Prælati, & sine contrauentione voti paupertatis, & huius Bullæ largiri suam pitantiam? Ex part. 1. tractat. 6. Res. 28.

§. 1. NEgantem sententiam docet Bartholomæus Salonius *in 2.2. tom. 1. q. 61. tr. de dominio, q. 1. art. 3. concl. 1. corol. 5.* vbi asserit, nullum Religiosum posse ex his, quæ ipsi conceduntur ad suos proprios vsus, vt victum, &c. aliquid erogare, sine particulari licentia sui Superioris, etiamsi parcissimè illis vtatur: vt, cùm mittitur Religiosus ad peragendum aliquod negotium in locum distantem, & datur illi à Superiore pecunia, qua victum sibi paret, etiamsi parcissimè viuat, tenetur ea quæ reseruat, rediens in Conuentum Superiori restituere. Et ratio est: quia Religiosus non potest esse dominus alicuius rei, nec vsufructuarius; sed tantùm vsuarius: sed vsuarius solùm tenet, & habet vsum rei pro se, & non potest illam dare alteri: nam hoc est proprium domini, & vsufructuarij: ergo Religiosus potest tantùm comedere pitantiam; non autem disponere, & dare illam.

2. Et mihi contraria sententia probabilis etiam videtur. Et ratio est: quia in illis rebus, quæ vnico actu consumuntur, non potest secerni vsus à dominio. Ita Ioannes XXII. *in Extrau. ad conditorem 9. quod autem de verb. signific.* vbi ait, quòd in rebus vsu consumptibilibus, vsus, & dominium non distinguuntur; sed cui confertur vnum, conceditur vtrunque. Et hanc sententiam tenet Syluester *verb. dominium. §. 3.* Petrus de Aragon. *in 2.2. q. 72. art. 1.* D. Antoninus *p. 4. tit. 12. c. 4. §. 10.* Sarmiento *de reddit. p. 1. c. 1.* Turrecremata *in sum. lib. 2. c. 112. ad 10. arg.* & alij. Et probatur ex authoritate *l. 2. ff. de vsufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur.* Et ita in terminis nostræ Bullæ docuit hanc sententiam Hieronymus Cenedo *de paup. relig. dub. 17. n. 9. & dub. 32. n. 8. & 13.* vbi sic asserit: [El Religioso por tener el vso, y el dominio de la pitança, segun la sententia prouable, y por ser limitada, y tambien de poco valor, y de quo no se ha de seguir notable daño al Conuento, y por tener licentia interpretatiua del Prelado, ò ser conforme à buena razon el tenerla, puede sin escrupulo disponer della, sin contrauenir al voto de pobreza, ni à la Constitution de Papa Clemente VIII. *de largitione, munerum.*] Sic ille.

3. Scio contrariam sententiam esse probabiliorem: negat enim, vsum non posse separari à domino. Sed nostra sententia, vt diximus, est probabilis, vt etiam ex aduersariis concedit Turrianus *in 2. 2. tom. 2. disp. 32. n. 21.* Tannerus *in 2.2. disp. 4. q. 1. dub. 2. n. 22.* qui vocant contrariam sententiam, quam ipsi tenent, probabiliorem, & veriorem. Si quis verò has sententias largiùs discussas legere desiderabit, præter Turrianum *loco citato*, videat Lessium *lib. 2. c. 3. dub. 8. n. 31.* Mirandam *in Manual. Prælat. tom. 1. q. 38. art. 10.* Valentiam *tom. 3. disp. 5. q. 10. punct. 1.* Bannez *in 2. 2. q. 62. tr. de domin. q. 1.* Bellarminum *tom. 1 lib. 4. de Pontifice, cap. 14.* Rebellium *de oblig. iust. p. 1. lib. 1. q. 7. sect. 4. n. 32.* Molfesium *in summa, tom. 2. tract. 12. c. 1. num. 62.* & alios penes ipsos.

4. Restat modò respondere ad argumentum contrariæ sententiæ in principio positum. Dico igitur, quòd Religiosus, cùm sit vsuarius rerum vnico actu consumptibilium, tenet etiam dominium illarum rerum: nam, vt diximus secundùm sententiam probabilem vsus non potest separari à dominio. Et licèt Superior possit tollere rationem limitatam, quæ iam Religioso erat applicata, non sequitur ex hoc, quòd possit separari vsus à domino, sed solùm colligitur, quòd Religiosus teneat vsum illius rei, cum dependentia ab ipso Prælato. Sed supposito, quòd Religiosus teneat vsum, tenet etiam dominium illarum rerũ, quæ, vt diximus, sunt vnico actu consumptibiles.

5. Limitatur tamen, & intelligenda est hæc sententia, non in ordine ad rationem, & pitantiam, quæ non conceditur Religioso cum taxa, & limite, vt est panis, & vinum, &c. sed in ordine ad pitantiam, quæ limitatè præbetur, vt est caro, oua, &c. Limitatur, nisi Prælatus, ex causa rationabili, ad vitandum excessum, & abusum Religiosorum, vel propter paupertatem, vel censuras in contrarium non imposuisset: in his enim casibus Religiosi non deberent disponere, nec possent, de cibis, etiam limitatis; & hoc ratione præcepti, & boni publici totius Communitatis. Et hanc opinionẽ ita explicatam, præter Cenedum, & alios, *vbi suprà*, tanquàm probabilem etiam admittunt multi Viri docti de hac re à me consulti, non solùm ex nostra Religione; sed etiam ex Societate IESV, & Dominicanorum Familia: vnde valdè miror, falsam ab aliquibus, his diebus, fuisse nominatam.

RESOL. XIV.

An Religiosus sine peccato possit commodare, & mutuo dare aliqua, quæ ipsi ad vsum permissa sunt, etiam pecunias, & non solum Religiosis professis, eiusdem Monasterij, sed etiam cæteris sæcularibus? Ex p. 1. tr. 6. Res. 37.

§. 1. NEgatiuè respondet Lessius *lib. 2. c. 41. dub. 9. n. 79.* nisi essent res parui momenti, & crebrè occurrentes. Et ratio est: quia vsuarius nequit vsum rei alteri concedere; quia sic non esset vsuarius, sed vsufructuarius. Sed meliùs Sanchez *in summ. tom. 2. lib. 7. cap. 19. num. 65.* putat, posse Religiosum sine peccato mortali commodare res ad proprium vsum destinatas, quando est securus de restitutione illarum, ac conseruatione: quia hæc videtur parua materia.

Sup. hoc infra in Res. 16. §. vlt. cursim ad lin. 4.

2. Sed magis amplè loquitur in hac re Perrus de Ledesma *in addit. ad sum. tom. 2 cap. 4. dub. 2. fol. mihi 97.* quod etiam extendit, si commodaret, & mutuò daret pecunias: ita enim ait: [El prestar dineros à Religiosos del mismo Conuento, y a vn estraños, no es pecado mortal cõtra la pobreza, siendo persona segura, la persona, à quien se empresta el dinero. La razon muy eficaz, que me mueue à tener este parecer, es la siguiente. Porque aunque es verdad, que por el emprestito

de

de dineros, se passa al dominio à quel, à quien se presta, con todo esso el præstar no es cosa de importancia, porque el otro queda con obligacion de bolverle el mismo dinero, ò otro semejante en cantidad, de suerte que se passa el dominio con derecho à boluer à otro equiualente. Por lo qual emprestar haze muy poco, luego aunque el Religioso, no tenga formal, y espressa licencia del Prelado, puede muy bien prestar, porque el prestar no es cosa de importancia.] Ita ille. Et ita etiam hanc sententiam docent multi Viri docti ex nostra Religione, & Societate IESV, de hac re à me consulti. Vnde immeritò aliqui hanc opinionem falsam his diebus putarunt, quam nouissimè, tanquam probabilem, tenet, & docet Peirinus *de Relig. subdis tom.1.cap.2.q.2.§.5.*

3. Non grauabor etiam hic apponere verba Llamas *in Meth. part.3.c.9.§.12.* vbi ait: [Monachi, in eodem Monasterio professi, possunt sibi mutuò ad vsum dare libros, & res cuiuscunque pretij, quæ vnicuique illorum in vsum concessæ fuerunt, absque scrupulo vllo furti, vel iniustitiæ: quia nulla iniuria fit aliis. Nam dans, vsum voluntariè præbet, quem habebat concessum: dominium verò Monasterium non amittit; cùm ad idem reuertatur res quoad dominium, ex hoc, vel ex illo quoniam ambo sunt in illo professi: ergo nulli iniuria fit, nisi saltem Prælato, si sine eius licentia fiat: hæc autem non est iniustitia, sed inobedientia, & semper venialis, nisi adsit contemptus.] Sic ille. Et paulò post, descendens in particularia, ait, posse supradictos Religiosos dare inuicem tunicam, caligas, calceos, & etiam cucullam ad vsum, dummodo dans prouisus de sufficienti remaneat, omninò voto paupertatis seruato. Et ita etiam docet nouissimè Fagundez *de Precept. Eccles. tr.2.lib.8.cap.6. num.4.5. & 6.*

Sup. hoc infra in Res. 35. §.1. in fine, à vers. vnde. & in alio §. nos.

RESOL. XV.

An Religiosus possit commutare etiam cum sæcularibus aliquas res, quando nullam iacturam patitur Conuentus? Ex p.1.tr.6.Res.38.

Sup. hoc in Res. seq. & infra in Res. 23. §. Nota secundo. ad lin. 6.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Faustus *in thes. Relig. lib.8.q.158. n.2.* Homobon. *de casib. reseru. c.3.p.3.* Sanchez *in sum. tom.2.lib.7.c.19.n.67.* & alij: quia putant, talem commutationem esse actum dominij, vtpote quæ à solo habente dominium validè fieri potest.

2. Hæc sententia est probabilis: sed non minùs probabilem contrariam esse puto. Et præter Lopez, & Rodriquez, quos citant Faustus, & Sanchez, tenet etiam hanc sententiam Peirin. *de Relig. tom.1.c.2.q.2. §.1.* Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib.1.cap.3.dub.4. concl.2.* & Ledesma *in addit. ad sum. tom.2. cap.4. dub.7. fol. mihi 99.* vbi ita asserit: [Me parece probabilissimo, que el trueco no es pecado mortal contra el voto de la pobreza, aunque se haga sin licencia espressa del Prelado, y aunque se haga con Religioso del mismo Conuento, ò con otra persona estraña. Y la razon es: por que quando vno truecа vna cosa, por otra de ygual precio, queda con el mismo derecho, y con ygual dominio de cosa del mismo valor; luego licito sera truecar semejantes cosas, sin licencia espressa del Prelado.] Videtur igitur talis permutatio, pauca materia, quæ non habet propriam distractionis, aut consumptionis rationem; & adest interpretatiua Superioris licentia: ergo, &c. Vide etiam circa præsentem quæstionem Tannerum *in 2.2. disp. 6. quæst.3. dub.4. num.104.*

RESOL. XVI.

An si Religiosus commutet aliqua cum sæcularibus, peccet contra votum paupertatis? Ex parte septima tractat. 11. & Misc. 2. Resolut. 21.

Sup. hoc in Res. præterita, & infra in Res. 23. §. Nota secundo. ad lin. 6.

§.1. AFfirmatiuam nominatim contra me respondet Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo *de iust. & iure tom.1. disp.3. sect. 8. num.57.* vbi sic ait. Illud tamen quod Diana addit, quod scilicet non sit mortale commutare res, quibus vtitur Religiosus cum aliis rebus eiusdem valoris dissimilibus, etiam cum sæcularibus, quia semper remanet cum æquali valore: hoc, inquam, mihi non placet: quia eodem modo posset absque licentia vendi, cùm tunc etiam fiat commutatio rei pro pretio, & maneat res eiusdem valoris apud Conuentum, nempe pecunia illa: imò vtilius est Conuentui commutare pro pecunia, quàm pro re alia determinata, cum pecunia deseruire possit ad rem illam, vel quamlibet aliam similem vel dissimilem comparandam. Fatendum ergo est, commutationem pro re dissimili nimium alterare rem ipsam, atque ideò rationabiliter esse inuitum dominum, si absque eius consensu fiat.

2. Sed me citato negatiua sententia placet Caramueli *in Regulam D. Benedicti, disput.65. num.970.* sic asserenti. A fortiori hæc conclusio tenenda est de commodatione, mutatione, imò commutatione scias esse probabile, Monachum non solùm posse vestes, libros & alia quæ habet ad vsum, commutare cum confratribus, sed etiam cum sæcularibus, dummodo in commutatione rigor iustitiæ plus citrà conseruetur. Vnde qui daret sæculari vnam togam pro vno libro similis valoris, non peccaret mortaliter. Ita ille. Vnde etiam probabilem contra Eminentissimum Dominum meum Cardinalem de Lugo, nostram sententiam esse existimo.

Super his magis late supra in Res. 14. & pro cõmutatione in Res. & §. not. præteritæ.

RESOL. XVII.

Quidam Superior Regularis tempore, quo erat Prælatus accepit pecuniam ab amico; quam postea subditus per multum tempus penes se retinuit, inscio Superiore; sed postea expendit cum eius licentia; quæsitum à me fuit, an peccauerit?

Et ex doctrina huius quæstionis infertur potuisse Confessarium Regularem absoluere à reseruatis vigore facultatis obtenta à Prælato præterito, pro tempore sequenti, quo ipse non erat Superior Monasterij, vel Prouinciæ. Ex parte vndecima tractat. 8. & Misc. 8. Resolut. 54.

§. 1. NEgatiuam sententiam tenet Cardinalis Lugo *de Sacram. pœnitent. disputat. 19. sect. 2. numero 42.* vbi quærens an Prælatus possit sibi dare licentiam pro tempore futuro aduertit, facultates quas Prælatus concedit, posse esse diuersas: aliæ enim sunt, quæ nunc quidem mandantur executioni, licet earum effectus perseueret postea, aliæ vero sunt, & effectus & executio ipsa postea ponenda est. Ad priorem classem spectat commu

commutatio, vel dispensatio in voto, quæ semel executioni mandata, habet tamen suum effectum successiuè, tempore etiam subsequenti. Item, quando Prælatus dat licentiam mihi accipiendi vestem, vel Breuiarium ab amico: nunc enim executioni mandatur illis licentia, & nunc accipio vestem v. g. quam postea retinere possum absque noua licentia successoris. Et quidem his, & similibus poterit Prælatus finita prælatura frui, quando ea executioni mandauit tempore quo poterat eiusmodi facultates circa se, & circa alios exercere. Quare si sibi accipit ab amico vestem, vel Breuiarium, poterit retinere postea, sicut possent alij subditi, quibus ipse dedisset similem licentiam. Ratio: quia cùm ipse tunc esset administrator rerum communium, ad eum pertinebat diuidere, & applicare singulis, quæ prudenter iudicaret illis applicanda. Sicut ergo poterat aliis applicare vestem, aut Breuiarium ad eorum vsum; sic poterat sibi, qui erat vnus ex illis, qui debebant participare bona communia, seruata tamen prudenti, & rationabili distributione, vt non applicaret sibi plusquàm aliis cum eorum præiudicio, hoc tamen etiam seruandum erat in applicatione, & licentia respectu aliorum subditorum. Iam ergo erat vestis ei legitimè applicata ab eo, qui habebat munus applicandi, & distribuendi bona communia.

2. Ad posteriorem classem pertinet facultas verb. gratia accipiendi aliquid, vel donandi, vel vendendi anno sequenti? item facultas data alicui, vt postea, vel absoluat, vel absoluatur à peccatis reseruatis hæ enim, & similes facultates non habent præsentem effectum nec executionem, sed futurum tempore sequenti; & has facultates dicimus non posse Prælatum dare sibi nunc pro tempore sequenti, quo iam non erit Prælatus, potest itaque nunc accipere vestem, quia hoc iam nunc mandatur executioni: potest item nunc accipere pecuniam ab amico, & retinere, & in virtute huius legitimæ acceptionis qua accepit illam ad vsus non communes, sed suos, potest etiam finita prælatura eas retinere, vel apud se, vel saltem apud illum, apud quem alij subditi deponunt, idquod cum licentia accipiunt ad vsus suos: non tamen poterit eas postea expendere sine licentia successionis: quia licèt potuerit eas pecunias licitè accipere; non tamen dare sibi licentiam ad eas expendendas tempore sequenti, quando iam ipse esset subditus. Similiter non poterat quando erat Prælatus dare sibi facultatem absoluendi alios Religiosos à reseruatis, quando iam non esset eorum Prælatus, nec etiam vt ipse ab eis absolueretur: quia illa licentia mandanda esset executioni tempore sequenti, quo iam ipse non posset eam concedere. Hucvsque Cardinalis Lugo: ex cuius doctrina apparet in casu mihi proposito, Religiosum illum retinendo penes se pecuniam, quam tempore quo erat superior recepit, non peccasse, si postea illum cum licentia Prælati successionis expendisset.

3. Sed vt verum fatear, magis mihi placet opinio affirmatiua, quam contra Cardinalem Lugo sustinet nouissimè Pater Dicastillus *de sacram. tom. 2. tractat. 8. disputat. 10. dub. 7. numer.* 147. vbi superius dicta ab Eminentissimo Cardinali approbando, in vno difficultatem habet, quod facit pro casu mihi proposito, dum dicitur à Cardinali Lugo posse quidem acceptam pecuniam finita Prælatura retinere, non tamen illam postea expendere sine licentia successoris, quia licèt potuerit licitè illas pecunias accipere, non tamen dare sibi licentiam ad eas expendendas tempore sequenti, quando iam ipse esset subditus. Difficultas verò mea in eo sita est, quod actus expendendi, ideo non potest fieri ex vi præcedentis facultatis, aut potestatis quam habuit ad recipiendum, & retinendum, aut etiam expendendum eas pecunias tempore quo erat superior, quia actus expendendi, est vsus talis pecuniæ, & actus talis, vt non possit fieri sine legitima facultate tunc existente, quando fit actus; facultas autem ad id tunc nulla est, quia neque est facultas, quam habebat, quando erat superior ex vi sui officij, quo iam est defunctus, neque alia facultas, quam sibi dedisset quando erat superior, duraturam pro sequenti tempore, quando iam non esset superior: hoc enim non poterat sibi inferre, vt meritò expresse conceditur, & supponitur in prædicta doctrina, & nos paulò post probabimus, atqui non solum actus expendendi est actus contra votum, & obligationem paupertatis; sed etiam actus retentionis; imò etiam est contra iustitiam, quia actus retinendi pecuniam non potest fieri sine voluntate domini, qui dominus non est Religiosus, sed communitas, quam oportet consentire per se, si illa est, quæ gubernat, vel per caput suum scilicet per superiorem, ergo sicut actus expendendi in illo tempore, quo non est superior, est actus sine legitima facultate factus à non domino, & simul impedito per votum: ita & actus retinendi erit actus sine legitima facultate factus à non domino, & per votum impedito, & sicut superior non potest sibi concedere facultatem ad expendendum eo tempore quo iam non sit superior; ita neque ad retinendum eo tempore quo iam non sit superior. Quod si recurrat aliquis ad voluntatem superioris sequentis, qui censeatur non inuitus in retentione eius, quod legitimè fuit acceptum; hoc non est facere actum sine voluntate superioris sequentis; sed cum illa, quod iam est aliud fundamentum, & alia doctrina, quæ eodem modo potest habere locum in expendenda, sicut in retinenda pecunia, & concedendum videtur esse eandem rationem in vno, atque in alio, atque hoc est quod intendo. Qui discursus videtur probare quod sicut non potuit dare facultatem, vt quas pecunias legitimè potuit accipere, quando erat superior, possit expendere legitimè quando non sit superior; ita non potuit dare facultatem sibi, vt quas pecunias legitimè accepit, & retinuit, quando erat superior, legitimè retineat quando iam non est superior. Confirmo, & declaro, quia retentio pecuniæ illo tempore, quo iam non est superior, est moraliter quædam acceptio pro illo tempore, & illa habitio pecuniæ illo tempore tantùm differt à prima acceptione, sicut in Physicis quædam conseruatio à prima productione, quæ ideo non est prima productio, quia processit tempore præcedenti existentia termini ab eadem vel ab alia causa, quod satis extrinsecum, & accidentale est: atqui non admittunt prædicti Theologi posse sibi dare facultatem accipiendi pecunias pro tempore, quo non sit iam superior, ergo neque dare sibi facultatem, vt possit sibi retinere, & exercere actum habendi in illo tempore. Ergo quamuis aliis possit dare illam licentiam duraturam pro sequenti tempore, sibi non poterit. Et hæc omnia docet Dicastillus *vbi supra*.

4. Nota vero supradictos viros doctissimos concordare, quod Prælatus possit concedere aliis licentias posterioris generis, etiamsi mandandæ sint executioni tempore sequenti, quando ipse Prælatus non erit, & non possit sibi ipsi eas communicare pro tempore sequenti. Cur verb. g. possit aliis dare facultatem absoluendi à reseruatis etiam tempore sequenti

sequenti subditos huius Conuentus, vel Prouinciæ, cui ipse nunc præest, & non possit sibi dare nunc eam facultatem ad tempus sequens; Ratio autem videtur hæc esse: quia ipse nunc est capax accipiendi talem commissionem: potest enim ipse nunc absoluere, vel per alios, quibus committat illud officium: non potest tamen committere illud nisi iis, qui sunt capaces talis commissionis accipiendæ. Vnde non posset nunc dare eam facultatem homini non baptizato, vel non clerico, qui futurus esset clericus tempore quo iam ipse non esset Prælatus: nunc autem ipse Prælatus non est capax accipiendi delegationem, vel commissionem à se ipso: quia inter delegantem, & delegatum, seu commissarium debet dari distinctio: quare ipse non potest tunc accipere illam facultatem; postea verò non potest etiam, quia iam expirauit potestas in dante. Ergo licèt aliis possit communicare eiusdem facultatem, non sequitur quod possit eam communicare sibi ad tempus futurum, quo non erit Prælatus.

5. Itaque illa facultas debet esse quædam delegatio & collatio potestatis delegatæ, ipse verò non est capax talis delegationis à seipso, quia inter delegantem, & delegatum debet esse distinctio, & in eodem tempore debet esse capacitas in delegato, & potestas in delegante. Quando autem ille est Prælatus, non est capax delegationis præsertim à se; postquam verò iam non est superior, est quidem capax delegationis, sed iam deest potestas delegantis, quod totum non contingit comparatione aliorum, quia est potens delegare, & in eodem tempore illi capaces delegationis. Non ergo mirum quod sibi non possit, & possit aliis.

6. Sed hæc omnia procedunt de facultate, quam superior directè sibi confert; nam indirectè posset iuxta supracitatã materiæ, & ideo Dicastillus *vbi supra n.* 150. asserit, posse Prælatum, dum adhuc est Prælatus, dare alicui facultatem ad id cum facultate subdelegandi, quo casu, cùm ille alius posset quemcumq; alium ex subditis illius communitatis subdelegare, ex vi facultatis acceptæ ab illo, qui tunc erat Prælatus, posset ipsi ex Prælato, quando iam est subditus, conferre eam potestatem delegatam.

7. Vnde ex superius dictis, ego olim interrogatus respondi, potuisse confessarium Regularem absoluere à reseruatis vigore facultatis obtentæ à Prælato præterito pro tempore sequenti, quo ipse non amplius, sed alius erat superior Monasterij, vel Prouinciæ, patet ex doctrina superius adducta à Dicastillo, & Cardinali Lugo.

RESOL. XVIII.

An Religiosus possit recipere aliquid sine licentia Superioris, si habeat intentionem petendi dictam licentiam priusquam expendat illud.

Et notatur, quod si talis Religiosus absolute recipiat, v. g. illam pecuniam, sed ad breue tempus, retineat, vt quia expectatur nouus Prior, vel scribat statim Patri Generali, vel Prouinciali pro licentia, peccauit tantum venialiter, quæ quidem sunt valde notanda, quia practicabilia. Ex p. 1. tr. 6. Res. 42.

§. 1. Negatiuè respondet Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib. 1. cap. 3. dub. 3. concl. 1.*

Sup. doctrina contenta in hac Res. lege ex Res. seq. à principio vsque ad lin. 5. §. Hæc Lugo. & infra

2. Sed contrariam sententiam putat etiam probabilem: nam ita ait: [Est probabilis sententia Victoriæ asserentis, posse Religiosum, seclusa speciali prohibitione, circa hoc recipere aliquid sine Prælati licentia: dum tamen habeat animum petendi licentiam, quando expenderit illud.] Ita ille. Sed, quia res accepta acquiritur statim Conuentui, eò quòd absolutè dat., & recepta sit à Religioso; & ideò, dum absque licentia retinetur, id efficitur inuito domino; propter. à in tali casu dictus Religiosus potest, vt benè obseruat Sanchez *in sum. tom. 2. lib. 7. cap. 19. num.* 51. & post illum Faustus *in thes. Relig. lib. 8. quæst.* 109. *n.* 2. sine fractione paupertatis efficere, vt dominium illius rei, & administratio remaneat apud dantem; & ipse Religiosus, nomine illius depositam habeat, non ea vtens, donec licentiam à Superiore petat; & ita sine vllo scrupulo poterit rem quamcunque detinere: quia sic Religiosus, nec dominium, nec vsum, nec administrationem illius rei habet: ergo non peccabit contra votum paupertatis, vt patebit meliùs ex *infrà* dicendis. Notandum est etiam, quòd si talis Religiosus absolutè recipiat, v. g. illam pecuniam; sed ad breue tempus retineat; vt, quia expectatur nouus Prælatus, vel scribat statim Generali, vel Prouinciali pro licentia, peccabit tantùm venialiter. Quæ quidem sunt adnotanda: quia multum practicabilia.

ex Res. 66. §. vlt.

Sup. hoc cum eisdem DD. hic citatis infra in fine Res. 21. & lege etiam §§. not. præcentæ Et pro notato vltimo huius Res. in Res. seq.

RESOL. XIX.

An Religiosus peccet mortaliter, si per breue tempus retineat apud se rem donatam, quia vult petere licentiam à Prouinciali, vel à nono Superiore.

Et an Religiosus peccet contra paupertatem accipiens rem aliquam ex Communitate, & loco publico pro vsu temporali, vt deinde in eumdem locum restituat. Ex p. 11. tr. 1. & Misc. 1. Res. 19.

§. 1. Negatiuè ego olim respondi, sed nominatim contra me insurgit Caramuel *fundam.* 32. *numer.* 524. vbi sic ait; An breuitas temporis excuset à peccato mortali?

2. Diana *part.* 1. *tract.* 6. *resol.* 42. agens de paupertate, respondet assertiuè: cuius hæc verba sunt: Notandum est etiam, quod si talis Religiosus absolutè recipiat pecuniam (nimirum inscio Abbate) sed ad breue tempus retineat, vt quia expectatur nouus Prælatus, vel scribat statim Generali, vel Prouinciali pro licentia, peccabit tantum venialiter & subscribit hæc esse valdè notanda, quia multum practicabilia.

Quæ hic est Res. antecedens, & in alio §. eius not. 1.

3. At ego propter alias circumstantias fortè excusari hunc Religiosum posse existimo; at à temporis breuitate posse sumi excusationem: non video: illi enim ne vna quidem hora (immò neque vno momento) licet esse proprietario. Ita Caramuel.

Sed poterat amicissimus vir sententiam nostram interpretari, vel alij posteà interpretati sunt, & ego de facto intellexi.

4. Sentiat itaque Hieronymum Garziam *in politica Regulari tom. 1. tract. 4. part. 3. difficult. 5. dub. 3. numer.* 10. vbi sic ait; Finalmente quando me ofrece el dinero el dante, si yo lo accepto como mio, pretendiendo tener de rocho à el, es certissimo que pecare contra votum, por mas que se quede penas dantem; por que acceptar dominio sin licēcia y a seue que es contra votum. y assientan en esto los Authores citados Diana *part.* 1. *resolut.* 42. citada, Sanchez *num.* 5. defienden que si yo recibo de afueta de casa vna cosa, con animo de no vsarla sin licencia, però no quiero pidir sela al superior immediato, sino al Prouincial, ò General; que si espero breuemente esta licencia que podre hazelo sin pecear mortalmente contra el voto, però no tengo de acceptar el dominio, sino

Quæ hic est Res. antecedens, & lege eam per totam, & eius primæ annot.

sino dexarlo en poder del dãte hasta que vẽga la licẽcia, y en el interim la tendre como en deposito] Ita ille.

5. Cui adde Eminentissimum Lugo *de iust. tom. 1. disp. 3. sect. 8. num. 151*, sic asserentem, infero quintò quid dicendum sit de Religioso accipiente rem animo non vtendi absque licentia; sed tamen vult illam à prælato mediato petere, quem breui expectat, vel eius literas; quo casu Sanchez *nu.* 5. quem sequitur Diana *loco citato resol.* 42. cum aliis, dicit, non esse peccatum mortale si breui tempore spetetur licentia. Ego quidem puto id totum posse sine violatione voti obtineri, si iuxta superius dicta debito modo fiat, hoc est, non habendo intentionem acceptandi vllo modo rem illam, vel ius aliquod ad eam, sed relinquendi totum ius penes ipsum donantẽ, donec licentia habeatur; tunc enim per longum tempus posset retineri quasi in deposito. Si tamen acceptetur absolutè absque licentia, plus scrupuli est, quia licet tempus quo retinetur sit breue, & ex eo capite videatur materia leuis: Ipsa tamen acceptio absoluta videtur esse actio satis grauis, & non facile superior adiri, & licentia obtineri. Credo tamen communem modum acceptandi esse solùm conditionatum, hoc est acceptandi, si prælatus consenserit, qui modus licitus est.

6. Hæc Lugo, & iterum ego: nec aliter in verbis à Caramuele adductis intelligere volui, & hanc sententiam præter Doctores adductos tenet etiam, me citato Leander à Murcia *in regulam D. Francisci quæst. 23. super cap. 6. num. 6.* & confirmatur ex alio dubio, quod apponit idem Leander *num.* 2. vbi sic ait: [Preguntarse lo segundo, si el Religioso peca contra la pobreza, tomando alguna cosa de la communidad, ò de algun lugar publico con intencion de aprouecharse della por vnos pocos de dias, y de bolverla luego à su lugar? Respondeo que este tal Religioso no peca alomenos grauamente contra la pobreza, porque no es su intencion quedarse con la tal cosa, ni vsar della absolutamente contra la volundad del Prelado: y quando en el vso de aquellos pocos dias se à prelado inuoluntario, no puede ser la materia graue, porque ni el dicho vso es absoluto, ni por mucho tiempo.]

Sup. hoc infra in Res. 46.

7. Cuius quidem vltima verba contra Caramuelem nimis faciunt, ex paruitate enim temporis excusationem admittit, quod potest confirmari *ex cap. nam & ego de verbor. significat.* quæ verba sunt Salamonis *cap.* 4. *Prouerb.* sic dicentis: Nam & ego vnigenitus sum coram matre mea, per hæc verba proponit Sanctus Hieronymus dubium, qua ratione Salamon dicat se vnigenitum, cum habuerit fratrem alium vterinum ante se? & respondet, quia ille nuper natus, statim è vita decessit, ideò se habuit ac si natus non fuisset, & ex hoc notat glos. non videri factum, quod non durat factum.

8. Deinde ablatio, verbi gratia vnius oboli inuito Domino est factum completum, leue tamen, & comestio vnius aut alterius bucellæ carnis die Veneris physicè loquendo, est completa comestio, nihilominus leuis erit in genere moris, & omissio vnius aut alterius orationis Angelicæ, aut Dominicæ per votum Deo promissæ, est completa fractio voti, non autem erit grauis sed leuis, & sic in sexcentis aliis similibus id repetiemus.

Sed ego, vt dixi in illis verbis à Caramuele adductis non aliud intelligere volui, nisi quod dixit Cardinalis Lugo vbi supra.

RESOL. XX.

An si quis Religiosus accipiat ab amico aliqua comestibilia, peccet contra votum paupertatis. Ex p. 1. tr. 6. Res. 41.

§. 1. NEgatiuè respondet Ioan. de la Cruz *de stat. Relig. lib. 1. cap. 3. dub. 3. concl. 3.* vbi sic asserit: [Religiosus accipiendo ab amico prandium, aut alia comestibilia, non peccat: ad hoc enim præsumitur habere licentiam à Prælato interpretatiuam.] Et ita etiam docet Lopez *in instr. p. 1. c. 6.* [Potest (ait) Religiosus accipere à sæcularibus aliqua munera electuariorum, vel confectionum cordialium, bina vascula, vel par perdicum, vel gallinarum, vel aliquid simile.] Sed, quia in comestibilibus magni valoris non præsumitur ita facilè licentia Superioris; ideo cautè in tali casu procedendum est.

Quamuis non plene sup. hoc lege tamen infra subtilem doctrinam Caramuelis in Res. 26. §. Addc. ad lin. 8. & §§. seqq. & in alio §. eius not.

RESOL. XXI.

An frangat votum paupertatis Religiosus, qui petit ab amico, vt deponat pecunias penes aliquem, vel apud ipsummet Religiosum, vt quando opus erit, petat facultatem vtendi à Superiore Prælato. Ex p. 1. tr. 6. Res. 45.

§. 1. TOtum hoc efficere posse Religiosum, testatur Sanchez *in summ. tom. 2. lib. 7. cap. 19. n. 50.* Ita asserens: [Non est contra paupertatis votum, si Religiosus ab aliquo, absque Superioris licentia, petat, vt deponat pecunias apud aliquem, non habens voluntatem acquirendi dominium, possessionem, aut administrationem, aut vsum in illas: sed totum id maneat apud deponentem cum libera reuocandi depositi facultate, & suum habeat voluntatẽ habendi opportunè pecunias, ex quibus, cùm indiguerit, accipiat ex Superioris licentia & non aliter accepturus; & nullum ius acquirat, donec Superior det licentiam accipiendi. Et idem est dicendum, si Religiosus eas pecunias in depositum apud se seruet, eodem prorsus modo, quo erant apud amicum: quia re ipsa non aliter eas pecunias habet, quàm si essent apud externum depositarium: & hoc non pugnat cum paupertatis voto.] Ita Sanchez, quem postea, tacito nomine, sequitur Barthol. à S. Fausto *in thes. Relig. 8. q. 115.*

Sup. hoc supra in Res. 18. cum eisdem DD. in §. eius 2. admedium, & infra in Res. 23. §. Nota secundo. & in Res. 66. lege eam pro totam, & in Res. 67. §. 2.

RESOL. XXII.

An Religiosus, qui ab exteris suis deuotis nummos accipit, inscio Prælato necessarios libros emit, peccet peccato proprietatis, & contraueniat nostræ Constitutioni, dummodo supradictos libros in cubiculo teneat palam expositos, & omnibus obiectos. Ex p. 1. tr. 6. Res. 26.

§. 1. PEccare peccato proprietatis, putauit Sanchez *in sum. tom. 2. lib. 7. c. 19. n. 56.* cum Barthol. à S. Fausto *in thes. Relig. lib. 8. quæst. 112. num. 2.*

Sup. hoc in duabus Res. seqq.

2. Sed ego puto non esse condemnandum, tanquam violatorem paupertatis illum Religiosum, qui inscio Superiore, acceptis à pœnitentibus nummis, libros emerit, dummodo tamen in cubiculo teneat illos palàm expositos; & omnibus obiectos. Et ratio est: quia, quidquid hoc pacto Religiosus possidet, Prælatorum suorum voluntati, ac potestati subiicitur. Ita docuit ante alios Azor. *part. 1. lib. 12. cap. 12. q. 3.* quem postea sequutus est Fabrus *de restit. in 4. sent. dist. 15. quæst. 2. disp. 45. c. 5. num. 113.* Coriolanus *tr. de cas. reser. part. 2. cas. 4. num. 19.* & nouissimè tenet etiam hanc sententiam in terminis nostræ Bullæ, Homobonus *in exam. Eccl. p. 1. tr. 7. c. 32. quæst. 130. in fin.* & etiam in ordine ad peccatum proprietatis.

RESOL.

RESOL. XXIII.

An sit contra paupertatem Religiosam, inscio Superiore, ex nummis à pœnitentibus acceptis libros emere, dummodo Religiosus expositos illos in cubiculo teneat?

Et an sit contra votum paupertatis Religiosum in depositum res accipere, ita vt possit iis vti, petita postea, & impetrata Superioris licentia?

Et an Religiosus non peccet contra paupertatem, si absque Superioris licentia, accipiat pecuniam, vt ipse liberè disponat de illa in eleemosyna nomine eius, qui dedit.

Et an Religiosus, quæ ad suum vsum concessa sunt, vt verbi gratia, Breuiarium, aut vestem, possit cum aliis commutare domesticis, imo etiam cum exteris?

Et cum Religiosus donat alteri siue eiusdem, siue alterius Conuentus, an requiratur licentia tam in dante, quam in recipiente?

Et an sit probabilis opinio, quæ docet Religiosum habentem licentiam expendendi aliquam pecuniam in vsus, qui sibi placuerint, si in vsus turpes expendat, non peccare contra votum paupertatis, & accipiens non teneatur restituere? Ex part. 3. tract. 2. Resol. 65.

Quæ hic est Res. antecedens, & in Res. seq.

§. 1. NEgatiuè respondi *in tract. de paupert. Relig. resol. 26.* cum Azorio, Fabro, Coriolano, & Homobono. Hæc sententia aliquibus displicuit, sed sine fundamento, & ratione, & ideo illam iterum nunc teneo, & pro eius confirmatione adduco celebrem doctrinam Antonij Perez viri doctissimi *in Reg. D. Benedicti, cap. 33. dub. 5 num. 125.* vbi asserit, posse Monachum inconsulto Prælato accipere aliquod munus à patre, fratre, vel amico, animo non occultandi, sed palam habendi illud, cum non accipiat illud suo, sed Monasterij nomine, cui acquirit, quidquid acquirit, & ad hoc faciendum semper intercedit generalis, licet tacita, Prælatorum licentia, quæ ad illius rei honestatem sufficit. Ita ille, & hanc sententiam nouissimè docet Ioannes Franciscus Suarez *in Enchiridio cas. consc. lib. 3. ver. de voto paupert. fol. 255.* vbi sic ait. Non est proprietarius Religiosus emens libros ex pecunia sibi donata inscio Superiore, si illos penes se retineat tantùm ad vsum; idque palam inter cæteros libros, quos habet de Superioris licentia. Sic ille.

2. Nota etiam hîc obiter primò, quod Religiosus non peccat contra paupertatem, si absque Superioris licentia accipit pecuniam, vt ipse liberè disponat de illa in eleemosyna nomine eius, qui dedit. Et pro hac sententia *vbi suprà in resol. 29.* citaui Sanchez, & Faustum, quibus nunc addo Petrum de Ledesma *in addit. ad sum. tr. 32. c. 4. diffic. 12. fol. mihi 111. col. 1.* & Ioannem Franciscum Suarez *vbi suprà fol. 256. §. Accipiens pecuniam.*

Quæ hic est infra Resol. 27.

Sup. hoc supra in Res. 18. §. 1. ad medium, & in fine Res. 21. &c.

3. Nota secundò quod non est contra votum paupertatis Religiosum in depositum res accipere, ita vt deponens omne ius dominij, ac possessionis retineat, tametsi tali modo pecuniæ, v. g. sitæ sunt apud Religiosum, vt iis vti possit, petita postea & impetrata Superioris licentia. Item sæpè præsumi potest Superiorem inuitum non esse, vt quæ Religioso ad suum vsum concessa sunt, v. g. breuiarium, aut vestem cum aliis commutet, quæ sibi magis accommoda videntur, præsertim si permutatio instituatur cum domesticis, imo etiam cum externis, si quæ recipiuntur similia, aut æqualia sint. Interdum verò licet inuitus sit Superior quo ad modum, quia talia efficiuntur ipso non rogato, non tamen inuitus est quoad rem ipsam, ac proinde culpa mortalis non committitur. Vide Doctores, quos citaui *vbi suprà, resol. 37. 38. & 42.* quibus nunc addo Layman *in Theol. mor. lib. 4. tr. 5. c. 7. n. 4.* & Perez *loco citato n. 125. & 190.*

Sup. hoc supra in Res. 25. & 26.

4. Nota tertiò, quod est opinio probabilis illa, quæ docet Religiosum habentem licentiam expendendi aliquam pecuniam in vsus, qui sibi placuerint, aut in suas honestas recreationes, si in vsus turpes expendat, non peccare contra votum paupertatis, & accipiens in tali casu nõ tenetur restituere. Ita ex Dominicanorum familia Bannez *in 2. 2. quæst. 62. art. 5.* Lopez *de contr. lib. 2. cap. 40. ver. non autem Religiosus,* & ex Societ. Iesu Rebellius *p. 2. lib. 12. q. 4. sect. 2. n. 6.* Ioannes Franciscus Suarez *vbi suprà*, licet magis probabiliter contrarium doceant alij quos ego alibi citaui.

Sup. hoc infra ex doctrina Resol. 55 §. 2. recitantes in fin., & in Res. 58. 59. & 60. & in aliis casum annotationum.

5. Nota quartò quod cum Religiosus donat alteri, siue eiusdem, siue alterius Conuentus, an requiratur licentia tam in dante, quam in recipiente, affirmat Sanchez *in summ. tom. 2. lib. 7. cap. 19. num. 71.* Sed quoad Religiosum alterius Conuentus res est certa. Verùm quoad Religiosum eiusdem Conuentus, ego teneo contra Sanchez non esse necessariam licentiam in recipiente. Ratio est, quia dare, & recipere sunt correlatiua; si ergo huic datur licentia dandi; ergo & alteri recipiendi, quod enim in vno correlatiuorum statuitur, etiam in reliquo locum habet ex *l. 1. & 2. C. de cupress. lib. 11.* sicut cum datur subdito licentia recipiendi Ordines ab alieno, eo ipso ratione connexionis videtur data facultas alieno conferendi. Et ita nostram sententiam aduersus Sanchez tuetur Ioannes Franciscus Suarez *vbi suprà in Enchiridio cas. consc. ver. de voto paupert. §. cum Religiosus donat.*

Sup. contento in hoc §. lege infra doctrinam Resol. 34. & 35.

RESOL. XXIV.

An Religiosus si ab amico pecunias accipiat ad emendos libros, vel alia, si non occultet, sed palàm in cella exponat, peccet contra votum paupertatis?

Idem à fortiori dicendum est, si accipiat ipsos libros. Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. Res. 19.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam nominatim contra me tenet Eminentiss. Lugo *de iust. & iure tom. 1. disp. 3. sect. 8. num. 153.* Quia in primis pecunia illa ab amico accepta statim Conuentui acquiritur, quomodo ergo potest Religiosus ex pecunia communi emere sibi libros absque consensu Conuentus, cuius est illa pecunia? Omitto acceptionem ipsam pecuniæ, & acquisitionem librorum, quæ actiones requirebant etiam Prælati consensum, vt licitè fierent. Denique quòd libri illi palam habeantur, non sufficit: tum quia emptio facta absque licentia debet confirmari à Prælato, vt firma sit, cùm possit ipse illam rescindere, atque ideò necesse est id ei manifestare, vt possit liberè decernere: tum etiam, quia subditus iniquè decipit Prælatum, qui dum videt libros illos palam expositos, putat ex licentia legitima subditum eis vti, cùm tamen absque vlla licentia eorum vsum sibi vsurpet, quod perinde esset, ac si libros alios communes sibi absque vlla licentia vsurparet. Meritò ergo hanc doctrinam refellit Sanchez *vbi suprà num. 56.* & quidem, si vt sonat, reciperetur, paupertatis religiosæ obseruantia magna ex parte deficeret: possent enim Religiosi accipere passim ab amicis pecunias ad emenda, quæ sibi placent, dummodo ea non occultarent, sed palam in cubiculis haberent imagines, libros, scrinia, & alia eiusmodi, quod certè si in Religione obseruante, de aliquo constaret, non leuiter puniretur, nec leuiter etiam scandalizaret. Hæc Lugo.

Sup. hoc in duabus præcedentibus Resol.

 2. Sed

2. Sed licet hæc sententia sit probabilis, non minus probabilem contrariam existimo, & ideo tanquam probabilem me citato illam tenet Caramuel *in Reg. D. Bened. disp. 60 res. 8. num. 886.* vbi sic ait: Non peccat contra paupertatem, qui inscio Abbate ab externis pecuniam accipit, & libros emit, dummodo habeat eos in cubiculo expositos. Idem à fortiori dicendum est si accipiat ipsos libros. Ita ille. Et ideo nouissimè hanc sententiam tanquam probabilem etiam me citato admittit Machados *de perf. Confess. tom. 2. lib. 5. p. 2. tr. 1. docum. 8. n. 4.*

RESOL. XXV.

Parentes Monialium, & Religiosorum præbentes illis magnam pecuniarum summam ad eorum, cui voluerint beneplacitum deponendum, reseruando tamen pro se dominium, quæritur, an dictæ Moniales, vel Religiosi illas disponendo peccent contra paupertatem, & incidant in Bullam Clem. VIII. Ex p. 1. tr. 6. Res. 10.

Sup. hoc in Res. seq. §. 1. NEgatiuam sententiam amplectendam esse putat Sousa *vbi sup. in explic. huius Bullæ, §. 2. n. 73.* vbi ita ait: [La misma razon corre de lo, que se diesse a los Religiosos, para que lo puedan gastar en su vtilidad, ò en la de quien ellos quisieren, reseruado siempre en si el verdadero domino, expressa, ò ementе tacitamente: porque entonces, el Religioso no es mas, que mero ministro del verdadero Señor, y no da cosa que pertenezça à la Religion.] Ita ille. Et idem etiam docuit *infra in §. 4. n. 78.*

2. Ex his haberent Confessarij principium satis amplum ad tollendos scrupulos, & adhibenda multa remedia in casibus occurrentibus: nam, si Monialis, vel Religiosus de illis pecuniis, seu donis, non recipiat dominium; sed illud apud dantem consanguineum, seu amicum relinquat; tunc potest sine vllo scrupulo, de illis rebus disponere in personam Cõfessarij, vel alterius personæ: se haberet enim in hoc casu tanquam minister consanguinei, vel amici, cuius est illa pecunia. Sed hæc opinio, cùm loquatur de vsu absoluto pecuniæ, videtur aliquibus, & mihi, nimis laxa, & contra perfectionem religiosæ paupertatis: si verò loquatur de vsu determinato ad eleemosynam, vide *Resol. 29.* Quæ hic est infra Res. 27.

RESOL. XXVI.

An si quis det Religioso pecuniam ad ipsius vsum libere, vt libuerit, disponendam, reseruans sibi dominium talis pecuniæ: an Religiosus illa vtendo votum paupertatis frangat?

Et quod de pecunia dicitur, potest intelligi, de quacumque re non consumptibili vnico actu.

Et quid de comestibilium vsu? Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. Resol. 18.

Sup. hoc in Res. præteritа. §. 1. NEgatiuè respondet Caramuel *in Regul. D. Benedicti, disput. 60. resol. 7. num. 883.* quia, secundum ipsum, vsus & dominium distinguuntur realiter, potest enim illud retineri, & hic alienari. Ergo Religiosus vtens tali pecunia non peccauit contra paupertatem. Confirmatur: Peccatum contra paupertatem est proprietas; & vbi hæc non relucet, hæc virtus conseruatur illæsa. Atqui in præsenti casu nulla datur proprietas, ergo nullum peccatum contra Paupertatis promissionem. Suppono quod Prælatus non iubeat contrarium, ideoque contra voluntatem Abbatis nihil potest recipi quoad vsum: vnde addo, accipientem rei vsum, & non proprietatem, contra Abbatis iussionem, peccare contra Obedientiam non verò contra Paupertatem.

2. Dices, ex his colligi, Paupertatis votum benignius esse, quàm multi existimant; fateor, vtinam & adhuc id benignius fieri posset: quia experientia docet crescentibus obligationibus, crescere culpas. Non sunt præcepta in causa, nihilominus sunt in occasione saltem remota; vnde ego nullum præceptum ponerem, tollerem quæ possem: vidi doctissimos in hac sententia, vtinam nulli sequerentur contrariam: faciliùs seruire Deo possent.

3. Quod de pecunia dixi; potest intelligi de quacunque re non consumptibili vnico actu: quia de hac ex meis principiis aliter debeo philosophari. Dixi *res. 12.* in rebus vnico actu consumptibilibus Religiosum acquirere verum dominium; quia in iis non distinguitur vsus à dominio: ergo stando huic sententiæ, non poterit aliquis dare Religioso cibos ad vsum, cõseruans sibi dominium; si enim dat vsum? non poterit dominium non dare; & in tali casu, si hos Religiosus acciperet sine licentia tacita vel expressa esset proprietarius, peccaretque mortaliter, aut venialiter secundùm muneris ponderationem: de quo postea.

4. Addo, te non teneri ex meis principiis philosophari, sicque posse subscribere Bartholomæo Salon. *in 2. 2. tom. 1. q. 61. tr. de dominio quæst. 1. art. 2. concl. 1. corol. 3.* Curriano *in 2. 2. tom. 2. disp. 31. num. 21.* & Tannero *in 2. 2. disp. 4. quæst. 1. d. 2. num. 22.* asserentibus in rebus vnico actu consumptibilibus dominium distingui etiam ab vsu, & ideo non solùm pecuniæ vsum; sed & vsum comestibilium poteris accipere sine licentia, quin peces contra Paupertatem. Hucvsque Caramuel. Sup. doctrina contenta in hoc, & seqq §§. lege supra benignam doctrinam Res. 10 & infra in Res. 61. §. 3. ad fin. 5.

5. Sed eius sententia mihi non placet, nam vt optimè obseruat Eminentissimus Lugo *de iustit. & iure, tom. 1. disp. 2. sect. 3. n. 50.* Votum paupertatis religiosę non solum obligat ex intentione vouentium ad carentiam dominij, vel iuris alicuius ciuilis, sed etiam ad non habendum vsum facti harum rerum temporalium, nisi ex voluntate Prælati. Alioquin (vt benè notauit Thomas Sanchez *dicto lib. 7. cap. 19. n. 53.* & Azor ibi adductus) nunquam Religiosus peccaret contra votum paupertatis accipiendo aliquid ab externis, quia nunquam potest acquirere aliquod ius, sed solùm vsum facti, cuius solius est capax; ergo ipse vsus facti potest esse materia sufficiens contra votum. Ratio verò à priori est, quia votum obligat semper iuxta intentionem vouentis; illi autem, qui in Religione emittunt; hoc votum, non solùm intendunt abdicare à se omne ius, sed etiam imitari statum pauperum, ita vt careant iis rebus, quibus indigent ad vitam humanam, nec iis vtantur, nisi ex arbitrio Prælati. Ergo.

6. Nec valet dicere quod ex his sequeretur Religiosum inuitatum à sæculari ad prandium absque licentia sui Prælati peccare contra votum paupertatis; nam respondeo quod licet vsus facti etiam sit materia voti paupertatis, adhuc dubitari meritò potest, an ille religiosus peccet contra votum paupertatis in eo casu. Tunc enim non tam videtur habere vsum actiuum, quàm passiuum, hoc est, solùm se habere quasi passiuè, vt in eius persona vtatur cibis, qui eum inuitauit. Et si instabis ergo posset etiam aliquis mittere Religioso illos cibos retinendo sibi dominium, & vsum iuris, & solùm volendo quod Religiosus illos consumat nomine mittentis, tanquam si esset in eius prandio. Respondeo negando consequentiam, quia in eo casu, moraliter loquendo, Religiosus censetur vti illo cibo ex facultate domini. In primo verò casu moraliter loquendo, vtitur ipse dominus, qui adest, & eodem modo se habet ac si ipse consumeret per suas manus; Religiosus autem videtur se habere passiuè. Cùm ergo hæc maximè pendeat ex morali æstimatione, & ex intentione

intentione vouentium quæ ex ipsa praxi, & communi æstimatione colligi potest, dici posset, votum obligare in hoc casu, & non in illo. Sic etiam non potest licitè accipere aromata vt domi comburat ad suam commoditatem, licèt in præsentia domini possit ea ex eius imperio comburere absque licentia sui Prælati. Et hæc omnia docet Eminentiss. Cardinalis de Lugo *vbi suprà*.

RESOL. XXVII.

An Religiosus peccet contra votum paupertatis & contra Bullam Clem. VIII. si absque superioris licentia accipiat pecuniam, vt ipse libere disponat in eleemosynam nomine ipsius, qui dedit? Ex part. 1. tr. 6. Res. 29.

Sup. hoc supra in Res. 23. §. Nota etiam.

§. 1. CAsus hic frequenter contingit inter Religiosos: & partem affirmatiuam tuentur Turrianus *in 2. 2. tom. 1. disp. 84. dub. 3.* Rodriquez *in exercitiis spirit. part. 3. tract. 3. cap. 15.* Vasquez apud Turrianum, & nouissimè Hieronymus Cenedo *de paupertate relig. dub. 24. num. 11.* Layman *in Theol. mor. lib. 4. tract. 5. cap. 7. num. 16.* Probat hanc sententiam Turrianus: quia donans per talem concessionem, post acceptationem factam à Religioso, aliquo iure priuatur, nec potest illam reuocare, nec licitè de bonis Religioso concessis disponere; hoc ius reuerà transtulit in Religiosum, nempe, facultatem liberè disponendi de illis bonis: ergo sine consensu Superioris non poterit illa facultate vti Religiosus, sine peccato contra votum paupertatis. Secundò probatur à Cenedo: nam in tali casu Religiosus efficitur dominus iuris administrandi, idque independenter à Superioris voluntate: ergo, &c.

2. Sed contrariam sententiam, tanquam probabiliorem tenendam esse iudicaui, & nunc maximè: nam illam inuenio apud Faustum *in thes. Relig. lib. 8. quæst. 109. num. 2.* & apud Sanchez *in summ. tom. 2. lib. 7. cap. 30. num. 4.* & ita etiam sentiunt multi Viri docti Religionis nostræ, & Societ. Iesv. Et ratio est: quia votum paupertatis obligat Religiosum, ne acceptet dominium, & proprietatem alicuius rei, inscio Superiore: sed in nostro casu iste Religiosus non accipit dominium illarum pecuniarum, sed tantùm accipit illas nomine alieno, nempe, tradentis, vt det pauperibus: ergo, &c.

3. Ad argumentum Turriani respondetur, non esse verum donantem non posse reuocare illam concessionem, post acceptationem factam à Religioso: nam dominium illarũ pecuniarum semper remansit apud ipsum, nec vnquam habuit animum donandi Religioso; sed meram distributionem illi commisit. Ad argumentum Cenedo respondetur, quòd ius administrandi non est dominium, nec vsusfructus, nec vsus; sed ius disponendi de re aliena nomine alieno, & iuxta ipsius præscriptum: ergo propriè non potest dici dominium illius iuris. Et confirmatur, vt ait Sanchez, nam, si quis relinqueret aliquam pecuniarum summam distribuendam in pauperes eligendos, per aliquem Religiosum, certum est, Religiosum illum non esse proprietarium, & dominium iuris illius eligendi: ergo, &c. Adde, quòd non quæcunque possessio, & administratio pecuniarum, inscio Superiore, est contra votum paupertatis; sed quando sunt quid iuris; hoc est, quando Religiosus illas administrat nomine proprio independenter à voluntate Superioris; secùs autem, quando sunt quid solius facti, hoc est, quia non nomine proprio, sed alieno administrat. Et ita sæpiùs in praxi consului.

RESOL. XXVIII.

An Religiosi post Concilium Tridentinum possint habere peculium, idest, redditus annuos ad nutum superiorum reuocabiles, & ad solos vsus honestos, & pios, idque ex causa legitima?

Et docetur Declarationes Cardinalium esse tantum doctrinales, & non decisiuas, & non esse necessariò standum illis. Ex part. 1. tractat. 6. Resol. 32.

§. 1. HÆc quæstio est inter DD. nostri temporis quàm maximè agitata: & negatiuam sententiam amplexi sunt Palatius *in 4. dist. 38. disput. 1. ad fin. in solut. ad 9.* Corduba *in summ. quæst. 54.* Valentia *in 2. 2. disput. 1. quæst. 4. punct. 3.* Lessius *lib. 2. cap. 4. dub. 5. num. 30.* Nauarra *de restit. lib. 3. cap. 1. part. 3. dub. 1. num. 163.* Molina *de iust. tom. 2. disput. 276.* Azorius *tom. 1. lib. 12. cap. 9. quæst. 2.* & ita asserit Zerola *in praxi Episc. part. 1. verb. Moniales, ver. ad 2.* declarasse Sacram Cadinalium Congregationem: & nouissimè illam docent Vasquez *in Opusc. de reddit. Eccles. cap. 1. dub. 11. numer. 14.* & Suarez *de Relig. tom. 3. lib. 8. cap. 14. num. 18.* Hi omnes putant, Concil. Trident. *sess. 25. cap. 2. de Regul.* condere nouum ius; ita vt non possit Religiosus, post dictum Concilium, habere peculium. Vnde asserit Palatius, *vbi supra*, non licere Monialibus habere annuos redditus, etiam cum licentia Superiorum. Et ratio est: quia verba Concilij clarè apparent esse verba præceptiua, & non declaratiua iuris antiqui. Secundò, quia, vt *suprà* cum Zerola probauimus, ita Cardinalium Congregatio interpretata est dicta verba Concilij. Ergo.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 8. lege doctrinam Res. 49. & alterius §. eius annot.

2. Sed ego contrariam sententiam probabilem, & tamen in praxi existimandam esse iudico. Dico igitur, Concilium Tridentinum in illis Decretis non concedere, & inducere nouum ius; sed tantùm confirmare statuta, & ius antiquum. *cap. Monachi, & c. cùm ad Monasterium. de statu Monach.* quæ quidem statuta Regularibus interdicebant peculia concessa ad vsus omnes, etiam profanos, & superfluos Monachorum statui, vel si ad vsus licitos, tamen sine iusta causa concedendi, vel irreuocabiliter à Superiore: ergo licita erunt, secundùm ius antiquum, & secundùm Tridentinum, illa peculia Religiosorum, vel Monialium, concessa ad vsus licitos, & honestos, dependenter, & reuocabiliter ad voluntatem simplicem Superioris. Et ita apud multos Religiosos, & Moniales obseruari, experientia ipsa docet. Et ideò hanc sententiam docet Peirinus *de Relig. tom. 1. capit. 2. quæst. 2. §. 1. & 2.* Fagundez *de Precept. tract. 2. lib. 2. cap. 6. num. 13.* Villalobos *in summ. part. 1. tract. 35. dub. 30. num. 2.* Tannerus *in 2. 2. disput. 6. quæst. 3. dub. 4. num. 108.* Fabro *de restit. in 4. sent. lib. 4. dist. 15. quæst. 2. disput. 45. cap. 5. num. 115.* Riccius *par. 4. decis. 340. num. 12.* Hieronymus Cenedo *de paupert. Relig. dub. 9. num. 4. & seq.* Nauarrus *comment. 2. num. 15. & 18. de Regularib.* Graffiis *in suis decis. part. 1. lib. 3. cap. 5. num. 55.* Emanuel Sà *verb. Religio, num. 48.* Sanchez *in summ. tom. 2. lib. 7. cap. 21. num. 11.* Miranda *in Manuali Prel. tom. 1. quæst. 28. artic. 8.* Barthol. à S. Fausto *in thes. Relig. lib. 8. q. 30.* Probatur primò hæc sententia ex verbis huius Bullæ Clem. VIII. vbi Pontifex facit differentiam, & distinguit inter bona Communitatis, & bona particularium Religiosorum: ergo, &c. Secundò, Religiosos habere peculium, vt *suprà* diximus, dependenter, videlicet, à Prælato, non est habere dominium illarum rerum: ergo tale peculium non repugnat

voto

voto paupertatis. Tertiò, verba Concilij non damnant tale peculium, vt constat apud Sanchez, & Cenedo *vbi supra*: ergo, &c.

Sup. hoc in Ref. seq.

3. Ex his patet, non esse damnandam illarum Religionum consuetudinem, in quibus Religiosi habent assignatos certos annuos redditus ad victum, & vestitum, ita vt si deest aliquid, ipsi quærant; si autem superest, licentiam habent applicandi honestis vsibus: & hoc cum dependentia, ad nutum, & voluntatem Superiorum; & dummodo tale peculium, & annui redditus sint moderati, & non superflui; sed ad statum Religiosi habentis peculium necessarij. Dixi, *ad statum Religiosi*, &c. quia peculium aliquod potest esse superfluum vni, & non alteri: quare qualitas personarum, conditionis, loci, & aliarum circunstantiarum ad hanc status decentiam attendenda erit. Vnde aliquando non erunt condemnandi multi Religiosi, amplissimos redditus possidentes, quia ratione personæ pluribus egent; vtpote, quia Prælatus, quia Magister Ordinis. Secundò, quando Regula esset relaxata, & paupertas eo modo intellecta, & præualuisset consuetudo. Tertiò, quando pars illorum redditum applicatur in bonū ipsius Monasterij, & Religiosorum, seu Monialium pauperum ipsius Conuentus, aut aliorum pauperum; cætera verò in licitos ipsius Religiosi vsus. Quartò, quando Religiosus ille sua industria comparauit Monasterio; & ideò æquum est, vt plura sibi concedantur in eleemosynas, & alios honestos vsus, &c.

4. Restat modò respondere ad argumenta in contrarium adducta. Ad primum, de verbis Concilij, videndus est Sanchez, & Cenedo *vbi supra* declarantes, illa verba Concilij prohibere tantùm peculia superflua, & non licita, & independentia à voluntate Superiorum. Nec valet dicere, (quod erat secundum argumentum,) quod illa verba Concilij in contrarium fuerunt interpretata ab Illustriss. Cardinalium Congregatione: nam respondeo, de illa declaratione authenticè non constare. Deinde aliqui DD. asserunt declarationes Cardinalium esse tantùm doctrinales, & non esse necessariò standum illis. Ita docent Sanchez *de matr. tom. 3. lib. 9. disp. 2. num. 10.* Petrus Ledesma *in in sum. tom. 1. de Sacram. Pœnit. cap. 13. diffic. 1. fol. mihi 285.* Bonacina *tract. de legib. disp. 1. quæst. 1. punct. 8. num. 4.* Villalobos *in sum. tract. 2. diffic. 7. num. 5.* Ioan. Valerus *in suis differ. vtriusque fori, verb. absolutio, differ. 1. num. 20. ver. nullitas, differ. 5. num. 2. & ver. iurisdictio, diff. 4. num. 2.* cum aliis aduersùs Salas *de leg. quæst. 97. tract. 14. disp. 21. sect. 12.* Rodriquez *in qq. regul. tom. 1. quæst. 11. art. 1. & 2.* Garsiam *de beneficiis, tom. 1. in Præfatione.* Gambaruptam *in tract. de cas. reser. cap. 3. num. 6.* Lazarium *tract. de blasphemia, quæst. 20. num. 39.* Mirandam *in Man. Prælat. tom. 1. quæst. 26. art. 11.* Narbonā *de appellatione à Vicario ad Episc. p. 1. n. 189.* Homobonum *in exam. Eccl. part. 1. tr. 1. c. 6. q. 29.* & alios docentes, supradictas declarationes non esse tantùm doctrinales, sed etiam decisiuas. Sed nos de hoc alibi. Vide *supra Resol. 19.*

Sup. hoc & contento in lin. penult. huius Resol. signanter in tom. 6. tr. 1. Ref. 21. §. 2. ante mediū. § Nec obstat. & pro parte in eius principio & ibi late in Ref. 22. 23. 24. & in alio §. earum notationum.

Quæ nunc hanc sequentur.

RESOL. XXIX.

An Religiosus de annuis redditibus ex Superioris licentia ad vsum suum concessis sine aliqua restrictione possit libere parce viuendo aliis donare? Ex p. 1. tr. 6. Resol. 19.

Sup. hoc in Ref. præterita §. Ex his. id lege eam ... totam.

§. 1. Minimè videtur ex textu huius Bullæ, vbi summus Pontifex solùm concedit Religiosis largiri munuscula. Et ita tenet Azorius in terminis nostræ Bullæ *par. 1. lib. 12. c. 9. q. 6.* Faustus *in thes. Religion. lib. 8. q. 154. n. 3.* & Sanchez *in summa, tom. 2. lib. 7. c. 19. n. 105.*

2. Sed affirmatiuam sententiam probabilem esse iudico, cum licentia, saltem tacita, sui Superioris. Et ratio est: quia hæc Bulla prohibet tantùm largitiones munerum, ex quibus grauia incommoda, & mala Monasteriis inferuntur: sed donatio eorum, quæ Religiosi, parciùs viuendo, reseruant, non affert multùm damni Monasterio, vt patet: ergo, &c. Probatur minor: nam in tali donatione Religiosus nullum damnum infert Monasterio, sed genio suo, & ventri, & condecentiæ suæ personæ, cui hæc detrahit, & parcè viuendo aufert. Ideò ex hac opinione datur occasio Religiosis, vt liberiùs frugalitati, & moderato sumptui assuescant, dum sciunt, ea, quæ de sibi necessariis detrahunt, posse licitè parentibus, & aliis de se benemeritis donare, & in aliis licitis operibus expendere. Et ita hanc sententiam in terminis nostræ Bullæ sustinet, & docet Ludouicus Beia *in respons. cas. consc. p. 4. cas. 32.* Hieronymus Cenedo *de paupert. Relig. dub. 32. numer. 9. & 15. & dub. 17. num. 9.* Ioan. Valerus *in diff. vtriusque fori, verb. munera, num. 73.* qui addit aliam rationem: nam, vt diximus *suprà*, in ista Constitutione non redditur illicita illa largitio munerum, quæ ante ipsam erat licita: sed largitiones munerum à Religiosis, qui parciùs viuebant, ante hanc constitutionem erant licitæ: ergo erunt & modò. Ex quibus apparet, me rectè olim cōsuluisse cuidam Religioso, extra Claustrum moranti, cui certi annui redditus, sine vlla restrictione, à suo Superiore assignati fuerant, potuisse sine vllo scrupulo donationes docentes facere, & aliquas eleemosynas præbere.

3. Ex his apparet, quòd non rectè aliqui hanc sententiam his diebus noluerunt admittere: est enim probabilis: & illam, præter DD. citatos docent etiam multi Viri docti de hac re à me consulti ex Societate IESV, & ex nostra Religione, nouissimè illam etiam docet Peirinus *de Religioso subdito, tom. 1. q. 2. cap. 2. §. 6.*

RESOL. XXX.

An in hac Bulla prohibeantur donationes, quæ sunt partus intellectus, vt Conciones, Lectiones, & huiusmodi manuscripta. Ex p. 1. tr. 6. Ref. 25.

§. 1. Respondeo, posse Religiosos inter se hæc omnia donare sine contrauentione nostræ Constitutionis: & ita declarasse ipsum Clem. VIII. notauit Cotiolan. *tr. de cas. reser. p. 2. cas. 16. num. 19.* Homobonus *in exam. Eccl. part. 1. tract. 7. cap. 22. quæst 100.* vnde Ioan. Valerus *in suis diff. verb. munera, num. 106.* asseruit quòd libri manuscripti semper sunt Religiosi, & eos secum potest semper deferre, quicunque vadat, etiamsi se transferat in aliam Religionem. Et *verb. Regul. diff. 8. num. 2.* docet hoc esse verum etiam nulla petita licentia, & nullis relictis eorum copiis: & sic se vidisse testatur, quendam Religiosum doctissimum secum detulisse duos libros à se compositos, nulla ad id licentia à suo Prælato petita, qui transitum fecerat ad Religionem Carthusianorum.

Sup. hoc in Resol. seq. & infra lege quatuor primas lin. 6. Asserui. Ref. 61.

RESOL. XXXI.

An qui transiit ad aliam Religionem, possit secum deferre scripta, vel libros à se compositos? Ex part. 3. tr. 2. Ref. 63.

§. 1. Nega

§. 1. NEgatiuè respondent Villalobos *in summ. tom. 2. tract. 35. diffic. 14. num. 5.* vbi sic ait: [Dize Nauarro, que de licencia presumpta podria lleuar sus escritos de mano, que fuessen inutiles à la primera Religion, quales parece que son los apuntamientos de los estudiantes, porque en este caso se puede presumir la licencia del Superior. Mas no podra lleuar los papeles de importancia sin licencia del Prelado.] Sic ille, & post illum Hieronymus Rodriquez *in compen. qq. Regul. resol. 123. num. 82.* & Faustus *in Thes. Relig. lib. 5. q. 386. num. 5.* Hæc opinio est probabilis.

Alibi in Res. quæ hic est antecedens, & lege etiam alias quatuor lin. eius annot.

2. Sed contrariam non minus probabilem etiam esse existimo, quam alibi etiam docui, & tenet Ioannes Valerus *in differ. utr. fori, ver. Regularis, differ. 8. n. 2.* nisi scripta sint omnino correcta per Authorem, & Domus transeuntis velit illa typis mandare, vnde ait Valerus: Vidi quemdam Religiosum doctissimum secum detulisse duos libros à se compositos, nulla ad id licentia à suo Prælato petita; qui Religiosus erat ex Societate IESV, & transitum fecerat ad nostram. Ita Valerus.

RESOL. XXXII.

An si Religiosus largiatur munera alteri Religioso, incidat in pœnas huius Bullæ? Ex part. 1. tract. 6. Resol. 18.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. Res. 69. signanter in §. Item prohibitio. & lege Res. seq. not.

§. 1. VIdetur respondendum affirmatiuè: quia in hac Constitutione prohibentur largitiones munerum inter ipsos Religiosos: & ita tenet Barthol. à S. Fausto *in thes. lib. 8. q. 109. n. 2.* & Paulinus Betti *in explic. huius Bullæ p. 1. fol. 414. col. 2.*

2. Sed ego puto, quòd si aliqua ambitio in Religiosis non præsumitur, largitio munerum inter ipsos non est prohibita. Et colligitur apertè ex verbis Bullæ, ibi: *Ne praua ambitione impulsi.* Vnde Religiosus, qui alteri Religioso præberet munera, siue vllo ambitionis intentu, non includeretur sub hac prohibitione: nam, vt diximus, hæc prohibitio fundatur in præsumptione ambitionis: vnde, si ea cesset, cessabit etiam prohibitio, saltem in foro conscientiæ: lex enim fundata in præsumptione, non obligat in conscientia, si præsumptio deficiat. Et ita in terminis nostræ Bullæ resoluit hoc quæsitum Ioan. Valerus *in diff. vtriusque fori verb. munera, n. 82.* Vide *infra Resol. 33.*

Quæ nunc hanc sequetur.

RESOL. XXXIII.

An si in aliquo speciali casu Religiosus largiendo munera ne dissiparet bona Religionis, nec tale donum vlla fuerit ambitionis occasio, incideret in pœnas huius Bullæ?

Et explanatur, quod quando cessat finis adæquatus legis in particulari, cessat obligatio legis. Ex part. 1. tr. 6. Resol. 33.

Sup. hoc lege doctrinã præcedentis Res. signanter in fine, & in alio §. eius not. 1.

§. 1. REspondeo negatiuè quidquid in contrarium asserat Faustus *in thes. Relig. lib. 8. quæst. 209.* & Paulinus Berti *in explicat. huius Bull. part. 1. principali.* Et ita docet Granado *in part. 1. contr. 7. tr. 3. part. 2. disp. 15. sect. 3. num. 18.* quia finis Constitutionis pontificiæ fuit, tollere occasionem ambitionis, & dilapidationis bonorum: sed in nostro casu cessat ratio, & finis legis: ergo lex non obligat.

2. Sed, quia codex rarus est ponam per extensum verba Granadi, qui ita asserit: [Licet leges condantur propter bonum commune, adhuc eæ obligant etiam singulos subditos in particulari, & in singulis habent vim eæ rationes, propter quas conduntur. Vnde, quando in aliquo particulari cessant, cessat quoque legum obligatio: v. g. lex non largiendi munera, quam Clemens VIII. edidit, condita fuit propter commune bonum Religionis: sed tamen singulos obligabat, & in singulis habebant vim rationes illius Constitutionis, nempe, ne dissiparetur patrimonium Christi Domini, nec esset occasio ambitionis: quare, si in aliquo speciali casu, nec Religiosus dissiparet patrimoniũ Christi, nec vlla foret ambitionis occasio, consequenter censeri deberet lex non obligare.] Ita ille, & ex nostris P. Megala *consil. 33. n. 6.* Et satis quidem probabiliter: nam, vt alibi fusè probatum est, quando cessat finis adæquatus legis in particulari, cessat obligatio legis, vt præter Granado docet noster P. Megala *vbi sup. & in 2. 1. lib. 2. cap. 7. quæst. 2. num. 55.* Sousa *in hac Bulla, fund. 3.* Henriquez *lib. 11. cap. 17. n. 2. in Glossa, lit. O*, Nauarrus *tom. 4. comment. in rub. de iudiciis, num. 74. seq.* Abbas *in c. quia in insulis de regul.* Angelus *ver. lex. n. 4. cas. 2.* Sà *verb. lex, n. 2. & verb. ludus, num. 1.* quidquid in contrarium afferant Vasquez. Suarez, Sanchez, Molina, Salas, & alij, alibi à me refutati *in tract. de legib.*

Alibi late in Resolutionibus, quæ hic sunt in tom. 6. tr. 1. Resol. 70 71. 72. & in multis alijs positis in annot. Res. 1. huius not.

RESOL. XXXIV.

An Religiosus possit præbere aliquod munus Religioso eiusdem Monasterij?

Et an hoc etiam extendatur, non solum ad Religiosos eiusdem Monasterij, sed etiam ad alios Religiosos eiusdem tamen Religionis?

Et an res comestibiles receptæ cum licentia Prælati possint dispensari in extraneos in magna quantitate, & non obstante, quod sint magni pretij? Ex p. 1. tr. 6. Resol. 39.

Sup. hoc in Resol. seq. & supra lege doctrinam §. vlt. Res. 23.

§. 1. NEgatiuè respondet Coriolan. *de cas. reseru. p. 2. cas. 8. n. 6.* si præbeat rem notabilem. Et si quis scire velit, in qua quantitate hoc fieri liceat, respondeo cum Ledesma *in addit. tom. 2. cap. 4. dub. 6. fol. mihi 95.* vbi sic asserit: [Si vn Religioso da à su compañero vn Rosario, ò vnos cochillos, ò vnos lienços de narizes, que en dineros valdrian diez, ò doze reales, no tendria escrupulo: que el Religioso los diesse à otro Religioso del mismo Conuentu. Lo mismo digo de otras cosas parecidas, y semejantes, que no se pueden poner à qui por ser tan menudas, como sean deste precio poco mas, ò poco menos, no ay que tener escrupulo de pecado de propriedad contra el voto de la probreza.] Ita ille qui non solùm hoc extendit ad Religiosos eiusdem Monasterij: sed ad alios Religiosos, eiusdem tamen Religionis. Et hanc sententiam docet Peirinus *de Relig. tom. 2. cap. 2. quæst. 2. §. 6.* qui etiam notat, res comestibiles receptas cum licentia Prælati, posse dispensari in extraneos, in magna quantitate, & non obstante, quod sint magni pretij: quia in istis semper præsumitur licentia Prælati. Sed an hæc omnia *in præsenti Resolut.* posita sint probabilia in praxi, remitto me arbitrio aliorum.

RESOL. XXXV.

An si Religiosus det alteri Religioso eiusdem Monasterij libros, vel alia magni valoris, peccet contra votum paupertatis? Ex part. 7. tract. 11. & Misc. 2. Res. 10.

§. 1. Ad

Sup. hoc in Resol. præterita, & lege doctrinâ anterius §. eius annot.

§. 1. AD hoc dubium affirmatiuè respondet Cardinal. de Lugo *de iust. & iur. tom. 1. disp. 3. sect. 8. num.* 176. vbi sic ait: Si Religiosus aliquis dat alteri Religioso eiusdem Conuentus librum valoris quinque aureorum, Manuël Rodriquez, quem affert & sequitur Sanchez *d. lib. 7. cap. 19. num. 66.* putat non esse mortale, quia cùm liber ille manere debeat in eodem Conuentu, non videtur esse grauiter inuitus Prælatus; parum enim extrahitur ab vsu communi per illam donationem. Et in vniuersum Pater Suarez *tom. 3. de Relig. lib. 8. c. 15. n. 6.* obseruat maiorem quantitatem requiri ad culpam grauem, quando aliquis dat aliis Religiosis eiusdem Conuentus, cùm res illæ maneant adhuc intra eandem Communitatem, nisi fortè fiat distributio ex bonis, quæ adhuc in communi reseruata sunt pro tota Communitate. Vnde infert idem Suarez, multum diminui de grauitate huius culpæ, ac per consequens maiorem materiam requiri ad culpam grauem, quando vnus Religiosus tribuit alteri Religioso eiusdem Conuentus vsum rei sibi iam concessæ à Superiore ad eundem, vel similem vsum. Ita Cardin. de Lugo.

Sup. hoc supra in fine Resol. 14. & cum eiusdē DD. citatis in §. vlt. huius Res. infra in Res. 61. §. vlt.

2. Sed negatiuæ sententiæ adhæret Caramuel *in reg. D. Bened. disp. 64. n. 965.* vbi ita asserit. Religiosus potest dare quacumque alteri filio eiusdem domus, quin peccet contra paupertatem. Vnde non solùm libros cuiuscumque pretij, & vestes quascumque, sed etiam picturam cuiuscumque valoris, licèt excederet pretium millium ducatorum posset Monachus dare Confratri. Ratio est manifestissima; quia hîc nullum detrimentum fit bonis Monasterij, nam ipsius illæsum dominium conseruatur. Vsus non est contra Monasterium; quid enim huius refert, quòd talis pictura sit in cubiculo Ioannis, aut Pauli? solùm hîc iniuria fit Prælato, sine cuius licentia dantur munera, cùm sit expressum *in Reg. cap.* 54. sine Abbatis licentia nulla munera nec à Confratribus accipienda esse, atque ideo qui talem picturam aut aliā rem summi valoris dederit contra Prælati præceptum Obedientiæ, peccabit sanè mortaliter, sed non contra paupertatem. Qui in talibus rebus contra Abbatis præceptum Obedientiæ non operatur, peccat contra Regulam in foro exteriori, in quo est puniendus: & pœna corporalis sufficit ad conseruationē disciplinæ. Ita Caramuël, qui citat Llamas, & Fagundez, quibus adde nouissimè Machadum *de perf. Conf. tom. 2. lib. 5. par. 2. tr. 1. docum. 8. n. 7.* qui adhæret sententiæ Caramuëlis me citato.

RESOL. XXXVI.

An quando Religiosi inter se largiuntur munera de rebus minimis, necessarium sit habere licentiam expressam, & in scriptis suorum Superiorum? Ex p. 1. tr. 6. Res. 10.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Berti *in expos. huius Bullæ, p. 2. cas. 3. fol. 417. col. 2. in fin.* & ex parte Barthol. à S. Fausto *in thes. Relig. lib. 8. q. 219. n. 5.* Et ratio est: quia ita asserunt verba Bullæ.

2. Sed mihi probabilis videtur contraria sententia, quæ asserit, dictam probationem intelligendam esse in ordine ad Religiosos, de quibus aliqua ambitio timeri potest: secùs autem de Religiosis, in quibus prædicta ambitio non timetur. Et in his non est necessaria licentia Superioris expressa, & in scriptis: sed sufficit licentia tacita, & multò magis verbalis, saltem in foro conscientiæ. Et ideò Bartholomæus à S. Fausto, *vbi suprà*, idem sentit de licentia in scriptis: putat enim, hanc esse necessariam tantùm in ordine ad forum externum. Et absolutè hanc opinionem docuit Ioan. Valerus *in diff. vtriusque fori, verb. munera, num.* 83.

RESOL. XXXVII.

An dictam licentiam habere debeat Religiosus semper, quoties vult donare? Ex part. 1. tract. 6. Resol. 21.

§. 1. IAcobus de Graffis *de cas. reseru. lib. 3. cap. 4. n.* 58. affirmatiuam tenet sententiam.

2. Sed Bartholomæus à S. Fausto, *vbi suprà, q.* 211. & Ioan. Valerus *num.* 86. negatiuam sententiam amplexi sunt: asserunt enim, sufficere licentiam obtentam semel pro semper: & quidem durum esset requiri specialem licentiam in quacunque largitione: sufficit igitur generalis. Et ratio est: quia à iure communi non est recedendum, nisi quatenus ius nouum cogit: sed de iure antiquo sufficiebat licentia generalis, & tacita: & cùm per hanc Bullam modò requiratur expressa in scriptis, nihil addendo, vt sit specialis in quacunque largitione: ergo sufficit, vt sit generalis in scriptis. Et ita etiam præter Doctores citatos, aduersùs Graffium tenet hanc sententiam Paulinus Berti *in expos. huius Bullæ, part. 2. dub. 1. fol. 417. col. 2. circa finem.*

RESOL. XXXVIII.

An Religiosus, seu Monialis cum licentia tacita peccet mortaliter alienando, vel recipiendo aliquid clandestinè, sciens illum modum clandestinum Superiorī displiciturum?

Et supponitur, vt Religiosus det, vel accipiat aliquid sine voti paupertatis fractione sufficere tacitam, vel probabiliter præsumptam Superioris voluntatem etiā in eo casu, in quo posset expressa licentia postulari, & ob aliquem humanum respectum, vel pudorem, aut nonnullam difficultatem adeundi Superiorem omittitur.

Et an peccet mortaliter Monialis, quæ Abbatissa visitanti cubiculum aliquas res occultauit ob verecundiam? Ex p. 1. tr. 6. Res. 31.

§. 1. SVppono, ex communi sententia, vt Religiosus det, vel accipiat aliquid sine voti paupertatis fractione, sufficere tacitam, vel probabiliter præsumptam Superioris voluntatem, etiam in eo casu, in quo posset expressa licentia postulari, & ob aliquem humanum respectum, vel pudorem, aut nonnullam difficultatem adeundi Superiorem, omittitur. Hanc sententiam docet D. Thomas 2. 2. *quæst.* 32. *art.* 8. *ad* 1. Valentia *tom.* 3. *disp.* 10. *quæst.* 4. *punct.* 3. Lessius *de iust. lib. 2. cap. 41. dub. 9. n.* 8. Azorius *p.* 1. *lib.* 12. *c.* 12. *quæst.* 2. 3. & 4. Molina *de iust. tom. 2. disp.* 276. Sà *verb. Eleemosyna, n.* 12. Ledesma *in sum. tom. 2. tr. 4. c. 3. conc.* 31. Bannez & Aragon. *in* 2. 2. *q.* 32 *art.* 8. cum aliis communiter.

Sup. contento in hoc §. & tota hac Res. in Resol. seq.

2. Hac veritate supposita, respondeo, in casu proposito Religiosum non peccare mortaliter: quia licentia tacita excusat Religiosum à transgressione voti paupertatis, quando rem aliquam accipit, vel alienat, inscio Superiore; credens tamen, quòd Superior licentiam sic alienandi, vel recipiendi daret: quamuis displiceret illi talis alienandi, & accipiendi modus. Potest igitur esse Superior inuitus, vt ita dicam, quoad substantiam dandi, vel alienandi; & potest esse inuitus quoad modum: si est inuitus quoad substantiam rei, Religiosus peccat alienando, vel recipiendo; non autem si est inuitus quoad modum.

Sup. hoc quoad modum in ref. noc. præteritæ §. Sed opinio. cur. fim ad medium,& melius prope finé dicti §. à verf. quia ad fummum. & in tom. 8. tr. 7. Ref. 58. §. Confirmatur. post medium à Vers. sicut multi excusant.

modum. Et ita docet Tannerus *in 1. 2. disp. 6. q. 3. dub. 4. n. 165.* Fagundez *de Præcep. tract. 2. lib. 8. c. 6. n. 3.* Mendoza *q. 8. concl. 8.* Graffius *decis. par. 1. lib. 3. c. 5. n. 34.* Nauarrus *comm. 2. nu. 20. de regul.* Cenedo *de paupert. relig. dub. 18. num. 14.* Miranda *in Man. Prælat. tom. 1. q. 28. art. 16. concl. 2.* Suarez *de Relig. tom. 3. lib. 8. c. 11. n. 11.* & alij.

3. Hinc possunt Moniales, & Religiosi retinere munera, quæ cum licentia tacita Abbatissæ, vel Prælati, receperunt, etiamsi modus accipiendi clandestinus illis displiceret: vnde apparet, quandam Monialem non fregisse votum paupertatis, quæ abscondidit aliquas res Abbatissæ visitandi cubicula; non, quia putabat illis spoliari; sed propter verecundiam, & confusionem, & quia Abbatissæ displicebat modus accipiendi. Ita Peirinus *de Relig. tom. 1. c. 2. q. 1. §. 4.* Mendoza *q. 8. post concl. 4.* Rodriquez *qq. regul. tom. 3. quæst. 19. art. 5. concl. 5.* Barthol. à S. Fausto *in thes. Relig. lib. 8. q. 126. n. 3.* Sanchez *in sum. tom. 2. lib. 7. c. 19. num. 61.* & alij. Ex hac doctrina tollent Confessarij multos scrupulos à conscientiis Religiosorum, & Monialium.

4. Sed circa præsentem quæstionem nota primò, vt possit Religiosus licitè operari cum dicta licentia tacita Superioris, non opus esse, vt de tali licentia habeat certitudinem moralem, vt volunt Molina, & Ledesma *vbi sup.* sed sufficit habere probabilem cognitionem, quæ ex iusta credendi causa procedit: secus autem, si sit improbabilis, & temeraria. Et ita docet, cum aliis, Sanchez *in sum. tom. 2. lib. 7. c. 19. n. 13.*

5. Nota secundò, tunc Religiosum, seu Monialem, posse conijcere probabiliter, talem licentiam tacitam; primò, quando Superior est vir dulcis, & non rigidus, & nimis difficilis; sed procliuis ad condescendendum subditis. Secundò, quando subditus est Superiori valdè dilectus, & non exosus, & nullius authoritatis; sed est vir grauis, & optimis moribus exornatus, ac de Religione benemeritus. Tertiò, si res, quæ accipiuntur, vel donantur, sint leuiores. Quartò, ex facto ipso, vt ipsi, v. g. talis dispensatio, seu licentia, in commodum Monasterij cedat. Et sic notauit Homobonus de Bonis *in exam. Eccles. p. 1. tract. 7. c. 32. q. 230.* Barthol. à S. Fausto *in thes. Relig. lib. 8. q. 161.*

RESOL. XXXIX.

An licentia præsumpta liberet Regulares à vitio paupertatis etiamsi Superiorem adire facile possint, vel differri?

Et infertur, quod quoties ob præsumptiuam voluntatem Domini possumus colligere illum non esse inuitum; aut esse tantum inuitum quoad modum, quia daret, si peteretur aliquid ab eo, aut non ægrè ferret, censendi non sint peccare fures, vt in vxore, filio, seruo, famulo, & amicissimo.

Et an Religiosi peccent mortaliter si furentur ex bonis Conuentus octo, vel nouem Reales. Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. Res. 58.

Sup. hoc in Ref. præterita signanter in §. 1.

§. 1. NEgatiuè respondet Crousers *in Regulam S. Francisci. cap. 7. lect. 14. fol. 613.* vbi sic asserit. Circa prædicta de voluntate præsumpta, nota non censeri adesse voluntatem talem; siue malè præsumi, quando res facilè differri potest, vel Superior adiri.

2. Dices, si peterem à Superiore consentiret: ergo possum præsumere, nec expressam veniam teneor procurare. Respondeo id fieri non posse: quia hac ratione euerteretur omnis obedientia regularis; vndè sicut non ex eo res aliqua fit tua, quia dominus eius eam tibi probabiliter daturus esset, si eam peteres: ita nec censetur ad vsum tuum concessa, quia eam tibi Superior probabiliter esset concessurus, si peteres, sed teneris petere si possis, non tamen puto fore peccatum mortale, si bona fide inferior sic præsumens de Superioris voluntate, aliquid habeat, aut aliquo vtatur, licentia non petita; modo aliunde non sit mortale. Ita ille.

3. Sed opinio affirmatiua aliquibus magis placet, & ideò Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 2. disput. 22. quæst. 8 num. 1.* sic ait. Videndum est primò, an sit necessaria licentia expressa, an verò sufficiat tacita, seu præsumpta, vel interpretatiua. In quo dicendum est, quamuis longè melius & securius sit operari in hac materia cum expressa Superioris licentia; sufficere tamen licentiam tacitam, seu probabiliter præsumptam, non solùm quando commodè postulari non potest; nempe quia Superior distat, vel est occupatus & vrget necessitas, vel moralis commoditas accipiendi vel expendendi: quo casu satis est probabiliter credere Superiorem non fuisse denegaturum licentiam, si conueniri posset, vt asserunt Doctores statim citandi; verùm etiam in casu, quo posset expressa licentia postulari; sed ob aliquem humanum respectum, vel pudorem, aut aliquam difficultatem adeundi Superiorem non postulatur: quia quando rationabiliter præsumitur Superiorem id velle, etsi expressus illius consensus non habeatur, tamen non dicitur res fieri absque eius licentia; tum etiam quia tacitum & expressum regulariter æquiparantur. Hæc Tamburinus, & alij penes ipsum, quibus ego libenter adhæreo. Et ad confirmationem suæ doctrinæ, quam affert Crousers, respondeo negando illam: & ideò quotiescunque ob præsumptiuam voluntatem Domini possumus colligere illum non esse inuitum; aut esse tantùm inuitum, quoad modum: quia daret, si peteretur ab eo, aut non ægrè ferret, censendi non sunt peccare mortaliter fures: hæc autem voluntas præsumptiua Domini latenter residet & cernitur in marito respectu vxoris; in parte respectu filiorum, in hero respectu famulorum circa comestabilia tantùm; & regulariter loquendo in amicissimo homine, familiarissimo respectu amici & familiaris. Et ita docet Fagundez *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 2. num. 13.* Et probatur hæc opinio *ex leg. Inter omnes 47. §. rectè, ff. de furtis, ibi.* Rectè dictum est, qui putant se Domini voluntate rem attingere, non esse fures; quid enim dolo fecit, qui putat Dominum consensurum fuisse? vbi apertè dicitur non esse reum furti illum, qui credens Dominum rei consensurum rem clam accepit: quod idem in furto tenent Dinus Antoninus *2. part. tit. 1. chap. 15. initio.* Rosella *verb. furtum initio, & ibi.* Angelus *numer. 7.* Syluester *ante quæst. 1. nu. 1.* Tabiena *num. 1.* Aragonius *2. 2. quæst. 66. art. 3. paulò post initium.* Saytus *in claui Regia, lib. 9. capite 12. num. 2. vers. dicitur inuito*: nam similiter furtum, quod quis credit probabiliter dominum consensurum, non erit mortale, sed veniale; quia ad summum censebitur dominus inuitus quoad modum; non quoad rem, vt tenet Armilla *verb. furtum, num. 2.* Caietanus *in summa Lat. capite 17. numer. 15. versic. 5. & num. 138.* Hispana *numer. 4. & 139.* Sà *verb. furtum, num. 3.* Graphis *1. part. decisionum, lib. 3. capite 1. num. 54.* Lessius *lib. 2. de iustit. cap. 12. dub. 8. num. 49.* Sanchez *lib. 7. de Relig. cap. 19. & num. 13.* & ex hoc principio excusantur à mortali, & a transgressione voti paupertatis multa furta Religiosorum.

Sup. hoc pro seruo infra in tr. 8. Ref. 45. §. Dico. ad medium, à Vers. Vnde. & pro vxoribus, & filijs familias ibidem, sed lege eam per totam & § eius primæ not.

Sup. hoc quoad modū in Ref. præterita §. 2. post mediū à Vers. Non autem si est inuitus, & in alio Vers. eius not.

Non desinam hîc obiter etiam adnotare aliquos reprobare opinionem Petri Ledesmæ, & Hieronymi de Cenedo, quam ego adduxi *in 1. part. tractat. 6. resolut. 36.* asserentium Religiosos non peccare mortaliter si furentur ex bonis Conuentus octo vel nouem reales

Quæ nunc hîc ponitur, & lege

etiam Resolutiones eius adnotationum.

reales; ego nolo hac de re iudicium meum ferre sicut & de alia opinione, quam nouissime docet Ioannes VViggers *in 2. 2. Diui Thomæ, de iustit. & iur. tractat. 3. cap. 1. dub. 2. numer. 15.* vbi docet, ad notabilem quantitatem in furto requiri ad minus vnum aureum in Religionibus, vbi est ea pecuniarum abundantia: sicut modo in his, & multis aliis. Ita ille: vide me ipsum, vbi supra.

RESOL. XL.

Quanā quātitas requiratur vt ea sine licētia Superioris vsurpata à Religioso ad peccatū mortale deueniatur. Et quanam quantitas requiratur ex comestibilibus. Ex p. 1. tr. 6. Res. 36.

Sup. hoc in Res. præterita §. vlt. sed lege infra §. vlt. huius Res. & Resolutiones eius duarum notationum, & not. seq. per totam.

Et pro contento à lin. 9. & vers. Quænam vero. huius Res. in tom. 8. tr. 7. Res. 3. & cursim in alia eius not.

§. 1. COmmuniter respondent DD. eam quantitatem necessariam esse, & sufficere, quæ necessaria est, & sufficit in sæcularibus ad constituendam materiam peccati mortalis furti. Ita Rebellius *p. 2. lib. 3. quæst. 15. sect. 3. num. 22.* Azorius *p. 3. lib. 12. cap. 12. q. 6.* Graffius *p. 1. lib. 3. cap. 5. num. 49.* Bonacina *de contract. disp. 1. q. 10. punct. 5. num. 5.* Molina *de iust. tom. 3. tr. 2. disp. 687. n. 2.* vbi testatur, anno 1594. sic determinatum fuisse in Congregatione generali Patrum Societatis Iesv. Quænam verò quantitas sufficiat in sæcularibus ad constituendum furtum; quot sunt capita, tot sunt sententiæ, vt videre quis potest apud Nauarrum *in Manuali, c. 17. num. 3.* Cordubam *in summ. quæst. 109.* Salonium, Aragon. & Bannez *in 2. 2. q. 66. art. 6.* Toletum *lib. 5. c. 6. num. 3.* Medinam *in p. 2. q. 68. art. 8.* Valentiam *tom. 3. disp. 5. q. 10. punct. 5.* Turrianum *in 2. 2. tom. 2. disp. 33. dub. 2.* Couarruuiam *lib. 1. var. c. 3. num. 11.* Vegham *in summ. tom. 1. cap. 139. cas. 2.* Syluestrum *verb. furtum, q. 2. n. 4.* Nauarram *de restit. lib. 3. c. 1. dub. 3. n. 32.* Bonacinam *de contr. disp. 2. q. 8. punct. 1. num. 7.* Reginaldum *in praxi, tom. 2. lib. 22. cap. 1. q. 4. n. 19.* Megalam *in 2. 2. lib. 2. c. 1. q. 3.* Graffium *p. 1. lib. 2. cap. 97. n. 27.* Malderum *in 2. 2 tract. 4. cap. 1. dub. 3.* Lessium *lib. 2. cap. 12. dub. 6. n. 29.* Azorium *p. 3. lib. 5. c. 13. q. 2.* Medinam *C. de restit. q. 10.* Contadū *in respons. mor. 1. q. 166.* Sayrū *in claui regia, lib. 9. c. 12. à n. 9. vsque ad 51.* & alios.

2. Sed deueniendo in particulari ad Auctores loquentes de Religiosis; Mirand. *in Man. Prel. tom. 1. q. 28. art. 18. concl. 1.* putat, quantitatem notabilem in furtis Religiosorum determinandam esse in particulari pro temporum, locorum, Religiosorum, personarum, & aliarum circunstantiarum differentia, iudicio, & arbitrio boni viri: Mendoza verò *in 8. posit. de paupert. relig. concl. 9. n. 12.* in particulari descendens docet, quantitatem duorum argēteorum non esse sufficientem ad peccatum mortale Ioan. de la Cruz *de statu relig. lib. 1. c. 3. dub. 5.* & Sanch. *in summ. tom. 2. lib. 7. c. 10. n. 3. & 6.* putant, materiam notabilem in furtis Religiosorum esse summam quatuor argenteorum Bartholomæus à S. Fausto *in thes. Relig. lib. 8. q. 193. n. 21.* asserit, in Monasteriis ditissimis, trium argenteorum summam, quam Religiosus, inuito Superiore, accipit, aut expendit, esse materiam sufficientem ex obiecto, ad efficiendum peccatum mortale contra votum paupertatis: in Monasteriis mediocri censu dotatis, duorum argenteorum summam: in Monasteriis pauperculis, vnius argentei. Opinio Sanchez videtur mihi probabilior, vt notauit Faustus.

3. Sed non grauabor ponere hîc opinionem doctiss. Virorum P. de Ledesma *in addit. ad summ. tom. 2. c. 4.* & Ce[illegible]o *in tract. de paupert. Relig. dub. 10. n. 10.* vbi sic asserit: [Assi como el hijo de familias tomando à su padre de sus bienes alguna maior cantidad, quel la que es graue en otro seglar, no seria hurto; assi tambien el Religioso no seria proprietario, ni ladron, tomando alguna major cantidad, que la que haze pecado mortal en otro seglar, y lo mismo se ha de decir, si el Religioso lo tomasse de otro Religioso del Conuento: y assi es de parecer Ledesma, que si tomasse vn Religioso de los bienes de vn Conuento, ò de otro Religioso particular ocho, ò nueue reales, ò valor dellos en cosas, que no se consumen con el vso, no seria pecado mortal, si de haze sin licencia del Prelado, como esso ne se multiplicasse, de dos vezes adelante en el año.] Ita ille, qui etiam addit, cum Ledesma, in rebus comestibilibus, quæ sumuntur à communitate, vel à particulari Religioso, maiorem quantitatem requiri ad constituendum peccatum mortale. Et tandem non reticebo Rodriquez nouissimè *in summ. tom. 4. cap. 118. n. 27. & 29.* putare, Religiosum tunc committere furtum, quando ascēdit ad summam duorum aureorum. Sed hæc opinio videtur mihi laxa: & an sit probabilis, iudicent Viri docti. Scio illam ante docuisse Sotum *de iustit. lib. 5. q. 3. art. 3. ad. 3.* quidquid in contrarium asserat Vas. *Opusc. de restit cap. 5. §. 1. dub. 5. num. 30.* & tanquam probabilem illam admittat Aragon. *in 2. 2. q. 66. art. 6. concl. 3. fol. mihi 286.* Sed, an ita sit, vt dixi, iudicent Viri doctrinam mihi non placet.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 7. Res. 2. in fine, Sed lege eam per totā.

Sup. hoc supra lege doctrinam Res. 6. & in tom. 8. tr. 7. Res. 3. lege eius §. vlt.

RESOL. XLI.

An Religiosus paulatim modica accipiens, vel expendens sine licentia Superioris peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem.

Et ex doctrina huius quæstionis inferuntur aliqua alia circa hoc pertinentia ad furta in sæcularibus, seruis, & ancillis. Ex p. 1. tr. 6. Res. 34.

Pro doctrina huius & seqq. §§. in tom. 8. tr. 7. Res. 7. & ibi in tr. 3. Res 3. signanter in fine, lege etiam Res. not. seq.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docent communiter Doctores, si in eo furto, complente materiam grauem, recordetur præcedētium furtorum; licèt in aliis paruis furtis non habuerit animum ampliùs furandi. Ita Valentia *tom. 3. disp. 5. q. 1. punct. 5.* Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 1. cap. 4. num. 9. & 10.* Salas *in p. 2. tom. 2. q. 88. tract. 13. disp. 16. sect. 27.* Azorius *tom. 1. lib. 4. cap. 9. q. 12.* Reginaldus *in praxi, tom. 2. lib. 23. c. 1. q. 4.* Rebellius *p. 1. lib. 3. q. 15. sect. 14.* Filliucius *tom. 2. tract. 31. c. 10. n. 245.* Vasquez *in p. 2. tom. 1. disp. 146. c. 2. n. 5.* Sayrus *in claui regia, lib. 9. cap. 15. num. 22.* Nauarra *de restit. lib. 3. cap. 1. num. 40.* Ledesma *in sum. tom. 2. tract. 8. cap. 20.* Sotus *de iust. lib. 5. q. 3. art. 3.* Medina *in part. 2. q. 88. art. 4. part. 2. tom. 1. tract. 2. c. 2 q. 1. n. 4.* Megala *in 2. 2. lib. 2. cap. 1 quæst. 3. num. 28.* & ita in terminis loquens de Religiosis docet Barthol. à S. Fausto *in thes. Relig. lib. 8. q. 189. n. 3.* & Sanchez *in sum. tom. 2. lib. 7. c. 21.* cum aliis. Et ratio est: quia in vltimo illo furto, suppositis præcedentibus, incipit esse fur; & per consequens talis Religiosus voluntariè detineret rem alienam, in notabili quantitate, inuito domino: ergo in eo actu peccat mortaliter, si animum retinendi præterita furta habet; & licèt illa furta essent paruæ materiæ, postea coalescunt in vnum, & efficiunt materiam grauem.

2. Hæc opinio est tenenda, sed contrariam puto etiam esse probabilem cum Filliucio *tom. 2. tract. 31. c. 10. n. 243.* Rodriquez *in sum. to. 4. c. 118. n. 39.* Salas *in p. 2. q. 88. tr. 13. disp. 16. sect. 17. n. 88.* & illam docet Nauarrus *c. 17. n. 140.* Toletus *lib. 5. c. 16. n. 4.* & alij. Verum est, quòd Nauarrus, & alij, qui docent hanc sententiam, putant [illegible] illius quantitatis notabilis,

bilis, esse peccatum mortale; & ideò ita furantes, & non restituentes peccare, non ratione acceptionis, sed ratione iniustæ prætentionis. Sed ego puto, tunc illam quantitatem furatam, esse sub peccato mortali restituendam in sententia Nauarri, & aliorum, quando extaret, & non fuisset consumpta, ex illa fur ditior factus fuisset: & ita docet Granado *in p. 2. contr. 6. tract. 2. disp. 2. sect. 5. num. 49.* & Lorca *in p. 2. tom. 2.*

Sup. hoc in tom. 8. tr. 7. ex doctrina Ref. 6. & lege etiam doctrinam Ref. 1. not. præteritæ.

3. Sed, his non obstantibus, dictos non peccare mortaliter, neque ad restitutionem teneri, notauit absolutè Emmanuel Sà *verb. furtum, n. 8.* & licèt aduersùs illum insurgat Sanchez *in sum. tom. 2. lib. 7. cap. 21. n. 3.* qui putat, hanc sententiam nullum tenere, præter Nauarrum *lib. 3. cons. in 1. edit. cons. 3. de statu Monach. num. 27.* qui posteà mutauit sententiam *in Man.* vt *suprà* dictum est, *cap. 17. num. 140.* Attamen ego inuenio præter Sà, & Nauarrum, docere etiam hanc opinionem Berarducium *in sum. Coron. part. 1. cap. 1. num. 28. in fin.* vbi sic asserit: [Si actus furandi proceduut à voluntate intercisa, hoc est, dum homo furatur illud parum, non intendit furari maius, nec alio tempore; & posteà de nouo subuenit alia occasio furandi similiter; tunc, quantuncumque reiteret huiusmodi furta, sic conditionata, semper est veniale, nec tenetur de necessitate salutis restituere illa: quia, sicut multa peccata venialia nunquam possunt facere vnum mortale, quantuncunque simul sumpta; ita huiusmodi parua furta, voluntate intercisa, cùm vnum sint, quantuncunque simul sumantur, & in aliqua quantitate notabili considerentur, nunquam facient vnum furtum notabile mortale; & consequenter non parient obligationem: quia semper remanent in sua natura, hoc est, sunt venialia ratione paruæ quantitatis, siue furtum fiat semper eidem, siue diuersis. Ita ille, & nouissimè hanc sententiam, loquens in terminis de Religiosis furantibus res Monasterij, & docet Fernandez *in exam. Theol. mor. par. 1. c. 6. §. 2. n. 12.*

Sup. contento in hoc §. in tom. 8. tr. 3. Ref. 3. cursim in fine, sed lege eius doctrinam per totam.

4. Sed stando in prima sententia, limitanda tamen videtur pluribus modis: nam alioquin multos scrupulos, & molestias Confessariis, & pœnitentibus iniiceret. Ideò dico primò, tunc supradicta furta minima coalescere in vnum, & continuari, si fiant in eodem genere negotij, vel animo ditescendi, vt qui furantur modica, vendentes vinum, oleum, aut alia; secùs, si in diuerso rerum genere, siue diuersis negotiis, diuersísque dolis, nec ditescendi animo. Ita Rebellius *p. 1. lib. 3. q. 15. sect. 5. num. 44.* Sed hanc limitationem impugnat Sanchez *in sum. tom. 2. lib. 7. cap. 21. n. 16.* Illam tamen amplectitur Tannerus *in 2. 2. disp. 4. q. 6. dub. 9. n. 287.* Bonacina *de contr. disp. 2. q. 8. punct. 2. n. 3.* & ego probabilissimam puto.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 7. Ref. 5. §. Addit. ad medium, vers. Limitat.

5. Dico secundò, dicta furta continuari, & in vnum coalescere, quando inter illos non fit magna interpolatio, & interuallum: quod quidem interuallum, secundùm Sanchez, *vbi suprà n. 10.* & alios Viros doctos ab ipso consultos, erit spatium vnius anni. Et ratio est: quia tanta interpolatio non videtur, moraliter loquendo, coniungere quantitates illas paruas. Sed ego sentio cum Filliucio *tom. 2. tr. 31. c. 10. num. 244.* magnum interuallum, vt non continuetur moraliter materia vnius furti cum alio, esse mensem vnum, vel dimidium.

6. Dico tertiò, quòd exigitur maior quantitas ad mortale in his furtis minimis; & eò maior, quò plures sunt domini: nam, quò in plures damnum diuiditur, eò minùs cæteris paribus sunt inuiti. Ita Sanchez *num. 17.* Rebellius *num. 43.* Megala *in 2. 2. lib. 2. cap. 1. quæst. 3. num. 36.* & Lessius *lib. 2. cap. 12. dub. 8. n. 46.* Et si Confessarius scire cupit, quæ quantitas in his furtis minimis communiter sit notabilis: respondeo; duplo maiorem, quàm in aliis furtis, esse necessariam.

7. Dico quartò, & hæc sit vltima limitatio, supradictam sententiam non habere locum quoad exigua furta esculentorum, quæ committuntur à seruis, & ancillis, ex rebus dominorum suorum; non vt illas vendant, sed vt comedant, sintque ordinaria, quæ non solent accuratè concludi. Ita Megala *n. 43.* Lessius *n. 48.* Nauarrus *c. 17. n. 138.* Reginaldus *tom. 2. lib. 23. c. 1. n. 22.* Petrus Nauarra *de rest. lib. 3. c. 1. p. 5. dub. 6. n. 202.* Saytus *in claui reg. lib. 9. cap. 15. n. 17.* Bannez *in 2. 2. q. 66. art. 6.* Caietanus *in sum. ver. furtum, not. 1.* & alij. Sup. hoc infra in tr. 8. Ref. 45.

8. Notandum est tamen contra Cordubam *in sum. q. 70.* & Medinam *C. de restit. q. 10.* ita furantes non teneri sub peccato mortali ad restitutionem totius quantitatis furatæ, sed tantùm ad illam partem, qua restituta, cessat notabilis quantitas ad furtum mortale petita. Sic Aragon *in 2. 2. quæst. 66. art. 6.* Rebellius *part. 1. lib. 3. quæst. 15 sect. 4. num. 29.* Megala *in 2. 2. lib. 2. c. 1. quæst. 3. num. 25.* Nauarra *de rest. lib. 3. c. 1. p. 10. dub. 8. n. 62.* Filliuc. *tom. 2. tr. 31. cap. 10. n. 247.* & alij. Quoad hoc in tom. 8. tr. 7. Vide doctrinam §. Addit. ad lin. 5. vers. Sed si vous resistat.

RESOL. XLII.

An Religiosus furans aliquid notabile ad vsum fratris particularis, vel alicuius sæcularis incurrat in casum reseruatum in Decreto Clem. VIII?

Et aduertitur, quod Superior alicuius Religionis non potest reseruare furtum commissum à suo subdito de rebus alterius Religiosi, vel alicuius sæcularis. Ex p. 1. tr. 6. Res. 44.

§. 1. Affirmatiuè respondet Coriolanus *tract. de cas. reser. p. 2. cas. 8. dub. 5. n. 13.* quia talis casus intelligitur non solùm de rebus Monasterij, aut Conuentus in communi, nempe, de rebus pertinentibus ad Communitatem, tam de mobilibus, quàm de immobilibus, tam de his, quæ vsu quotidiano consumuntur, quàm de his, quæ durant: verùm etiam de rebus particularibus, ad particularem vsum alicuius Religiosi concessis. Et ita ex Sorbo testatur declarasse ipsummet Clem. VIII.

2. At his non obstantibus, contrariam sententiam docet Petr. de Ledesma *in addit. ad summ. tom. 2. c. 4. dub. 12. fol. mihi 118.* & Hieronym. de Cenedo *tract. de paupert. relig. dub. 19. n. 21.* vbi sic asserit: [El prelado no puede reseruar el hurto en materia graue de las cosas, que pertenecen à la cerdo de otro particular, porque aunque es verdad, que el señorio destas cosas està en el Monasterio, però no se llamam cosas del Conuento derechamante.] Sic ille. Itaque, secundùm hos Authores, Superior alicuius Religionis non potest reseruare furtum commissum à suo subdito de rebus concessis alteri Religioso, vel alicuius sæcularis. Et ratio est: quia Clem. VIII. concessit tantum Superioribus Religionum reseruationem furti de rebus Monasterij, & Conuentus: & ad illam declarationem Pontificis posset quis respondere, de illa non constare authenticè: ergo, &c. Sup. hoc in Ref. seq. cursim ad medium; vers. Iegun esto.

RESOL. XLIII.

An saltem Superior in tali casu possit reseruare illud furtum, quatenus est peccatum proprietatis? Ex p. 1. tr. 6. Res. 45.

§. 1. AD istud dubiũ respondet Ledesma *in addit. ad sum. tom. 1. c. 4. dub. 11. fol. mihi 119.* ita asserens: [En razon de propriedad ajunta al hurto, podrà muy bien el Prelado reseruar el pecado de propriedad, que està junto al hurto: porque assi determina al Papa en el Breue, que pueda el Prelado reseruar el pecado de propriedad, contra el voto de la probeza en materia graue, sino es que el Pontifice en nombre de pecado de propriedad contra el voto de la probeza, entienda el gastar, ò dar sin licentia del Prelado, y como señor, lo que seria fuera de proposito: segun esto, no podria el Prelado reseruar todo hurto a vn, en razon de propriedad. Porque entonces hauemos de decir, que se condistinguen, y diferencian estas dos maneras de pecados.] Ita Ledesma. In quibus vltimis verbis videtur admittere, tanquam opinionem probabilem, non posse reseruare tale furtum particulare, etiam quatenus est peccatum proprietatis: quia in Decreto Clem. VIII. sub nomine proprietatis intelligitur tantùm largitio alicuius rei magni valoris, quam faceret Religiosus, tanquã dominus, & sine licẽtia Superioris. Hæc secundùm mentẽ supradicti Authoris.

Sup. hoc in Res. præterita §. vlt. ad fin. 4.

RESOL. XLIV.

An Religiosus, qui sine licentia Prælati solet sumere aliqua bona Monasterij pertinentia ad cibum, & potum infringat votum paupertatis. Ex p. 1. tr. 6. Res. 30.

Sup. hoc in Res. seq. Sed ne deseras legere Res. & §. eius secundæ not.

§. 1. HIc casus tractatur à Sanchez *in sum. tom. 2. lib. 7. c. 19. num.* 53. sed magis benignè resoluitur à Suarez *de Relig. tom. 3. lib. 8. c. 11. num.* 41. vbi sic asserit: [De bonis Monasterij vsu consumptibilibus, pertinentibus, scilicet, ad cibum, & potum, si tantùm ad proprium vsum actualem, vt sic dicam, & transitorium à Religiosis aliquid sumatur, regulariter non videtur peccatum mortale; nisi damnificatio Religionis esset nimia, & in re extraordinaria, & pretiosiore: extra huiusmodi enim casum res huiusmodi reputantur leuioris conditionis. Et quamuis Prælatis hoc displiceat; non tamen ita sunt inuoluntarij, vt illam reputent materiam grauem in ordine ad paupertatem: sed solùm in ordine ad decentiam, & professionem Religionis. Accedit, quòd Religiosi, quoad vsum huiusmodi rerum, tractantur vt filij: inter parentem autem, & filium non censetur similis actio grauis: secùs verò esset, si huiusmodi res in magna quantitate acciperentur, & occultè retentæ, paulatim consumerentur: nam illud esse posset graue peccatum, quamuis ad id discernendum in particulari magna prudentia necessaria sit] Ita Suarez. Vide etiam Tannerum *in 2. 2. disp. 7. quæst. 3. dub. 4. num.* 106. vbi sic ait:] Nulla etiam Prælati seueritas, eiusmodi acceptiones, quoad substantiam rei acceptæ, iniquas reddere potest.] Sic ille.

RESOL. XLV.

An Religiosus, si ad proprium vsum accipiat paulatim comestibilia, si perueniant ad quantitatem notabilem, peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem? Ex part. 1. tr. 6. Res. 35.

Supra in Res. quæ hic est antecedens.

Quæ hic est supra Res. 41.

§. 1. DE hac re egi *suprà*, & nunc iterum respondeo negatiuè: nam existimo, furta ista minima in tali materia non continuari, vt dictum est *in superiori Resol.* de famulis, & ancillis Et ita in terminis docet Bonacina *tract. de largit. muner. disp. 1. punct. 5. num. 7.* Sanchez *in sum. tom. 2. lib. 7. c. 21. num.* 31. Fernandez *in exam. Theol. mor. punct. 1. c. 6. §. 2. num. 12. in fin.* & Graffius *in decis. punct. 1. lib. 3. c. 5. num.* 51. Tannerus *in 2. 2. disp. 6. quæst. 3. dub. 4. num.* 106. licèt Religiosus animum accipiendi paulatim hæc minima ad proprium vsum haberet: quamuis in hoc Graffius contrarium sentiat. Sed tu tene cum Sanchez. Et ratio est: quia in eo modo sic paulatim hæc accipiendi non est inuitus Superior.

§. Dico quinto.

RESOL. XLVI.

An Religiosus peccet contra paupertatem sumendo aliquam rem de loco publico pro vsu temporali. vt deinde in eumdem locum restituat. Ex p. 1. tr. 6. Res. 40.

Sup. hoc supra in Res. 19. §. Hæc Lugo. alin. 7. & vers. Preguntase.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Azorius *p. 1. lib. 12. c. 12. quæst.* 3. vbi sic ad præfatum dubium respondit: [Non mihi videtur is paupertatem violasse, nisi id alioqui fuerit aliunde prohibitum: non enim, eò quòd accipit, vti vult citra omnem prorsus sui Superioris voluntatem; sed ad certos tantùm dies, animo, & voluntate illud in eundem locum, vnde acceperat, referendi.] Sic ille. Et nouissimè Villalobos *in summ. tom. 2. tract.* 35. *dub. 29. num.* 8. & Fabrus *de restit. in 4. sent. dist. 15. quæst. disp. 45. cap. 5. num.* 114.

Sed notandum est, hanc sententiam impugnare Sanchez *in summ. tom. 2. lib. 7. cap. 19. num.* 57. & post illum Faustus *in thes. Relig. lib. 8. quæst. 106. n.* 2. Sed vtraque opinio est probabilis.

RESOL. XLVII.

An donatio remuneratoria sit prohibita in hac Bulla, ita vt Religiosus, seu Monialis largiendo aliquod donum, in remunerationem contraueniat huic Constitutioni.

Et explanatur, quod donatio inter virum & vxorem est prohibita, & non valet, etiam si sit remuneratoria. Ex p. 1. tr. 6. Res. 15.

§. 1. PRo parte affirmatiua non desunt rationes: quia Summus Pontifex in hac Bulla prohibet Religiosis largiri dona, ex quacumque causa. Deinde, Pontifex prohibet donationes indirectas; ergo prohibet donationes remuneratorias, quæ sunt donationes, indirectæ. Nam, si non prohiberet has donationes, minimè prouideret de sufficienti remedio in ordine ad bonum commune Monasteriorum: quod quidem prouidere intendebat; quia, sub titulo remunerationis, Prælati, & Religiosi facilè bona monasterij, largiendo, notabiliter distraherent: ergo, &c. Secundò probatur hæc sententia: nam donatio inter virum, & vxorem est prohibita, vt patet *ex. cap. finali, de donat. inter virum, & vxorem.* Bartol. *in l. quod meo*, & ibi Alexander *ff. de acquiren. possess.* Anton. Gamma *tom. 2. variarum resolut. c. 4. num.* 23. & stante hac prohibitione non valet inter ipsos coniuges donatio remuneratoria. Ita Pinellus *de bonis matern. lib. 1. par. 3. num. 61. & 62.* Matienzo *lib. 5. Recopil. tit. 9. l. 3. glos. 6. num.* 3. cum aliis.

Sup. hoc late in tom. 6. tr. 7. Res. 67.

Sup. hoc infra in §. vlt. huius Res. & late in tom. 6. tr. 7. Res. 62. & in aliis eius not.

2. Sed contrariam sententiam prorsus amplectendam esse indico. Dico igitur, quòd, quando prohibetur donare simpliciter, vel sub conditione, vel sub modo, eo ipso nõ prohibetur donare ob merita quæ præcesserunt.

præcesserunt: nam donatio antidoralis, quæ dicitur remuneratoria, non est propriè, & strictè donatio, vt apertè colligitur *ex l. Attilius Regulus. ff. de donationibus.* Et ratio est: quoniam, qui donat gratis, omninò, & liberaliter donat: sed remuneratoria donatio fit propter beneficium, quo aliquis benè de nobis meritus est: efficitur ergo hæc donatio de re ex gratitudinis virtute, moralique honestate debita, & hac de causa non debet computari inter simplices donationes. Ita Homobonus *in exam. Eccles. par. 1. tract. 1. cap. 6. quæst.* 28. Valerus *vbi sup. ver. donatio, diff. 2. num.* 2. Ioan de la Cruz *in director. conscient. part. 1. præcep. 7. art. 2. dub* 2. Azorius *part. 3. lib. 11. c. 1. q. 4. & cap. 2. q.* 3. Molina *de iust. tom. 1. tract. 2. disp. 244. n.* 3. & communiter Iurisconsulti, & Theologi: & in terminis nostræ Bullæ ita etiam docuit Hieronymus de Cenedo *de paupertate relig. dub. 27. per tot.* Bartholomæus à S. Fausto *in thes. Relig. lib. 8. q. 127. num.* 4. Riccius *in praxi, tom. 1. & in 3. par. decis. 227. n.* 4. Bonacina *de contract. disp. 3. q. 12. punct. 1. n.* 6. Paulinus Berti *in exposit. huius Bullæ, quæst. vltim. cas.* 7. Ioan. Valerus *in differ. vtriusque fori, verb. munera, num.* 97. Rodriquez *in quæst. regul. par. 1. q. 27. art.* 6. Scortia *in Constit. Pont. epit. 158. theor.* 396. Peirinus *de Relig. tom. 1. cap. 2. q. 2. §. 6.* & ante omnes Sousa *in expos. huius Bullæ, §. 1. n. 65. & 66.*

3. Restat modò respondere ad argumenta contraria. Ideò ad primum respondeo, Pontificem in hac Bulla prohibere illas donationes indirectas, quæ sunt in præiudicium Monasterij: & tales non sunt donationes remuneratoriæ; sed potiùs in vtilitatem, & beneficium ipsius Monasterij: quia hæ donationes conferuntur propter beneficia, & vtilitatem receptam, & incitant benefactores ad magis in posterum benefaciendum. Ex quibus patet, licitas esse munerum largitiones, quæ fiunt benefactoribus Monasteriorum, & etiam iis, qui sperantur aliquando posse benefacere: quia similes largitiones dantur ad lucrum, siue (si ita loqui licet) ad vsuram, & potiùs in commodum, quàm in damnum Monasteriorum redundat: quod nota, quia quotidianum.

Sup. hoc supra in §. 1. huius Res. in fine, & in Res. not. 2. dicti §. 4. Ad secundum, exploditur sententia illorum DD. vt rectè probat Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 6. disp. 6. n. 11. & sequent.* Turrianus *in 2. 2. tom. 2. disp. 76. dub.* 6. Cenedo *vbi suprà, numer.* 8. & alij, qui communi calculo asserunt, valere donationem inter virum, & vxorem, si donatio remuneratoria sit. Sed quia tales donationes remuneratoriæ à Religiosis factæ possunt esse vltra merita, & excedere beneficia recepta, quæritur modò,

RESOL. XLVIII.

An Religiosi, & Moniales possint largiri non solum dona æquipollentia meritis, sed etiam vltra: Ex p. 1. tr. 6. Res. 16.

§. 1. Negatiuè videtur respondendum: nam donatio remuneratoria debet meritis æquipollere, & in eo excessu est donatio simplex. Ita doctissimus Ioan. Petrus Surdus *in suis consiliis lib. 1. cons. 164. num.* 33. & Doctores penes ipsum, & probatur *in l. si sponsus §. circa. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Vide etiam Parisium *lib. 3. cons. 90. num.* 14. Chassaneum *cons. 7. num.* 11. Menochium *de arbitr. iudic. cas. 132. n.* 5. & alios.

2. Sed, quia, vt ait D. Thom. 2. 2. *quæst.* 106. *art.* gratitudinis lex postulat, semper plus reddi, quàm sit acceptum, ideò in terminis nostræ Constitutionis puto cum Ioan. Valero, *vbi sup. num.* 97. Religiosos, seu Moniales non solùm posse, quantùm satis est, ad faciendum ob equiis, muneribus acceptis; sed etiam aliquid vltra, arbitrio boni, & cordati viri, donare. Et pro hac sententia Valerus citat Cordubam, & Nauarrum, & illam nouissimè tenent Cenedo, & Sanchez *vbi suprà.*

3. Et vt aliquid in particulari ad tollendos scrupulos dicamus, puto donationem remuneratoriam esse contra Constitutionem Clementis, quando excedit valorem meritorum, & beneficiorum: in quarta parte. Vt si, v. g. valeant duodecim, & à Religioso, seu Moniali, donentur sexdecim. Sic tenet Barbosa *in l. quæ datis 34. num. 60. ff. soluto matrim.* & Nauarrus *de reddit. quæst. 1. num.* 91. & probabilem hanc opinionem vocat Sanchez *de matr. tom. 1. lib. 6. num.* 9. & post illum Hieronymus Cenedo *de paupertate religiosa, dub. 17. n.* 13.

RESOL. XLIX.

An liceat aliquid dare proprio loci Ordinario ex causa benedictionis, vel susceptione habitus Religionis, seu professionis Monialium. Ex p. 1. tr. 6. Res. 24.

§. 1. Negatiuè videtur respondendum ex verbis Bullæ. Et ita docet, illam explanando, Paulinus Berti *p. 2. fol. 416. col.* 2. Hieronymus à Sorbo *in compendio priuileg. ver. dare, fol.* 194. & alij.

2. Non tamen reticebo, Ioan. Valerum *in suis differ. vtriusque fori, verb. munera, num.* 81. supradicta verba Bullæ intellexisse de muneribus pecuniariis, ac de aliis donis, tanquàm pro pretio prædictorum spiritualium: secùs si gratis aliqua dentur in remunerationem, vt probat textus *in cap. 2. placuit. 1. quæst.* 2. Ingratitudo enim ad minimum est peccatum veniale; vt probat D. Thomas 2. 2. *quæst.* 107. *art.* 3. Absit tamen credere, Papæ mentem fuisse tollere gratitudinis virtutem, maximè à personis religiosis, eximéque Moniales ab ea obligatione, per quam cuncti tenemur exhibere nos gratos benefacientibus nobis *c. Eccl. iuncta ibi Glos. 12. quæst.* 2. Faciunt latè tradita per Nauarrum, circa hanc obligationem gratitudinis, & remunerationis, *in lib. de reddit. eccl. quæst. 1. n.* 36. Hæc omnia Valerus.

RESOL. L.

An Moniales cum licentia Abbatissæ, seu Prælatæ possint præbere Confessario vltra iustum stipendium assignatum aliquid amplius.

Ex quo infertur, quod quando famuli seruiunt Monasterio cum magna fidelitate, his etiam vltra salarium iustum potest dari aliquid amplius, quia non est propriè donatio, sed beneficij remuneratio. Ex p. 1. tr. 6. Res. 17.

§. 1. Respondeo affirmatiuè, si seruiat cum magna charitate, patientia, assiduitate, &c. Ita in terminis Scortia *in Bull. Pon. epit. 158. theor.* 395. Bartholomæus à S. Fausto *in thes. Relig. lib. 8. quæst. 227. num.* 7. vbi sic ait: [Quando famuli pro certo salario inseruiunt Monasterio cum magna fidelitate: his enim, vltra salarium iustum potest dari aliquid ampliùs; quia non est propriè donatio, sed beneficij remuneratio.] Sic ille. Et ante hoc etiam docuerat Paulinus Berti *in explicat. huius Bullæ, quæst. vlt. cas. 6. fol.* 423. Sed hæc omnia, & similia limita, & intellige nisi præcepto Superioris

Superioris arctata sit in hoc eorum facultas. Vide *infrà Resol.* 22.

Quæ nunc hanc sequuntur

RESOL. LI.

Vtrum Abbatissa possit concedere licentiam donandi Monialibus, quam potest Prælatus Regularis suis Religiosis.

Et an supradicta Abbatissa possit concedere Monialibus licentiam habendi peculium & facultatem conuertendi in proprios vsus, quæ propriis operibus acquirunt. Ex p. 1. tr. 6. Ref. 22.

§. 1. Affirmatiuè respondendum est. Et ita docet Sanchez *in sum. tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 19. *num.* 44. Faustus *in thes. Relig. lib.* 8. *quæst.* 22. & alij. Et ratio est: quia Abbatissa habet liberam administrationem bonorum Monasterij, sicut Abbas, vt docet Panormitanus *cap.* 2. *num.* 4. *de his, quæ fiunt à Prælato.* Vnde, secundùm aliquos, potest dare licentiam expendendi decem ducatos; nam talem licentiam potest dare Prælatus, vt docet Corduba *in sum. quæst.* 54. *dub. vlt.* Lopez *de contract. lib.* 2. *c.* 40. Nauarra *de restit. lib.* 3. *c.* 1. *p.* 3. *dub.* 1. *n.* 169. Ioan. de la Cruz *de statu Religionis, lib.* 1. *c.* 3. *dub.* 5. *concl.* 1.

2. Imò potest Abbatissa concedere Monialibus licentiam habendi peculium, quando potest Superior Religionis illam concedere, & facultem conuertendi in proprios vsus, quæ propriis operibus acquirunt. Doctores, hæc omnia docentes, inuenies apud Sanchez, *vbi suprà* qui benè limitat hanc doctrinam, nisi ex consuetudine, aut Constitutionibus illius Religionis, aut præcepto Superioris Prælati, arctata sit eius facultas. Vide Rodriquez *in quæst. regul. tom.* 1. *q.* 17. *art. vlt.*

RESOL. LII.

An Religiosi recipientes in Monasterijs aliquem, non occasione transitus, vel deuotionis, sed recreationis causa, incidant in pœnas huius Constitutionis Clem. VIII. Ex p. 1. tr. 6. Ref. 14.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Bartholomæus à S. Fausto *in thes. Relig. lib.* 8. *quæst.* 224. *n.* 5. Sorbo *in compen. priuileg. verb. dare, in explicat. huius Bullæ,* & Paulinus Berti etiam *in explicat huius Bullæ, in* 10. *casibus post p.* 2. *principalem, cas. vlt.* & nouissimè Bonacina *in tract. var. disput.* 3. *punct.* 1. *num.* 12.

2. Sed tu contrarium tene cum Francisco Sousa *in expos. supradictæ Bull.* §. 7. *n.* 91. vbi ita ait: [Nota, que de señalar la ley tres causas de venir los seglares à los Conuentos, no se sigue, que si vinieren por otras, no se podra hospedatlas: lo vno, porque aquellos casos son exemplos, y en los semejantes corre la misma razon, y lo otro, porque no esta en aquello la fuerza, ni intento de la ley, sino en euitar gastor sumptuosos, y excessiuos, y ordenar se exercite la hospitalidad cō moderaciō religiosa, y come esto se guarde, poco importa, que el huesped venga al Monasterio por vna de aquellas causas, ò por otra, aunque sea por solo yrseà recrear con los Religiosos.] Ita ille. Vnde apparet, quàm benignè, & satis probabiliter, hic Autor explanet in hac Bulla mentem Pontificis contra aliorum rigidas expositiones.

RESOL. LIII.

An Nouitij includantur in hac Bulla sub nomine Religiosorum.

Et ex doctrina huius quæstionis infertur, quod Nouitij possint confiteri coram omnibus Confessarijs ab Episcopo approbatis, & quod Nouitij non incidunt in casus reseruatos à Superiore Religionum. Ex p. 1. tr. 6. Ref. 27

§. 1. Respondent & optimè, non comprehendi, Faustus *vbi sup. q.* 206. Filliuc. *tom.* 2. *tr.* 34. *c.* 10. *n.* 60. Sorbo *in comp. priuil. verb. dare, in expos. huius Bullæ,* & alij. Et ratio est: quia Nouitij non dicuntur Religiosi, vt benè notat gloss. *in Clem. Relig. verb. Relig.* & *ibi Abbas n.* 1. & Imol *n.* 10. Vide etiam Sanchez *in sum. tom.* 2. *lib.* 5. *c.* 5. *num.* 12.

2. Hinc licèt Religiosi non possint confiteri, nisi Confessariis, ab eorum Prælatis designatis, & si aliàs facerent cōfessio esset nulla: attamen Nouitij possunt confiteri omnibus Confessariis ab Episcopo approbatis, & Confessio erit valida. Ita aduersùs Vechium *in praxi Nouit. disput.* 10. *dub.* 3. *n.* 3. & Megalam *in part.* 1. *lib.* 1. *c.* 8. *n.* 20. dicendum est: & ita tenent Molfesius *in summ. p.* 1. *tr.* 7. *c.* 14. *n.* 81. Rodriq. *qq. regular. tom.* 1. *q.* 27. *art.* 11. Homobonus *in exam. Eccles. p.* 1. *tract.* 5. *c.* 2. *q.* 13. Henriquez *lib.* 6. *c.* 16. *n.* 3. *in Gloss. litt. X, & lib.* 7. *de Indulg. c.* 22. *n.* 7. *in. gloss. lit. Z, & V,* & alij. Item, Nouitij non incidunt in casus reseruatos à Superioribus Religionum, quidquid in contrarium aliqui asserant; & ita possunt absolui absque eorum licenita. Ita Homobonus de Bonis *de cas. reser. p.* 1. *cap.* 32. Floronus *p.* 1. *c.* 3. *n.* 7. *de cas. reseruat.* Emanuel. Sà *verb. casus, n.* 8. Naldus *in summ. verb. Nouitius n.* 7. Graffius *in append. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 69. & alijs.

Sup. hoc supra in tr. 1. Ref. 105. & 106. & ibi et am pro casibus reseruatis in Religione.

Sup. hoc supra in tr. 1. Ref. 107. & in alijs eius not.

RESOL. LV.

Vtrum Milites D. Iacobi, Alcantara, Calatraua, &c. includantur in hac Bulla, ita vt sit illis interdictum donare.

Ex quo deducitur an prædicti Equites sint vere Religiosi, & gaudeant exemptione gabellarum, & etiam Nouitij. Ex p. 1. tr. 6. Ref. 23.

Sup. primæ diffic. huius tituli lege Ref. seq & alias eius primæ not. Imo & cæterarum eius notationum.

§. 1. Negatiuè respondendum est: nam expressè in Bulla Summus Pontifex illos excludit. Ex quo colligitur, hos Milites esse verè, & propriè Religiosos: quia exceptio firmat regulam in contrarium. Et ita docent plures, & insignes DD. apud Sanchez *in sum. tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 16. *n.* 11. & apud Garsiam *de beneficiis, tom.* 1. *p.* 1. *c.* 4. *n.* 11. & præter illos nouissimè defendit mordicùs hanc sententiā Paulinus Berti *in explic. huius Bullæ, p.* 2. *principali,* Cenedo *de pauper. relig. dub.* 50. *n.* 15. Faustus *vbi sup. q.* 203. & alij, quidquid in contrarium asserant DD. apud Sanchez, *vbi suprà* & præter illos Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib.* 1. *c.* 2. *dub.* 3. *conclus.* 2. Petrus de Ledesma *in sum. tom.* 2. *tract.* 10. *c.* 8. *dub.* 3. *concl.* 2. Emanuël Sà. *verb. Relig. num.* 41. Valentia *tom.* 3. *disp.* 10. *q.* 4. *punct.* 2. Molfesius *in sum. tom.* 2. *tract.* 6. *c.* 2. *num.* 30. Moneta *de conseruat. Indic. c.* 10 *num* 389. Graffius *tom.* 1 *consl.* 1 *lib.* 3 *consl.* 11. *de Regularibus.*

Sup. hoc supra in tr. 1. Ref. 99 § 2. ad medium, & in Ref. 100. & in tom. 9. tr. 2. Ref. 162. §. 1. à lin. 5. & in alijs multis earum notationum.

2. Sed tu tene primam sentētiam: & sic, me consulente, Illustrissimus Senatus huius Vrbis concessit dictis Militibus exemptionem gabellarum, quæ vulgò

Sup. hac

exemption. in tom. 9. tr. 2. Res. 44. in principio, & in fine, & in Ref. 167. §. Sed hos. & in fine Ref. 171. & in Ref. 172. § vlt.

vulgò dicitur, *lo scasciato*: & hoc non solùm Professis, sed etiam Nouitiis, vt posteà etiam, me consulente, determinauit in casu Dominorum de Gioeni, & Manstrantoni, qui adhuc non emiserant professionem, sed tantùm acceperant habitum, & erant Nouitij D. Iacobi. Quòd autem ex verbis huius Bullæ colligatur, hos Milites esse verè Religiosos, tenet Ioan. Valerus *in differentiis vtriusque fori, verb. munera, numer.* 23. Faustus, & Betti, *vbi suprà*. Vnde valdè miror, aliquos his diebus contrarium docuisse.

RESOL. LV.

An Equites Commendatarij D. Ioannis, D. Iacobi, Alcantara, Calatraua, &c. insumentes redditum bonorum suorum in vsus illicitos peccent contra paupertatem, & recipientes teneantur ad restitutionem?

Idem dicendum est de cæteris bonis acquisitis, donatis, &c. licet in morte non possint de illis absque Superioris licentia testari? Ex part. 2. tr. 15. Misc. 1. Ref. 54.

Sup. hoc in duabus Ref. seqq. & an aute lege duas primas lin. præcedētis Ref.

§. 1. Affirmatiuè respondet Azorius *tom. 1. lib.* 13. *cap.* 4. *quæstion* 10. & ante illum hoc etiam docuerat Molina Iurisconsultus, Nauarrus, Motta, Ayala, & alii apud Sanchez, *vbi infrà*, vide etiam Riccium *part.* 3. *decis.* 321. *numer.* 4. & Suarez *de Relig. tom.* 3. *lib.* 8 *cap.* 16. *n.* 24.

2. Sed contrariam sententiam amplexus est Pater Franciscus Alcozer *in suo tract. de ludo, cap.* 39. & quia codex rarus est, ponam per extensum eius verba. [Los Comendadores de San Iuan, de Santi Iago, de Calatraua, y de Alcantara disponen libremente de sus bienes en vida, y los gazan, y dan, y enagenan, y traspassan en las personas, que quieren, como qualesquier otros seglares libres, disponen de los bienes, que tienen. Esto se entiende de los fructos, y rentas de las encomiendas, que de la orden tienen, mas las heredades, villas, y lugares de las dichas encomiendas no la pueden dar, ny enagenar. Assì mismo se entiende, que gazan, enagenan, como queren los biennes muebles, y fructos de los bienes, que han adquirido por titulo de herencia, ò donacion, ò otro titulo justo de sus Padres, y deudos, y amigos, y señores, ò oficios, ò de otra manera. Esto presupuesto digo, que los, que juegan, y ganan a los tales lo aquieren justamente, y no son obligados à restitucion, porque los tales bienes ellos los gozan, y possen, y disponen dellos, como los seglares libres, disponen de los bienes, que tienen.] Ita Alcozer. Sed pro maiori elucidatione, & intelligentia, suppono, quòd supradicti Equites, licèt voueant paupertatem, vouent tamen illam, prout vsus permissus, & toleratus apud eos recipit. Non itaque Religiosorum Claustralium rigidam paupertatem vouent, sed bona sua retinent, amouibilia tamen ad nutum Magni Magistri, & de illis disponunt, licèt in morte non possint, absque Superioris licentia testari, & ideo votum eorum de proprio non retinendo, intelligendum est quoad dominium, non autem quoad vsum, distributionem, & vsumfructum. Ita de Equitibus D. Ioannis loquuti sunt Sanchez *in sum. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 8. *numer.* 39. Genuensis *in practicab. Eccles. tricenar.* 1. *quæst.* 20. *num.* 3. Barthol. à S. Fausto *in thes. Relig. lib.* 8. *quæst.* 80. *num.* 2. Homobon. de Bonis *in exam. Eccles. par.* 1. *tract.* 7. *cap.* 12. *question.* 58. Graffiis *tom.* 1. *lib.* 3. *cons.* 11. *num.* 13. Vide etiam Vasquez *opusc. de redditibus, cap.* 3. *dub.* 9. *num.* 40. & alios: & licèt eorum regula, & forma Professionis aliquid plus præseferat,

Sup. hoc infra in §. penult. huius Ref. & in aliis eius annot.

Sup. hoc late in tom. 6. tr. 8. Ref. 93.

& ab illis requirere videatur, attamen longæuus vsus, & antiquissima consuetudo ita interpretata est dictam eorum Regulam, & Professionem, & hoc eum scientia, & sine contradictione Superiorum. Adde quòd multi eorum, imò ferè omnes, minimè professionem emitterent, si sub onere peccati mortalis tenerentur ad aliam strictiorem paupertatem, & vitæ rationem, quàm quod hodie inter illos seruare consuetum est. Cùm igitur supradicti Milites bona sua retineant, & de illis libere disponant, insumendo illa in vsus illicitos, peccabunt quidem, non autem contra paupertatem, nec recipientes obligationem restitutionis habebunt: nam probabilis illa est opinio, quæ asserit Religiosos, etiam mendicantes, si licentiam habent de aliquibus bonis disponendi, si illa in vsus illicitos insumant, peccare quidem, sed non contra votum paupertatis, nec ab illis recipientes aliquo restitutionis nexu vinciri.

Sup. hoc supra in Ref. 23 §. Nota tertio. & infra late in Ref. 58 59. 60 & 63. §. vlt. ante medium, & in tom. 8. tr. 7. Ref. 58. §. sed ego.

3. Et ita loquens in casu nostro de Militibus Religiosis docet ex Societate Iesu Pater Salas *tract. de ludo, dub.* 21. *num.* 6. qui citat Angles, Lopez, Medinam, & alios; & etiam probabilem vocauit hanc sententiam Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib.* 1. *cap.* 3. *dub.* 1. *concl.* 2. & Petrus Ledesma *in addit. ad* 2. *part. sua summa. tract. de statibus, cap.* 4. *diffic.* 4. vbi asserit, illam docuisse doctissimum, & Religiosissimum Magistrum Gallo, & multos alios Magistros, ex schola D. Thomæ, & ex Societate Iesv tenet etiam hanc sententiam Rebellius *part.* 2. *lib.* 12. *quæst.* 4. *sect.* 7. *num.* 6. licèt contrariam opinionem probabiliorem esse puto, quam præter Doctores, quos citat Salas *vbi suprà, num.* 1. tenet Sanchez *in summ. tom.* 2. *lib.* 8. *cap.* 19. *num* 81. & nouissimè Fagundez *de præcept. Eccles. tract.* 1. *lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 15. Cenedo *de paupert. Religiosa, dub.* 7. *num.* 7. *& seqq.* cum Llamas *in summ. part.* 3. *meth. capit.* 9. §. 13. & alij.

Sup. hoc infra in Ref. 57 & 58 § 2. in principio.

4. Ex his apparet, meretrices dictorum Equitum, & ludentes cum ipsis, & ipsos quoque Equites, si restitutionem facere noluerint, posse à Confessariis, secundùm supradictam opinionem probabilem, sacramentalem absolutionem, sine vllo onere restitutionis; obtinere. Post hæc scripta inueni supradictam opinionem in terminis docere Michaëlem Zanardum *in direct. Confess. part.* 2. *prac.* 4. *cap.* 31. *quæst.* 8. vbi sic asserit: Si Eques (loquitur etiam de Militibus D. Ioannis) redditus commendarum suarum in pessimos vsus expendat, quamuis peccet mortaliter, cùm hæc bona sint ei data, vt viuat iuxta statum suum, & non vt ea dilapidet in pessima contra proprium statum: tamen non obligatur ad restitutionem, quia hæc bona sunt ei data, vt de eis faciat, quidquid ei placuerit, vel expedierit, non intendendo eum obligare ex contractu, & vi iustitiæ commutatiuæ, vt si ea in malos vsus consumpserit, teneatur ad restitutionem. Hæc Zanardus. Vnde remanet satis probabilis nostra sententia.

5. Scripsi hæc in re tam graui, quasi coactus, & Deus scit, si eum magna & intima cordis tristitia, vt fragilibus conscientiis aliquod remedium exhiberem. Nam si contraria sententia in praxi omninò amplectenda esset, vt olim cum Azorio mordicus consulebam, mille laqueis restitutionis pene innumeri tenerentur, & nemo restitueret. Et hanc opinionem, tanquam probabilem, tenent etiam multi viri docti, de hac re à me consulti, tam ex nostra Religione, quàm ex Societate Iesv, & inter illos præcipuè P. Franciscus Bardi, vir Scholasticæ, & Moralis Theologiæ peritissimus.

RESOL. LVI.

An commendatarij D. Ioannis. D. Iacobi, Alcantaræ, Calatraua, &c. possint disponere de redditibus Ecclesiasticis ad libitum sicut de bonis patrimonialibus, sine fractione voti paupertatis? Ex p.5. tr.14. & Misc.2. Res.94.

Sup. hoc in Res. præterita, & in Res. seq. & supra in Res.55.at- tente lege eius duas primas lin.

§. 1. NEgatiuè respondet Mora *in lib. Instructionis*, vt commendatarij tendant ad perfe-ctionem, *cap.4.* §.4. *num.*10. Nauarr. *lib.de reddit. quæst.1.num.95. & 96. & quæst.3. num.30.& 31.* & Ayala *in compend. Ord. milit.* quem citat & sequitur Emanuel Rodriquez *in qq. Reg. tom.1.quæst.57. art. 5.* & ex parte Azorius *tom.1.lib.13. cap. 4. quæst.10.* & ratio est, quia sunt Religiosi, & voto paupertatis adstricti, & quia redditus Commendarum sunt redditus Ecclesiastici. ergo, &c. Igitur hi Doctores tenent hos Equites esse in obligatione expendendi in operibus piis totum id, quod superest de congrua satisfactione.

2. Verùm ego puto de his bonis posse dictos Equites disponere, ac si essent sæculares, quia antiquissima consuetudo ita paupertatem eorum interpretata est Superioribus scientibus, & non contradicentibus; & redditus Commendarum titulo sæculari his dantur, nempe titulo militari. Et ita docet Sanchez *in summ.tom.1. lib.7. cap.8.num.29.* & nouissimè Hurtadus de Mendoza *in 2.2. tom.1. disp.160. sect. 7.§. 119.* vbi etiam §.120. loquens de Equitibus D. Ioannis, sic ait. Licèt Milites S. Ioannis nuncupent solemne paupertatis, (de quo nunc non disputo) adhuc possint pro suo arbitratu vti Commendis sine violatione voti, quia licèt in solemnitate sit votum perfectum, at non tam perfectum ex parte obiecti, quàm votum Clerici Regularis, aut Monachi, vouent enim paupertatem iuxta suam regulam, quæ paucis in rebus eos obstringit; est enim laxa, quia est regula Militum nobilium, quos non expedit illaqueare minutis præceptis, sed nonnullis, & laxioribus, quibus obseruetur virtus in militia, eámque ob causam illæ Commendæ sunt à Pontifice donatæ Militibus. Ita Hurtadus, & ego.

RESOL. LVII.

An Equites Ierosolymitani, & alij Religiosi Ordinum Militarium valide aliquid exponant ludo?

Et an sint obnoxij restitutioni lucrantes dictos Equites?

Et an supra dicti Equites peccent contra paupertatem exponentes aliquid ludo, vel expendentes in alios vsus illicitos, nec Superiores, nec consuetudo Ordinis possit ad id facultatem validam facere? Ex p. 7. tr.9. Resol.17.

Sup.doctrina contenta in principio huius Ref. in duabus præcedentibus Ref & pro prima, & principali diffic. huius Ref. signanter in Ref. huius not. §. Ex his. & in Ref. 1. not.

§. 1. AD hoc dubium ita respondet Dicastil. *lib. 2. trac.18. disput.5. dub.8.num.55.* Quod attinet ad Religiosos Ordinum Militarium. In primis de Equitibus nobilibus, iam diximus illos absolutè esse veros dominos suorum bonorum, & votum paupertatis illorum, consuetudine ita esse interpretandum, vt possint in his ludis bona insumere. Non defuere tamen viri graues, & docti ex nostra Societate, qui & in communibus conscientiis, & de hac re consulti; existimauerint eiusmodi Religiosos habentes liberam dispositionem, & administrationem bonorum, posse ea expendere in vsus conuenientes suo statui, scilicet statui Religiosorum nobilium, & heroum; quia hoc modo tantùm vouerunt paupertatem non strictè, sicut alij Religiosi. Simul tamen existimarunt prædicti si ea bona expendant in vsus illicitos, & indecentes suo statui, videri peccare contra paupertatem, quia iuxta dicta *eadem dub. 6.* nec superiores, nec consuetudo ordinis potest ad id facultatem validam facere. Quæ sententia satis probabilis est, eámque tenent non pauci, quos refert Tho. Sanch. *lib.7. Moral.cap.8. num.19.* Probabilius tamen est, quod ibi diximus, tum quia antiquissima consuetudo ita paupertatem eorum interpretata est, neque ad amplius censendi sunt se voto obligare, quàm quod in eorum Ordinibus habeat consuetudo. Redditus autem commendarum, quamuis alicui videantur bona Ecclesiastica, & absolutè ita censeri debeant, ac proinde iuxta opinionem aliquorum, aut peccato mortali subiecta si ludis indecentibus, aliisque similibus rebus expendantur, aut etiam restitutioni obnoxia, vt multi putant vniuersim de bonis Ecclesiasticis; probabilius tamen est titulo sæculari, nempe militari, illis concedi redditus Commendarum. Ita Dicastillus.

seq.§.2. ad lin.2.

Sup. hoc in Res. seq. §.1. ad lin. 5. sed lege eam per totam, & infra in Res.60. §.2. cursim prope finem & in tom.6 tr.5. lege doctrinã §. vlt. Res.13.

Sed circa præsentem quæstionem ne deseras recognoscere meipsum *in part.2. tractat.15. resol.154.* vbi satis probabiliter firmaui lucrantes à dictis Equitibus non esse obnoxios restitutioni.

Quæ hic est supra Res.55. §. Ex his.

RESOL. LVIII.

An Religiosus, qui habet licentiam à Superiore generalem expendendi pecuniam, vel donandi aliquid, si hac expendat in vsus illicitos, peccet contra votum paupertatis, & recipientes teneantur ad restitutionem?

Et hoc etiam frequenter potest accidere in Equitibus Ierosolymitanis.

Et an Superior supremus, vel totus Conuentus non possit concedere facultatem illam, vt in vsus illicitos expendat Religiosus pecuniam? Ex p.7. tr.11. & Misc. 2. Res.22.

Sup. prima diffic. huius tituli in duabus Res. seqq. & in aliis earum primatũ notationum.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam post Molinam, Sanchez, Lessium, & alios tenet nouissimè Ioann. Dicastillo *de iustit. & iure, lib. 2. disput.6. dub.1. num.26.* quia non est præsumendum Superiorem concessisse facultatem in vsus illicitos. Item quia dicendum est non posse vllum Superiorem etiam supremum, nec totum conuentum concedere facultatem illam.

Sup. hoc in Res. præterita, ad mediũ §.1. Et pro his Equitib. Ierosolymitanis ibidem & in aliis eius not.1.

2. Sed quia hæc opinio frequenter potest contingere in Equitibus Hierosolymitanis, ego propter difficultatem in restituendo olim asserui probabilem esse opinionem aliquorum Doctorum asserentium in tali casu Religiosum non peccare contra votum paupertatis, nec recipientes ad vllam restitutionem teneri; scio aliquos contra me obmurmurasse, sed immeritò, nam præter DD. alibi à me pro hac sententia relatos, nouissimè me citato tanquam probabilem illam tuetur Cardin. Lugo *de iust. & iure, tom.1. disput.3. sect.7. num.142.* Et reddit rationem; Quia in aliis materiis licentia generaliter concessa non intelligitur limitari ad solos vsus, vel casus aliunde non turpes, nec illicitos, sed in iis etiam aufert malitiam, quam posset habere ex defectu talis licentiæ, quamuis remaneat turpitudo, & malitia ex alio capite; ergo cum Prælatus vniuersaliter concedit licentiam expendendi pro libito, non est cur præsumatur limitare licentiam ad vsus solum aliunde non illicitos, sed potius velle auferre impedimentum ex parte sua quantum potest.

Alibi in Res. quæ hic est supra 23. §. Nota tertio. & in Res. 55 §.2. in fine,& infra in duabus seqq. Res. & in Res.63.§.vlt. ante mediũ,a vers. Quin etiam. & in tom. 6. tr. 4. Res. 13. lege doctrinã eius §. vlt. & in tom.8. tr 7. Res.58. § Io

3. Nec obstant argumenta adducta pro contraria sententia.

autem. & significanter in §§. seqq. & meius hic supra in tr. 1. Ref. 195. §. vlt. ad medium, à vers. Deinde.

sententia. Ad primum enim dicimus, licet Prælatus non posset in speciali, & determinate concedere subdito licentiam ad vsum turpem, vel superfluum, quia iam hoc esset cooperari eius peccato: posse tamen in genere, & in vniuersum concedere illi facultatem plenam, cedendo iuri suo in vniuersum, itavt ex ea parte quilibet vsus non habeat malitiam iniustitiæ. Sicut, si is, qui tibi mutuauit pignore accepto, peteret à te licentiam vtendi eo pignore, posses tu licitè illam concedere generalem ad omnes vsus: nam licet in speciali non posses commodare ei rem illam ad vsus turpes, & inhonestos, v. g. ad sollicitandam fœminam; potes tamen in vniuersum permittere ei omnes vsus, hoc cedere iuri tuo, ita vt quilibet vsus non habeat rationem iniustitiæ, nec sit inuito domino: & hæc præsumitur esse tua mens, dum aliud non explicas, & de facto non peccabit creditor ille contra iustitiam, si re tua vtatur ad vsus turpes, & illicitos. Similiter ergo superior potest absque peccato cedere iuri suo in vniuersum, & permittere tibi, quantum est ex parte sua omnes vsus talis pecuniæ, absque eo, quod ideò censeatur cooperari positiuè tuo peccato.

Sup hoc in tom. 6. tr. 8. ex doctrina Ref. & signãter in fine.

4. Ad secundum desumptum ex licentia testandi Episcopo concessa, quæ si id non exprimat, præsumatur semper esse solum ad opera pia; responderi potest; quidquid sit de antecedenti, negando consequentiam. Ratio autem esse potest, quod quando sunt duo impedimenta, in quibus aliquis superior dispensare potest, non censetur in vtroque dispensare, nisi id explicet, quando obligatio vnius non est necessaria ad auferendum alterum; sed potius dispensatio, cum sit odiosa, & contra legem, debet strictè intelligi, quantum satis est ad eius verba verificanda. Cùm ergo Episcopus, nec possit testari, nec possit etiam disponere de bonis Ecclesiasticis, nisi ad opera pia, & Pontifex possit in vtroque dispensare ex causa, vt fatetur Sanchez *lib. 2. consil. cap. 2. dub. 31. numer. 9.* hinc est quod dispensatio solùm ad testandum non censeatur esse ad disponendum in vsus profanos; quia potest bene verificari dispensatio in vna lege absque dispensatione in altera; cum possit bene fieri testamentum absque eo quod fiat in vsus profanos. At verò Prælatus Regularis non potest ipse dispensare cum subdito, vt possit licitè expendere in vsus profanos, vel turpes, sed solùm vt possit expendere, auferendo vnicum impedimentum suæ contrariæ voluntatis: non est ergo, cur limitetur eius licentia, cum ad ipsum non spectet auferre aliud impedimentum, nec oppositionem nisi cum vnica lege. Quare videtur potius se habere, sicut debitor in casu posito permittens creditori vsum liberum sui pignoris, quia cum non possit ipse reddere creditori licitum vsum pignoris ad res turpes, non censetur limitare licentiam, sed auferre solum illud vnicum impedimentum, quod ipse potest auferre cedendo iuri suo in ordine ad omnes vsus, ne sit contra iustitiam; sic etiam pater concedens filio facultatem testandi, non censetur eam limitare ad opera pia, vel licita, quia ipse non potest tollere illud aliud impedimentum circa res inhonestas, & ideò censetur ex parte sua auferre totaliter illud vnicum impedimentum, quod poterat auferre; sic ergo se habet Prælatus, ad quem non pertinet auferre illud aliud impedimentum circa vsus superfluos, & turpes, & ideo solùm aufert impedimentum suæ voluntatis contrariæ, quod ei subest absque vlla prorsus limitatione: quia æquè se habet ad vtrunque vsum, cum æquè possit ab vtroque auferre malitiam iniustitiæ cedendo iuri suo, & quoad hoc nihil magis possit circa vnum, quàm circa alium, quia vterque subest ipsi solùm, prout opponitur iustitiæ, & ex hoc capite voto paupertatis. Et hæc omnia docet Cardinalis de Lugo, ex quibus, ora gratis obmurmurantium claudenda erunt. Omnes opiniones Confessarij scire debent, vt postea secundùm prudentiam illis vtantur, & si aliter fieri non potest onera non imponant ferre non valentibus vel nolentibus, quando probabiliter fieri potest.

5. Nota quod post hæc scripta inueni Ioannem Machadum *de Perfecto Confess. tom. 2. lib. 5. part. 2. tract. 1. docum. 11. num. 3.* nostram sententiam ab Eminentissimo Cardinali de Lugo confirmatam, tanquam probabilem admittere.

RESOL. LIX.

An Religiosus, qui ex licentia Superioris libere de aliquibus pecuniis possit disponere, si illas insumat in ludis prohibitis, vel cum meretricibus, peccet contra votum paupertatis, & accipientes teneantur ad restitutionem?

Et an stando in opinione affirmatiua, dictam pecuniam possit quis restituere eidem Religioso, vel teneatur reestituere Monasterio?

Idem dicendum est de cæteris aliis, qui ludere vel alienare non possunt, vt de filiis familias, seruis, & vxoribus. Ex p. 3. tr. 2. Ref. 98.

§. 1. Affirmatiua sententia est communior & probabilior, sed negatiua est etiam probabilis, quàm tuentur Doctores, quos citat, & sequitur Ioannes Salas *tract. de ludo, dub. 21. num. 4.* vbi sic ait: Religiosos, quibus per Superiorem licet de re aliqua liberè disponere, etiamsi in ludis illicitis, vel rebus turpibus eam expendant, validè expendere, nec recipientes teneri ad restitutionem. Ita ille. Vbi multas pro hac firmanda sententia rationes adducit; licet contra illam nouissimè insurgat amicissimus Sanctarellus *tract. de Apost. cap. 6. dub. 2. num. 12.*

Sup. hoc in Ref. præterita, & in aliis eius secundæ not. & in Ref. seq. & in aliis eius primæ annot.

2. Sed si aliquis vellet stare in prima opinione, quæritur an dictam pecuniam possit quis restituere eidem Religioso; vel teneatur restituere Monasterio; & ad hoc dubium ita respondet Villalobos *in summ. tom. 2. tract. 18. diff. 5. dub. 11.* [Lo que vno gana al hijo que està en poder de su padre, ò al Religioso, ò à otro, que no podia iugar, basta que lo restituya à ellos, aunque no sean verdaderos señores dello. La razon es porque no està obligado de iusticia à poner la cosa ganada en mejor estado del que tenia; aunque alguna vez seria pecado contra caridad, y es quando haziendo esta restitucion à ellos, toman occasion para iugar otra vez.] Hæc ille, qui citat Rodriquez, & Rebellium.

Sup. hoc cũ eodẽ Villalobos hic citato in Ref. seq. §. vlt. & in alio eius. not.

RESOL. LX.

An si Religiosus habeat licentiam generalem expendendi aliquam quantitatem, possit validè illam ludo exponere?

Et an qui ab illo talia lucrantur, teneantur ad aliquam restitutionem?

Et notatur, quod si aliquis lucraretur magnam summam pecuniarum à Religioso, possit illam eidem restituere, & non Monasterio.

Idem in vtroque dicendum est de filio familias, vxore, &c. Ex p. 7. tr. 9. Ref. 15.

§. 1. Affirmatiuam sententiam tanquam probabilem admittit Medina *in summa lib. 1. cap. 14. §. 29.* & Alcozer *lib. de ludo cap. 16.* & ideò Faustus *in speculo Confess. disput. 32. quæst. 21. num. 5.* sic ait Quartò dico, quod Religiosus, qui expendit in

Sup. hoc in duabus præcedentibus Ref. & supra in Ref. 25. § Nota tertio

in vsus profanos, quæ ad honestam recreationem sibi à Prælato conceduntur, peccat mortaliter, si materia est grauis, & est proprietarius, ij tamen quia ab illis ta'ia lucrantur, ad nullam restitutionem tenentur. Ratio est, quia licet modus alienandi sit contra voluntatem superioris, non tamen ipsa alienatio secundùm se, ita vt eam inualidam esse velit. Ita ille. Et hanc opinionem ex Societate IESV docet Rebellius, *p.2.lib.12.q.4.n.6.*

& in Res.55. §.2. in fine, & infra in Res. 63 §. vlt. ante medium, vers. Quin etiam. & in tom. 6. tr. 4. ex Res. 13. lege doctrinā §. vlt. & in tom. 8. tr. 7. Res. 58. §. Id autem. & in 55. seqq. & melius hic supra in tr. 1. Res. 195. §. vlt. ad medium, à vers. Deinde.

2. Sed negatiuam sententiam communiter docent Doctores, vnde Villalobos *in summa tom.2 tract.28. diffic.5. num.10.* sic ait. [Rebello dize, que si el Religioso inega lo que el Prelado le concedio para gastar en recreacion honesta peca, mas que el que gana no està obligado à restituir; y lo mismo dize del menor. La razon que dà es, que aunque el modo de la enagenacion sea contra voluntad del superior, no lo la misma enagenacion. Mas esto tambien es falso quanto al Religioso, porque como queda dicho, el Prelado no puede dar tal licencia, y assi no puede el el subdito transferir el dominio, como no valiera, si lo diera à vna rameta.] Ita Villalobos; cui nouissimè adde Dicastillum *de Iustitia lib.2.tract.18. disp.4. dub.5. num. 43.*

Et sup. licentia Prælati contenta in fine huius §. 2. supra in Res. 57 ad medium §. 1. &c.

3. Verùm licet hæc sententia sit probabilior, & sequenda, primam tamen etiam probabilem esse existimo cum aliis, quos adduxi *in 3. part. tract. 2. Resolut.65.* & ne deleras etiam recognoscere me ipsum *in 2. p. tract. 15. Resol. 54.*

Quæ hic est supra Res. 23.

Quæ hic est supra Res. 55. Et pro contento in hoc §. vlt. cum eodē Villalobos hic citato in Res. præterita, §. 2. & infra in Res. 63. §. Sed. cursim in fine.

4. Nota tamen hìc, quod si aliquis lucraretur magnam summam pecuniarum à Religioso, possit illam eidem restituere, & ideo Villalobos *in summa tom. 2. tractat. 28. difficultat. 5. numer. 10.* sic asserit. [Lo que vno gana al hijo que està en poder de su Padre, o al Religioso, o a otro que no podia iugar, basta que lo restituyr a ellos, aunque no sean verdaderos señores dello. La razon es, porque no està obligado de justitia a poner la cosa genada en mejor estado del que tenia aunque alguna vez seria pecado contra caridad, y es quando haziendo esta restitucion a ellos, toman ocasion para jugar otra vez.] Ita ille, & Ego.

RESOL. LXI.

An Religiosus illicite ludendo, si lucretur, teneatur restituere colludenti?

Et quæ possit ludere? An possit ludere aliquid manuscriptum, cælatum, pictum, vel aliud qualecumque, in quod habet dominium, &c?

Sed maior difficultas est, si inquireres, an qui lucratus est lectionem aliquot Missarum, possit pro illis accipere stipendium, an vero ille, qui perdidit illud accipere debeat?

Et notatur posse Religiosum dare quæcumque alteri Religioso eiusdem Monasterij, quin peccet contra paupertatem, & cum illo concertare de rebus ad vsum concessis, &c. Ex p.9.tr.6.& Misc. Res.24. alias 25.

§. 1. RESpondeo cum Sanchez *in Summa, tom.2. lib.7.cap.19. num.85.* probabile esse, Religiosum ludentem absque licentia, aut excedentem quantitatem supra id, quod poterat, & lucrantem, non teneri restituere colludenti, eò quòd contra, quòd contractus sine licentia Prælati initus, posteà sustineri possit à Prælato, quatenus cedit in eius vtilitatem. Sed contraria sententia est probabilior, quam tenet ipsemet Sanchez.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 4.

2. Sed, quia hic sermo incidit de ludo Religiosorum, non deseram pro curiosis adnotare ea, quæ Philosophatur secundùm sua principia Caramuël *in Theolog. mor. lib. 2. disputat. 15. num. 809.* vbi sic ait: [Puto Religiosos, sicut nec dare, sic nec posse ludo exponere pecunias: credo tamen, posse omnia illa ludo exponere, quæ possunt liberaliter dare. In quæ Religiosus habeat proprietatis dominium, & in quæ non, exposui in meis Commentariis in Regulam Benedictinam *disp. 59.*

Res. 13. à principio.

3. Asserui enim *n. 831.* in manu scripta sua habere verum dominium Religiosum: *num. 839.* magisteriale in discipulos Religioso professori concessi: *num. 852.* & *853.* Religiosi domino actiones purè internas, & externas subieci: *num. 869.* & res vnico actu consumptibiles: *num. 871.* dixi posse) nisi Antistes inhibuerit) industria sua horis vacantibus seruire amicis, puta, pingendo, transcribendo, cælando. Ergo ex consequentia doctrinæ tenebor dicere, posse quencunque Religiosum in ludo honestò concertare cum quocunque sæculari, hoc pacto, quòd ille pecunias, aut alia, quæ sua sunt, exponat; talia tamen quæ possint Religioso, aut Monasterio acquiri: ipse verò Religiosus exponat aliquid manu sua scriptum, cælatum, pictum, vel aliud qualecunque, in quod habeat dominium, vel possit liberaliter dare. Ludere orationibus frequenter videmus, & laudamus: ratio enim videtur postulare, vt cùm in militante Ecclesia aliquam honestam recreationem capimus, aliquam etiam purganti indulgeamus. Indulgemus, cùm de orationibus pro ipsarum requie decertamus legendis. Sæpè Sacerdotes pro Missis legendis, aut concertant, aut ludunt, quod tametsi incriminentur aliqui, prudentiores approbant, & commendant Matthias, & Iosephus, cognomento Iustus, sortiri sunt Apostolatum: cur non possent sortiri, vter quatuor Missas, vel plures esset lecturus pro animabus purgantibus? Sed maior esset difficultas, si inquireres: an, qui ludo lucratus est lectionem aliquot Missarum, possit pro illis accipere stipendium? an ille, qui perdidit? Respondeo, standum esse contractui. Cùm de orationibus, aut Missis pro animabus Purgatorij legendis decertatur, videtur iniri concordia, quæ postuler, eum, qui in certamine, aut ludo victus est, debere omnium ludentium nomine illa Sacrificia, aut Orationes Deo pro animarum Purgatorij refrigerio offerre: vnde liquet, victorem pro talibus Missis eleemosynam accipere non posse. Cæterum, si decertent duo, quòd victus legat tot Missas ad vincentis intentionem poterit victor de illis, vt de propriis disponere. Et hoc vidi apud viros pientissimos sine contradictione practicari. Vbi certum est, non dari obiectionem, quæ ex paupertatis rigore nascatur: & si quis scrupulus suboritur, respicit indecentiam; sed & hanc non reperiri, si ludus sit honestus, & prudens, censemus.

Sup. contento in quatuor primis lin. huius §. supra lege doctrinā Res. 30. & pro contento in lin. 5. etiā supra vide ex Res. 26. §. Adde. & pro contē. to in lin. 7. supra in Res. 9. in aliis earum notationum.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 4. Res. 4. & in §. not. seq.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 7. Res. 16. § 1. à lin. 8. vers. sicut enim.

4. Placuit mihi *num. 965.* Fagundez, & Llamas sententia asserens, posse Religiosum dare quæcunque alteri filio eiusdem Monasterij, quin peccet contra paupertatem: nam huiusmodi donatione non mutatur dominium. Infero, non esse contra paupertatem duorum Confratrum concertationem, si de rebus ad vsum concessis: nam alterutèr vicerit, dominium immutatum remanet penes Communitatem.] Et hæc omnia docet Caramuël *loco citato*, quæ ex eius mente dicta esse volo.

Sup. hoc cum eisdem authoribus hic citatis addito Lugo supra in Res. 55. §. 1. in fine, & seq. & in alio §. eius not. sed lege eam per totam, & Res. & 6. eius primæ not.

RESOL. LXII.

Quo pacto Religiosus debeat restituere, si absque licentia Superioris bona aliqua sæcularibus donauit, aut in ludis, & cum meretricibus consumpsit?

Ex

Ex part. 10. tract. 12. & Misc. 2. Res. 35.

§. 1. AD hoc dubium sic respondet nouissimè Hieronymus Garcias *in Politica Regulari, tract. 4. part. 3. difficult. 5. dub. 13. num. 7. & 81.* Si consideramos esta obligacion de parte del Religioso, respondo lo segundo, que en agenando bienes suyos, ò de la Comunidad sin licencia, que està obligado à persuadir al que los recibiò que los restituya, y si no quiere, ò no puede, deue el Religioso recompensar este daño al monasterio de las limosnas que tiene aplicadas, ò con industria de sus manos, ò de otra manera decente; pero en dos cosas estarà libre el Religioso que enagenò de persuadir à la persona que recibiò que restituya. El primero, si se le sigue infamia dello, como si lo que enagenò lo huuiesse dado à vna ramera, ò alcagueta, que en tal caso no lo ha de pedir, sino ricompensarlo de la mejor manera que pudiere. El segundo si se sigue deshonra al Conuento, como si el Procurador, ò otro Religioso huuiesse dado à alguna persona honrada, y de calidad algo del Conuento, y este tal con la buena opinion que tiene del Religioso que se la dio, pensasse tenello con buena conciencia, por creer era voluntad saltim præsumpta del Superior, y Conuento, y deuersale en buena amistad aquel agradecimiento, en tal caso aconsejan Cordona, *quæst.* 1091 Castro *punct.* 23. *num.* 5. que el Prelado, ni el Conuento no lo pidan, por el escandalo que puede auer, sino que se le perdone, y remita. Otros dos casos ponen comunmente los Dotores, en los quales queda libre el Religioso de restituir al Conuento lo que enagenò. El primero, si el dinero que diò à la ramera, ò à otro se le dio algun amigo, porque aunque pecò contra el voto de pobreza, però no contra iusticia, porque de la enagenacion deste dinero, no ha seguido daño alguno al Monasterio. El segundo, si de lo que el Religioso gastò en cosas profanas, tenia licentia para gestallo en cosas licitas, porque era de sus rentas, ò limosnas, ò herencias, y no de la sustancia de la Cominidad por la razon que acabamos de dar, de que al Monasterio no se le defrauda en cosa notable, aunque mas peque este contra votum paupertatis.] Ita Garcias.

Sup. hoc in res. seq. §. Nota à lin. 4.

2. Sed non desinam hîc apponere verba Patris Fulgentij de Ouiedo Benedictini, qui in *Repub. Regulari, part. 1. tract. 9. cap. 1. quæst. 10. num. 71.* sic ait. Sed est grauis difficultas, an Religiosus, qui peculium consumit in ludis, & meretricibus, teneatur restituere. Aliqui affirmant, assignando modum scilicet, quòd tantam quantitatem peculij, quam tunc habeat, vel posteà, & posset alias licitè consumere; & per consequens licitè à dominio quod habet Communitas auferre non consumat sed conseruet: nam sic conseruabit tantæ quantitatis dominium, quantam abstulit, illicitè consumendo: Alij negant talem restitutionem posse facere Religiosum, cùm nunquam habeat alicuius rei dominium, quod requiritur. Hæc ille: Sed, vt verum fatear, si hoc vltimum esset probabile ex multis scrupulis immunes essent Religiosi, & ex hoc principio quidam Theologus Salmanticensis olim mecum loquens Religiosos ab onere restitutionis liberabat. Sed Tu cogita: Ego enim nolo esse Auctorem huius opinionis.

RESOL. LXIII.

Quidem vir Nobilis plura munera ob malum finem Moniali dederat, & aliqua ab ipsa acceperat, quæritur, an de istis teneatur ad restitutionem?

Et supponitur primo Regularem acquirentem rem illicite, acquirere Monasterio.

Secundo Regularem non posse expendere nummos in vsus illicitos, & consequenter qui eos recipit, tenetur ad restitutionem.

Et quid est dicendum, & faciendum, si bona fide quis recipiat munera à Moniali, vel Religioso dante, credens de illis licite acquirere posse dominium?

Et an talis restitutio possit fieri Moniali, vel Religioso danti?

Et an si sæcularis daret aliquid Monacho non sibi retinendum, nec ad libitum consumendum, sed dandum fœminæ, cum qua ipse Monachus fornicatur, si is de facto illud tradat fœminæ, hæc non teneatur restituere, cum illud censeatur non accepisse à Monacho, sed ab illo sæculari?

Et an quando Prælatus Regularis dat subdito plenam, ac liberam facultatem exponendi aliquid pro suo libito; si ex vsu illicito, vel licito fœmina, vel alius aliquid ab isto recipiat, teneatur illud restituere?

Et quid, si Prælatus dedit talem facultatem etiam ad vsum illicitum? Ex part. 10. tract. 14. & Misc. 4. Res. 4. alias 2.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Carolus de Baucio *in casibus conscientiæ singularibus, cas.* 114. vbi sic asserit: quæritur; extra Italiam accidit casus, quod quidam homo largitus est multa munera cuidam Moniali propter turpem amorem, & è conuerso ipsa similiter eidem homini alia munera largita est propter eundem illicitum amorem: deinde homo pœnitentia ductus, accedit ad Confessarium pro absolutione, quomodo ergo se debeat gerere Confessarius erga huiusmodi pœnitentem? Antequam respondeam; suppono primò, regularem acquirentem rem illicitè, acquirere Monasterio, quia est inhabilis ad aliquid sibi acquirendum ratione voti paupertatis quod emisit; vt rectè docet Bonacina *tom. 2. disp. 2. quæst. 3. punct. 3. propos. 2. num. 12. in respons. ad primum argumentum.* Suppono secundo, regularem non posse expendere nummos, in vsus illicitos, & consequenter, qui eos recipit, tenetur ad restitutionem, vt extat constitutio Clementis VIII. confirmata, ac declarata ab Vrbano VIII. His suppositis: respondetur, non posse pœnitentem compensare munera collata Moniali ab ipso cum muneribus, quæ recepit à Moniali; quia Monialis potuit acquirere Monasterio, sed non potuit alienare bona Monasterij in vsus illicitos, ac proinde tenetur ad restitutionem circa munera, quæ recepit à Moniali ob turpem causam, & nullo modo potest compensare. Verum si bona fide recepit munera à Moniali, credens de illis licite acquirere posse dominium, tenetur restituere tantum rem si extat in specie, vel si non extat, tenetur id restituere Monasterio, in quo factus est locupletior. Ita Baucius, qui Bonacinam etiam citat.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 7. ex doctrina Res. 32. §. 2. à lin. 3. & vers. Qui etiã Monialis.

2. Sed ego probabiliter negatiuæ sententiæ adhæreo quam tuetur Pellizzarius *tract. de Monialibus cap. 4. sect. 1. num. 74.* vbi sic ait: Addo ego, quod si recipiens à Moniali indebite dante, tantundem ei refundat, quantum accipit (& quidem in re vtili) videtur liberari ab onere restituendi, quippe qui, etsi non habeat expressam intentionem compensandi damnum sua causa illatum Monasterio, habet tamen virtualem, quæ sufficit; cum lex absolute præcipiat actum, non autem quod fiat tali intentione: & aliàs teste Sanchez *lib. 7. Mor. cap. 19. num. 110.* possit talis restitutio fieri Religioso danti, nisi timeatur illum vane, & contra Prælati voluntatem iterum consumpturum esse. Ita ille.

Sup. hoc supra in Res. 60. §. vlt. & in alio §. eius not.

3. Nota etiam, quod in duobus aliis casibus quis

quis non teneatur restituere acceptum a Monialibus, vel aliis Religiosis, quos apponit idem Pellizzatius *vbi supra* sic asserens: Addit Sanchez, quod si sæcularis daret aliquid Monacho non sibi retinendum, nec ad libitum commutandum, sed dandum fœminæ, cum qua ipse Monachus fornicaretur; si is de facto illud tradat fœminæ; hæc non tenetur restituere, cùm illud censeatur accepisse, non à Monacho, sed ab illo sæculari, Monacho in ea datione se habente solum vt executore: nec appareat vllus titulus, ex quo illud dici debeat acquisitum Monasterio. Quin etiam Cardinalis de Lugo *disput.* 3. *de Iust. num.*141. dicit non esse improbabilem doctrinam, quam tradunt Bañez, Lopez, Rebellius, Salas, Sayrus, & Diana relati ab ipso Cardinali; nimirum quando Prælatus regularis dat subdito plenam, ac liberam facultatem expendendi aliquid pro suo libito, non intelligi limitate suam intentionem solum ad vsus licitos, ac pios; sed potius auferre, quantum est ex se, totum impedimentum, vt vsus ille non sit contra votum paupertatis ob defectum licentiæ; atque adeò recipientem ab ipso non teneri aliquid restituere. Et ratio est, quod sicut in aliis materiis licentia generaliter concessa non intelligitur limitari ad solos vsus, vel casus aliunde non turpes; sed iis etiam auferat malitiam, quam posset habere ex defectu talis licentiæ; etsi remaneat malitia, ac turpitudo ex alio capite, sic hoc ipso quod Prælatus vniuersaliter concedit licentiam expendendi pro libito; non est, cur præsumatur limitate licentiam ad vsus solum aliunde non illicitos, sed potius velle auferre impedimentum, quantum est ex parte sua, maximè cùm Prælatus id præstare possit non solum valide (vt bene probat Cardinalis de Lugo, *num.*137.) sed etiam licite; vt ostendit idem Cardinalis *num.* 139. Loquendo de licentia data in genere ad quemlibet vsum, non autem in particulari, & determinate ad vsum illicitum. Hæc Pellizzatius, & iterum ego; & quoad vltimum consentit etiam Marcus Vidal *in Arca Theolog. Moral. titulo de Paupertate Religiosa, Inquisit. vnica, numero* 22. *&* 23.

Sup. hoc in Res. præterita §. 1. inter medium, & finem, vers. El primero.

Sup. hoc supra in Res. 23. §. Nota tertio. & in Res. 55. §. 2. cursim in fine, & in Res. 58. 59. & 60. & in tom. 6. tr. 7. Res. 58. §. Sed ego. & seqq. &c.

RESOL. LXIV.

An Bulla Clem. VIII. prohibens largitionem munerum locum sibi vindicet, si Regularis, vel Monialis det eleemosinam?

Ex quo alij casus inferuntur, qui non includuntur in dicta Bulla Clem. VIII. Ex part. 1. tract. 6. Resol. 11.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 7. Res. 33.

§. 1. Respondeo negatiuè cum Riccio *in praxi, tom.* 2. *resol.* 25. & Sousa *in explicat. huius Bulla* §. 7. *num.*91. & quia Codex rarus est, ponam eius verba: [Esta ley trata solamente de donaciones graciosas: y el dar limosna, no es propriamente donacion graciosa, y ansi el hazerla los Religiosos se ha de condenar, ò aprobar conforme, al derecho comun.] *Et in* §. 1. *num.*64. ponit Doctor iste aliqua verba conducentia ad hunc casum, & multos alios decidendos: & sunt ista: [Nota, que el titulo desta Constitucion, es de solas donaciones graciosas, y solo el absuelue infinitas dudas, que algunos han preguntado, y en especial Religiosas, ansi como, si les veda esta ley el hazer algunas fiestas, que tienen deuocion, y gastar en traer musica, ò con el Predicador, ò en sustentar a los, que las visitan, y gouiernan, ò en hazer otros ministerios, en vtilidad del Conuento en commun, ò de alguna Religiosa en particular, de lo qual no trata esta ley, porque todas estas cosas, y otras como ellas, no se comprehenden de baxo del nombre de donacion, sino de satisfacion.] Hæc ille, quæ sunt admodum notanda: quia multùm practicabilia: & nos de hac quæstione *supra* etiam diximus.

Supra quæ hic est 11. & signanter in eius §. vlt. & in alia Res. eius not.

RESOL. LXV.

An Religiosi tempore mortis cum licentia Superioris possint aliquid donare?

Et ex doctrina huius Resolutionis infertur, an possit Prælatus dare licentiam Monacho scribendæ schedulæ, qua disponat, quid de his bonis faciendum sit post mortem, eo animo, vt vim habeat testamenti, aut codicilli ea dispositio?

Et notatur, quod potest aliquid relinqui Monacho cum facultate tempore mortis disponendi de eo inter consanguineos, non per testamentum aliquod solemne, sed per eleemosinam personarum. Ex p. 5. tr. 3. Res. 128.

§. 1. Negatiuam sententiam docet Graffius *de decis. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 58. Nauarr. Rodriquez, Præpositus, & alij, quos citat Sanchez *in sum. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 8. *num.* 10. quia talis donatio esset vltimæ voluntatis species, & qui non potest de iure testari, neque potest donare causa mortis.

2. Sed contrariam sententiam docet Suarez *vbi suprà num.*11. & post illum Laymann. *lib.* 3. *seq.* 5. *cap.* 3. *num.* 4. vnde filiusfamilias, qui ne patre quidem consentiente testamentum facere potest, tamen mortis causa donare cum patris consensu permittitur, *l. tam. is ff. de mortis causa donationibus*, siquidem testamentum plus iuris ac legitimæ facultatis postulat, donatio verò mortis causa ad naturam dispositionis inter viuos plurimum accedit.

3. Et ideo ex his infertur non esse integrum Prælatis dare licentiam Monacho scribendæ schedulæ, qua disponat, quid de suis bonis faciendum sit post mortem eo animo, vt vim habeat testamenti, aut codicilli ea dispositio, secus quando non eo animo, sed solùm rogat Prælatum, vt sic disponat pro sua libera voluntate. Cùm enim liberum maneat Superiori sic disponere, & quod postea fecerit, vim non habeat ex defuncti dispositione, non est testamentum, nec codicillus quare id licitum est etiam Fratribus Minoribus. Addit tamen Nauarr. Graffius & Rodriquez, id non esse integrum, si ea schedula vim habeat donationis causa mortis, sed dicti auctores loquuntur consequenter ad sententiam quam suprà diximus eos docere, at, tenendo nostram, liceret donare causa mortis ex ea licentia, ex qua posset similia Religiosus donare inter viuos.

4. Notandum est tamen hîc obiter, quòd potest aliquid relinqui Monacho cum facultate tempore mortis disponendi de eo inter consanguineos, non per testamentum aliquod solemne, sed per electionem personarum, ad quas debeat pertinere, quod ita relictum fuerit, atque ita non disponet tanquam testator, sed tanquam personarum elector. Et ita docet Filliucius Pacianus *consil.* 36. *numer.* 103. *vsque ad numer.* 108. cum Sanchez *loco citato numer.* 8.

RESOL. LXVI.

An Religiosus peccet mortaliter contra votum paupertatis, si recipiat pecunias sæcularium in depositum absque Superioris licentia?

Et aduertitur, quod si Religiosus moriatur proprietarius, priuatur Ecclesiastica sepultura.

Et quæritur, an si Religiosus, (dummodo non sit Minorita,

rita,) inueniatur mortuus cum bulla denariorum, non sit statim priuandus sepultura Ecclesiastica, quia iura non priuant Officio Altaris talem Monachum viuentem cum peculio, nisi quando prius monitus noluit dimittere?

Et docetur, quod Religiosus, casu contingente, supra dictum depositum pecunia sacularium non admittat in vim depositi, sed solum in vim cuiusdam familiaris custodia, & sic erit immunis à scrupulo.

Et an Religiosus recipiens aliquid considerabile à saculari cum intentione petendi licentiam à Superiore, & si non concesserit, illud reddere, cui dedit, peccet mortaliter? Ex part. 10. tractat. 15. & Misc. 5. Res. 40.

Sup. hoc supra in Res. 18. §. 2. ad medium, & in Res. 21. in fine, & in Res. 23. §. Nota secundo. & infra in Res. seq. §. 1.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam tenet ex Dominicate familia deuotus Magister Ioan. Paulus Nazarius, *tom. 8. Opusc.* sic ait: Dico Religiosum accipientem pecuniam à quocumque in custodiam, seu depositum absque Superioris sui licentia peccare mortaliter contra votum paupertatis: quidquid dicat Sanchez, *lib. 6. de Matrim. disputat.* 4. & Suarez *loco paulò ante citato, cap.* 11. *num.* 45. Ratio est quia depositarius habet ius in rem apud se depositam ad eam custodiendam aduersus quoscumque volentes eam accipere contra, vel præter voluntatem domini, cum obligatione eam legitimo domino conseruandi: hoc autem ius species quædam est, siue modus dominij, seu proprietatis in pecuniam illam, non simpliciter (hoc enim soli conuenit domino, cui restituenda est) sed secundum quid, idest secundum dictam rationem, quia nimirum ius habet in eam depositi lege naturali, & humana constitutum eo ferè modo, quo præfectus arcis regiæ ius habet eam custodiendi. Et confirmatur: nam alioquin in iis Religionibus in quibus non est facta specialis prohibitio tenendi alienas pecunias apud se conseruandas, & ad petitionem domini restituendas, liceret cuique Religioso pecunias, & alias res sæcularium pretiosas in magna copia recipere conseruandas absque vlla Superioris licentia, & quilibet etiam Monachus siue Religiosus eadem ratione posset, nulla præhabita præfati sui facultate, cæterorum eiusdem conuentus Fratrum pecunias custodiendas tenere, saltem eorum quibus à præfato concessum est, vt eas apud se detineant, quæ satis aperte voto paupertatis videntur aduersa, & ad proprietatem introducendam aptissima. Præterea facilè potest euenire vt post magnam ab extraneis receptam sub titulo depositi pecuniæ, summam, Religiosus qui eam accipit custodiendam, repentina morte migret è vita, nullo relicto scripturæ testimonio, & defuncto aut longissimè distante pecuniæ domino, nulloque alio pecuniam illam sibi dari postulante: in quo casu Religiosus ille de iure canonico iudicandus esset verè proprietarius & pœnæ proprietariis debitæ subiiciendus, priuationi scilicet Ecclesiasticæ sepulturæ cum illo infamiæ titulo, Pecunia tua tecum sit in perditionem. Hucusque Nazarius. Sed ego olim sententiæ Suarez, & Sanchez adhæsi, quibus etiam adhæret Pellizzarius *in Man. Regul. tom.* 1. *tract.* 4. *sect.* 4. *num.* 232. Pottel, *vbi infra*, Layman *lib.* 4. *tract.* 5. *cap.* 7. *quæst.* 1. *vers. At verò*, & alij. Et ratio est, quia tu in tali casu nec dominium, nec vsum, neque administrationem illius pecuniæ acceptas, sed hæc omnia vis esse apud deponentem, solo officio custodis admisso, quod voto paupertatis non videtur prohibitum, vt satis indicauit Nicol. III. *in cap. exiit, vers. Ad maiorem, de verb. signific.* vbi loquens de fratribus Minoribus, in quorum fauorem sæculares, apud Syndicum pecunias deponunt, inquit: Patet in præmissis in tali commendatione pecuniæ ipsos Fratres non solùm à receptione pecuniæ, proprietate, dominio, vsu ac contractione qualibet ipsius, & ab ea pecunia, penitus esse alienos. Idem autem est, bene notauit Sanchez, *suprà* ex D. Bonauentura, quod pecunia apud te, vel apud tertiam personam deponatur, si nolis illius dominium, vsum aut administrationem acceptare Superiore inconsulto. Ad id verò quod asserit Nazarius *de Religioso inuento cum pecunia.* respondet Pottel. *in Dubiis Regularium, verbo Sepultura num.* 11. vbi sic asserit, Si Religiosus moriatur proprietarius, priuatur Ecclesiastica sepultura. cap. *super quodam de statu Monachorum.* Notat tamen Rodriquez, *tom.* 3. *quæst.* 56. *art.* 1. quòd si Religiosus dummodo non sit Minorita inueniatur mortuus cum bursa denariorum, non statim priuandus est sepultura Ecclesiastica, quia iura non priuant officio Altaris talem Monachum viuentem cum peculio, nisi quando prius monitus noluit dimittere: ergo sic mortuum non priuabunt sepultura Ecclesiastica. Adde quod talis mortuus poterat se purgare, quod scilicet denarij essent sui amici, consanguinei, vel sibi depositi vel concrediti, vt alteri deferret loco eleemosynæ, vel restitutionis. At dicit ibi in fine articuli quod in hoc Minorita non excusabitur ob strictiorem Regulæ prohibitionem erga pecuniam recipiendam. At si etiam in Minorita circumstantiæ satis probabiles occurrerent, vt crederetur pecuniam non esse suam, sed amici, consanguinei, vel creditam ad erogandam, vel restituendam: credo non esse priuandum sepultura: tunc enim non peccauit in rigore, quia pecunia non erat sua. Ita Pottel.

Sup. hoc in Res. seq. §. 1. per totum, signanter à principio, & in aliis eius primæ not.

2. Sed quia argumentum Patris Nazarij habet magnam vim, ideò in casu contingenti, vt bene obseruat Castrus Palaus, *tom.* 3. *tractat.* 16. *dict.* 3. *punct.* 21. *num.* 6. Religiosus supradictam depositionem pecuniæ sæcularium non admittat in vim depositi, sed solùm in vim cuiusdam familiaris custodiæ; & sic erit immunis à scrupulo: non cessat in isto casu vis argumenti Patris Nazarij: nam non celebrat verè contractum depositi in suo Superiore.

Sup. hoc in Res. seq. §. 1. in fine.

3. Ex his optimè me citato obseruat nouissimè Leandrus à Murcia *in Regulam B. Francisci, cap.* 6. *quæst.* 23. *num.* 5. [Que si el Religioso recibe alguna cosa considerable de vn Seglar, con intencion de pedir licentia al Superior, y boluersale, sino se la diere, no peca, alomenos mortalmente, porque en tal cosa es visto querere el Religioso tener en nombre de dante la dicha cosa, y en deposito, & hasta tenga licentia de su Prælado, lo qual en ninguna manera es contra la pobreza: porque aunque lo que absolutamente se accepta, luego passe al vso del Monasterio, y dominio del Papa, y assi es necessario tener licentia del Prælado es administrador dello; pero no quando se aceta condicionalmente: porque entonces mientres no se aceta la condicion de perdir la licencia, se queda en el dominio del dante, y se retiene en su nombre. Hæc ille, & iterum ego.

Sup. hoc supra in Res. 18. & 19.

RESOL. LXVII.

An Religiosus, qui ex improuiso mortuus inuentus est in cella cum marsupio denariorum, sit priuandus Ecclesiastica sepultura?

Et quid, si talis Religiosus sit Minorita?

Et an sit contra votum paupertatis accipere pecunias Sæcularium in depositum? Ex part. 4. tractat. 4. & Misc. Resolut. 23.

Sup. hoc in Res. præterita §. 1. ante mediũ vers. Præterea. & inter mediũ & finem. à vers. Ad id. & in tom. 5. tr. 1. ex Res. 214. lege §. 1. ad mediũ, & in tom. 8. tr. 5. ex Res. 50. §. vlt. ad mediũ, vers. & ideo saluo. & ibi in tr. 8. vide doctrinam Res. 4.

§. 1. SVperior illius Religionis talem Ecclesiastica sepultura priuandum esse sustinebat, adducens *cap. super quodam, de statu Monachorum.* Ego verò eum à tali sententia conatus sum remouere, vt feci, quia iura non priuant officio Altaris talem Monachum viuentem cum peculio, nisi quando priùs monitus noluit dimittere. ergo sic mortuum non priuabunt sepultura Ecclesiastica. Adde quòd talis mortuus poterat se purgare, quòd scil. denarij essent sui amici consanguinei, vel sibi depositi, vel concrediti, vt alteri deferret loco eleemosynæ, vel restitutionis, & ita docet ex Emanuele Rodriquez, Laurentius Portel *in dubiis Regular. verfic. sepultura, numer.* 11. qui hoc limitat, dummodo talis Religiosus non sit Minorita, ob strictiorem regulæ prohibitionem erga pecuniam recipiendam, nisi circumstantiæ probabiles occurrerent in contrarium hanc sententiam docet etiam Hieronymus Rodriquez *in compend. qq. Regul. resolut.* 128. *numer.* 20. Et, vt ex contraria sententia supradictum Superiorem amouerem, adduxi Villalobos *in sum. tom.* 2. *tractat.* 31. *difficult.* 3. *numer.* 6. vbi sic ait. [Al monje que fue hallado proprietario tambien se niega la sepultura como dize el derecho, mas hase de aduertir que no luego, que el Religioso fuere hallado con vna bolsa de dineros en la celda sin licentia de su Prelado se le deue negar la sepultura Ecclesiastica, porque el cap. super quodam habla del que siendo amonestado del Prior no quiso resignar el proprio que tenia contra la regla; y si à el se oyeran pudiera dar escusa de que lo tenia en deposito de algun seglar ò cosa semejante, ò quiça tẽdria licentia del Superior de palabra, y pudo auer sela dada, y oluidarie y pudo ser, que fuesse el dinero, que se le dieron para restituyr como aconteçe algunas veçes. Y alfin ha de constar muy claro que sea proprietario, y mas que siendo secreto no puede el Prelado por esso condenarle, y pocas vezes sucedera en platica ser este cosa publico pues nadie sabe si el Prelado le dio licencia secreta sino es que el imprudentemente lo diga.] Ita ille, cuius vltima verba cùm audisset supradictus Superior, qui mecum hunc casum consulebat, obmutuit, & satisfactus decessit.

Sup. conteto in hoc §. in Res. præterita, & supra in Res. 18. §. 2. ad mediũ, & in fine Res. 21 & in Res. 23. §. Nota secundo.

2. Notandum est hîc obiter ex illis verbis Villalobos, [pudiera dar escusa de que lo tenia en deposito de algun seglar,] sequi Religiosum si ipse detineat penes se pecunias alicuius sæcularis in depositum, non peccare contra votum paupertatis, licèt contrarium sentiat nouissimè doctus Nazarius ex almo Ordine Prædicatorum, *opusc. de statu & oblig. t. Religiof. dub.* 8. *de voto paupertatis, conclus.* 10. Sed opinio negatiua est satis probabilis, quam ego docui *in* 1. *part. tract. de paupert. religiosa, resol.* 83. cum Sanchez & Fausto, quibus nunc addo Suarez *de Relig. tom.* 3. *lib.* 8. *cap.* 11. *numer.* 45. vbi sic ait. Si Religiosus acciperet ab alio pecuniam tantum in custodiam, vt eam reddat, quoties dominus voluerit, per se non esset contra paupertatem, licèt possit esse contra obedientiam, & contra decentiam religiosam si occultè fiat. Ita ille, & ego.

Sup. hoc signanter in Res. præterita, §. Sed quia.

3. Ex dictis infero non bene dictum Nazarium *loco citato* dixisse, quòd si Religiosus acciperet magnam pecuniæ summam in depositum, & repentina morte migraret è vita, nullo relicto scripturæ testimonio, iudicandus esset verè proprietarius, & pœnæ proprietariis debitæ subiiciendus, priuationi scilicet Ecclesiasticæ sepulturæ, non, inquam, in hoc bene dixit Nazarius, ex rationibus adductis à Portel & Villalobos *vbi suprà*, quia ex multis capitibus potest talis Religiosus in hoc casu excusari à vitio proprietatis.



TRACTATVS QVARTVS, DE CORRECTIONE FRATERNA.

RESOLVTIO PRIMA.

Quotuplex sit Correctio? Ex part. 7. tractat. 3. Resol. 1.

§. 1. RESPONDEO quòd correctio duplex est, altera iudicialis, & altera fraterna. Iudicialis est, quæ prouenit à potestate publica in ordine ad bonum commune, vt docet D. Thomas 2. 2. *quæstion.* 33. *articul.* 1. quia in illa per se & primariò spectatur bonum, non ipsius delinquentis, sed aliorum, qui per peccatum vnius læduntur, scandalizantur. Estque propriè actus iustitiæ vindicatiuæ. Correctio verò fraterna potest fieri à priuata auctoritate, & ordinatur ad bonum eius, qui corripitur; & propriè, & per se respicit bonum ipsius delinquentis, cuius spirituali necessitati per hanc correctionem subuenitur. Et de hac priuata correctione præcipuè agimus in præsenti. Quam esse virtutis actum nullus Catholicorum dubitat, testante Scriptura, Prouerb. 27. *Melior est manifesta correctio, quàm amor absconditus.* Et Ecclesiastici 19. *Melius est à sapiente corripi, quàm stultorum adulatione decipi.* Vnde de Deo ipso legimus, Prouerb. 3. *Quem enim diligit Dominus, corripit, & quasi Pater in filio complacet sibi.* Et ratio est manifesta, quia correctio per se ordinatur ad bonum honestum, & ad rectæ rationi conforme; nimirum bonum proximi, scilicet ad subleuandam miseriam eius

eius spiritualem; nulla enim maior miseria excogitari potest, quàm peccatum, quod eum priuat spiritali, & æterna beatitudine, & reddit eum Dei inimicum, & reum æterni supplicij. Quare si erogare stipem indigenti est actus honestus, & virtutis, quo pellitur fames corporalis; potiori iure erit correctio fraterna, qua peccatum expellitur ab anima. Vnde rectè Aristot. *9. Ethicor. cap. 9.* inquit, Fratrum amicum corrigendum esse, ac magis iuuandum in moribus, quàm in pecuniis, dissoluendámque amicitiam, si negligat correptionem.

RESOL. II.

Ad quam virtutem spectet Correctio Fraterna? Ex p. 7. tr. 3. Ref. 2.

§. 1. LAtè de hac materia agit Franciscus del Castillo *in 3. sent. tom. 2. dub. 6. q. 1.* Hurtadus de Mendoza *de fide vol. 2. disp. 162. sect. 3. per totam*, Coninch *de Charitate disp. 28. dub. 1. num. 12. & seq.* Caspensis *in Cursu Theolog. tom. 2. tract. 17. disp. 6. sect. 1. num. 2.* vbi sic ait. Dubitant recentiores ad quam virtutem spectet actus correctionis. Nonnulli volunt non pertinere ad specialem virtutẽ, sed ad diuersas, prout peccatum corripiendum diuersis virtutibus repugnat; quia quælibet virtus nos inclinat non solùm in nobis eius honestatem conseruare, & contraria fugere; sed etiam in aliis. Hoc tamen nullam probabilitatem habet. Inde enim sequeretur, eum qui cùm facile possit non corripit furem, peccare contra iustitiam, & teneri ad restitutionem, & qui luxuriantem non impedit, peccare contra honestatem, quod est absurdum. Ægidius *disp. 28. dub. 1.* censet, obligationem corripiendi proximum oriri propriè ex charitate Dei, & proximi; quia sicut charitas Dei & proximi nos obligat, vt data occasione vtriusque bonum procuremus; ita nos obligat vt impediamus ea quæ ipsis grauiter aduersantur: at peccatum mortale tam Deo, quàm proximo grauiter aduersatur; ergo charitas nos obligat vt illud impediamus; quod fit per correctionem fraternam. Nihilominus dicendum est correctionem esse actum misericordiæ, & charitatis, iuxta motiuum à quo oritur: si enim ex amore Dei & desiderio, quo quis vult Deum non offendi, corripiat proximum, tunc correctio imperatiuè procedit à charitate; si verò ex voluntate subleuandi illum à miseria, tunc operatur actum misericordiæ. Et ex his colligitur quid propriè sit correctio fraterna. Est enim actus, seu opus, quo quis subuenit necessitati spirituali proximi, nitens eum à peccati malo liberare, per conuenientem aliquem & idoneum ad id sermonem. Hucusque Caspensis.

2. Sed quidquid sit de hac quæstione pro Praxi est omnino certum, & indubitatum ad satisfactionem huius præcepti non requiri necessariò correctionem fieri ex hoc, vel illo motiuo charitatis, vel misericordiæ. Nam etiamsi ex malo motiuo id facias, facere potes præcepto correctionis, sicuti satisfaceres ieiunij præcepto, vel Missæ audiendæ, vel eleemosynæ erogandæ, etiamsi ex prauo fine ieiunares, Missam audires, vel eleemosynam tribueres. Et ratio omnium est, quia hæc præcepta non sunt de actibus virtutis residentibus in voluntate, sed de actibus externis misericordiæ, temperantiæ, vel religionis, qui integri esse possunt, etiamsi à voluntate deprauentur. Et ita docet Palaus *tom. 1. tr. 6. disput. 3. punct. 1. num. 8.* & Franc. del Castillo *in senten. tom. 2. disp. 6. de Correct. quæst. 2. num. 8.*

RESOL. III.

An detur præceptum de Correctione Fraterna? Ex p. 7. tr. 3. Ref. 3.

§. 1. REspondeo affirmatiuè, & vt hoc clarius fiat suppono. Primò, correctionem fraternam esse vnum ex septem operibus misericordiæ spiritualis, quæ hoc versu continentur.

Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora.

Suppono secundò ex S. Thoma 2. 2. *q. 33. art. 1.* correctionem delinquentis esse quoddam remedium, quod debet adhiberi contra peccatum alicuius; peccatum autem dupliciter considerari; primò, in quantum nocet ei qui peccat. Secundò, in quantum vergit in nocumentum aliorum; adeóque duplicem esse correctionem, aliam qua remedium adhibetur peccatò priori modo spectato, quæ dicitur correctio fraterna, éstque actus charitatis, cuius est procurare bonum, & auertere malum proximi. Aliam; quæ adhibet remedium peccato delinquentis posteriori modo spectato, qua ratione est actus iustitiæ vnius ad alterum. Quia tamen supra distinximus misericordiam à charitate, dicendum est correctionem fraternam esse à misericordia elicitiuè, & à charitate imperatiuè, vt etiam indicat S. Doctor responsione ad 2.

2. His positis, quòd fraterna correctio aliquando sit in præcepto, tradit S. Thomas *art. 2.* & patet tum ex verbis illis Eccl. 16. *Corripe amicum, ne fortè non intellexerit, & dicat non feci, aut si fecerit, ne iterum addat facere. Corripe proximum, ne fortè non dixerit, & si dixerit, ne fortè iteret.* Quibus ex nouo Testamento addi potest illud Matth. 18. *Si peccauerit in te* (id est, te sciente, vt interpretes communiter explicant) *frater tuus, corripe illum*, &c. tum quia cùm ex præcepto charitatis, aut misericordiæ teneamur subleuare miseriam corporalem proximi, à fortiori tenemur miseriam illius spiritualem tollere, vel impedire; at peccatum est summa miseria spiritualis, & correctio est interdum necessaria ad aliud impediendum; quare tunc correctio ex graui præcepto tam naturali, quàm diuino adhiberi debet. Et ita docent communiter Doctores, & nouissimè Franciscus del Castillo *in 3. sent. tom. 2. disp. 6. de Correctione fraterna, quæst. 2.* vbi contra Hurtadum probat præceptum correctionis esse spirituale, quod etiam docet Turrianus *in 2. 2. tom. 1. disp. 86. dub. 1.*

RESOL. IV.

An hoc præceptum obliget sub mortali?

Et notatur, quod quamuis omissio Correctionis de mortalibus ex genere mortalis sit, potest fieri venialis ex imperfectione actus, & possit aliquando omitti. Ex part. septima, tractat. 3. Resol. 4.

§. 1. REspondeo affirmatiuè, per se loquendo, nam præceptum eleemosynæ obligat sub mortali, quatenus proximus est in extrema, vel graui necessitate. Ergo similiter sub mortali tenemur ei per correctionem subuenire, si est in graui necessitate spirituali. Et ita docet Coninch. *disp. 28. dub. 2. num. 14.* Franciscus del Castillo *in 3. sent. tom. 2. disp. 6. de Correctione, q. 5. n. 2.* Trullench *in Decalog. tom. 1. lib. 1. c. 5. dubio 12. n. 2.* & Valentia *tom. 3. disp. 3. quæst. 10. punct. 2.* vbi doctè probat adesse præceptum de corripiendo proximum qualitercumque peccantem, siue

siue contra nos, siue contra solum Deum.

2. Nec obstat dicere quando malum proximi est ipsi voluntarium, quóque facile per se possit auertere, si velit, non teneor ei succurrere; vt patet in eo qui paupertatem sponte patitur, nuditatem, ac miserias eas sequentes; quem non teneor his eripere, quia non censetur esse in necessitate: atqui omne peccatum saltem formale est peccanti voluntarium, & hic potest illud vitare, si velit, ergo non teneor ipsum ab eo eripere.

3. Respondeo, etsi quis peccet omnino sciens, & ex pura malitia, adhuc peccatum esse ex aliqua parte inuoluntarium, quatenus scilicet priuat peccantem gratia Dei, & æterna beatitudine, aut causat ei æternum supplicium; quæ peccans odit, & cuperet effugere. Nec refert quod hæc voluntariè sibi accersat, atque adeò videatur ea paruifacere, cùm facilè ea vitare posset; hoc enim fit, quia non satis apprehendit quantum malum peccatum contineat; quod, si provt decet, apprehenderet, omnino non peccaret.

4. Adde, neminem ita peccare ex malitia, quin aliqua tentatione, & ad bonum delectabile inclinatione, quam non ita facilè potest superare, ad id incitetur: atque ita ipsum peccatum tum ex hac parte; tum quatenus etiam dicta mala affert, est ei semper aliqua ratione inuoluntarium. Hoc tamen fatendum est, nos rariùs obligari taliter peccantes corripere, quia rarò est spes emendationis: quando tamen hæc adest, ad illud tenemur.

Sup. hoc ad literam infra in Ref. 7. § Lorca. Sed lege eam per totum & aras eius proxime not.

5. Nota tamen quòd quamuis omissio correptionis de mortalibus ex genere mortalis sit, potest fieri venialis ex imperfectione actus: tunc scilicet, quando quis in præparatione animi desiderat salutem proximi, & paratus est subsidium conferre, quando viderit esse necessarium: sed ex quadam tepiditate, & inaduertentia retardatur à correptione, aut non satis prospicit articulum necessitatis. Ex quo constat, quod S. Thomas dicit, *art. 2. ad 3.* correptionem posse omitti aliquando meritoriè, aliquando cum peccato mortali, aliquando cum solo veniali. Et ita docet Lorca *in 2. 2. disp. 45. n. 3.*

RESOL. V.

Quando obliget hoc præceptum? Ex part. 7. tract. I. Res. 5.

Pro his & aliis circumstantiis in dubus Res. seqq.

§. 1. Difficultas est, quando teneamur proximum corripere: cùm enim hoc præceptum sit affirmatiuum, constat illud non obligare pro semper, sed tantùm positis quibusdam circumstantiis, vt intelligitur ex *art. cit.* Respondeo itaque correctionem fraternam obligare, quando sequentes conditiones occurrunt; Prima, quando vides proximum actu peccare, aut moraliter scis eum peccasse, & adhuc versare in periculo relabendi. Secunda, quando probabiliter speras correctionem profuturam, & proximum ex ea emendandum. Tertia, quando ad emendationem proximi necesse est, vt illum corripias; quod contingit, quando verisimiliter iudicas fore, vt ille neque ex seipso, seu sine auxilio monitoris à peccato caueat, neque ab alio corripiatur. Quarta, quando correctio illa sine graui tuo incommodo fieri potest. Et ita docet Becanus *in part. 2. cap. 11. numer. 26.* Petrus à S. Ioseph *in Idea Theol. mor. lib. 3. capit. 10. resolut. 6.* Valentia *tom. 3. disputat. 3. quæstion. 10. punct. 2.* Castrus Palaus *tom. 1. tractat. 6. disputat. 3. punct. 1. numer. 5.* Trullench *in Decal. tom. 1. lib. 1. capit. 5. dub. 15. n. 3.* Sed de istis conditionibus inferiùs singillatim agendum est.

RESOL. VI.

Quando omissio correctionis fraternæ sit peccatum mortale?

Et explanantur circumstantiæ requisitæ, vt præceptum correctionis obligat sub mortali.

Et docetur, quando sit mortale audire, & non contradicere detrahenti, licet detractione ipsa non delectetur, qui audit. Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Res. 128.

§. 1. Scio plures viros timoratos maximis scrupulis se subiicere, putantes sæpiùs peccare in omissione correctionis fraternæ; & tamen non est ita, vt patebit ex sequenti doctrina Iacobi Granadi, insignis Theologi Societatis Iesv, *in 2. 2. D. Thomæ controu. 3. tract. 12. disput. 1. num. 6. 7. & 8.* vbi sic ait: Dicendum ergo est, vt præcepti istius transgressio sit culpa mortalis, requiri in primis certitudinem moralem, quòd proximus sit in statu culpæ mortalis, aut certè venialis, quæ speciale periculum inducit grauiter offendendi Deum, id est, quæ propter periculum proximum sit culpa mortalis; alioquin non esset obligatio grauis illum corrigendi, nisi fortè in Prælato, aut illo, cui specialiter incumbit prospicere bono alicuius communitatis, quòd valdè lædatur non corrigendo, quia cùm ipse non teneatur sub mortali euitare culpas veniales; nec nos tenemur sub mortali eum corrigere, vt illas euitet. Deinde quòd indigeat correctione; nam si ipse delinquens est timoratæ conscientiæ, ita vt credatur aduertisse suum lapsum, & velle ex animo resurgere, aut certè ab alio corripiendus putatur, non est obligatio corrigendi; quia hæc est eleemosyna, quam nemo tenetur dare, nisi indigenti. Tertiò quòd speretur probabiliter fructus; si enim non creditur emendandus, cessat obligatio, imò quando esset aliqua spes emendationis, sed valdè modica, non esset peccatum mortale omittere correctionem; qui verò dubitaret, an correctio profutura esset delinquenti, si certus esset saltem non obfuturam, teneretur eam adhibere, non autem si simul dubitaret, an esset nocumentum allatura. Ita Valentia *punct. 2.* & Aragon *articul. 1.* cum Dominico Soto; Bañez *dub. vltim.* qui rectè aduertit in extrema necessitate proximi, etiamsi dubitem de nocumento, teneri nihilominus corrigere. Quartò, quòd damnum inde proueniens corripienti non sit notabile, alioqui non erit obligatio nisi in necessitate extrema, aut quasi extrema damnationis proximi, nisi fortè corripiens sit Prælatus. Quintò, quòd non expectetur aliud tempus, in quo commodiùs, aut æquè commodè corrigi possit, & alioqui sit periculum in differenda correctione. Sextò tandem, quòd ex intentione, & proposito omittatur correctio, nam si ex quadam tepiditate, aut simili affectu omitteretur, non esset peccatum mortale, nisi alioqui notabile proximi damnum tantum esset, vt grauiter imputaretur nolenti ei succurrere correctione, vt optimè Caietanus, & quidem Valentia *suprà*, dixit, rarò concurrere circumstantias requisitas, vt præceptum correctionis obliget sub mortali, & Emanuël Sà *ver. correptio, n. 2.* Omittere (inquit) correptionem, ferè semper veniale peccatum est, in Prælatis tamen, quorum maior est obligatio subditos corripiendi, facilè potest esse mortale, si ex negligentia, aut timore correptionem

Sup. hoc & circũstantiis contentis in hoc §. in Ref. præterita, & seq.

Sup. hoc infra Ref. 8. §. 2. ad mediũ, & in R. f. 10. ad lin. 8. & late in Ref. 21.

correctionem necessariam omittant. Vide Sanctum Augustinum *tom.5. lib.1. de ciuitate, cap.9.* & aduerte eosdem Prælatos posse grauem culpam committere, etiamsi culpæ, quarum correptionem omittunt, sint valdè leues, si propterea disciplina Religiosa iacturam notabilem patiatur, vt facile pati potest, tenentur etiam defectus inquirere: neutrum autem subditorum est, de quibus in hoc loco potissimum sermo est.

Sup. hoc in Ref. seq. §. Castrus Palaus ad medium, & infra in Ref. 72. & 73. & in tom. 8. tr. 7. Ref. 63. §. 1. in fine, & seq.

2. Facit in confirmationem doctrinæ, quam ex Valentia, & Sà retulimus: id, quod graues Doctores notant, explicantes, quando sit peccatum mortale, audire, & non contradicere detrahenti, licèt detractione ipsa non delectetur, qui audit: sanctus enim Thomas *infrà quæstion. 73. articul. 4.* ait: Si quis tunc correctionem omittat ob negligentiam, verecundiam, vel timorem, qui non sit mortaliter malus, non peccare plerumque, nisi venialiter; addit autem Sotus *lib.1. de Iustitia quæstion. 10. articul. 4. pag. 457.* non censeri timorem hunc mortaliter malum, quoties propter illum omittitur correctio proximi, sed quando omittitur ob timorem correctio illa ad quam adhibendam est strictior obligatio, vt si detraheretur fidei, Religioni, &c. Nec dissimilis est doctrina Nauarri *in summa cap.18. num.37.* dicentis. Qui audit detrahentem sine assensu, & delectatione, licèt non contradicat ob verecundiam, vel amicitiam, non peccat mortaliter, nisi in tribus casibus. Primus est, si sit superior, cui incumbit munus corrigendi subditos. Secundus, si vltra infamiam prouenit magnum aliquod damnum dicenti, vel alteri. Tertius, si fama illius, cui detrahitur, valdè læditur: quod ita intellige, vt læsio sit maior, quàm illa, quæ præcisè sufficiat, vt detractio sit mortalis, alioqui enim non esset dubium, quin lethaliter non peccaret omittendo correctionem.

3. Ex quibus omnibus tandem concludo, præceptum hoc fraternæ correctionis amplè accipiendum esse, nec facilè credendum, timoratos præsertim viros peccare lethaliter illud violando, præsertim si Prælati non sint, non solùm, quia ita sentiunt graues Doctores, sed etiam quia præcepta charitatis minus rigorosam afferre solent; & præsertim istud eleemosinæ spiritualis, cuius finis, cùm sit subleuare miseriam spiritualem proximi, scilicet culpam, in qua ipse liberè est, & à qua liberè exire potest, non ita propriè censetur pati spiritualem necessitatem, sicut nec propriè pateretur corporalem, qui posset facilè sibi ipsi succurrere, quò autem necessitas proximi minor est, eò minus tenemur illam subleuare. Et hæc omnia docet Granado *vbi suprà*, quæ quidem maximè notanda erunt, cùm non parum leue reddant onus præcepti fraternæ correctionis.

RESOL. VII.

An ratione circunstantiarum omissio correctionis fraternæ sit sæpius tantum peccatum veniale, aut nullum? Ex part. 7. tractat. 3. Resolut. 61.

Supra in Ref. quæ hic est 4. & pro difficultate posita in titulo huius Ref. in duabus Ref. præteritis, & infra lege §. vlt. huius Ref.

§. 1. SVprà probauimus præceptum correctionis fraternæ per se obligare ad peccatum mortale; in praxi tamen ratione circunstantiarum, & conditionum, quæ necessariæ sunt ad correctionem, existimo paucos in eius transgressione peccare mortaliter, & ideò adducam hîc (maximè pro scrupulosis) more meo ipsissima verba Doctorum, & inter illos agmen ducat sapientissimus heu quondam Conciuis noster P. Ioseph de Augustino *in sua Breui notitia, &c. in Præcept. 5. Decalogi num. 29.* vbi me citato sic ait. Requiruntur autem ad correctionem hæ conditiones: 1. vna vt certam notitiam quis habeat de peccato proximi, secunda vt ex correctione speretur probabiliter fructus, & emendatio, saltem ad tempus. Tertia si probabiliter iudicem, proximum indigere mea correctione ad emendationem. Quarta si sit debitus locus, & tempus, & aliæ circumstantiæ, quæ videntur necessariæ ad finem correctionis. Ex quarum contritionum defectu facile est, passim excusari homines à peccato mortali, ex defectu correctionis, maximè in casibus repentinis, & ad personas ignotas.

2. Layman *in Theol. mor. lib.2. tract.3. cap.7. num.3.* Qui propter passionem timoris verecundiæ, pusillanimitatis tam strictè se ad hoc obligatum esse non aduertit; vel in eiusmodi affectione constitutum minus idoneum se existimat ad fratris delictum emendandum; quamuis huiusmodi timor, & existimatio inanis sit, plerumque tamen corripiendi negligentia culpam venialem non excedit. Ita S. Thomas, *q.33. art.2. ad 3.*

Sup. hac detractione in Ref. præterita §. Facit. à lin. 3. & in aliis eius not.

3. Castrus Palaus *tom.1. tract.6. disput.3. puncto 6. num.1. & 2.* Plurimi non corrigentes proximum excusantur saltem à mortali; pudor illos, & verecundia occupat ne corrigant; vincere autem pudorem, & verecundiam non facilè possunt, qua ratione in materia detractionis excusamus à peccato mortali audientes detractorem, & præ verecundia illum non corripientes: & hac de causa dixit Emanuel Sà, *verbo, correctio, num.2.* omittere correctionem frequenter veniale peccatum est: Hucvsque Palaus.

Sup. hoc infra in Ref. 18. & lege etiam Ref. & 55. eius not.

4. Ægidius Coninch *de Charitate, disput. 28. dub.6. num.126.* In communibus necessitatibus priuatus tenetur corripere peccantem etiam cum aliquo suo incommodo v.g. etsi credat se ideò deridendum, aut aliquas iniurias auditorum, aut aliquod odium non ita sibi nouum subiturum. Ad id tamen non tenetur cum graui suo incommodo, nisi fortè aliter omninò crederetur alius in peccato suo moriturus, & speraretur per correptionem emendandus. Sed hoc vix habet locum nisi in mox morituris: & sic intellige S. Thomam *2.2. quæst.33. art. 2.* qui videtur docere, nos etiam cum graui nostro periculo teneri corripere proximum. In omnibus autem his casibus, quò spes profectus est minor, eo cum minore meo incommodo teneor alios corripere, & facilius excusor.

5. Ex quibus patet, priuatos non ita sæpe peccare, præsertim mortaliter, omissione correptionis fraternæ, quando ex aliquo timore humano eam omittunt: quia facilè sibi persuadent, & quidem sæpe cum aliqua probabilitate, aut se nihil profectores, aut alium sine sua opera emendandum, vt insinuat S.Tho. *suprà ad n. 3.* Nauarr. *c.24. n.12.* & S. Aug. *suprà*, vbi docet, priuatos omittentes corripere peccantes, eo quòd timeant eos offendere, temporaliter ideò, non autem æternùm puniri. Loquitur autem, vt ex contextu patet, de casu in quo alij sunt in communi, non autem in valde graui necessitate correptionis. Ita Coninch.

6. Greg. Valentia *tom.3. disp.3. q.10. pun.2.* Quatiò certum est si quis in casu, quo iuxta supradicta teneatur sub mortali fratrem corripere, omittat id facere, tamen excusari à peccato mortali, si id omittit facere non ex amore sui, vel timore prædominante tunc fraternæ charitati, videns nimirum se posse, & debere alioqui emendare fratrem, sed solùm ex quadam negligentia, & tepiditate, ob quã non cogitet se tunc posse fratrem

fratrem iuuare: tunc enim solum peccaret talis venialiter.

7. Valer. Reginal. *to.* 1. *lib.* 4. *c.* 25. *num.* 316. Tantùm addiderim pro praxi, non esse de mortali facilè damnandū priuatum omittentem correctionem fraternam, quia præceptum datum de ea, non est adeo euidens lumine naturali, quin facilè possit ab indoctis ignorari inculpabili ignorantia. Et *num.* 346. A mortali facilè excusari possunt homines priuati propterea omittentes fraternam correptionem, quòd aliquibus coniecturis, etsi satis leuibus, sibi persuadeat nihil per eam se profecturos, aut certè tunc temporis ad eam non teneri: sic autem affecti sunt animo, vt cognoscentes se teneri, aut profecturos esse, nollent omittere, sed charitatem præponere siue timori, siue cupiditati, pro vt præceptum de spirituali eleemosyna obligat.

8. Vincent. Fillitucius *tom.* 2. *tract.* 28. *c.* 7. *num.* 141. Qui bona fide ex metu aliquo omittit correctionem, credens se per illum excusari à præcepto, quamuis reuera metus non esset sufficiens, non peccat mortaliter. Ratio est, quia non adest in eo voluntas contraria præcepto. Dixi, bona fide, quia si ex malitia, vel ignorantia crassa, vel necessitas proximi maxima esset, non excusaretur.

9. Ægidius Trullench *in Decal. tom.* 1. *c.* 5. *dub.* 11. *num.* 7. si extraneum, alium vel mihi ignotū videam, aut audiam peccantem, non teneor corripere, cùm ipsius ingenium ignorem; fieri enim potest, vt iste stimulis agitatus verba proferat contumeliosa, vel alia peccata committat; solent enim aliquando isti, si corripiantur, dicere, *Qui en os mete a vos en esto?* Hanc etiam sententiam tenetur Diana *part.* 3. *tr.* 5. *Miscel. resolut.* 93. vbi ait: Vnde sunt hi tollendi scrupuli ab iis, qui volunt corripere aliquos per plateas ciuitatis blasphemantes: nam in tali casu non tenentur ad præceptum correctionis. cùm nesciant naturam, & conditionem talium personarum. Ita Trullench, vide etiam ipsum *paulò infra num.* 14.

Quæ hic est ... in Ref. 17. & in aliis eius annot.

10. Lorca *in* 2. 2. *D. Th. disp.* 45. *n.* 3. Quamuis omissio correptionis de mortalibus ex genere mortalis sit, potest fieri venialis ex imperfectione actus; tunc scilicet quando quis in præparatione animi desiderat salutem proximi, & paratus est subsidiū conferre, cùm viderit esse necessarium, sed ex quadam tepiditate, & inaduertentia retardatur à correptione, aut non satis perspicit articulum necessitatis. Ex quo constat quod S. Tho. dicit *art.* 2. *ad* 3. correptionem posse omitti aliquando meritoriè, aliquando cum peccato mortali, & aliquando cum solo veniali.

Sup. hoc ad literam supra in §. vlt. Ref. 4.

11. Ioan. Machadus me citato *de perf. Confess. tom.* 1. *lib.* 2. *part.* 2. *tr.* 6. *docum.* 11. *num.* 7. [Valencia affirma, que raras vezes pueden succeder, i concurrir la circunstantias necessarias para que la omission deste precepto llegue à ser mortal. I. Manuel Sa siente, que casi siempre no excede de venial: sino es los Prelados, los quales tienen mayor obligacion, de corregir a sus subditos.]

12. Et tandem ne deseras recognoscere Granadum quem ego adduco *in par.* 4. *tr.* 5. *resol.* 228. & videbis ferè semper excusari fideles à peccato mortali non adhibendo correctionem, desunt enim sæpiùs præter supradicta circunstantiæ necessariæ, vt præceptum correptionis obliget, quod patet ex multis resolut. in hoc Tract. appositis. Et docet etiam præter Doctores citatos Gasp. Hurtado *disp.* 6. *de Correct. diffic.* 9. & Francisc. del Castillos *in* 3. *sent. tom.* 2. *disp.* 6. *de Correct. quæst.* 5. *num.* 10, Vnde ex his apparet inscitia cuiusdam Theologastri, qui notauit non bene me dixisse, omissionem correctionis difficulter esse peccatum mortale, & ideo volui adducere verba singulorum Doctorum. Sed modò restat pro coronide huius Tractatus duas pertractare difficiles quæstiones, ideo quæro.

Quæ hic est Re... ... deas, & in ... ... eius primæ not.

RESOL. VIII.

An quis teneatur sub peccato veniali corripere peccata venialia proximi?

Et quid de Religiosis, maxime de Prælatis Regularium, & Gubernatoribus Reipublicæ, an Isti sub peccato mortali peccata venialia subditorum corrigere teneantur?

Et an particulares Religiosi, sicut Prælati, sub eodem onere corripere fratres de peccato veniali teneantur. Ex p. 5. tr. 2. Ref. 38.

§. 1. Affirmatiuam sententiam tenent Turrianus *in* 2. 2. *tom.* 1. *disp.* 86. *dub.* 2. Valent. *tom.* 3. *disp.* 3. *quæst.* 10. *pun.* 2. *sub fine.* Sotus *de tegendo secreto quæst.* 2. *concl.* 3. Lorca *in* 2. 2. *disp.* 41. *num.* 9. & alij. Quia lex charitatis videtur exigere, vt malum proximi, licèt exiguum: impediamus.

Sup. hoc lege doctrinam Ref. 2. not. seq. à principio, & eius tertiæ not.

2. Sed negatiuam sententiam docet Azorius *p.* 2. *lib.* 12. *c.* 14. *quæst.* 4. ex Angelo, & Syluestro. Ratio est, quia quando frater peccat venialiter, gratiam Dei non amittit, ac proinde correctionis præceptum non obligat, quia est ad lucrandum fratrem. Ergo, &c. Cæteras rationes adducit Layman *in Theolog. moral. lib.* 2. *tract.* 3. *cap.* 7. *num.* 3. & Bannez *in* 2. 2. *q.* 33. *art.* 1. *dub.* 2. Sed excipiuntur, qui ratione officij curam aliorum habent, vt Prælati Religionum. Imò fieri potest, vt ij sub mortali peccata venialia subditorum corrigere teneantur, si aliter faciendo, regularis obseruantia grauiter minuatur. Et ita docent Thomas à Iesu *in lib. de Visit. tract.* 1. *c.* 6. *num.* 11. Miranda *de ordine iudiciario, tom.* 1. *q.* 10. *art.* 1. *concl.* 5. Tannerus *in* 2. 2. *disp.* 2. *q.* 5. *dub.* 4. *num.* 76. Villalobos *in summ. tom.* 2. *tract.* 4. *diffic.* 2. *num.* 5. & alij.

Sup. hoc supra in Ref. 6. §. 1. prope finem. vers. In Prælatis tamen, & infra in Ref. 10 & latè in Ref. 21.

3. At plus addit Bannez *in* 2. 2. *q.* 33. *art.* 1. *dub.* 2. Nam supradicta doctrina extenditur non solùm ad Prælatos Religionum, sed etiam, saltem in aliquo casu, ad Gubernatores Reipublicæ, sic enim asserit. Sotus addit, Gubernatores Reipublicæ tenentur tales defectus, qui sunt venialia peccata grauiora, & consueta, expellere à Republica sub peccato mortali, si possunt; hoc tamen mihi videtur nimis durum, obligare temporales Gubernatores ad tantam perfectionem, nisi fortè sint peccata perturbantia pacem Reipublicæ, vel abusus, qui Rempublicam damnificare possunt, & tales solent esse Pragmaticæ circa curiositatem, vel pretiositatem vestium, quamuis huiusmodi abusus in singulis, non sit nisi veniale peccatum. Sic Bannez, quem sequitur Azorius *vbi suprà.*

Sup. contento in hoc §. infra in Ref. 21.

4. Sed his non obstantibus, loquens etiam de Prælatis Religionum, sic asserit Rodriquez *de Ordine iudiciario, cap.* 9. *num.* 7. [Pecaran grauamente los Prelados no estirpando las costumbres malas de pecado veniales, si son, ò pueden ser occasion de pecados mortales, porque no siendo ocasion de pecados mortales, yo no hallo razon suficiente, para los condenar à pecado mortal, siendo descuydados en estirpar vicios veniales, porque no tiene maior obligacion el Prelado de mirar por su Republica, que el particular de mirar por su alma, y cierto es, que el particular, que no descarga su alma de las malas costumbres de pecados veniales, no peca mortalmente, si las tales malas costumbres no son ocasion propinqua de pecados mortales.] Ita Rodriquez.

5. Sed

Sup. hoc in fra in Res. 15. ... & fine, Vers. V... extendit.

5. Sed supposita contraria sententia, difficultas verò est, an particulares Religiosi teneantur, sicut Prælati, sub eodem onere corripere fratres de peccato veniali. Affirmatiuè respondet Coninch. *vbi supr. disp.* 28. *dub.* 3. *n.* 24. vbi sic asserit. Certum est superiorem Religiosum teneri in suis subditis corripere peccata venialia, quando alias imminet periculum, ne disciplina religiosa magna ex parte dissoluatur, quia tenetur, quantum potest, dare operam, vt hæc tota integritate seruetur. Imò credo certum esse, quemuis etiam priuatum, præsertim si sit membrum illius Religionis, teneri ad eiusmodi correctionem, quando commodè potest, & sperat fructum; quia talis dissolutio est graue valde malum ipsius Religionis; siue totius communitatis, quod ille ex charitate, & fide, quam debet matri suæ, scilicet ipsi Religioni, tenetur impedire. Ita Coninch. Sed citati DD. hoc onus in tali casu imponunt solùm super humeros Prælatorum, & nihil asserunt de Religiosis particularibus. Ergo, &c. Cogita.

RESOL. IX.

An sit præceptum sub veniali corripiendi peccata venialia. Ex p. 7. tr. 3. Res. 7.

Sup. hoc in Res. seq. post mediũ Vers. me adde. & ne deficias legere doctrinam præcedentis Res.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Valentia *tomo* 3. *disput.* 3. *quæst.* 10. *punct.* 2. Suarez *de Char. disp.* 8. *sect.* 2. *num.* 6. & Villalobos *in Summa tomo* 2. *tract.* 4. *difficult.* 2. *num.* 5. Lorca *in* 2. 2. *disput.* 41. *num.* 9. Petr. Hurtadus *volum.* 2. *disp.* 162. *sect.* 8. Gaspar Hurtadus *disp.* 6. *de Corrrect. difficult.* 5. Et hanc sententiam docet etiam Castrus Palaus *tomo* 1. *tract.* 6. *disp.* 3. *punct.* 3. *nu.* 3. Mouetur etiam ratione adducta à Valentia: Charitas, & amicitia, & misericordia in proximum non solùm te obligat, ne illi consulas, vel cum adiuues ad peccandum venialiter, sed etiam ne permittas cadere, cùm commodè potes à casu remouere: sicuti in temporalibus non solùm obligaris damnum etiam leue non inferre proximo, sed etiam præcauere, cùm possis. Deinde vnusquisque tenetur proximum, sicut seipsum diligere, volendo scilicet proximo ea, quæ tenetur velle sibi: sed tenetur quis sub peccato veniali velle in effectu, & procurare sibi immunitatem à quouis peccato veniali: Ergo etiam proximo.

2. Verùm negatiuæ sententiæ adhærent Trullench, *in Decal. tomo* 1. *lib.* 1. *cap.* 5. *dub.* 14. *n.* 4. Duuallius *in* 2. 2. *tract. de Charitate, quæst.* 9. *art.* 2. Filliucius, *tomo* 2. *tract.* 28. *cap.* 5. *num.* 118. Reginaldus, *tomo* 1. *lib.* 4. *cap.* 25. *num.* 333. Franciscus de Castillo, *in* 3. *sentent. tomo* 2. *disp.* 6. *de correct. quæst.* 3. *parte* 2. *num.* 9. Torres, *in* 2. 2. *quæst.* 33. *art.* 2. *dub.* 2. Reginaldus, *tomo* 1. *lib.* 4. *cap.* 25. *n.* 333. Azorius *tomo* 1. *lib.* 12. *cap.* 4. *quæst.* 4. Sà, *ver. Correctio*, *nu.* 5. & alij. Et ratio est, quia per peccatum veniale frater non est perditus: Ergo correctio, quæ ad lucrandum fratrem ordinatur, ex illo Matth. 18. *Si te audierit lucratus eris fratrem tuum*, in peccatis venialibus locum habere non potest. Secundò, à peccatis venialibus facillimo negotio se potest quis liberare, vel in sacramento, vel extra: Ergo non indiget auxilio alterius. Tertiò, esset graue iugum hanc obligationem hominibus imponere, cùm omnes in periculo peccandi venialiter frequentes sint.

3. Sed hæc argumenta parum vrgent, nam fateor Christum Dominum *Matth.* 18. locutum fuisse de correctione peccantis mortaliter, non venialiter. At inde non infertur non esse præceptum de corrigendo fratre peccante venialiter in illo præcepto tacitè inclusum, non quidem sub culpa graui, sed leui; quia leuiter, & secundum quid per correctionem corrigens lucratur fratrem. Ad secundum respondeo facilè posse peccantem venialiter se à peccato liberare, vt verò faciliùs liberetur, seu vt efficaciter liberetur, indiget correctione. Ad tertium dico non esse graue iugum, quia nec sæpe speratur fructus ex correctione, neque constat de periculo proximi, neque facilè absque verecundia eum potes corrigere.

4. Sed putat Coninch *disp.* 28. *dub.* 3. *num.* 31. neutram ex his sententiis esse absolutè, & generatim veram; imò credit auctores earum non intendere eas ita absolutè, & generatim asserere: atque adeo puto eos posse conciliari. Respondeo igitur primò, nos communiter non teneri fratrem corripere ob sola peccata venialia, quando aliud non subest periculum: & hoc satis probant rationes pro secunda sententia allatæ.

5. Respondeo secundò, valde tamen esse probabile, nos aliquando per se, & secluso alio periculo, sub veniali teneri fratrem corripere ob peccata venialia, quando certæ adsunt conditiones; scilicet Primò, quòd manifestum sit ipsum peccasse, & quidem in genere peccati venialis aliquo modo grauiter. Secundò, quòd omnino commodè, & sine peccantis offensione eum possim corripere, itavt mortaliter aliquo modo certus sim correptionem profuturam, & nullo modo obfuturam. Hæc autem obligatio maximè habeat locum, quando peccatum esset aliis scandalo, trahendo eos ad imitationem. Ratio est, quia cùm eiusmodi peccatum sit notabile proximi malum, & vera Dei offensa; sincera Dei, proximique charitas exigit, vt id ab eo auertam, quando id tam facilè facere possum: sicut mala proximi corporalia etiam leuia teneor ab eo auertere, quando sine vllo meo incommodo id facere possum. Ergo, &c.

6. His tamen non obstantibus, ego puto correctionem fraternam pro venialibus non esse in præcepto, excluso aliquo casu, de quo *infrà*, quia *Matth.* 18. vbi potissimum istud præceptum à Christo declaratur, & iniungitur, supponit proximum, cui adhibenda est correctio, esse perditum, & æternæ damnationi obnoxium: aliter enim non dixisset; *Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum*; cùm ergo peccata venialia tantam ruinam in nobis causent, probabile est ordinariè nos non teneri pro peccatis venialibus, fraternam correctionem adhibere. Deinde si ita esset singulis ferè momentis, homo ad id teneretur, propterea quòd peccata venialia sunt quotidiana, & septies in die, id est, multoties in ea incidimus: hoc autem valde esset incommodum & durum; igitur propriè & ordinariè tantum pro peccatis mortalibus ad correctionem tenemur.

RESOL. X.

An in peccato Correctionis Fraternæ detur paruitas materiæ.

Et docetur Prælatos Religionum peccare mortaliter, quando negligunt corrigere peccata venialia in suis Religionibus committi solita, si ex correctionis omissione disciplina Regularis imminuatur. Ex p. 5. tr. 5. Res. 66.

§. 1. Respondeo correctionem fraternam per se interdum ad mortale obligare, nam per accidens ratione leuitatis materiæ, vt obseruat Duuallius *in* 2. 2. *D. Thomæ tract. de char. quæst.* 9. *art.* 2. *ad* 3. vt si proximus tantùm peccauisset venialiter, regulariter loquendo, omittere correctionem, nòn est peccatum mortale. Dixi *regulariter* propter Sotum, qui Sup. hoc supra in Res. 8.

Sup. hoc ibidem §. 2. ad medium, & in alijs eius not. qui *in 4. dist. 19. q. 2. mem. 2. concl. 3.* docet Prælatos Religionum peccare mortaliter, quando negligunt corrigere peccata venialia in suis Religionibus committi solita, si ex correctionis omissione disciplina regularis imminuatur. Sed putat Dunallius *vbi supra*, citra hunc casum correctionem fraternam de peccatis venialibus nunquam ad mortale obligare, imò addit, Sup. hoc in Ref. præter. nullum esse præceptum corrigendi proximum pro peccatis venialibus, quando ex iis notabile detrimentum non emergit, nam *Matthæi* 18. vbi potissimùm hoc præceptum à Christo declaratur, & iniungitur, supponit proximum, cùm adhibenda sit correctio, esse perditum, & æternæ damnationi obnoxium, aliter enim dixisset, *Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.* & *Iacob.* 5. dicitur. *Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte,* sed anima non incurrit iacturam salutis suæ per peccata venialia. Ergo tunc non tenemur corrigere.

RESOL. XI.

An vt præceptum correctionis obliget, opus sit, vt adsit spes probabilis emendationis.

Et an requiratur necessario fructum ex correctione statim sperare, vel sufficiat, si decursu temporis speretur. Ex p. 7. tr. 3. Ref. 21.

Sup. hoc infra in Ref. 16. §. 1. §. 1. RESpondeo affirmatiuè, quia aliàs esset omnino inutilis correptio, & corripiens esset similis medico, qui daret ægro inuito amaram medicinam, quam sciret nullo modo ei profuturam: quare corripiens hoc solùm videretur agere, vt alterum in se concitet, & gratis inuidiam subeat, & iniurias audiat. Hinc Prou. 9. Scriptura nos monet: *Noli arguere derisorem, ne oderit te; argue, sapientem, & diliget te;* & Matth. 7. *Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus suis, & conuersi disrumpant vos.*

2. Hinc patet multò minus corripiendum esse proximum peccantem, quando per correptionem creditur excitandus, vt grauius peccet, v. g. blasphemando, aut nos graui odio prosequendo, &c. tunc enim correptio esset grauiter noxia, ideóque eam scienter adhibens grauiter peccaret, sicut is qui daret ægro medicinam, quando ob certam huius dispositionem, sciret ipsi mortem allaturam. Hinc etiam D. August. *lib. 1. de Ciuitat. cap. 9.* monet nos, vt eo casu abstineamus à correptione: defectu autem huius conditionis multi sæpe, & præsertim ij, qui apud peccantes non sunt magna auctoritate, excusantur à peccato, dum hos non corripiunt; quia persuadent sibi se frustra id facturos. Et similiter ferè communiter excusamur à corripiendis iis qui publicè, & ex consuetudine peccant: quia raro est spes hos emendandi. Et ita docent communiter Doctores, quos citat, & sequitur Trullench *in Decal. tomo 1. lib. 1. cap. 5. dub. 14. num. 6.* Hurtadus de Mendoza *vol. 2. disp. 162. sect. 2.* Bannez *in 2. 2. quæst. 33. art. 2. dub. 4.* Reginaldus *lib. 4. cap. 25.* & Villalobos *in summa tom. 2. tract. 4. diffic. 3. num. 1.* & alij.

3. Nec obstat dicere, quòd cessante fine legis in aliquo particulari, non propterea cessat in eo legis obligatio: Nam tenetur aliquis ieiunare in Quadragesima v. g. etiamsi ipse alioqui non indigeat macetatione carnis, quæ est finis legis de ieiunio: Ergo neque in proposito cessat obligatio legis de correptione, etiamsi in casu particulari non speret quis emendationem proximi, atque ita cesset hic finis eius legis.

4. Respondendum est enim per distinctionem Antecedentis. Nam verum id est, intellectum de fine extrinseco, & mediato actus imperati, atque adeò legis: cuiusmodi finis est carnis maceratio, respectu ieiunij; siquidem ieiunium habet alium quoque finem sibi intrinsecum, & immediatum, nempe ipsum obiectum formale suum, vt est actus virtutis temperantiæ. Falsum est autem illud antecedens intellectum de fine immediato & intrinseco actus imperati, atque adeò legis; cuiusmodi finis respectu actus correptionis est emendatio proximi saltem moraliter, & in intentione corripientis. Nam vt correptio est actus virtutis misericordiæ, pro obiecto formali habet sublenationem miseriæ proximi existentis in peccato, id est, proximi emendationem, saltem moraliter in intentione corripientis: quod obiectum non habet in intentione, & voluntate hominis vllum locum, quando is iudicat, minimè securam proximi emendationem.

5. Aduertendum est tamen non requiri necessariò fructum ex correctione statim sperari: sufficit, si decursu temporis speretur, ita Suarez *de char. disp. 8. sect. 3. num. 4.* & relato Syluest. Adrian. Nauar. & D. Thom. docet Ioann. Sanchez *disp. 6. select. num. 9. §. aduertendum.* Thom. Sanchez *lib. 3. de matrim. disput. 13. num. 3.* alios plures. Quare si persona talis est, qua cum possis in correctionem fore emendandum, debes primam, & secundam apponere; quia iam erant illæ correctiones necessariæ. At hoc nimis metaphysicum est. Quis potest enim sibi persuadere illam tertiam correctionem non habituram, effectum, nisi præcedentibus duabus primis, aut vnde probabiliter cognosci potest non repulsurum peccatorem illam tertiam correctionem, sicut & duas primas? si igitur ex alio capite præsumitur peccatorem tempore illius tertiæ correctionis fore dispositum, & correctioni obtemperaturum, omittatur correctio vsque ad illud tempus, siquidem antecedentes correctiones nullius sunt effectus, & ita docet Castrus Palaus *tomo 1. tract. 6. disp. 3. puncto 5. num. 2.*

RESOL. XII.

An proximus sit corripiendus, si correctio initio obierit, sed postea proderit? Ex p. 7. tr. 3. Ref. 23.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Valentia *tomo 3. disp. 3. qu. 10. puncto 2.* vbi sic ait: Quarta circumstantia est, quando quis non modò nihil se effecturum apud proximum iudicat, sed etiam euasurum eum deteriorem, si corripiatur. Tunc enim multò clarius apparet, non teneri quempiam corripere proximum, sed potius debere correptionem intermittere vt docet D. Thomas *art. 6.* & alij omnes. Atque hanc ob causam dicitur Prouerb. 9. *Noli arguere derisorem, ne oderit te; & fiat nimirum deterior per id odium*, sicut exponit Glossa ordinaria citata hîc à D. Thoma.

2. Est autem hæc doctrina intelligenda, quando absolutè putatur proximus futurus deterior propter correptionem: Nam si tantùm putatur futurus deterior ab breue aliquod tempus; ægrè scilicet ferens correptionem, postea autem omnino ad se rediturus, & beneficium correptionis cogniturus, & se planè emendaturus, corripiendus esset; vt colligitur ex doctrina D. Thom. *in 4. d. 19. q. 2. art. 2. quæstiunc. 2. ad 5.* & notat ex ipso Adrianus *in 4. sub finem materia de Indulgentiis, in quæst. de Correctione fraterna, §. Et quoad secundam partem.* Nec tunc is qui corripit cooperabitur nouo peccato proximi, sed tantùm illud negliget ob maius bonum postea secuturum, scilicet ob seriam conuersionem, & iustificationem eius, quæ postea speratur. Ita Valentia. Igitur videtur

tur minus malum fratrem aliqua peccata committere, & postea omnino emendari, quàm ipsum pergere in suis peccatis hærere.

3. Sed Lorca *in 2. 2. D. Thomæ, disp. 44. nu. 11.* putat vt hæc sententia admittatur magna prudentia opus esse. Primò enim oportet vt certa omnino sit spes futuræ vtilitatis. Deinde expẽdendum est, quando fiet deterior in præsenti: si enim timetur proruptio in aliquod magnum peccatum, quod sit iniuria Dei, aut alterius, vt blasphemia, vel homicidium, abstinendum est omnino à correctione: Si autem detrimentum spirituale præsens non sit adeò graue, & vtilitas futura sit certa, licet correctione vti. Hæc Lorca.

4. Quæ Coninch *disp. 28. de Charitate, dub. 6. n. 98.* putat probabiliter dici posse, quando correptus ratione correptionis omnino credatur aliquem occisurus, tamen quando solùm creditur blasphematurus, aut simile peccatum commissurus, quo non sit ita grauiter nociturus innocenti, aut bono communi; credo omnino dicendum, talem corripiendum esse, si planè credatur posita correptione, tandem aliquando emendandus & saluandus, & aliàs damnandus. Et in hoc sensu putat intelligendum esse Valentiam, D. Thom. & Adrianum.

5. Vnde non deseram hîc apponere verba Duuallij *in 2. 2. D. Thomæ, tract. de Charit. quæst. 9. ar. 4.* Sic enim asserit: Quæret aliquis, an quando proximus ex correptione, pro præsenti tempore correptionis præuidetur futurus deterior, postea tamen, ex consideratione ipsius correptionis; ad meliorem frugem, & mentem redibit, debeat illi adhiberi correptio, an verò omitti possit & debeat? Ratio dubitandi ex eo petitur, quòd etiamsi in fine futura sit probabiliter hæc emendatio, tamen ad eam, non nisi per peccata aliqua, quorum causa est ipsa correctio fraterna, perueniet; atqui non sunt facienda mala, vt inde eueniant bona: ergo in eo casu non tenebitur quis ad correctionem fraternam; Nihilominus primò asserendum est, in eo casu, nos ad correctionem fraternam obligari, vt docent Adrian. *in 4. quæst. de correct. fraterna*, Soto, Franciscus à Victoria, vt *in art. 6. quæst. 33.* refert Bannes, præsertim quando præuidemus eum aliàs in peccato suo moriturum, & ex consequenti damnandum. Primùm, quia non est necesse ad correctionem fraternam, vt statim speretur emendatio, sed satis est vt tandem aliquando, etiam in fine vitæ prosit. Secundò; Christus, præscribendo huius correctionis præceptum, insinuauit emendationem non tam citò contingere, sed interdum differri vsque ad denunciationem ad Ecclesiam; imò vsque ad excommunicationem, quæ post eam infertur: igitur quamuis non tam citò emendetur, sed potius obduretur, & irascatur, quando actu corripitur; non debet tamen quis à correptione desistere. Tertiò, peccata illa, quæ post monitionem futura præuidentur, tandem remittentur per finalem emendationem: ergo propter illa non debemus correctionem omittere, præsertim quando aliud, præter correctionem illam fraternam, remedium non occurrit. Quartò, vt optimè docet Adrianus, finis præcipuus, vltimatus, & ad quem per se ordinatur correctio fraterna, est, vt saluetur proximus, quidquid illi in contrarium possit accidere: ergo etiamsi præuideatur, eum ex hac admonitione, & correctione peccata aliqua commissurum, dummodo in fine beneficio correctionis saluetur, non debet ipsa omitti. Aduertit tamen optimè Lorca, habendam esse rationem peccatorum: nam si per correctionem deberet in peccatum aliquod grauissimum, puta blasphemiam horrendam contra Deum, & homicidium incidere, abstinendum esset ab ipsa correptione: quando autem detrimentum præsens, quod timetur, non est ita graue, etiamsi fortè lethale sit, non debet quis propterea à correctione cessare. Vnde ad rationem dubitandi allatam, respondeo, peccata illa, quæ ex correctione contingunt, esse per accidens, & præter intentionem ipsius corripientis: nihil enim aliud intendit, præter illius emendationem; quo fit, vt correctionem fraternam non debeat propterea omittere, maximè verò, cùm correctio sit per se, & suapte natura bona, & ab omni peccato prorsus aliena. Hucusque Duuallius.

6. Sed ego, vt verum fatear asserendum puto raro contingere, vt quis sub peccato mortali obligetur corripere eum, quem probabiliter putat, in præsenti fore deteriorem, & per impatientiam, atque contumelias contra corripientem, aut alios, de nouo peccaturum licèt posteà coniiciat eum iri ex illa correptione emendatum. Ratio est, quia non tenentur homines tam procul respicere; sed satis est, vt videant, an in præsenti obfutura sit correptio. Deinde, rarum est, aut saltem vix, ac ne vix quidem, probabiliter potest constare, vtrùm qui in præsenti videtur futurus ex mea correptione deterior, postea ex ista mea correptione emendatur: quo fit, vt raro contingat, homines ad correptionem fraternam, in isto casu obligari; præsertim, cùm peccata illa, quæ ex mea correptione committit, eum ad perseuerandum in peccato suo, de quo corripitur, disponant: hoc autem intelligendum est, nisi fortè esset homo ille in extremo vitæ periculo; tunc enim, quia non ampliùs illi restabit vllum ad salutem remedium, debemus correptionem impendere, eumque de animæ suæ detrimento seriò admonere. Vide Duuallium *suprà*. Vide etiam circa præsentem quæstionem Reginaldum, *tom. 1. lib. 4. cap. 25. num. 338.*

RESOL. XIII.

An ad auertendum damnum alienum teneatur quis corripere aliquem, etiam si credat peiorem esse futurum? Ex p. 7. tr. 3. Res. 24.

§. 1. AD hunc casum sic respondet Coninch. *de Charitate disp. 28. dub. 6. nu. 107.* Huc etiam referri potest illa correptio, qua quandoque tenentur vti etiam non superiores, quantumvis non sperent emendationem corripiendi, sed credant hunc ob eam grauiùs peccaturum: quando nimirùm illa est necessaria vt Dei iniuria, pusillorum scandalum, aliorum peruersio, aut graue innocentis damnum impediatur. Vnde hæc correptio propriè assumitur, non ad emendationem aut punitionem delinquentis, (prout assumuntur fraterna & iudicialis) sed ad defensionem innocentis, & ad dicta mala impedienda.

2. Hinc quando audio aliquem coram aliis laudantem hæresim, aut contemnentem rationes quibus nostra fides probatur, aut dicentem, aut exercentem turpia cum periculo ne illi peruertantur: teneor eum corripere etiam si timeam ex tali correptione illum peiorem futurum: modò sit spes impediendi aliorum peruersionem.

3. Item si audiam aliquem coram aliis viro honesto grauiter detrahentem, teneor eum corripere, modò sperem hac ratione impedire ne alij ipsi credant; quantumuis credam ipsum ideò grauiùs peccaturum.

4. Item si audiam aliquem coram aliis blasphemantem, si sine notabili incommodo possim, teneor eum corripere, etsi desperem eius emendationem; quia hac ratione quodammodò Deo suum honorem restituo. Ad hoc tamen non videor teneri, quando alter ideò esset grauiùs blasphematurus; quia tunc mea correptio non cederet in Dei maiorem honorem, nisi fortè esset necessaria ad impediendam aliorum scandalum.

5. Ex

5. Ex his patet, hanc correptionem esse propriè defensiuam innocentis iniuriam patientis, aut graue periculum incurrentis, & similem illi actioni, qua defendo vitam innocentis ab iniusto inuasore: quod vtendo moderamine inculpatæ tutelæ licitè facio cum inuasoris interitu.

RESOL. XIV.

An qui certo non scit peccatum Fratris teneatur illum corripere?

Et an in Prælatis sufficiat suspicio, vel dubia cognitio, vt teneantur sub mortali inquirere peccata subditorum ad Correctionem faciendam?

Et quid de alys, an teneantur inquerere peccata occulta aliorum? Ex p. 7. tr. 3. Ref. 6.

Sup. hoc in Ref. seq. §. vlt.

§. 1. RESpondeo negatiuè; non enim obligat præceptum correptionis, nisi eum, qui peccatum fratris nouit: iuxta illud. *Si peccauerit in te frater tuus*, &c. id est, *te sciente*, vt ante explicauimus. Neque tenetur is, qui priuata persona est, indagare, & inquirere aliorum peccata, ad eum finem, vt corripiat; sicut rectè docet S. Thomas 2. 2. *quæst.* 33. *art.* 1. *ad* 4. & Caietanus *in Summa, verb. Correctio fraterna*, & Sylnester *eod. verb. n.* 3. & alij communiter. Tum quia non cuiuis integrum est exploratorem agere vitæ alienæ; Esset enim contra illud Prouerb. 24. *Ne quæras impietatem in domo iusti, & non vastes requiem eius.* Tum quia scientia peccati alieni non est aliqua scientia iuris communis, quam omnes acquirere teneantur, sed cuiusdã particularis facti, ad quam idcirco procurandam non nisi ei tenentur, quibus peculiariter incumbit ex officio cura aliorum; vt neque ad indagandam necessitatem corporalem proximi. Tum denique, quia esset priuatis hominibus planè intolerabilis ea obligatio, cùm sint innumerabiles proximi, de quibus æquè inquiri posset, num aliquo peccato sint obstricti, quòd correptione indigeant. Accedit huc etiam expressa auctoritas S. Augustini *serm.* 16. *de verbis Domini*, vbi præceptum illud correptionis explicaturus ita sermonem suum inchoat; *Admonet*, inquit, *nos Dominus noster non negligere inuicem peccata nostra; non quærendo quid reprehendas, sed videndo quid corrigas.* Et ita docet Suarez *disp.* 8. *n.* 1. Hurtadus de Mẽdoza *tom.* 2. *disp.* 161. *sect.* 6. §. 48. Caspensis *in cursu Theol. tom.* 1. *tract.* 17. *disp.* 6. *sect.* 1. *n.* 9. Franciscus del Castillo *in* 3. *Sement. tom.* 1. *disp.* 6. *de Correct. quæst.* 4. *n.* 3. Valentia *tom.* 3. *disp.* 3. *quæst.* 10. *puncto* 2. Vnde ex his Sanchez *in Opusc. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 2. *dub.* 1. *n.* 3. & 4. rectè infert, scientem per auditum, vel rumorem, vel per signa dubia crimen fratris, non teneri corrigere; quia non certò scit. Notat tamen, cum Soto, pensandas coniecturas facientes rem probabilem, & conditiones personarum, atque ita aliquando (ait) licet insinuare fratri crimina sua, de quibus rumor spargitur, dummodo fiat prudenter, in Prælatis tamen sufficit suspicio, vel dubia cognitio: ij enim tenentur sub mortali inquirere peccata subditorum ad correptionem faciendam, & ex officio super gregem suum vigilare, & in aliis etiam dubiis occurrere; quamuis in priuata persona, vt corripiat, requiratur communiter supradicta moralis certitudo.

Sup. hoc infra in Ref. 24. §. 1. inter medium & finẽ, Vers. ac Ve. 16. & in Ref. 25. §. Sed licet.

Sup. his Prælatis in duabus Ref. not. præcipue latè à principio.

2. Nec obstat quod tenemur dare eleemosynam corporalem ei, de quo dubitamus an ea indigeat: ergo tenemur etiam corripere eum de quo dubitamus an peccarit. Secundò quia charitas exigit vt non relinquamus proximum, in periculo ruinæ, quando dubitamus an peccauerit. Ita cum quibusdam alii. Adrianus *in* 4. *tract. de correptione fratern.* §. *Sed hæc opinio.*

3. Sed hæc argumenta ad summum probant, charitatem postulare, vt, quando dubitamus, aut saltem probabiliter suspicamur proximum esse in aliquo graui malo aut periculo, conemur eum eruere, quando id facilè, & sine vllo incommodo alicuius momenti fieri potest. Secùs est quando id fieri nequit sine graui incommodo, & præsertim si sit maius periculum, ne ei noceam, quàm spes vt prosim; tunc enim, vt patebit ex dicendis, teneor correptione abstinere. Illud autem in præsenti casu accidit, quoties est dubium, aut etiã vtrimque æquè probabile, an proximus illud peccatum cõmiserit, quòd in eo videtur reprehendendum.

4. Patet autem hoc, Primò, quia correptio est per se odiosa, & communiter dura ei, qui corripitur, & plurimis valde difficile est eam præsertim ab æquali, æquo animo ferre; vnde nisi valde prudenter fiat, facilè correpti animum exasperat, maximè si hic de facto sit innocens, aut credat alteri non constare de suo peccato; tunc enim facilè eum habet pro calumniatore, aut saltem nimis suspicioso.

5. Probatur Secundò, quia si corripiamus proximum, quando est dubium an peccauerit, exponimus nos periculo, ne aut simus calumniatores, aut nimis suspicaces, aut saltem ne tales ab aliis arguamur. Item exponimus alterum periculo, ne vehementius in nos commotus grauius peccatum committat, quàm sit illud de quo volumus eum corrigere. Hinc etiam *Eccli.* 11. optimè nos monet; *Priusquam interroges* (id est antequàm reum citò exploraueris) *ne vituperes quemquam: & cùm interrogaueris, corripe iustè.* Et ob hanc etiam causam *Prouerb.* 24. monemur *non quærere iniquitatem in domo iusti*, vt scilicet discamus nos multò minùs eam tanquam inuentam debere arguere, antequàm constet eam ibi esse. Si enim est valde odiosum, ideóque communiter illicitum, priuatim inquirere an alius peccauerit, multò magis odiosum est ipsum arguere fratrem tanquam peccatorem, antequam hoc ei constet. Et hæc omnia docet Coninch *disp.* 28. *dub.* 6. *num.* 88. cui ego, licèt libenter adhæream in tribus tamen casibus loquendo de priuatis personis, puto sufficere suspicionem, & dubiam cognitionem. Primus quando tale est peccatum quòd posset redundare in præiudicium, & detrimentum tertij, quale esset peccatum Hæresis, proditionis Principis, Ciuitatis, &c. Secundus, quando immineret proximi mors; tunc enim non modò à peccato posset correptio liberare, verumetiam à morte æterna. Tertius, quando esset spes probabilis, proximum non adeò ægrè laturum, si sub dubio admoneatur. Caueat tamen corripiens in his Casibus obiicere crimen tanquam certum, quia mendacium est intrinsecè malum, & non sunt facienda mala, vt eueniant bona. Et ita nostram sententiam tenet etiam Trullench *in Decalogum tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 5. *dub.* 14. *num.* 1.

6. Vnde Lorca *in* 2. 2. *disp.* 44. *n.* 4. rectè obseruat correctionem fraternam humano more, & regulariter non posse prudenter & vtiliter fieri, nisi quando certò constat peccatum: quoniam redargutio peccati pudorem ingerit, & molesta est, & innocenti iniuriosa; nocenti verò, cuius peccatum non est manifestum, est grauis, & onerosa. Quare qui in dubio corripit, se potius exponit nocendi periculo, quàm proficiendi, & magis ostendere videtur nimiam solicitudinem, & suspicionem, quàm feruorem charitatis. Præterea in dubio potius præsumendum est pro iustitia fratris, quàm contrà. Quinimò, non solùm quando est formale dubium suspendens iudicium, sed etiamsi sit probabilis coniectura, & opinio peccati commissi, dummodo non sit moralis, & humana certitudo, qualem exigunt Authores allegati, neminem credo obligari ad corripiendum, nisi fortè Prælatos ratione officij. Ita Lorca, & ego. Sed de hac quæstione *infra* etiam redibit sermo.

Infra in Ref. quæ hic est prima post seq. à §. eius 2. &c.

RESOL. XV.

An in dubio teneatur quis adhibere Correctionem Fraternam, maxime quando dubium est, an Correctio nocitura, vel profutura sit.

Et quid, si peccatum sit dubium? Ex p. 4. tr. 3. Ref. 72.

Sup hoc in Ref. seq. à §. 2. infra in Ref 17. & supra in Ref. 7. §. Ægidius Trullench. & in §. vlt. Ref. præteritæ, & n. 7. & vers. Quare.

§. 1. RESpondeo quòd qui dubitaret an correctio profutura esset delinquenti, si certus esset saltem non obfuturam, teneretur eam adhibere, non autem si insimul dubitaret an esset nocumentum allatura. Ita Iacobus Granado *in 2. 2. D. Thomæ controuerf. 3. tract. 12. disp. 1. num. 6.* & alij. Verùm Filliucius *vbi infrà num. 135.* in casu quo correptio esset nocumentum allatura, putat confe- rendam esse vtilitatem cum damno, & eligendum id quod habet maiorem rationem boni, & ideo in articulo mortis, quando peccatum est publicum, vel scandalosum, docet adhibendā esse correptionem, etiamsi timeatur, quòd corrigendus deterior euadat.

Sup. hoc in Ref. præterita.

2. Sed quid dicendum, si peccatum sit dubium, an in tali casu quis teneatur correptionē adhibere? Respondetur priuatam personam id facere non debere, pertinet enim ad Superiorem, nisi fortè in tribus casibus. Primus, quando tale esset peccatum, quod posset redundare in notabile præiudicium & detrimentum tertij, quale esset peccatum hæresis, proditionis Principis, ciuitatis, &c. Secundus, quando immineret proximi mors, tunc enim non modò à peccato posset correptio liberare, verùm etiam à morte æterna. Tertius, quando esset spes probabilis proximum non admodum ægrè laturum, si sub dubio admoneatur. Ita Filliucius *tom. 2. tract. 28. cap. 6. num. 133.*

RESOL. XVI.

An in dubio teneatur quis adhibere Correctionem; sed difficultas est, quando dubium est, an Correctio nocitura, vel profutura sit.

Et quid, si aque probabile est, quod Correctio, nocebit ac quod, proficiet. Ex p. 7. tr. 3. Ref. 22.

Sup. hoc, quod hic supponitur supra in Ref. 11.

§. 1. SVppono, vt dictum est correctionem non requirere spem omnino certam, sed sufficere probabilem. Ita D. Thomas *in 2. 2. quæst. 33. art. 2 ad 1.* & alij communiter; quòd si probabiliter tibi persuadeas nihil effectūrum per correctionem, non teneris illam apponere: ita expressè docet Valent. *2. 2. quæst. 10. disp. 3. parte 2. §. tertia circumstantia, pag. 657.* cum Richardo *4 dist. 19. art. 2. qu. 1. & Dur. ibidem, quæst. 3. art. 3.* & aliis communiter, quia tunc cessat finis intrinsecus correctionis, saltem in prudenti æstimatione: neque enim ad actionem inutilem obligatio esse potest.

Sup. hoc in Ref. præterita, & seq & supra in Ref. 7. §. Ægidius Trullench & cum eodem Lorca hic citato tantum in §. vlt. Ref. 14. à fin. 7. vers. Quare.

2. Sed difficultas est quando dubium est, an correctio nocitura, vel profutura sit. Ad hanc quæstionem sic respondet Lorca *in 2. 2. disp. 44.* Dubium est, an in dubio; verum correctio proderit, teneamur corripere; Caietanus *in summa, verbo Correctio*, affirmat, non vrgere præceptum hoc, nisi vt minimum probabiliter credamus, profuturam esse correptionem. Idem indicat S. Thom. *art. 2.* illis verbis: Quando aliquis præsumit probabiliter quòd possit alium per suam correctionem à peccato extrahere. Communis tamen resolutio est cum Adriano §. *Aliter ergo*, Soto *quæst. 2. conclus. 4.* Nauar. *cap. 24. num. 12.* & aliis distinguendum esse. Vel enim dubia est vtilitas, & certum & securum, nullum immi- nere nocumentum illius, vel alterius; & tunc obligat correptionis præceptum. Vel dubia est vtilitas, & dubium etiam, an aliquod graue nocumentum eius, vel alterius sequatur; & tunc non licet corripere. Prima pars huius assertionis palam tradita est ab Augustino, *in cap. Si quis autem, citato*, vbi dicit: *Ideò do tibi pœnitentiam, quia nescio, an tibi prodero; si enim scirem non prodesse, non te admonerem;* non inquit: Quia certò scio profuturum, sed: quia nescio an prodero. Et ratione probatur. Quoniam contra charitatem est, proximum in periculo salutis relinquere, cùm ex remedio nullum inconueniens timeri potest. Confirmatur. Quoniam medicus, qui dubius sit de vtilitate medicinæ, securus tamen, nullo modo nocituram, tenetur exhibere. Confirmatur præterea. Quia si expectanda esset certa spes vtilitatis, rarò aut vix vnquam occurreret obligatio huius præcepti, & facilè posset contemni. Quando ergo dicitur, necessariam esse spem emendationis, intelligendum est potiùs in sensu negante, quàm affirmante; id est, vt non sit desperatio fructus, & probabilitas inutilitatis.

3. Secunda pars manifesta est. Quia si timetur aliquod nocumentum in dubio vtilitatis, maius periculum subest corripiendo, quàm omittendo: quia si corripias subest periculum perseuerentiæ in eodem peccato, & vlterioris damni; si omittas, solius perseuerantiæ: Est tamen aduertendum, nocumentum illud debere esse aut spirituale, aut temporale magni momenti: nam si sit temporale leue, postponendum est, quamuis esset certum, & exercenda est correctio. Affirmant etiam nonnulli, omitti posse correctionem, quamuis certò speretur vtilitas correcti, si timeatur magnum nocumentum spirituale, vel temporale Reipublicæ, vel alterius; quod aliquando euenire poterit, rarò tamen. Hucusque Lorca, cui etiam Adde Villalobos *in Summa tomo 2. tract. 4 diff. 3. num. 4.* Valentiam *tomo 3. disp. 5. quæst. 10. puncto 2.* Coninch. *disputat. 28. de Charitate dub. 6. num. 92.* qui cum Bannez, & Adriano optimè excipit casum, quo peccans cessante correptione omnino crederetur in peccato suo moriturus, vt si mors ei staret: tunc enim quia extremum imminet periculum, non solùm æterni supplicij, sed etiam infinitorum, & grauissimorum peccatorum, quæ talis damnatus tota æternitate committat, extrema etiam tentanda sunt: sicut etiam ægro prudenter datur periculosa medicina cum aliqua spe salutis, quando aliàs eius desperata est salus.

4. Igitur in dubio nocumenti, vel fructus, non est, vnde correctionis obligatio oriatur, quæ ad fructum, vt ad finem tendit, quæ doctrina, vt bene aduertit Valentia *suprà* vera est, etiamsi minus dubites de correctionis emolumento: sufficit enim si de nocumento dubites, vt obligatio cesset. Nocumentum voco non aliquam tristitiam, mœrorem vel iram cum aliqua leui culpa, quia hæc non reputantur vt nocumenta, comparatione fructus ex correctione sperati, bene aduertit Suarez *disput. 8. de Charit. sect. 3. num. 5.* nocumentum, quod debet timeri est graue damnum in correcto, scilicet nouum peccatum graue, vel noua in peccato obstinatio, de quo fit correctio.

5. Aduertit tamen Valentia *suprà parte 2. pag. 655.* modo altero cū Adriano, & Caietano, Dubius de profectu correctionis, certus tamen nonobfuturum tenetur corrigere, sicut medicus tenetur medicinam ægroto adhibere, de qua certus est non obfuturam, sperat tamen etsi sub dubio profuturam. Et omnia supradicta docet etiam Castrus Palaus *tomo 1. tract. 6. disputat. 3. puncto 4. num. 4. & sequ.* cui adde Bannez *in 2. 2. D. Thoma quæst. 33. art. 2 dub. 4.*

33. *articul.* 3. *dub.* 4. *concl.* 3. cuius verba hic per extensum apponam, sic enim asserit: Pro decisione huius difficultatis notandum est, quòd necessitas spiritualis duplex est: Altera simpliciter extrema & vltima, quando scilicet proximus est in periculo finiendi vitam in peccato mortali, vbi incurrit malum irreparabile in æternum. Altera est necessitas spiritualis non vltima & extrema, quamuis sit grauis necessitas, & grauior & grauissima, secundum quod existens in peccato mortali est minùs reparabilis, nihilominus habet tempus pœnitendi.

2. Hoc supposito sit prima conclusio. Quando proximus est in necessitate spirituali secundi generis, quilibet tenetur corripere illum cum aliquo detrimento boni temporalis. Hæc conclusio est communis sententia, & probatur ex ipso ordine charitatis. Quoniam aliàs si nunquam tenetur homo pati aliquale detrimentum pro reparatione vitæ spiritualis proximi, non plus diligeret vitam spiritualem proximi, quàm bona sua temporalia. Et confirmatur à simili. Quia vt suprà diximus, aliquando tenetur homo citra necessitatem facere eleemosynam de illis quæ pertinent ad suum statum, quando est grauis necessitas in proximo. Ex quo sequitur per bonam consequentiam, quòd Eleemosyna spiritualis obligat citra necessitatem extremam proximi cum aliquo detrimento boni corporalis. Probatur consequentia. Quia si corporalis eleemosyna obligat cum detrimento corporali etiam proprij status ad subueniendum temporali necessitati, multò magis eleemosyna spiritualis obligabit cum aliquo detrimento.

3. Secunda conclusio. In eadem necessitate spirituali homo priuatus non tenetur exponere vitam corporalem pro vita spirituali secundi generis: imò nec tenetur corripere proximum cum graui periculo amittendi honorem aut statum suum, sed poterit differre in aliud tempus, aut omninò dimittere. Ratio huius est. Quoniam videtur durum, vt quo tempore proximus habet in sua potestate facilè reparare suum malum, teneatur quisque perdere propriam vitam corporalem, quæ reparari non potest. Non itaque arbitramur, illum articulum esse necessitatis tantæ, vt teneatur homo cum tanto detrimento succurrere proximo. Oportet enim singula singulis comparare, & proportionabiliter ordinare bona temporalia ad spiritualia proximi. Nam si necessitas proximi spiritualis in suo genere est communis necessitas, tunc oportebit communia & grauiora pericula temporalia subire pro dilectione fratris corrigendi. Si autem necessitas fuerit grauior aut grauissima, tunc proportionabiliter maius & maius periculum subire tenebor.

4. Vnde sit tertia conclusio. Quilibet tenetur exponere vitam corporalem periculo certo pro vita spirituali proximi, quando proximus est in extrema necessitate primi generis. Hæc conclusio probatur argumentis secundæ opinionis, & in materia morali videntur mihi esse demonstrationes. Hanc asserit D. Thomas, *Opusc.* 18. *capit.* 14. vbi ait; quòd debemus magis diligere vitam spiritualem proximi, quàm proprium corpus. Vnde (inquit) est de necessitate præcepti in articulo necessitatis ponere vitam pro salute spirituali proximi, vt si quis decipitur ab hæreticis, & trahitur in errorem contra fidem, tenetur is, qui videt, si potest, illi succurrere, docere illum, & admonere cum periculo vitæ propriæ Et confirmatur. Quia valde rationabile videtur, quòd supremum bonum temporale, quod est vita, exponatur periculo pro vltimo bono spirituali, quod est vita æterna. Præterea confirmatur exemplo. Quoniam etiamsi verum sit in communi loquendo, quòd debeo diligere magis vitam corporalem proximi, quàm bona mea temporalia: tamen non contingit regulariter, quod teneat ego exponere totam meam substantiam pro seruanda vita proximi. Neque quisquam putabit mortaliter peccare eum, qui pro seruanda vita proximi corporali non obtulit periculo omnia sua temporalia. Ita nunc dicimus, quòd quamuis per se loquendo vita corporalis sit exponibilis periculo pro vita spirituali fratris; tamen eueniunt tam variæ circunstantiæ, vt vix homo priuatus teneatur mori pro corrigendo fratre, & reparando ad vitam spiritualem. Poterit enim singularis homo admonere Episcopum vel Prælatum, vt ipse corrigat. Et prætereà vt vita mea corporalis ordinetur ad bonum meum spirituale, scilicet ad agendam pœnitentiam, vel crescendum in charitate, & ex alia parte non sim certus de mea dispositione spirituali, possum seruare vitam meam, & prouidere saluti animæ meæ. Vnde D. Thomas, *in* 3. *sent. dub.* 19. *articl.* 8 *quæstiunc.* 2. *ad secundum* ait; Cum scimus fratrem posse liberari per mortem corporis à morte animi sine periculo animæ nostræ; tunc ponere animam pro fratre non est perfectionis, sed necessitatis; ac si diceret, non est in consilio, sed in præcepto. Hucvsque sapientissimus Bannez.

5. Sed hæc sententia nimis rigida videtur esse Petro de Lorca *in* 2. 2. *Diui Thomæ, disputatione* 45. *numer.* 7. vbi sic ait. Veruntamen hæc sententia rigida est, & quamuis verè assumat, aliquando esse debitum præferre bonum spirituale proximi bono temporali nostro, sed nimis seuerum apparet, hinc deducere pro correctione fraterna subeundam esse mortem, vel graue dispendium temporale. Nam *vt suprà* disputauimus *disputatione* 28. *membro* 2. non in quocumque euentu præferenda est salus spiritualis proximi vitæ nostræ: sed solùm quando extremè indiget, & aliter non potest euadere damnationem; & semper seruandum est, vt in comparatione boni spiritualis proximi ad bonum temporale nostrum, seruetur proportio inter vtrumque bonum, ita vt extrema necessitas proximi præferatur extremo nocumento temporali, grauis graui, & leuis leui; pro communi autem necessitate spirituali non cogimur pati extremam, vel grauem temporalem. Necessitas verò, qua proximus indiget correptione, nunquam est extrema, nec grauis. Quoniam nec correptio est tam efficax medium, vt habeat infallibilem effectum; nec ita est necessaria, vt sit penitus necessaria: quoniam per correctionem solùm retrahitur homo à peccato, morali suasione; hanc autem semper habet in sua potestate cum diuino auxilio, & ideò necessitas correptionis nunquam erit necessitas simpliciter, sed moralis, & probabilis; atque adeò nunquam potest censeri extrema, nec grauis, vt cum tanto dispendio fieri debeat. Ita opinatur Sotus *ita suprà, conclusione* 7. Fauet etiam Nauar. *cap.* 24. *numero* 2. & recentiores interpretes S. Thomæ; quamuis Nauar. & ipsi existiment, correptionem esse extremè necessariam, & debitam, etiam cum dispendio vitæ; sed non assequor, in quo casu id contingat. Ita Lorca in quibus verbis vt vides acriter defendit nunquam dari extremam necessitatem correctionis, siue peccator ex malitia, siue ex ignorantia, aut passione peccet,

peccet, cùm semper diuinis auxiliis adiutus possit à peccato surgere, & vitam consequi. Quare si non consequatur, ipsi tribuendum est; non omittenti corrigere, cum ob periculum vitæ excusetur.

6. Deinde hunc casum de necessitate extrema, rarò, vel nunquam contingere existimat Villalobos *in summa tom. 2. tract. 4. difficult. 5. n. 6.* nisi quando proximus laboraret ignorantia vincibili alicuius necessarij ad salutem, & te de illius notitia rogaret: sic enim ait. [Si se diesse caso en que vno estuuiesse en vna necessidad estrema espiritual, que prouiniesse de fragilidad, passion, o ignorancia, y se creyesse problablemente, que auia de aprouechar la correccion, obligacion tendria el hombre particular de hazerla aunque fuesse con peligro de vida, honra, o hazienda. El fundamento es, porque conforme al orden de caridad, tenemos obligacion de amar mas la vida espiritual del proximo, que la nuestra corporal, quando aquella no tiene otro remedio, sino que està en extrema necessidad, y coligese de las palabras de san Iuan: *Et vos debetis pro fratribus animas ponere*, id est, *vitas* Dezimos en la conclusion, si se cree probablemente que se ha de approuechar, porque en duda, no ay obligacion como dic Aragon, contra A. ir. porque aunque la vida espiritual es de mas precio que la corporal, mas la certidombre de perder la vida propria igualmente es la mala, con la duda de perder la espiritual agena. El caso desta conclusion rarissimas vezes podria acontecer: porque como dize Soto, si el pecado procede de malicia, ò passion, el mismo se puede corregir, y si de ignorancia inculpable, no peca, y si es vincible, el està obligado à buscar quien le enseñe; y assi solo parece podria hauer lugar, quando fuesse el pecado de ignorancia vincible de alguna cosa de las que tiene obligacion a saber; preguntase: porque entonces auria obligacion de enseñarle con peligro de vida.] Ita ille.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 10. Ref. 3. § penult. & signanter in tom. 1. tr. 1. Ref. 49 & in aliis eius primæ & tertiæ not.

7. Immò Sanchius *in selectis disp. 10. num. 10.* Sotus *de secreto, memb. 6. quæst. 2. post 6. conclus.* & alij asserunt, aliquem non teneri cum periculo vitæ baptizare infantem in extremo vitæ. Vnde Emanuel Sà correctus à Magistro sacri Palatij, *ver. Charitas, num.* 4. sic ait: Infantem alioquin sine baptismo moriturum, teneris cum tuæ vitæ periculo baptizare, secundum quosdam: quod alij probabiliter negant: nec enim cum tanto damno debetur ei tale officium, alioqui, & mater grauida teneretur permittere se secari, vt fœtus baptizaretur, alioqui sine baptismo moriturus: quod nemo dicet. Ita ille.

Sup. hoc in Ref. 2. not. præteritæ § 1. post medium, à vers. Quam resolutionem.

8. At quidquid sit de hac opinione, optimè obseruat Castrus Palaus *tom. 1. tract. 6. disput. 3. puncto 6. n. 4.* adulto cui etsi difficilis sit contritio, est tamen possibilis, non videris cum periculo vitæ obligatus illi Sacramenta ministrare, & multò minus correctionem, quia solùm grauiter, & non extremè indiget hoc medio correctionis. Et ideò hanc sententiam contra Bannez, & alios tenuit absolutè Emanuel Sà, correctus, *in ver. Correctio, num. 2.* vbi docet cum Victoria priuatum non teneri cum periculo vitæ corripere. Et Gregorius de Valentia *tomo 3. disput 3. quæst. 10. puncto 2.* affirmat ex malitia peccantem non teneri cum periculo vitæ corripere. Et hæc sunt placita Doctorum circa præsentem difficilem quæstionem. Vide etiam Trullench *in Decalogum tomo. 1. capite 5. dubio 14. numero 11.* & Reginaldum, *tomo primo, libro quarto, cap. vigesimo quinto, num. 338. & sequ.*

RESOL. XX

An saltem Episcopi, Prælati, & alij Superiores teneantur in extrema necessitate proximi cum periculo vitæ, correctionem adhibere.

Idem dicendum est de Magistratibus, quod attinet ad suum munus.

Idem de sacris Oratoribus.

Et quid, si proximus non sit in extrema necessitate, sed in graui. Ex p. 7. tr. 3. Ref. 28.

§. 1. Respondet affirmatiuè & Bannez, Soto, Valentia, & Turriano, Castrus Palaus *tomo 1. tract. 10. disp. 3. punct. 9. num. 4.* vbi ait: Excipiendi tamen sunt ab hac doctrina Prælati superiores, & omnes illi quibus ex officio cura subditorum incumbit, qui graui necessitate intercedente tenentur vitam corporalem pro salute spirituali subditorum offerre, vt latius supra dictum est de ordine charitatis. Ita ille; quod adeo verum est, vt aliqui extendant hanc obligationem aliquando etiam in graui necessitate; & ideò Villalobos *in Summa tomo 2. tract. 4. difficul. 5. num. 3.* sic ait. [Los Prelados tienen algunas vezes obligacion de corregir à los subditos, aunque no esten en extrema necessidad de su correpcion. Assi lo tienen Soto, Bannez, con Soto Thomas, Aragon y otros. El fundamento es, porque los Prælados tienen obligacion à mirar por los subditos, no solo de caridad, sino tambien de justicia: y assi quando el subdito tuuieri necessidad graue de su correccion estarà obligados a poner la vida, conforme à lo que dixo Christo: *Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.* Mas ha se de entender, quando probablemente esperan, que de aprouechar, que de otra manera seria imprudencia. Y dize Aragon, que esta obligacion que tienen los prelados a corregir con peligro de la vida, no es per razon de correcion fraterna, sino de officio, y justicia.] sic ille: cui adde Petrum à S. Ioseph. *in Idea Theol. mor. lib. 3. cap. 11. resol. 6.* & Malderum *in 2. 2. quæst. 33. art. 3.* Supra in Ref. quæ nunc est antecedens.

2. Nec desinam hic apponere verba Hurtadi de Mendoza, *vol. 2. disput. 162. sect. 7. §. 60.* sic asserentis. Dico tertiò: Episcopi, Prælati Religiosorum, & similes animarum Pastores, tenentur cum proprio vitæ discrimine adhibere diligentiam quam possint, vt vitent peccata publica, & occulta Hæc est omnium Patrum Theologorum doctrina, quam Christus Dominus verbo docuit, & exemplo: sic discriminauit Pastorem mercenarium, & fugitiuum à vero & bono. *Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Mercenarius autem, qui non est pastor*, &c. Ratio est; quia huiusmodi Pastores paciscuntur cum Christo Domino, curam, & sollicitudinem gregis, pro qua tam multa bona accipiunt à Christo. Idem dico de Magistratibus, quod attinet ad ipsorum munus. Idem de sacris Oratoribus, quamuis hi non ex iustitia, vt Prælati, & Magistratus. Hinc coniiciant, vtrum suo muneri satisfaciant, qui tota Diœcesi, & Republica incendio peccatorum deflagrante, pacatè domi suæ dormiunt, qui sui officij legibus tenentur omnes angulos conspicere, ne quod peccatum lateat in tenebrarum latebris. Ita Hurtadus.

RESOL.

RESOL. XXI.

An Prælati, & Magistratus teneantur aliquando sub peccato mortali corrigere peccata venialia?
Et an hoc etiam intelligatur de Episcopis?
Et an etiam quiuis priuatus præsertim sit membrum illius Religionis, teneatur ad huiusmodi correctionem?
Et an Prælati Religionum, qui sunt custodes ceremoniarum Religionis, teneantur contrarias consuetudines reprehendere, & abolere, si possint? Ex p. 7. tr. 3. Res. 8.

Sup. hoc pro Prælatis supra in Res. 6. §. 1. prope finem, Vers. In Prælatis tamen. & in Res. 8. §. 2. post, mediū Vers. vt Prælati. & in Res. 10. ad 1. n. 8. & pro Magistratibus in Res. 2. huius not. §. At plus.

§. 1. REspondeo affirmatiuè cum Lorca *in 2. 2. D. Thomæ, disp. 45. cum. 4.* vbi sic ait. Si sermo sit de peccatis venialibus, manifestum est, non esse obligationem corripiendi sub reatu peccati mortalis; neque enim vrgentior esse potest obligatio vitandi peccatum alterius, quàm vitandi peccatum proprium. Sotus tamen *loco alleg. conclus. 3.* asserit Prælatis Religionum nonnunquam esse peccatum mortale negligere correctionem venialium, tunc scilicet, quando ex hac negligentia imminuitur disciplina regularis. Nam ad decorem, & perfectionem religionis multæ obseruantiæ institutæ sunt, quæ non obligant singulos nisi ad culpam venialem, vt silentium, & ieiunia; quæ tamen si deficerent, graue detrimentum pateretur religio: & cùm Prælatis incumbat conseruare religionis integritatem, si negligant, vel correctione fraterna, vel aliis modis hæc instituta inuiolata seruare, in re magni momenti desunt suo muneri. & peccatum mortale incurrunt. Ita Lorca, cui adde Trullench, *in Decal. tomo 1. lib. 1. cap. 3. dub. 14. num. 5.* Palaum *vbi infrà*, Duuallium *in 2. 2. tract. de Charit. quæst. 9. art. 2.* Caspensem *in Cursu Theol. tomo 2. tract. 17. disput. 6. sect. 1. num. 8.* Sanchez *in Opusc. tomo 2. lib. 6. cap. 2. dub. 1. num. 8.* Suarez *disput. 8. sect. 2. num. 6.* Torres *in 2. 2. tomo 1. disput. 86. dub. 2.* & Coninch *disput. 28. dub. 3. num. 24.* vbi extendit obligationem ad quemlibet priuatum; sic enim asserit. Certum est superiorem Religiosorum teneri in suis subditis corripere peccata venialia, quando aliàs imminet periculum ne disciplina religiosa magna ex parte dissoluatur, quia tenetur quantum potest dare operam, vt hæc integrè seruetur. Imò credo certum esse quemuis etiam priuatum, præsertim si sit membrum illius Religionis, teneri ad eiusmodi correptionem, quando commodè potest, & sperat fructum: quia talis dissolutio est graue valde malum ipsius Religionis, siue totius communitatis; quod ille ex charitate, & fide, quam debet matri suæ, scilicet ipsi Religioni, tenetur impedire. Ita Coninch.

Sup. hoc supra in Res. 8. §. vlt.

2. Ratio nostræ responsionis est ista, quia obligatio, non tam est ex præcepto correctionis, quæ bono spirituali proximi attendit quàm ex obligatione officij superioris, quo tenetur religiosam disciplinam conseruare, & nullo modo labefactandam permittere. At ex permissione defectuum venialium, si graues sint, & nociui, solet religiosa disciplina nimium labefactari. Tenetur ergo Prælatus hanc diminutionem præcauere; Iudices verò seculares non ita arctantur hac obligatione corrigendi in subditis peccata venialia, nisi defectus essent reipublicæ graue nocumentum inferentes.

3. Syndici, visitatores, & alij vices Prælati gerentes tenebuntur Prælatum de defectibus admonere; & si in hac parte nimium dissimulent, & ex eorum dissimulatione religiosa obseruantia in communitate labefactari prudenter timeatur, peccabunt grauiter. Sicut & Prælatus peccaret sciens tales defectus, & non corrigens, cùm posset; ita Suarez, & Lorca, & Ægidius, *suprà.* Videant modò Episcopi, & Religionum Prælati, quid faciunt, vt suum munus adimpleât.

4. Vnde non deseram hîc apponere verba Hurtadi de Mendoza, *volum. 2. disput. 162. sect. 8. §. 74.* vbi sic ait. Existimo præterea Prælatos teneri grauiter ad vitanda venialia peccata subditorum: immò ad vitandas imperfectiones: quia illa in genere moris sunt graue damnum gregis, quem curant. Etenim si quis Religiosus mentiatur frequenter, cachinnetur, garriat, epuletur, operiatur veste cultiori quàm constitutiones patiuntur, non propterea grauiter peccat. Peccat tamen grauiter Prælatus id permittens. Sic enim sensim soluitur constitutio religiosa & totus ordo patitur grauem ignominiam. Idem dico de Episcopis, qui tenentur Clericos tenere in officio, ne leuiter se gerant. Magistratus item tenentur leuia peccata castigare, vt furta leuia & similia.

5. Attamen cum Castro Palao *tom. 1. tract. 6. disput. 3. punct. 3. nu. 7.* Ex sola dissimulatione cum aliquo horum defectuum, si occulti, sint, non existimo Prælatum peccaturum grauiter, cùm ex illis, vtpote occultis non detur aliis occasio ruinæ, neque ob illos disciplina religiosa labefactetur, neque ipse religiosus in periculo proximo sit cadendi à statu religioso, vt suppono. Colligitur ex Bonac. *disput. 3. quæst. 4. punct. 7.* asserente peccata venialia non esse corrigenda sub obligatione, nisi fortè talia sint, vt proximè disponant ad mortalia, aut magnum aliis afferant detrimentum. Et Suar. *disput. 8. sect. 2. num. 6. circa finem.* Tunc maximè (inquit) poterit esse obligatio in Prælato sub mortali corrigendi venialia, quando defectus sint generales communitatis, quòd si in communitatem non redundant, neque ex illis salus proximi in discrimine vertitur, non agnosco ex quo capite obligatio corrigendi sub mortali possit oriri. Idem colligitur ex Torres, *disput. 86. dub. 2. fine.* vbi postquam dixit superiores religionum obligari sub mortali ad reprehendendas consuetudines aliquas contrarias religioni subditorum. Idem dicerem ego de obligatione Prælati ad reprehendendum aliquem fraterna correctione propter aliquod genus peccati venialis nociuum religioni, verb. grat. propter impudica aliqua verba, aut consuetudinem iurandi, aut simile quid, quod religiosum maximè dedecet. Ecce qua ratione ex omnibus iis auctoribus constat Prælatum non esse sub mortali obligatum corrigere defectus veniales, nisi tales sint, qui religioni ob malum exemplum noceant. Vide etiam Trullench *in Decalogum tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 14. num. 5.*

6. Et tandem pro præsenti difficultate in fauorem magistratuum secularium adducam verba Dominici Bannez *in 2. 2. quæst. 33. art. 2. dub. 2.* vbi sic ait. Ex hoc videtur sequi quòd saltem erit veniale peccatum, non corrigere proximum de veniali. Hanc consequentiam concedit Soto, *vbi suprà* de peccatis venialibus, quæ sunt proximo in consuetudine. Nam de aliis venialibus quæ ex fragilitate committuntur, non tenetur homo corripere fratrem sub peccato veniali: imò addit, quòd Prælati, & Gubernatores Reipublicæ tenentur tales defectus, qui sunt venialia peccata grauiora & consueta, expellere à republica sub peccato mortali, si possunt. Hoc tamen videtur mihi nimis durum obligare temporales gubernatores ad tantam perfectionem, nisi fortè sint peccata perturbantia pacem reipublicæ, vel abusus qui rempublicam damnificare possint. Et tales solent esse pragmaticæ circa curiositatem vel pretiositatem vestium, quamuis huiusmodi

iusmodi abusus in singulis non sit nisi veniale peccatum. Cæterùm Prælati Religionum, qui sunt custodes cætemoniarum religionis, tenentur contrarias consuetudiues reprehendere, & abolere, si possint. Quoniam ex huiusmodi consuetudinibus status religionis perturbatur, cùm tamen debeat esse commodus ad perfectionem acquirendam. Hucusque Bannez, cui ego libentissimè adhæreo.

RESOL. XXII.

An Magistratus, & Prælati teneantur ad correctionem subditorum non solum lege charitatis, sed etiam iustitia?

Et hac circumstantia, quod Prælatus, vel Magistratus negligant supradictam correctionem, an mutet speciem, vel tantum in eandem speciem notabiliter aggrauet, ita vt supradicti teneantur in confessione aperire munus suum Sacerdoti illud ignoranti?

Et an Magistratus, & Prælati in tali casu teneantur ad restitutionem tam stipendij illi parti correspondentis, quam damni inde sequuti? Ex p.5. tract.14. & Misc.2. Res. 95.

§. 1. Affirmatiuam sententiam præter alios docet Conink *de charitate, disputat.* 128. *num.*70. & Hurtadus de Mendoza *in* 2. 2. *tom.* 2. *disputat.* 162. *sect.* 4. §. 40. quia Magistratus sæculares pecuniam accipiunt pro exercendo munere; Prælati verò stipendium, iurisdictionem, & alia commoda temporalia. Hinc infert Hurtadus teneri Prælatos, & Magistratus aperire in confessione munus suum Sacerdoti illud ignoranti, quando in correctione peccarunt. Secundò infert Magistratus & Prælatos in tali casu teneri ad restitutionem tam stipendij illi parti muneris respondentis, quàm damni inde sequuti, quia ipsi fuerunt moraliter causa illius damni, quia Reipublicæ debebant eas actiones quibus malum erat auertendum, & quemadmodum qui iniustè retinet meas pecunias, tenetur de damno emergente; ita qui iniustè retinet eas actiones, tenetur de damno emergente ex ea retentione, quo differunt Magistratus à priuatis. Hi enim non tenentur ex iustitia, & quamuis tenerentur, esset ex conceptu communi ipsius obiecti iustitiæ, non tamen ratione dati & accepti: omne autem malum ortum ex iniusta retentione accepti, tenetur resarcire, qui iniustè retinuit. Ita Hurtadus *vbi suprà*.

2. Non desinam tamen hìc adnotare Petrum Lorca *in* 2.2. *quæstion.* 33. *articul.* 5. *sect.* 3. *disputat.* 42. *num.* 4 contrariam sententiam docere, vbi sic ait. Quæritur an obligatio Prælatorum circa correctionem, quæ ex officio oritur, sit solius charitatis, an verò iustitiæ? Caiet. *in comment. artic.* 2. subtiliter & metaphysicè conatur reuocare ad iustitiam. Sed cùm actus ipse non sit iustitiæ (correctio enim fraterna, quia talis est, à quocumque fiat, non est actus iustitiæ, sed charitatis) non video quomodo ad iustitiam reuocari possit. Nam Prælatus debito sui muneris non solùm tenetur exhibere subditis iustitiam, sed etiam charitatem. Ex quo sequitur circumstantiam hanc, quòd Prælatus sit, qui corripere negligit, non mutare speciem, videtur autem intra eandem speciem notabiliter aggrauare. Sic Lorca, quod idem docet de Magistratibus sæcularibus. Prima opinio est probabilior: secunda est probabilis. Vide me ipsum *p.* 1. *tract.* 7. *resol.* 57.

Quæ hic est in tom. 1. tr. 7. Res. 1. & hic infra in Res. seq. §. Sed ego. ad medium.

RESOL. XXIII.

An Prælati, & Magistratus teneantur corrigere peccata mortalia ex iustitia?

Ex quo infertur, quod in confessione Prælatus, qui neglexit salutem proximi, debet se accusare in specie, si fuit illi subditus, nisi aliunde Confessarius id agnoscat.

Et idem dicendum est de Patribus, Tutoribus, Dominis respectu mancipij, non tamen famuli ob salarium seruientis, nisi sit domesticus, & contubernalis. Ex p.7. tr.3. Res.9.

§. 1. Ad hoc dubium variis assertionibus respondet Hurtadus de Mendoza *de fide vol.* 2. *disp.* 161. *sect.* 4. §. 39. *& seq.* vbi sic ait: Dico Primò; qui non accipiunt publicum salarium pro suo officio; non tenentur ex iustitia; quia hæc virtus obligat ratione dati, & accepti. Sup. hoc in Res. præterita.

2. Dico secundò Magistratus & Prælatus, & omnes qui publicum stipendium, aut quasi stipendium accipiunt, tenentur ex iustitia; ita vt non solùm non faciendo correctionem peccent contra charitatem; sed etiam contra aliam virtutem specie distinctam. In hac conueniunt omnes ferè Doctores, quod attinet ad iustitiam: ita colligitur ex S. Augustino *tom.* 5. *lib.* 1. *de ciuitate, cap.* 9. vbi asserit *non esse parem obligationem ad corrigendum errantes priuatis, atque Prælatis.* Ludouicus Viues in commentario id explicat: *quia priuati tenentur præcepto solius charitatis: Prælati verò iustitiæ*, ac reprehendit, nonnullos peritos Iuris, quod censuerint hoc præceptum spectare ad soles Prælatos, quia non agnoscunt obligationem enalci, nisi ex iustitia. At Viues, rectè probat obligationem interim oriri à charitate. Bannez, *quæst.* 33. *artic.* 3. *dub.* 1. *conclus.* 2. Arag. *versu, Secundò est aduertendum*, P. Valent. *disput.* 3. *quæstion.* 10. *punct.* 3. *versu, porrò hanc cum Domin. Soto*, P. Suarez *disput.* 8. *sect.* 4. *numer.* 4. & 5. asserit obligationem iustitiæ esse per se notam, P. Lessius, *disput.* 87. *dub.* 1. licèt enim censeat non esse hanc propriam iustitiam, admittit tamen eam esse Iustitiam præstatiuam ratione officij, & peccatum esse in diuersa specie, P. Ægidius *disput.* 24. *num.* 70. estque doctrina certa, & communis, quam contra Lorcam probaui: quia Magistratus sæculares pecuniam accipiunt pro exercendo munere: Prælati verò stipendium, iurisdictionem, & alia commoda temporalia.

3. Dico tertiò: Confessarij, qui non accipiunt publicum stipendium, non peccant contra Iustitiam: quia non est inter illos, & pœnitentes datum & acceptum pro correctione: at si in confessione eam omittant, quæ necessaria censetur prudenter; peccant contra religionem eos obligantem ad Sacramenta digne administranda.

4. Dico quartò Concionatores, & alij, qui nec stipendium publicum accipiunt, nec administrant Sacramenta, non obligantur nisi ex charitate ad correctionem fraternam, nec peccant contra duas virtutes: quia nec iustitia, neque religio, nec fidelitas imponunt obligationem.

5. Hinc infertur teneri Prælatos, & Magistratus aperire in Confessione munus suum sacerdoti illud ignoranti, quando in correctione peccarunt. Sup. hoc infra in §. sed ego. huius Res. ad medium, vers. Hinc. & in aliis eius not.

6. Non deseram tamen hìc adnotare, quod Lorca *in* 2.2. *D. Thomæ, quæstion.* 33. *artic.* 5. *sect.* 3 *disput.* 42. *num.* 4. docet obligationem Prælatorum quoad correctionem nõ procedere ex debito Iustitiæ; sic enim asserit. Quæritur, An hæc maior obligatio Præla

Prælatorũ,quæ ex officio oritur,sit solius charitatis,an verò iustitiæ. Caietanus *in Commentar.artic.* 2. subtiliter, & metaphysicè conatur reuocare ad Iustitiam. Sed cum actus ipse non sit iustitiæ (correctio enim fraterna, qua talis est, à quocumque fit, non est actus iustitiæ, sed charitatis) non video, quomodò ad iustitiam reuocari possit; nam Prælatus debito sui muneris non solùm tenetur exhibere subditis iustitiam, sed etiam charitatem.

7. Ex quo sequitur circumstantiam hanc, quòd Prælatus sit, qui corrigere negligit, non mutare speciem. Videtur autem intra eandem speciem notabiliter aggrauare.

8. Sed quæres, An id intelligendum sit de solis Prælatis Ecclesiæ, vel etiam de secularibus? Respondetur, ad seculares etiam extendi suo modo pro ratione sui officij: nempe cùm Prælati seculares temporaliter præsint, & solùm respiciant bonum politicum, & ciuile Reipublicæ, non tenentur omnia peccata corrigere, sed ea solùm, quæ paci & tranquillitati Reipublicæ,& bono ordini politico aduersantur. Hæc Lorca.

9. Sed ego sententiæ Hurtadi adhæreo, quam præter illum tuentur Caietanus *in* 2. 2. *quæst.* 33. *art.* 2. *dub.* 4. Coninch *disp.* 28. *dub.* 5. *nu.* 68. & alij, *vbi infrà.* Suppono enim Prælatum ratione officij sui, non solùm esse subditorum suorum Superiorem, acquirendo in eos aliquam iurisdictionem, sed etiam constitui eorum spiritualem patrem. Hinc ratione prioris acquirit quoddam ius eos gubernandi, iisque quædam imperandi; & vicissim hi acquirunt in eum ius vt ipse primò bonum commune, deinde etiam cuiusque in particulari pro ratione sui officij procuret. Ad hoc enim eiusmodi officia sunt instituta, & cum hac conditione conferuntur, & acceptantur; atque ita mutua hæc obligatio inter Superiorem, & cõmunitatem nascitur ex quodam quasi tacito contractu, atque ita est obligatio iustitiæ. Ratione verò secundi acquirit nouam quamdam coniunctionem & quasi specialem cognationem cum suis subditis:ex quo fit vt ex virtute charitatis obligetur longè strictiùs & appretiatiuè magis eos diligere, & eorum bonum procurare, quam aliàs obligaretur, vt communiter omnes fatentur. Ergo,&c.vnde Trull. *in Decalogum tom.*1. *lib.*1. *cap.* 5. *dub.*15. *num.* 1. sic ait. Prælati strictiùs,tum ex Charitate tum ex institia, ratione officij obligantur, & hoc ratione officij, ratione cuius tenentur consulere bono priuato subditorum: vnde grauissimæ comminationes illis fiunt in sacra Scriptura. Ezech. 33.& 34. *Quod infirmum fuit non consolidastis,quod ægrotum non sanastis.* Hinc est, vt in confessione Prælatus, qui neglexit salutem proximi sui, debet se accusare in specie si fuit ille subditus,nisi aliunde Confessarius id agnoscat: vnde non satisfacit si tantùm dicat, se omisisse correptionem, sed tenetur dicere, se esse Prælatum. Ita ille, cui adde Filliucium *tom.*2.*tract.* 28. *cap.*5. *num.* 127. Castrum Palaum *tom.*1.*tract.*6. *disp.*3. *punct.*7. *num.*8. Suarez *de Char.disp.* 8. *sect.*4. *num.*5. Torres *in* 2.2. *tom.*1. *disp.*87.*dub.*1.Valentiam *tom.*3.*disp* 3.*q.*10.*puncto* 3. & Ioannes Sanchez *in select.disp.*6. *num.*9. idem dicendum existimabat in Patre, Tutore, & Domino respectu mancipij, non tamen famuli ob salarium seruientis, quia mancipium est sub dominio Domini, & ad eius curam pertinet actiones mancipij dirigere, non tamen famuli. Sed Trullench *vbi suprà* putat, quod si famulus sit domesticus, contubernalis, idem dicendum esse ac de mancipio; at Sancio videtur adhærere Palaus *loco citato*, vbi etiam sic addit, Quod verò dicit Villalobos debere dominum à suo seruitio famulum expellere, si videat domi occasionem habere peccandi, laudo si faciat, obligationem tamen non agnosco, præcipuè si domino vtilis sit famulus, quia non tenetur occasionem peccatorum cum suo damno remouere, & fortè expulsus libertiùs peccabit. Ita Palaus, & ante illum Aragonius *in* 2.2.*quæst.* 33.*art.*3. *ad finem.*

Sup. hoc in fine Ref. præteritæ, & in tom. 1. tr. 7. Ref. 71.

Sup. his in Ref. 2. not. præteritæ, in fine & in alio §. eius not. & pro Patre & Domino in Ref. not. seq. & in alia eius primæ not.

Et pro cõtẽto in hoc versic. Quod vero huius §. infra in fine Ref.32.

10. Ex his omnibus autem infert Duuallius *in* 2.2. *D.Thomæ, tract. de Charit. quæst.*9. *artic.* 4. quod si damnum aliquod ex omissione correctionis in Prælatis oriatur, eos ad illius reparationem teneri, vt si Prælatus patrem aliquem corrigere neglexerit, & propter hanc negligentiam filij eius perditè, non minus quàm pater viuant, tenetur Prælatus filiis ipsis, etiamsi Diœcesim, aut Parochiam reliquerint, & ad aliam migrarint, prouidere, eosque monere, & corrigere. Item, si furtum aliquod commissum fuerit, defectu huius correctionis in Prælato, si probabiliter, & moraliter constet correctionem illius impedituram fuisse huiusmodi furtum, ad eius damni restitutionem tenetur: hoc tamen est de rarò, aut fortè nunquam contingentibus nihilominus si contingeret, cùm obligatio, quæ ex officio nascitur ad iustitiam pertineat, ad eam quoque pertinebunt omnia damna, quæ ex omissione huius obligationis consequuntur. Dices correctionem fraternam ex se, actum esse charitatis, & non iustitiæ, à quocunque fiat, siue à Prælato, siue ab alio. Respondeo, vnum eundémque actum, ratione diuersarum conditionum posse esse diuersarum virtutum,vt satis constat in actibus fidei, qui & ad fidem prout est virtus Theologica, ad religionem, quæ est virtus moralis,& etiam ad charitatem,qua erga Deum ferimur, pertinent: cùm ergo correctio fraterna incumbat Prælatis, vt sui officij, & non tantum vi charitatis, qua omnes homines, tantum fratres diligere, eisque tam spiritualiter, quàm corporaliter prouidere tenentur; ideò ad iustitiam, respectu Prælatorum pertinet: & in hac sententia est Caietanus *in articul.* 3. *quæstion.* 33. Ex hoc etiam sequitur omissionem correctionis fraternæ, in Prælato, mutare speciem, id est de peccato, quod solùm in Laico, aut simplici Sacerdote pugnat contra charitatem, transire in aliud peccatum, quod contra iustitiam militat; nec enim tantùm est circumstantia quædam aggrauans, vt aliqui putant, sed est noua quædam species peccati, vt ex dictis patet. Hucusque Duuallius,omnia supradicta confirmans.

RESOL. XXIV.

An Prælati, & Magistratus debeant inquirere, & explorare vitam subditorum ad fraternaliter eos corrigendos?

Et an ista obligatio oriatur principaliter ex præcepto correctionis fraternæ, an ex officio Prælati, Patris, & Magistratus?

Et an Prælati, & Magistratus teneantur exploratores designare, à quibus edoceantur, quæ sint apud suos crimina?

Et an nullus priuatus possit aliorum facta inquirere? Ex part. septima tractat. tertio, Resolut. 10.

§. 1. Doctissimus Bannez *in* 2.2.*q.*33.*art.*3. *dub.* 2. *concl.*3. sic respondet ad hoc dubium. Prælatus in quantum Pater est spiritualis, potest, imo, & in quantum Prælatus est, tenetur aliquando inquirere vitam filiorum, & subditorum ad corrigendum illos propter bonum ipsorum ex præcepto correctionis fraternæ, quatenus coniungitur cum Officio paterno, imo & cum officio Prælati. Ratio huius est:

Sup. hoc in Ref. seq. & supra in Ref. 14. §.1. cursim in fine.

est: Quia præceptum correctionis fraternæ obligat vnumquemque facere hanc eleemosynam spiritualem secundum possibilitatem diuitiarum spiritualium, quas quisque possidet, quibus conuenienter, & prudenter potest succurrere spirituali miseriæ proximi: Sicut præceptum de eleemosyna corporali in multis casibus magis obligat ditiorem, quàm minus diuitem: ergo cùm Prælatus in eo quod Prælatus est, & Pater est, sit frater diues, & potentior ad commodè exercendum correctionem fraternam, tenebitur in multis casibus illam exercere, vtendo in quibus licet vti auctoritate Patris, & Prælati, vt commodius & efficacius fiat huiusmodi correctio. Neque multum solicitus sum, an ista obligatio oriatur principalius ex præcepto correctionis fraternæ, an ex officio Prælati, & Patris, siue ex vtroque capite. Vtrumque enim præceptum potest esse alterius determinatio, quando nulla circunstantia interuenit, quæ sit contra rectam rationem, sed vtrumque præceptum adimplendo vtitur iure suo, & alterius adimpletionem ordinat prudenter, vt alterum præceptum melius adimpleatur. Hinc ergo explicatur, & probatur conclusio, Patri, & Iudici licitum est inquirere de vita filiorum, & subditorum per media specialia, quæ recta ratio prudentiæ dictat, de quibus postea dicemus; ergo cùm huiusmodi media fuerint conuenientia ad correctionem fraternam, tenebitur Prælatus illa media adhibere, quia vtitur iure suo: at verò si alius adhiberet illa media ad corrigendum fratrem, peccaret vsurpando officium alienum, & iniuriam faciendo proximo, quem parat corrigere, ergo. Et de huiusmodi verificatur, quod Augustinus dicit, vbi supra: Nam profectò ex hoc maximè perturbaretur pax communitatis, si singuli eam diligentiam adhiberent, quam Prælati, & Patres adhibere possunt in exquirenda vita eorum, qui suæ curæ specialiter commissi sunt: maximè enim est odiosum, vt homines indiscreto zelo correctionis fraternæ singulas ciuitatis domos explorent, vt sciant quis ingrediatur, quis egreditur eo pretextu, vt correctionem fraternam exerceant, aut certè vt Prælatis denuncient, & fiscalibus, vt vitia Reipublicæ cohibeantur, & emendentur. Cùm igitur qui hæc exercent, illicitis mediis vtantur, credendi sunt ambitionis causa & gratia Episcopis assentandi potius, quàm zelo salutis animarum, & diuini honoris ad huiusmodi opera exercenda excitari. Hacusque Bannez ornamentum Dominicanæ familiæ.

Sup. hoc in Res. seq. § Sed licet. & supra in Res. 14. alia. 5.

2. Non desinam hîc apponere verba Hurtadi de Mendoza *in 2. 2. volum. 2. disput. 162. sect. 5. §. 45.* vbi sic asserit: Prælati, & Magistratus tenentur exploratores designare homines frugi, & veritatis studiosos, à quibus edoceantur, quæ sint apud suos crimina, quia ipsi non possunt oculatè interesse toti vrbi, aut communitati. Nec passim omnes angulos lustrare oculis, vnde oportet vt ab aliis moneantur, quod agatur, vt ipsi sibi subiectæ communitati prouideant. Hoc ab eis præcepto extorqueri, docet Pater Ægidius *disp. 28. num. 67.* & communi consensu probatur: quia ipsi ex iustitia tenentur ad diligentiam adhibendam, quæ sit moraliter necessaria ad rectam muneris administrationem: sed sine his exploratoribus, non potest munus rectè administrari, ergo. Probatur, quia non potest munus administrari, in cognitione status, rerum & communitatis, hæc autem non possunt omnia videri à Prælato: ergo indiget aliorum oculis ac lingua, alioquin ob ignorantiam, crimina essent impunita. Vt ergo Pastor canes alit, quorum latratu excitetur ad abigendum lupum, ita Præfectus suos habeat delatores, ne quid impune in leges committatur.

3. His omnes Præfectos monitos velim, qua ratione se gerant cum his exploratoribus, solent enim multi se efficere spontaneos accusatores, qui aliorum criminibus implent Præfectorum aures, & obturant gossipio, ne ipsorum crimina audiant, & specie zeli, seu amoris boni communis sua sequuntur deprauata studia inimicis delatis, laudatis amicis, & seipsis aliorum accusatione commendatis, qui si verorum criminum accusantur ab aliquo, persuadent Præfecto de ipsis imponi falsò ab inuidis gratiæ apud ipsum: & stimulatis accusationum dolore. Quorum occulta caliditate præoccupatus Præfectus, omnia turbat, nullus ergò spontaneus accusator est admittendus: hic enim malo genio & rabido fertur in conciues, illorum vel leuissimas culpas rimatus per cancellos, & exaggerationibus efferens. Nullus priuatus potest in aliorum facta inquirere: cur ergo vllus hoc præcepto violato sui oblitus memor vicinorum admittatur ad alios accusandos: si quando crimen accidat emendatione dignum, nec adsit à quo Præfectus moneatur. Id deferri cum honestate potest, & spontè, vel leuissimas culpas ad Præfectum deferre, animi est minimè sinceri: alioquin autem accusatio sincerissimis est committenda, qui de suo nihil addant, nisi culparum excusationem, & leuamen; qua de re Sanctus Gregorius *Epistola 52. lib. 2. registri*, de quodam spontaneo delatore hæc scripsit Ioanni Constantinopolitano: *Ego beatissimo viro domino Ioanni scripseram, sed credo, quòd mihi familiaris vester ille iuuenculus rescripsit, qui adhuc de Deo nihil didicit, qui viscera charitatis nescit, qui in scelestis rebus ab omnibus accusatur, qui insidiari quotidie diuersorum mortibus dicitur, per occulta testamenta, nec dominum metuens, nec homines erubescens. Mihi crede frater sanctissime, si zelum charitatis perfectè habes, ipsum prius corrige, vt ex his qui vobis vicini sunt, & ij qui vicini non sunt, exemplo melius emendentur. Illius linguam noli recipere, ille ad consilium vestra sanctitatis debet dirigi, non autem sanctitas vestra, ad verba illius inflecti, qui enim illum audit, scio, quia pacem cum suis fratribus habere non poterit.* Hæc sanctus Gregorius, quæ singuli Præfecti sibi arbitrentur scripta. Hi enim insufflatores incendij, pacis hostes simul, & ipsorum Præfectorum, cum ergo ad Præfectum spectet, omnes emendare, ab iis incipiat, eos monens vt sibi consulant, alios obliuiscantur: eorumque bona exempla sibi proponant ad imitandum. Errata non scrutentur, & ostendant Præfecti, sibi esse cordi prouidere delatores inuitos quo sola authoritate maiorum compelli possint, ad aliorum prauè facta notanda, considerent tandem verba Gregoriana *pacem cum suis fratribus habere non poterit.*

4. Habent ergo Præfecti ius ad disquirenda suorum probè, & improbè facta in quo primum obseruent, se in commune posse inquirere: vtrum leges seruentur? Et ne aliquis illarum violator? Deinde singillatim de hac lege, de illa, & singulis aliis. Secundò possunt singillatim disquirere, qua ratione Petrus leges obseruet? Quam vitam traducat Ioannes? sic singulos potest percurrere: quia hæc interrogatio non lædit alicuius honorem, nec famam. Est enim generalis, nec innititur malæ opinioni, nec suspicioni de subiecto de quo est; sed ostendit curam, & sollicitudinem Præfecti. Tertiò, eis non licere recogitare de Petro in singulari, nec curiosè agere nisi ille speciale dederit signum alicuius legis violatæ: quia frequens interrogatio denigrat famam eius de quo est: quia suspicionem parit violatæ legis, quam sine subditi culpa nullus potest in vicinorum mentes inicere. Quæ verò ratio sit in

disquisi

disquisitione, & quæstionibus, ineundis non est huius instituti. Et hæc omnia docet P. Hurtado *loco citato*; quæ à Prælatis perpetuò menti tenenda esse existimo. Vide etiam circa præsentem quæstionem Trullench *in Decalogum tom. 1 lib. 1. cap. 5. dub. 14. num. 1.* Franciscum del Castillo *in 3. sent. tom. 2. disp. 6. de Correctione quæst. 5. num.* 8. & Gaspar. Hurtado *disp. 6. de Correctione difficul. 9.* & Malderum *in 2. 2. quæst. 33. art. 3.* qui optimè inuehitur in Caietanum asserentem Prælatos non teneri ad inquirendam vitam subditorum.

RESOL. XXV.

An Prælatus Regularis, vel alius Superior possit inquirere peccata occulta subditorum, vt illa corrigat fraternè; & quid de subditis?

Et ex doctrina huius quæstionis infertur, an sit licitum in confessione interrogare de complice, vt corrigatur. Ex p. 3. tr. 2. Res. 42.

Sup. hoc in Res. præterita & supra ex doctrina 14. §. 1. cursim in fine.

§. 1. AD primum respondeo affirmatiuè cum D. Thoma *in 2. 2. quæst. 33. art. 2. ad 4.* & aliis *vbi infrà*, asserentibus Prælatos aliosque Superiores teneri non solum corrigere peccata, quæ casu vident à subditis fieri, aut ab illis facta cognoscunt, sed etiam inquirere in vitam subditorum, vt videant si quæ in iis fortè corrigenda sint. Nisi enim hoc facerent, subditi faciliter impune peccarent, cum facilè ipsis esset cauere, ne in conspectu Prælati peccarent, & faciliter sibi persuaderent alios per se sine superioris inquisitione ipsos non delaturos, atque ita cum maximo boni communis (quod Superiores tenentur conseruare) detrimento omnia scaterent peccatis, & vigor disciplinæ omnino dissolueretur.

2. Verum quamuis hæc sit obligatio Prælatorum, tamen, vt optimè obseruat Petrus Lorca *in 2. 2. D. Thom. quæst. 33. art. 6. disp. 45. sect. 3. n. 11.* prudentiæ moderamine temperanda est, ne sit nimia sollicitudo, & intempestiua inquisitio. Vnde prouenit, vt Prælatus ipse, tanquam inquietus, & suspiciosus odiò habeatur, & detractores foueat; excessus enim solicitudinis in hac parte non solum inutilis, sed molestus, & odibilis subditis esse solet; quare prudenter D. Benedictus *in regula, c. 62. de Abbate*, inquit. Non sit turbulentus, & anxius, non sit nimius, non sit zelotypus, nimis suspiciosus &c. Ita Lorca *vbi supra*, & alij.

Sup. hoc in Res. 1. not. præteritæ §. 1. inter medium & finem, vers. at vero si. & in Res. 2. §. 1 à lin. 5.

3. Sed licet, vt dictum est, Superior Religionis possit, & teneatur inquirere peccata subditorum, tamen illicitum erit subdito inquirere vitam fratrum, vt illos fraternè corrigat. Nam, vt patet ex D. Augustino *serm. 16. de verb. Domini*, quem affert & sequitur D. Thomas *in 2. 2. q. 33. art. 7. ad 5.* non sunt quærenda peccata, vt ipsa corrigantur. Admonet nos Dominus, ait Augustinus, non negligere inuicem peccata nostra, non quærendo quid reprehendas, sed videndo quid corrigas. Et ideo Lorca *vbi suprà num. 10.* sic asserit. Non solùm non tenemur quærere peccatores, & peccata, quæ corripiamus, sed talis inquisitio vitiosa est, & reprehensibilis, quia generat scandala, & occasionem præbet odiis, & dissentionibus: nam homines molestè ferunt, facta sua scrutari ab aliis, & natura sua inquisitio hæc iniuriam infert proximis, aduersatur enim honori, & bonæ existimationi, quam de se haberi omnes cupiunt, quare numquam ex charitate, sed ex ambitione, & sollicitudine vana, & inepta oritur. Sic Lorca, quem sequitur Ioseph. à Sancta Maria *in Tribunali Religiosorum tr. 1. c. 10. §. 3.* vbi sic ait. [Nota que los subditos, y personas priuadas en ninguna manera tienen obligacion à inquirir pecados agenos para corregirlos antes la tienen para no hazerlo, y à no ser esploradores de vidas agenas. Esta doctrina quisiera yo, que tuuiessen muy en la memoria, y que la diessen assiento en la voluntad los subditos quien Dios ha librado del cargo de almas agenas, y de la obligacion de dar quenta mas que de la suia, para que no se inquietassen à si à las communidades donde moran, dando occasion à discordias, y pesadumbres con su demasiado cuydado en inquirir, y procurar saber las faltas de los proximos, y hermanos.] Sic ille. Et ideò hanc sententiam docent communiter Doctores: vt Coninch *de Actibus supernat. d. 28. dub. 5. n. 71.* Ledesma *in sum. tom. 2. tr. 4. c. 4. concl. 11.* Miranda *de ordine iudiciario tom. 1. quæst. 9. art. 5. concl. 3.* Malderus *in 2. 2. q. 33. art. 3. assert. 3.* Reginaldus *tom. 1. lib. 4. c. 25. n. 336.* Tannerus *in 2. 2. disp. 2. q. 5. dub. 4. n. 79.* Villalobos *in sum. tom. 2. tr. 4. diffic. 6. num. 3.* Bannez *in 2. 2. q. 33. art. 3. dub. 3.* Petrus Fay *de pœnit. in addit. ad 3. part. quæst. 11. art. 1. disput. vnica, ad vlt. argum.* Spatarius *in Practica criminali canonica, tract. 4. c. 2. n. 1.* Turrianus *in 2. 2. tom. 1. disp. 89. dub. 5.* Layman *in Theol. mor. lib. 2. tract. 3. cap. 7. num. 2.* & alij. Non potest non aliquis inquirere peccata aliena, vt corrigantur; ex quo principio damnatur opinio asserentium, licitum esse in confessione interrogare de complice, vt corrigatur: nam si non licet inquirere peccata aliena extra confessionem, quanto minus in confessione; Sed hæc opinio, vt alibi probauimus est perniciosa, & sacramenti Pœnitentiæ destructiua.

Alibi in tom. 1. tr. 8. Res. 47. & alijs eius not.

RESOL. XXVI.

An subditi teneantur suos Superiores corrigere?

Et quid, si peccata sint publica, & scandalosa, an tunc argui debeant, etiamsi nulla speretur emendatio. Ex. p. 7. tr. 3. Res. 15.

§. 1. REspondeo affirmatiuè, vt patet ex *cap. sicut 2. quæst. 7.* ibi: *sicut laudabile, & discretum est reuerentiam, & honorem exhibere maioribus, ita rectitudinis, & Dei timoris est si qua in eis sunt, quæ indigent correctione nulla dissimulatione postponere; cùm & proximi sint, & arctiùs teneamur eos diligere.* Aduertendum tamen est hanc correctionem faciendam esse cum magna prudentia, & humilitate, & potius obsecrando, quam increpando; alias nullius effectus erit. Itemque secretò, & non publicè; ex decreto Innocentij III. ex *cap. cùm ex iniuncto, de hæret.* & facit ad id *cap. sententia, cap. qualis 2. quæst. 7.* Quod intelligi debet, nisi peccata sint scandalosa, & publica, tunc enim publicè argui debent, etiamsi nulla speretur emendatio. Deinde captari debent tempora, quibus creduntur magis esse dispositi: & generaliter in hac correctione summa prudentia opus est. Et ita docet Caspensis *in cursu Theol. tomo 2. tract. 17. disp. 6. sect. 1. num. 6.* Filliucius *tomo 2. tract. 28. cap. 5. num. 125.* Reginaldus *tomo 1. lib. 4. cap. 25. num. 330.* Franciscus del Castillo *in 3. sentent. tomo 2. disp. 6. de Correct. quæst. 6. num. 8.* Malderus *in 2. 2. quæst. 33. art. 4.* Valentia *tomo 3. disp. 3. quæst. 10. puncto 4.* Bannez & Caietanus *in 2. 2. quæst. 33. art. 4.* Trullench *in Decal. tomo 1. lib. 1. cap. 5. dub. 14. n. 3.* Filliucius *tomo. 2. tract. 18. cap. 5. num. 125. & 126.* & Villalobos *in summa. tomo 2. tract. 4. diffic. 7. num. 4.* vbi obseruat, quòd [En estas correciones es menester gran prudencia, y no las han de hazer todos, sino vn predicador prudente; y vna persona

anciana, y quando e pecado non es publico, ha se de mirar mucho por el honor del Prelado, y su authoridad; como se colige de vn texto.] Coninch de Charitate, *disp.* 28. *dub.* 4. *num.* 52. & alij.

2. Vnde non deseram hic apponere verba Petri de Lorca *in* 2. 2. *disput.* 43. *num.* 4. vbi sic ait. Sequitur secundò inferiores teneri ad correptionem Prælatorum, quando causa postulet. Quod docent Patres Augustinus in regul. *Non solùm vestri, sed & Prælati miseremini?* &c. & Epistola 19. *Petrus maioribus exemplum præbuit, vt sicubi rectum tramitem reliquissent, non dedignarentur à posterioribus corripi.* Et Gregorius Epist. ad Nicacium, & habetur 2. quæst. 7. cap. *sicut*, inquit, *laudabile, discretúmque est reuerentiam, & honorem exhibere maioribus; ita rectitudinis, & Dei timoris est, si qua in eis sunt, quæ indigent Correctione, nulla dissimulatione postponere.* Hæc ergo est differentia inter correctionem fraternam, & iudicialem; quòd iudicialis, quæ iurisdictionem exigit, non licet subditis; fraterna autem, quæ ex charitate oritur, licet. Prælati verò eo quòd Patres sunt, non idcò non sunt fratres in Christo, & Patres comprehenduntur *Matth.* 18. nomine fratris.

3. Sed admonent Doctores, tria seruanda esse subditis in correctione Prælatorum, vt debite fiat. Primum, vt non quilibet temere hanc correctionem vsurpet; indignum enim esset, si homines viles conditione, vel moribus Prælatos & Principes corrigere per seipsos tentarent. Satisfaciunt tales suo muneri si personas digniores, & proximores Prælatis admonuerint, vt eos corrigant.

4. Secundum est, Prælatus corrigatur cum magna reuerentia, & humilitate, iuxta illud 1. ad Timot. 5. *Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt Patrem.* Lege quæ in corpore, & in argumentis dicit Sanctus Thomas.

5. Tertium est, vt numquam publicè corrigantur, ex Decreto Innocentij III. *cap. cùm ex iniuncto, de hæreticis*, Cùm aliud sit fratrem peccantem occultè corripere, aliud Patrem suum delinquentem reprehendere manifestè; quod vtique nulli licet secundum Euangelicam veritatem, Qui autem publicè Prælatorum vitia reprehendunt, scandala generant, & subditis occasionem despiciendi tribuunt. In quos solet retorqueri maledictio Cam, qui patris verenda ostentui obiecit, vt dicunt Clemens Papa, & Anacletus *in cap. Sententia, & cap. Qualis.* 2. *quæst.* 7. Quod intelligendum est tam de Prælatis, quàm de quibuscumque aliis, qui ad doctrinam, & exemplum sunt constituti. Est tamen limitandum, nisi peccata Prælatorum fuerint scandalosa, publica; tunc enim ne noceant subditis publicè arguenda sunt, etiamsi nulla speretur emendatio Prælatorum. Hucusque Lorca, quæ omnia à nobis superiùs dicta confirmant.

RESOL. XXVII.

An Concionatores teneantur corrigere publica peccata, quamuis non multum fidant de emendatione.

Et an teneantur, vel sit eis licitum publice Principem, Prælatum, Superiores Ecclesiasticos, & Religiosos, reprehendere. Ex p. 7. tr. 3. Res. 13.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam tenet Hurtadus de Mendoza *in* 2. 2. *volum.* 2. *disp.* 162. *sect.* 7. §. 58. Tum exemplo Isaiæ, & aliorum Prophetarum, qui locuti sunt verbum Dei hominibus rebellibus, & obduratis corde, quorum futuram pertinaciam agnouerant ex reuelante Deo contestante, Prophetas non audiendos, auditores autem in peccato morituros. Præcipuum exemplum est Christus Dominus ipse, qui rectè nouerat induratam Pharisæorum malitiam, quos apertè ad pœnitentiam hortatur. Mihi autem valde credibile est, Baptistam cognouisse Herodianam pertinaciam: quem tamen publicè arguit incestuosi adulterij. Ratio est, quia licèt hic, aut ille non resipiscat, at cæteri tenentur in officio, & multi concipiunt animo timorem Dei, & quamuis reuelaretur concionatori nullum omnino iri conuersum, tamen tenetur publico suo muneri publicè satisfacere, & agere partes Dei. Qui vt vocat peccatores conscius illorum pertinaciæ futuræ, quia sic expedit suæ prouidenciæ, ita expedit eidem, vt Prædicatores publicè arguant peccatores: quia per illorum voces peccatorum pulsat aures, & reddit iustam illorum, ob pertinaciam, condemnationem. Sic ipse Deus affirmat à se missos Prophetas, qui eis pœnitentiam persuaderent, quos non modò non audierunt, verùm & occiderunt. Quàm autem prudenter se gerere debeant in reprehendendis viris Principibus, & aliis non est mei muneris. Nec ego nunc Prædicatorem instituo, Pater Suarez *disp.* 8. *sect.* 3. *num.* 6. indicare videtur non esse obligationem corripiendi, vbi nullus omnino speratur fructus, quod accipitur de priuatis hominibus, non verò de concionatoribus. Est enim non exiguus fructus, vt quis suo muneri faciat satis, & Deus homines per Prædicatores vocet ad pœnitentiam ad quod ipse eos elegit.

2. Obiicies, homo priuatus non tenetur sine spe fructus aliquem corrigere: ergo nec Oratores sacri; quia priuatus idcò excusatur, quia non corriget re ipsa errantem. Nego consequentiam, quia priuatus non tenetur, nisi vt re ipsa reuocet errantem, quo desperatione excusatur: Sacer autem Orator tenetur, tum ratione emendandi proximum, tum ratione officij, cuius legibus stare tenetur. Ob quod Deus Prophetæ dixit, eum innocentem futurum si turba insonuerit, peccatorem autem periturum, qui ergo hoc munus obeunt, tenentur legatione Dei fungi, & singulos admonere ne pereant, qui autem hoc tam cæleste munus deprauant, rationem reddent iacturæ multorum animorum, qui ob illorum taciturnitatem quotidie pereunt. Hucusque P. Hurtadus.

3. Coninch *disputat.* 28. *dub.* 6. *num.* 113. dixit quòd Concionatores tenentur publica peccata, aut quæ in iis locis sciuntur crebro fieri, publicè reprehendere, etsi ea committentes credantur non emandandi: nisi fortè grauiora mala timeantur; vt ferè accidit quando Superiorum peccata publicè reprehenduntur: sed cautè Concionatores in hoc procedant, & cum suis Superioribus omnia communicent.

4. Et idcò apponam hîc verba Dominici Bannez *in* 2. 2. *quæst.* 33. *art.* 4. vbi sic ait, Summopere aduertendum est cum Caiet. *in hoc loco*, quòd in duobus casibus licitum erit Prælatum publicè reprehendere, videlicet, quando Prælatus erraret in fide, docerétque alios errorem suum: & etiam quando notabiliter suis moribus scandalizat. Tunc enim publicè destruit charitatem, vnde publicè corrigendus est, quoniam huiusemodi correctio regulariter loquendo, potest prodesse populo, & nihil obesse. In aliis verò casibus caueant Prædicatores verbi Dei, ne ponant in cælum os suum, sicut cautum est in Constitutionibus fratrum Prædicatorum. Dicuntur autem ponere in cælum os suum, qui in Prælatos Ecclesiasticos imprudenter inuehuntur, quorum auctoritas valde necessaria est ad bonum communitatis, quapropter nisi communitati perniciosi fuerint, non sunt publicè reprehendẽdi. De qua re videatur Caiet. *in* 3. *part. quæst.* 42. *art.* 2. vbi prudentissimè loquitur circa correctionem, & reprehensionem publicam contra Prælatos exercendam. Cuius doctrinam deberent Prædicatores nostri

nostri temporis ante oculos habere, & fortassis sæpe continerent spiritum suum à quibusdam publicis reprehensionibus, in Ecclesiasticos maximè, & Religiosos, ad quas excitantur sæpenumerò spiritu vanitatis, & ambitionis, aut inuidiæ, & æmulationis, potius quàm spiritu Dei, & boni communis pio zelo, cùm potius communitatem scandalizent, quàm ædificent, populú nque disponant Christianum ad errorem Lutheranorum, qui propter defectus personales Prælatorum Ecclesiam Christi Satanæ Synogogam appellant, & seipsos ab eius obedientia separant, cùm ipsi sint animales spiritum non habentes. Ita Bannez

RESOL. XXVIII.

An si Concionatores corrigant in peccato, peccent mortaliter? Ex p. 7. tr. 3. Ref. 14.

Quo ad hoc in tom. 2. tr. 5. lege doctrinam Ref. 129. & aliquid infra in Ref. seq. ad medium, vers. v. g. in Concionatore.

§. 1. PLures Doctores affirmant peccare mortaliter, si in peccato, corrigant, quia sunt actiones, quasi sacræ à peccatoribus non exercendæ, ita Caietan. 2. 2. *quæst.* 187. *art.* 1. & *pag.* 964. *art.* 6. & insinuat ibi D. Thom. Syluest. *verbo Correctio*, *num.* 16. loquens de correctione iudiciali.

Sup. hoc pro iudicibus in Ref. seq.

2. Contrarium omnino est dicendum, quia supradictæ actiones, nec sunt annexæ ordinibus sacris ex institutione Christi, nec sunt ita sacræ, quin à peccatore effici possint. Nulla ergo efficax ratio est obligandi Concionatores, & Iudices gratiam habere, vt peccata publica corrigant. Et ita docet Franciscus del Castillo *n.* 3. *sentent. tom.* 2. *disp.* 6. *de correct. q.* 6. *n.* 3. Suarez *de Charit. disp.* 8. *sect.* 4. *num.* 6. Torres *in* 2. 2. *tom.* 1. *quæst.* 33. *art.* 5. *disp.* 88. *dub.* 2. Castrus Palaus *tomo* 1. *tract.* 6. *disp.* 3. *puncto* 7. *num.* 7. & Villalobos *in Summa tomo* 2. *tract.* 4. *diffic.* 8. *num.* 3. vbi sic ait: [Quando vn pecador, aunque sea publico, corrigere a otro, no peca, mas ha lo de hazer no timiendo, sino rogando, exortandose, a si, y al otro, Assi lo dizen Soto, y Aragon. La razon es, porque esto es disposicion para emendarse el mismo, y el hermano. Mas si la correccion fuesse timiendo, estando el en igual pecado, o mayor, pecaria grauemente, como dize Aragon, y parece se colige de aquellas palabras: Qui prædicas non furandum, furaris, propter vos blasphematur nomen Dei inter gentes. Loqual se entiende mas propriamente del Predicador, que siendo pecador publico predicasse, que esse pecaria mortalmente. Mas si el pecado del Predicador fuesse secreto, no pecaria, aunque predique, como lo haga con humilidad, y temor, y le incomba de officio, como dizen Soto, y Aragon, contra otros. La razon es, porque este oficio estando en derecho natural, no es oficio de orden, ni requiere consagracion, aunque de derecho Canonico, se veda que no prediquen los que no fueren Sacerdotes.] ita loquitur Villalobos.

RESOL. XXIX.

An iudices præsertim Ecclesiastici in peccato mortali existẽtes possint exercere Correctionẽ iudicialẽ in alios. Et an de iudicibus sæcularibus non sit difficultas? Ex p. 7. tr. 3. Ref. 17.

Sup. hoc ex doctrina præcedentis Ref. §. 2. ad fin. 5.

§. 1. DE Iudicibus sæcularibus non est difficultas, cùm enim eorum actus sint omnino prophani, & humani, peculiarem quandam sanctitatem in ministro non exigunt; dubium est de Iudicibus Ecclesiasticis & qui ratione dignitatis suæ Ecclesiasticæ, alios iudicat. D. Thomas *in* 4. *dist.* 19. *quæst.* 2. *art.* 2. Paludan. *ibid. quæst.* 3. *art.* 3. Syluest. *verb. Correctio quæst. vlt.* putant Iudicem Ecclesiasticum, qui est in peccato, non posse sine nouo peccato, actum iudicialem in alium peccatorem exercere. Primùm, ex Apostolo cap. 1. Epist. ad Romanos; *In quo enim alium iudicas, te ipsum condemnas.* Vbi loquitur de peccatore, se ad iudicandum alium accingente. Deinde, quicumque exercet actum dignitati Ecclesiasticæ annexum in peccato, peccat: actus quippe ille est sacer, & propterea sanctitatem in ministro requirit; aliàs, quantùm in se erit ponet obicem actui illi sanctificanti, quod non potest esse à peccato immune. Verùm, contraria sententia tenenda est; tum quia, si ita esset, vt iudices peccatores peccarent iudicando, seu exercendo actum iustitiæ, quilibet peccatores exercendo actum alicuius virtutis similiter peccarent; non enim est maior ratio vnius actus, quàm alterius: hoc autem est absurdissimum: sic enim peccator nullum bonum exercere posset, & tantum abesset, vt ad bona opera excitari deberet; quin imó ab iis deberet deterreri, & auocari, non minus quam à malis operibus, quia exercendo ipsa bona opera, supposito quòd sit in peccato, de nouo peccaret: quod est absurdissimum. Deinde, quamuis actus Iustitiæ, saltem in Iudice Ecclesiastico. sit actus aliquis sacer, non tamẽ omnes actus sacri gratiã sãctificantem in operante, seu ministro requirunt: v. g. in Concionatore, Subdiacono Epistolam recitante, seu etiam Diacono Euangeliũ, vt fert cõmunis Theologorum sententia, sed ad hoc, vt actus aliquis sacer requirat gratiam in operante, debet esse actus suapte natura, & non ex dispositione recipientis, sanctificans: Soli autem actus Sacramentales sunt eius generis, non autem alij, qui sanctificant solùm remotè, & ex dispositione recipientis. Ex quibus ad testimonium Apostoli in contrarium allatum, respondeo, tantùm velle Apostolum, peccatorem, alios iudicando, seu condemnando, seipsum iudicare, & arguere; ita vt ipse seipsum, per suum iudicium reum ostendat, ad instar Concionatoris vitiosi, qui sua peccata damnat, cùm de iis alios reprehendit. Qui prædicas non furandum, furaris; non mœchandum, mœcharis? non adorandum idola & sacrilegium facis, serue nequam ore proprio te iudico. Ad secundum respondeo, actum iudicialẽ esse annexũ dignitati iurisdictionis, non autẽ ordinis; soli autẽ actus ordinis requirunt gratiã in operãte, non autẽ actus iurisdictionis: cuius rei ratio est quia actus ordinis suapte natura sanctificant: actus verò meræ iurisdictionis non sanctificant per se, sed tantùm per accidens: remotè, & dispositiuè: Et hæc omnia docet Duuallius *in* 2. 2. *tr. de Charitate, quæst.* 9. *art.* 4. cui ego addo Lorcam *in* 2. 2. *disp.* 41. *n.* 13. & Gasparum Hurtado *disp.* 6. *de correct. diffic.* 10.

Pro Concionatore in Ref. præterita, & pro Subdiacono, & Diacono in tom 2. tr. 5. Ref. 118. & late in tom. 1. tr. 2. Ref. 5. §. penul. & vlt.

RESOL. XXX.

An Confessarij, vt Prælati, possint mores pœnitentium inquirere? Ex p. 7. tr. 3. Ref. 12.

§. 1. REspondeo negatiuè, quia eorum authoritas in foro exteriori minimè vrget, sed tantum in interiori: perquisitio autem illa est quid exterius, vt satis constat, tum quia non habent authoritatem in inuitum, & renitentem, sed tantum in eum, qui spontaneè se illis submittit: at verò Prælati interiùs, & exteriùs tam in inuitum, quàm in volentẽ, ius & authoritatem habent, quò fit, vt etiamsi Prælati inquirere in vitam aliorum teneantur, non tamen propterea ipsi Confessarij tenebuntur, imò hoc est illis omnino illicitum, quia sic dicerentur exploratores, & velle non tantũ per os ipsius pœnitẽtis, sed ab aliis rescire statum illius,

illius, eóque modo de eius fidelitate, in confessione dubitare viderentur, quod aliquo pacto exosam confessionem reddere: debent quidem in confessione suos pœnitentes monere, & corripere, non tam fraternè, quàm iudicialiter, sed occasionem suarum monitionum, ex iis, quæ in confessione sibi declarantur, debent arripere, non autem aliunde inuestigare. Et ita docet Duuallius *in 2. 2. tractat. de Charit. quæst. 9. articul. 4.*

RESOL. XXXI.

An si quis, v.g. videat Clericum ex obliuione inuincibili omittere officium, vel aliquem comedere carnes in die ieiunij &c. teneatur illos monere? Ex part. 9. tractat. 8. & Misc. 3. Resolut. 48. §. 1. tantum.

Sup. hoc infra in Ref. 48. & signanter §. Dixi, & in §. 1 a sin 4. & seqq.

§. 1. NEgatiuam sententiam tanquam probabilem admittit doctissimus Pater Ouiedo *in part. 2. D. Thomæ tract. 5. contr. 2. punct. 3. num. 29. & 30.* vbi sic ait: Difficilius est definire, an priuata persona teneatur depellere ignorantiam inuincibilem ab alio, quando ex illa facit opus, quod ignorantia seclusa, peccatum esset, etiamsi hoc, & nunc ratione ignorantiæ excusetur. De hac re Doctores agunt in materia de correctione fraterna, & omnes asserunt non teneri priuatam personam monere sic facientem opus peccaminosum, à quo excusatur ratione ignorantiæ, quando talis monitio non speratur fore vtilem. Si tamen vtilis speretur, distinguunt Doctores, aut opus factum ex ignorantia est contra ius naturale diuinum, vel contra ius positiuum. Quando est contra naturale, vel diuinum, fatentur omnes, per se loquendo, teneri personam priuatam monere sic errantem. Quando verò est contra ius positiuum humanum, vt non comedere carnes die Veneris, recitare horas canonicas, aut alia huiusmodi, Authores diuisi sunt. Tannerus *2. 2. disput. 2. quæst. 5. dub. 4. num. 77.* docet hanc admonitionem esse faciendam, quando speratur fore vtilem. Suar. *2. 2. disput. 8. de præcepto correpṫ.* docet quemlibet teneri in hoc casu depellere ignorantiam alienam non præcepto correctionis, sed dandi consilium, vel doctrinam. Mihi tamen valdè probabile est hominem, qui aduertit, Clericum ex obliuione inuincibili omittere horas vespertinas, aut alium comedentem carnes in die Veneris absque aliorum scandalo; non teneri illum monere. Ratio est, quia ad hoc non tenetur præcepto correctionis, quia alter non labitur. Nec alio præcepto, cùm illæ actiones ex se malæ non sint; & à malitia, quam haberent ex oppositione ad leges humanas, excusatur qui eas exercet ratione ignorantiæ. Nec leges humanæ positiuæ tanti momenti sunt, vt omnes teneamur aliis eas in memoriam reuocare, quoties ex earum ignorantia; aut obliuione naturali imminet materialis illarum transgressio, Huensque Pater Ouiedo, qui citat Villalobos, & Azorium; cum quibus subdit priuatam personam teneri ad ignorantiam prædictam ab alio remouendam, quando cederet in damnum tertij, vel ex ea orifetur scandalum. Vide etiam circa præsentem quæstionem Coninch *disp. 28. dub. 4. num. 43.*

RESOL. XXXII.

An Parentes, Domini, & Mariti teneantur strictius ad correctionem? Ex part. 7. tractat. 3. Resol. 31.

§. 1. DE hac quæstione cursim suprà aliquid dictum est; nunc igitur assero cum Hurtado de Mendoza *vol. 2. disp. 162. sect. 2.* §. 10. quòd parentes tenentur corrigere filios, & cæteros è sua familia speciali quidem titulo, hæc doctrina non eget probatione. Heli enim interiit derepente, quia filios suos non deterruit à peccato, quo populum à sacrificiis arcebant. Apostolus item patribus familias crebro præcepit, vt *sciant domibus præesse, & filios habere honestos:* immò tenetur aliquo supplicio paterno eos in officio tenere. Prima ratio est ab exemplo rerum temporalium, de quibus patres tenentur prouidere filiis titulo speciali, eósque præferre debent cæteris personis priuatis: ergo eadem ratione tenentur illis prouidere in rebus spiritualibus, eósque cæteris præferre. Secunda ratio est: quia filij ob coniunctionem cum parentibus, non censentur distincti, & pro sanguinis coniunctione proximiori, aut remotiori tenemur omnes strictiori lege, quam alienis: quod ipsæ ferè commonstrant. Tertiò quia ad parentes spectat filios bonis moribus imbuere: ergo & à peccato terrere. Supra in Res quæ hic est 23. §. Sed ego. prope finem, & pro parte serui inferius in 11. 8. Ref. 42. cursim in vers. secūdo.

2. Et ideo Villalobos *in summa tom. 1. tract. 4. difficult. 6. num. 5.* sic ait. [Los maridos respeto de la mugeres y los padres respeto de los hijos, y los señores respeto de los criados, aunque no tienen tanta obligacion a la correccion, como los Prelados que tienen el gouierno spiritual, tienen la mayor, que los demas, como consta de S. Augustin, y ha se de aduertir, que estos no pueden en sus inferiores hazer correccion iudicial aunque bien pueden castigarlos moderamente, y dize Aragon, que no tiene obligacion el amo, de echar al criado de casa, para apartarlo de la manceba, sino fuesse por razon del escandalo, ni quitarle la comida el dia del ayuno, porque no le quiebre, o echarle de casa, porque no ayuna, sino solo està obligado à corrigirlos. Mas yo no veo como si el moço y la moça estan amancebados, y lo sabe el amo, se pueda escusar de echar el vno de casa pudiendo: pero en lo demas, bien me parece que no tendra obligacion de echarle de casa, porque està amancebado con vna de fuera.] Ita ille. Sup. hoc supra in Ref. 73. §. Sed ego. in fine.

RESOL. XXXIII.

An priuatus teneatur vitam suam emendare, vt possit peccatum corrigere, quando ob peccatum ineptus efficitur ad correctionem.

Et an saltem ob correctionem fraternam in casu extremæ necessitatis non solum Prælati, sed etiam priuati sint obligati pœnitere? Ex part. 7. tractat. 3. Res. 16.

§. 1. AD hoc dubium ita respondet Coninch *de Char. disput. 28. dub. 7. num. 132. & seq.* Priuatus cui non incumbit specialiter aliorum cura, viuens in peccatis, si alium suo malo exemplo non pertraxit ad peccatum, communiter non obligatur singulari præcepto charitatis erga proximum vitam suam emendare, vt hunc peccantem possit corrigere. Ita Bannez *2. 2. quæst. 33. art. 6. in dub. concl. 1.* citans Sotum, Lorca *ibidem disp. 42. num. 12.* Maldel. *quæst. 33. art. 5. concl. 2.*

2. Probatur quia quando alterum meo exemplo, vel auctoritate non induxi ad peccandum, tunc non mihi, sed ipsius malitiæ imputandum est, si nolit se emendare nisi ego me emendem: nec enim teneor quouis modo alterius emendationem procurare; sed, sufficit, quòd mediis ordinatiis vtar, eum ad emendationem adhortando, quando hoc opportunum est &

& adest spes fructus: præsertim cùm illo respectu meæ correptionis in particulari non sit in magna necessitate, cum aliis modis, si velit, possit facilè iuuari: & cum multorum aliorum bonorum exemplo, & vitiorum reprehensionibus factis à Concionatoribus non iuuetur, vix poterit esse probabilis spes, quòd mea correptione emendaretur, si ego me priùs emendatem. Confirmatur, quia pauper, etsi diligentius laborando, & parcius viuendo, posset facile acquirere diuitias, ex quibus daret eleemosynas; tamen ad illud non tenetur in communi aliorum necessitate: quia non tenemur huiusmodi proximi necessitati satisfacere modo nobis ita difficili: ergo nec pauper spiritualiter tenetur laborare vt habeat spirituales diuitias, vt ita communem necessitatem spiritualem patientibus det eleemosynam spiritualem. Probatur consequentia, quia sæpe peccatori difficilius est vitam suam corrigere, quàm esset illi extraordinariè laborare, ac parcius viuere. Nec refert, quod peccator tenetur sua vitia corrigere, quatenus hæc repugnant legi Dei, & naturæ: quia inde non sequitur, eum ad hoc teneri in gratiam proximi corripiendi: & hic solùm contendo eum sub hac ratione non teneri.

3. Dixi, si alium non pertraxit ad peccatum, &c. Quia is qui alium ex se non peccaturum & à vitiis alienum suo malo exemplo ad flagitiosam vitam pertraxit, singulariter obligatur ad illius emendationem laborare; atque adeò si eum putet aliter non corrigendum, tenetur etiam eius causa vitam suam corrigere, quia tunc semper præsumendum est, quòd alter pergat eius exemplo ad peccandum moueri, quamdiu ipse vitam suam non corrigit: nam aliàs vix potest fieri, vt hic probabiliter credat eum emendandum, si ipse prior suam vitam emendet, & contrà non emendandum nisi ipse se emendet. Sed hoc vix contingit, nisi in iis, qui magna sunt authoritate apud alios, ita vt suo exemplo eos facilè in vtramque partem mouere possint: qui idcò etiam eodem præcepto, quo vetantur alios scandalizare eos ad peccatum pertrahendo, obligantur vitam suam saltem exterius emendare, ne alias scandalo sint eos in peccato continendo.

4. Dixi, communiter non obligatur, &c. Quia qui omnino crederet proximum in peccato moriturum, nisi ipse suam vitam emendaret, eu nque ita ad meliora hortaretur, teneretur ex charitate vel ideò vitam suam emendare, vt extremum ab eo malum auerteret: sed hoc vix fieri potest, nisi in eo qui est summa apud aliquem auctoritate, & hunc exemplo suo ad peccandum pertrahit, & vix vnquam nisi in peccatis contra fidem. Maximè autem tales tenerentur vitam corrigere, quando hinc penderet multorum emendatio; vt contingit in iis, qui suo exemplo continent alios in peruersa doctrina, aut in superioribus, præsertim Ecclesiasticis, qui suo exemplo sæpè multos peruertunt. Sed hi maximè tenentur ad emendationem sui ratione scandali, quòd aliis dant. Hucusque Coninch.

5. Non me verò fugit etiam Turrianum *in 2.2. tom.1. disput.88. dub.2.* Bannes *quæst.33. art.5. concl.3.* Villalobos *in summa tom.2. tract.4. difficult.8. num.2.* & alios, docere, ob correctionem fraternam in casu extremæ necessitatis, non solùm Prælatos, sed etiam priuatos obligatos esse pœnitere; Attamen hanc doctrinam difficilem esse docet Castrus Palaus *tom.1. tract.6. disp.3. punct.7. num.6.* quia peccator tenetur admittere correctionem à quocumque fiat, præcipuè in articulo mortis, & ex alia parte corrigens sufficienter quid faciendum sit, proponit temperando humilitate sermonis indignitatem suam. Ergo satisfacit, præcepto correctionis, sicuti satisfacit præcepto eleemosynæ corporalis, illam tribuens, existens in peccato Item correptus non potest aduersùs sic corripientem retorquere argumentum, vt seipsum curet, cùm facilè satisfieri possit se corripiendum, & emendandum fore, si in simili necessitate esset constitutus. Facit ergo quantum videtur necessarium, vt correctio fructuosa sit, si verò fructum non habet, ex malitia correcti, & non ex defectu corrigentis prouenit. Et ita mihi videtur dicendum ratione præcepti correctionis rarò, vel nunquam te, nisi Prælatus sis, esse obligatum pœnitere; ratione verò scandali obligatio esse potest, cum tuo peccato, & malo exemplo facis, vt alius peccatis inhæreat. Ergo, &c.

6. Verùm sententiæ contrariæ adhæret Duuallius *in 2.2. tract.de Charitate quæst.9. art.4.* vbi sic ait. Quæres, an qui sunt in peccato, teneantur se emendare, vt alios fructuosè, & vtiliter possint corripere. Respondeo primò, Prælatos, & superiores, cùm teneantur, aliis media ad salutem necessaria procurare, debere se emendare, vt eorum correptio, quæ interdum est medium necessarium ad alterius emendationem reddatur efficax. Secundò dico, alios simplices Christianos, qui aliorum curam non habent, non teneri se emendare, vt salubriter, & cum effectu corripiant. Ratio est, quia quòd proximus nolit, mea correptione se emendare, nisi prius me mendem, debet sibi imputare, quandoquidem potiùs admonitionem, & correctionem, quæ bona est, quàm ad personam admonentem debet attendere. Quæ dicunt, facite, inquit Christus, opera autem eorum nolite facere. Aduertendum tamen est, quòd si proximus esset in peccatis suis moriturus, nisi corripiens se emendaret, teneretur ipse se emendare, vt eum saluaret, quandoquidem plus teneor diligere salutem proximi, quæ est in euidenti discrimine, quàm meas voluntates, & commoda carnis meæ, atque etiam aliquod incommodum subire, vt admonitio, quæ est vnicum illius remedium, reddatur efficax. Ita ille.

7. Nota verò quod doctissimus Franciscus del Castillo *in 3. sent. tom.2. disput. 6. de correct. quæst. 6. num.5.* ex Gaspare Hurtado in casu præsentis dubij distinguit de emenda exteriori, & interiori: exterior enim, est quædam proprij peccati recognitio; interior verò est contritio, & pœnitentia de commisso peccato qua distinctione supposita, asserit, quod ex vi præcepti correctionis tenetur aliquando peccator ad exteriorem emendam, non autem ad interiorem: Quia aliquando emenda est medium per se, & simpliciter requisitum ad vtiliter corrigendum actiuè proximum, sed præceptum finis obligat ad media per se. Ergo sed non emenda interior: quia hæc non noscitur, quia occulta est proximo; Ergo. Et per hanc distinctionem putant Castillo, & Hurtadus posse reuocari in concordiam sententias oppositas.

RESOL. XXXIV.

An licitum sit permittere alicuius peccatum, vt melius corrigatur?

Et an liceat differre correctionem eo fine, vt proximus oppressus peccatis feruentius resipiscat, propriam miseriam cognoscendo? Ex part. 7. tr. 3. Res. 29.

§. 1. Affirmatiuè respondet Castrus Palaus *tom.1. tract. 6. disp. 3. punct. 6. num.7.* & Fillincius *tom.2. tract. 28. cap. 6. num.239.* Sanchez *in Opusc. tom.2. lib.6. cap.2. dub.1. num.7.* Villalobos *in*

Sup. hoc infra in tr.5. in Res.41 à §.2. & in alio §. eius not.

in Summa tom.2. tract.4. difficult. 3.num.6. vbi sic ait: [Aduertasse que seria licito alguna vez permitir que alguno cayga en pecado, quando se entiende, que con esso se corrigira mejor viendo que la cuesta caro: la razon es, porque la correccion fraterna se haze por la emienda del hermano, y assi se deue hazer quando a el le està mejor, como dizen Soto, y Aragon. Mas no por esso es licito dexarle caer en nueuos pecados, para castigarle: porque esso nos es del juyzio humano, sino del diuino.] Ita ille; & post illud Trullench *in decalogum tom.1. lib.1. cap. 5.dub. 14. num.8.* vbi etiam sic ait: Similiter licet differre correptionem, ea intentione, vt proximus commissione multorum peccatorum feruentiùs resipiscat, si non est spes probabilis aliter veræ emendationis: quia sic tantum permittimus peccatum, vt proximus non resurgat, vt postea resurgere possit feruentiùs, imò non tam permittimus peccatum, quàm vt proximus non resurgat; quod possumus facere sine peccato. Vide Filliucium *tract.28. cap.6. quæstion. 7.* Hoc autem limita cum Ledesma *sup. conclus.11. vers. La vltima condicion*, nisi timeatur casurum in grauissimum peccatum, verb. g. communicaturum in peccato mortali. Vnde licet in pueris permittere furta minora, vt propter illa pœnas dantes, à grauioribus abstineant. Hucvsque Trullench.

2. Non deseram tamen hîc apponere verba Francisci del Castillo *in 3. sentent. tomo 2. disput.6. de Correct. quæstion.4. num.10.* ita asserentis: Non licet differre correctionem eo fine, vt proximus oppressus peccatis resipiscat miseriam propriam cognoscendo, vt vult Sotus, quia licet Deus sic aliquando permittat, vt postea ipsum auxiliando, à peccatis eruat; tamen hoc nobis non licet, quia neque probare possumus auxilia efficacia sicut ipse, & misericordia non patitur fratrem relinquere inuolui in peccatis, etiamsi sit suspicio quòd resurget de futuro. Ita ille.

RESOL. XXXV.

An statim adhibenda sit correctio? Ex part. 7. tr. 3. Res. 30.

§. 1. Respondeo cum Diualio *in 2.2. D. Thom. tract. de Correctione, quæst. 9. artic. 3.* in correctione fraterna adhibendam esse considerationem circumstantiarum loci, temporis, & cæterarum eius generis: cùm enim correctio habeat rationem medicinæ, locus, & tempus ad illius applicationem necessariò sunt obseruanda, cùm satis constet homines aliquo tempore, & loco esse magis, quàm alio ad emendationem dispositos: & sic prudenter, & laudabiliter nonnunquam differtur.

2. Et ideo Trullench *in Decalogum tomo 1. lib.1. cap.5. dub.14. num.8.* asserit in correctione attendendam esse opportunitatem temporis; id est, quòd frater eo tempore corripiatur, quo credimus illum ex nostra correptione, non amplius peccaturum. v. g. quando peccator iam est expertus suam imbecillitatem, & illum peccati quasi tædet. Vnde quando creditur affutura maior opportunitas, vel speratur maior vtilitas, licet differre correptionem. Propterea proximus dum ita feruet non est corripiendus, sed expectandus donec etiam deposuerit.

3. Rectè igitur Villalobos *in Summa tom.1. tractat.4. difficult.3. num.5.* sic ait: [La tercera circunstancia es, que aya oportunidad, assi de tiempo como de persona, Porque no luego que se comete el delito se da de corrigir, que quiçà el otro sin esso se emendara, y es tambien necessario que se le passe la colera, o passion, que de otra manera aprouecharia poco. Ni tampoco ha de corregir qualquiera persona, auiendo otra que lo pueda hazer mejor: porque si ay Prælado, Maestro, pariente, o amigo, que lo haga, essos lo deuen hazer, y pedirles que lo hagan. Mas si fueren negligentes, qualquiera estarà obligado, Y tambien se ha de aduertir, que se haga la correccion con mansedumbre, blandura, y buenas palabras, conforme a lo que dize San Pablo *Fratres si praeoccupatus sit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi corripite in spiritu lenitatis.* Aunque alguna vez seria necessario reñir, quando el que huuiesse de hazer la correccion, fuesse Superior.] Sic ille; cui adde Castrum Palaum *tom.1. tract.6. disputat. 3. punct. 6. numer. 6.* Caspensem *in Cursu Theolog. tom. 2. tractat. 17. disputat. 6. sect. 1. num. 12.* Filliucium *tom.2. tract. 28. cap.5. n. 116.* & alios.

4. Igitur ad decernendum quando licitum sit correptionem fratris differre, aut etiam omittere; quando verò illicitum, & peccatum mortale aut veniale, notanda sunt sequentia. Primum est, quando ex dilatione correptionis timeretur in intermedio tempore lapsus fratris in peccatum mortale, aut ipsius mors corporalis in peccato mortali, aut eiusdem vel reipublicæ, vel etiam tertiæ personæ detrimentum notabile, quod vitari posset ipsa correctione fraterna: peccatum de se mortale esse eam differre: cùm id fiat contra charitatem in materia graui. Secundum est, quando nihil prædictorum timeretur, si correctio in aliud tempus differretur sine causa, talem dilationem de se non esse peccatum plusquam veniale: quia non fit cum graui Dei, vel proximi iniuria. Tertium est, si nihil iam dictorum timeretur, & aliqua iusta de causa iudicetur tempus opportunius expectandum esse: dilationem non modò licitam, sed etiam debitam esse posse: vt quando multum refert expectare aliud tempus. Id relinquitur prudentis arbitrio. Et hæc omnia docet Reginal. *tom.1. lib.4. c.15. num.345.*

RESOL. XXXVI.

An teneamur sæpius ad correctionem? Ex part.7. tr.3. Res. 32.

§. 1. Respondeo affirmatiuè, & ideò Trullench *in Decalogum tom.1. lib.1. cap.5. dub. 14. n.4.* sic ait: Quòd si vlteriùs quæras, quoties proximus corripiendus sit. Respondeo breuiter, toties corripiendum esse, quoties speratur vtilitas arbitrio prudentis. Ita ille, qui citat Syluestrũ & Sotum; quibus ego addo Petrũ S. Ioseph. *in idea Theol. mor. lib.3. c.10. Res. 7.* vbi docet post admonitionem secretam, semel vel pluries factam quamdiu spes probabiliter habetur de correctione per secretam admonitionem procedendum esse. Vnde Sanchez *in Opusc. tom. 2. lib. 6. capit. 2. dub.7. numer. 11.* docuit quòd vt monitio secreta non prodesse dicatur, non satis est, vt semel fiat & non prosit, sed oportet iterum, atque iterum fieri, quandiu speratur correctio per illam: non tamen est necesse expectare tempus longissimum, sed ad arbitrium boni viri. Et ita docet Maldonatus *in 2.2. quæstion. 33. articul. 7.* & Nauarra *de restitut. lib. 2. cap.4. numer. 264.* & Fagundez *in Præcept. Eccles. tom.2. lib. 4. capit. 3. numer.31.* & alij.

RESOL.

RESOL. XXXVII.

Quo ordine facienda sit correctio fraterna? Ex p. 7. tr. 3. Res. 35.

§. 1. Respondeo, faciendam ordine, quem Christus Dominus in Euang. præscripsit: hic autem ordo à Christo præscriptus fuit. Primò vt delinquens secretò moneatur: *Corripe eum inter te, & ipsum solum*, ait Christus, Matt. 18. Hoc tamen intellige, modò delictum sit occultum, vt patebit ex infrà dicendis. Secundò, vt coram testibus corrigatur, si priuata, & secreta monitio nō profuit: si te nō audierit, adhibe tecum adhuc vnū, vel duos, vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum. Tertiò, vt Prælato denuncietur, quoties correctio seruatis primis duob. modis non profuit. *Quòd si non audierit eos, dic Ecclesiæ*, ait Christus postremò, *si neque Ecclesiam audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus.*

RESOL. XXXVIII.

An modus præscriptus à Domino Matth. 18. *in facienda correptione contineat præceptum, vel consilium solum?*

Et an ordo correctionis præscriptus à Domino semper sit sub præcepto seruandus? Ex p. 5. tractat. 13. & Misc. 1. Res. 42.

§. 1. Verba Christi Domini in suptadicto loco non continere præceptum, sed solùm consilium, tradunt aliqui, quos nouissimè citat, & sequitur Hurtad. de Mendoza *vol. 2. in 2. 2. disput. 163. sect. 5. §. 207.* vbi sic ait. Non erit difficile colligere, an illa verba Christi præceptum contineant, an consilium? Pono esse præceptum de correctione fraterna, item de præmonitione secreta, antequam deferatur crimen occultè, & paternè ad alium, si æquè bene speratur profutura, aut parum minus. Item pono hoc præceptum contineri in verbis Christi per similitudinem; assero tamen verba Christi, vt ab ipso dicta, non esse præceptum, sed consilium, nec ibi præceptum modum correctionis fraternæ, de qua disputamus. Bernard. de Arenalis satis doctè hanc conclusionem docet, in quem tamen inuectus est P. Valent. *tom. 3. disp. 10 punct. 5. §. 1.* quem *vers. ex quibus patet*, intolerabilem, & singularem appellat; quia aduersatur communi sententiæ Theologorum, ac Patrum, nullisque firmis innititur fundamentis. Et quidem non est singularis, siquidem D. Bonau. secutus est opinionem eamdem in c. 17. Lucæ, *Si peccauerint in te*, &c. ait enim. Hic autem ordo congruitatis est, non necessitatis. Certum est non esse præceptum de illo ordine seruando in peccatis venialibus. Item si de solis agitur mortalibus iniuriosis, non est præceptum de illis ciuiliter condonandis, quia possumus satisfactionem petere. Vt autem videas Bonauent & Arenalum non fuisse singulares, audi Maldon. *Matth. 18. 15.* Origenes inquit, *tr. in Matth. 6.* de solis venialibus, siue contra nos, siue contra Deum factis locum interpretatur. Hieronymus, Hilar. Chrysost. Ambros. *in c. 17. Lucæ.* August. *serm. 16. de verbis Domini secundùm Matthæum.* Theophyl. & Euthymius *de mortalibus*; sed de his tantùm quæ contra nos, non de iis, quæ contra Deum fiunt. nam ea non sunt dissimulanda. Hæc ille. ergo non est præceptum, quia dissimulatio nostræ iniuriæ non est præcepta, quia licitè possumus eam non dissimulare, & petere possumus satisfactionem, maximè cùm publica est iniuria. D. Mald. *ibid.* ait, apertè illud esse consilium. Spectandum enim est, inquit, Christi consilium, vt peccantem non acerbè accusemus, sed benignè corrigamus. Pater Salm. *tom. 4. in Euang. tr. 17.* censet hanc opinionem Arenali esse probabilem, quòd ibi latè confirmat. Caietan. adductus id satis apertè dixit, affirmans meam iniuriam posse à me condonari, & accusari. Stella *in Luc. 17.* in illud, *increpa illum*, asserit, non posse certum ordinem præscribi. In his, inquit, regula certa dari non potest, quando licebit statim dicere Prælato, &c. At regula à Christo ibi insinuata certa est, censet ergo Stella eam non esse præceptum de ordine correctionis. Barthol. Pisanus accipit verba de peccato digno excommunicatione, in quo quia publicum, non obligat ille ordo. S. Thomas *quodl. 11.* cum ordinem non colligit in occulta delatione, sed in publica, vt item *2. 2. q. 33 art. 7. & 8.* Denique Pater Suar. *lib. 10. c. 7. n. 13.* quamuis præceptum naturale agnoscit, fatetur tamen id difficilè colligi ex verbis Christi: num. autem 15. ait difficilius esse præceptum de inductione testium; & quamuis S. Thomas censet eam esse præceptam, ait Pater Suarez ab eo id non probari nisi quadam congruentia. Ratione probatur, quia remissio illa externa iniuriarū non est præcepta, sunt duæ conditiones iniuriæ; altera interna, qua deponitur odium, quod concipi poterat in eam inferentem. Hæc condonatio, seu odij carentia est de necessitate præcepti. Christus enim negauit nobis criminum veniā. nisi remiserimus fratribus de cordibus nostris. Secunda remissio est externa, qua iniuriam fetimus non petita satisfactione, sed volumus externè etiam reconciliare nobis eum, qui intulit iniuriam. Hoc consuluit Christus, vt iam explicui; sed nihil horum est in præcepto. Ergo verba Christi non sunt præceptum. Minor probatur, quia non est de se peccatum petere satisfactionem, nec expectare, vt eam faciat, qui intulit iniuriam. Quo enim præcepto naturali, aut positiuo adstringitur affectus iniuria, ad conueniendum cum qui intulit? Hucvsque Hurtadus *vbi suprà*.

2. Sed pace viri doctissimi, hanc sententiam non approbo. Igitur cum D. Thom. *2. 2. q. 33. art. 7. & 8.* & communi Theologorum sententia omnino dicendum est, Matth. 18. præcipi ordinem, quem in correctione seruare debeamus, atque adeò quando adsunt conditiones ad hoc requisitæ, nos sub peccato obligari eum seruare. Probatur primò, quia est communis omnium ferè Doctorum, paucissimis exceptis, qui nulla probabili ratione contrarium asserunt; quamquam nec illos credo generaliter contrarium velle asserere: siue nos numquam obligari ad eum ordinem seruandum, sed fortè solùm voluerunt non ita sæpe occurrere omnes circumstātias necessarias, vt obligemur eum seruare. Secundò, quia hæc videtur etiam communis sententia Patrum, vt patet ex S. Aug. *serm. 16. de verbis Domini.* vbi hunc ordinem explicat Chrysost. *hom. 61.* S. Gregor. *lib. 4. Registri, epist. 36.* vbi ait, Et nos quidem seruamus, quod veritas præcipit, dicens: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum solùm. Idem docent cæteri. Tertiò, quia hoc in iure Canonico sæpe à Pontificibus aut asseritur, aut tamquam certum supponitur. Nam Innoc. III. *c. cùm ex iniunct. 12. de hæreticis. §. Nec quisquam*, ait Cùm aliud sit fratrem in se peccantem occultè corripere, quod quisque tenetur efficere secundùm regulam Euangelicam, &c. Et *c. nouit de iudiciis*, cùm recitasset dictum locum Matth. vocat eum regulam Euangelicam. Cùm igitur omnis regula obliget, sequitur eo loco dari præceptum. Item *c. licet Heli 31. de simonia*, apertè dicitur secundùm regulam Euangelicam correctionem charitatiuam necessariò præcedere denunciationem. Et hæc omnia docet Coninck

Sup. hoc in Res. seq.

disput.28. de charit. dub.8. num.138. Iacobus Granado in 2.2. controu.3. de charit. tract.12. disput.1. num.3. Castrus Palaus tom.1. tract.6. disp.3. punct.8. num.4. Turrianus tom.2. in 2.2. disp.89. dub.2. conclus.2. & 3. Suarez de Relig. tom.3. lib.10. cap.7. à n.10. Tannerus tom.3. disput.2. q.6. dub.5. num.96. Filliuc. tom.2. tract.28. cap.7. n.147. Becanus de fide, spe, & charitate, cap.21. dub.4. n.30. Lorca in 1.2. disp.46. sect.3. n.26. Bann. in 2.2. q.33. art.8. dub.2. concl.4. Villalob. in sum. tom.1. tract.4. diffic.9. & alij neoterici communiter.

Sup. hoc in Ref. seq. à §. Igitur. & infra in Ref. 40. & 44. §. 2. in tom. 5. tr. 7. Ref. 60. §. vlt.

3. Sed hîc incidenter quærendum est, an ordo correctionis præscriptus, vt probatum est, à Christo Domino in supradictis verbis Matth. *Si peccauerit in te frater tuus*, &c. semper sit sub præcepto seruandus? Respondeo, in his casibus non necessariò seruandus est. Primò quando peccatum proximi est publicum; tunc enim non opus est præmittere secretam correctionem, sed potest publicè corripi. Ratio prioris partis est, quia secreta correctio instituta est, vt consulatur famæ proximi, & peccatum illius non publicetur. Si ergo iam publicum est, non est opus secreta correctione. Ratio posterioris est, quia quando peccatum est publicum, tunc non solùm peccato adhibendum est remedium, vt emendetur; sed etiam aliis, ne & ipsi liberiùs peccent, si videant publica peccata manere impunita. Hoc sensu loquitur Apostolus 1. ad Timoth. 5. 20. *Peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.* Secundò quando peccatum proximi tametsi occultum sit, vergit in detrimentum aliorũ, & non videtur efficaciter, ac tempestiuè occurri posse per priuatam monitionem: vt si aliquis moliatur clam proditionem, vel incendium ciuitatis, aut si occultè inficiat alios hæresi; tunc enim immediatè ad Superiorem recurrendum est, vt efficaciter, ac tempestiuè impediat eiusmodi malum. Ita D. Thomas *art.* 7. Ratio est, quia in tali casu pluris æstimanda est salus aliorum, qui innocentes sunt, quàm fama vnius, qui nocens est. Tertiò quando quis prudenter indicat qualecumque tandem sit peccatum proximi se nihil effecturum, seruando ordinem correctionis, sed meliùs fore si relicta secreta monitione, vel inductione testium, immediatè procedatur ad Superiorem, vt is opportunum adhibeat remedium. Ita D. Thomas *art.* 8. *ad* 1. Ratio est, quia ordo ille institutus est ad emendationem proximi; si ergo prudenter iudicamus eiusmodi ordinem non profecturum, possumus illum intermittere, & id facere, quod ad eumdem finem videbitur vtilius. Quartò quando proximus propter maiorem profectum spiritualem paratus est, & paratum se esse profitetur, vt ipsius imperfectiones & peccata, tametsi occulta, manifestentur Superiori, & ab eo corrigantur, nulla præmissa secreta monitione, & hoc laudabiliter fit apud quosdam Religiosos, qui suo iuri de conseruanda fama in hoc puncto renunciant. Et hæc omnia docet Becanus, & alij *vbi suprà.*

RESOL. XXXIX.

An supradictus ordo in correctione adhibenda cadat sub peccato?

Et an aliquando possit quis incipere correctionem fraternam, relicto primo gradu, à secundo gradu, & aliquando relictis duobus à tertio gradu incipere? Ex part. 7. tr. 3. Ref. 36.

Sup. hoc in Ref. præterita.

§. 1. NEgatiuè respondent plures, inter quos sunt D. Bonauentura *in cap.* 17. *Luc.* vbi ait: Hic autem ordo congruitatis est, non necessitatis. Bernardinus de Areualo *tract. de Correct. frat. per tot.* Salmeron. *tract.* 11. Maldonat. *in cap.* 17. *Luc.* ait enim: Spectandum, enim est Christi consilium, vt peccantem non acerbè accusemus, sed benignè corrigamus.

2. Primum fundamentum huius sententiæ est, quia Christus in prædictis verbis non loquitur de peccato occulto, sed de iniuria illata, vt tradunt August. *ser.* 16. *de verb. Domini*, Chrysost. *hom.* 6. *in Mat.* D. Thom. *in cap.* 18. *Mat.* secutus gloss. ordinar. Maldon. *ibid.* & satis manifestè deducitur ex ipso contextu, si inspiciantur antecedentia, & subsequentia sermonem ibi esse de iniuria illata: nam accedens Petrus ad Iesum: *Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei?* Quæ verba de propria iniuria intelligunt plures interpretes: quod etiam confirmatur ex Parabola Regis volentis rationem ponere cum seruis suis, & concludit Christus Parabolam, dicens; *Sic Pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.* Vrgetur ampliùs Lucæ 17. vbi habentur hæc verba: *Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, & si pænitentiam egerit, dimitte illi, & si septies in te peccauerit, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens, pænitet me, dimitte illi.* Quæ verba manifestè sunt de remissione illatæ iniuriæ, & continent eumdem ferè sensum, ac verba *Matth.* 18. & ex illis conficitur valde efficax argumentum: quia non obstante hoc præcepto, adhuc cùm quis passus est iniuriam, potest coram Iudice statim petere recompensationem, non seruato ordine correctionis fraternæ, & oppositum videtur esse contra bonum publicum, & contra praxim, & vsum: ergo talis ordo non assignatur à Christo sub præcepto, sed tantum sub consilio.

3. Secundum fundamentum est, quia quamuis admittamus prædicta verba intelligi debere de omnibus peccatis, & non solùm de remissione iniuriarum, nihilominus Christus tantùm locutus est de publica delatione, & iuridica, quæ fit Superiori tanquam iudici, non verò de secreta, & paterna, quæ Prælato fit tanquam Patri: vt manifestè docet D. Thom. *in hac quæstione, art.* 7. nam quærens, an admonitio secreta ex necessitate præcepti debeat præcedere delationem. Respondet de publica delatione peccati, cui applicat hæc verba Matth. 18. & concludit: vnde patet quod potest esse de necessitate præcepti, quòd secreta admonitio publicam denunciationem præcedat. Et ratio est manifesta, quia Christus ideò voluit peccatum deferendum ad Ecclesiam, vt impœnitens arceatur à cæterorum communione. Ecclesia autem delatione occulta id non potest efficere, nec quempiam excommunicare, nec delicta occulta possunt licitè ita vulgari: signum ergo est Christum ibi non loqui, nisi de delicto publico, saltem vno, vel duobus testibus, quibus possit plene probari, aut semiplenè, non verò vllo modo loquitur de denunciatione secreta ac paterna, quæ in delictis occultis fit Prælato, tanquam Patri.

Et pro hac sententia pugnant acerrimè Hurtadus de Mendoza, *vol.* 2. *disputat.* 163. §. 107. & Salmeron *tom.* 4. *in Euang. tract.* 17.

His tamen non obstantibus affirmatiuæ sententiæ adhæreo cum communi Doctorum sententia, quam contra Hurtadum docui *in part.* 5. *tract.* 13. *resolut.* 42. Et ita tenent, præter Doctores à me citatos, Valentia *tom.* 3. *disput.* 3. *quæst.* 10. *punct.* 5. Suarez *de Charitate, disputat.* 8. *sect.* 6. *num.* 2. Sanchez *in summa tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 18. *num.* 44. Trullench *in Decal. tom.* 1. *lib.* 1. *disputat.* 5. *dub.* 16. *n.* 1. Gaspar Hurtadus *disp.* 6. *de Correct. difficult.* 13. & Francisc. del Castillo *in* 3. *sent. tom.* 2. *disp.* 6. *de Correct. q.* 7. *n.* 3. qui tamen

Quæ hic est Ref. antecedens.

qui tamen asserit contrariam sententiam non esse erroneam, & temerariam in fide, vt voluit Lorca 2. 2. *disput*. 4.

4. Probatur nostra opinio ex illo principio: *Quæ tibi fieri non vis, alteri ne feceris*, Item, *Omnia quæcunque vultis vobis fieri ab aliis, hæc illis facite*. Item, *Diliges proximum sicut teipsum*. Id est, ea, quæ exoptas tibi ex dictamine rectæ rationis, hæc eadem præsta fratri: & quæ honeste, & ex recta ratione refugis, nec vlli facias: & vt tibi ita consulis, vt tua commoda quæras sine incommodo, è duobus autem eligis quod minus te premit: ita te gere cum proximo tuo; sed nos optamus ex recta ratione, vt peccata nostra emendentur absque vlla famæ iactura, & refugimus ex ratione æqua, vt nostra peccata absque necessitate vulgentur: nec volumus vt alij ea prædicent; sed vt secretò de illis moneamur: ergo tenemur occultum proximi peccatum ita emendare, vt nulla iactura honoris maculet proximum. Deinde, cùm è duobus malis deterius sit peccatum, quàm apud vnum, duósve testes de honore aliquid amittere: & cùm deterior sit publica criminis prædicatio quàm occulta apud vnum, aut duos, eligenda est occulta priùs quàm publica: cùm verò salutis æternæ iactura deterior sit, quàm publica infamia, iuris æquitas docet, eligendam infamiam, ne viuamus æternùm cruciandi.

Sup. hoc in Res. præteritis §. vlt. & in Res seq. & infra in Res. 44. §. 2. & in tom. 5. tr 7. Res. 60. § vlt.

5. Igitur dico Primò, quòd ordo ille in Euangelio descriptus non ita est præcepto determinatus, vt in omni euentu seruandus sit sed solùm quando recta ratio dictauerit, quod seruando singulos gradus procedendi est spes subueniendi miseriæ proximi. Probatur conclusio. Quia omnia præcepta affirmatiua habent sua tempora, pro quibus obligant, ac recta prudentia præcipit media conuenientia ad finem, v.g. præceptum est: *si esurierit inimicus tuus, ciba illum*: at verò si inimicus esurit, & petit cibum, quando febri laborat, non est tempus adimplendi præceptum. Similiter etiam si mea correctio seorsum facta rationabiliter creditur nocitura proximo, non est à me exercenda, siquidem non ad alium finem ordinatur, nisi ad bonum proximi. Ex hac conclusione & ratione sequitur, quòd aliquando potest quis incipere correctionem fraternam relicto primo gradu à secundo gradu; & aliquando relictis duobus à tertio gradu, & dicere Prælato tanquam patri, vt ipse solus, vel coram corripiente corrigat delinquentem. Ratio huius est. Quia aliquando prudentia dictabit, quod mea singularis correctio erit otiosa, vel etiam nociua, sed simul dictabit, quod secundus gradus potest esse vtilis, & tunc tenebor incipere à secundo gradu, quasi iam primum transiissem, & expertus essem, nihil profuisse: & eadem est ratio incipiendi à tertio gradu, quando secundus iudicatur inutilis, aut nociuus. Similiter sequitur propter eandem rationem licitum esse post primum gradum non procedere ad secundum aut tertium; imò & præceptum esse, ne procedamus; quoniam recta ratio prudentiæ dictat propter experientiam ex primo gradu acceptam, quòd proximus non corrigetur, vel deterior fiet; & tunc omnino à correctione cessandum est, sicut dicit D. Thomas. Quia tota ratio fraternæ correctionis ex fine proximo, qui est bonum singulare fratris, desumenda est. Cæterùm modò non consideramus, an peccatum fratris sit per se Reipublicæ perniciosum, tunc enim alia via sequenda est, vt postea videbimus. Et denique omnes illi gradus meritò relinquuntur, quandò nullam spem esse fraternæ correctionis prudenter iudicatur.

Sup. hoc in Res. seq. §. Et ideo, & infra in Res. 49 & in alio §. eius not.

6. Dico secundò, quòd quando prudenter iudicatur, quòd primus gradus poterit prodesse fratri, & incipitur correctio à secundo gradu, peccatum est mortale. Probatur conclusio. Quia ita corrigens infamat fratrem apud alterum absque necessitate. Hæc conclusio intelligenda est, quantum est ex parte ipsius actus. Cæterum talis circunstantia esse potest in tertia persona, vel personis, quibus reuelatur, quod ipse peccator parum, aut nihil detrimenti patiatur: tunc enim erit peccatum veniale, vel nullum peccatum. Eadem conclusio cum eadem intelligentia statuenda est de illo, qui incipit à tertio gradu relictis prioribus, quando prioribus adhibitis poterat prodesse fratri cum minori dispendio.

Ad argumenta verò pro negatiua sententia adducta respondet Caspensis *in Cursu Theolog. tractat*. 17. *disp*. 6. *sect*. 2. *num*. 17. & Doctores citati.

RESOL. XL.

An supradictus ordo in correctione semper cadat sub precepto?

Et an aliquando potest quis incipere correctionem fraternam relicto primo gradu, à secundo, & aliquando relictis duobus à tertio, & dicere Prælato tanquam Patri? Ex part. 7. tractat. 3. Resol. 39.

§. 1. Respondeo negatiuè, vt videbitur in multis Resolutionibus sequentibus; & ideo Villalobos *in Summa tom*. 2. *tract*. 4. *difficultat*. 9. *num*. 3. sic asserit. [Este orden está debaxo de precepto, como dizen todos: mas no es nueuamente añadido de Christo a la ley de naturaleza, sino, que ella misma le dicta como dize latamente Bañez, contra Areualo. La razon es, porque segun la ley natural, estamos obligados a librar a nuestros proximos de la miseria del pecado, por el medio mas suaue, y conueniente, y mas eficaz que sea possible, y tal es este: porque la blanda amonestacion es muy buen medio: y si esso no basta, aunque sea algo mas duro, es bueno corregirle delante de dos testigos, porque se auerguence, y buelua en si: y si esso no bastare, se diga al superior como à Padre.

Sup. hoc supra in Res. 38 § vlt. & in Res. 39. §. Igitur & infra in Res. 44 §. 2. & in tom. 5. tr. 7. Res. 60. § vlt.

2. Mas ha se de aduertir; que este precepto no es de tal manera, que en todo caso se deua guardar este orden, sino quando lo dictare assi la razon, que guardadolo assi, ay esperança de la emienda, porque es precepto affirmatiuo, y ha de tener sus tiempos regulados por la razon. Por loqual aunque muchas vezes la correccion comiença por el primer grado, alguna vez aurà de començar del segundo, y algunas dexar el primero, y el segundo, y acudir al Prelado, como a Padre, para que el corrija, y alguna vez dexallo todos: porque no ay esperança de emienda, sino temor de lo contrario.] Ita ille & communiter Doctores.

3. Et ideo notauit Hurtadus *volum*. 2. *disput*. 163. *sect*. 30. §. 230. aliquando immediatam delationem ad Prælatum esse de precepto, vnde ponit aliqua axiomata, & dicit Primò. Quando ego despero emendationem delinquentis per monita secreta: cum autem spero per delationem occultam paternam, teneor crimen occultè, & paternè deferre Prælato. Hæc conclusio tam certa est, quàm est certum præceptum de correctione fraterna. Quod me obligat ad emendationem delinquentis cum minimo damno, si non possum absque vllo: est etiam S. Thomæ, & omnium Doctorum asserentium post monita secreta adhibendos necessariò testes, si delinquens nõ emendetur. Ratio est; quia cõscientia fratris, & salus æterna præferẽda est exiguo illi bono: item tunc ego me possum gerere, ac si peccantẽ monuissem, & ille non resipuisset; sed tunc teneor adire, aut testes, aut Prælatum. Ergo.

Sup. hoc & sequentibus in hac Res. & in Res. præterita §. Igitur ante mediũ, à vers. Ex hoc, & infra in Res. 49. & in alio §. eius not.

4. Idem dico, quando ego legitimè excusor ab immediata delatione, vt si peccans arreptutus sit occasionem me grauiter vexandi, aut si non possum sine graui, & proportionato damno proprio, vel alieno tunc teneor adire Prælatum: quia teneor mederi fratri cum minimo damno ipsius, & meo. Idem est de quouis alio amico, aut priuato, quem teneor adire, si aliter non emendabitur, & hac ratione emendabitur.

5. Secundo, si ego non possum formare assensum probabilem, peccatorem emendandum monito secreto: at illum assensum efformo, eum emendandum per Prælatum, tunc teneor adire Prælatum. Hæc conclusio est ferè tam certa, quàm prima: quia si emendatio est tam difficilis, vt nullam generet spem: est ergo ferè desperata: vbi enim emendatio speratur prudenter per alium, per me autem non desperatur; at certè non speratur: ergo in tali euentu non est deferendus proximus in peccato.

6. Tertiò; si ego spem habeo dubiam de emendando peccante in damnum aliorum, & de illo vitando: at habeo spem multo maiorem eum emendatum iri per Prælatum, & vitanda aliorum damna, teneor Prælatum adire secretò, & paternè, si illa delatio speratur satis profutura. Moueor: quia S. Thomas in criminibus occultis vergentibus in aliorum damna asserit vtendum immediata delatione, nisi firmiter speret se posse alia per se continuò illis occurrere: 2.2. *quæst.* 33. *art.* 7. alij autem authores nisi ob spem certam existimant vtendum ea delatione. Probatur apertè: bonum commune tenemur præferre priuato, nec illud exponere graui incommodo ob incommodum priuatum. Nec enim licet periculo probabili exponere Rempublicam ob exigua aliqua damna priuata. In priuati autem damnum priuatum est exiguum, incommodum autem publicum maximum, periculum probabile: ergo non licet tunc omittere delationem occultam paternam. Quod confirmo à medicina: Si Medicus format hoc iudicium probabile: Æger curabitur, si hæc leuis sectio fiat, sine illa verò dubius sum, aut parum spero illum euasurum; In hoc euentu tenetur Medicus leuem sectionem præcipere, aut consulere, ne totum hominem exponat neci: ergo.

7. Notandum est tamen hîc quòd si ego spero delinquentem emendandum per me licèt non tam benè, quàm per Prælatum, sed tamen absolutè emendabitur, non teneor adire Prælatum.

8. Igitur ex dictis *in hac & superiori Resol.* dicendum est siue peccatum fratris sit tertio noxium, siue non sit; siue continuandum aut iterandum, siue non; modò constet quòd se non emendauerit per pœnitentiam, debere à te corripi secundum ordinem hunc Euangelicum, etsi tibi soli notum fuerit. Neque hoc est diffamare fratrem, sed cum aliquo detrimento in minori bono famæ maius erit bonum in conscientia curare; quomodo Medicus pro conseruatione totius corporis abscindit membrum minus necessarium. Imo vix vllum erit istud detrimentum; quia apud prudentes, quales adhibendi erunt, ferè tantumdem recuperabit frater pœnitendo, quantum amisit peccando.

RESOL. XLI.

An ordo circa adhibitionem testium sit seruandus quoad peccatum vni tantum notum? Ex p. tr. 7. tract. 3. Resolut. 37.

§. 1. Affirmatiuè respondet Turrianus *in* 2. 2. *tom.* 1. *disp.* 89. *dub.* 4. sed nouissimè cum Caietano, Durando, & aliis negat Franciscus del Castillo *in* 3. *sent. tom.* 2. *disput.* 6. *de Correctione, quæst.* 8. *num.* 9. quia peccatum quod est materia præcepti correctionis fraternæ debet esse publicum, vel simpliciter, vel secundum quid. Sed quod vni tantùm notum est, non est adhuc secundum quid publicum. Ergo: Et confirmatur Primò, quia ego solus vidi fœminam virginem defloratri, teneor tacere, imò etsi narraui teneor restituere famam, & quærere modum, qualiter eam absque infamia mea, vel sua restituam: sed totum hoc non est verum, si ad corrigendum fraternè fœminam peccantem tenere post admonitionem secretam inducere testes, quia tunc diffamaretur apud illum. Ergo. Confirmatur secundò, quia Christus in prædicto ordine loquitur non de correctione secreta quæ per hoc differt ab illa, quod respiciat peccata aliquo modo publica, & quæ deferri possint ad Ecclesiam, & ab ea puniri. Ergo circa peccatum vni tantùm notum, non est præceptum de adhibitione testium.

Sup. hoc in Res. seq. à lin 4. & lege etiam Res. & §. eius primæ not.

RESOL. XLII.

An quando delictum est occultum teneatur ad correctionem fraternam quis adhibere testes, etiam si illud peccatum antea non cognouerint? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Res. 41.

§. 1. Casus practicabilis est, & negatiuam sententiam tenet Durandus *in* 4. *dist.* 9. *quæstion.* 4. Vnde in fauorem huius sententiæ non grauabor hîc apponere verba Ioannis Henriquez *in compend. cas. moral. cap.* 28. *num.* 2. vbi sic ait. [Quando el delito es tan oculto, que no lo sabe mas que vn hombre solo, deue hazer la primera correcion à solas entre el, y el culpado, y no deue passar mas adelante, ni hazer segundo auiso delante de testigos, aunque no se aya emendado, sino dexarle que se estè en su pecado Porque la secunda correcion que se auia de hazer delante de los testigos se entiende, que han de ser de los hombres, que ya saben el delito por otro camino, para que el culpado no pueda negar su culpa: y assi si llamassen testigos, que no saben el delito por otro camino, el culpado puede negar su culpa: y assi los testigos no tienen mayor obligacion de creer a que corrige, afirmando que se cometio tal pecado, que a lotro que lo cometio en secreto, diziendo que no le cometio. Y si se dixesse que los testigos estan mas obligados à creer al hombre que corrige, que al corregido, seguiria se de aqui que qualquier hombre desalmado, que quisiere hazer mal à otro, podria llamar testigos, y delante dellos corrigir falsamente, diziendo que viuia mal, y que ya en particular, y à solas le auia corrigido secretamente, siendo todo falso; y deste modo podria hazer, que castigassen qualquier persona, que viuiesse bien. Y si se concediesse que los testigos no estan obligados à creer aquien los llama, sino al hombre que niega, podrà el que niega, aunque sea culpado, querelarse de que el hombre que lo corrige, lo disfama, y le quita la honra delante de testigos. Y no pudiendo probarse el cõtrario por ser el delito oculto, podria hazer que castiguen al que corrige con la pena de talion. Esta dottrina es de todos los Canonistas, y la trae Pedro de Nauar. *tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 4. *dub.* 13. aunque los Teologos tienen el cõtrario.] Ita Hēriq. *vbi suprà.*

Sup. hoc infra in Res. 45. §. vlt. & in Res. 58.

Sup. hoc in Res. præteri. ta. & lege etiam Res. & §. not. præteritæ.

2. Sed nouissimè contrariam sententiam docet Iacobus Granado *in* 2. 2. *contr.* 3. *de charit. tract.* 12. *disput.* 7. *num.* 6. vbi sic ait. Respondent aliqui solùm adhibendos esse testes, qui illud peccatum antea cogno

Sup. hoc in Res. seq. & infra in Res. 44. §. vlt. & in Res. 45

§.vlt. ad medium, vers. At à licitur.

cognouerint, & quidem id verum esset, quando reperirentur eiusmodi testes, & prodesse possent, sic enim minus infamaretur delinquens? si verò non reperirentur eiusmodi testes, adhiberi possunt & debent alij, quibus crimen ad hunc finem detegatur; quia licèt hoc modo aliquam famæ iacturam patiatur, ea censenda est minoris momenti, quàm spirituale damnum, quod patitur frater, dum in suo peccato perseuerat. Et quamuis ij testes non aliunde acceperint notitiam peccati, quàm ab illo ipso, qui priuatum aduonuerat, nihilominus multum prodesse poterit coram eis palàm corrigere. Primò, quia sic maiori rubore suffunderetur delinquens. Secundò, quia magis & magis timebit iterum delinquere, sciens esse iam plures, qui cognouerunt eum peccauisse, possintque, si velint, illum solerter obseruare. Hæc autem sine dubio magni momenti sunt ad emendationem. Ita Iacobus Granado, cui etiam adde Tanner. *tom. 3. disp. 24. q. 5. dub. 5. n. 97.* vnde huic posteriori sententiæ tanquam probabiliori adhæreo.

RESOL. XLIII.

Quales testes adducendi sunt in secundo gradu correctionis, & in quem finem? Ex part. 7. tract. 3. Resol. 38.

Sup. hoc in Res. præterita, § vlt. & in aliis eius not.

§. 1. DIuus Thomas *in 2.2. quæst. 37. art. 8.* ex Diuo Augustino, Chrysostomo, & Hieronymo tres refert causas inducendi testes. Prima, vt corrigens ostendat se præstitisse quod debebat erga correctionem fratris, & munus suum implesse. Secunda, vt per testes delinquens possit postcà ab Ecclesia conuinci, & probetur delictum. Tertia, vt meliùs emendetur peccator, & qui vnum admonentem contempsit, duos, vel tres vereatur, & audiat. Sed Lorca *in 2.1. disputatione 46. memb. 2. num. 20.* asserit quòd si hæ causæ rectè expendantur prima inutilis est; secunda inutilis & nociua; & tertia sola vera & ad mentem sacri Textus. Quod probatur. Nam inducere testes eo fine, vt eorum testimonio constet, corrigentem satisfecisse officio suo, inutile est: quia cùm hoc debitum correctionis ex sola charitate oriatur, rarò, aut nunquam eius solutio in foro exteriori exigitur, vt necesse sit testibus comprobari. Et præterea, cum primus gradus sit secreta admonitio, hi testes postcà inducti testificari non poterunt, an facta fuerit. At verò testes inducere, vt si correptus non paruerit, in iudicio deponant, inutile est, & perniciosum: quoniam ille qui corripitur, si sciat, testes illos delaturos crimen, timebit meritò, & admonitionem non admittet, sed potiùs negabit delictum, ne eorum testimonio condemnari valeat. Præterea quo pacto testes isti poterunt in iudicio testimonium ferre? Aut enim ex quòd secreto cum correpto actum est, & ex eius confessione? Aut postcà per se ipsos correptum explorantes, donec illum in crimine deprehendant? Primum illicitum est, & contra fidem secreti, nec talis testificatio in iudicio fidem faciet. Secundum rarò erit licitum, & nunquam expedit; non enim oportet esse exploratores vitæ alienæ, & plus habet versutiæ, & doli speciem, quàm charitatis. Vnica ergo causa adhibendi testes est; vt vt ab eis delinquens corrigatur; & ideò tunc solùm adhibendi sunt, quando speratur vtilitas, & apparet necessitas, & tales qui in hunc finem prodesse, & in alium obesse non possint. Et hoc manifestè constat ex textu. Quatenus enim dicitur, *Si eos non audierit;* significatur eo solo fine induci, vt audiantur. Et propterea disiunctim dixit vnum, vel duos, quia vnus solus sæpè sufficit, eo quòd eorum testimonio nihil probandum est. Quod autem dicitur; *vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum;* non ideò dicitur, quia eorum testimonio vtendum sit in iudicio; sed quia plurium testificatio, & admonitio, faciliùs persuadebit correpto, id quod agit, malum esse, & emendatione dignum. Huevsque Lorca.

2. Verum Malderus *in 2.2. quæst. 33. artic. 8. dub. 3.* Nauarra *de Rest. lib. 2. cap. 4. num. 264.* Bonacina *in Decalog. disp. 3. q. 4. punct. 7. n. 14.* & recentiores ferè omnes causas supradictas assignatas à Chrysostomo, Augustino, & Hieronymo admittunt, & in defensionem dictorum Patrum contra Loreem asserit Franciscus de Castillo *in 3. sent. to. 2. disp. 6. de Correctione, q. 8. n. 9.* quoad duas causas priores quòd testes qui ab ipsis existimantur inducendi propter illas, non sunt ex illis qui nunquam habuerunt notitiam delicti corrigendi, sed potiùs ex illis, qui nouerunt, & testes fuerunt patrationis illius, qui optimè possunt induci vt eisdem comprobetur, tum quod corripiens se gesserit vt debebat in correctione fraterna, tum etiam in iudicio si correctus non resipuerit, nec se emendauerit, quod videtur nimis germanum Textui, quia fratres inducendos à corripiente appellat testes vnum vel duos, &c. & valde conforme rationi est, quia magis prospicitur famæ proximi, nam sicut propter eam prius monemur de facienda correctione fraterna, ita propter eam monemur postea de correctione coram testibus, quibus notum erat delictum, vt eorum persuasionibus, & propter maiorem pudorem correptus resipiscat faciliùs, & suauiùs, & consequenter meliùs attenditur eius saluti spirituali, quia videns peccator quod ita prospicitur famæ eius, quod non fiat aliis testibus notum delictum suum, intelligit tantùm quæri à corripiente eius spiritualem salutem, & emendam.

RESOL. XLIV.

An sit necessarium adhibere vnum testem aut duos in correctione fraterna?

Et an quando peccatum scitur ab aliquibus illi sunt adhibendi, & non alij testes? Ex part. 7. tractat. 3. Res. 54.

§. 1. HAnc sententiam pertractat Sanchez *in Opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 2. dub. 4.* & obseruat duas aduersæ sententias. Prima tenet, priùs adhibendum esse vnum, deinde si hic non sufficiat alterum. Probatur, quia Christus dixit, adhibe vnum, vel duos, at coniunctio, vel ordinem denotat, scilicet vt priùs vnus adhibeatur; sicut denotat ordinem, *cap. Mandato, de preb. in 6.* Secundò, quia Christus ordinem correctionis instituit, vt proximi fama minus detrimentum patiatur, at minus patitur si vni detegatur crimen; ergo. Hanc sententiam tenet Sotus *memb. 2. quæst. 4. in fine sexta conclus.* & Flores *mat. de Correct. diffic. 5.*

Sup. hoc in fine Res. seq. & in Res. 1. post seq.

2. Secunda sententia tenet istum ordinem non esse sub præcepto, sed posse simul ambos adhiberi testes, licèt melius sit, priùs adhibere vnum. Ratio, quia non excusatur sic infamia; cum hæc ex eo proueniat quòd multi sciant alicuius delictum: ergo, quòd duo sciant delictum, siue simul, siue successiuè, parum refert. Secundò, quia minus prodest correctio priori modo facta, nam magis erubesceret, & retraheretur à peccato coram duobus admonitus, quàm coram vno. Hæc sententia probabilior est, & illam tenent Abul. *cap. 18. Matth. q. 102.* & Nauarr. *c. inter verba, corol. 46. n. 575.*

Sup. hoc supra in Res. 38. §. vlt. & in Res. 39. §. Igitur, & in Res. 40. & in tom. 5. tr. 7. Res. 60. §. vlt.

3. Notandum est tamen hic etiam, quòd quando peccatum scitur ab aliquibus, illi sunt adhibendi,

Sup. hoc in Res. præterita & in aliis eius annot.

bendi, & non alij testes; quia lex Charitatis postulat, vt saluti spirituali proximi, cùm minimo famæ dispendio consulatur.

RESOL. XLV.

An qui in correctionem testes adhibuit, teneatur adhuc alios adhibere?

Et si peccatum ab aliquibus scitur, & coram illis potest sufficienter corrigi, illi sunt adhibendi, & non a y delicti ignari? Ex part. 7. tractat. 3. Resol. 53.

§. 1. RESpondet Bonacina *disputatione tertia, quæstione quarta, puncto septimo, numero 16.* posse alios testes gradatim adhibere, sed non teneri. Quòd possit; ratio est, quia nulla sufficienti ratione probatur non posse; cùm hac ratione speret resipiscentiam, & famæ delinquentis prospiciat. Quòd verò non teneatur, ratio est, tum quia sufficienter charitatis ordinem seruauit iuxta præscriptum Euangelij: tum quia non tenetur tantum incommodum subire, cùm frequenter magis onerosum sit testes sæpius adhibere, quàm delinquentem Prælato vnica vice denunciare. Ita ille.

Sup. hoc supra in Ref. 42 & infra in Ref. 58. & lege eã à principio. 2. Sed non desceram hîc apponere pro praxi verba Trullench *in decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 16. num. 1.* vbi sic asserit. Si frater non emendatus fuerit adhibeantur vnus, aut duo testes, etiam delicti ignari, vt coram eis corripiam, toties, quoties moraliter speratur emenda: quamuis peccatum sit omninò occultum, & non in alterius, sed solius peccantis damnum. Sup. hoc in Ref. 1. not. præteritæ §. vlt. &c. At si scitur ab aliquibus, & coram illis potest sufficienter corrigi, illi sunt adhibendi, vt tenet Sanchez cum Tabien. *verb. Correctio, num. 2. in consiliis, part. 2. lib. 6. cap. 2. dud. 7. num. 4.* quia lex Charitatis postulat, vt saluti spirituali proximi quam minimo famæ dispendio fieri possit, consulatur. Et pro vlt. huius Ref. in Ref. præterita & seq. Non tamen tenemur vnum testem prius, (quamuis hoc melius sit) & alterum posterius, sed possunt duo simul adhiberi, vt efficacior sit correctio, Hucusque Trullench. Supra in Ref. quæ nunc hanc sequetur. Et de hac Quæstione *suprà* etiam aliquid dictum est.

RESOL. XLVI.

An quis in correctione teneatur in testium numero gradatim ascendere, antequam Prælato denuncietur? Ex p. 7. tr. 3. Ref. 40.

Sup. hoc supra in Ref. 44. & prope finẽ Ref. 45. §. 1. REspondeo negatiuè cum Maldero *in 2. 2. D. Thom. quæstion. 33. art. 7.* Ordinariè hoc non esse necessarium. Si enim grauius sit fratri, malè audire apud Prælatum, quàm apud decem testes: considerandum est, grauius etiam esse, tot adhibere testes corrigenti, quàm semel indicari Prælato. Quousque ergo charitas consulet famæ delinquentis, præcepto non erit nimium oneranda anxiè conscientia corripientis.

2. Notat verò idem Malderus, quòd si speres vno Teste adhibito corrigendum fratrem, teneris adhibere tantùm vnum: vult enim Dominus vnum aut duos adhiberi, prout videbitur necessarium. Alioquin in hoc secundo gradu istam latitudinem obseruauit D. Hieronym. vt prius vno teste adhibito moneatur: nam etiam tunc in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. Ipse enim corripiens etiam testis est: ideóque dicitur: *adhibe tecum adhuc vnum.* Obseruant id passim Doctores, & interpretes, quamuis Maldonat. in secundo gradu plures testes requirat, vt quadret illud Deuteronomij quod adducitur, *In ore duorum aut trium testium stabit omne verbum.* Sed non videtur otiosum, quòd sub disiunctione Dominus dicat, *Adhibe tecum adhuc vnum, vel duos*

RESOL. XLVII.

Quando peccatum censendum sit publicum, vt liceat, prætermisso primo gradu priuatæ monitionis, corrigere publicè coram aliis?

Et quid, si possint priuatè corrigere eum, qui publicè peccauit, teneorne nihilominus arguere publicè, aut Prælato denunciare? Ex part. 7. tractat. 3. Resol. 41.

§. 1. REspondeo; Salua lege naturali in Euangelio declarata, poterit ille sine præuia monitione coram aliqua communitate argui, cuius peccatum innotuit maiori parti illius communitatis.

2. Quæres, quid si possim priuatim monendo corrigere eum, qui publicè peccauit; teneórne nihilominus arguere publicè, aut Prælato denunciare?

Respondeo, in eo casu fratrem non esse denunciandum necessariò, neque arguendum coram pluribus, nisi scandalum quod passi sunt, aliter reparari non possit; aut nisi eo publicè reprehenso, etiam illi sint corrigendi, qui ipsius exemplo deliquerunt. Rectè tamen talis denunciabitur Prælato inquirenti: habet enim ius inquirendi, & iudicandi de publicis. Et ita docet Malderus *in 2. 2. D. Tho. q. 33. art. 7.* Vide etiam Valentia, & Couarruuias *in Epistola 4. Decret. part. 2. cap. 6. n. 13.*

RESOL. XLVIII.

An quando peccatum est notorium notorietate facti, ita vt non possit vlla tergiuersatione celari sit seruandus ordo in correctione facienda, ita vt præcedat secreta admonitio? Ex part. 7. tractat. 3. Resol. 42.

§. 1. REspondeo negatiuè cum Coninch *de Char. disput. 28. dub. 8. num. 147.* Valentia *tom. 3. disput. 3. quæst. 10. punct. 5.* Castro Palao *tom. 2. tract. 6. disput. 3. punct. 14. n. 3.* Villalobos *in sum. tom. 1. tr. 4. diffic. 10. n. 2.* Filliucius *tom. 2. tract. 28. c. 7. num. 149.* Trullench *in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 16. n. 2.* & alij communiter; quia quando peccatum proximi est publicum, tunc per denunciationem immediatè Superiori factam, ille non infamatur, quia iam est infamis. Ergo.

2. Nihilominus tamen Adrianus, & Paludanus, viri doctissimi, volunt hanc sententiam aliquando exceptionem admittere: sæpe enim sperari potest, vt etiam notoriè peccans per admonitionem emendetur; & quando hoc contingit; æquum est, prius admoneatur, quàm deferatur. Quam limitationem veram existimo, quia in peccatis quæ ignorantia, vel subita passione committuntur, etiamsi notoria sint, non est quare desperetur emendatio per monitionem. Et quamuis hîc non vrgeat conseruatio famæ, expedit tamen vitare illa damna & incommoda, quæ ex iudiciali condemnatione sequuntur. Sed est admittenda hæc limitatio in peccatis quæ soli peccanti nocent: non tamen in his quæ tertio, vel communitati damnum inferunt; in quibus, etiamsi adeò notoria non

non sit, rarò potest expectari priuata correptio; Admonitio autem, quam dicimus præmitti posse, non oportet vt si secreta: nam siue secreta, siue publica sit parum refert.

3. Sed dices, Omne peccatum quod est notorium, videtur esse contra bonum publicum ratione scandali: & præterea contra bonum publicum est, si peccata huiusmodi maneant impunita, quia indulgentia excitat alios ad peccandum. Hac ratione vtitur S. Thom. *in 2. 2. q. 33. art. 7.* ex Augustino, vt probet, in his peccatis non esse locum admonitioni. Sed si rectè attendamus, licèt omnia peccata publica qua talia sunt, apta sint scandalum inferre, non omnia inferunt: nam pro qualitate personæ & peccati potest contingere, vt peccatum publicum tantùm sit infamia peccantis, & non sit aliis occasio peccati; & multa peccata etiam publica, non solùm conuenienter; sed etiam necessariò impunita relinquuntur ad vitandum maiora mala. Vtrumque patet in peccatis meretricum, & aliis similibus. Quod ergo S. Thom. dicit, frequentiùs euenit; & ideo vera est regula generalis: sed oppositum aliquando potest contingere; & ideo admitti potest exceptio. Et hæc omnia docet etiam Lorca *in 2. 2. Diui Tho. disp. 47. Regul. 3. num. 37. & 38.*

RESOL. XLIX.

An, quando non speratur fructus ex correctione fraterna, sint adhibendi testes, vel his omissis recurrendum ad Superiorem. Ex. p. 7. tt. 3. Res. 43.

Sup. hoc supra in Res. 39. §. Igitur. ante medium, vers. Ex hac. & in Res. 40. à. §. Et ideo. & infra in Res. 58. §. vlt.

§. 1. Respondeo affirmatiuè, & ideo quando ob naturam peccantis aut alias ob causas prudenter credo me omnino inutiliter per me aut alios priuatos proximum moniturum antequam eum denunciem Superiori: tunc enim possum eum statim huic denunciare, quia frustrà illa præmitterem. Quod maximè locum habet, quando obseruatio illius ordinis crederetur non solum inutilis, sed etiam nociua futura, eo quod alter monitus in odium monentis exardesceret, aut emendationem simulando correptionem eluderet. Et ita docet Suarez *disp. 8. de Charit. sect. 6. n. 17.* Castrus Palaus *tom. 1.* Filliucius *tom. 2. tr. 28. c. 7. n. 115.* & Coninch *disp. 28. de Char. dub. 8. n. 151.* Vnde Trullench *in Decal. tom. 1. lib. 1. c. 5. dub. 16. n. 2.* sic asserit. Si probabiliter sciam proximum mea secreta monitione non esse emendandum, possum illam omittere etiamsi delictum sit occultum, & coram testibus corrigere; immo si existimem, correptionem, nec coram testibus esse profuturam, vel non adsunt testes idonei, eo quod timeam, eos peccatum reuelaturos, possum statim Prælato, vt patri, reuelare, seu denunciare, & testes prætermittere: nam tenemur proximo subuenire; at aliter, vt supponimus, mederi non potest: Ergo. Ita ille, qui etiam addit, quod si probabiliter credam, nec mea secreta monitione, nec coram testibus, nec à Prælato peccatorem esse emendandum, possum totam correctionem omittere, & illum Deo commendare.

2. Vnde non desinam hîc apponere verba Duuallij *in 2. 2. D. Th. tr. de Correct. q. 9. art. vlt.* vbi sic ait: Notandum verò est, ad hoc vt testes debeant ex præcepto adhiberi, duo requiri: Primò, vt priuata monitio nihil quicquam profuerit, vel certò non putetur profutura, etiamsi bis, tèrve fiat: nam si quis speraret se post trinam monitionem priuatim factam, esse profuturum, monitionem illam ter deberet adhibere, antequam ad testium adhibitionem veniret: nisi fortè in dilatione esset periculum, ne peccatum ipsum non emendatum aliis noceret: vel quod ipse peccator denuò peccatum suum repeteret, tunc enim deberet statim adhibere testes. Vbi obserua inter has tres monitiones debere esse aliquod temporis interuallum: nam si quis vna hora eas perficeret, non est dubium, quin moraliter pro vna tantùm haberentur: quantum autem temporis debeat inter illas monitiones intercedere, non potest tradi regula generalis, sed istud per prudentiam, qua rationem circumstantiarum, & vtilitatis ipsius correctionis, habet, est diiudicandum. Secundò, vt spes sit hanc testium adhibitionem fore profuturam, & non obfuturam; si enim putaretur non profutura, non est dubium, quin esset omittenda, non minus quàm ipsa tota correptio, eiúsque ordo, quando nullius vtilitatis fore conijcitur, sed statim ad denunciationem deueniendum esset. Ratio est, quia totus ordo correctionis, quem Christus *Matt. 18.* præscripsit, est iuris naturæ, non tantùm secundum substantiam singulorum actuum sed etiam secundum illorum ordinem: nempe vt primò moneatur priuatim proximus, postea adhibeantur testes; tertiò denuncietur Ecclesiæ, seu Prælato, qui bis, tèrve eum admonebit: quod si pertinaciter peccato suo adhæreat, eum excommunicabit. Hi autem actus non ita sunt iure naturæ, aut præcepto ipsius Christi præscripti, vt semper eos in corripiendo fratre exercere debeamus, sed solùm quando adsunt debitæ circunstantiæ, ob quas prudentia iudicabit ipsos adhibendos esse, vel non adhibendos: vnde sicut priuata admonitio non debet adhiberi, nisi quando per eam spes est emendationis: ita neque testium inductio, & sæpe fit, vt aliquando vnus actus, aliquando plures, aliquando omnes sunt omittendi: qua in re magna circumspectione opus est, & dicam ingenuè in omnibus actibus charitatis nullum esse, qui plus prudentia, quàm correctio fraterna indigeat. Hucusque Duuallius; Quæ omnia maximè pro praxi admonenda sunt, & de hac quæstione iterum redibit sermo.

RESOL. L.

An in Religionibus sine præuia correctione fraterna peccatum occultum fratris possit quis denunciare Prælato tanquam Patri.

Et an tali casu possit Prælatus cum suis Consultoribus, si necessarium sit, agere de illo peccato.

Et an doctrina supradictæ quæstionis procedat in aliqua Religione, in qua adest statutum, vt qui nouerit peccatum socij, denunciet Prælato, non præmissa correctione fraterna.

Et notatur, quod non sit deueniendum ad denunciationem Euangelicam, & multo magis ad iudicialem, si antea non adhibeatur correctio fraterna. Ex p. 3. tr. 2. Res. 37.

§. 1. Affirmatiuam sententiam nouissimè mordicus tenet Tuttianus *tom. 1. 2. 2. disp. 89. dub. 4.* vbi citat Bonauenturam, Angelum, Rosellam, & Armaualum, & addit in tali casu posse Prælatum cum suis Consultoribus, si necessarium sit, agere de illo peccato. Vide etiam Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 6. c. 18. n. 46.* & Suarez *tr. de charit disp. 8. sect. 6. n. 21.* Probatur hæc opinio, quia fructus vberior spiritualis illius fratris, meritò præponderat iacturæ illius famæ. Sup. hoc in Res. seq.

2. Sed contrariam sententiam tenendam esse puto cum Tannero *in 2. 2. disp. 2. q. 5. dub. 5. n. 106.* qui citat Adrianũ, Sylvestrum, Sotum, Bannez, Nauarrum, Valentiam, Humbertum, Hugonem, Victorinum, & D. Thomam, quibus ego addo Rodriquez *de ordine iudiciario,*

iudiciario, *cap*. 9. *n*. 5. Thomam à Iesu *lib. de visit. tract*. 1. *c*. 9. *n*. 1. & 6. Lorcam *in* 2. 2. *sect*. 3. *disp*. 47. *n*. 9. & Io. de la Cruz *in direct. conscient p*. 1. *prac*. 5. *art*. 2. *dub*. 5. *concl*. 1. Becanum *in* 2. 2. *c*. 21. *dub*. 4. Mirandum *de ordine iudiciario*, *tom*. 1. *q*. 11. *art*. 4. & Sayrum *in claui Regiar. lib*. 11. *c*. 4. *n*. 10. & *seq*. Ratio est, quia Christus *Matt*. 18. præcipit, vt correctio præmittatur antequam peccatum fratris Superiori denuncietur; ergo hoc faciendum est. Deinde frater debet corrigi, quantum fieri potest cum minima iactura suæ famæ, quia idipsum exigit charitas, vt frater suo quam minimo damno corrigatur, neque ad vllam infamationem coram altero procedatur, si absque hoc satis corrigi possit; neque fas est solùm propter maius bonum spirituale alicuius famam, aut fortunas eiusdem lædere. Vnde patet responsio ad contrarium argumentum. Adde quod ex huiusmodi denunciationibus, non præmissa correctione, generantur odia, & dissentiones inter correptum, & denunciantem, & nociuæ sunt paci communitatis.

Sup. hoc infra in Ref. 52. & supra in tr. 1. Ref. 240. §. vlt. in tribus eius vlt. lin.

3. Limitatur tamen supradicta opinio, quod non procedit in aliqua Religione, in qua adest statutum, vt qui nouerit peccatum socij, immediatè denunciet Prælato, non præmissa correctione fraterna; nam in tali casu huiusmodi Religiosi cedunt iuri suo; videlicet quod secum ordo fraternæ correctionis præmittatur; & ita faciūt Religiosi Societatis Iesu, cuius cōstitutionē optimè defendūt Suarez *tr. de fide*, *disp*. 8. *sect*. 6. *n*. 12. & 17. Coninch *de act. supernat. disp*. 28. *dub*. 11. *n*. 121. Laym. *in Theol. mor. lib*. 3. *sect*. 5. *tract*. 3. *p*. 2. *c*. 4. *n*. 5. Valentia *in* 2. 2. *q*. 10. *punct*. 5. Sanctarelius *super. decal. lib*. 2. *c*. 69. *n*. 21. Rodriq *in exerci. spirit. tom*. 3. *tract*. 8. *c*. 6. Sanchius *in selectis*, *disp*. 46. *n*. 28. Sanchez *in sum. tom*. 2. *lib*. 6. *cap*. 18. *n*. 50. Ribadeneira *de instit. Societ. Iesu*, *cap*. 34. Peregrinus *in constit Cler. Regul. p*. 3. *cap*. 9. *litera P*. §. 2. *concl*. 14. Sylvius *in* 2. 2. *q*. 33. *art*. 7. *concl*. 3. Maldetus etiam *in* 2. 2. *q*. 33. *art*. 8. §. *arguitur secundò*. Becanus *in* 2. 2. *c*. 21. *dub*. 5. *n*. 33. & alij. Quidquid in contrarium aduersùs tale statutum asserat Lorca *in* 2. 2. *q*. 33. *art*. 8. *sect*. 3. *disp*. 47. *n*. 12. & *seq*. cum Ledesma *in sum. tom*. 1. *tract*. 4. *c*. 4. *concl*. 14. §. *dico. secundo*. & Cosmo Philiarcho *de offic. Sacerd. tom*. 1. *part*. 2. *lib*. 4. *cap*. 14. quorum sententiam tanquam probabiliorem nouissimè die 24. Aprilis 1627. sequuta est Academia Salmanticensis, teste Hieronymo Rodriq. *in compen. qq. Regul. resol*. 36. *n*. 13.

4. Notandum est tamen hîc obiter, quòd Doctores primæ sententiæ in praxi eam deducendam esse putant, quando Superior, cui tanquam Patri reuelatur peccatum occultum fratris, est vir prudens, & discretus, secus autem si sit vir imprudens, violentus, vel subditis non bene affectus; nam in tali casu etiam supradicti Doctores asserunt minimè talem denunciationem esse faciendam, & aliter facientes peccare. Sed tu absolutè nostram sententiam tene, nempe non esse denunciandum peccatum occultum fratri Superiori, tanquam Patri sine præuia correctione fraterna, nisi, vt dictum est, in aliqua Religione aliter per constitutiones cautum sit.

Sup. contento in hoc §. infra in Ref. 58 59 & 60.

5. Notandum est etiā hîc obiter quod Octauianus Spatarius *in practica de modo corrigendi Regulares*, *tr*. 5. *c*. 1. *n*. 4. & *c*. 3. *n*. 4. existimat, non esse denenciendum ad denunciationem Euangelicā, & multò magis ad iudicialē, si antè non adhibeatur fraterna correctio.

RESOL. LI.

An in Religione sit licitum reuelare Prælato vt Patri peccatum occultum fratris absque præuia correctione, quando melius est per ipsum Prælatū correcturus?

Et infertur, quod quando Episcopi, Visitatores, & Prælati Religiosorum, & alij Superiores Regulares, aut sæculares Ecclesiastici præcipiunt sub excommunicatione ipso facto, vt scientes crimina intra certum terminum, sibi reuelent, semper, inte vigendum esset seruato ordine correctionis fraternæ, alias non est illis obediendum.

Et si aliquis Prælatus expressè præceperit contra hunc ordinem, & ipse peccabit præcipiens, & obediens. Ex p. 7. tr. 3. Ref. 44.

§. 1. Affirmatiuā sententiā docet Suarez *disp*. 8. *de Charit. sect*. 6. *n*. 17. & *to*. 4. *de Relig. l*. 10. *c*. 9. & 10. Castrus Palaus *tom*. 1. *tr*. 6. *disp*. 3. *pun*. 4. *n*. 2. Trullench *in Decal. tom*. 1. *lib*. 1. *c*. 5. *dub*. 16. *n*. 2. vbi sic ait: Item si monitio facta Prælato creditur esse vtilior, quàm si fiat coram testibus, eo quod Prælatus est discretus, prudens, & sanctus possumus omissis testibus Prælato tanquam Patri, crimen deferre: nam sic consulitur bono proximi absque eius damno. Sup. hoc in Ref. præterita.

2. Probatur hæc opinio, quia Medicus corporalis prudenter vtitur acerbiori medicina, quamuis non sit valde necessaria, si tamen est valde vtilis. Ergo etiam si correctio per Prælatum non sit necessaria simpliciter, si tamē est valde vtilis, & efficacior secreta correctione, poteris hac omissa delictum ad Prælatum deferre. Quod in religionibus, vt bene dicit Suarez, seruandum est; in aliis verò, quia magis sunt sui iuris, nisi notabilis fructus speretur pro certo, non est admittenda hæc sententia.

3. Et addit Palaus in religionibus semper præsumēdum esse melius subditum delinquentē per Prælatum corripiendum esse, quàm à quolibet particulari, dum contrarium non constat. Tum quia Prælatus occasiones peccati remouere potest, quas non potest alius subditus. Tum quia ipse Prælatus pœnitētias, & remedia applicare potest, quæ per alios subditos non possūt applicari. Tum quia difficilius subditus simulare potest Prælatos emendationē, quam tamen facili negotio simulare potest alteri fratri, sic latè expendit Suarez *tom*. 4. *de Relig. lib*. 10. *c*. 9. *n* 11. & hæc omnia docet etiam Coninc *disp*. 28. *de Char. dub*. 11. *n*. 202. & Doctores quos citat & sequitur Hurtadus de Mendoza, *vol*. 2. *disp*. 16. *sect*. 6. §. 81. & *seq*. quibus etiā consentit Francisc. del Castillo *in* 3 *sent. tom*. 2. *disp*. 6. *de Correct. q*. 8. *n*. 4.

4. Non desunt tamen Doctores negatiuæ sētentiæ adhærentes, quos citat & sequitur Lorca *in* 2. 2. *disput*. 47. *n*. 9. vbi sic asserit: Hæc sententia nullo modo probabilis est, & omnino asserēdum est, neque in Religionibus, neque extra fas esse denūciare Prælato etiam vt patri, delictū occultum, omissa propria admonitione, si ea speratur vtilis: nec præceptū Prælati, aut constitutio religionis excusare possunt à culpa, nedum obligare, quia iniusta erunt, & contra diuinam & naturalē legem. Hæc est sententia S. Tho. *art*. 7. *ad* 5. Dicendum, quod Prælato non est obediendum cōtra præceptum Domini Et ideo quando Prælatus præcipit, vt sibi dicatur, quod quis nouerit corrigendū, intelligendum est præceptum sanè, saluo ordine fraternæ correptionis, siue præceptū fiat cōmuniter ad omnes, (id est per constitutionem) siue ad aliquem specialiter. Sed si Prælatus expressè præciperet cōtra hunc ordinem, & ipse peccaret præcipiens, & ei obediens, &c. Eandem sententiā docent expositores S. Thomæ, *hoc loco*, Sotus *in d. illio* 2. *q*. 4. *concl*. 3. *dub*. 3. Adrianus *in dub. illo*, *Ostēso*, *quod est de ordine correptio*. Abulēsis *q*. 84. Paludā *q*. 4. Gabr. *lect. illa* 74. Anton. §. 4. Armil. *n*. 7. Syluest. *q*. 4. Nauar. *cap*. 17. & à fortiori Nauar. & Hugo Vict. allegati *præcedenti disputatione*, qui etiam vt patri negant manifestari posse prius quàm aliis testibus

5. Probatur primò Quia Christus illum primũ gradum correptionis expressè tradidit; &, vt latè ostendimus, præcepit vniuersis, & sine exceptione: ergo nullum sine temeritate excipere possumus, nisi exceptio oriatur ex ipsa natura rei; quia nimirum admonitio secreta non speratur profutura; & qui aut omnino excludunt, aut aliter restringunt, gratis, & contra Christi decretum opinantur. Secundò, quia præceptum hoc innititur legi naturali propter duas rationes, quas attigimus disp. præced. nempe vt conseruetur fama & honor proximi, & quia ille modus corripiendi, sicut est suauior, ita natura sua accommodatior, & efficacior ad reuocandum hominem à peccato. Nec rationes istæ non vrgent in manifestatione, quæ Prælato fit; quin potius vehementiùs vrgent, quoniam quicumque subditus multo pluris æstimat bonam famam, & integritatem nominis apud Prælatum suum, quàm apud multos alios; & si ex manifestatione criminis timeri potest, (vt Patres dicunt) impudentia, & obstinatio peccatoris, & ideo fieri non debet, nisi postquam alia via salutis desperata est; multo amplius timeri potest ex manifestatione, quæ Prælato fit, quæ plus doloris, & confusionis ingerit subdito, quàm si multis aliis fieret. Et præterea augetur inconueniens; quia ex huiusmodi delationibus, non præmissa admonitione, facile generantur odia, & dissensiones inter correptum, & denunciantem, & nociuæ sunt paci communitatis. Neque in religionibus potest inueniri specialis ratio, cur Euangelicus ordo prætermittatur; quia nec religiosorum fama vilis est, sed potius maioris pretij, quàm secularium: nec minus sperari potest, secretam admonitionem profuturam religiosis, quàm aliis, sed magis; non enim religiosi sunt duriores, aut incorrigibiliores cæteris, nec cætera incommoda minus in religione vrgent, quàm extra. Quare etsi Prælatus aptior videatur ad correptionem, vel maior aliqua spes vtilitatis esset in ipso, nihil refert, si is, qui nouit delictum, sufficienter est aptus, & sufficienter ex sua admonitione sperat vtilitatem. Vere tamen ad correptionem fraternam, quæ solùm tendat in bonum delinquentis, & non misceat authoritatem Iudicis non semper Prælatus erit aptior, & vtilior; aliquando enim non erit. Et quamuis si subditus sciat, omnia peccata sua occulta manifestanda esse Prælato, aliquem terrorem concipiet, quo magis à peccatis abstinebit: sed quia terror ille incutitur cum iniuria subditi, non potest censeri medium vtile, & licitum ad cauenda peccata. Quemadmodum licèt plus timerent homines, & retraherentur à culpa, si scirent, omnem, qui peccat statim esse iugulandum; non tamen ideo iusta esset peccat, lex quæ præciperet, omnem, qui peccat, iugulari: Hucvsque Lorca.

6. Hanc etiam sententiam docet ex Societate IESV P. Fagundez *in Decal. tom. 2. lib. 8. c. 7. nu. 9.* vbi sic ait. Scio esse aliquos Doctores, qui audent affirmare in eo casu, quo quisque Religiosus priuatus præmissa admonitione fraterna, æquè bene ac Superior possit occulto sui fratris peccato occurrere, siue illud vergat in damnum aliorum, siue solùm in priuatum damnum peccantis, posse adhuc licitè id reuelare Superiori, relicto, & prætermisso fraternæ correctionis præcepto, & teneri illud reuelare, si id Superiores imperent præcepto aliquo generali, vel speciali. Ita Richard. *in 4. dist.* 19. *art.* 3. *q.* 1. *ad* 2. & Gabr. *in Canone Missæ, quæst.* 4. *num.* 4. *in fine*. Fundamentum illorum est.

7. Primò, quia non videtur probabile esse ea, quæ in communi consuetudine omnium Religionum fiunt contra præceptum Christi, sed consuetum est in omnibus Religionibus, quòd in Capitulis aliqui contra aliquos proclament de culpis, nulla secreta admonitione præmissa: ergo videtur quòd hoc non sit de necessitate præcepti, infertur rectè posse vnumquemque Religiosorum reuelare peccata grauia occulta cuiusuis Religiosi Superiori suo, vt ea emendet, maximè tanquam Patri, omni secreta admonitione prætermissa.

8. Secundò, quia non obstat infamatio illius Religiosi, cuius delicta occulta Superiori tanquam Patri reuelantur: nam apud pium, & prudentem Prælatum, & fidelem amicum, cui ea reuelantur; & qui non sit ei nociturus, sed profuturus, vel nullam patietur infamiam, vel leuissimam, vt patet.

9. Tertiò, quia cùm huiusmodi reuelationibus seruatur puritas, & perfectio Religionum in sua primæua disciplina, & ex illarum amissione destruitur puritas, & perfectio earum: quare si moraliter certum sit, quòd pius & prudens Superior ex tali reuelatione non sit processurus ad remedium, & bonum Religiosi delinquentis, non erit necessaria, & cessabit talis monitio.

10. Quartò, quia esto incurrat infamiam apud ipsum Superiorem, tamen conscientia, & salus animæ præferenda est bonæ famæ, bona enim temporalia, & inferioris ordinis, & famæ, & diuitiæ posthabenda sunt bonis spiritualibus, saluti videlicet animarum, & fratris deerrantis emendationi.

11. Verùm hæc opinio stando in iure communi, nullo modo est probabilis, stando verò in iure, & statutis aliquarum Religionum, statim dicemus: quare eius rationes & fundamenta sic soluuntur.

12. Ad primum dices: proclamationes illas, quæ in Capitulis Religiosorum absque vlla secreta admonitione fiunt, esse de aliquibus culpis leuibus, quæ famæ non derogant, & esse potius quasi quasdam commemorationes oblitarum culparum, quàm accusationes, aut denunciationes: vnde si essent aliqua de quibus frater infamaretur, contra præceptum Domini ageret, qui in talibus proclamationibus peccatum fratris publicaret: ita, & optimè respondet Diuus Thomas 2. 2. *quæst.* 33. *art.* 7. *ad* 4.

13. Ad secundum dices, falsum esse non manere Religiosum infamatum cuius delicta pio, & prudenti Superiori, qui potest prodesse, & non obesse, tanquam Patri manifestantur: multo enim grauior est infamatio apud vnum grauem, & prudentem virum, à quo quis pendet, quàm apud multos, à quibus non pendet, vt latè probauimus *c.* 2. *n.* 24. maximè quia ex reuelatione Superiori tanquam Patri facta, pio, & prudenti, potest Superior procedere ad negationem suffragij, ad officia Religionis, ad mutationem domus, & Monasterij, ad remotionem ab officio; & ad alias res, quæ notam infamiæ naturaliter afferre possunt, vt statim dicemus.

14. Ad tertium nego melius conseruari omnes Religiones in primæua puritate sui instituti, & disciplinæ religiosæ, si nulla præmissa monitione fratres statim deferantur ad suos Superiores, tanquam pios, & prudentes Patres, de delictis occultis, quæ non sunt aliis nociua, cùm æquè possint emendari per secretam admonitionem, de quo procedit quæstio: imò assero religiosam disciplinam, & puritatem religionis, tunc posse magis à sua primæua puritate collabi, quàm in ea conseruari; cùm enim decor, & puritas Religionis præcipuè consistat in bona fama Religiosorum, & hæc magis pendeat ex æstimatione, & iudicio prudentium, & Superiorum, quàm ex aliorum iudicio, si Religiosi apud istos infamentur: consequenter Religio à primæua puritate deficiet, vt patet, & quod additur nullo modo apud Superiores, prædictos Religiosos infamari, ridiculum omnino est; cum enim fama consistat in bona æstimatione, necessariò, illam non habebit, qui delicta occulta, & grauia alicuius agnouerit, hoc tamen

men non tollit quòd possit dari specialis Religio, in qua ob eius munia & ministeria spiritualia, & occupationes cum proximis frequentes, & magnæ vtilitatis spiritualis illorum ad eius conseruationem necessariò requiratur hæc famæ renunciatio, vt statim apparebit.

14. Ad quartum respondendum est conscientiam, & bona spiritualia superioris ordinis, vt salus, præferendam esse famæ, & bonis temporalibus inferioris ordinis, quando vtrumque seruari non potest: secus autem quando vtrumque seruari potest, vt supponimus, fieri posse per admonitionem fraternam, sicut ex dictis patet.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 7. Res. 60. ex doctrina §. vlt. & si placet. lege Res. & §§. eius primæ not. & in tom. 5. tr. 9. Vide doctrinam Res. 3. signanter § Sed, ad fin. 9. Vers. Superior.

15. Ex dictis inferes, quando Episcopi, Visitatores, & Prælati Religiosorum, & alij Superiores regulares, aut seculares Ecclesiastici præcipiunt sub excommunicatione ipso facto, vt scientes crimina intra certum terminum sibi reuelent; semper intelligendum esse seruato ordine correctionis fraternæ, si crimina sint occulta, & putetur correctio profutura, & non est periculum in mora, etiamsi id præcipiant specialiter vni, vel generaliter omnibus, alias non est eis obediendum. Et hæc omnia docet Fagundez *vbi supra*.

16. Sed non bene tam ipse, quàm Lorca affirmatiuam sententiam vocant improbabilem, & ideò Caspensis *in Curs. Theol. tom. 2. tr. 27. disp. 6. sect. 3. num. 25.* sic asserit: Ex his sequitur, quàm immeritò Lorca hanc sententiam vocet improbabilem. Est enim probabilissima, tot sanctorum Patrum, & Doctorum Scolasticorum authoritate fulcita, imò oppositam censeo non tam probabilem, & quæ facilè posset esse occasio ruinæ, & subuersionis Religionum. Dices hoc esse velle adducere aliud Euangelium pro Religiosis, ac pro Laicis. Respondetur primò, D. Thomam, D. Bonauen. & cæteros omnes Doctores relatos, probè nosse Euangelium, & nihilominus tradidisse hanc doctrinam. Eandem tradidit Innocentius 39. cap. Qualiter & quando 2. de accusationibus, vbi ait: *Prælatos curaturos, vt charitatiua monitio præcedat inscriptionem: inscriptio autem denunciationem: denunciatio autem accusationem.* & subdit: *Hunc tamen ordinem circa regulares personas non credimus vsquequaque seruandum, quando enim causa requirit, facilius & liberius possunt à suis administrationibus amoueri.* Ecce Pontifex constituit discrimen non solum inter Laicos, sed etiam inter clericos seculares, & religiosas personas in seruando ordine correctionis. Respondetur secundò cum Turriano, alium esse finem boni publici in Republica seculari, & alium religionis: nam in Republica seculari hic finis intenditur, vt publicæ paci, & tranquillitati ciuium consulatur; quam tranquillitatem delicta publica perturbant; nec omnia publica, & ita multa impunè permittuntur; atque adeo non postulat bonum illius Reipublicæ, vt secreta peccata ad secularem Rectorem deferantur. At institutum religiosæ Congregationis est, non tantum efficere bonum aliquem ciuem, sed virum perfectum, propter quod bonum Religionis fieri potest, vt cum aliquo detrimento famæ Religiosi, possit fieri prædicta delatio: præceptum enim naturale non infamandi proximum, & ex charitate corripiendi, ita obligat, vt si aliquando maius aliquod bonum postulet: vt de fama illius non curemus, statim possimus illius crimen occultum Superiori manifestare; hac enim ratione facilius quisque Religiosus abstinebit à peccato exteriori coram alio Religioso: & sic toti Religioni maximum emolumentum eueniet, dum minor est licentia peccandi, & Religio melius consequetur suum finem, vt peccata etiam occulta, quæ perfectionem vitæ religiosæ impediunt, quantum fieri potest, impediantur.

7. Ratio à priori huiusce rei est, non quia hoc præceptum non obliget omnes, etiam Religiosos; sed quia affirmatiuum est, & in eo statu rarò occurrunt omnes circumstantiæ, cum quibus obligat ad illum ordinem. Deinde quia ordo correctionis in tantum seruari debet, in quantum præcipit charitas: hoc enim præceptum est præceptum charitatis, quod obligat ex charitate: itaque regula in illo ordine seruanda est charitas ipsa, & quod magis expedit saluti spirituali fratris At in casu de quo loquimur, perfectio charitatis hoc postulat, vt immediate deferatur Prælato tanquam Patri peccatum occultum fratris; quia speratur breuior, & melior correctio, & maior vtilitas spiritualis illius. Quomodo enim frater iuuenis in Religione corriget Professum antiquum? quam medicinam adhibebit? quomodo pericula relapsus auertet & occasiones? igitur non solum quando videt quod ipse nec scit, nec valet; tunc enim manifesta est obligatio delationis, sed etiam quando sperat vtilius, & perfectius corripiendum fore à Prælato, licitè potest deferre. Ita Caspensis *vbi suprà*. Et ideo ego vtramque sententiam probabilem esse existimo, licet secundæ adhæserim *in par. 3. tr. 2. resol. 37.* & nunc etiam adhæreo cum multis Doctoribus, ibi citatis: Et primam sententiam prorsus non admitto in casu quo Superior, & Prælatus sit vir imprudens, & violentus, & cum subdito non bene affectus: nam si Superior est vir imprudens, & non seruabit secretum, vel diffamabit subditum, prorsus talis delatio non est facienda.

Quæ hic est Res. antecedens, à principio.

18. Igitur admitto affirmatiuam sententiam tanquam probabilem concurrentibus duabus conditionibus. Prima, vt delatio fiat ei non tanquam iudici, sed tanquam patri. Secunda, vt Prælatus sit prudens, discretus, & spiritualis, zelo, & dilectione suarum ouium ornatus, & taciturnus, & insuper sit spes maioris vtilitatis fratris; quia nimirum speratur breuior, melior, & securior in futurum emendatio per Prælatum, quàm per priuatum.

RESOL. LII.

An sit licita Constitutio Societatis Iesu, quod deferantur peccata Fratrum Prælato vt Patri absque præuia correctione? Ex p. 7. tr. 3. Res. 45.

1. §. PRo negatiua sententia *in par. 3. tr. 2. Resol. 37.* adduxi Philiarcum, & Lorcam, quorum sententiam testatur Rodriquez *in compend. qq. regular. Resol. 36. n. 1.* Academiam Salmanticensem tanquam probabiliorem sequutam fuisse, eámque tenet nouissimè Lopez de Texeda *in Theolog. Moral. tom. 1. lib. 1. tract. 3. contrau. 4. per totam.*

Sup. hoc supra in Res. 50. §. Limitatur, & cursim in alijs lin. eius not.

2. Sed ego ibi, & meritò affirmatiuam sententiam docui cum 13. Doctoribus, quibus nunc addo doctissimum Hurtadum de Mendoza *vol. 2. disp. 163. sect. 5. & seq.* vbi latè, & solidè more suo hanc tuetur opinionem, quam etiam tenet Freitas *in Editione nouiss. de Confess. sollicit. q. 18. n. 58.* Cætena *in praxi S. Officij, par. 2. tit. 9. §. 4. n. 18.* Fagundez *in Decal. tomo 2. lib. 8. c. 7. n. 13. & sequ.* Maldetus *in 2. 2. D. Tho. q. 33. art. 8.* doctissimus Dominus meus Transinera *q. 9. de Correct. frat. sect. 3. c. 11.* Castrus Palaus *tom. 1. tr. 6. disp. 3. pun. 9. n. 2.* & Trullench *in Decal. tom. 1. lib. 1. c. 5. dub. 1. n. 5.* & ratio est, quia non solùm ex opinione probabili hoc licitum est in aliis Religionibus, vt suprà probauimus deferre Prælato, vt patri peccata occulta subditorum absque præuia correctione, sed quia Religiosi Societatis Iesu cedunt iuri suo. Vnde sic probatur hæc opinio à Castro

Supra in Res quæ hic est antecedés, & in alia eius not. primæ.

Castro Palao. Quilibet potest ob honestos fines detrimentum in fama, & honore pati, (vt ex communi sententia suppono) etiamsi Dominus non sit famæ propriæ,& honoris. Ergo potest renuntiare ius, quod habet, vt sibi fama integra conseruetur in correctione ob honestos fines, quales sunt maior spiritualis correcti profectus, maiórque securitas à recidiuo, submissio, & humilitas propria, integritas communitatis. Negari enim non potest Religiosos maiori circumspectione processuros, si sciant peccata propria occulta à quolibet sciente extra confessionem, vel gratia petendi auxilium, esse superioribus manifestanda omissa correctione securiores esse à recidiuo, & communitatem magis indemnem seruari. Ergo ob huiusmodi honestos fines possunt famæ detrimentum pati. Confirmo, si proximus ob fines supradictos manifestaret proprium peccatum Prælato, nonne laudandus esset; Ergo etiamsi ex consensu ipsius eius peccatum superiori manifestes ob supradictos fines, opus laudabile facies. Tandem si proximus iam famam apud Prælatum amisset, rectè posses cum illo agere de eius peccato, si in tali tractatione operaris ex bono fine. Ergo idem videtur dicendum, quando ipse proximus non vult seruare suam famam apud Prælatum, sed iusta de causa tibi facit potestatem eius.

2. Ad argumenta verò Petr. de Lorca solidè respondet Coninch *disp.* 28. *de Char. dub.* 12. *per tot.* & Hurtad. & Castr. Palaus *vbi suprà.* Nec te terreat iudicium Salmanticensis Academiæ adductum, nam ad illud respondet Hurtadus *loco cit. sect.* 11. §. 102.

3. Sed post hæc scripta inueni Duuallium *in* 2. 2. *D. Thom. tr. de Correct. q.* 9. *art.* 5. hanc pertractare difficultatem & post multa hæc asserere. Quando proximus, qui peccauit ita est comparatus, vt priuata mea monitione, probabiliter debeat à peccato resipiscere, eiúsque peccatum nullum communitati Congregationis damnum infert, ordo correptionis fraternæ seruandus est, vt scilicet prius priuatim moneatur, quàm ad Superiorem publicè deferatur. Ratio est, quia in his Religionibus, in quibus vigent tales constitutiones, præcipuè attenditur salus communitatis; quæ quidem per peccata Religiosorum euidenti periculo exponitur, tum ratione exempli; quod enim ab aliquo impunè fit, ab aliis facilè attentatur; tum ratione infamiæ, quatenus nempe peccata illa, si non statim puniantur, secularibus breui innotescent: quod in præiudicium maximum ipsius Religionis ceder. Quando ergo hæc incommoda, & pericula cessant, aut probabile est, mè, priuata mea monitione, his omnibus obstiturum, non debeo priuatam monitionem omittere: equidem, vt diximus, si in aliquo casu ordo Euangelicæ correctionis obliget, maximè in isto casu debet obligare, in quo mea priuata monitio est admodum profutura, & peccatum proximi nulli in communitate, aut extra est obfuturum.

4. Sed quia regulariter loquendo, vix potest haberi moralis certitudo, quòd peccata Religiosorum non debeant communitati, aut alicui tertio nocumentum aliquod inferre, sicut, & quod mea priuata monitione emendabitur: ideo non est improbanda illa Religionum quarumdam constitutio, qua peccata occulta, omissa priuata monitione deferri debeant ad Superiorem: quod non tantùm de leuioribus, sed etiam de grauioribus, & mortiferis peccatis intelligitur. Primùm ex Basilio *in regulis fusius disputatis, interrogat.* 26. vbi propter maiorem humilitatem, & perfectiorem sui abnegationem, iubet Religioso, arcanas suas cogitationes suo superiori detegere, nulla habita ratione, quòd Religiosus seipsum orationibus, & mortificationibus sponte assumptis iuuare posset: ergo à pari legitima est illa constitutio, qua Religiosus peccata occulta sui fratris superiori tenetur detegere, etiamsi eum prius secretò non monuerit. Ita Duuallius; malè igitur contra talem constitutionem Societatis recentiores aliqui obmurmurati sunt, quos deterrere debebat Bulla Greg. XIII. quam adducit Coninch, & Hurtadus omnino videndi. & Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo testatus est mihi, Andream Pacheco Inquisitorem Generalem damnasse per edictum Matriti die 19. Nouem. 1625. hanc propositionem in quibusdam Thesibus appositam. Nullo modo licet peccata denunciare Prælato vt patri omissa propria admonitione secreta.

RESOL. LIII.

An stando in opinione, quod licitum sit absque præuia correctione deferre delicta Fratrum Prælato vt Patri, quæritur, quid possit facere Prælatus cum subdito sic delato? Ex p. 7. tr. 3. Res. 46.

§. 1. AD hoc dubium respondet Ludouic. Caspensis *in Cursu Theol. tom.* 2. *tract.* 17. *disp.* 6. *sect.* 3. *n.* 35. vbi sic ait. Ex his infertur, ex denunciatione paterna, non posse Prælatum procedere iudicialiter, & delinquentem punire, vt tenent communiter Doctores; esset enim contra ius peccatum secretò manifestum ad correctionem per pœnitentiam evulgare. In delicto verò graui, præcipuè si probari potest, bene potest Prælatus procedere ad pœnitentiam aliquam secretam, quæ magis sit correctiua, & præseruatiua delicti, quàm punitiua, vt docet Sotus *de tegen. secret. memb.* 2. *qu.* 4. Similiter poterit Prælatus subditum à loco, vel ministerio aliquo remouere, quando munus ex solo nutu superioris pendet, & potest fieri sine infamia illius, attentis prudenter omnibus circumstantiis. Similiter poterit superior cum suis Consultoribus agere ea de re, quando id iudicatur necessarium ad remedium adhibendum, & coram illis aliquando monere, & secretò corrigere ipsum delatum; quia in hac manifestatione vtilitatem spiritualem delinquentis respicit, vt tradit Turrianus *disp.* 89. *dub.* 4. Imo & designare subdito delinquenti socium fidelem, qui eius actiones exploret, & referat superiori, vt tradit Bannes 2.2. *q.* 33. *art.* 3. *dub.* 1. Hoc enim spectat ad officium Prælati, qui tenetur vitam subditorum inquirere, quia curæ eius commissi sunt, & pro eis rationem est redditurus. Deinde si ei moraliter constet de delicto subditi, saltem per delationem vnius testis omni exceptione maioris, poterit grauiter subditum reprehendere, etiam coram duobus, vel tribus, testibus, & pœnitentiam aliquam iniungere, & etiam sub excommunicatione ipsos facto incurrenda præcipere, ne talem locum suspectum adeat, vel ne cum tali persona loquatur; hæc enim omnia, vi tradit Castr. Palaus *tr.* 6. *de char. disp.* 3. *punct.* 12. non excedunt paternam correctionem, & semiplena probatio delicti sufficiens est ad illa præstãda, vt etiam notauit Suarez *de Relig. lib.* 10. *c.* 10. & 12. Deinde addit, si delictum sit in damnum communitatis, vel tertij, & via denunciationis paternæ nequit ei remedium sufficiens adhiberi, posse Prælatum præcipere delatori, vt relicta denunciatione paterna ad iudicialem transeat; posse etiam creare Fiscalem, qui denunciatoris officium sumat, & facta per illum denuntiatione, examinare delatorem tanquam testem qui veritatem tenentur fateri, & facta hac testificatione procedere ad examinandum delinquentem, quod est valde notandum pro modo procedendi Prælatorum in delictis quæ vergunt in damnum & perniciem communitatis, vt amplius constabit ex dicendis sect. seq. Hucusque Caspensis.

2. Addunt

2. Addunt etiam supradictis Bannez, & Turrianus, posse Prælatum socio significare aliquam malam de subdito suspicionem habere: dicendo, obserua illud, si iam apud Prælatum subditis diffamatus sit, secus è contrà; secundò dicunt posse sic designatum non præmissa correctione delictum fratris superiori, vt patri deferre. Vtrumque dictum non vndique probat Castrus Palaus *tomo 1. tract. 6. disp. 3. punct. 11. num. 9.* Et hæc omnia dicta esse volo secundum mentem dictorum Auctorum.

RESOL. LIV.

An si frater sit emendatus, possit quis illum Prælato vt Patri denunciare, vt sic securior sit, ne in posterum labatur.

Et quid, quando adsit periculum relapsus. Ex p. 7. tr. 3. Ref. 49.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Iacob. de Grafiis *in decis. tom. 1. lib. 2. c. 68. num.* 18. vbi sic ait. Animaduertendum est, quòd frater delinquens non tantùm denunciandus est Prælato, pio & discreto, atque spirituali, sicut priuatæ personæ, vt emendetur, sed & vt emendatus præseruari possit à recidiuo, si tamen per signa valde probabilia crederetur, quòd ex illa denunciatione fratrem correctum Prælatus infamare vellet, tunc crimen occultum fratris iam veraciter correcti ei denunciari non deberet. Ita ille, qui citat Gabriel. Et hanc sententiam tenet etiam Richard. *in 4. dist. 19. art. 3. q. 1.* Angel. *verb. Denunciatio, n. 10.* & alij, quia talis denunciatio valet ad præcauendum fratrem à recidiuo, & nihil ei obest, cum Prælatus aduersus illum non possit ad punitionem procedere.

2. Sed ego sententiæ negatiuæ adhæreo cum Adrian. Palud. Nauar. Soto, & aliis quos citat & sequitur Gre. de Valentia *tom. 3. disput. 3. q. 10. pun. 5.* Probatur primò ex illis verbis Domini: *Si te audierit, lucratus eris fratrem tuũ*, quasi dicat nihil superest amplius, sed ibi erit sistendum, vt conseruetur fama fratris. Secundò, nam vt rectè censet Adrianus, sicut grauius est diffamari apud grauem, & honestum virum, quàm apud alium, ita & apud Prælatum. Quisque enim magni facit bonam existimationem sui apud suum Prælatum: Igitur minimè debet lædi fama proximi apud Prælatum, quando id ad finem correctionis non est necessarium, cùm scilicet iam est emendatus per secretam admonitionem. Neque fundamentum Richardi est firmum: non enim pro qualicumque bono spirituali proximi licitum est damnum ei inferre in bonis temporalibus, sed pro eo, quòd sit ad salutem necessarium, qualis non est ordinarie illa maior securitas à recidiua. Neque enim esset licitum eripere v. g. alicui bona sua, & dare pauperibus, vt orent pro ipso, sicut rectè ait Adrian. & patet aliquot sententiis August. relatis à Gratiano XIV. *q. 5.* præsertim *Canone licet, Ex hom. 7. Augustini lib. 50. homil.*

Sup. contento in hoc & seq. §. in Ref. seq. §. vlt. & late infra in Ref. 62. & supra in tr. 1. Ref. 240. per totam & signanter §. vlt.

3. Quòd si casu aliquis esset talis, vt certo, vel probabiliter existimetur proximus relapsurus nisi præteritus eius lapsus indicetur superiori ad eum præseruandum à recidiua, negari non debet, quin id esset licitum; sicut concedit quoque Adrianus & Sotus *vbi sup.* & insinuat D. Thomas quodlib. 11. art. 13. Nam etiam ad eundem finem liceret rem indicare cuiuis alteri priuato sine cuius ope non putaretur quis futurus immunis à relapsu: Cæterùm hi casus non sunt ordinarij. Quocirca ordinariè quidem falsa est illa Richardi opinio, quam postea sequutus non bene est Grassius. Et ideo hanc sententiam, præter Valentiam, & alios ab ipso citatos, tenet Castr. Palaus *to. 1. disp. 3. pun. 12. num. 2.* Petr. Nauarra *de restit. lib. 2. c. 4. part. 2. dub. 12. num. 686.* Petr. de Aragona *in 2. 2. tom. 1. q. 33. art. 7. in fi.* Sanchez *in sum. tom. 2. lib. 6. cap. 18. n. 49. & 60.* Emanuel Sà *verb. Correctio, n. 4.* Villalobos *in sum. tom. 2. tract. 4. diffic. 12. num. 4.*

4. Notandum est tamen, quòd Filliucius *tom. 2. tr. 28. cap. 8. n. 157.* Bonacina *disp. 3. q. 4. punct. 7. n. 17.* limitant nostram sententiam, modò frater non existat in periculo labendi; quando verò adsit probabile periculum relapsus; respondeo, cùm frater ita occasionibus peccati innodatus sit vt moraliter loquendo iudicetur casurus, nisi ab illis diuertatur. Et ita docet Palaus *loco cit. n. 5.* Quapropter Petr. de Ledesma *tom. 2. sum. tra. 4. concl. 24. diffic. 5. pag.* 290. affirmat, si scias Religiosum in luxuriam incidisse non ex malitia, hoc est ex consuetudine, sed ex fragilitate humana propter occasionem sibi oblatam, te non debere Prælato denunciare, si à te corrigi potest; quia tunc non censetur esse in probabili periculo cadendi. At si ex malitia, & praua consuetudine peccat, affirmat denunciandum fore, quia rarò præsumi potest emendatus, sed potius in morali periculo iterum, & sæpe cadendi versari.

RESOL. LV.

An saltem in Societate Iesu frater emendatus sit denunciandus Prælato, vt sic securus sit à recidiua? Ex p. 7. tr. 3. Ref. 50.

§. 1. Affirmatiuè respondet Valentia *to. 3. disp. 3. q. 10. punct. 5.* vbi argumentando contra doctrinam à nobis, & ab ipso in superiori resolutione firmatam sic asserit. Ipse proximus potest licitè propter qualemcumque maiorem securitatem suam à recidiua, indicare Prælato peccatum suum, de quo iam est emendatus, postposita iactura propriæ famæ: Ergo idem poterit alter pro proximo facere ob eandem illam proximi vtilitatem spiritualem.

2. Respondeo per distinctionem consequentis. nam si ad id habeat quis proximi consensum, verum est id consequens, & bona consequentia: vt patet ex iis, quæ disseruimus in quinto casu pronunciari quarti. Si autem desit proximi ad id consensus, falsum est id consequens, nec valet consequentia. Nam cùm vnusquisque sit, vel dominus, vel dispensator famæ suæ, potest arbitratu suo illius iacturam facere pro qualicumque bono proprio spirituali; alter verò minimè absque eius consensu. Quemadmodum potest quisque de bonis suis facere eleemosynam pauperibus vt pro ipso orent; non autem alter absque eius consensu. Ita Valentia; sed vt visum est Religiosi Societis Iesu cedunt iuri sibi conseruandæ famæ: Ergo possunt Prælato denunciari, vt patri, vt illos à recidiua caueat maiori cum securitate. Et ideo in hanc sententiam videtur consentire Suarez *de Relig. tom. 4. c. 10. n. 11. & 12.*

3. Sed his non obstantibus contrariam sententiam tuetur Castr. Palaus *tom. 1. tr. 6. disp. 3. pun. 13. num. 4.* & Sanchez *in Sum. tom. 2. lib. 6. c. 18.* asserentes si certò tibi constat proximum emendatum esse, neque periculum probabile habere relabendi, nullo modo posse eius delicta superiori manifestare, vt securior sit, nisi ipse expressè in tali manifestatione consentiret, neque consensus in Societate præstitus ad hunc casum censendus est extendi. Et probat hoc Palaus: nam finis præcipuus in Societate ob quẽ mandaretur delicta superioribus deferri, est correctio ipsius delinquentis. Si ergo frater correctus omnino est, & emendatus: neque periculum sit recidiuæ, cessat finis, ob quem consentit delicta superioribus deferre.

Et

Et confirmo. Si enim ob maiorem securitatem, maioremq; humilitatem, & submissionem propriam cessante fine correctionis, liceret delicta fratris emendati superiori deferre, liceret, inquam, non vni, sed pluribus superioribus manifestare, vt sic delinquens amplius humiliaretur, & securior à reincidentia esset, quod nullus debet concedere: Ergo. Et ideo videtur dicendum vtramque sententiam probabilem esse.

Sup. hoc in Res. praeteritas, penult. & vlt. & infra late in Res. 62. & supra in tr. 1. Res. 140. per totam, & signanter in §. vlt.

4 Non deseram tamen hîc adnotare quod Hurtadus de Mendoza affirmatiuam sententiam videtur docere; sic enim ait *vol. 2. disp. 162. sect. 28. §. 225.* In Religionibus in quibus degitur cum magna dependentia subiectorum à Praelatis, licita est ordinariè immediata delatio criminis emendati, quod adhuc est recens, & commissum tempore non longe distante. Probatur: quia in talibus criminibus, quando sunt viscosa, quam difficilè abiunguntur, vt luxuria, furtum, detractio, & similia: ordinariè est probabile periculum relabendi. Qui enim heri luxuriatus fuit, aut furatus, licèt se sacramento expiauerit confessionis, nonne timebit probabiliter hodie relapsurus, si in eadem occasione versetur? Longa & certior quàm vellemus, est experientia peccata huius generis rarò euenire vnica vi & non repeti multoties. At non potest à priuata praecaueri ordinariè, potest autem à Praelato: ergo delicta possunt deferri. Antiquata verò iam sunt obliuione, & sine fructu recensentur: in Religionibus autem vbi administratio est monarchica, id legi est vtile: quia Generalis cognitis criminibus suorum adhuc recentibus, dabit operam eis occupandis, vbi sine periculo vacent honestis muneribus. Ita Hurtadus. Vide Turrianum etiam *in 2. 2. tomo 1. disputat. 89. dub. 4.*

RESOL. LVI.

An correctio sit facienda de peccato habituali, si non est periculum labendi?

Ex quo infertur, an peccator, non statim ac peccat, teneatur de peccato conteri, sed cum aliqua latitudine temporis, & in articulo mortis? Ex. p. 7 tr. 3. Res. 11.

§. 1. Affirmant non contemnendi Doctores, & ita docet Valentia *tom. 3. disp. 3. quaest. 10. punct. 1.* Suarez *de Charitate disp. 8. sect. 3. num. 8.* Bannez *in 2. 2. quaest. 33. art. 3. dub. 2. ad 4.* Bonacina *disp. 3. quaest. 4. punct. 7. num. 4.* Arragonius *art. 2. dub. 1. corol. 1.* quibus omnibus adde sapientissimum Hurtadum de Mendoza *vol. 2. disp. 162. sect. 7. §. 68.* Probatur haec opinio; quia peccatum commissum, & non emendatum secluso periculo in aliud relabendi; est secundùm se, materia grauis huius virtutis, sed ad grauem eius materiam obligamur, quoties sine graui incommodo cum spe fructus eam possumus exercere: ergo peccatum commissum, & non emendatum secundùm se nos grauiter obligat. Minor propositio est per se nota, & liquida satis ex dictis. Item & ab exemplo eleemosynae corporeae, quae in materia graui nos obligat, quando sine incommodo possumus de superfluo erogare stipem, vt saepè dixi. Ratio etiam à priori; quia aequitas fraternitatis exposcit: vt ego curem de fratre graniter indigenti, quando sine incommodo possum, ne esuriente vno alius ebrius sit. Maior est multò clarior: quia materia correctionis est materia spiritualis proximi, vt materia eleemosynae est materia corporalis: ergo miseria grauis spiritualis est materia grauis huius virtutis, sicut egestas grauis est grauis misericordiae materia; sed peccatum mortale habituale, secundùm se, secluso periculo noui peccati, est miseria grauis, siquidem concitat inimicitiam Dei, & hominem reddit obnoxium aeterno supplicio: ergo.

2. Quòd si haec ratio probaret singulos teneri ad agendam paenitentiam cum primum possunt, non propterea non probat conclusionem hanc. Si autem demus nullum teneri agere poenitentiam cum primum potest, adhuc haec conclusio probatur hac ratione: quia paenitentiae materia est, peccatum detestandum, non quia malum sit peccatoris; sed sub alio conceptu. At materia correctionis est malum peccatoris, quod nos obligat cum primum, si caetera occurrant, quia est materia grauis eius virtutis.

3. Dices, charitas in nosmetipsos non obligat nos ad abigenda haec mala cum primum: ergo nec charitas in proximum. Nego consequentiam: quia correctio non obligat ad repellendum peccatum alienum; sed ad proponendum peccatori ob oculos, quibus rationibus teneatur ad poenitentiam agendam. Hoc autem vnusquisque in se id cogitat, quando est animo tam sedato, vt possit alium corrigere, ob quod quidquid ipse tenetur hic & nunc proximo praestare, id sibimet praestat.

4. Et ideò Caspensis *in Cursu Theol tom. 2. tract. 17. disp. 6. sect. 1. num. 7.* sic ait. Difficultas est an sit obligatio corripiendi fratrem quando peccatum commissum est, nullum est periculum iterum relabendi, manet tamen in statu peccati. Et satis communis sententia docet, in eo euentu hoc praeceptum non obligare, quia ipse peccator tunc non tenetur seipsum liberare à peccato habituali; quia homo statim post peccatum non obligatur ad retractandum illud, & ad reconciliationem cum Deo: ergo neque alius tenetur illum corripere, & exhortari, vt reconcilietur cum Deo. Mihi verò opposita sententia videtur valde probabilis, quia peccatum commissum, & non emendatum, secluso periculo in aliud relabendi, est secundum se materia grauis huius virtutis; ac proinde obligat quoties sine graui incommodo eam possumus exercere, materia enim huius virtutis est miseria grauis spiritualis fratris; sicut egestas grauis, est grauis materia eleemosynae: at peccatum mortale habituale praecisè, & ex se, secluso periculo relabendi in aliud peccatum, est materia grauis, siquidem reddit hominem Dei inimicum, & obnoxium aeterno supplicio. Ex quo patet responsio ad fundamentum contrariae sententiae, quia materia paenitentiae est peccatum detestandum, non quia malum sit peccatoris, sed sub alio conceptu: at materia correctionis est malum peccatoris, quod statim obligat; quia est materia grauis. Falsum etiam est, me non teneri lege charitatis, in aliquibus occasionibus ad faciendum aliquid quod ipse secum non tenetur facere, sed potest licitè omittere, v. g. Ego teneor subuenire proximo in graui necessitate corporali, & tamen ipse potest in ea manere, nulla adhibita diligentia, sed eam velle pati pro Christo, ipse potest velle esse sine honore, quod ego illi optare non possum. Ita Caspensis.

5. Sed his non obstantibus, ego negatiuae sententiae adhaereo, quam tenet nouissimè Trullench *in Decalogum tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 14. num. 3.* Turrianus *in 2. 2. tom. 1. dub. 86. num. 2.* Coninch *de charitate, disp. 28. dub. 6. num. 117.* Layman. *lib. 2. tract. 3. cap. 7. n. 2.* Sanchez *Opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 2. dub. 2 n. 3.* Castrus Palaus *tom. 1. tract. 6 disp. 3. pun. 2. n. 6.* Gaspar Hurtadus *disp. 6. de Correct. diffic. 4.* Reginaldus *tom. 1 lib. 4. c. 25. n. 332.* Villalobos *in Summa tom. 2. tr. 4. difficul. 2. n. 4.* & alij: Et rationes adducit Castrus Palaus, quia non censetur proximus in graui necessitate esse constitutus, nisi ex occasione peccati commissi sumat occasionem illud peccatum committen

committendi, aut probabiliter existimetur ita permansurum in illo peccato, vt suo tempore de illo non doleat: quod iam est nouum peccatum. Extra hoc periculum perseuerantia in peccato, etiamsi grauis miseria sit; non tamen ex misericordia videris obligatus procurare illam tollere. Si enim ipse ex charitate sui, quæ strictius obligat non, obligatur statim illam miseriam depellere, quare tu ex misericordia obligandus es procurare? Non enim cohærere videtur te esse obligatum corrigere; & alium non esse obligatum admittere correctionem. Cùm igitur peccator non statim ac peccat, teneatur de peccato conteri, (vt ferè omnes Doctores fatentur, cum D. Thom. 4. *dist.* 17. *quæst.* 3. *articul.* 1. *quæstiuncula* 4. *ad* 2. Sotus, *ibid. quæstio.* 2. *articul.* 6. Dur. *quæst.* 10. Ioann. Med. *Codic. de pœnit. quæst.* 6. Nauar. *in Summa cap.* 1. *num.* 27. *&* 29. Suar *de pœnitent. disp.* 15. *sect.* 5. non tenetur correctionem admittere, quæ sibi tunc adhibetur. Ergo nec tu videris obligatus illi correctionem facere. Et confirmo. Peccatum proximi non potes tollere per correctionem immediatè; sed media voluntate ipsius peccatoris. Ergo quando peccator non tenetur apponere suam voluntatem ad tollendum peccatum, nec teneris tunc correctionem apponere, cùm correctio ad tollendum peccatum proximi ordinetur, quod tolli non potest nisi media voluntate ipsius. Vnde vtramque sententiam probabilem esse asserit Machadus *de Perfecto Conf. tom.* 1. *lib.* 2. *p.* 2. *tract.* 6. *docum.* 11. *num.* 5. vbi sic ait. [I aunque es muy probable opinion, que este precepto de la correccion fraterna no solo obliga à procurar, que el proximo no cayga en pecado; sino tambien à levantarle, despues de caydo en el. Con todo esso es mas probable, i de Autores muy graues, que la fuerça deste præcepto solamente obliga à procurar por la correccion fraterna, que el proximo no cayga en pecado, quando està proximo para caer en el.] Ita ille. Et tandem nouissimè Franciscus del Castillo *in* 3. *sent. tom.* 2. *disp.* 6. *de Correct. quæst.* 3. *part.* 1. *num.* 2.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 3. Res. 85. §. Secunda. & ex lata doctrina Res. 86. quā uis recitatiue signanter à lin. 3.

6. Verùm Lorca *in* 2. 2. *D. Thomæ; quæst.* 33. *art.* 5. *sect.* 3. *disp.* 41. *num.* 11. putat inter supradictas sententias non esse dissidium: sic enim asserit. Tertiò est dubium, vtrum materia correctionis sit peccatum futurum, an etiam præteritum? Non potest negari, peccatum præteritum quod permanet actu, complacentia, perseuerantia, aut obligatione satisfactionis, esse materiam correctionis, neque id vllus negat; quia huiusmodi peccatum in futurum pendet. Nec etiam negari potest, peccatum præteritum, cuius emendatio, & pœnitentia constat, ineptè corripi; quia fructus correctionis est emendatio, quæ si adest cessat necessitas medij. Solùm est difficultas, quando peccatum omnino transiit actu, & solùm remanet reatu, quia qui peccauit in reatu, permanet non acta pœnitentia, Glossa *in cap. Si peccauerit*, 2. *quæst.* 1. *& cap. Qui alium, de heret.* & eam sequuti Sylucster, *verb. correctio, quæst.* 1 Angel. *eod. verb. num.* 1. affirmant, quando peccatum non perseuerat actu, solos Prælatos obligari ad correctionem, non cæteros. Dum verò hanc obligationem Prælatis imponunt, loquuntur de correctione iudiciali, non de fraterna. Id clarius prosequitur Abulens. *quæst.* 83. qui apertè docet, non esse præceptum corripiendi peccatum, quod nullo modo manet actu, sed solo reatu, quia non est per pœnitentiam deletum. Probat. Quia incertum est, & constare non potest, an homo egerit pœnitentiam, nec ne; præsertim cùm sufficiat occulta contritio ad remissionem culpæ. Quando ergò nullo signo constat perseuerantia actualis complacendo, repetendo, aut omittendo satisfactionem debitam, temerè aliquis corrigeret tanquam impœnitentem, quem scire non potest, an pœnituerit.

7. Contra verò Adrian. *quæst. illa*, §. *secunda propositio*, impugnat hanc sententiam, & probat, debitum esse corripere peccatum, quod permanet reatu. Quoniam non minus debitum est lege charitatis extrahere hominem à miseria, in quam incidit, quam cauere, & præseruare ne incidat. Et verba *Matth.* 18. potius loquuntur de peccato præterito, si peccauerit, quàm de futuro, vel quod in futurum pendet.

8. Sed videtur inter has sententias non posse esse dissidium. Nam re vera peccatum præteritum, quod permanet solo reatu per se est materia correctionis, vt probat fundamentum secundæ sententiæ; & ideo si constat, non esse actam pœnitentiam, corripiendum est. Quod tamen intellige, non esse debitum strictiori vinculo, quàm peccator ipse teneatur pœnitentiam agere; non enim plus me obligat educere à peccato, quàm peccatorem ipsum: cum igitur peccator ipse non teneatur statim pœnitere, sed cum aliqua latitudine temporis, & in articulo mortis, non amplius tenetur alius illum admonere. Sed præterea dicendum est, vix constare posse, an homo pœnituerit, vel non, & an perseueret in reatu peccati vt probat argumentum prioris sententiæ; Quare nisi is, qui peccauit, omittat confessionem annualem, vel in articulo mortis, vix vnquam erit casus, quo de peccato, quod solo reatu maneat, corripiendus sit. Hucusque Lorca: Patet tamen ex dictis in omnium sententia, quòd si proximus peccauit, & insuper est in periculo iterū labendi, ōnes Doctores censent tunc propriè esse obligationem correctionis, quia proximus est in graui miseria. Tum ob peccatum commissum, tum ob periculum simile committendi. Item honor diuinus ibi periclitatur. Ergo, &c.

Sup. hoc articulo mortis in tom. 1. tr. 3. ex doctrina Res. 85. §. Sed omnes. in principio, & lege etiam alias Res. & §§. eius. annot

RESOL. LVII.

An quis teneatur corripere peccantem alia ratione emendandum? Ex p. 7. tr. 3. Res. 25.

§. 1. Respondeo, quòd vt tenear fratrem peccantem corripere, requiritur, vt hoc sit hic & nunc necessarium ad eius emendationem. Vt contingit quando nisi eum corripiam creditur nunquam emendandus, aut nimis diu in peccato hæsurus, aut sæpè idem repetiturus, aut alia eius occasione facturus. Si enim sit omnino probabile ipsum, aut per se, aut per aliorum correptionē emendandum, sine periculo vlteriùs meam omissionem peccandi, non est in necessitate respectu mei, atque ita non obligor saltem grauiter, ei dare eleemosynam spiritualem. Sicut proximo patienti necessitatem corporalem non teneor dare eleemosynam, quando ipse per se potest sibi necessaria acquirere, aut alij creduntur sufficienter ea administraturi. Non sufficit tamen quòd adsint alij, qui possint, aut etiam magis quàm ego teneatur talem ex corporali, aut spirituali necessitate eripere, nisi omnino probabiliter credam eos hoc facturos: nam aliàs sicut quòd illi hoc possint & teneātur facere, non iuuat indigentem, nisi id de facto faciant; ita non soluit me ab obligatione, nisi ego meritò credam eos hoc facturos. Et hæc omnia docet Coninch *disp.* 28. *dub.* 6. *num.* 115. Valentia *tom.* 3. *disp.* 3. *quæst.* 10. *punct.* 2. Turrianus *in* 2. 2. *tomo.* 1. *disp.* 86. *dub.* 2. & Villalobos *in sum. tom.* 2. *tract.* 4. *diffic.* 3. *num.* 5. & alij.

RESOL. LVIII.

An testium inductio debeat praecedere denunciationem publicam.

Et difficultas est, si proximus in correctione obdurenerit, vtrum sint adhibendi. Ex p. 7. tr. 3. Ref. 56.

Sup. hoc supra in Ref. 41. 42. & 45. §. vlt. in principio, & signanter in Ref. 50. circa fin. in §. vlt.

§. 1. EXistimat Durandus *in 4. dist. 19. quaest. 4.* in peccatis, quae sunt occulta, testium inductionem esse prorsus illicitam; & tunc solùm esse licitam, quando peccatum aliquod occultum, in duorum, vel trium notitiam deuenit: ideóque si corripienti solùm innotescat, post priuatam admonitionem, bis tértve repetitam, non debet vlterius procedere. Primùm, quia si testes pro isto peccato sint adhibendi, vel quia necessarij sint ad probationem criminis, sed hoc non; siquidem fieri potest vt crimen non viderint, & praeterea in correctione fraterna, etiam quando ad denunciationem deuenitur, non incumbit denuncianti ista probatio, cùm denunciatio sit actus charitatis, & in eo ab accusatione distinguatur, quòd ipsemet denunciator sit testis, nec opus semper sit, alios secum ad Praelatum, cui denunciat, adducere, vt iam ostendimus; vel testes adhibendi sunt, vt ipsi iudicent, an in peccatum istud denuò incidet ipse peccator, sed hoc non: quia hoc iudicium non potest fieri absque praeuia vitae, conuersationis, & reliquorum aliorum ipsius delinquentis perquisitione: haec autem perquisitio priuatis hominibus, quales sunt ipsi testes, prorsus interdicitur, vel sunt adhibendi, vt testificentur se officio suo in ipsa correctione functos esse: hoc autem est omnino inutile & vanum: ad quid enim prodest Deo, & in conscientia, quòd homines, nos officio non defuisse resciant: igitur in peccatis occultis, post priuatam, & secretam monitionem, non est vlterius per testium inductionem procedendum.

2. Verùm hanc Durandi opinionem refellit. D. Thomas *in 2. 2. quaest. 33.* ad 1. docet namque post priuatam monitionem, antequam ad publicam denunciationem deueniatur, adhibendos esse testes, vt patet Matthaei 116. *Adhibe tecum vnum, aut duos testes.* Deinde ordo charitatis postulat, vt quando non potest famae, & vitae spirituali proximi, simul consuli, potiùs famae, quàm vitae spiritalis iacturam faciat: est enim vita spiritalis animae, multò charior, & pretiosior fama. Tertiò de extremo ad extremum non est veniendum, nisi per medium; ad hoc vt proximus notier, quàm minimo suo incommodo emendetur: principium autem correctionis fraternae, quod fit, quando proximus corripitur priuatim, est omninò occultum: finis autem est, quid publicum, & manifestum, nempe Ecclesiae denunciatio: ergo inter vtrumque debet intercedere aliquod medium, quod de vtroque extremo participet nempè vnius, aut alterius testis inductio. Quartò, illud expresse docet Augustinus sermone 16. de verbis Domini, vbi hanc Christi sententiam, *Si peccauerit in te frater tuus.* de peccato occulto intelligit, *Peccauit in te* inquit, *quando tu solus scis, si alij eiusdem peccati conscij sint, etiam peccauit in eos.* atqui in huius peccati correptione praecipit Christus, adhiberi testes: ergo non tantùm pro publico, sed etiam pro occulto sunt adhibendi, iuxta illud eiusdem Augustini, vt refert D. Thomas loco citato, *Peccatum fratris non debet occultari, ne putrescat in corde.* quo loco agit de occulto peccato, vt patet ex hoc quod ait, *si non detegatur, putrescet in corde.*

3. Vnde ad primum Duraadi argumentum, respondeo, testes quatuor de causis adhiberi. Primò vt prae reuerentia testium non audeat negare factum, & vt spondeat coram illis emendationem: admonitio quippe coram aliis facta magnam vim ad morum correctionem habeat. Secundò, vt si neget se fecisse, testes postea eum obseruent. Tertiò, si fateatur factum, sed neget esse peccatum, à testibus conuincatur esse peccatum. Denique, vt testes eum hortentur, & ad emendationem, atque correctionem vitae suae eistimulos admoueant. Et haec omnia docet Duuallius *in 2. 2. tr. de Correct. quaest. 9. art. vlt.*

4. Non nego tamen ratione circumstantiarum saepius testes non esse adhibendos ante publicam denuntiationem. Et ideò Hurtadus *volum 2. disput. 163. sect. 7. §. 115.* si proximus in correctione obdurerit est difficultas, vtrum sint adhibendi? Aliqui censent à S. Thoma teneri eos adhibendo, vtrum loquitur expressè ante accusationem publicam. Ego existimo duo; alterum eos adhibendos ante publicam accusationem delicti, vt expresse S. Thomas, *quaest. 3. art. 8.* ex Beato Augustino, & aliis. Quod accipe quando possunt adhiberi sine proportionato damno deferentis, aut alius: & quia hoc damnum frequenter timetur, ideò Henr. Durand. & alij censuerunt non esse obligationem eos adhibendi. Ita Hurtadus.

Sup. hoc supra [illegible] Ref. 39 [illegible] ant [illegible] ver [illegible] & [illegible] 40. a § Et ideo. & in Ref. 49.

RESOL. LIX.

An idem dicendum sit, si procedatur via accusationis, ita vt in tali casu possit fieri accusatio sine praeuia correctione.

Et distinguitur inter viam accusationis, & denunciationis. Ex p. 7. tr. 3. Ref. 57.

§. 1. NEgatiuam sententiam si emendatio fratris spectatur docet Lorca *in 2. 2. D. Thoma disput. 4. num. 27.* vbi sic ait. Patet, materiam accusationis esse omnia delicta, quibus infertur iniuria alicui, praesertim Reipublicae, atque adeò illa etiam, quae solum nocent peccanti, si publica & scandalosa sint; nam quia talia sunt, nocumentum Reipublicae afferunt. Cùm igitur haec etiam sint materia correptionis, vt ex supradictis constat, quamuis in aliquibus eorum raò habeat locum, non est negandum, etiam in processu accusationis saepe lege charitatis praemittendam esse admonitionem. Haec est sententia Doctoris Angelici *art. 7.* Cùm enim *in 3. argumento* obiecisset, in accusatione non deberi admonitionem; ergo nec in denunciatione; solùm respondet his verbis: Ad tertium dicendum, quòd quando imminet periculum multitudinis, non habent ibi locum haec verba Domini. Nec distinguit inter accusationem, & denuntiationem, quasi dicat, tam in vna, quàm in alia solùm excusare omissionem admonitionis, quando est periculum in nocumento alterius. Quod ergo dicitur in cap. Qualiter & Quando, solùm significat, magis conuenire admonitionem denunciationi, quia solùm expetit emendationem delinquentis, quàm accusationis; sed in accusatione etiam aliquando deberi admonitionem, constat ex Anacleto *Epistola 2. cap. Accusatio, 2. quaest. 7.* Hucusque Lorca, cui adde Caiet. *in 2. 2. q. 33. art. 7.* & alios *vbi infra.*

2. Nec deseram hîc apponere verba Ioannis Dicastillo *de Iust. lib. 2. tract. 1. disput. 7. dub. 2. num. 9.* vbi sic ait: Probabilius est, & pia sententia Soti *lib. 5. quaest. 5. art. 1.* & Syluester *verb. accusatio, punct. 3.* quos alij sequuntur, semper, scilicet praemitti debere ante accusationẽ fraternam correptionem, de qua

qua Matth. 18. *Si peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te, & ipsum solum.* Licèt enim respondere possimus ibi tantùm agi de denunciatione ex charitate, quam appellamus Euangelicam; quam ideò debet præcedere secreta monitio, quia instituta est ad emendationem delinquentis; non verò de accusatione, quæ tendit ad punitionem in vtilitatem boni publici; non habita ratione famæ peccatoris; Nihilominus tamen Christus vtrumque videtur coniunxisse. Primò: vt fieret correptio, deinde, vt procederetur ad punitionem; quamuis, hic processus ad punitionem semper videtur temperatus in ordine ad vtilitatem delinquentis. Ideò absolutè placet prior sententia, quæ id præcisè non requirit in accusatione spectata solùm illius natura, vt explicatum est. Ita Dicastillus.

3. Sed ipse meritò ibi affirmatiuæ sententiæ adhæret, quam etiam docet doctissimus Duuallius 2.2. *tract. de Correct. quæst.* 9. *art.* 5. vbi sic ait. Quæres an quando proceditur per viam accusationis, & non simplicis denunciationis, seruandus sit ordo correptionis fraternæ, ita vt nunquam apud Iudicem reum aliquem accusemus, quin priùs eum priuatim, & secretò monuerimus. Notandum est, differentiam esse inter accusationem, & denunciationem: Primò, quòd accusatio habeat pro fine vindictam delinquentis, vel ad satisfactionem iniuriæ, quam intulit; vel vt iustitia legalis quæ est virtus vniuersalis, conseruetur: at verò denunciatio habet pro fine emendationem seu bonum delinquentis. Secundò, quòd accusatio sit actus virtutis iustitiæ, vt patet; denunciatio verò actus charitatis. Tertiò, differunt in forma probationis; nam in accusatione, præter accusantem, requiritur plena probatio: in denunciatione verò istud non requiritur, quia denuncians admittitur, vt testis, neque censetur propriè actor, cum nihil agat in vindictam delinquentis, sed quidquid agit est in bonum illius. Hoc posito distracti, sunt Doctores in diuersas sententias: alij enim, vt Diuus Thomas *in* 4. *distinctione* 19. *quæst.* 2. *artic.* 3. *quæstiuncula* 1. *ad* 4. Caietanus *in art.* 7. *quæst.* 33. Durandus *quæst.* 4. *ad* 1. & Syluester *verbo accusatio. qu.* 3. volunt admonitionem accusationi, non minùs quàm denunciationi præmittendam esse. Alij verò, vt Sotus, *qu.* 4. *ad secundam confirmationem.* Abulensis *quæst.* 97. *ad* 7. Angelus *verbo Accusatio.* Richardus *articu.* 3. *quæst.* 4. & alii dicunt in processu accusationis admonitionem non habere locum.

4. Quæ opinio, si de iure in rigore sermo sit, magis probatur, tum quia Capitulo: *Qualiter, & Quando, de accusationibus,* scribitur, sicut accusationem legitimam debet præcedere inscriptio, id est libellus, in quo accusatio scripta contineatur, sic & denunciationem charitatiua monitio. Quibus verbis apertè insinuatur, admonitionem ad denunciationem, & non accusationem esse necessariam; tum quia in praxi istud ab omnibus vbique obseruari solet, vt nemo qui vult alterum apud Iudicem accusare, non soleat eum priuatim, aut per amicos, priùs admonere, saltem nemo est, qui eum, si secretò non monuerit, iniustitiæ, aut peccati redarguat; siquidem vtitur iure suo, minusque adhuc Iudex eius actionem, & accusationem, defectu huius admonitionis repudiat: igitur, si summo iure agatur, ad accusationem admonitio non requiritur: tum denum, quia ex natura rei secreta admonitio non respicit forum exterius; est enim natura sua secreta, & quæ probari nequit: agitur enim inter correptum, & corripientem; quamuis inducantur testes, tamen istud non impedit secretum, quia ipsi ad sigillum tenentur: quo fit, vt hæc inductio testium inepta sit ad probationem iuridicam: igitur in accusatione coram Iudice, in rigore iuris, non requiritur præuia admonitio. Dixi, in rigore iuris, quandoquidem ex charitate, & lenitate, quæ inter homines debet intercedere, præsertim quando est aliqualis coniectura, quòd ipsa poterit prodesse; non est dubium, quin ipsa præmitti debeat: vnde si nihil aliud voluerint authores prioris sententiæ, crederem hoc modo opinionem eorum esse veram; sed quia videntur loqui in rigore, & iure summo, idcircò eo sensu posterior sententia multò est probabilior. Hucusque Duuallius; cui adde P. Lugo *de Iustit. tom.* 2. *disp.* 37. *sect.* 7. *n.* 81. & Doctores communiter.

RESOL. LX.

An ordo correctionis non solum in foro conscientiæ sed etiam in foro externo sit seruandus.

Et an si Prælato, vel Iudici constaret iniuriam fieri reo, eo quod denunciatur, vel accusatur, non præmissa admonitione, quando debita est, teneatur, quantum potest commodè, denunciationem, & accusationem impedire, & conari, vt Euangelicus ordo seruetur. Ex p. 7. tr. 3. Res. 8.

§. 1. Ad hanc difficultatem respondet Lorca *in* 2. 2. *disp.* 47. *num.* 28. vbi sic ait. Dubium est, vtrum ordo correctionis non solùm in foro animæ, sed etiam in foro contentioso debitus sit, ita vt denunciatio facta non præmissa secreta admonitione, sit irrita, & repellenda nec Iudex possit ea denunciatione admissa procedere iudicialiter. Hoc dubium versat Bannes *art.* 8. quinto loco, & vix percipi potest, quid tandem definiat. Videtur autem, in foro exteriori deberi hunc ordinem ex illis verbis *c. Qualiter, & Quandò*, vbi sic: sicut accusationem legitima debet præcedere inscriptio, sic & denunciationem charitatiua monitio, & inquisitionem clamosa insinuatio: sicut ergo inscriptio, hoc est, libellus, quo accusatio scripta continetur, cum subscriptione accusantis, oblata probatione; requiritur ad accusationem, & tantùm, vt aliter admittenda non sit; & sicut vt iudex procedat via inquisitionis, necessaria est infamia, & aliter iniuste procedit; ita etiam videtur admonitionem præexigi ad denunciationem: nam eodem modo Decretalis de tribus his loquitur. Præterea in *cap. Licet Heli, simonia.* cum Abbas Pomposianus delatus esset ad Sum. Pontific. de multis criminibus, ipse opposuit delatoribus non præmisisse fraternam admonitionem: quasi propterea denunciatio admittenda non esset; contra verò delatores testati sunt, eam præmisisse. Et *in cap. Accusatio, quæst.* 2. §. 7. Hæc & alia, præcipitur, vt excommunicentur qui accusarint Prælatos, non prius fraterna correctione commonitos. Sup hoc supra ex doctrina Res. 50. cursim in §. vlt.

2. Nihilominus tamen duo asserenda videntur, primum est. Si Prælato constet iniuriam fieri reo, eo quòd denunciatur, vel accusatur non præmissa admonitione, quando debita est, tenetur, quantum potest commode, impedire denunciationem, & accusationem, & conari, vt Euangelicus ordo seruetur: quoniam lege charitatis obligatur vitare illa incommoda, quæ ex denunciatione, vel accusatione reo imminent, si potest alia via peccato, & eius incommodis occurri. Secundum, Si iudex non possit aliter prouidere obseruationi ordinis Euangelici, quàm declinando iudicium, & repellendo denunciationem, & accusationem, à qua, qui denunciat, vel accusat, desistere non vult, potest admittere: & si requiratur eius officium, tenetur admittere, quamuis sciat, non præcessisse debitam admonitionem. Probatur primò. Quia nullo iure cautum est; ne illa

illa denunciatio, vel accusatio audiatur. Non positiuo vt patebit exponendo iura allegata. Nec diuino; nullum enim est Scripturæ testimonium, vnde inferatur; Nec naturali; quia ex natura rei secreta admonitio non respicit forum exterius: est enim natura sua secreta, & quæ probari nequit; nam agitur tantùm inter correptum, & corripientem; & si inducuntur alij, fit sub sigillo secreti, & inutiliter ad probationem iuridicam: quare non potest in iudicio constare, an præmissa, vel omissa fuerit; & ideo non potest ab ea dependere publici iudicij exequutio. Et id videtur seruari in praxi. Hucvsque Lorca: qui respondet ad Canones contrà adductos.

2. Notandum est tamen hîc, & perpetuò menti tenendum, id, quod ex eodem Lorca obseruat, & docet Duuallius *in 2. 2. tr. de Corr. q. 9. art. 5.* quod si Prælato, vel iudici constaret iniuriam fieri reo, eo quod denunciatur, vel accusatur, non præmissa admonitione, quando debita est, tenetur, quantum potest commodè denuntiationem, & accusationem impedire & conari, vt Euangelicus ordo seruetur; siquidè iudex videns alia via, quàm per sententiam suam iuridicam, posse æquè bene impedire peccatum, & vitari illius incōmoda, tenetur ex vi charitatis, quantum fieri potest, istam denunciationē, & accusationem impedire: quamuis, si nolit accusator, aut delator desistere, nec possit prouidere iudex, vt Euangelicæ correptionis ordo seruetur, non peccet admittendo denunciationem, & accusationem; eius quippe est, se vt iudicem gerere, nec adeo esse sollicitum, an secreta admonitio quæ est ex lege charitatis, præmissa fuerit. Et omnia hæc præter Duuallium, & Lorcam docet etiam Cast. Palaus *tom. 1. tr. 6. disp. 3. punct. 16.* Imò Alphons. Villagut *in sua pract. lib. 2. tit. de Denunc. Euang. c. 9. concl. 3. & 4.* vt obseruat Palaus, docet, debere iudicem antequam denunciationem admittat, interrogare denunciantem, an præmiserit secretam correctionem, testésque induxerit; quod si ita fecisse non probauerit, causámque omissionis legitimam non allegauerit, omnino esse repellendum. Sed quod diximus verius est ob vsum receptum. Sed ex his oritur alia quæstio, & ideo quæro,

---

RESOL. LXI.

An aliquando Prelatus possit ex denunciatione Paterna procedere ad iudicialem, maxime quando delictum esset in graue damnum Reipublica, vel Communitatis, aut alicuius innocentis.

Et an in hoc casu possit Prelatus obligare denunciantem ad denunciandum iudicialiter, & ipse denuncians teneatur id facere, &c.

Et in tali casu, an denunciator adhibendus sit tanquam testis. Ex p. 7. tr. 3. Res. 47.

§. 1. Respondet affirmatiuè Trullench *in Decal. tom. 1. lib. 1. c. 5. dub. 16. n. 8.* vbi sic ait. Attamen valde est probabile posse Prælatum iudicialiter procedere, si esset spes fore, vt per processum iudicialem corrigatur quoque delinquens & aliàs crimen non esset omnino occultum, sed probabile in iudicio, tunc enim charitas, per quam institutus est processus, imperat iustitiæ, vt inchoet processum iudicialem, quo obtinetur finis charitatis, qui est emēdatio proximi. Ita ille, cui adde Filliucium *tomo 2. tr. 28. cap. 8. n. 164.* & Sanchez *Opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 2. dub. 11. num. 8.* & alij.

2 Verùm contrariam sententiam cum Suarez & Soto tenet P. Lugo *de iust. tom. 2. disp. 37. sect. 7. n. 82.* Ratio autem est, quia tunc nullam habet notitiam, qua vt iudex possit inchoare iudicium: supponimus enim, non præcedere infamiam; rursus nec est, qui iudicialiter accuset, vel denuntiet; nullo ergo modo habet viam procedendi, nisi ille, qui denunciauit vt patri, velit denunciare iudicialiter.

3. Ab hac communi, & vera regula fieri possunt duæ exceptiones. Prima est quando delictum esset in graue damnum Reipublicæ vel alicuius innocentis: tunc enim sicut iudex potest ad præcauendum illud damnum procedere, & postponere famam delinquentis: sic etiam potest vti illa notitia quam habuit, vt pater, (dummodo habita sit extra confessionem) & obligare denunciantem ad denunciandum iudicialiter, & ipse denuncians tenebitur id facere, si alia via non suppetit impediendi damnum illud publicum, vel innocentis. Quod si noluerit adhuc iudicialiter denunciare, poterit Prælatus constituere fiscalem, qui ex officio denunciet, si speret posse probari, & tunc interrogare primum denunciantem tanquam testem, & ipse tenebitur iam respondere, nisi fortè excusetur, quia est complex delicti, vel nisi ex illo testimonio meritò sibi timeat graue detrimentum, cuius vitationi non debeat anteponere illud aliud bonum publicum, vel illius innocentis, qui patitur ab eo delinquente.

4. Secunda exceptio esse potest, quando per viam paternam Prelatus non consequitur subditi emendationem, & sperat eam consequi per viam iuridicam: ad hunc enim finem potest transire similiter in processum iudicialem, obligando delatorem ad denunciandum iuridicè, vt dictum est. Quia sicut hoc potest facere propter vitandum damnum tertij, poterit etiam propter damnum ipsius delinquentis, cuius non minorem viam habere debet Prælatus. Ita Sotus *sup. & lib. 5. de iust. q. 6. art. 2. concl. 4.* vbi eam exceptionem expressè posuit. Debet autem tunc Prælatus procedere ad punitionem solùm, quatenus necessaria est ad emendationem subditi, quam intendit, quia cùm totus ille processus assumatur, tunc solùm propter bonum ipsius subditi, non debet progredi vltra illos terminos boni subditi.

5. Sed est difficultas, an in tali casu denunciator sit adhibendus tanquam testis, & affirmatiuè contra Aragonium respondet Villalobos *in sum. tom 2. tract. 4. diffic. 14. num. 5. & 6.* vbi ita asserit. [Quando no se espera la enmienda del pertinaz, entonces ya se procede, via iuris, que cessa la correccion fraterna, y empieça la iudicial, segun lo dize Christo: si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam ethnicus, & publicanus. y en este caso puede ya el Prelado proceder contra el con censura, y encarcelarle: y se fuere necessario, darle tormento, y auiendo confessado, castigarle.

6. La duda queda aora, si quando el Prelado procede a punition, y castigo se ha de contar el denunciador por vn testigo. A lo qual responde Soto, que es probable que si porque es ya distinto processo, que se acabo el de la correcion fraterna, y comiença la iudicial: y parece, que se da a entender en el euangelio, en aquellas palabras si te non audierit, adhibe tecum vnum, aut duos testes, vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum, donde se da a entender, que el denunciador puede ser testigo: porque de otra manera no fueran dos, o tres, y tambien se prueua de vn texto, en el qual el Papa induze las palabras dichas del Euangelio.

7. Lo contrario desto tiene Aragon, fundase en que este denunciador siempre le parece sospechoso, y sole lo admitte en el crimen de heregia, donde por la atrocidad del delito se admiten testigos, aunque tengan tachas. A mi muy prouable

se me haze la Sentencia de Soto, con que aya Fiscal, o otro denunciador, que denuncie, y se aparte en el segundo processo de la secunda denunciacion iudicial: y assi se haze en el santo officio; porque de otra manera, cierto es que no puede vna missma persona en vn mismo processo ser denunciador, o acusador, y testigo: y al argumento del Maestro Aragon, es facil la respuesta, diziendo que no se puede tenor por sospechoso el que tiene tanta caridad, que guarda puntualmente el processo de la correccion fraterna, que es acto de caridad.] Hucusque Villalobos.

RESOL. LXII.

An inter Religiosos peccata carnalia occulta sint denuncianda Prælato vt iudici absque præuia correctione? Ex part. septima tractat. 3. Resol. 62.

Supra in Res. quæ hic est 54. à §. Quod si, & in Res. 55. §. vlt. & in Res. not. seq.

§. 1. DE hac quæst. paulò suprà aliquid in generali dictum est, & affirmatiuam sententiam docet nouissimè Caspens. *in cursu Theol. tom. 2. tr. 27. disp. 6. sect. 4. n. 39.* vbi sic ait: Peccatum fornicationis inter Religiosos debet computari inter crimina excepta: atque adeo ante præmissam monitionem, quamuis sit occultum, debet denunciari Prælato tanquam Iudici, dummodo sit in via, & periculo diuulgationis.

2. Et ratione probatur, quia duobus modis potest aliquod peccatum tendere in perniciem publicam: vno modo, quia habet pro obiecto proximo bonum publicum, & quia ex genere suo est contagiosum, & infectiuum aliorum, & contaminat Rempublicam: altero modo respectu scandali, quod inter laicos ex eo peccato oritur, & infamiæ, quæ in religionem redundat, quoties in illorum notitiam venit. Vtroque autem modo peccatum hoc, de quo loquimur, tendit in perniciem religionis: est enim peccatum viscosum, quod multos passeres implicat. Est etiam valde contagiosum, & infectiuum, vtpote quod in aliorum subuersionem tendit; qui enim hoc vitio obstrictus est, nititur plures corrumpere, & socios sui criminis habere securos, ac fideles. Deinde est valde scandalosum, tum quia nullo alio vitio religio redditur tam infamis, quæ prauorum peccatis arcetur ab exercendis superioribus ministeriis cum proximis, qui timent ne sibi inferantur damna, quæ audiunt in vicinorum domibus. Tum etiam quia laici, quæ intuentur in vno, suspicantur in cæteris, & toti Ordini detrahunt honorem, vt *suprà* retulimus ex D. Aug. *Epist.* 137. Vnde tot Religiosi perfecti, ieiunantes, orantes, diuinas laudes dic noctúque decantantes, corpora sua frequentibus castigationibus, ciliciis, disciplinis, in seruitutem spiritus redigentes, ob nimiam quam patiuntur verecundiam cùm hæc peccata vulgantur, nec audent domo egredi, nec eleemosynas petere, nec faciem leuare. Itaque nullus prudens negare poterit, peccatum hoc esse contra bonum commune religionis: quando verò peccata vergunt in publicam perniciem, vel damnum communitatis, omnes fatentur debere denunciari Prælato vt Iudici ante monitionem: ergo idem & ob eandem rationem fatendum est de hoc peccato, quando est periculum publicationis. Eo vel maximè, quia in hoc peccato, regulariter loquendo: parua, aut ferè nulla est spes emendationis per monitiones secretas. Tum etiam quia delinquens sua culpa liberè voluit inferre damnum toti Religioni, & sic iure, & via defensionis, licitum est illud repellere per medium denunciationis. Nec mutatio loci esse solet remedium: ignis enim hic non facilè extinguitur, sed eum secum portat quocumque vadat, & ferè semper ad id deseruit, vt qui vnum locum inficit, alia plura inficiat, & vt scandala multiplicentur, & infamia Religionis accrescat. Ergo, &c.

3. Sed circa præsentem quæstionem ne deseras recognoscere me ipsum *in part. 3. tract. 2. resolut. 69.* Et mihi placet opinio Patris Zachariæ à Salutio *in Direct. iud. cap. 12.* vbi docet in peccatis carnalibus delinquentes esse in duplici differentia, quidam qui fragilitate potius, quàm peccandi libidine in hoc crimen incidunt, quos non captare, sed oblata occasio illis peccandi ansam præbuit. Quidam verò ex malitia peccantes diu delictum animo versant, & vndique lapsus occasiones quærunt, ingrediuntur domos suspectas, præcedunt praua colloquia, literæ amatoriæ, donuscula, & alia id generis; & hos posteriores, vt pote peruersa peccandi libidine animo corruptos, & aliorum corruptores, absque præuia admonitione Iudici denunciandos censet; quia fraternam correctionem non tam illis prodesse, quàm obesse putat; quia ea non meliores, sed peiores fiunt. Priores verò non statim denunciandos esse, sed fraterna admonitione prius corripiendos, eo quòd modus peccandi ea illis profutura satis persuadeat. Ita ille.

Quæ hic est supra in tt. 1. Res. 140. per totam, & signáter §. vlt.

4. Vnde à fortiori concedendum est in peccatis carnalibus Religiosos posse procedere ad immediatam delationem Prælato, vt patri, quia frequenter non speratur in his peccatis, tam perfecta emendatio per priuatum, quàm per Prælatum, itavt non sit periculum relabendi; fornicatio enim rarò contingit vna vice tantum, si perseuerat occasio, nec priuatus potest frequenter tanta authoritate pollere: ob quod regula illa generalis in delictis recensitis est optima. Si quando verò spes vitandi ea damna per priuatam monitionem sit æqualis, itavt moraliter nullum censeatur periculum in alterutro ex his modis, aut peccata non sunt recentia, sed iam emendata cum spe ea non esse iteranda; tunc non obligat lex charitatis ad delationem immediatam occultam, & paternam. Et ita mecum docet Hurtad. de Mendoza *vol. 2. disp. 163. sect. 5. §. 237.* Et ideo si casus accidat in praxi adeat Religiosus, pro consilio pium, & prudentem Confessarium.

RESOL. LXIII.

An sit necessaria correctio fraterna ex peccatis etiam occultis, quæ vergunt in damnum tertij? Ex p. 7. tr. 3. Res. 51.

§. 1. AD hoc dubium sic respondet Trullench *in Decalogum, tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 16. num. 3.* Quando peccatum licet occultum sit, tamen cedit in maius detrimentum alicuius, vel aliquorum, quàm sit iactura qualiscunque famæ proximi apud Superiorem, vt si quis machinetur necem alteri; tunc enim vita proponenda esset famæ. Quare si sciam Petrum velle Ioannem interficere, vel eius bona surripere, teneor ex Charitate malum hoc impedire, si commode possum, hoc modo, nimirum si moraliter credam, profuturam correptionem, eum per me, aut per alios (si hoc magis expedierit) corripere; si verò hæc non sufficiant, eum iudici tanquam Patri denunciare: quod si nec sic sit spes emendæ, teneor monere innocentem in communi, vt sibi caueat, non nominando delinquentem. Quòd si hoc modo damnum impedire non potest, licet tunc manifestare nocentem innocenti, nam nocens propter

Quoad hoc infra lege doctrinam Res. 65. & etiã 64. quãuis non dicant plene sup. hac quæst.

propter perseuerantiam amisit ius ad famam; quod procedit, etiamsi delinquens sit indignandus; nam potior est ratio patientis iniuriam, quam inferentis. Ita Trullench; cui adde Sanchez *in Opuscul. tom.2. lib.6. cap.1. dub.4. num.9.* sic asserens. Quando peccatum occultum est in damnum tertiæ personæ priuatæ, & damnum in futurum pendet, vt si paretur mors, &c. vel si secretò noui latronem, qui furatus est bona proximi, &c. tunc teneor secretò corrigere, vt restituat, vel cesset à voluntate occidendi, si est spes certa, quòd cessabit à damno; sin minus; teneor Superiori denunciare, si absque meo detrimento possum. Ratio, quia teneor proximum liberare à periculo, si possum, & licèt sequatur damnum peccantis, melior est conditio patientis iniuriam. Ita Sanchez, qui citat Sotum.

2. Vide etiam circa præsentem Quæstionem Villalobos *in summa tom.2. tract.4. difficult. 12. numer. 1.* Fillincium *tom.2. tract.28. cap.7. numer.149.* Coninch *disput.8. de Charitat. dub. 8. num.147. & 148.* & Castrum Palaum *tom.1. tract.6. disput.3. punct.13. num.7.* qui obseruat magnam esse differentiam inter peccata quæ solùm peccanti nocumentum afferunt, & inter illa, quæ aliis nocent. In peccatis enim solùm peccanti damnificantibus, sufficit probabilis spes, seu non desperatio fructus, vt correctio secreta debeat ex præcepto diuino præmitti. At in peccatis damnum tertio afferentibus requiritur moralis certitudo, seu spes certissima de correctione, & deuitatione omnium damnorum, quæ timentur. Quod etiam docet Suarez *de Charitate disputat.8. sect.6. num. 6.*

RESOL. LXIV.

An quando prætermittitur correctio fraterna in delicto vergente in damnum tertij, & periculum non sit in mora, & speretur correctio, quis peccet contra iustitiam crimen tunc aperiendo? Ex p.7. tr.3. Ref.52.

§. 1. RE spondet affirmatiuè Lessius *lib.2. cap 11. dub.9. num.61.* vbi sic ait. Si ad auertendum damnum tertij non est necesse crimen alterius patefacere, sed supereſt alia via commodior, seu minùs noxia, v. g. per fraternam correptionem; non possum aperire: similiter, si nihil immatet ad damnum auertendum. Prior pars patet; quia esset contra charitatem: tenemur enim minimum lædere proximum, quantum fieri potest, tum in illo curando, tum in malis ab illo prouenientibus auertendis.

Quoad hæc lege doctrinã Ref. seq. signanter à §. Sed prorsus. & seq.

2. Sed difficultas est, an sit contra iustitiam, crimen tunc aperire; Videri possit non esse; quia nemo habet ius ad famam, per quam aliis nocere parat; seu per quam tribuitur ei probitas vel peritia cuius simulatione aliis esset nociturus. Vnde etiam nemo potest conqueri sibi factam iniuriam, quod illis sui defectus sint patefacti, sed sibi id imputare debet; vt qui per hanc famam aliis nocebat. Deinde, quia potest quis interdum habere ius in famam & vitam alterius, etiamsi malum aliter aueiti possit; vt si inuadaris, & possis fugere: non enim ex iustitia teneris fugere, vt *suprà* ostensum est. Sic si accuseris iniustè, & possis euadere vel exceptione fori, vel exceptione contra accusatorem, pandendo crimina eius occulta; non facis illi iniuriam, si pandas. Nihilominus altera sententia est communior, præsertim si ille alioquin erat bonæ famæ. Ita Lessius. cui etiam adde Saytum *in claui Regia, lib.11. cap.4. num.6.* dum asserit contra facientem peccare iniustè, famam proximè lædendo, sicut Medicus, ait, qui sanare potest absque absque abscissione membri, iniuriam faceret abscindendo illud, & consequenter teneretur ad restitutionem.

3. Verùm exemplum illius non venit ad rem, quia Medicus ex officio & ex iustitia tenetur curare quàm minimo damno potest propter stipendium sibi datum; iste verò ex charitate tantùm monere. Quamobrem dicendum est, peccare solùm contra charitatem, non contra iustitiam illum qui prætermissa hac correctione fraterna, dum vtilis speratur, & non est periculum in mora, crimen verum, sed occultum alteri nociuum statim manifestat, & consequenter ad restitutionem non teneri. Ratio est, quia nemo tenetur ex iustitia confugere ad faciliorem modum, sed tenetur tantùm ex charitate facere; ergo non peccabit contra iustitiam, si istud medium relinquat, & illud assumat, & consequenter dico contra Lessium, vnumquemque hominum ius habere ad manifestandum peccatum proximi nociuum alteri, vt hoc nocumentum impediat: cùm enim nemo habeat ius ad nocendum alteri, consequenter non habet ius ad famam, per quam alteri nocere parat: vnde ei non fit iniuria, nec iustè queri potest, quòd sibi iniustè fama auferatur, sed solùm quòd sibi illicitè, & prætermisso faciliori medio à Christo Domino relicto auferatur, cùm damno proximi alio modo posset obuiare, Et hanc sententiam tenet Fagundez *in Decalogum tom.2. lib.8. cap.6. n.6.*

RESOL. LXV.

An quando proceditur via denunciationis iudicialis in debitis tendentibus in damnum communitatis, sit præmittenda fraterna correctio?

Et an in dicto casu sit contra Iustitiam, & Charitatem non præmittere correctionem fraternam?

Et notatur, quod est magnum discrimen inter hæc crimina, quando sunt omnino occulta, & improbabilia, & quando sunt occulta probabilia tamen.

Etiamque aduertitur delicta pertinentia ad S. Officium esse denuncianda, etiam si sint occulta, & probari non possint. Ex part. 7. tractat. 3. Resolut. 55.

§. 1. RE spondeo, quòd si per monitionem secretam delinquenti, vel alteri tertio factam sufficienter intelligitur damnum imminens reparari, clarum est non habere locum iudicialem denunciationem: hæc enim solùm apponi potest in præsenti ad impediendum damnum tertij, vel communitatis. Si ergo hoc impeditur sufficienter medio alio non ita nociuo, & infamatorio delinquentis, illud medium debet apponi, & denunciatio iudicialis omitti; debet enim proximus mederi minori damno, quo potest: excipiendum tamen est crimen hæresis ob ea, quæ ibi diximus.

Ad elucidandam doctrinam huius Ref. lege duas præcedentes Ref.

2. At si præsumitur delinquens non corrigendus per secretam monitionem illi, vel tertio, cui damnum parat, factam, plures Doctores videntur affirmare non posse ad denunciationem iudicialem deuenire, sed debere dicere Prælato, vt Patri, vel aliis, vt obseruent & possint esse testes in iuducio: ita Durandus *in 4. dist. 19. quæst.4.* Soto *de secreto memb.2. quæst.4. concl.2.* expressè Nauarra *lib.3. de restit. cap. 2. num.358. in 2. edit.* Henriq. *aliis relatis, lib.13. de excommunicat. cap.18. num.3.* Emanuel Sa *verbo censura, num.3. & in edit. Romana verbo correctio, num.*

num.5. & verb. denunciat. Suar. *de Char. disput.8. sect.7. numer.6. fine*, loquens de delictis, quæ cedunt in commune damnum dicit: si occulta penitus sunt, hoc est, si nullus alius præter te sciat, superiorem esse admonendum, vt vigilet. Infertur ergo non esse admonendum, vt possit iudicare.

3. Ratio horum Doctorum ea est, quia non potest esse iudicium sine sufficienti probatione. Ergo vbi hæc est impossibilis, cessat obligatio denunciandi, quæ ad iudicium complendum ordinatur. Neque obstare videtur aduersùs hanc doctrinam vsus Prælatorum peccata omnino occulta sibi denunciare præcipientium, vbi certum est non præcipi denunciationem paternam, sed iudicialem, siquidem coram secretario, & propria manu signatur denunciatio, & illa facta sine vlla correctione secreta Fiscalis accusat, & denunciantem, vt testem præsentat, & delinquens capitur, & punitur. Non, inquam, obstat hic vsus, nam Prælati procedunt via inquisitionis generalis, ipse autem denuncians debet videre quæ denunciare debet Prælato; non enim iudices limites charitatis fraternæ in illis casibus, in quibus ipsa obligat, transgredi intendunt: neque peccata, quæ probabilia non sunt, sed penitus occulta volunt ad suum tribunal deferri, vt optimè dixit D. Th. 2.2. *quæst.33. art.7. ad 5.* Talium enim peccatorum, dum probabilia non sunt, solùm est iudex ipse Deus, cui omnia sunt manifesta.

4. Sed prorsus ego teneo negatiuam sententiam, quam tuetur doctus, & nunquam satis laudatus P. Gaspar. Hurtadus *tract. de iudic. forensi, disput.2. difficult.4.* vbi sic ait: Valentia verò *disput.5. quæst.11. punct.1.* Azor. 3. *part. lib.13. cap.3. dub.3.* Angles *de correpct. articul.2. difficul.2.* & Bonacina *disput.10. quæst.3. punct.1.* docent, & meritò etiam quando peccata sunt occulta posse fieri delationem iudicialem, etsi non procedat monitio, quamuis ea monitione esset obuiandum peccato, & eius nocumento, & id probabile existimat Petr. Nauarr. *lib.2. cap.4. num.257.*

5. Et in primis, quod id possit fieri absque iniustitia contra peccatorem, in quo nobiscum conueniunt Petrus Nauar. Salon. & Less. probatur, quia licentia naturalis, quæ vnicuique inest ad iuridicè deferendum peccatum, non solùm est ob emendationem peccati, & ob obuiandum damno illius, sed etiam ob bonum Reipublicæ, nempe ob punitionem iuridicam, quæ est maximè expediens Reipublicæ, ergo quamuis peccatum emendandum esset, & obuiandum damno illius, secreta monitione, etiam superest alia legitima causa, vt absque iniustitia contra peccatorem fiat iuridica delatio absque præuia secreta monitione, vt nempe peccatum commissum puniatur, in terrorem saltem aliorum.

6. Et quòd id non sit contra charitatem probatur, quia punitio, & etiam infamia criminosi, maximè compensatur promotione boni communis prouueniente ex delatione iuridica quod absque læsione charitatis, & misericordiæ erga peccatorem anteponi potest impunitati, & famæ ipsius, qui liberè deliquit: præsertim quod non est peccatum aliquod commissionis contra charitatem, nisi fiat ex odio personæ.

7. Ex quo constat id non esse contra iustitiam, neque contra charitatem, & quamuis ad Euangelicam, seu paternam delationem, quæ minus nociua est peccatori, quàm iudicialis, debeat ex iustitia, & ex charitate, vel ex misericordia præmitti secreta monitio in peccatis occultis, & ex charitate, vel ex misericordia in publicis, vt si ea monitione emendandus sit peccator, nequit paternè denunciare, non tamen præmitti debet ad denunciationem iudicialem, quia hæc ordinatur ad publicam vindictam, seu punitionem maximè expedientem Reipublicæ, quæ ob hanc conuenientiam potest anteponi impunitati, & famæ peccatoris; paterna verò, seu Euangelica tantùm ordinatur ad emendationem peccatoris; & ideo quando fieri potest hæc emendatio secreta monitione absque infamia peccatoris apud superiorem, nequit saltem absque iniustitia ei deferri, ne apud ipsum infametur, sed tantùm est secretò monendus. Hucusque Hurtad. Complutens. cui præter Doctores ab ipso citatos, adde Castr. Palaum, *vbi infrà*, & omnino videndum Cardinal. de Lugo *de iust. tom.2. disp.37. sect.7. num.79. & seq.* Villalobos *in sum. tom.2. tr.4. diffic.11. num.2. & 4.*

8. Adde, vt bene obseruat Castr. Palaus *tom.1. tract.6. disput.3. punct.13. num.10.* quòd hæc denunciatio non tam ad punitionem delinquentis, quàm ad præcauendum damnum, quod intendit inferre, ordinatur. Ergo non est curandum, quòd ipse delinquens infametur, vel vexetur per denunciationem, hæc enim consequuntur per accidens; quod enim primò intenditur, est defensio innocentis, vel boni communis. Neque obstat delictum probari non posse, vt sciens non teneatur denunciare, quia non denunciat, vt probet delictum, sed vt damnum impediat; quod per denunciationem impeditur: & licèt sufficienter per denunciationem damnum non impediretur, nihilominus deberes denunciare, quia per denunciationem aperis viam iudici, vt inquirat, & quærat media impediendi.

9. Notandum est tamen hîc obiter magnum esse discrimen inter hæc crimina, quando sunt omnino occulta, & improbabilia, & quando sunt occulta, probabilia tamen: nam in hoc casu possunt denunciari Iudici, vt iudici, vt puniat: at in priori solùm possunt ei denunciari, qui posset prodesse, & non obesse, id est, iudici tanquam patri, vt remedium adhibeat, non autem vt iudici, vt puniat.

10. Sed nota hoc esse limitandum quando hoc sufficit ad remedium; quando verò id non sufficeret, posset denunciari iudici, vt iudici, dicendo, me id probare non posse, sed vt iudex ipse ex suo officio prouideat, & inquirat. Imò quando crimen illud est occultum, & tendens in damnum priuatæ personæ, ad quod cauendum nec sufficit monitio, nec denunciatio facta iudici, vt patri, potest manifestari illi priuatæ personæ, cui damnum imminet, & illa potest dicere iudici, vt iudici, vt se protegat. Et hæc omnia docet Sanchez *in opusc. to.2. lib.6. c.2. dub.4. numer.8.* Nota etiam delicta pertinentia ad S. Officium esse denuncianda, etiamsi sint occulta, & probari non possint; & contrarium asserere est censura dignum. Sup. hoc in tom.5. tr.9. Res.1. & 2.

RESOL. LXVI.

Quando liceat Prælato procedere via iudiciali aduersus denunciatum? Ex part. 7. tractat. 3. Resol. 59.

§. 1. PRima sententia est Soti *in Relect. de secreto, membr.2. quæst.4. post concl.7.* vbi negat posse Prælatum infligere pœnas iuris ei, qui fraternè denunciatus conuincitur per propriam confessionem, aut per testes, si proponat, inquit, se corrigere. Et paulò inferiùs concedit id fore licitum, si denunciatus sit pertinax, & incorrigibilis; & in hoc articulo, inquit, definit correctionis fraternæ via, & incipit via iudicialis.

2. Probatur hæc opinio, quia in Euangelio non

non præcipitur, vt habeatur talis pro ethnico, nisi quando Ecclesiam non audierit: Ergo si Ecclesiam audierit, neque est excommunicandus, neque alia pœna plectendus. Secundum autem dictum suum (scilicet id licere, quando quis est incorrigibilis) probat Sotus ex illo: *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus, & Publicanus.*

3. Secunda opinio est Caietani *in 2. 2. quæst. 33. art. 8. in fine*, qui contra videtur sentire, quòd erit quidem id licitum, si spes sit fore, vt reus per pœnas eiusmodi legales tandem corrigatur: illicitum autem si non sit spes correctionis; nisi, inquit, peccatum esset quoque perniciosum aliis. Videtur namque Caietanus non solùm velle, quòd cùm non est spes correctionis, & peccatum aliis non nocet, sit illicitum procedere contra reum, vt fraternè tantùm denunciatum (in quo sensu Caietano Sotus etiam assentitur loco cit. id enim certum est) sed quòd neque id liceat transeundo ex via correctionis fraternæ ad viam iudicialem: Idque propterea quia cùm tota res fuerit primò incepta ex charitate, propter bonum particulare ipsius fratris; ibi prorsus erit cessandum, vbi cessat spes emendationis ipsius, vt argumentatur Caietanus.

4. Tertiam sententiam ex Bannes docet Valentia *tom. 3. disput. 4. quæst. 9. punct. 5.* & consistit in duobus dictis. Primum, quando liceret procedere via iudiciali propter exemplum aliorum, vel bonum commune, non interueniente correptione futura, licèt etiam ea interueniente, quia virtus charitatis cuius actus est correptio, non præiudicat virtuti iustitiæ, ad quam pertinet ille processus iudicialis. Ergo si est licita actio iustitiæ sine illa charitatis, erit etiam licita cum illa.

5. Secundum in duobus casibus non modò esse licitum, quod dictum est in præced. dicto, verùm etiam esse debitum. Primus est, quando oporteret denunciare iuridicè crimen, aut de illo inquirere, vt si esset perniciosum Reipublicæ: secundus, quando esset spes fore, vt per processum iudicialem corrigatur quoque delinquens; tunc enim charitas, per quam est institutus processus correptionis, imperat iustitiæ vt processum iudicialem inchoet, quo obtineatur finis charitatis, qui est emendatio proximi. Et hæc tertia sententia videtur valde probabilis, & præferenda cæteris. Et ideo illam etiam docet Filliuc. *tom. 2. tr. 28. c. 7. n. 164.*

RESOL. LXVII.

An Rector vel Prior alicuius Collegij, seu domus peccet manifestando Prouinciali, vel Generali delictum occultum, si ipse potest absque tali manifestatione fratrem emendare? Ex p. 7. tractat. 3. Res. 48.

§. 1. Videtur affirmatiuè respondendum, ne Prouincialis ignarus delictorum fratris exponat illum aliis similibus, vel grauioribus committendis. Hanc sententiam probabilem putat Castr. Palaus *tom. 1. tract. 6. disput. 5. punct. 11. num. 6.* Si enim probabile esse diximus in materia detractionis reuelare peccatum vni, vel duobus viris grauibus, qui magis prodesse possunt, quàm obesse, non fore peccatum mortale, etiam ex leuitate, & loquacitate reueletur; à fortiori probabile erit, quando ex recto fine manifestatur, & ex alia parte non leuis conuenientia intercedit.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 7. Res. 63. & in tom. 1. tr 7. Res. 52. à lin. 5. & in aliis eius not.

2. Verùm his non obstantibus contrarium tenet Palaus *loco cit.* quia, ait ille ex affirmatiua sententia ostium aperitur manifestandi pluribus delictum commissum, probabilius existimo non licere Prouincialem moneri: nam si solum ob maiorem securitatem à recidiuo, & non ob necessitatem, quæ appareat, licet monere: etiam licebit monere quemlibet superiorem immediatum, quem delinquens habeat, & Prouincialem sequentem, cùm tunc securior erit delinquens à recidiuo, quod quidem non est concedendum.

3. Et ideò Trullench *in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 16. num. 1.* sic ait: Peccat etiam superior immediatus Collegij, si quando potest se solo delinquentem à reincidentia præcauere, delictum Prouinciali manifestat, quia absque illa manifestatione poterat lucrari proximum.

RESOL. LXVIII.

An quis teneatur ad correctionem, quando proximus delictum non cognoscit?

Et dubitatur, vtrum peccata, quæ quis ignoranter committit, subsint præcepto correctionis?

Attendant Prælati, & Confessarij, & in aliquo casu etiam priuati, & valde in mente, & promptu teneant omnia, quæ deducuntur ex doctrina huius Resolutionis, & sequentis, quæ sunt valde notanda, & sæpius in praxi contingentia. Ex p. 7. tr. 3. Res. 18.

§. 1. Respondeo quod si id procedat ex ignorantia vincibili, & culpabili, clarum est te obinde excusari non posse, cùm illa ignorantia non excuset proximum à peccato. At si ex ignorantia inuincibili legem transgrediatur, plures Doctores docent te obligatum non esse. Qua ratione dicunt nullam esse obligationem monendi comedentes carnes die veneris, vel non audientem Missam die festo, si ignorantia inuincibili præcepti laborant. Tum quia proximus non est absolutè in statu spiritualis miseriæ, cum non peccet, tum etiam quia præceptum correctionis est de peccato proximi, iuxta illud, si peccauerit in te. Ergo vbi non adest peccatum, non est obligatio, & ita tenet loquens de ignorantia iuris positiui, Bannes, *dub. 3. quæst. 33. art. 5.* Nauarr. *cap. 24. num. 12. & 13.* & Valen. *disput. 5. quæstion. 10. part. 2. §. cùm tamen.* Villalobos *tractat. 4. difficult. 4. num. 6.* Bonac. *disp. 3. de Charitate, quæst. 4. part. 7. num. 10.* De qualibet ignorantia id affirmat, modò non vergat in graue detrimentum ipsius delinquentis, vel tertij, neque obligatus sit ex officio.

Sup. hoc supra in Res. 31. §. 1. & infra in §. Dixi. huius Res.

2. Sed hanc sententiam non admittit P. Lorca *in 2. 2. D. Thomæ, quæstion. 33. articul. quinto sect. 3. disputat. 41. numer. 14.* vbi sic ait. Dubitari solet, vtrum peccata, quæ quis ignoranter committit, subsint præcepto correctionis? Et sermo est, cùm interuenit ignorantia inculpabilis, nam si ignorantia culpabilis sit, quæ non excusat à peccato, non potest esse discrimen inter hæc & alia peccata. Nauarr. *vbi suprà*, & super *cap. Si quis autem, de pœnitentia, dist. 7. num. 71.* docet, non esse præceptum, hæc peccata corrigere, quia sic agens penitus excusatur à culpa. Et quamuis videatur loqui de peccatis, quæ fiunt ignorantia inuincibili iuris positiui, sed verè generatim loquitur de ignorantia cuiuscumque iuris; nam ratio qua vtitur, probat de omnibus. De iis verò, quæ fiunt ignorantia iuris positiui, speciatim id docet Bannes *dub. 3.*

3. Sed verior est sententia Antonini *2. part. titul. 9. §. 4.* Sylueſt. *verbo, Correctio, dub. 10.* Angeli *eodem verbo, num. 6.* asserentium, ea quæ natura sua peccata sunt, licèt propter ignorantiam cuiuscumque iuris vel facti excusentur à culpa, materiam esse correctionis.

rectionis. Hæc sententia imprimis indubitata est de Prælatis, & iis, quibus quocumque titulo inest obligatio docendi, & instruendi alios; in quibus comprehenditur Confessarius, qui huius generis ignorantias tenetur amonere à pœnitentibus, vt fert communis sententia *in tractatu de confessione*. De his verò, & omnibus vniuersim probatur primò. Quia ignorantia ipsa malum est & miseria, quam vera charitas expellere tenetur. Secundò, Quia actus ipse deficiens est, & malus in se ipso, & quamuis excusetur ignorantia, aliquod malum materialiter saltem inducit. Cæterùm, hæc obligatio arctior erit illis, quibus ex officio incumbit docere; arctior erit, & omninò irrefragabilis, si ex peccato, vel alio facto, quod ignoranter fit, oriatur aliquod nocumentum spirituale, aut temporale ipsius qui peccat, vel alterius, vel Reipublicæ.

Sup. hoc in Ref. seq. §. 1. & 2. Sed lege eam per totam.

4. Verumtamen hæc sententia temperanda est, vt solùm sit præceptum corripiendi ignorantem, quando ex correptione eius vtilitas speratur, & non potest timeri aliud genus damni ipsius, aut alterius, puta scandalum, vel quia quod ignoranter facit, nihilominus faciet, postquam nouerit esse peccatum; quoniam incommodum ignorantiæ, & materialis peccati, quod à culpa excusatur, minoris momenti est, quàm quodcumque aliud certum nocumentum animæ, aut corporis. Et ideò Innocentius III. *in cap. Quia circa, De consanguinitate*, præcepit, vt qui bona fide contraxerant matrimonium in gradu prohibito, nec admonerentur erroris, nec separarentur; quia id sine magno scandalo fieri non poterat. Si verò ex illa ignorantia vltra actum ipsum oritur aliquod detrimentum, & ex admonitione timeri etiam possit: eligendum est quod prudentis arbitrio minùs apparuerit. Hucusque Lorca.

5. Et ideò ego puto adhibendam esse correctionem, quando quis peccat ex ignorantia inuincibili iuris, tam naturalis, quàm positiui, si speretur fructus; secùs, si non speretur fructus.

6. Prima pars probatur, quia hæc ignorantia est graue malum Proximi, quod quisque prudens vellet à se auerti, & quod etiam quisque quantum potest, tenetur curare: nam quisque tenetur discere scitu necessaria ad rectè viuendum: cognitio autem talis iuris est necessaria ad rectè viuendum; vt magis patebit ex dicendis.

7. Probatur secundò, quia hanc ignorantiam consequuntur grauia mala. Primò peccata materialia, quæ multum dedecent naturam humanam, maximè quando sunt contra Ius naturæ. Secundò, periculum ne talis tandem etiam formaliter peccet, quando hæc ignorantia incipiet ei esse vincibilis. Nam propter assuetudinem liberè eiusmodi actus committendi, postquam incipiet de eorum malitia dubitare, difficulter ab iis abstinebit: atque ita vel ex effectu circa tales actus, aut quia fortè pudebit ab aliis discere veritatem, atque ita suam fateri ignorantiam, perseuerabit in antiqua inscitia & consuetudine, cum graui animæ damno. Tertiò, quia sæpè est periculum scandali: facilè enim contingit talem similia facere coram aliis, qui eius exemplo, vt similia faciant pertrahentur. Quartò, quia honor Dei obligat me, vt quantum commodè possum, vitem etiam peccata materialia, tam in me quàm in aliis.

8. Secunda pars probatur, quia quando non speratur fructus, ne quidem teneor corripere peccantem formaliter, quia correptio esset inutilis. Nota tamen fructum huius correptionis non esse spectandum ex sola emendatione eius, qui corripitur, sed quandoque etiam ex aliis rebus. Hinc præsertim superior peccantis tenetur eum corripere etiam aliquando cùm peccat ex inuincibili, siue probabili ignorantia, adeò, que excusante à culpa, etiam si vix vlla sit spes eum correptione emendandum. Primò, quando esset periculum, ne is, qui sibi non omninò certò persuadebat suam actionem esse licitam, ideóque minùs audacter minúsque frequenter eam exercebat, videndo superiorem eam non reprehendere, crederet ipsum hanc approbare, atque ita audaciùs eam faceret, & postea difficillimè posset de veritate instrui. Quod maximè locum habet in eo, qui habet solùm probabilem opinionem, quod sua actio sit licita; aut quando eius ignorantia non potest dici esse inuincibilis: quod in ignorantia iuris communiter accidit. Secundò, quando ex opere ita ignoranter facto natum est sequi scandalum; quod communiter contingit quando aliqui vident aliquem coram superiore talia facientem, nec ab eo corripi; facilè enim sibi persuadent, superiorem ea approbare.

9. Ex quibus patet: superiorem ferè semper teneri tales corripere, præsertim quando coram aliis peccant; etsi probabilius putet talem sua correptione non emendandum; quia aliàs grauiter aliis noceret, quos, illum non corripiendo, scandalizaret. Hinc sanctus Paulus Actor. 20. Ephesijs ait: *Quapropter contestor vos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium: non enim subterfugi, quo minùs annunciarem omne consilium Dei vobis.* Vbi insinuat, se non futurum mundum à sanguine siue interitu eorum, si eos quiquam celasset. Idemque dicendum de priuato, quando correptio necessaria est ad vitandum scandalum, aut graue malum alicuius tertij. Et hæc omnia docet Coninch *de Charitate. disput. 28. dub. 4. num. 38. & sequ.* cui adde Castrum Palaum *num. 1. tract. 6. disputat. 2. punct. 4. num. 3.* Vide etiam Villalobos *in summa tom. 2. tract. 4. diffic. 4. per totam.*

10. Nota etiam quòd laborantem inuincibili ignorantia facti, & ideò peccantem, præsertim contra ius diuinum vel naturæ, vt si contrahat cum cognata, teneor monere, si sine vllo incommodo id facere possim, & speretur emendatio; si verò hæc non speretur, aut si grauia incommoda timeantur, teneor tacere: etsi Superior sim, modò absit scandalum.

11. Dixi, præsertim quando peccat contra ius diuinum, vel naturæ, quia si tantùm peccet contra ius humanum, vt si ignorans esse feriam sextam, solus, sine ita vt alij inde nequeant scandalizari, comedat carnes, cùm illa comestio per se non dedeceat humanam naturam, & materialis illa violatio iuris humani sit parui momenti, aut parum aut vix obligor proximum ab eo facto auertere, maximè si vel leuem aliquam rationem habeam cur id non faciam. Ita Bannes 2. 2. *quæstion. 33. articul.* . *dub. 1. conclus. quarta & 5.* & Nauarr. *capit. 14. numer. 12.* Superior tamen præ aliis faciliùs obligatur, vt talem moneat; quisque etiam tenetur in casu scandali.

Sup. hoc supra in §. 1. huius Ref. à lin. 4 & seqq. & magis late in alia Ref. eius no t

12. Sed non desinam hîc adnotare Castrum Palaum *vbi suprà* docere plures Doctores hanc opinionem, vt visum est admittere tantùm in iure diuino, naturali, non autem in ignorantia iuris positiui; verùm ipse putat eandem esse rationem de vtroque iure, scilicet reuerentia legis, & transgressio materialis illius, & malitia ignorantiæ, ideò de omnibus asserit adesse obligationem monendi, & corrigendi: sed stando in nostra sententia reliquos casus practicabiles adducendos esse puto.

RESOL

RESOL. LXIX.

Enumerantur aliqui casus, in quibus laborantes ignorantia non sunt admonendi, si spes correctionis absit.

Sed in promptu omnes Confessarij habeant casus contentos in textu huius Resolutionis, quia sæpe occurrunt in facto. Ex p.7.tr.3.Res.19.

Sup. hoc lege doctrinã præcedentis Res. signanter §.verum.

§. 1. Si sciam, ait Coninch *disput.*28. *de Charitate dub.*4. *num.*45. aliquos propter cognationem aut affinitatem inualidè contraxisse, idque eos inuincibiliter ignorare, si spetem eos facilè inducendos, vt impetrent dispensationem, & sine turbis rursus contrahant, teneor ipsis veritatem aperire; si verò probabiliter metuam ne graues turbationes sequantur (vt si alteruter cum graui alterius, aut amicorum turbatione, & prolium damno crederetur facturus diuortium) teneor tacere si credam rem mansuram omnino occultam.

Sup. hoc supra in tr. 1. Res. 231. §. vlt. & in to. 2. tr. 6. Res. 241. §. Quæro etiam secundo. & in aliis eius annot.

2. Idem dicendum in quibusdam peccatis commissis ex ignorantia iuris, non ita passim noti, & quod non potest nosci pertinere ad hunc in particulari, v. g. confitetur aliquis se cognouisse consanguineam vxoris suæ, hic secundum communem sententiam non potest petere debitum; confessarius tamen (nisi possit fortè cum eo dispensare, vt licitè debitum petat) communiter melius faciet relinquendo illum in sua bona fide, qua putat sibi licere petere debitum; quia si aperiat illi veritatem, postea formaliter peccabit petendo debitum: & communiter non est verosimile futurum, vt ideò abstineat à petendo debito: quamdiu autem manet in bona fide solùm peccat materialiter sine vllo periculo scandali. Quòd confessarius possit dispensare: aut certò credat alterum cognita veritate ante obtentam dispensationem non petiturum debitum, deberet illi aperire veritatem.

Sup. hoc lege doctrinã Res. & §§. not. præteritæ.

3. Idem videtur dicendum de eo, qui iam desponsasset sibi aliquam, cuius consanguineam occultè cognouisset, penitus ignorans id esse impedimentum dirimens: & iam instantes nuptiæ non possent sine graui scandalo differri; posset enim confessarius eum relinquere in bona fide qua hic crederet illud nullum præstare impedimentum his nuptiis. Colligitur ex Valentia *hic quæst.*10. *punct.*2. §. *Certum est, & sequentibus.* Vbi absolutè docet, non esse monendos peccantes ex inuincibili ignorantia iuris, quando non speratur emendatio: atqui in dicto casu, vel nulla, vel vix vlla est spes emendationis; vix enim credibile est talem posse induci, vt cum tanta sua nota, & criminis suspicione, & graui suorum omnium offensione à nuptiis abstineat, aut eas differat, maximè si diu differri deberent quod communiter contingit, si priùs dispensatio petenda sit. His adde, etsi nuptiæ crederentur differendæ, aut omnino impediendæ, si tamen id non posset fieri sine graui multorum offensione & suspicione causæ, ob quam differantur, videri potiùs tacendam veritatem ob grauia incommoda, quæ possunt aliàs sequi, v.g. odio grauia, turbationes familiarum, &c. quæ magis vitanda sunt, quàm illa peccata materialia. Vnde Valentia *suprà* §. *Propter cuius*, putat rarò accidere, vt qui ex inuincibili ignorantia contraxerunt inualidè sint monendi. Eadem autem est ratio in casu istorum sponsorum, vt cum aliis expressè docet Sanchez *lib.*2.*de Matrimonio disput.* 18.*num.*6. additque *n.*7. confessarium in eo casu non solùm posse, sed etiam teneri tacere.

4. Excipe casum, quo Confessarius facilè posset impetrare occultè dispensationem, vt sponsi possent inter se contrahere, aut vt ij, qui ob occultum impedimentum inualidè contraxerunt, posset iterum secretò contrahere; & omnino crederet se id sine turbis posse efficere. Est tamen hac in re satis magna difficultas, quando impedimentum est ortum ex crimine cuius altera pars omnino ignara est. Et hæc omnia docet Coninch, cui adde Trullench *in Decalogum tom.*1.*lib.*1.*cap.*5.*dub.*14.*n.*6. qui apponit ex Bonacina exempla de eo qui contractum vsurarium iniit inuincibiliter nesciens esse vsurarium, aut qui inualidè confessus est, aut qui iniustè possidet primogenituram; & etiam subdit ex dicto Bonacina, quòd poterit Confessarius cognoscere pœnitentem laborare ignorantia inuincibili, ita vt non teneatur illum admonere, si bono modo curet intelligere, an pœnitens credat, se in bono statu constitutum esse, vel an dubiam habeat conscientiam. Sit tamen cautus confessarius, ne dubium malæ fidei ingerat pœnitenti, dum non sperat fructum correptionis, sed de hoc *infrà dub. sequent.* Vide etiam Reginaldum *tom.*1 *lib.*4.*c.*25.*n.*334.

RESOL. LXX.

An teneamur corripere infideles?

Et vtrum infideles ad corrigendos alios siue fideles, siue infideles obligentur? Ex part. 7. tractat. 3. Res. 20.

§. 1. Videtur negatiuè respondendum, quia Christus *Matth.* 18. solùm iubet nos corripere fratrem peccantem: atqui infidelis non est noster frater, quia nec est filius Dei, nec Ecclesiæ. Et ita hanc sententiam docet Layman *in Theol. mor. lib.*2. *tr.*3.*c.*7. *n.*1. sed omnino dicendum est nos teneri etiam tales corripere, quando est spes fructus, ac reliquæ conditiones adsunt, vt hoc præceptum obliget: nam etiam in his militat eadem ratio, quia nimirum charitas Dei, & proximi nos obligat, vt quantum commodè possumus, Dei iniuriam, & proximi graue malum auertamus; quod per eiusmodi correptionem fit: nam per eam impedimus peccata infidelis, quæ sunt vera iniuria Dei, & graue illius malum, & ipse est etiam noster proximus per charitatem diligendus. Et potest etiam dici aliquo modo noster frater ratione communis naturæ, & originis ex Adamo. Et ita hanc sententiam tenent communiter Doctores teste Coninch. *disp.*18.*de Charitate, dub.*4. *n.*49. & Filliucio *tom.*2.*tract.*27. *c.*5. *dub.*120. Francisco del Castillo *in* 3. *sentent. tom.*2.*disp.*6. *de correct. q.*5.*n.*7. Valentia *tom.*3.*disp.*3.*q.*10. *punct.*3. licèt videatur discrepare Bannez *in* 2.2. *quæstion.*33. *articul.*2. *dub.*1. tamen reuera nobiscum sentit: Sic enim ait. Cæterùm circa infideles excusamur à correctione fraterna; quia quamuis illi sint proximi, non tamen dicuntur fratres in sacris litteris, eò quòd non conueniunt nobiscum in religione, & cultu cælestis Patris. Hoc patet ex illo Apostoli 1. ad Corinth.7. *Si quis frater vxorem habet infidelem*, &c. Item quia ordo correctionis fraternæ quæ in Euangelio describitur *Matth.*18. non loquitur infidelibus, quoniam inquit, *dic Ecclesiæ, quod si Ecclesiam non audierit sit tibi tanquam Ethnicus, & Publicanus.* Veruntamen maximè excusamur: quia nulla nobis est spes correctionis infidelium, & quia conuersari cum illis non est tutum, sed potius scandali occasionem huiusmodi conuersatio pareret. Si quis autem existimat se potentem illos corrigere non solùm ab infidelitate, sed etiam si maneant infideles, & corrigantur à vitiis contra legem naturæ, tenentur præcepto Charitatis illos corrigere. Ipse tamen Pontifex summus tenetur ex officio iure diuino prouidere de Prædicatoribus ad infideles mittendis, vbi

vbi fuerit spes conuersionis illorum. Cæteris verò fidelibus ex charitate incumbit, si commodè fieri potest talis prædicatio cum aliqua spe conuersionis infidelium, & sine periculo propriæ salutis.

2. Notandum est etiam infideles teneri etiam ad alios corrigendos, & ideò Duuallius *in 2. 2. tractatu de Charitate, quæst. 9. art. 4.* sic ait: Quæres vtrum infideles ad corrigendos alios, siue fideles, siue infideles, obligentur. Respondeo, teneri; cùm enim præceptum hoc fundamentum habeat in natura, & recta ratione, quæ ad vniuersos homines etiam infideles, se extendit, scilicet quatenus tenentur suis proximis, in necessitate, quæcumque illa sit, siue spiritualis, siue corporea, subuenire, non est dubium, quin infideles correctionem hanc fraternam seruare debeant: Vnde Aristoteles asseruit, amicis subueniendum esse, potius in moribus quàm in pecunia. Ita ille, cui adde Lorcam *in 2. 2. disput. 42. num. 2.* & Malderum *in 2. 2. quæst. 33. art. 2. dub. 2.*

RESOL. LXXI.

An correctio adhibenda sit peccatoribus publicis vt meretricibus, vsurarijs, &c. Ex p. 7. tr. 3. Res. 33.

§. 1. Videtur prima facie respondendum negatiuè; quia ita faciens se opponit licitæ Magistratus permissioni; sunt enim quædam peccata, quæ in Republica prudenti, immò necessariò arbitrio permittuntur, vt vitentur grauiora: quo pacto Respublica sustinet meretrices, de quibus dixit Augustin. lib. 2. de Ordine, cap. 4. *Tolle meretrices à rebus humanis, & omnia turbabis libidinibus.* Quo ergo iure hæc peccata non emendantur correctione iudiciali, eodem vitatur non esse emendanda correctione fraterna: nam eadem inconuenientia sequi videntur, siue vno; siue alio modo auferantur. Propterea horum correctio, ferè ab omnibus negligitur, etiam à viris timoratis; est autem rigidum, peccati reos existimare tot, quot huius generis peccata corripere negligunt.

2. His tamen non obstantibus dicendum est, quòd si speretur emendatio, supradicti publici peccatores sunt corrigendi: Et ratio est, quia & Deus offenditur ac proximus sibi malum infert. Ergo si hæc auertere potes absque periculo grauioris mali, obligaris. Quòd autem id fieri possit, constat, quia conuersione vnius vel alterius non tollitur quin aliis pluribus peccatoribus permissio malè viuendi à Magistratibus concedatur, ex quo manifestè constat differentia, quare magistratus non teneatur hos peccatores impedire, & remouere, sed possit illos permittere, tu verò tenearis vnum, vel alium corrigere quia magistratus non potest vnum, vel alterum corrigere, quin omnes impediat, cùm non adsit ratio, ob quam potius vni, quam alteri permissionem concedat. At tu ex correctione vnius non obligaris omnes corrigere, neque ex vnius correctione omnes correcti manebunt.

3. Nec obstat dicere, quòd si ego publico vsurario persuaderem, vt desisteret dare ad vsuram, sequeretur idem incommodum, quod magistratus intendit vitare, permittendo ei exercitium vsuræ, scilicet quod multi grauiter indigentes mutuo & non reperientes mutuantes, premerentur grauissimis difficultatibus.

4. Respondeo, duplex esse discrimen inter Magistratum permittentem publicum vsurarium, & inter priuatum omittentem eum corripere, quando ipsum ea ratio posset facilè emendare. Primò, quia si magistratus hunc vsurarium ab eo exercitio impediret, deberet omnes impedire, quia nulla est ratio cur id vni magis permittat, quàm alteri, atque ita dicta incommoda necessariò sequerentur. Secus est si priuatus alicui vsurario persuadeat vt ab vsuris desistat, quia nunquam persuadebit id omnibus, atque ita semper erunt sufficientes, qui populo hac in re satisfaciant. Secundò, quia, etsi magistratus possit impedire ne huiusmodi homines publicè vsuras exerceant: nequit tamen efficere, vt in animo à peccatis, verè ad Deum conuertantur; aut etiam occultè peccare desinant: quod tamen facit priuatus, qui eos efficaciter corripit, atque ita eorum animas lucratur: quod magistratus facere nequit.

5. Et ideò nostram sententiam tenent Malderus *in 2. 2. D. Thom. q. 33. art. 2. dub. 3. in fin.* Coninc. *disp. 28. de Charit. dub. 3. num. 33.* Palaus *tom. 1. tra. 6. disp. 3. pun. 2. nu. 4.* Lorca *in 2. 2. D. Tho. disp. 41. num. 4.* qui tamen optimè obseruat plures excusari à correctione istorum; vel quia cùm in notitia omnium sint, sunt alij qui faciliùs & meliùs eos corrigere possint, vel quia in his rarò speratur fructus, & vtilitas correptionis, & propterea frequenter negligitur.

RESOL. LXXII.

Quidam vir timoratæ conscientiæ audiuit detrahentem de re graui, & non correxit, quæritur, an à lethali culpa excusari possit? Ex p. 2. tr. 17. & Misc. Res. 24.

§. 1. Respondeo, si illa detractio fuit facta solùm ante ipsum, vel alterum virum probum, & taciturnum, detrahentem non peccasse mortaliter iuxta opinionem probabilem Cordubæ *quæst. 2. concl. 5.* & aliorum, quos retuli suprà, quia talis infamia non censetur notabilis. Ergo neque peccarunt mortaliter audientes; quicquid in contrarium asserat Malderus *in 2. 2. tr. 7. c. 1. dub. 4.* & ex parte Lessius *lib. 2. cap. 11. dub. 4. num. 21.* Sup. hoc in Res. seq. & supra in Res. 6. § Facit. & in Res. 7. §. Castrus Palaus. ad medium, & in tomi. 8 tr 7. Res. 63. §. 1. in fine, & seq. & pro particula supra posita ad lin. 5. huius textus, & §. 1. in Res. 67. ad lin. 5. & in com. 1. tr. 7. Res. 51 à lin. 3. & in aliis eorum annotationum.

2. Dico secundò, etiam si illa detractio fuit facta coram pluribus, excusabitur à mortali, per ea quæ mihi ipse consulens interrogatus respondi; nam, vt optimè notauit Bonacina *tract. de contract. disp. 2. quæst. 4. punct. 11. num. 8.* audiens detrahentem non debet in dubio præsumere loquentem malum, nisi habeat sufficientes coniecturas in contrarium: & cùm ipse nesciat, an delictum quod ab alio narratur, sit publicum, vel occultum, & vtrùm iustè, vel iniustè narretur, non peccat non obsistendo narrationi; fieri enim potest, vt iustè quis narret, & consequenter alius faciat iniuriam narranti obstando, ac si corriperet de peccato, quod nescit esse peccatum. Hoc etiam obseruauit Rebellius *de obligat. iust. p. 1. lib. 4. quæst. 6. num. 8.* & Ioan. Malderus *in 2. 2. tr. 7. cap. 1. dub. 15.* vbi ait, possessionem famæ dubiam, te quidem arcere à detrahendo, sed non sufficere, vt detrahentem iudices; quia, & ipse in dubio possessione bonæ opinionis exuendus non est. Notent hanc doctrinam confessarij, sic enim tollent multos scrupulos, quibus viri timorati in tali casu angi solent, & etiam propter hanc rationem colligitur sæpiùs, priuatas personas excusari à mortali, non obstando detrahentibus.

3. Aliæ verò causæ, quæ excusant non obstando detractioni, videndæ sunt apud Molinam *tom. 5. tract. 4. disp. 34.* Azorium *part. 3. lib. 13. c. 7. in fine.* Aragon. *in 2. 2. quæst. 63. art. 4.* Lessium *lib. 2. c. 11. dub. 4. num. 21.* Reginaldum *tom. 2. lib. 24. c. 4. quæst. 8. num. 95.* Petrum à Nauarra *de restit. lib. 2. cap. 4. num. 337. & 338.* Valentiam *tom. 3. disp. 5. quæst. 17.*

quaest. 17. *punct.* 4. Salonium *in* 2. 2. *quaest.* 73. *artic.* 4. Sotum *lib.* 5. *quaest.* 10. *art.* 4. Sayrum *in Claui Regia lib.* 11. *c.* 9. *num.* 37. & Rebellium Malderum, Bonacinam, *vbi supra.*

RESOL. LXXIII.

An qui audiuit detrahentem de aliorum criminibus, & non correxit, peccet mortaliter?

Et quid in dicto casu, si audiens sit Superior, vel graue damnum ex detractione sequuturum animaduertitur? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Res. 35.

Sup. hoc in Res. praeterita, & supra in Res. 6. §. Facit. & in Res. 7. §. Castrus Palaus. ad medium, & in tom. 8. tr. 7. Res. 63. §. 1 in fine, & seq.

§. 1. Respondeo vt plurimum minimè; & sic ait Ioan. de la Cruz Dominicanus *in direct. conscient. p.* 8. *quaest.* 2. *art.* 1. *dub.* 5. *concl.* 1. qui ob timorem, verecundiam, negligentiam, aut amici leuitatem, non resistit detractori, peccat venialiter. Et hanc sententiam docet etiam ex Societate Iesu Adamus Tannerus *in* 2. 2. *D. Thomae, disp.* 4. *q.* 8. *dub.* 7. *num.* 151. vbi sic asserit. Est peccatũ contra iustitiam, si quis directè iniustitiam, & detractionem approbet, aut, quod deterius, ad eam inducat, vel contra charitatem, si quis merè negatiuè se habeat, non impediendo, nisi ex officio teneatur, aut detrahentem corrigere, aut famam alterius defendere; nempe quia huius, vel illius superior est. Communiter tamen ex negligentia, timore, aut verecundia non repellere delectationem, solùm censetur peccatum veniale, nisi vel audiens superior sit, vel graue damnum ex detractione sequuturum animaduertatur, vel timor ipse adeò peruersus sit, vt propter eum peccare aliquis mortaliter non curet. Ita ille, & hanc sententiam nouissimè docent etiam Reginaldus *in praxi tom.* 2. *lib.* 24. *cap.* 4. *num.* 95. & Faber *de restit. in* 4. *sent. dist.* 15. *q.* 3. *disp.* 53. *c.* 3. *n.* 127. vbi sic asserit. Si omittat corripere detrahentem vel ex timore, vel ex negligentia, vel etiam ex verecundia, est peccatum veniale. Non igitur, vt aliqui scrupulosi putant, est semper peccatum mortale audire, & non corripere detrahentem, vide etiam nostram *res.* 24. *tract.* 3. *miscellan.*

RESOL. LXXIV.

An correctio fraterna sit adhibenda, cum blasphemia est occulta, & non haereticalis? Ex part. 7. tract. 3. Resol. 60.

§. 1. De hac materia alibi egimus; nunc addicam, quae asserit Fagundez *in decal. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 33. vbi sic ait. An quando blasphemia est secreta, & speratur fore vt blasphemus secretè correctus emendetur, sit praemittenda fraterna & Christiana monitio; Partitam opinionem inuenio: nam Azor. *tom.* 1. *Inst. mora. lib.* 9. *c.* 28. *q.* 8. asserit non esse praemittendam talem correctionem; quia ea denunciatio in blasphemiis nõ praecipitur ob criminis emendationem, sed ob criminis punitionem; & sic non tanquam denunciator, sed quasi accusator denunciare quis praecipitur. At melius alij distinguunt inter blasphemiam haereticalem, & non haereticalem; & de haereticali dicunt non esse praemittendam talem correctionem, siue emendatio speretur, siue non speretur, quia speciale est in crimine haeresis, vt ob magnum periculum infectionis aliorum, & difficillimam haereticorum emendationem, statim sit haereticus denunciandus, nulla praemissa fraterna correctione; de non haereticali siue publica, siue secreta sit, dicunt, si non speretur emendatio, statim denunciandum esse, si speretur, prius esse fraternam correctionem praemittendam. Quare praedicta decreta, & edicta, quae praecipiunt denunciari blasphemos, de quibus egimus *n.* 32. intelligunt seruato ordine Euangelico, nempe, vt si blasphemia non sit haereticalis, siue publica, siue occulta sit, & speretur emẽdatio blasphemi, priùs admonendus sit; si non speretur, non sit admonendus, sed statim denunciandus. Ita docet Emanuël Rodriquez *tom.* 1. *sum. in* 1. *edit. c.* 34. *n.* 6. quatenus absolutè dicit blasphemiam non esse denunciandam ante correctionem fraternam, dum emendatio speratur, etiamsi praecipiatur sub excommunicatione denunciari; & loquitur de blasphemia non haereticali, & non distinguit inter blasphemiam publicam, vel occultam; docet etiam Sanchez *tom.* 1. *Decal. lib.* 2. *c.* 32. *n.* 47 *in fi.* Medina *lib.* 1 *Sum. c.* 14. §. 2. *fol.* 77. *p.* 1. Ludo. Lopez 1. *part. instruct. c.* 2. *in fin.* Hucvsque Fagundez.

Alibi non est satis clare vbi, sed in tom. 5. tr. 9. ex Res. 3. lege §. Tertia. & in tr. 8. ex Res. 24. Vide §. Et tandem.

2. Sed circa praesentem quaest. ne deseras etiam videre Turrian *in* 2. 2. *tom.* 1. *disp.* 58. *dub.* 3. Coninch *de act. supernat. disputat.* 18. *dub.* 8. *num.* 151. Henriquez *lib.* 11. *cap.* 14. *num.* 11 *in gloss. lit. C*, Villalobos *in Sum. tom.* 1. *tract.* 4. *difficult.* 11. *num.* 1. & Sanctarel. *tract. de blasph. cap.* 6. *dub. vnic. num.* 10. vbi probat Leonem X. in Bulla condere nouum ius, & velle blasphemantem corripiendum esse etiamsi non speretur emenda; sed postea cum Azorio obseruat hoc nouum ius, non fuisse vsu receptum, & ideo non procedendum videtur secundum regulas praecepti correctionis fraternae.



TRACTATVS QVINTVS
DE
SCANDALO.

RESOLVTO PRIMA.

Quotuplex sit Scandalum? Ex part. 5. tractat. 7. Resolut. 1.

§. 1. Respondeo scandalum esse duplex: aliud actiuũ, aliud passiuum. Scandalũ actiuũ est, oppositio obstaculi, vel occasionis, vnde oritur ruina spiritualis proximi; quod benè diffinitur à Hieron. *super Matth.* 18. & habetur *in gloss. ibid.* Scandalum est dictum, vel factum minùs rectum, praebens

præbens occasionem ruinæ. Dicitur autem *minus rectum*, vel quia id quod præbet ruinæ occasionem, verè malum est, vel quia licèt sit bonum, habet speciem mali; id enim quod bonum verè est, & tale apparet, non potest esse occasio lapsus, quin potius confirmat & roborat homines in bono. Dicitur etiam *occasio*, quia nihil potest esse causa totalis, & adæquata ruinæ & peccati alterius: omnis enim qui peccat, propria voluntate peccat, & solùm potest esse causa moralis & extrinseca, quæ potius occasio, quàm causa appellatur; scandalum verò passiuum est ruina ipsa eius, qui peccat, occasione accepta ex dicto, vel facto alterius.

2. Scandalum actiuum contingere potest dupliciter: Vno modo per se, alio per accidens. Per se duobus modis. Primò, quando expressa intentione expetitur peccatum alterius; secundò quando licèt non adsit expressa intentio, opus ipsum, vel verbum tale est, vt natura sua, aut circumstantiis sufficiat inducere alium ad peccandum. Per accidens verò cùm nec intentio operantis, neque conditio operis eò tendit, vt alter ruat, sed ex praua dispositione peccantis oritur, vt inde sumat occasionem vbi non erat, quod verbo tenus scandalum est; verè enim non est scandalum & solet non applicari scandalum absolutè, nisi quod est per se. Ex quo sequitur posse esse scandalum actiuum sine passiuo, quando quis quantum est ex se præbet occasionem ruinæ, sed ille, cui præbetur, pro sua integritate non labitur; & potest esse scandalum passiuum sine actiuo, quando aliquis ex sua malitia labitur, sumens occasionem, vnde sumi non poterat. Et potest esse scandalum actiuum, & passiuum simul, quando oppositio offendiculi sufficiens est, & effectum sortitur. Quando autem est scandalum passiuum sine actiuo, dicitur scandalum acceptum: quando autem est actiuum, vel cum passiuo, vel sine illo, dicitur scandalum datum.

3. Scandalum merè passiuum præterea diuiditur in scandalum pusillorum, vel infirmorum, & scandalum Pharisæorum. Scandalum pusillorum est, quod ex ignorantia, vel infirmitate oritur potius quàm ex natura facti, quia eis aliquid apparet malum, aut habere speciem mali, quod est bonum, & tale appareret, nisi ignorantia eorum, qui scandalizantur, impediret. Scandalum verò Pharisæorum est, quod oritur ex pura malitia, aut ex ignorantia affectata & crassa (quæ in hoc malitiæ æquiparantur) nam scandalum pusillorum ex ignorantia inculpabili procedit. Ita Doctores communiter.

RESOL. II.

Vtrum omne Scandalum sit peccatum?
Et quomodo Scandala debeant explicari in confessione?
Ex p. 5. tr. 7. Ref. 2.

Sup. conténto in hoc §. in tom. 1. tr. 7. Ref. 13 § 1. & 2. & signãter, in Ref. 16. per totã, & in aliis earum primarum annotationum.

§. 1. Non refero hìc pugnantes DD. sententias, quia existimo hanc disputationem metaphysicam esse potius, quàm moralem: nam quod attinet ad praxim, parum refert, & ideo dico aliquem ex triplici intentione posse alterum scandalizare. Primò, directè intendendo ipsam ruinam, siue mortem spiritualem proximi, siue ideo cupiendo eum hoc, aut illud peccatum committere, vt reatum illius incurrat. Secundò, directè intendendo eum inducere ad actum malum, non tamen quia hoc ei malum est, sine vt ipse peccati reatum incurrat, sed ob alium finem; vt quia ipse sine alterius ope nequit perficere actum, quem cupit committere; qua ratione vnus alium, aut aliam inducit, vt secum furetur, aut fornicetur. Tertiò faciendo aliquod peccatum, aut speciem peccati habens, quo credit alium inducendum ad peccatum, nullo tamen modo id expressè intendendo, sed solùm interpretatiuè, quatenus vult facere id, ex quo videt alterum sumpturum occasionem peccandi. Fatentur autem communiter omnes DD. omnem inducentem alterum aliquo ex dictis modis ad peccandum peccare, tenerique hoc expressè, & distinctè confiteri, nec in his, aut in modo illud peccatum confitendi inter se dissident. Ita Coninck *disp.* 32. *dub.* 5. *n.* 35. Lorca *in* 1.2. *sect.* 3. *disp.* 56. *n.* 6. Azorius *tom.* 1. *lib.* 12. *c.* 16. *q.* 2. *& seq.* & alij.

2. Verùm non desinam hìc per extensum apponere in gratiam curiosorum, verba doctissimi, & amicissimi Patris Hurtado de Mendoza *in* 2. 2. *disp.* 173. *sect.* 8. §. 61. vbi sic ait. Præmittendum est difficultatem de oppositione scandali, cum charitate, aut discrimine scandali actiui & passiui, esse speculatiuas potius, quàm practicas, etenim in quauis sententia scandalizans tenetur exponere in confessione, qua ratione fuit alicui occasio peccãdi, neque satis esse exponere se occasionasse alicui peccatum, sed opus est exponere tum speciem scandali actiui, tum passiui. Actiuum quidem est exponendum in specie, quia si opponitur alij virtuti, est explicandum, quia mutat speciem: vt si ego furto fui alicui causa furandi: quòd si scandalum non opponitur alij virtuti, est etiam explicandum, vt sciatur illud tantùm habere malitiam scandali: vt si ego actu aliquo de se indifferenti fui alicui causa furandi. Si verò scandalum erat actus de se indifferens, non est opus explicare illius speciem, satis enim est dicere se actu malo fuisse alicui occasionem furti. Nisi quis existimet actum de se indifferentem contrahere duas malitias ab euentu, vt qui soluit ieiunium, peccat contra Religionem & temperantiam. Adhuc tamen in præsenti non est opus explicare actum indifferentem, qui fuit causa ruinæ, quia nõ habet rationem malitiæ, nisi à nocumento. Hoc mihi prohibetur, & ratione illius omnis actio dans occasionem, at in ieiunij lege ipsa abstinentia præcipitur in honorem Dei, ob quod duæ leges violantur. Nec est opus explicare cibum, nisi alia lege sit etiam interdictus, vt sunt carnes, at non est opus alios cibos explicare de se indifferentes etiam hac die ieiunij. Quid enim refert me verbo indifferenti, aut indifferenti facto eam occasionem dedisse. Ratio à priori est, quia illæ actiones non aliunde accipiunt malitiam, quàm ex damno proximi, quod suppono esse idem illatum ab vtraque. Item explicandum est, an formaliter sit volita alterius ruina, quia hæc species est grauissima in ratione scandali. Item est aperiendum vtrùm consilio & persuasione & voluntate directè lata in peccatum alienum, an verò solùm interpretatiuè, & in causa voluerit peccatum alienum, quamuis enim hæc non mutent speciem obiectiuam, at intra illam sunt valdè diuersa. Item opus est explicare actum internum, quo volumus actionem externam futuram occasionem alieni peccati, quamuis actio illa externa non fuerit exercita, vt tenemur explicare voluntatem furandi, quamuis furtum non admittatur. Item tenemur explicare actionem externam exercitam cum probabili periculo quòd illa erat futura occasio peccati, quamuis re ipsa non fuerit, vt tenemur confiteri actionem aliquam pertinentem ad furtum, quamuis furtum in re ipsa non contigerit. Ratio à priori, quia omnes illæ actiones sunt peccata, omne autem peccatum mortale est materia necessaria confessionis.

3. Exponenda etiam sunt omnia scandala passiua in specie, nec enim satis est aperire te fuisse mihi occasionem peccati, sed opus est asserere, cuius peccati in specie, an luxuriæ? adulterij? aut cuiusuis alterius? Ratio est, vel quia scandalum actiuum est in eadem specie cum passiuo, vnde actiuũ explicari

Sup. hoc in R. seq. §. vlt. & in t. 1. tr. 7. R. 13. & 14 & in aliis earũ annot. & signãter vide latã doct. Ref. 2. not. præt.

explicari non possit sine passiuo; vel quia damna sunt in se valde diuersa, ex quorum diuersitate sumitur etiam diuersitas scandali actiui. Quamuis enim omnia scandala sint contra charitatem, tamen inter illa est diuersitas specifica pro diuersitate damni illati. Scandalum enim actiuum, quo Antonius est in causa, vt Franciscus furetur, differt specie à scandalo actiuo, quo illud mouet ad homicidium propter diuersitatem specificam homicidij, & furti. Quemadmodum furtum specie differt à detractione famæ, & vtrumque ab homicidio, quamuis omnia sint contra iustitiam, quia eadem virtus iustitiæ interdicit plura obiecta inter se tam distantia, vt constituant diuersitatem specificam moralem. Nec enim satis est dicere te fuisse iniustum in materia graui, sed opus est dicere, an in fortunis? an in fama? an verò in vita? Idem patet in intemperantia, explicandum enim est, an sit in luxuria, & in hac explicandæ sunt species, an sit mollities, an sodomia, an fornicatio simplex? quæ species sunt distinctæ intra luxuriam contra castitatem. Item explicanda est intemperantia ebrietatis, item & cibi superflui, differunt enim specie potus inebrians, & cibus satians. Idem patet in Religione, est enim explicanda circumstantia loci sacri, & personæ sacræ. Percutere enim Clericum, diuersa irreligio est, ac percutere laïcum in templo. Item peccare cum Sanctimoniali, est diuersa irreligio, ac vti propria vxore in templo. Item violari imagines est diuersa irreligio, ac conculcare Christi corpus. Ita Hurtado *vbi suprà*, cui ego libenter adhæreo.

RESOL. III.

An peccantes coram aliis excusentur aliquando à peccato mortali?

Et in casu, quo times à te alios scandalizatos esse, tenearis in confessione explicare numerum personarum, & speciem peccati? Ex part. 5. tractat. 7. Res. 3.

§. 1. Respondeo plures coram aliis peccantes excusari à peccato scandali, vel quia videntes ita sunt in bono stabiles, vt nullo modo peccatis visis censeantur ad peccatum moueri; vel ita sunt deperditi, vt peccatum aliorum nihil illos immutet. Ita Salas *tom. 1. in part. 2. tract. 7. disp. 3. sect. 4. n.* 84. Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 1. c. 6. num.* 7. Alphonsus de Leone *vbi infrà n.* 24. Castrus Palaus *tom. 1. tract. 6. disp. 6. punct. 2. n.* 4. Et ideò Sancius *in selectis disp.* 46. *num.* 11. optimè notat, quòd à scandali peccato excusantur plurimi, quòd vel ipsi tam prauis moribus imbuti sunt, vt ab illis de præstando exemplo nihil curetur, nec inde argumentum sumatur ad liberiùs vitiis vacandum; vel de eo curantes ita ad peccandum faciles atque inclinati sint, vt non censeatur moralis eorum inductio.

2. Notandum est verò hîc vnum, quod plurimi miserrimè nolunt intelligere, videlicet in casu quo times à te alios scandalizatos esse, teneri in confessione explicare numerum personarum, & speciem peccatorum. v.g. Meo malo exemplo scandalizaui tot personas inducendo talia peccata, aliter non satisfacis. Ita Filliucius *tom. 2. tr.* 28. *cap. 6. n.* 216. Syluius *in* 2. 2. *q.* 43. *art.* 3. *concl.* 2. Castrus Palaus *vbi sup. punct.* 4. *n.* 3. & Bonacina *de peccatis disputat.* 2. *q.* 4. *punct.* 2. *numer.* 42. vbi citat Sanchez; quibus etiam adde Molphesium *in summ. tom* 1. *tractat.* 8. *cap.* 10. *numer.* 1. & Leonem *de offic. Confess. tom.* 1. *recollect.* 14. *numer.* 9. & 10. & ratio iam ex Hurtado posita est in superiore resolutione.

Sup. hoc ex doctrina præcedentis Res. signater §. vlt. & in tom. 1. tr. 7. Res. 1. §. vlt. & in Res. 14. & in aliis earum annotationum.

RESOL. IV.

An sine scandali peccato possim redimere vexationem iniustam in administratione Sacramentorum, præbendo pecunias?

Idem est pro audiendo Sacro in die festiuo, & ministranda Eucharistia, &c.

Et an hoc sit Symonia?

Et an in aliquo casu, v.g. infantis morituri sine Baptismo, non solum licitum sit offerre pecuniam pro eius administratione, sed teneri?

Et late explanatur in quibus aliis diuersis casibus hoc licite posse fieri, si adsit necessitas grauis. Ex p. 5. tr. 7. Res. 16.

§. 1. Negatiuè respondet D. Thom. *in* 3. *dist.* 5. *quæst. 2. art.* 2. *quæstiunc.* 5. *ad* 2. Paludanus *quæst.* 3. *num.* 17. Marsilius *quæst.* 4. *art.* 4. *dub.* 14. Scotus *dist.* 15. *quæst.* 2. *ad* 2. Gabriel *ibidem q. vn. art.* 2. *post* 2. *concl.* Alexander de Ales 2. *part. q.* 187. *num.* 3. *art.* 3. §. 1. & alij penes Vasquez *opusc. de scandalo, quæst.* 43. *art.* 6. *dub. vlt. num.* 59. asserentes non esse licitum pecuniam offerre; vt administrans sacramentum Baptismi existenti in extrema necessitate; quia emere Sacramentum intrinsecè malum est, ac proinde ex nulla circumstantia etiam succurrendi extremæ necessitati licitè fieri potest. Et vrgetur magis argumentum, quia in hac obligatione pecuniæ non tantùm scandalizatur frater accipiens illam, sed etiam est peccatum simoniæ, quia in ipsa oblatione pecuniæ emitur Sacramentum, quod tam simoniacum est, quàm ipsum vendere.

Sup. hoc lege doctrinã Resolutionũ annotationũ sequentium huius Res.

2. Verùm his non obstantibus, ego puto posse licitè offerre pecuniam Sacerdoti nolenti moribundum infantem baptizare sine pretio, imò si alia ratione non potest illi persuaderi administratio Sacramenti, nisi pecunia oblata, adest obligatio illam offerendi. Et ratio est, quia id non est scandalum, quia ego rem peto quæ potest fieri bene & malè, occasionem autem non do ad peccandum ex infirmitate, aut ignorantia, sed ex pura malitia, quam ego non teneor vitare cum tanto meo incommodo, aut alieno, vt de vsurario dictum est: neque item pecco contra Religionem, quia ego vel consulo minus malum, quod in nullo euentu est illicitum, neque contra virtutem vllam, quando grauius non potest alia ratione vitari; vel quia ego non æstimo Sacramentum pecunia, neque illam do pro Sacramento, sed præcisè volo allicere voluntatem iniqui ministri vt velit mihi conferre Sacramentum. Cùm autem illa oblatio non sit absoluta, sed tantùm conditionalis, nempe ex suppositione quòd ille aliter nolit, non possum ego dici illum inducere: ergo illa actio non æstimat Sacramentum pecunia, sed tantùm vult allicere pecunia voluntatem ministri, vt me Sacramento tingat, aut soluat peccatis, quæ Sacramenta ego censeo non æstimari pecunia, neque pro illis eam do, sed pro sola voluntate Ministri.

Sup. hoc in tom. 1. tr. Res. 17.

3. Quòd autem in tali casu non solùm licitum sit offerre pecuniam, vt probatum est, sed deberi patet, nam ex obligatione pecuniæ nullum sequitur incommodum, ex ea negata sequitur tantum incommodum, vt ego illud teneat vitare, etiam cum vitæ discrimine, quia eo ipso quòd assentiens opinioni probabili offeram pecuniam, sum immunis peccato scandali & simoniæ, quia illa opinio probabilis me excusat. Oblata autem ea pecunia infantem eripio ab æterna damnatione; negata autem pecunia infans relinquitur dãnandus æternùm. Ergo teneor hoc incommodum euitare, si quidem sine incommodo possum. Lex enim charitatis me obligat quoties sine incommodo possum.

Et hanc opinionem ex D. Bonauent. *in 4. dist. 5. art. 2. q. 1. in fine*, docet Huttado de Mendoza *in 2. 2. disp. 173. sect. 17. §. 111. & seq.* quibus adde Basilium Pontium *de matrim. lib. 5. cap. 18. §. 6. num. 32.* Lessium *lib. 2. cap. 35. num. 38. & 39.* Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 4. de simonia, cap. 11. n. 13.* Vasquez *opusc. de scandalo art. 8. num. 59.* & alios.

4. Vnde ex his apparet posse adultum offerre pecuniam Sacerdoti, vt illi administret sacramentum Eucharistiæ, & Pœnitentiæ, quia petit rem possibilem fieri bene, quæ si malè fit, est propter malitiam Ministri, quam ego non teneor vitare cum graui meo incommodo, neque item Sacramentum emo, neque æstimo pecunia, sed tantùm illa oblata allicio voluntatem Ministri. Et quidem durum est hominem cogere, vt moriatur cum tanto discrimine salutis æternæ, est enim maximè incertum virùm exerceamus contritionem perfectam, quæ in hominibus flagitiosis est frequenter maximè difficilis; attritio verò est multo facilior, vt maximi momenti est nihil occasionis prætermittere ad securitatem salutis æternæ. ergo, &c.

[p. hoc ex doctrina Resol. ... præteri... in fine, à ... Vnde & ... gis late in ... tom. 5. tr. 7. ... §. 14. §. vlt.]

5. Notandum est tamen hîc pro curiosis, quòd licèt Suarez hanc doctrinam admittat tantùm in grauissima necessitate, tamen Hurtado *vbi suprà*, §. 214. illam admittit etiam in quacumque graui necessitate, quia vbi est grauis necessitas, excusamur à vitanda occasione scandali aliorum ex malitia; item illa actio non est emptio Sacramentorum, ab illa autem externa donatione excusamur necessitatis grauitate, ob quam non committitur simonia. Vnde quoties obligat præceptum annuæ confessionis & communis Eucharistiæ, possumus offerre pecuniam vt alliciamus voluntatem Ministri eorum Sacramentorum. Item ad accipiendum viaticum, & extremam Vnctionem: quamuis enim illa Sacramenta non sint necessaria ad salutem, sunt tamen vtilissima, illisque carere est grauissima calamitas. Item quoties aliquis est in peccato mortali, potest pecuniam offerre Sacerdoti vt illum absoluat, si ea die non sit habiturus alium, à quo absoluatur sine pecunia, est enim grauissima necessitas, quia est grauissimum malum ire cubitum in peccato mortali multi enim sani cubant, neque viui surgunt è lecto. Item si Sacerdos priuaret aliquem frequenti vsu Sacramentorum & Missæ sacrificio, liceret tunc illum pecuniis allicere, quia est grauissimum malum Sacramentorum subsidiis carere. Item quoties aggredimur iter longum cariturí Sacerdotibus. Imò quoties obligat præceptum Ecclesiasticum de audiendo Sacro, est enim grauissima necessitas obseruandi leges Ecclesiæ. Si verò quis sit excommunicatus, & ei à Sacerdote negetur iniustè, neque possit sine graui incommodo spirituali, aut temporali differri, potest ea vexatio redimi. Denique id licitum est in omni graui necessitate. Hæc omnia Hurtado *loco citato*. Verùm, quia non vult esse harum opinionum primus author, ideo relinquit illas tempori maturandas, vt facio etiam ego.

[... P. conten- ... hoc §. ... Resol. vlt. ... præteri- ... §. penult. ... mediũ, ... qui ... num.]

RESOL. V.

At sit differendus ingressus Religionis propter scandalum, vel vt ne parentes turbentur?

Et vtrum opera consily dimittenda sint propter scandalum ex malitia, aut ob scandalum ex infirmitate semel, aut iterum? Ex part. 5. tractat. 7. Resol. 25.

§. 1. AD hoc dubium respondet Valentia *tom. 3. disp. 3. quæst. 18. punct. 4.* vbi sic ait. Tertio sequitur debere etiam ad vitandum scandalum infirmorum differri quoque ingressum Religionis; vt v. g. si aliqui in sæculo auctoritate & conuersatione alicuius grauis & pij viri in officio continerentur lapsuri, alioqui facilè in aliqua peccata illo ab eis discedente, & Religionem ingrediente, teneretur tum differre ingressum, quandoquidem sine peccato potest: non tamen teneretur perpetuò à Religionis ingressu abstinere, vt rectè sentit D. Thomas *art. 7. ad 4.* nam esset grauissimum detrimentum spirituale. Nisi fortè sequeretur alioqui grauissimum & commune scandalum in fide, aut moribus alicuius totius communitatis; tunc enim putarem durante periculo talis scandali non posse ingredi. nam ad tuendum bonum commune strictissime tenemur etiam cum quocumque detrimento spiritualis boni ad salutem non necessari, & cum vitæ quoque corporalis certò discrimine. Ita Valentia. Vide etiam Saytum *in Claui Regia lib. 7. cap. 6. à num. 8.* & Hurtado de Mendoza *in 2. 2. disputat. 172. sect. 21. §. 249.* vbi fusè docet, Vtrùm opera consilij dimittenda sint propter scandalum. De quo etiam vide Suar. *disput. 10. sect. 4. n. 8.* Lorcam *in 2. 2. quæstion. 43. art. 8. numer. 11.* & Sanctium *in select. disput. 37. num. 10.* docentem ab operibus consilij non esse abstinendum ob scandalum ex malitia, at ob scandalum ex infirmitate, semel, aut iterum. Vnde Malderus *in 2. 2. quæstion. 43. art. 7.* asserit, ne parentes turbentur ad tempus quidem rectè differri ingressum Religionis, non autem omnino omitti.

RESOL. VI.

An Clerici incedentes per ciuitatem in diebus Bacchanalibus personati, vulgo Maschatati, *peccent mortaliter peccato scandali?*

Et an etiam non solum Clerici, sed etiam Religiosi incedentes personati recreationis causa mortifere non peccent, neque quoad rationem scandali, neque quoad preceptum iuris habitum Personatum illis prohibens, neque quoad habitus dimissionem ad modicum tempus; neque quoad ludum laruarum?

Et docetur, quod venatio ex sui materia omnibus est licita etiam Ecclesiasticis, quibus interdicitur tantum illa, quæ est clamorosa, & assidua, non tamen sub mortali culpa ratione Ecclesiastici præcepti, nec ratione scandali, dummodo raro fiat. Ex part. 10. tractat. 13. & Misc. 3. Res. 29.

§. 1. NEgatiuè respondet Pater Vidal *in Arca Theologiæ moral. tit. de Statu Ecclesiast. inquis. 1. num. 18. & seqq.* vbi ponit, & probat, quod ex nullo iure communi Canonico interdictum esse dignoscitur Clericis sub culpa mortali ludum laruualem. Ità deducitur à iure ipso Canonico. Ratio est; tùm quia in iure Canonico nullus expressè textus reperitur prohibens Clericis sub mortali ludum laruualem, & à Doctoribus nullus assignatur: ergo in iure expressè non prohibetur Clericis ludus laruarum. Nàm aliàs extaret in iure talis textus. Ideò Clerici personati indecentes lethaliter non peccant contrà ius præceptiuum talem ludum sub culpa mortali illis interdicens. Ex hoc infert quod Clerici incedentes personati modestè cum debitis circumstantiis mortiferè non peccant peccato scandali. Ratio est, tum quia tali modo laruati incedendo non præbent aliis occasionem eorum exemplo mortalis ruinæ; tùm quia ex leuitate materiæ non insurgit graue scandalum; tùm quia ob vsum, & consuetudinem, quæ vbique viget, vt Clerici personati aliquandò

Quoad hoc in tom. 5. tr. 3. lege doctrinã Res. 65. prope finem.

aliquandò incedant, nullum patiuntur scandalum Sæculares, etiamsi videant Clericos incedere personatos, dum nodò tamen seruent modestiam pudicitiam, ac decorem; tùm etiam quia vt plurimum incogniti incedunt per Vrbem personati, & à prætereuntibus non cognoscuntur, quinam sint illi: ergo fere nunquam Clerici incedentes personati mortaliter peccant peccato scandali, dum tamen seruent modestiam, ac decorem. Et tandem *num.* 60. sic concludit. Clerici Sæculares non solùm, sed etiam Regulares incedentes personari recreationis causa mortiferè non peccant, neque quoad ludum laruarum, neque quoad præceptum iuris habitum personatum illis prohibens; neque quoad rationem scandali, neque quoad habitus dimissionem ad modicum tempus.

Sup. ex hoc supra in tr. 1. ex doctrina Res. 209. signanter § 2. ad fin. 3. & pro parte lege eam per totã, & alias eius not.

2. Sed hæc reiicienda sunt: Et ideò puto non esse recedendum à communi sententia Doctorum, nempè in tali casu Clericos Sæculares, & Regulares peccatum mortale committere. Et ità præter Doctores citatos à Patre Vidal tenet nouissimè Hieronymus Garcia *in Summa Theol. Moral. tract.* 1. *diffi.* 2. *dub.* 2. *num.* 5. vbi sic ait: [En quarto lugar cerca las mascaras, acerca lo qual dizen Armilla, Syluester, el Abad, Lambertino, y el Cardenal, à los quales refieren y sigue Comitolio, *lib.* 6 *quæstion.* 7. Petrus Gregorius *in Syntagmate iuris, lib.* 39. *cap.* 11. Barbosa, *in Collectan.ad cap.Cum decorem.de vit. & honest.n.* 3. que peca mortalmente el Clerigo que lo vsare, como no lo haga por euitar algun daño disfraçandose esta opinion se funda, *in c.Cum decorem citato*, y se colige de la Clement. 2. *de vita, & honest. Cleric.* donde se condena al Clerigo que dexa el abito por hazerse mascara: y la razon es, porque esta acion cede en grande iniuria del estado Sacerdotal, y es estimar poco el abito, y la dignidad que tiene; y siendo in cosa graue nadie lo escusa de pecado mortal, y en la Authent. *de Sanctissimis Episcop.* §. *vltim.* Se pone pena de destierro à los tales: y en algunos Diocesis ay escomunion mayor por Synodal, contrà los que ordenados in Sacris se disfraçan, y de cierto Prelado deste Reyno sabemos, que castigò à vn Canonigo por esto: Los Religiosos mas de pecar grauemente incurren en esc omunion, ex *cap. Vt periculosè ne Cler. vel Monac. in* 6. Ni se escusan estos en opinion de muchos, con dezir lleuan debaxo del debito de mascaras, el de Clerigos, que esto es muy per accidens. pues va oculto, y assi si la buena fides no escusa à algunos que vmen en lugares cortos, no hallo otra manera de escusa.] Ità ille. Et quidem eo ipso quod Clericus laruatus incedit, dicitur incedere immodestè, & sine decore; atque ideò, nescio quo pacto dici possit Clericum personatum non peccare mortaliter, si modestè, & cum decore incedat: quænam enim modestia, & decor dici potest, & imaginari in Clerico personato?

Sup. hoc in Res. not. seq.

3. Nota etiam hìc obiter, Patrem Vidal *vbi supra, Inquis.* 2. *num.* 24. *seqq.* docere, quod venatio ex sui materia omnibus est licita, etiam Ecclesiasticis, quibus interdicitur tantùm illa, quæ est clamorosa, & assidua. non tamen sub mortali culpa: Vndè frequenter, & cum clamore exercendo venationem dempta omni alia circumstantia mala venialiter peccant, non mortiferè, neque contra Ecclesiasticum præceptum neque ratione scandali, &c. Probatur hæc opinio: nàm Laici frequentando clamorosas venationes secundùm se mortiferè non peccant peccato scandali: ergo neque etiam Ecclesiastici. Antecedens est certum apud omnes. Consequentia probatur, quia differentia, quæ interuenit inter Laicum, & Ecclesiasticum est tantùm in ordine ad statum vtriusque: sed venatio clamorosa non adeò grauiter dedecet statum Ecclesiasticum, vt sit culpa lethalis in Ecclesiasticis: ergo, si Laicus frequentando venationes clamorosas non peccet mortiferè peccato scandali, neque etiam peccabunt Ecclesiastici.

4. At ego, vt olim docui, hanc sententiam admitto, dummodò tarò fiat venatio clamorosa, non tamen frequenter, & per modum consuetudinis; aliter erit peccatum mortale in Ecclesiasticis omnibus assiduè venationem cum clamore, & tumultu exercere ob grauem pœnam impositam à iure Canonico contrà Clericos frequentantes venationem clamorosam. Et ità præter Doctores à me alibi adductos, tenet hanc sententiam nouissimè Petrus Marchant. *in Tribun. Sacrament.tom.*3.*p.*2.*tr.*1.*tit.*1. §.3.*propos.*10 & me citato Bassæus *in Florib. Theolog.verb. Venatio. num.* 3. & Brucius *in Casibus singularib. conscientia, cas.* 215. *petes* 5. qui citat Lessium, Medinam & Silnestrum: Non est igitur sententia Patris Vidal admittenda, cùm sit contrà communem; & Doctores, ab ipso allati non loquuntur de venatione clamorosa.

Docuit in Res. quæ nũc est in tom. 5. tr 3. Res. 64. & in tom. 8. tr. 7. lege doctrinam Res. 55. per totã.

RESOL. VII.

An teneamur omittere aliquod præceptum ad euitandum aliorum scandalum?

Sed difficultas est cognoscere, quando præcepta sunt prætereunda propter scandalum vitandum?

Et in textu huius Resolutionis multi casus adducuntur pro praxi prædictæ difficultatis. Ex p. 5. tr. 7. Res. 21.

§. 1. Negatiuè respondet Vasquez *opusc. de scandalo, art.* 8. *dub.* 1. *num* 4. Turrian. *in* 2.2. *tom.* 1. *disp et* 96. *dub.* 1. Becanus *in* 2.2.*tom.* 1.*cap.* 17. *quæst.* 5. *num.* 2. Basil. Pontius *de matrim.lib.* 5 *cap.* 18. §. 2.*num.* 7. Castrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 6. *punct.* 16. *num.* 3. & alij. Probatur hæc opinio ex Innocentio III. *in cap.Cùm ex iniuncto. de noui operis nunciatione*, vbi sic ait. Illa opera quæ sine peccato mortali omitti non possunt, non sunt pro vitando scandalo dimittenda, neque ea debent pro vitando scandalo committi, quæ sine mortali peccato committi non possunt. ergo ex mente Innocentij nullum præceptum neque affirmatiuum, neque negatiuum omittendum est propter scandalum, quod aliàs sine peccato omitti non potest. Deinde vnusquisque tenetur magis habere curam propriæ, quàm alienæ salutis, & consequenter magis vitare proprium peccatum, quàm alienum, si vtrumque vitari non potest. ergo præceptum quod mihi impositum est ad vitandum proprium peccatum potiùs seruare debeo, quàm præceptum quod mihi impositum est ad vitandum peccatum alienum. At præceptum de vitando scandalo proximi solùm mihi impositum est ad vitandum peccatum alienum. ergo non est seruandum, quando occurrit aliud præceptum, quod mihi impositum est ad vitandum peccatum proprium. Hæc ratio locum habet, quãdo passiuum, quod ex præcepto teneor seruare (de quo hìc agimus,) tunc enim non debeo transgredi hoc præceptum ad vitandum peccatum alienum. Secus est quando passiuum aliorum scandalum oritur ex eo peccato; tunc enim duplici titulo teneor abstinere, tum ne ego peccem, tum ne alij meo peccato scandalizentur. Nec valet dicere quòd præceptum naturale magis obligat, quàm positiuum; ergo præceptum de vitando scandalo magis obligat, quam præceptum confessionis, vel Baptismi, vel audiendi Sacrum. Hæc enim positiua sunt illud naturale est. Respondeo, antecedens verum est,

Sup. hoc in Res. seq. signanter in fine, sed lege eam. per totam.

est, cæteris paribus. Nam quando vtrumque præceptum tam naturale, quàm positiuum primariò refertur ad propriam meam salutem procurandam, vel ad proprium meum peccatum cauendum, tunc magis obligat naturale, quàm positiuum respectu mei: si autem naturale primariò refertur ad cauendum alienum peccatum, & positiuum ad cauendum proprium peccatum, tunc positiuum magis obligat, quàm naturale respectu mei. Hoc autem fit in proposito, vt ex dictis patet.

Verùm his non obstantibus affirmatiuam sententiam mordicus tenet Hurtado de Mendoza *in 2.2. disp.* 173. *sect.* 10. *à* §. 256. *& seq.* Valentia *tom.* 3. *disp.* 3. *quæst.* 18. *punct.* 4. Suar. *disput.* 10. *sect.* 3. *num.* 9. Bannez *in* 2.2. *quæst.* 43. *articl.* 8. *concl.* 2. Tannerus *tom.* 3. *disput.* 2. *quæst.* 6. *dub.* 9. *nu.* 120. Gordonus *tom.* 1. *lib.* 9. *quæst.* 16. *cap.* 5. §. 1. Emanuel Sà *verb. auditio Missæ*, *num.* 3. Lorca *in* 2. 2. *quæst.* 43. *art.* 8. *num.* 10. & alij Vnde vtramque sententiam probabilem esse puto. Prima verò magis mihi placet, maximè si præcepta sint positiua.

2. Sed si aliquis stare vellet in hac posteriori, difficultas est cognoscere quando præcepta sint prætereunda propter scandalum vitandum, & in hoc doctè, vt semper solet, ita philosophatur Hurtado de Mendoza *vbi suprà* §. 268. Quando præceptum est humanum, ex cuius omissione nullum aliud sequitur inconueniens in proximum, tunc est vitandum. Exempli gratia, si ego non possum audire Sacrum quin alicui præbeam occasionem grauis iracundiæ, odij, aut luxuriæ teneor abstinere à Sacro. Item si non possum ieiunare nisi præbendo alicui occasionem grauis peccati, teneor non ieiunare, hoc enim spectat, *Misericordiam volo, & non sacrificium*; etenim si in misericordia corporali locum habet id, multò magis in spirituali, ad quam pertinet directè nihil efficere, vnde proximus ruat; quia licèt Religio esset melior virtus, quàm misericordia, tamen Deus non indiget nostris Religionis operibus, quæ possunt postea vsurpari frequentiùs. Eandem ob causam tenemur dimidiare confessionem imminente scandalo passiuo. Si verò ex omissione præcepti immineat aliud damnum graue proximo, non est prætereundum præceptum. v. g. si ego teneor opitulari alicui indigenti, & alius id videns sit accepturus occasionem maledicentiæ, aut alius peccati grauis, teneor opitulari indigenti, quia præceptum illi benefaciendi plus habet ponderis, quàm præceptum vitandæ occasionis, quia propter alterius malitiam, iniquum est, vt alius patiatur graue damnum, ob quod non probo, quod ait Bannez *art.* 8. non esse opitulandum fœminæ extremè indigenti, quando id non potest fieri, quin alij occasionem arripiant, aut sinistrè iudicandi, aut murmurandi, est enim immanitas ferina famelicæ morti permittere aliquem propter aliorum temeraria iudicia, maximè cùm possit postea illa nota deleri. Eadem ratione deduces teneri coniugem ad reddendum debitum coniugale petitum ab altero coniuge, licèt alij sint accepturi occasionem peccandi. e. g. in longa nauigatione, aut diuturno carcere, aut habitatione non ampla, si quis cum vxore degat, non potest illa inuita abstinere diu ab vsu matrimonij, quamuis aliquis adsit auditurus, & ex auditu sit Venerem illicitam conceptutus. Item ego teneor restituere homini, quæ sua sunt, illo petente, quamuis sciam illum eis abusurum ad peccatum. Si tamen sint arma, aut aliud instrumentum quo occisurus est alium, teneor tunc illud non dare, quia determinatè petitur ad rem malam. Idem dico de fortunis si commodè possum protrahere solutionem. Si verò sine graui damno proportionato non possum protrahere arma, neque fortunas, possum illa dare, quia non teneor cum graui damno abstinere ab ea actione, quæ de se bona est, quia est actus iustitiæ, abusus autem illarum rerum est propter solam malitiam eas accipientis. Quòd si non immeritò censent aliqui me posse licitè dare mutuas pecunias amico eis abusuro, quando sine graui damno non possum illas negare, multo meliùs potero illi retinuere quæ sua sunt. Vltimò considerandum est has occasiones incidere per tempus breue, diuturnæ enim esse non possunt. Si enim Sacerdos timet ex concursu ciuium ad Sacrum orituras contentiones, tenetur à Sacro abstinere biduo, aut triduo, donec seditionis pericula authoritate publica, aut alia ratione sedentur. Item si quis accepturus sit occasionem peccandi conspecta semel fœmina, hæc semel, aut iterum debet abstinere à Sacro: at verò si alter diuturnus esset in eam depereundo, non abstinere tenetur à Sacro, sed potiùs illi interesse, quia peccatum proximi plus habet de malitia quàm de infirmitate, aut ignorantia, & hæc omnia docet Hurtado *vbi suprà*; sed quia de hoc vltimo exemplo multi dubitant, de illo specialiter inquirendum videtur. Sup. hoc in Res. seq & in alijs eius spiritæ not.

RESOL. VIII.

An mulier, si sciat se concupiscendam ab aliquo lasciue, teneatur non exire ad audiendum Sacrum? Ex p. 5. tr. 7. Res. 22.

§. 1. Quòd semel, aut iterum abstinere debeat à Sacro, docet, vt visum est, Hurtado *in fine superioris resolutionis*, & Valentia *tom.* 3. *disput.* 3. *q.* 18. *punct.* 4. ait, Per aliquod tempus in tali casu abstinendum esse à Sacro. P. Suarez *disp.* 10. *sect.* 3. *n.* 10. quærens an teneatur mulier omittere Sacrum ad vitandum scandalum? Respondet interdum posse hoc licere, imò & esse necessarium, ratò tamen accidere hanc obligationem. Quæ hic est Res. antecedens, sed lege eam per totam, & ex Res. seq. §. 2. ad medium, & in 3. §. lin. vlt. & in §§. seqq.

2. Verùm quia hæc res esset scrupulis plena, ego puto absolutè nullam adesse obligationem, vt fœmina in tali casu non audiat Sacrum, & ita docet Castrus Pal. *tom.* 1. *tract.* 6. *disput.* 6. *punct.* 16. *nu.* 4. & Iacobus Granado *in* 2. 2. *contr.* 3. *tract.* 13. *disp.* 5. *sect.* 5. *num.* 28. vbi sic ait. Si eiusmodi scandalum sit ex infirmitate, quia nimirum videns ab aliqua persona impleri aliquod præceptum, adeò imbecillis est, vt accipiat occasionem ruinæ. Valentia ait esse obligationem omittendi per aliquod tempus executionem præcepti humani, vel Ecclesiastici, v. g. teneri fœminam non adire Sacrum diebus festis, si quis eam videns acciperet occasionem desiderandi aliquam grauem impudicitiam, quia maior obligatio est vitandi scandali, quàm audiendi Sacri, cùm illa sit naturalis & diuina, hæc non nisi Ecclesiastica; addit tamen non esse fœminam ad id obligandam per multum temporis, v. g. per vnum annum. Hoc tamen mihi non probatur, quia vnusquisque habet ius ad faciendum quæ non solùm sunt bona, sed etiam obligatoria, præsertim sub graui præcepto, ergo non tenetur ab illis abstinere, vt euitet culpam alterius. Confirmatur, quia non magis tenetur quis ad vitandum hoc scandalum, quàm ad implendum beneficium correctionis fraternæ; sed nemo tenetur non implere præceptum iuris etiam humani, vt corrigat, imò alia minoris momenti deobligant ab eiusmodi correctione; ergo neque vt euitet scandalum. Ita Granado. & ante illum hanc sententiam docuerat etiam Azorius *tom.* 2. *lib.* 11. *c.* 18. *quæst.* 12. & Vasquez *opusc. de scandalo, quæst.* 43. *art.* 8. *dub.* 2. *n.* 27. & docebunt omnes DD. qui putant præcepta non esse prætermittenda propter scandalum. Sup. hoc in Res. præterita §. 1. & 2.

RESOL.

RESOL. IX

An fœmina ornans se secundum consuetudinem patriæ, si sciat ex hoc ornatu lasciuè ab aliquo amari, peccet mortaliter se ornando, vel domo exeundo.

Et quid, si ornatus esset superfluus, & maximus, dummodo sit secundum morem Patriæ. Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. Ref. 30.

Sup. hoc in Ref. seq. & lege § vlt. huius Ref. & alium eius not.

§. 1. RESpondeo negatiuè. Ita Azorius *p. 2. l. 12. c. 18. quæst.* 11. Ratio, quam adducit, est, quia taliter se adornando vtitur iure suo. Eandem sententiam docuit Caiet. *in* 2. 2. *quæst.* 169. *a* 1. *ad* 5. *dubium*. Sanchez *vbi infrà*, *n.* 17. Bonacina, & nouissimè Petr. de Lorca *p.* 2. *tom.* 2. *quæst.* 73. *art.* 8. vbi ait: [Effectum per accidens, etiamsi sit præuisus, dummodo non sit formaliter intentus, non imputari, ostendunt multa exempla. Si videlicet mulier ornet se, vt placeat marito, vel vt procedat iuxta consuetudinem patriæ, etiamsi præuideat se ab aliquo turpiter amandam, non tenetur abstinere, neque imputatur illi: & ratione id probatur, quia quando effectus sequitur per accidens, etiamsi præuisus sit, non est virtualiter intentus, nam virtualiter intentum in causa intenditur, causa autem per accidens, non est simpliciter causa, neque continet effectum, vt in ea dicatur volitum. Et certè esset graue iugum, & animas mille laqueis implicare, si teneremur vitare effectus per accidens præuisos. Hæc ergo habenda est regula generalis, vt ille effectus non augeat malitiam, neque imputetur, qui sequitur per accidens, etiamsi præuisus sit, dummodò non sit formaliter intentus.] Hæc Lorca. Vide etiam illum. *quæst.* 20. *a.* 5.

Sup. hoc in Ref. not. seq.

2. Ex his oritur & soluitur alia dubitatio, quid dicendum de fœmina domo sua exeunte, cùm videat se lasciuè concupiscendam ab amasio. Noster P. Megal. *in* 1. *part. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 9. & Turrian. *in* 2. 2. *tom.* 1. *disp.* 96. *dub.* 2. Becan. *in* 2. 2. *tom.* 1. *c.* 27. *quæst.* 6. *num.* 4. distinguunt; nam propter scandalum futurum ex malitia alterius, non debet talis fœmina domi manere, sed exire potest, vel ad audiendam Missam, quando non est in præcepto; vel etiam alicuius recreationis gratia: sed si sciat quòd proximus peccat ex fragilitate, puta ex magna ratione amoris erga illam, vel quid simile, tunc tenetur mulier se occultare, & nec etiam ex vtilitate domo exire, si aliter proximi scandalū sedare non potest. Concordat ex parte cum Megala, & Turrian. Martinez *in p.* 2. *q.* 10. *a.* 6.

Sup. hoc in Ref. præterita, & in alio §. eius primæ annot.

3. Secunda opinio est D. Antonini Medinæ, Cordubæ, Lopez, Zumel, & aliorum apud Sanchez *vbi infrà*, *num.* 16. & Filliuc. *in quæst. mor. tom.* 2. *tract.* 28. *c.* 10. *num.* 232. qui asserunt eam peccare mortaliter, si exeat domo, sine vlla necessitate, sed ex curiositate, indifferenter hac, vel illac discurrendo: non autem si hoc faciat ob causam necessariam, vt inuisendi vicinas, seu affines, ne minus vrbana habeatur, vel eundi ad Ecclesiam, &c.

4. Tertia opinio, cui tanquam probabiliori adhæreo, est Caiet. *in* 2. 2. *quæst.* 69. *a.* 2. *ad* 5. *dubium*, quem postea sequuti sunt recentiores aliqui, vt præter alios Sanchez *in sum tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 6. *num.* 17. & Bonac. *tract. de leg. disp.* 2. *quæst.* 4. *punct.* 2. §. *vnic. num.* 27. *& tract. de matrim. quæst.* 4. *punct.* 9. *num.* 17. qui asserunt fœminam in tali casu non peccare, non enim tenetur sua se libertate priuare egrediendi domo, standi ad ostium domus, vel fenestram, discurrendi per ciuitatem, &c. Et ratio est, quia etiamsi ita faciendo daret occasionem amasio ad concupiscendum, tamen ista occasio potius prouenit ex ipsius amasij malitia, & ideò est occasio ab ipso accepta, & non à muliere data, quæ iure suo & libertate sua vtitur, & iste effectus, vt suprà diximus de muliere ornante se, prouenit per accidens, & licèt sit præuisus, non tamen est intentus, & ideo non debet ad culpam imputari.

5. Limitanda tamen est hæc doctrina, nisi fœmina, data opera, se offerret conspectui adolescentis, illius amoris conscia, etsi illum non intenderet. Secus autem si hoc faciat, vt diximus non solùm propter aliquam necessitatem, seu vtilitatem, sed etiam propter hoc solùm, ne videlicet se priuet, sua libertate, & iure exeundi domo; Ex his omnibus mihi olim rigida visa est cuiusdam confessarij resolutio, qui noluit absoluere mulierem nobilem, quæ in cursu solebat ambulare, secundùm morem patriæ, cum aliis fœminis nobilissimis; quia ita se præbebat conspiciendam adolescenti, à quo sciebat se turpiter amari, non enim tenebatur propter malitiam amasij priuare se iure & libertate sua.

6. Adde quòd exire domo iuxta morem patriæ, ab Azor. *p.* 2. *lib.* 12. *cap.* 18. *q.* 12. connumeratur inter causas iustas, quas habent mulieres in hoc casu domo egrediendi. Sed circa præsentes quæstiones vide etiam Med. *p.* 2. *quæst.* 20. *a.* 5. Aluar. etiam *in p.* 2. *q.* 73. *art.* 8. & tandem Suarez *de char. disp.* 10. *sect.* 4. *num.* 10. vbi asserit, fœminam non peccare, etiamsi sequatur scandalum, adornando se, dummodo ornatus sit moderatus, & decens, secus si esset superfluus, & maximus. Sed ego puto non peccare, etiamsi esset superfluus, & maximus, dummodo sit secundùm morem patriæ, & de se non sit quasi prouocatiuus ad malum. Vnde benè asserit Turrian. *in* 2. 2. *tom.* 1. *disp.* 96. *dub.* 2. §. *ex traditis*. ornatum non habere speciem mali, quantumuis illustrem, si sit iuxta consuetudinem patriæ fœminarum, quæ honestæ sunt; secus si esset peculiaris habitus meretricius.

Sup. hoc superfluo ornatu lege infra §. Nota verò. Ref. 11.

RESOL. X.

An fœmina teneatur non se ornare, & in publicum non exire ad euitandum aliorum scandalum.

At vero, si hoc vult facere cum peccato veniali ostentationis inanis, quæritur, an in hoc casu contrahat malitiam scandali.

Et an excusentur fœminæ à peccato vtentes ornatu, quo nuda pectora, & mammillas ostendunt, si fiat hoc secundum morem patriæ, & absque vlla mala intentione? Ex p. 5. tr. 7. Ref. 31.

Sup. hoc in Ref. præterita.

§. 1. AD hunc casum respondet Iacobus Granado *in* 2. 2. *D. Thom. contr.* 3. *tract.* 13. *disput.* 5. *sect.* 5. *num.* 31. vbi sic ait. Dubitant DD. vtrùm peccet fœmina, quæ se ornat, si nouerit inde alios sumpturos pro sua fragilitate occasionem concupiscendi illam? Nonnulli, quos tacito nomine refert Emanuel Sà *verb. Ornatus*, *num.* 1. affirmarunt esse mortale. Nauarrus. verò *in summa. cap.* 14. *num.* 37. distinguere videtur; si enim nesciat, vel non aduertat mulier se ab aliquo determinato concupiscendam, ait non peccare lethaliter, licèt indeterminatè & vagè nouerit aliquem futurum, qui occasione sui aspectus peccet. Secus verò si in particulari personam cognosceret, & quidem si ornatus esset valdè nimius, & præter patriæ consuetudinem, non foret excusanda fœmina à mortali, si crederet se fore alicui occasionem lapsus, nec hac in parte quidquam refert quòd

in particulari cognoscatur, vel ignoretur, quæ persona sit inde sumptura occasionem peccandi; ratio enim vtrobique eadem est, quia nimirum ornatus ille illicitus est, & ad quem fœmina non habet ius; aliunde est grauis culpæ occasio; grauiter ergo lædit charitatem sic se ornãdo. Si verò ornatus esset honestus, ille nimirum qui in patria, vel regione consuetus est, non peccat fœmina illum gestando, licet sciat futurum alicui determinatæ, vel vagæ personæ occasionem ruinæ, dummodo ruinam ipsius non intendat. Sic sentiunt Caietanus, Sà, Azorius, & Nauarrus *in summa cap.* 23. *nu.* 18. Nemo, inquit; peccat ornando se etiam splendidè pro sui status decentia, & more regionis, modo id bono fine faciat, imò meretur, licèt alius, vel alia ad eius concupiscentiam per accidens alliciatur. Probatur, quia fœmina habet ius ad indumenta illa quæ sunt iuxta consuetudinem patriæ, & oppositum foret illi valde graue. ergo suauis lex charitatis non obligat illam, vt cum tanto detrimento cuitet peccatum illicitæ concupiscentiæ alterius. Et sanè si oppositum esset verum, damnandus absolutè foret fœminarum ornatus, & frequentes illarum ingressus in templa, & alia honesta loca, cùm valde verisimile sit in tanta fragilium hominum multitudine esse aliquos, qui inde sumunt occasionem peccandi, quippe quibus multo minores occasiones sufficere possunt, & solent. Addit prætereà Caietan. & meritò quidem, licèt fœmina in prædicto ornatu aliquando peccet propter iactantiam, aut alium eiusmodi finem, non propterea peccare peccato scandali, dummodo non intendat, vt supponimus, ruinam aliorum, quia prædictus iactantiæ finis non reddit ornatum magis scandalosum. Hæc Granado.

2. Sed ego magis clarè rem explicabo. Dico igitur quòd quando fœmina timet ne à persona particulari ametur lasciuè, teneri cauere publico, & abstinere ab actione occasionante alicui ruinam, quando potest absque graui proportionato damno, quia tenemur vitare aliorum peccata, quando commodè possumus. Vnde deducendum est peccare fœminam euntem in hoc templum ad Sacrum, in quo est aliquis à quo turpiter ametur, quando commodè potest aliud templum adire eo periculo vacans; item quando it per hunc vicum, potens commodè ire per alium. Quando audit sonitum equi vehentis amasium, & ipsa se absque necessitate dat in fenestra aspiciendam; quando verba facit coram amatore, quibus ille fit accendendus, si potest absque specie inurbanitatis tacere. Quando item domo egreditur, sciens eam expectari spectandam, si nulla tunc sit necessitas. Ita docet Castrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 6. *disput.* 6. *punct.* 7. *num.* 4. & Hurtado *in* 2.2. *disp.* 173. *sect.* 31. §. 404. qui tamen optimè, vt semper solet, §. subsequenti docet, quòd quando sine graui & proportionato damno non potest illas actiones vitare, quòd tunc non tenetur in publicum non exire, & ab his abstinere, quia tales occasiones sunt valde remotæ, & generales, ex quibus oritur peccatum ex malitia potius scandalizati, quàm fœminæ. Vnde hinc deduces non teneri fœminam, nec licitè posse abstinere diu à Sacris, nec teneri carere diu publico, nec abstinere à fenestris longo tempore, necnon esse ad domus suæ ianuam, nec priuari amicarum consuetudine, rusticatione, & aliis oblectationibus, sine quibus vita degitur molestè; itaque semel, aut iterum, paucisque vicibus id tenetur efficere, quia sine molestia graui potest; dixi autem non tenetur, quia esset valde molestum; & scrupulis plenum.

3. Non desinam hic adnotare etiam Layman *lib.* 2. *tom.* 3. *cap.* 13. *num.* 11. *quæst.* 13. excusare fœminas vtentes ornatu, quo nuda pectora & mammillas ostendunt; si fiat hoc secundùm morem patriæ, & absque mala vlla intentione. Vide etiam circa præsentem quæstionem de ornatu mulierum Suarez *disp.* 10. *sect.* 3. *n.* 10. Gordonum *tom.* 1. *lib.* 6. *quæst.* 16. *cap.* 5. §. 2. *n.* 15. Sanchez *in summa tom.* 1. *lib.* 1 *cap.* 6. *num.* 17. & Layman *loc. cit.* vbi ex Lessio *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 110. ponit hanc regulam, quòd quando aliquid non est per se malum, sed indifferens, excessus in vsu illius (seposita omni malitia extrinseca) non est nisi peccatum veniale, & ideo excessus in corporis ornatu considerata qualitate personæ, loci, &c. erit tantùm peccatum veniale.

Sup. hoc late in R. sseq. & etiam late infra in Ref. 63. à §. Ex dictis. vsque in finem dictæ Ref.

Sup. hoc in Ref. seq. §. penult. prope finem, vers. vnde & si

4. Sed non desinam pro coronide huius resolutionis apponere hic pro curiosis pulchrum dubium. Fœmina, vt dictum est, non tenetur lege charitatis abstinere ob ornatu & fuco, ita vt illi liceat se ornare & comere: at vult hoc facere cum peccato veniali ostentationis inanis; quæritur an in hoc casu contrahat malitiam scandali? Negatiuè respondet Salas *in part.* 2. *tom.* 2. *tractat.* 13. *disput.* 5. *num.* 132. Zumel *in part.* 2. *quæst.* 73. *art.* 8. *dub.* 2. *concl.* 3. & Hurtado de Mendoza *in* 2. 2. *disput.* 173. *sect.* 24. § 299. vbi ait. Alienum peccatum mihi non imputatur, quando sequitur ex meo facto, cuius substantiam ego non teneor vitare lege charitatis, vt constat proposito exemplo; fœmina enim non tenetur abstinere tunc à substantia ornatus; vt pono: ergo peccatum alienum occasionatum ex illa substantia non potest imputari fœminæ; quia illa non tenebatur vitare hanc occasionem; quòd verò fœmina peccauerit prauo fine, nihil refert scandali passiui, quia illud non fuit ornatum ex prauo fine, sed ex operis substantia. Vnde nullum peccatum fœminæ fuit causa alterius ruinæ. Si verò ratione circumstantiæ malæ tenebatur fœmina vitare substantiam ornatus independentes ab scandalo alieno, tunc ei vitio vertetur, v. g. si ex temporis circumstantia, aut ex mariti præcepto, aut ex voto tenetur fœmina abstinere ab ornatu, tenetur etiam ex præcepto charitatis, quia tunc ex eius peccato, vt peccatum est, oritur alienum scandalum, oritur enim ex substantia ornatus hic & nunc, quem hic & nunc tenebatur vitare. Hæc Hurtado. ex quibus non videntur admittenda ea, quæ docet Alphonsus de Leone *de officio Confess. tom.* 1. *recollect.* 7. *n.* 169 & 371. recognosce illum, & ex dictis ab Hurtado ad suas rationes respondebis.

RESOL. XI.

An vbi adest consuetudo, quod mulieres incedant pectore nudato, hoc non obstante, peccent mortaliter?

Et an principes, & Episcopi sub peccato mortali teneantur talem consuetudinem stirpare: & an tales Fœminæ à Sacra Synaxi repellendæ sint?

Et an mulier ita superflue ornata, & potissimum nudans pectora, & si nollet ornatum deponere, posset nihilominus absolui in confessione?

Et an in hac insueta pectoris fœminæ nuditate possit dari leuitas materiæ?

Et notatur ornatum mulierum superfluum, & immoderatum esse illicitum, sed aliquando cum peccato veniali, aliquando vero cum mortali.

Et an excessus ornamentorum immoderatus in pretio sit peccatum lethale?

Et an saltem peccent mortaliter Fœminæ vtentes vestibus pretiosis, & odoriferis?

Idem est dicendum de ornamento superfluo, & immoderato virorum.

Et tandem quæritur, an semper peccent mortaliter fœminæ, si incedant pectore nudato, vbi non est talis

talis mos incedendi ? Ex p. 10. tt. 12. & Miſ. 2. Reſ. 30.

Sup. hoc in Reſ. præterita § Non deſinam. & pro contento in hac Reſ. dempris difficultatibus § Notandum eſt & § Nota vero. huius Reſ. late infra in Reſ. 63. à §. Ex dictis. vſque in finem dictæ Reſ. ſignanter in §. Ita ille.

§. 1. NOn deſunt Doctores abſolutè aſſerentes, mulieres incedentes pectore nudato, peccare mortaliter. Ità Summa Angelica, *verb. Ornatus, num.* 1. Piſanella *eodem verb. num.* 3. Roſella, *n.* 13. D. Antoninus *in Summa. par.* 2. *tit.* 4. *cap.* 5. §. 3. Sed ego olim contrarium docui, quando iuxta morem Regionis nudo pectore mulieres incederent; & ſic docet Caietanus *in* 2. 2. *quaſt.* 169. *artic.* 2. vbi ſic ait: Pectus à mulieribus decoris gratia nudum alicubi defertur, ac per hoc ad ornatum reducitur pulchritudinis, quòd etiam ornatus talem habens conditionem, ſcilicet nudati pectoris iuxta Patriæ morem, non eſt ſecundùm ſe mortalis. Et addit, viros nuditate pectoris mulieribus diuerti à maioribus criminibus. *Et in Summa verb. Ornatus, cap.* 4. ornatum mulierum monſtrantium media verba, in remedium, ne peiora fiant, introductum aſſeuerat. Idem docet Armilla, *verb. Ornatus, num.* 1. §. 4. Nauarrus *in Summa, c.* 23. *num.* 19. Sanchez, *de Matrim. tom.* 3. *lib.* 9. *diſp.* 46. *num.* 26. Filliucius, *tom.* 2. *tract.* 30. *cap.* 10. *num.* 220. Graffius *in Deciſ. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 2. Leſſius. *lib.* 4. *cap.* 4. *dub.* 14. *num.* 112. Azorius, *par.* 2. *lib.* 12. *cap.* 18. *q.* 13. quibus adde Trullench, *in Decal. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *dub.* 5. *num.* 21. & *vbi infrà.*

Sup. his in Reſ. 2. not. præteritæ §. nide.

2. Verùm his non obſtantibus, nouiſſimè doctus, & eruditus Pater Albertus de Albertis, ex Societate Ieſu *in Paradoxa moralia de ornatu mulierum, diſp.* 2. *c.* 1. *per. totum*, latiſſimè conatur probare primam ſententiam, nempè mulieres nudato pectore incedentes, peccare mortaliter; qui etiam putat Principes laicos, & Epiſcopos ſub peccato mortali teneri talem conſuetudinem extirpare; & tales fœminas eſſe à ſacra Synaxi repellendas: & ſententiam ſupradictorum Auctorum, qui liberant huiuſmodi mulieres à peccato mortali ex more Patriæ, probabilem ex principio ſaltem extrinſeco non vult admittere. Et in fauorem Patris Alberti, ego hic adducam auctoritatem inclyti Doctoris Sorbonici Andreæ Duuallij *in* 2. 2. *D. Thomæ, tract. de Charitate, q.* 19. *a.* 5. vbi ſic ait: Difficultas eſt de ornatu virginum, & mulierum, an ſcilicet ipſæ debeant eum omittere, & relinquere, ne aliqui eas inſpiciendo labantur in peccatum. ſed ſciendum eſt, ornatum illum muliebrem eſſe duplicem; vel enim eſt moderatus, ſtatui conueniens, & mediocritatem pro ratione temporis, loci, & conditionis ſeruans: & hunc non tenetur mulier deponere, etiamſi fortè aliqui propterea cadant in peccatum: vel eſt immoderatus, & immodeſtus, vt quando mulier nudato toto pectore incedit per Vrbem, aut alia loca, in quibus promiſcuè viri ſimiliter incedunt: & hic ornatus eſt ab iis deponendus, & omittẽdus: quia probabiliter cõſtat ipſis mulieribus, aliquos ex earum in tali ſtatu aſpectu, cogitationes, & deſideria obſcœna, & nociua concepturos, & certè talis ornatus non eſt opus indifferens, ſed reipſa malum; quia, vt inquit Poeta: *Vt vidi, vt perij, ſic me malus abſtulit error, Illa fuit mentis prima ruina mea* & ſic meritè dicebat Iob: *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.* Dices, virginem poſſe ornamentis illis cum exceſſu aliquo vti ad hoc, vt ex multis quorum oculis placebit, vnum ex illis pro viro ſortiri poſſit: & ad illud ius videtur, ſicut & ad matrimonium habere. Reſpondeo, virginem illam propterea non debere vti habitu immodeſto, & immoderato, ſi quidem pro ſuo commodo, nempè pro viro ſibi quærendo, multa mala committeret; ideoque ex iure, quod habet ad Matrimonium, tantùm ſequitur, eam poſſe ſe conuenienter ſuo ſtatui, & conformiter aliis ſuæ ciuitatis virginibus, ornare, & ſic ornatum conari placere oculis virorum nubere volentium. Caietanus tamen, *q.* 169. *art.* 2. & Nauarrus, *cap.* 23. *Enchiridij num.* 19. putant hunc ornatum immoderatum, & inſolentem, eſſe tantùm peccatum veniale, ratione exceſſus pugnantis contra virtutem modeſtiæ: non autem ratione ſcandali, quia ex tali ornatu non magis cauſatur ruina proximi, quàm ex pulchritudine naturali, quæ omitti, & deponi nequit: igitur ſicut ruina proximi ſpiritualis; oritur tantùm per accidens ex illa pulchritudine: ſic etiam ex illo ornatu ſuperfluo, per accidens duntaxat ſequitur. Ex quo concludunt aliqui mulierem ità ſuperfluè ornatam, & potiſſimùm nudantem pectus, etſi nolit eum deponere, poſſe nihilominus abſolui in confeſſione; quod tamen ego nollem, ſiquidem mulieres ità ſuperfluè ornatæ, ſunt infallibiliter in laqueum & ruinã multorum, præſertim verò cùm ad hunc ornatus exceſſum nullum ius habeant, neque illi onus aliquod imponitur. ſi eiſdem dicatur ad ruinam proximi præcauendam, eo vti non poſſe, ſe ſolùm eo, qui eſt eorum ſtatui conueniens. Hucuſque Duuallius, ſententiam Patris Alberti ſequens.

Sup. hoc ibidem §. Ex dictis.

3. Sed adhuc ego non audeo ſententiam Caietani, Leſſij, & aliorum, vbi ſuprà nota improbabilitatis inurere, quam nouiſſimè tuetur Trullench *in Decal. tom.* 1. *lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 13. *num.* 21. vbi ſic ait: Nec peccat mortaliter mulier ſic ornata vt media vbera monſtret ſecundùm Caietanum, *verb. Ornatus.* Si fiat ſecundùm morem Patriæ, & abſque vlla intentione deprauata: qui addit: Verum tamen, vbi conſuetus iam eſt, ſine peccato videtur, & in remedium, nè peiora fiant, fortè introductus: eſſet tamen peccatum mortale introducere huiuſmodi morem, quia inſolita magis mouent, & excitant. Ità ille.

Sup hoc ibidem §. Nota vero. & ſeq.

4. Nota tamen, quod ſtando in ſententia Patris Alberti in hac inſueta pectoris fœminei nuditate, dari poſſe leuitatem materiæ, vt ſi qua mulier infrà radicem colli pectus craſſitie vnius tantùm digiti aperiat; non, putarim eam mortaliter delinquere. Ratio eſt; quia talis nuditas non videtur per ſe eſſe notabilis, quæ ad libidinem notabiliter incitet; & huiuſmodi ferè eſt ea, vt vulgo appellatur *Scollatura*, quæ Mediolani ab aliquibus vſurpari cœpit, modiciſſimè infrà collũ, coronæ inſtar ambiens, ac proptereà nihilominus à Confeſſariis, & à Concionatoribus aliiſque Animarum Paſtoribus, & Religioſis omnibus ſtrenua opera danda eſt, vt huiuſmodi quoque *Scollatura* penitus tollatur, quia aliòqui contagio vanitatis paulatim ſerpit, & ab vno digito *Scollatura* ad duos, hinc ad tres, & vltrà, donec pectoris notabilis nuditas cernatur facilè proceditur, & periculum ingens eſt, nè de veniali *Scollatura*, in lethiferam nuditatem pedetentim incidatur. Addit etiam huiuſmodi *Scollaturam* poſſe per accidens notabilem euadere: nam ſi immodicus ornatus aliàs, nec dum notabiliter libidinem prouocabat, fieri poteſt, vt addita *Scollatura*, iam notabiliter prouocet, atque ità *Scollatura* efficaciam ornatus immodici ad malum allicientis expleat, quanquam non eſt mortalis, niſi efficacia ſuperaddita ex *Scollatura* & alio cultu immodico ſit notabilis. Quamobrem, tantò magis, hæc etiam *Scollatura* deteſtanda, tanquam culpæ quoque mortiferæ ſubinde occaſio. Hæc Albertus vbi ſuprà.

5. Nota etiam, quod ſtando in opinione Caietani, & aliorum Doctorum, peccarent mortaliter mulieres, ſi incederent nudato pectore, vbi non adeſt mos ſic incedendi; & ego teſtor quòd non adeſt Panormi, An adſit Romæ? * Pater Albertus, & Pater Pallauicinus aſſerunt

asserunt; mihi autem non est compertum: nam licèt hîc Romæ viderim aliquas mulieres indecentes nudato pectore, mammillis, credo quòd non obseruetur à maiori parte, quæ constituit morem, & consuetudinem, vt ipsemet Pater Albertus me citato docet *cap.4.num.6.* Ideò non auderem sententiam Caietani & aliorum hîc Romæ dictis mulieribus applicare.

6. Notandum est etiam ornatum mulierum immoderatum esse illicitum, aliquando verò cum peccato veniali tantum, aliquando cum mortali; quod egregiè declarant in casibus particularibus Lessius *de Iust. lib.4.cap.4.dub.14.num.110.cum.seq.* Sed difficultas est, an excessus ornamentorum immoderatus in pretio sit peccatum lethale. Affirmat. Suarez, *de Charit.disp.10.seq.3.n.10.* Filliucius, *tom.2. tract.30. c.10. num.121.* & alij. Sed sepositâ alia prauitate, esse tantum peccatum veniale docet Caietanus, Lessius, & ex illis Pater Albertus, *disp.1.c.4.n.11.* & huic sententiæ ego adhæreo.

Quæ hic est supra Ref. 9. §.vlt. ad medium, sed lege eã à principio, & aliã eius primæ annot.

7. Nota vero, quod quando ego dixi *in part.2. tract.15.resol.30.* Fœminam non peccare in ornatu superfluo, intellexi de peccato mortali, non autem de veniali, vt ex alibi à me dictis, colligi poterat, licèt aliquando etiam in ornatu superfluo adesse peccatum mortale existimo; prout patet in Casibus appositis à Lessio *loco cit.* Et ideò nouissimè Rocafull. *in Decalog. precept. 6. lib.4. cap.6. numer.256.* sic ait: Dubitabis an saltem peccet mortaliter vtendo vestibus pretiosis, & odoriferis? Respondeo non esse peccatum mortale, nisi hoc fiat causa incitandi ad libidinem, aut nisi adsit lex aliqua particularis prohibens hoc sub mortali. Ratio est, quia videtur esse magna inordinatio: non excusatur autem à veniali ob superfluum ornatum. Ita ille.

8. Nota, quod post hæc scripta inueni sententiam Patris Alberti docere etiam Petrum Marchant. *in Tribunali Sacrament. tom.3. tract. 2. tit.2. quæst. incident. resolut.3. §.1. regul.1.fol.30.* vnde in gratiam viri amicissimi verba Patris Marchant.hic apponam; sic itaque asserit: Quandocumque forma, vel figura vestimenti, siue ornatus obiectiuè, iuxta ordinariam hominum infirmitatem, est excitatiua in alio libidinis, & concupiscentiæ carnis, illis vestibus, vel ornamentis vti, est ex natura sua peccatum mortale. Ratio est, quia qui similibus vtitur, censetur dare causam peccati natura sua mortalis. Dixi (quando est excitatiua in alio libidinis, & concupiscentiæ carnis) in hoc enim consistit ratio pompæ Satanæ: tentat enim per illa Satanas, & ad libidinem inducit. Tunc autem censetur excitatiua libidinis, quando nuditas aliqua magna apparet, vt est videre in illis, quæ pectus apertum gerunt, etiam mammillis ex parte discoopertis. Item quando, etsi non sit plena nuditas, apparentior tamen caro redditur delicatulo, & transparente lino: Vnde & in Isaia Theristra cum aliis vestibus damnantur; Theristra autem sunt transparentes, & perlucidæ vestes, quæ non tam nuditatem tegunt, quàm curiosiùs parere membra corporis faciunt. Denique huc referenda sunt, quæ siue ex positione, siue ex modo, libidinis alicuius speciem immittunt, vt de viris, qui ita strictas vestes gerunt; vt partes etiam verecundæ, si non discoopertæ, secundùm tamen aliquam apparentiam pandantur, vt explicat Angelus *vers.ornatus,&c.n.2.* Dixi (iuxta ordinariam hominũ infirmitatem, idest, iuxta communẽ hominum sensum, communémque naturæ fragilis inclinationem, id est, vt excludamus singularem personam tentatæ, vel afflictæ miseriam, quæ omnia sibi mala fingit, omnia interpretatur in malum, & propria tantum phantasia ruit: neque enim homines tenentur ab ordinariis abstinere propter extraordinarias aliquorum phantasias. 2. Vt euincamus communes mundanorum excusationes, quibus dicunt, se malum non intendere, se libertate sua vti: culpam autem eorum esse, qui turpibus se illaqueant imaginationibus, aut moribus prauis. Hæ sanè excusationes in peccatis sunt: Quicumque enim libidinoso, ad libidinem excitante vestimento, vel ornatu vtentes, se oculis videntium velut prostituunt, offendiculum, quantum est ex se, ponunt; quod non tantùm communi Charitate auferre tenentur, sed etiam Christiana professione, & obligatione, qua pompis Satanæ se abrenunciare professi sunt. Vna fortè excusatio magis solida est: Qua dicunt, mulieres maritatas debere, vel posse vti ornatu quocumque, vt maritis suis placeant. Sed esto placere debeant aliquo ornatu modestiam Christianam siue sobrietatem excedente: an libidinoso; An ad libidinem excitante? Respondeo, igitur primò licere de facto mulieri Christianæ aliquo ornatu vti, qui amorem mariti, aut conseruet, aut etiam alliciat, & hoc coram marito. Respondeo secundò, Non licere mulieri, aut viro in publico vti vestitu, vel ornamento libidinoso, vt sibi inuicem placeant. Ratio est. Quia indulgentia illa, qua permittitur aliquis leuis excessus, vt sibi inuicem placeant domestica est; & ad mutuas personas tantùm refertur, illisque duobus, velut terminis clauditur: Neque enim illis permissum est, vt alienis oculis obiecta impudicitiæ exponant, & suam libidinosam inclinationem mundo prostituant. Addo, nec iustè, nec rationabiliter virum posse velle, vt vxor alienis oculis placeat, vel alienos affectus ad se alliciat; nec vxor id viro suo permittere potest: Honorabile (inquit Apostolus) connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Quomodo honorabile, si ei omnis honesti limites excedere permittitur? Quomodo thorus immaculatus, cui non sufficit domestica libido, nisi etiam alios inficiat? Dixi in Regula notantur (est ex natura sua peccatum mortale.) Potest enim fieri veniale ex paruitate materiæ, ignorantia, indeliberatione, vel aliqua circumstantia excusante, v.g. coactione mariti, de qua S. Augustinus ad Ecditiam suprà: Vbi excusat Ecditiam, si maritus ad indecentem illum compulisset ornatum: Quod si (inquit) aliqua dura conditione cogeteris, posses habere in superbo cultu cor humile. Et adfert exemplum de Hester. Aduerte tamen semper, etsi mulier teneretur obedire marito ad gestandum habitu ornatum aliquem excessiuum vanitatis, & superbiæ, non posse tamen obedire ad gestandum habitum in publico ad lasciuiam prouocantem, quia siue ex se, siue ex obiecto, & circumstantia malum est; alterum autem tantum ex accidenti, vt statim dicemus. Et sententia hæc modo explicata, est omnium Auctorum: pertinet enim habitus libidinosus ad impudicitiam, quæ ad *Galat.5.* excludit à regno Dei. Vnde etsi innumerantur aliqui Doctores cum S. Thoma *2.2. quæst. 169. art.2.* excusantes interdum fucos, & vanitates muliebris ornatus à peccato mortali, quatenus ob aliquam circumstantiam non videntur ita periculosa esse: nihilominus nullus libidinosi habitus vsum vnquam excusauit à peccato mortali. De ratione autem libidinosi, & inhonesti habitus penes Doctores iudicium sit. Malo ego stare iudicio Scripturæ, Conciliorum, & Sanctorum Patrum, quam speculatiuis quibusdam considerationibus parietem linire absque temperamento. Vnum mihi certum est, & omnes concedunt: Quod quidquid incentiuum est ad libidinem, illo non licet vti, & iuxta rationem incentiui grauioris peccatum esse mortale. Iudicet æquus rerum arbiter quid de vestimentis, quibus & nuditates præter rationem honesti apparent, vel quibus nescio quæ

Sup. his ibidem, §.Nota vero.& seqq.

Sup. hoc in Ref. præterita §. vltim. à lin.4.

quæ energica libidinis species ingeritur oculis spectantium, dicendum sit? etiamsi enim ex intentione non fierent, cum ex obiecto rei, & infirmitate humana soleat istis libido moueri, iudicet, inquam, quomodo isti ornatus ab impudico possit separari, aut in iudicio Dei, & conscientiæ excusari. Et hæc omnia docet Marchant. *vbi suprà*, quæ nimis, vt reor, plausibilia erunt nostro carissimo, & pio Patri Alberto.

9. Verùm in Compendio Patris Layman edito Moguntiæ 1637. *lib.2. tract.3. cap.13. num.11.* Ita habetur: Mulier peccat mortaliter, si sciat aliquem lapsurum in mortale ob aspectum eius: & pulchritudinem luxu vestium; item si habitus eius sit turpis, & per se, ac directè ad libidinem prouocans; item si inducat morem nudo pectore incedendi, secus si sit moris. Ita ibi, quod mihi placet.

RESOL. XII.

An fœmina Nobilis possit Choreas ducere, si timeat aliquem in particulari arrepturum occasionem peccandi? Ex p.5. tr.7. Res.25.

§. 1. PRo decisione huius casus adducam hìc verba Hurtado de Mendoza *in 2.2. disp.173. sect.29. §. 319.* vbi sic ait: Choreæ non sunt de se illicitæ: possunt enim honestissimè duci etiam inter personas diuersorum sexuum, vt contingit in Principum aulis, & Nobilium domibus; vbi Principes fœminæ, & honestæ matronæ choreas ducunt, quin iustè possit eas aliquis damnare peccati. Vnde quando ipsæ honesto motu pedes referunt ad numeros, si timeant aliquem vagè & confusè accepturum occasionem ruinæ, non tenentur abstinere ab illa actione, quia ille timor est communis infinitis rebus, à quibus non propterea tenemur abstinere; nihil enim est, quo non abutatur hominum prauitas. Si verò aliqua fœmina prudenter timet adstare aliquem in particulari accepturum occasionem ruinæ, distinguendum est, si non potest, nisi incommodè abstinere à chorea, non tenetur abstinere. e. g. si fœmina prouocetur à viro nobili, qui in iniuriam referret, nisi fœmina prodeat, & adstantes habebunt occasionem malæ suspicionis; si verò commodè potest, tenetur abstinere, si alius peccat ex passione: si autem ex malitia, & potest sine aliquo incommodo id vitare, tenetur; at verò non tenetur se priuare oblectatione illa honesta, & communi aliis fœminis propter alius malitiam, aliquando verò tenetur propter passionem. Malitia autem colligitur ex diuturnitate, passio enim non multum durat, sed ardet subitò occasione aliqua derepente fomitem suggerente. Ita ille, & ego.

Quoad hoc in tom. 8. tr. 6. ex Res. 12. lege breuem doctrinam §. vlt.

RESOL. XIII.

An sit licitum fœminis vti vestibus virorum? Et quid è contra? Ex part. 5. tract.7. Res.32.

§. 1. AD hunc casum ita respondet Syluius *in 2. 2. D. Thom. quæst.169. artic.2. ad 3.* vbi sic ait. Aduerte de se vitiosum esse, quòd mulier vtatur veste virili, aut è conuerso, partim quia per se indecens est quòd mulier mentiatur se virum, aut quòd vir mentiatur se mulierem: partim, quia talis commutatio est incentiuum concupiscentiæ, & præstat occasionem occultis libidinibus. Vide Clem. Alexand. *lib.3. pædagog. cap. 3.* Non tamen ita est de se vitiosum, quasi sit per se, seu natura sua malum, sicut mendacium, fornicatio, & alia huiusmodi, sed quia est de numero earum actionum, quæ absolutè consideratæ deformitatem, seu inordinationem quamdam important, ac nihilominus circumstantiis quibusdam aduenientibus bonæ efficiuntur, de quarum numero S. Thom. *quodl.9. art. 15.* dicit esse habere plures præbendas. Est ergo de se vitiosum, quia speciem mali habet, ac nisi per bonam aliquam circumstantiam iustificetur veri nominis, peccatum est. Hinc est quod D. Thom. *præsenti articul.* scribit illam vestium sexui propriarum mutationem posse aliquando fieri absque peccato, veluti propter necessitatem, vel causa se occultandi ab hostibus, vel propter defectum alterius vestimenti, vel propter aliquid aliud huiusmodi. Si autem absque simili causa fiat solùm ex leuitate, & absit tam scandalum, quàm intentio periculúmque libidinis, peccatum erit veniale, mortale verò si sit intentio, vel periculum lasciuiæ, aut alioquin notabile scandalum. Hæc Syluius.

RESOL. XIV.

An sit licitum in diebus festis occupare puellas in faciendis Recamaturis?

Ex quo deducitur, an pictura sit opus seruile? Ex p.6. tr. 6. & Misc. 1. Res. 15.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Armilla *verb. festum, num.21.* Azorius *part. 2. lib.1. c. 27. q. 6.* & nouissimè Author Casuum conscientiæ Bononiæ discussorum anno 1635. mense Martio, *casu 2.* vbi sic habetur. Valde probabile est Caium non peccare occupando suas puellas diebus festiuis in faciendis Recamaturis, vt artem addiscant: tum quia eas occupat in re quæ non est ita seruilis, vt sit omninò seruorum propria; sed est, quamuis mechanica, ita tamen nobilis, vt à qualibet libera, & ingenua persona absque seruilitatis nota exerceri possit, & de facto multæ sunt nobiles fœminæ, quæ huiusmodi arte delectantur, eamque sæpissimè frequentant, cùm sit ars persimilis arti pingendi, quæ à pluribus non vulgaribus Doctoribus æstimatur ars liberalis, cum pingere nihil aliud sit quàm lineas ducere, colores apponere, ac dispositis artificiosè coloribus figuras inducere, quæ hominem etiam liberum ac nobilem non dedecent. Tum quia non minùs personæ in pingendo cum acu, quàm studiosi literarum in studendo quadam animi voluptate capiuntur, ac detinentur, quod signum est artem istam, si non est omninò liberalis, certè ad liberalem valde accedere, quippè quæ ad animum recreandum instituta sit, liberóque animo non indigna, vt est pictura. neque enim implicare videtur aliquibus idem opus esse seruile & non seruile variatis circumstantiis, vt de pictura refert Bonacina. Tum denique quia non minùs licitum videtur diebus festis pingere acu, quàm penicillo: sed hoc à pluribus Doctoribus conceditur artis præsertim discendæ, temporis fallendi, & animi recreandi gratia. Ergo, &c

Sup hoc lege Resolutiones positas in vlt. not. huius Res.

2. Sed an hæc opinio sit probabilis remitto iudicio aliorum. Quòd verò argumentum à pictura ad Recamaturam possit procedere, patet apud Azorium *vbi suprà*, & Castrum Palaum *tom. 2. tract. 9. punct.6. num. 6.* licèt ipse ibi sentiat picturam esse opus seruile. Quòd verè excusentur puellæ laborantes in diebus festis ad vitandam otiositatem tenent Villalobos, Ioannes de la Cruz, Emmanuël Sa, quos ego citaui *in 3. part. tract. 5. resolut.* 8. quibus adde Marchantium *in Resol. Doctor. super Decalogum cap. 3. q. 2.* Syluestrum *verb. Dominica quæst. 5. conclus. 4.* & Ghilinum *in summ. ver. Festum n. 2. litera. I.* licèt Sanchez

Pro pictura infra in Res. 20. §. 1. ad medium.

Quæ nunc hanc sequetur, in §. Notandum est etiam hic

præbens occasionem ruinæ. Dicitur autem *minus rectum*, vel quia id quod præbet ruinæ occasionem, verè malum est, vel quia licèt sit bonum, habet speciem mali; id enim quod bonum verè est, & tale apparet, non potest esse occasio lapsus, quin potius confirmat & roborat homines in bono. Dicitur etiam *occasio*, quia nihil potest esse causa totalis, & adæquata ruinæ & peccati alterius: omnis enim qui peccat, propria voluntate peccat, & solùm potest esse causa moralis & extrinseca, quæ potius occasio, quàm causa appellatur; scandalum verò passiuum est ruina ipsa eius, qui peccat, occasione accepta ex dicto, vel facto alterius.

2. Scandalum actiuum contingere potest dupliciter: Vno modo per se, alio per accidens. Per se duobus modis. Primò, quando expressa intentione expetitur peccatum alterius; secundò quando licèt non adsit expressa intentio, opus ipsum, vel verbum tale est, vt natura sua, aut ex circumstantiis sufficiat inducere alium ad peccandum. Per accidens verò cùm nec intentio operantis, neque conditio operis eò tendit, vt alter ruat, sed ex praua dispositione peccantis oritur, vt inde sumat occasionem vbi non erat, quod verbo tenus scandalum est; verè enim non est scandalum & solet non applicari scandalum absolutè, nisi quod est per se. Ex quo sequitur posse esse scandalum actiuum sine passiuo, quando quis quantum est ex se præbet occasionem ruinæ, sed ille, cui præbetur, pro sua integritate non labitur; & potest esse scandalum passiuum sine actiuo, quando aliquis ex sua malitia labitur, sumens occasionem, vnde sumi non poterat. Et potest esse scandalum actiuum, & passiuum simul, quando oppositio offendiculi sufficiens est, & effectum sortitur. Quando autem est scandalum passiuum sine actiuo, dicitur scandalum acceptum: quando autem est actiuum, vel cum passiuo, vel sine illo, dicitur scandalum datum.

3. Scandalum merè passiuum præterea diuiditur in scandalum pusillorum, vel infirmorum, & scandalum Pharisæorum. Scandalum pusillorum est, quod ex ignorantia, vel infirmitate oritur potius quàm ex natura facti, quia eis aliquid apparet malum, aut habere speciem mali, quod est bonum, & tale appareret, nisi ignorantia eorum, qui scandalizantur, impediret. Scandalum verò Pharisæorum est, quod oritur ex pura malitia, aut ex ignorantia affectata & crassa (quæ in hoc malitiæ æquiparantur) nam scandalum pusillorum ex ignorantia inculpabili procedit. Ita Doctores communiter.

RESOL. II.

Vtrum omne Scandalum sit peccatum?
Et quomodo Scandala debeant explicari in confessione?
Ex p. 5. tr. 7. Res. 2.

Sup. contéto in hoc §. in tom. 1. tr. 7. Res. 13 § 1. & 2. & signãter, in Ref. 16. per totã, & in aliis earum primarum annotationum.

§. 1. NOn refero hîc pugnantes DD. sententias, quia existimo hanc disputationem metaphysicam esse potius, quàm moralem: nam quod attinet ad praxim, parum refert, & ideo dico aliquem ex triplici intentione posse alterum scandalizare. Primò, directè intendendo ipsam ruinam, siue mortem spiritualem proximi, siue ideo cupiendo eum hoc, aut illud peccatum committere, vt reatum illius incurrat. Secundò, directè intendendo eum inducere ad actum malum, non tamen quia hoc ei malum est, sine vt ipse peccati reatum incurrat, sed ob alium finem; vt quia ipse sine alterius ope nequit perficere actum, quem cupit committere; qua ratione vnus alium, aut aliam inducit, vt secum furetur, aut fornicetur. Tertiò faciendo aliquod peccatum, aut speciem peccati habens, quo credit alium inducendum ad peccatum, nullo tamen modo id expressè intendendo, sed solùm interpretatiuè, quatenus vult facere id, ex quo videt alterum sumpturum occasionem peccandi. Fatentur autem communiter omnes DD. omnem inducentem alterum aliquo ex dictis modis ad peccandum peccare, tenerique hoc expressè, & distinctè confiteri, nec in his, aut in modo illud peccatum confitendi inter se dissident. Ita Coninck *disp.* 32. *dub.* 5. *n.* 35. Lorca *in* 2.2. *sect.* 3. *disp.* 56. *n.* 6. Azorius *tom.* 1. *lib.* 12. *c.* 16. *q.* 2. *& seq.* & alij.

2. Verùm non desinam hîc per extensum apponere in gratiam curiosorum, verba doctissimi, & amicissimi Patris Hurtado de Mendoza *in* 2. 2. *disp.* 173. *sect.* 8. §. 61. vbi sic ait. Præmittendum est difficultatem de oppositione scandali, cum charitate, aut discrimine scandali actiui & passiui, esse speculatiuas potius, quàm practicas, etenim in quauis sententia scandalizans tenetur exponere in confessione, qua ratione fuit alicui occasio peccãdi, neque satis esse exponere se occasionasse alicui peccatum, sed opus est exponere tum speciem scandali actiui, tum passiui. Actiuum quidem est exponendum in specie, quia si opponitur alij virtuti, est explicandum, quia mutat speciem: vt si ego furto fui alicui causa furandi: quòd si scandalum non opponitur alij virtuti, est etiam explicandum, vt sciatur illud tantùm habere malitiam scandali: vt si ego actu aliquo de se indifferenti fui alicui causa furandi. Si verò scandalum erat actus de se indifferens, non est opus explicare illius speciem, satis enim est dicere se actu malo fuisse alicui occasionem furti. Nisi quis existimet actum de se indifferentem contrahere duas malitias ab euentu, vt qui soluit ieiunium, peccat contra Religionem & temperantiam. Adhuc tamen in præsenti non est opus explicare actum indifferentem, qui fuit causa ruinæ, quia nõ habet rationem malitiæ, nisi à nocumento. Hoc mihi prohibetur, & ratione illius omnis actio dans occasionem, at in ieiunij lege ipsa abstinentia præcipitur in honorem Dei, ob quod duæ leges violantur. Nec est opus explicare cibum, nisi alia lege sit etiam interdictus, vt sunt carnes, at non est opus alios cibos explicare de se indifferentes etiam hac die ieiunij. Quid enim refert me verbo indifferenti, aut indifferenti facto eam occasionem dedisse. Ratio à priori est, quia illæ actiones non aliunde accipiunt malitiam, quàm ex damno proximi, quod suppono esse idem illatum ab vtraque. Item explicandum est, an formaliter sit volita alterius ruina, quia hæc species est grauissima in ratione scandali. Item est aperiendum vtrùm consilio & persuasione & voluntate directè lata in peccatum alienum, an verò solùm interpretatiuè, & in causa voluerit peccatum alienum, quamuis enim hæc non mutent speciem obiectiuam, at intra illam sunt valdè diuersa. Item opus est explicare actum internum, quo volumus actionem externam futuram occasionem alieni peccati, quamuis actio illa externa non fuerit exercita, vt tenemur explicare voluntatem furandi, quamuis furtum non admittatur. Item tenemur explicare actionem externam exercitam cum probabili periculo quòd illa erat futura occasio peccati, quamuis re ipsa non fuerit, vt tenemur confiteri actionem aliquam pertinentem ad furtum, quamuis furtum in re ipsa non contigerit. Ratio à priori, quia omnes illæ actiones sunt peccata, omne autem peccatum mortale est materia necessaria confessionis.

3. Exponenda etiam sunt omnia scandala passiua in specie, nec enim satis est aperire te fuisse mihi occasionem peccati, sed opus est afferere, cuius peccati in specie, an luxuriæ? adulterij? aut cuiusuis alterius? Ratio est, vel quia scandalum actiuum est in eadem specie cum passiuo, vnde actiuũ explicari

Sup. hoc in R. seq. §. vlt. & in t. 1. tr. 7. R. 13. & 14 & in aliis earũ annot. & signãter vide latã doct. Res. 2. nos præt.

explicari non possit sine passiuo; vel quia damna sunt in se valde diuersa, ex quorum diuersitate sumitur etiam diuersitas scandali actiui. Quamuis enim omnia scandala sint contra charitatem, tamen inter illa est diuersitas specifica pro diuersitate damni illati. Scandalum enim actiuum, quo Antonius est in causa, vt Franciscus furetur, differt specie à scandalo actiuo, quo illud mouet ad homicidium propter diuersitatem specificam homicidij, & furti. Quemadmodum furtum specie differt à detractione famæ, & vtrumque ab homicidio, quamuis omnia sint contra Iustitiam, quia eadem virtus iustitiæ interdicit plura obiecta inter se tam distantia, vt constituant diuersitatem specificam moralem. Nec enim satis est dicere te fuisse iniustum in materia graui, sed opus est dicere, an in fortunis? an in fama? an verò in vita? Idem patet in intemperantia, explicandum enim est, an sit in luxuria, & in hac explicandæ sunt species, an sit mollities, an sodomia, an fornicatio simplex? quæ species sunt distinctæ intra luxuriam contra castitatem. Item explicanda est intemperantia ebrietatis, item & cibi superflui, differunt enim specie potus inebrians, & cibus satians. Idem patet in Religione, est enim explicanda circumstantia loci sacri, & personæ sacræ. Percutere enim Clericum, diuersa irreligio est, ac percutere laicum in templo. Item peccare cum Sanctimoniali, est diuersa irreligio, ac vti propria vxore in templo. Item violari imagines est diuersa irreligio, ac conculcare Christi corpus. Ita Hurtado *vbi suprà*, cui ego libenter adhæreo.

RESOL. III.

An peccantes coram aliis excusentur aliquando à peccato mortali?

Et in casu, quo times à te alios scandalizatos esse, tenearis in confessione explicare numerum personarum, & speciem peccati? Ex part. 5. tractat. 7. Ref. 3.

§. 1. RESpondeo plures coram aliis peccantes excusari à peccato scandali, vel quia videntes ita sunt in bono stabiles, vt nullo modo peccatis visis censeantur ad peccatum moueri; vel ita sunt deperditi, vt peccatum aliorum nihil illos immutet. Ita Salas *tom.* 1 *in part.* 2. *tract.* 7. *disp.* 3. *sect.* 4. *n.* 84. Sanchez *in sum. tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 6. *num.* 7. Alphonsus de Leone *vbi infrà n.* 24. Castrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 6. *disp.* 6. *punct.* 2. *n.* 4. Et ideò Sancius *in selectis disp.* 46. *num.* 11. optimè notat, quòd à scandali peccato excusantur plurimi, quòd vel ipsi tam prauis moribus imbuti sunt, vt ab illis de præstando exemplo nihil curetur, nec inde argumentum sumatur ad liberiùs vitiis vacandum; vel de eo curantes ita ad peccandum faciles atque inclinati sint, vt non censeatur moralis eorum inductio.

2. Notandum est verò hîc vnum, quod plurimi miserrimè nolunt intelligere, videlicet in casu quo times à te alios scandalizatos esse, teneri in confessione explicare numerum personarum, & speciem peccatorum. v. g. Meo malo exemplo scandalizaui tot personas inducendo talia peccata, aliter non satisfacis. Ita Filliucius *tom.* 2. *tr.* 28. *cap.* 6. *n.* 216. Syluius *in* 2. 2. *q.* 43. *art.* 3. *concl.* 2. Castrus Palaus *vbi sup. punct.* 4. *n.* 3. & Bonacina *de peccatis disputat.* 2. *q.* 4. *punct.* 2. *numer.* 42. vbi citat Sanchez; quibus etiam adde Molphesium *in summ. tom* 1. *tractat.* 8. *cap.* 10. *numer.* 1. & Leonem *de offic. Confess. tom.* 1. *recollect.* 14. *numer.* 9. & 10. & ratio iam ex Hurtado posita est in superiore resolutione.

Sup. hoc ex doctrina præcedentis Ref. signáter §. vlt. & in tom. 1. tr. 7. Ref. 15. §. vlt. & in Ref. 14. & in aliis earum annotationum.

RESOL. IV.

An sine scandali peccato possim redimere vexationem iniustam in administratione Sacramentorum, præbendo pecunias?

Idem est pro audiendo Sacro in die festiuo, & ministranda Eucharistia, &c.

Et an hoc sit Symonia?

Et an in aliquo casu, v. g. infantis morituri sine Baptismo, non solum licitum sit offerre pecuniam pro eius administratione, sed teneri?

Et late explanatur in quibus aliis diuersis casibus hoc licite posse fieri, si adsit necessitas grauis. Ex p. 5. tr. 7. Ref. 16.

§. 1. NEgatiuè respondet D. Thom. *in* 3. *dist.* 5. *quæst.* 2. *art.* 2. *quæstiunc.* 5. *ad* 2. Paludanus *quæst.* 3. *num.* 17. Marsilius *quæst.* 4 *art.* 4. *dub.* 14. Scotus *dist.* 15. *quæst.* 2. *ad* 2. Gabriel *ibidem q. vn. art.* 2. *post* 2. *concl.* Alexander de Ales 2. *part. q.* 187. *num.* 3. *art.* 3. §. 1. & alij penes Vasquez *opusc. de scandalo, quæst.* 43. *art.* 6. *dub. vlt. num.* 59. asserentes non esse licitum pecuniam offerre; vt administrans sacramentum Baptismi existenti in extrema necessitate; quia emere Sacramentum intrinsecè malum est, ac proinde ex nulla circumstantia etiam succurrendi extremæ necessitati licitè fieri potest. Et vrgetur magis argumentum, quia in hac obligatione pecuniæ non tantùm scandalizatur frater accipiens illam, sed etiam est peccatum simoniæ, quia in ipsa oblatione pecuniæ emitur Sacramentum, quod tam simoniacum est, quàm ipsum vendere.

Sup. hoc lege doctrinã Resolutionũ annotationũ sequentium huius Ref.

2. Verùm his non obstantibus, ego puto posse licitè offerre pecuniam Sacerdoti nolenti moribundum infantem baptizare sine pretio, imò si alia ratione non potest illi persuaderi administratio Sacramenti, nisi pecunia oblata, adest obligatio illam offerendi. Et ratio est, quia id non est scandalum, quia ego rem peto quæ potest fieri bene & malè, occasionem autem non do ad peccandum ex infirmitate, aut ignorantia, sed ex pura malitia, quam ego non teneor vitare cum tanto meo incommodo, aut alieno, vt de vsurario dictum est: neque item pecco contra Religionem, quia ego vel consulo minus malum, quod in nullo euentu est illicitum, neque contra virtutem vllam, quando grauius non potest alia ratione vitari; vel quia ego non æstimo Sacramentum pecunia, neque illam do pro Sacramento, sed præcisè volo allicere voluntatem iniqui ministri vt velit mihi conferre Sacramentum. Cùm autem illa oblatio non sit absoluta, sed tantùm conditionalis, nempe ex suppositione quòd ille aliter nolit, non possum ego dici illum inducere: ergo illa actio non æstimat Sacramentum pecunia, sed tantùm vult allicere pecunia voluntatem ministri, vt me Sacramento tingat, aut soluat peccatis, quæ Sacramenta ego censeo non æstimari pecunia, neque pro illis eam do, sed pro sola voluntate Ministri.

Sup. hoc in tom. 1. tr. Ref. 17.

3. Quòd autem in tali casu non solùm licitum sit offerre pecuniam, vt probatum est, sed deberi patet, nam ex obligatione pecuniæ nullum sequitur incommodum, ex ea negata sequitur tantum incommodum, vt ego illud tenear vitare, etiam cum vitæ discrimine, quia eo ipso quòd assentiens opinioni probabili offeram pecuniam, sum immunis peccato scandali & simoniæ, quia illa opinio probabilis me excusat. Oblata autem ea pecunia infantem eripio ab æterna damnatione; negata autem pecunia infans relinquitur dãnandus æternùm. Ergo teneor hoc incommodum euitare, si quidem sine incommodo possum. Lex enim charitatis me obligat quoties sine incommodo possum.

Et hanc opinionem ex D. Bonauent. *in* 4. *dist.* 5 *art.* 2. *q.* 1. *in fine*, docet Hurtado de Mendoza *in* 2. 2. *disp.* 173. *sect.* 17. §. 111. *& seq.* quibus adde Basilium Pontium *de matrim. lib.* 5. *cap.* 18. §. 6. *num.* 32. Lessium *lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 38. *&* 39. Suarez *de Relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de simonia, cap.* 11. *n.* 13. Vasquez *opusc. de scandalo art.* 8. *num.* 59. & alios.

4. Vnde ex his apparet posse adultum offerre pecuniam Sacerdoti, vt illi administret sacramentum Eucharistiæ, & Pœnitentiæ, quia petit rem possibilem fieri bene, quæ si malè fit, est propter malitiam Ministri, quam ego non teneor vitare cum graui meo incommodo, neque item Sacramentum emo, neque æstimo pecunia, sed tantùm illa oblata allicio voluntatem Ministri. Et quidem durum est hominem cogere, vt moriatur cum tanto discrimine salutis æternæ, est enim maximè incertum vtrùm exerceamus contritionem perfectam, quæ in hominibus flagitiosis est frequenter maximè difficilis; attritio verò est multo facilior, vt maximi momenti est nihil occasionis prætermittere ad securitatem salutis æternæ. ergo, &c.

Sup. hoc ex doctrina Res. not. præteritæ, in fine, à vers. Vnde. & magis late in tom. 5. tr. 7. Res. 14. §. vlt.

5. Notandum est tamen hîc pro curiosis, quòd licèt Suarez hanc doctrinam admittat tantùm in grauissima necessitate, tamen Hurtado *vbi suprà*, §. 214. illam admittit etiam in quacumque graui necessitate, quia vbi est grauis necessitas, excusamur à vitanda occasione scandali aliorum ex malitia; item illa actio non est emptio Sacramentorum, ab illa autem externa donatione excusamur necessitatis grauitate, ob quam non committitur simonia. Vnde quoties obligat præceptum annuæ confessionis & communis Eucharistiæ, possumus offerre pecuniam vt alliciamus voluntatem Ministri eorum Sacramentorum. Item ad accipiendum viaticum, & extremam Vnctionem: quamuis enim illa Sacramenta non sint necessaria ad salutem, sunt tamen vtilissima, illisque carere est grauissima calamitas. Item quoties aliquis est in peccato mortali, potest pecuniam offerre Sacerdoti vt illum absoluat, si ea die non sit habiturus alium, à quo absoluatur sine pecunia, est enim grauissima necessitas, quia est grauissimum malum ire cubitum in peccato mortali multi enim sani cubant, neque viui surgunt è lecto. Item si Sacerdos priuaret aliquem frequenti vsu Sacramentorum & Missæ sacrificio, liceret tunc illum pecuniis allicere, quia est grauissimum malum Sacramentorum subsidiis carere. Item quoties aggredimur iter longum cariturì Sacerdotibus. Imò quoties obligat præceptum Ecclesiasticum de audiendo Sacro, est enim grauissima necessitas obseruandi leges Ecclesiæ. Si verò quis sit excommunicatus, & ei à Sacerdote negetur iniustè, neque possit sine graui incommodo spirituali, aut temporali differri, potest ea vexatio redimi. Denique id licitum est in omni graui necessitate. Hæc omnia Hurtado *loco citato*. Verùm, quia non vult esse harum opinionum primus author, ideo relinquit illas tempori maturandas, vt facio etiam ego.

Sup. contento in hoc §. in Res. vlt. not. præteritæ, §. penult. post mediú, à vers. qui etiam num. 20.

RESOL. V.

An sit differendus ingressus Religionis propter scandalum, vel vt ne parentes turbentur?

Et vtrum opera consilij dimittenda sint propter scandalum ex malitia, aut ob scandalum ex infirmitate semel, aut iterum? Ex part. 5. tractat. 7. Resol. 23.

§. 1. AD hoc dubium respondet Valentia *tom.* 3. *disp.* 3. *quæst.* 18. *punct.* 4. vbi sic ait. Tertio sequitur debere etiam ad vitandum scandalum infirmorum differri quoque ingressum Religionis; vt v. g. si aliqui in sæculo auctoritate & conuersatione alicuius grauis & pij viri in officio continerentur lapsuri, alioqui facilè in aliqua peccata illo ab eis discedente, & Religionem ingrediente, teneretur eum differre ingressum, quandoquidem sine peccato potest: non tamen teneretur perpetuò à Religionis ingressu abstinere, vt rectè sentit D. Thomas *art.* 7. *ad* 4. nam esset grauissimum detrimentum spirituale. Nisi fortè sequeretur alioqui grauissimum & commune scandalum in fide, aut moribus alicuius totius communitatis; tunc enim putarem durante periculo talis scandali non posse ingredi. nam ad tuendum bonum commune strictissimè tenemur etiam cum quocumque detrimento spiritualis boni ad salutem non necessari, & cum vitæ quoque corporalis certo discrimine. Ita Valentia. Vide etiam Sayrum *in Claui Regia lib.* 7. *cap.* 6. *à num.* 8. & Hurtado de Mendoza *in* 2. 2. *disputat.* 172. *sect.* 21. §. 249. vbi fusè docet, Vtrùm opera consilij dimittenda sint propter scandalum. De quo etiam vide Suar. *disput.* 10. *sect.* 4. *n.* 8. Lorcam *in* 2. 2. *quæstion.* 43. *art.* 8. *numer.* 11. & Sancium *in select. disput.* 37. *num.* 10. docentem ab operibus consilij non esse abstinendum ob scandalum ex malitia, at ob scandalum ex infirmitate, semel, aut iterum. Vnde Malderus *in* 2. 2. *quæstion.* 43. *art.* 7. asserit, ne parentes turbentur ad tempus quidem rectè differri ingressum Religionis, non autem omnino omitti.

RESOL. VI.

An Clerici incedentes per ciuitatem in diebus Bacchanalibus personati, vulgo Mascharati, *peccent mortaliter peccato scandali?*

Et an etiam non solum Clerici, sed etiam Religiosi incedentes personati recreationis causa mortifere non peccent, neque quoad rationem scandali, neque quoad preceptum iuris habitum Personatum illis prohibens, neque quoad habitus dimissionem ad modicum tempus; neque quoad ludum laruarum?

Et docetur, quod venatio ex sui materia omnibus est licita etiam Ecclesiasticis, quibus interdicitur tantum illa, quæ est clamorosa, & assidua, non tamen sub mortali culpa ratione Ecclesiastici precepti, nec ratione scandali, dummodo raro fiat. Ex part. 10. tractat. 13. & Misc. 3. Res. 29.

§. 1. NEgatiuè respondet Pater Vidal *in Arca Theologia moral. tit. de Statu Ecclesiast. inquis.* 1. *num.* 18. *& seqq.* vbi ponit, & probat, quod ex nullo iure communi Canonico interdictum esse dignoscitur Clericis sub culpa mortali ludum laruaIem. Ità deducitur à iure ipso Canonico. Ratio est; tùm quia in iure Canonico nullus expresè textus reperitur prohibens Clericis sub mortali ludum laruałem, & à Doctoribus nullus assignatur: ergo in iure expresè non prohibetur Clericis ludus laruarum. Nàm aliàs extaret in iure talis textus. Ideò Clerici personati indecentes lethaliter non peccant contrà ius præceptiuum talem ludum sub culpa mortali illis interdicens. Ex hoc infert quod Clerici incedentes personati modestè cum debitis circumstantiis mortiferè non peccant peccato scandali. Ratio est, tum quia tali modo laruati incedendo non præbent aliis occasionem eorum exemplo mortalis ruinæ; tùm quia ex leuitate materiæ non insurgit graue scandalum; tùm quia ob vsum, & consuetudinem, quæ vbique viget, vt Clerici personati aliquandò

Quoad hoc in tom. 5. tr. 3. lege doctrinā Res. 65. prope finem.

aliquandò incedant, nullum patiuntur scandalum Sæculares, etiamsi videant Clericos incedere personatos, dum modò tamen seruent modestiam pudicitiam, ac decorem; tùm etiam quia vt plurimum incogniti incedunt per Vrbem personati, & à prætereuntibus non cognoscuntur, quinam sint illi: ergo ferè nunquàm Clerici incedentes personati mortaliter peccant peccato scandali, dum tamen seruent modestiam, ac decorem. Et tandem *num.* 60. sic concludit. Clerici Sæculares non solùm, sed etiam Regulares incedentes personati recreationis causa mortiferè non peccant, neque quoad lædum laruarum, neque quoad præceptum iuris habitum personarum illis prohibens; neque quoad rationem scandali, neque quoad habitus dimissionem ad modicum tempus.

Sup. ex hoc supra in tr. 1. ex doctrina Res. 209. significantes § 2. ad lin. 3. & pro parte lege eam per totā, & alias eius not.

2. Sed hæc reiicienda sunt: Et ideò puto non esse recedendum à communi sententia Doctorum, nempè in tali casu Clericos Sæculares, & Regulares peccatum mortale committere. Et ità præter Doctores citatos à Patre Vidal tenet nouissimè Hieronymus Garcia *in Summa Theol. Moral. tract.* 1. *diff.* 2. *dub.* 2. *num.* 5. vbi sic ait: [En quarto lugar entra las mascaras, acerca lo qual dizen Armilla, Sylvester, el Abad, Lambertino, y el Cardenal, à los quales refieren y siguen Comitolo, *lib.* 6 *quæstion.* 7. Petrus Gregorius *in Syntagmate iuris*, *lib.* 39. *cap.* 11. Barbosa, *in Collectan. ad cap. Cùm decorem. de vit. & honest. n.* 3. que peca mortalmente el Clerigo que lo vsare, como no lo haga por euitar algun daño disfraçandose esta opinion se funda, *in c. Cùm decorem citato*, y se colige de la Clement. 2. *de vita, & honest. Cleric.* donde se condena al Clerigo que dexa el abito por hazerse mascara: y la razon es, porque esta acion cede en grande iniuria del estado Sacerdotal, y es estimar poco el abito, y la dignidad que tiene; y siendo in cosa grauemente hic lo escusa de pecado mortal, y en la Authent. *de Sanctissimis Episcop.* §. *vltim.* Se pone pena de destierro à los tales: y en algunos Diocesis ay excomunion mayor por Synodal, contrà los que ordenados in Sacris se disfraçan, y de cierto Prelado deste Reyno sabemos, que castigò à vn Canonigo por esto: Los Religiosos à mas de pecar grauemente incurren en esc omunion, ex *cap. Vt periculosè ne Cler. vel Monac. in* 6. Ni se escusan estos en opinion de muchos, con dezir lleuan debaxo del debito de mascaras, el de Clerigos, que esto es muy per accidens. pues va oculto, y assi si la buena fides no escusa à algunos que viuen en lugares cortos, no hallo otra manera de escusa.] Ità ille. Et quidem eo ipso quod Clericus laruatus incedit, dicitur incedere immodestè, & sine decore; atque ideò, nescio quo pacto dici possit Clericum personatum non peccare mortaliter, si modestè, & cum decore incedat: quænam enim modestia, & decor dici potest, & imaginari in Clerico personato?

Sup. hoc in Res. not. seq.

3. Nota etiam hìc obiter, Patrem Vidal *vbi supra, Inquis.* 2. *num.* 24. *seqq.* docere, quod venatio ex sui materia omnibus est licita, etiam Ecclesiasticis, quibus interdicitur tantùm illa, quæ est clamorosa, & assidua, non tamen sub mortali culpa: Vndè frequenter, & cum clamore exercendo venationem dempta omni alia circumstantia mala venialiter peccant, non mortiferè, neque contra Ecclesiasticum præceptum neque ratione scandali, &c. Probatur hæc opinio: nàm Laici frequentando clamorosas venationes secundùm se mortiferè non peccant peccato scandali: ergo neque etiam Ecclesiastici. Antecedens est certum apud omnes. Consequentia probatur, quia differentia, quæ interuenit inter Laicum, & Ecclesiasticum est tantùm in ordine ad statum vtriusque: sed venatio clamorosa non adeò grauiter dedecet statum Ecclesiasticum, vt sit culpa lethalis in Ecclesiasticis: ergo, si Laicus frequentando venationes clamorosas non peccet mortiferè peccato scandali, neque etiam peccabunt Ecclesiastici.

4. At ego, vt olim docui, hanc sententiam admitto, dummodò rarò fiat venatio clamorosa, non tamen frequenter, & per modum consuetudinis; aliter erit peccatum mortale in Ecclesiasticis omnibus assiduè venationem cum clamore, & tumultu exercere ob grauem pœnam impositam à iure Canonico contrà Clericos frequentantes venationem clamorosam. Et ità præter Doctores à me alibi adductos, tenet hanc sententiam nouissimè Petrus Marchant. *in Tribun. Sacrament. tom.* 3. *p.* 2. *tr.* 1. *tit.* 1. §. 3. *propos.* 10 & me citato Bassæus *in Florib. Theolog. verb. Venatio. num.* 3. & Brucius *in Casibus singularib. conscientiæ, cas.* 215. *petes* 5. qui citat Lessium, Medinam & Silvestrum: Non est igitur sententia Patris Vidal admittenda, cùm sit contrà communem; & Doctores, ab ipso allati non loquuntur de venatione clamorosa.

Docuit in Res. quæ nūc est in tom 5. tr 3. Res. 64. & in tom. 8. tr. 7. lege doctrinam Res. 55. per totā.

RESOL. VII.

An teneamur omittere aliquod præceptum ad euitandum aliorum scandalum?

Sed difficultas est cognoscere, quando præcepta sunt prætereunda propter scandalum vitandum?

Et in textu huius Resolutionis multi casus adducuntur pro praxi prædictæ difficultatis. Ex p. 5. tr. 7. Res. 21.

§. 1. NEgatiuè respondet Vasquez *opusc. de scandalo, art.* 8. *dub.* 1. *num* 4. Turrian. *in* 2. 2. *tom.* 1. *disp. st* 96. *dub.* 1. Becanus *in* 2. 2. *tom.* 1. *cap.* 27. *quæst.* 5. *num.* 2. Basil. Pontius *de matrim. lib.* 5 *cap.* 18. §. 2. *num.* 7. Castrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 6. *punct.* 16. *num.* 3. & alij. Probatur hæc opinio ex Innocentio III. *in cap. Cùm ex iniuncto. de noui operis nunciatione*, vbi ait. Illa opera quæ sine peccato mortali omitti non possunt, non sunt pro vitando scandalo dimittenda, neque ea debent pro vitando scandalo committi, quæ sine mortali peccato committi non possunt. ergo ex mente Innocentij nullum præceptum neque affirmatiuum, nequè negatiuum omittendum est propter scandalum, quod aliàs sine peccato omitti non potest. Deinde vnusquisque tenetur magis habere curam propriæ, quàm alienæ salutis, & consequenter magis vitare proprium peccatum, quàm alienum, si vtrumque vitari non potest. ergo præceptum quod mihi impositum est ad vitandum proprium peccatum potiùs seruare debeo, quàm præceptum quod mihi impositum est ad vitandum peccatum alienum. At præceptum de vitando scandalo proximi solùm mihi impositum est ad vitandum peccatum alienum. ergo non est seruandum, quando occurrit aliud præceptum, quod mihi impositum est ad vitandum peccatum proprium. Hæc ratio locum habet, quando passiuum, quod ex præcepto teneor seruare (de quo hìc agimus,) tunc enim non debeo transgredi hoc præceptum ad vitandum peccatum alienum. Secus est quando passiuum aliorum scandalum oritur ex eo peccato; tunc enim duplici titulo teneor abstinere, tum ne ego peccem, tum ne alij meo peccato scandalizentur. Nec valet dicere quòd præceptum naturale magis obligat, quàm positiuum; ergo præceptum de vitando scandalo magis obligat, quàm præceptum confessionis, vel Baptismi, vel audiendi Sacrum. Hæc enim positiua sunt illud naturale est. Respondeo, antecedens verum est,

Sup. hoc in Res. seq. significanter in fine, sed lege eam per totam.

est, cæteris paribus. Nam quando vtrumque præceptum tam naturale, quàm positiuum primariò refertur ad propriam meam salutem procurandam, vel ad proprium meum peccatum cauendum, tunc magis obligat naturale, quàm positiuum respectu mei: si autem naturale primariò refertur ad cauendum alienum peccatum, & positiuum ad cauendum proprium peccatum, tunc positiuum magis obligat, quàm naturale respectu mei. Hoc autem fit in proposito, vt ex dictis paret.

Verùm his non obstantibus affirmatiuam sententiam mordicus tenet Hurtado de Mendoza *in* 2.2. *disp.* 173. *sect.* 20. *à* §. 256. *& seq.* Valentia *tom.* 3. *disp.* 3. *quæst.* 18. *punct.* 4. Suar. *disput.* 10. *sect.* 3. *num.* 9. Bannez *in* 2.2. *quæst.* 43. *articl.* 8. *concl.* 2. Tannerus *tom.* 3. *disput.* 2. *quæst.* 6. *dub.* 9. *nu.* 120. Gordonus *tom.* 1. *lib.* 9. *quæst.* 16. *cap.* 5. §. 1. Emanuel Sà *verb. auditio Missæ*, *num.* 3. Lorca *in* 2. 2. *quæst.* 43. *art.* 8. *num.* 10. & alij Vnde vtramque sententiam probabilem esse puto. Prima verò magis mihi placet, maximè si præcepta sint positiua.

2. Sed si aliquis stare vellet in hac posteriori, difficultas est cognoscere quando præcepta sint prætereunda propter scandalum vitandum, & in hoc doctè, vt semper solet, ita philosophatur Hurtado de Mendoza *vbi suprà* §. 268. Quando præceptum est humanum, ex cuius omissione nullum aliud sequitur inconueniens in proximum, tunc est vitandum. Exempli gratia, si ego non possum audire Sacrum quin alicui præbeam occasionem grauis iracundiæ, odij, aut luxuriæ teneor abstinere à Sacro. Item si non possum ieiunare nisi præbendo alicui occasionem grauis peccati, teneor non ieiunare, hoc enim spectat, *Misericordiam volo, & non sacrificium*; etenim si in misericordia corporali locum habet id, multò magis in spirituali, ad quam pertinet directè nihil efficere, vnde proximus ruat; quia licèt Religio esset melior virtus, quàm misericordia, tamen Deus non indiget nostris Religionis operibus, quæ possunt postea vsurpari frequentiùs. Eandem ob causam tenemur dimidiare confessionem imminente scandalo passiuo. Si verò ex omissione præcepti immineat aliud damnum graue proximo, non est prætereundum præceptum. v. g. si ego teneor opitulari alicui indigenti, & alius id videns sit arrepturus occasionem maledicentiæ, aut alius peccati grauis, teneor opitulari indigenti, quia præceptum illi benefaciendi plus habet ponderis, quàm præceptum vitandæ occasionis, quia propter alterius malitiam, iniquum est, vt alius patiatur graue damnum, ob quod non probo, quod ait Bannez *art.* 8. non esse opitulandum fœminæ extremè indigenti, quando id non potest fieri, quin alij occasionem arripiant, aut sinistrè iudicandi, aut murmurandi, est enim immanitas ferina famelicæ morti permittere aliquem propter aliorum temeraria iudicia, maximè cùm possit postea illa nota deleri. Eadem ratione deduces teneri coniugem ad reddendum debitum coniugale petitum ab altero coniuge, licèt alij sint accepturi occasionem peccandi. e. g. in longa nauigatione, aut diuturno carcere, aut habitatione non ampla, si quis cum vxore degat, non potest illa inuita abstinere diu ab vsu matrimonij, quamuis aliquis adsit auditurus, & ex auditu sit Venerem illicitam conceptutus. Item ego teneor restituere homini, quæ sua sunt, illo petente, quamuis sciam illum eis abusurum ad peccatum. Si tamen sint arma, aut aliud instrumentum quo occisurus est alium, teneor tunc illud non dare, quia determinatè petitur ad rem malam. Idem dico de fortunis si commodè possum protrahere solutionem. Si verò sine graui damno proportionato non possum protrahere arma, neque fortunas, possum illa dare, quia non teneor cum graui damno abstinere ab ea actione, quæ de se bona est, quia est actus iustitiæ, abusus autem illarum rerum est propter solam malitiam eas accipientis. Quòd si non immeritò censent aliqui me posse licitè dare mutuas pecunias amico eis abusuro, quando sine graui damno non possum illas negare, multo meliùs potero illi restituere quæ sua sunt. Vltimò considerandum est has occasiones incidere per tempus breue, diuturnæ enim esse non possunt. Si enim Sacerdos timet ex concursu ciuium ad Sacrum orituras contentiones, tenetur à Sacro abstinere biduo, aut triduo, donec seditionis pericula authoritate publica, aut alia ratione sedentur. Item si quis arrepturus sit occasionem peccandi conspecta semel fœmina, hæc semel, aut iterum debet abstinere à Sacro: at verò si alter diuturnus esset in eam depeccando, non abstinere tenetur à Sacro, sed potiùs illi interesse, quia peccatum proximi plus habet de malitia quàm de infirmitate, aut ignorantia, & hæc omnia docet Hurtado *vbi suprà*; sed quia de hoc vltimo exemplo multi dubitant, de illo specialiter inquirendum videtur. Sup. hoc in Res. seq & in alijs eiusprimæ not.

RESOL. VIII.

An mulier, si sciat se concupiscendam ab aliquo lasciue, teneatur non exire ad audiendum Sacrum? Ex p. 5. tr. 7. Res. 22.

§. 1. Quòd semel, aut iterum abstinere debeat à Sacro, docet, vt visum est, Hurtado *in fine superioris resolutionis*, & Valentia *tom.* 3. *disput.* 3. *q.* 18. *punct.* 4. ait, Per aliquod tempus in tali casu abstinendum esse à Sacro. P. Suarez *disp.* 10. *sect.* 3. *n.* 10. quærens an teneatur mulier omittere Sacrum ad vitandum scandalum? Respondet interdum posse hoc licere, imò & esse necessarium, rarò tamen accidere hanc obligationem. Quæ hic est Res. antecedens, sed lege eam per totam, & ex Res seq. §. 1. ad medium, & in 3. §. lin. vlt. & in §§. seqq.

2. Verùm quia hæc res esset scrupulis plena, ego puto absolutè nullam adesse obligationem, vt fœmina in tali casu non audiat Sacrum, & ita docet Castrus Pal. *tom.* 1. *tract.* 6. *disput.* 6. *punct.* 16. *nu.* 4. & Iacobus Granado *in* 2. 2. *contr.* 3. *tract.* 13. *disp.* 5. *sect.* 5. *num.* 28. vbi sic ait. Si eiusmodi scandalum sit ex infirmitate, quia nimirum videns ab aliqua persona impleri aliquod præceptum, adeò imbecillis est, vt accipiat occasionem ruinæ. Valentia ait esse obligationem omittendi per aliquod tempus executionem præcepti humani, vel Ecclesiastici, v. g. teneri fœminam non adire Sacrum diebus festis, si quis eam videns acciperet occasionem desiderandi aliquam grauem impudicitiam, quia maior obligatio est vitandi scandali, quàm audiendi Sacri, cùm illa sit naturalis & diuina, hæc non nisi Ecclesiastica; addit tamen non esse fœminam ad id obligandam per multum temporis, v. g. per vnum annum. Hoc tamen mihi non probatur, quia vnusquisque habet ius ad faciendum quæ non solùm sunt bona, sed etiam obligatoria, præsertim sub graui præcepto, ergo non tenetur ab illis abstinere, vt euitet culpam alterius. Confirmatur, quia non magis tenetur quis ad vitandum hoc scandalum, quàm ad implendum beneficium correctionis fraternæ; sed nemo tenetur non implere præceptum iuris etiam humani, vt corrigat, imò alia minoris momenti deobligant ab eiusmodi correctione; ergo neque vt euitet scandalum. Ita Granado. & ante illum hanc sententiam docuerat etiam Azorius *tom.* 2. *lib.* 11. *c.* 18. *quæst.* 12. & Vasquez *opusc. de scandalo, quæst.* 43. *art.* 8. *dub.* 2. *n.* 27. & docebunt omnes DD. qui putant præcepta non esse prætermittenda propter scandalum. Sup hoc in Res. præterita §. 1. & 2.

RESOL.

RESOL. IX

An fœmina ornans se secundum consuetudinem patriæ, si sciat ex hoc ornatu lasciuè ab aliquo amari, peccet mortaliter se ornando, vel domo exeundo.

Et quid, si ornatus esset superfluus, & maximus, dummodo sit secundum morem Patriæ. Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. Res. 30.

Sup. hoc in Res. seq. & lege § vlt. huius Res. & aliam eius not.

§. 1. RESpondeo negatiuè. Ita Azorius *p. 2. l. 12. c. 18. quæst.* 11. Ratio, quam adducit, est, quia taliter se adornando vtitur iure suo. Eandem sententiam docuit Caiet. *in 2. 2. quæst. 169. a 2. ad 5. dubium.* Sanchez *vbi infrà, n. 17.* Bonacina, & nouissimè Petr. de Lorca *p. 1. tom. 2. quæst. 73. art.* 8. vbi ait: [Effectum per accidens, etiamsi sit præuisus, dummodo non sit formaliter intentus, non imputari, ostendunt multa exempla. Si videlicet mulier ornet se, vt placeat marito, vel vt procedat iuxta consuetudinem patriæ, etiamsi præuideat se ab aliquo turpiter amandam, non tenetur abstinere, neque imputatur illi: & ratione id probatur, quia quando effectus sequitur per accidens, etiamsi præuisus sit, non est virtualiter intentus, nam virtualiter intentum in causa intenditur, causa autem per accidens, non est simpliciter causa, neque continet effectum, vt in ea dicatur volitum. Et certè esset graue iugum, & animas mille laqueis implicare, si teneremur vitare effectus per accidens præuisos. Hæc ergo habenda est regula generalis, vt ille effectus non augeat malitiam, neque imputetur, qui sequitur per accidens, etiamsi præuisus sit, dummodò non sit formaliter intentus.] Hæc Lorca. Vide etiam illum. *quæst. 20. a. 5.*

Sup. hoc in Res. not. seq.

2. Ex his oritur & soluitur alia dubitatio, quid dicendum de fœmina domo sua exeunte, cùm videat se lasciuè concupiscendam ab amasio. Noster P. Megal. *in 1. part. lib. 4. cap. 6. num. 9.* & Turrian. *in 2. 2. tom. 1. disp. 96. dub. 2.* Becan. *in 2. 2. tom. 1. c. 27. quæst. 6. num. 4.* distinguunt; nam propter scandalum futurum ex malitia alterius, non debet talis fœmina domi manere, sed exire potest, vel ad audiendam Missam, quando non est in præcepto; vel etiam alicuius recreationis gratia: sed si sciat quòd proximus peccat ex fragilitate, puta ex magna ratione amoris erga illam, vel quid simile, tunc tenetur mulier se occultare, & nec etiam ex vtilitate domo exire, si aliter proximi scandalū sedare non potest. Concordat ex parte cum Megala, & Turrian. Martinez *in p. 2. q. 10. a. 6.*

Sup. hoc in Res. præterita, & in alio §. eius primæ annot.

3. Secunda opinio est D. Antonini Medinæ, Cordubæ, Lopez, Zumel, & aliorum apud Sanchez *vbi infrà, num. 16.* & Filliuc. *in quæst. mor. tom. 2. tract. 28. c. 10. num. 232.* qui asserunt eam peccare mortaliter, si exeat domo, sine vlla necessitate, sed ex curiositate, indifferenter hac, vel illac discurrendo: non autem si hoc faciat ob causam necessariam, vt inuisendi vicinas, seu affines, ne minus vrbana habeatur, vel eundi ad Ecclesiam, &c.

4. Tertia opinio, cui tanquam probabiliori adhæreo, est Caiet. *in 2. 2. quæst. 69. a. 2. ad 5. dubium*, quem postea sequuti sunt recentiores aliqui, vt præter alios Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 1. c. 6. num.* 17. & Bonac. *tract. de leg. disp. 2. quæst. 4. punct. 2. §. vnic. num. 27. & tract. de matrim. quæst. 4. punct. 9. num.* 17. qui asserunt fœminam in tali casu non peccare, non enim tenetur sua se libertate priuare egrediendi domo, standi ad ostium domus, vel fenestram, discurrendi per ciuitatem, &c. Et ratio est, quia etiamsi ita faciendo daret occasionem amasio ad concupiscendum, tamen ista occasio potius prouenit ex ipsius amasij malitia, & ideò est occasio ab ipso accepta, & non à muliere data, quæ iure suo & libertate sua vtitur, & iste effectus, vt suprà diximus de muliere ornante se, prouenit per accidens, & licèt sit præuisus, non tamen est intentus, & ideo non debet ad culpam imputari.

5. Limitanda tamen est hæc doctrina, nisi fœmina, data opera, se offerret conspectui adolescentis, illius amoris conscia, etsi illum non intenderet. Secus autem si hoc faciat, vt diximus non solùm propter aliquam necessitatem, seu vtilitatem, sed etiam propter hoc solùm, ne videlicet se priuet, sua libertate, & iure exeundi domo; Ex his omnibus mihi olim rigida visa est cuiusdam confessatij resolutio, qui noluit absoluere mulierem nobilem, quæ in cursu solebat ambulare, secundùm morem patriæ, cum aliis fœminis nobilissimis; quia ita se præbebat conspiciendam adolescenti, à quo sciebat se turpiter amari, non enim tenebatur propter malitiam amasij priuare se iure & libertate sua.

6. Adde quòd exire domo iuxta morem patriæ, ab Azor. *p. 2. lib. 12. cap. 18. q. 12.* connumeratur inter causas iustas, quas habent mulieres in hoc casu domo egrediendi. Sed circa præsentes quæstiones vide etiam Med. *p. 2. quæst. 20. a. 5.* Aluar. etiam *in p. 2. q. 73. art. 8.* & tandem Suarez *de char. disp. 10. sect. 4. num. 10.* vbi asserit, fœminam non peccare, etiamsi sequatur scandalum, adornando se, dummodo ornatus sit moderatus, & decens, secus si esset superfluus, & maximus. Sed ego puto non peccare, etiamsi esset superfluus, & maximus, dummodo sit secundùm morem patriæ, & de se non sit quasi prouocatiuus ad malum. Vnde benè asserit Turrian. *in 2. 2. tom. 1. disp. 96. dub. 2. §. ex traditis.* ornatum non habere speciem mali, quantumuis illustrem, si sit iuxta consuetudinem patriæ fœminarum, quæ honestæ sunt; secus si esset peculiaris habitus meretricius.

Sup. hoc superfluo orn. tu lege in a §. Nota verò. Res. 11.

RESOL. X.

An fœmina teneatur non se ornare, & in publicum non exire ad euitandum aliorum scandalum.

At vero, si hoc vult facere cum peccato veniali ostentationis inanis, quæritur, an in hoc casu contrahat malitiam scandali.

Et an excusentur fœminæ à peccato vtentes ornatu, quo nuda pectora, & mammillas ostendunt, si fiat hoc secundum morem patriæ, & absque vlla mala intentione? Ex p. 5. tr. 7. Res. 31.

Sup. hoc in Res. præterita.

§. 1. AD hunc casum respondet Iacobus Granado *in 2. 2. D. Thom. contr. 3. tract. 13. disput. 5. sect. 5. num. 31.* vbi sic ait. Dubitant DD. vtrùm peccet fœmina, quæ se ornat, si nouerit inde alios sumpturos pro sua fragilitate occasionem concupiscendi illam? Nonnulli, quos tacito nomine refert Emanuel Sà *verb. Ornatus, num. 1.* affirmarunt esse mortale. Nauarrus. verò *in summa. cap. 14. num. 37.* distinguere videtur; si enim nesciat, vel non aduertat mulier se ab aliquo determinato concupiscendam, ait non peccare lethaliter, licèt indeterminatè & vagè nouerit aliquem futurum, qui occasione sui aspectus peccet. Secus verò si in particulari personam cognosceret, & quidem si ornatus esset valdè nimius, & præter patriæ consuetudinem, non foret excusanda fœmina à mortali, si crederet se fore alicui occasionem lapsus, nec hac in parte quidquam refert quòd

in particulari cognoscatur, vel ignoretur, quæ persona sit inde sumptura occasionem peccandi; ratio enim vtrobique eadem est, quia nimirum ornatus ille illicitus est, & ad quem fœmina non habet ius; aliunde est grauis culpæ occasio; grauiter ergo lædit charitatem sic se ornãdo. Si verò ornatus esset honestus, ille nimirum qui in patria, vel regione consuetus est, non peccat fœmina illum gestando, licet sciat futurum alicui determinatæ, vel vagæ personæ occasionem ruinæ, dummodo ruinam ipsius non intendat. Sic sentiunt Caietanus, Sà, Azorius, & Nauarrus *in summa cap.* 23. *nu.* 18. Nemo, inquit, peccat ornando se etiam splendidè pro sui status decentia, & more regionis, modo id bono fine faciat, imò meretur, licèt alius, vel alia ad eius concupiscentiam per accidens alliciatur. Probatur, quia fœmina habet ius ad indumenta illa quæ sunt iuxta consuetudinem patriæ, & oppositum foret illi valde graue, ergo suauis lex charitatis non obligat illam, vt cum tanto detrimento euitet peccatum illicitæ concupiscentiæ alterius. Et sanè si oppositum esset verum, damnandus absolutè foret fœminarum ornatus, & frequentes illarum ingressus in templa, & alia honesta loca, cùm valde verisimile sit in tanta fragilium hominum multitudine esse aliquos, qui inde sumunt occasionem peccandi, quippe quibus multo minores occasiones sufficere possunt, & solent. Addit prætetea Caietan. & meritò quidem, licèt fœmina in prædicto ornatu aliquando peccet propter iactantiam, aut alium eiusmodi finem, non propterea peccare peccato scandali, dummodo non intendat, vt supponimus, ruinam aliorum, quia prædictus iactantiæ finis non reddit ornatum magis scandalosum. Hæc Granado.

2. Sed ego magis clarè rem explicabo. Dico igitur quòd quando fœmina timet ne à persona particulari ametur lasciuè, teneri cauere publico, & abstinere ab actione occasionante alicui ruinam, quando potest absque graui proportionato damno, quia tenemur vitare aliorum peccata, quando commodè possimus. Vnde deducendum est peccare fœminam euntem in hoc templum ad Sacrum, in quo est aliquis à quo turpiter ametur, quando commodè potest aliud templum adire eo periculo vacans; item quando it per hunc vicum, potens commodè ire per alium. Quando audit sonitum equi vehentis amasium, & ipsa se absque necessitate dat in fenestra aspiciendam; quando verba facit coram amatore, quibus ille sit accendendus, si potest absque specie inurbanitatis tacere. Quando item domo egreditur, sciens eum expectati spectandam, si nulla tunc sit necessitas. Ita docet Castrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 6. *disput.* 6. *punct.* 7. *num.* 4. & Hurtado *in* 2. 2. *disp.* 173. *sect.* 31. §. 404. qui tamen optimè, vt semper solet, §. subsequenti docet, quòd quando sine graui & proportionato damno non potest illas actiones vitare, quòd tunc non tenetur in publicum non exire, & ab his abstinere, quia tales occasiones sunt valde remotæ, & generales, ex quibus oritur peccatum ex malitia potius scandalizati, quàm fœminæ. Vnde hinc deduces non teneri fœminam, nec licitè posse abstinere diu à Sacris, nec teneri carere diu publico, nec abstinere à fenestris longo tempore, necnon esse ad domus suæ ianuam, nec priuari amicarum consuetudine, rusticatione, & aliis oblectationibus, sine quibus vita degitur molestè; itaque semel, aut iterum, pauci(s)que vicibus id tenetur efficere, quia sine molestia graui potest; dixi autem non tenetur, quia esset valde molestum; & scrupulis plenum.

3. Non desinam hîc adnotare etiam Layman *lib.* 2. *tom.* 3. *cap.* 13. *num.* 11. *quæst.* 13. excusare fœminas vtentes ornatu, quo nuda pectora & mammillas ostendunt; si fiat hoc secundùm morem patriæ, & absque mala vlla intentione. Vide etiam circa præsentem quæstionem de ornatu mulierum Suarez *disp.* 10. *sect.* 3. *n.* 10. Gordonum *tom.* 1. *lib.* 6. *quæst.* 16. *cap.* 5. §. 2. *n.* 15. Sanchez *in summa tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 17. & Layman *loc. cit.* vbi ex Lessio *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 110. ponit hanc regulam, quòd quando aliquid non est per se malum, sed indifferens, excessus in vsu illius (seposita omni malitia extrinseca) non est nisi peccatum veniale, & ideo excessus in corporis ornatu considerata qualitate personæ, loci, &c. erit tantùm peccatum veniale.

Sup. hoc late in Resol. seq. & etiam late infra in Resol. 63. à §. Ex dictis. vsque in finem dictæ Resol. Sup. hoc in Resol. seq. §. penult. prope finem, vers. vnde & si

4. Sed non desinam pro coronide huius resolutionis apponere hîc pro curiosis pulchrum dubium. Fœmina, vt dictum est, non tenetur lege charitatis abstinere ob ornatu & fuco, ita vt illi liceat se ornare & comere: at vult hoc facere cum peccato veniali ostentationis inanis; quæritur an in hoc casu contrahat malitiam scandali? Negatiuè respondet Salas *in part.* 2. *tom.* 2. *tractat.* 13. *disput.* 5. *num.* 132. Zumel *in part.* 2. *quæst.* 73. *art.* 8. *dub.* 2. *concl.* 3. & Hurtado de Mendoza *in* 2. 2. *disput.* 173. *sect.* 24. § 299. vbi ait. Alienum peccatum mihi non imputatur, quando sequitur ex meo facto, cuius substantiam ego non teneor vitare lege charitatis, vt constat proposito exemplo; fœmina enim non tenetur abstinere tunc à substantia ornatus, vt pono: ergo peccatum alienum occasionatum ex illa substantia non potest imputari fœminæ; quia illa non tenebatur vitare hanc occasionem; quòd verò fœmina peccauerit prauo fine, nihil refert scandali passiui, quia illud non fuit ornatum ex prauo fine, sed ex operis substantia. Vnde nullum peccatum fœminæ fuit causa alterius ruinæ. Si verò ratione circumstantiæ malæ tenebatur fœmina vitare substantiam ornatus independentes ab scandalo alieno, tunc ei vitio vertetur, v. g. si ex temporis circumstantia, aut ex mariti præcepto, aut ex voto tenetur fœmina abstinere ab ornatu, tenetur etiam ex præcepto charitatis, quia tunc ex eius peccato, vt peccatum est, oritur alienum scandalum, oritur enim ex substantia ornatus hîc & nunc, quem hîc & nunc tenebatur vitare. Hæc Hurtado. ex quibus non videntur admittenda ea, quæ docet Alphonsus de Leone *de officio Confess. tom.* 1. *recollect.* 7. *n.* 169 & 371. recognosce illum, & ex dictis ab Hurtado ad suas rationes respondebis.

RESOL. XI.

An vbi adest consuetudo, quod mulieres incedant pectore nudato, hoc non obstante, peccent mortaliter?

Et an principes, & Episcopi sub peccato mortali teneantur talem consuetudinem stirpare: & an tales Fœminæ à Sacra Synaxi repellendæ sint?

Et an mulier ita superfluè ornata, & potissimum nudans pectora, & si nollet ornatum deponere, posset nihilominus absolui in confessione?

Et an in hac insueta pectoris fœminæ nuditate possit dari leuitas materiæ?

Et notatur ornatum mulierum superfluum, & immoderatum esse illicitum, sed aliquando cum peccato veniali, aliquando vero cum mortali.

Et an excessus ornamentorum immoderatus in pretio sit peccatum lethale?

Et an saltem peccent mortaliter Fœminæ vtentes vestibus pretiosis, & odoriferis?

Idem est dicendum de ornamento superfluo, & immoderato virorum.

Et tandem quæritur, an semper peccent mortaliter fœminæ, si incedant pectore nudato, vbi non est

talis

talis mos incedendi? Ex p. 10. tt. 12. & Mis. 2. Ref. 30.

Sup. hoc in Ref. præterita § Non desinam. & pro contento in hac Ref. demptis difficultatibus § Notandum est. & § Nota vero. huius Ref. late infra in Ref. 63. à §. Ex dictis. vsque in finem dictæ Ref. signanter in §. Ita ille.

§. 1. NOn desunt Doctores absolutè asserentes, mulieres incedentes pectore nudato, peccare mortaliter. Ità Summa Angelica, *verb. Ornatus, num.* 3. Pisanella *eodem verb. num.* 3. Rosella, *n.* 13. D. Antoninus *in Summa. par.* 2. *tit.* 4. *cap.* 5. §. 3. Sed ego olim contrarium docui, quando iuxta morem Regionis nudo pectore mulieres incederent; & sic docet Caietanus *in* 2. 2. *quæst.* 169. *artic.* 2. vbi sic ait: Pectus à mulieribus decoris gratia nudum alicubi defertur, ac per hoc ad ornatum reducitur pulchritudinis, quòd etiam ornatus talem habens conditionem, scilicet nudati pectoris iuxa Patriæ morem, non est secundùm se mortalis. Et addit, viros nuditate pectoris mulieribus diuerti à maioribus criminibus. *Et in Summa verb. Ornatus, cap.* 4. ornatum mulierum monstrantium media verba, in remedium, ne peiora fiant, introductum asseuerat. Idem docet Armilla, *verb. Ornatus, num.* 1. §. 4. Nauarrus *in Summa, c.* 23. *num.* 19. Sanchez, *de Matrim. tom.* 3. *lib.* 9. *disp.* 46. *num.* 26. Filliucius, *tom.* 2 *tract.* 30. *cap.* 10. *num.* 220. Graffius *in Decis. lib.* 2. *cap.* 76. *num.* 2. Lessius. *lib.* 4. *cap.* 4. *dub.* 14. *num.* 112. Azorius, *par.* 2. *lib.* 12. *cap.* 18. *q.* 13. quibus adde Trullench, *in Decal. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *dub.* 5. *num.* 21. *& vbi infrà.*

Sup. his in Ref. 2. not. præteritæ §. nide.

2. Verùm his non obstantibus, nouissimè doctus, & eruditus Pater Albertus de Albertis, ex Societate Iesu *in Paradoxa moralia de ornatu mulierum, disp.* 2. *c.* 1. *per. totum*, latissimè conatur probare primam sententiam, nempè mulieres nudato pectore incedentes, peccare mortaliter; qui etiam putat Principes laicos, & Episcopos sub peccato mortali teneri talem consuetudinem extirpare; & tales fœminas esse à sacra Synaxi repellendas: & sententiam suprà dictorum Auctorum, qui liberant huiusmodi mulieres à peccato mortali ex more Patriæ, probabilem ex principio saltem extrinseco non vult admittere. Et in fauorem Patris Alberti, ego hic adducam auctoritatem inclyti Doctoris Sorbonici Andreæ Duuallij *in* 2. 2. *D. Thomæ, tract. de Charitate, q.* 19. *a.* 5. vbi sic ait: Difficultas est de ornatu virginum, & mulierum, an scilicet ipsæ debeant eum omittere, & relinquere, ne aliqui eas inspiciendo labantur in peccatum, sed sciendum est, ornatum illum muliebrem esse duplicem; vel enim est moderatus, statui conueniens, & mediocritatem pro ratione temporis, loci, & conditionis seruans: & hunc non tenetur mulier deponere, etiamsi fortè aliqui propterea cadant in peccatum: vel est immoderatus, & immodestus, vt quando mulier nudato toto pectore incedit per Vrbem, aut alia loca, in quibus promiscuè viri similiter incedunt: & hic ornatus est ab iis deponendus, & omittẽdus: quia probabiliter cõstat ipsis mulieribus, aliquos ex earum in tali statu aspectu, cogitationes, & desideria obscœna, & nociua concepturos, & certè talis ornatus non est opus indifferens, sed reipsa malum; quia, vt inquit Poeta: *Vt vidi, vt perij, sic me malus abstulit error, Illa fuit mentis prima ruina meæ* & sic meritè dicebat Iob: *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.* Dices, virginem posse ornamentis illis cum excessu aliquo vti ad hoc, vt ex multis quorum oculis placebit, vnum ex illis pro viro sortiri possit: & ad illud ius videtur, sicut & ad matrimonium habere. Respondeo, virginem illam propterea non debere vti habitu immodesto, & immoderato, si quidem pro suo commodo, nempè pro viro sibi quærendo, multa mala committeret; ideoque ex iure, quod habet ad Matrimonium, tantùm sequitur, eam posse se conuenienter suo statui, & conformiter aliis suæ ciuitatis virginibus, ornare, & sic ornatum conari placere oculis virorum nubere volentium. Caietanus tamen, *q.* 169. *art.* 2. & Nauarrus, *cap.* 23. *Enchiridij num.* 19. putant hunc ornatum immoderatum, & insolentem, esse tantùm peccatum veniale, ratione excessus pugnantis contra virtutem modestiæ: non autem ratione scandali, quia ex tali ornatu non magis causatur ruina proximi, quàm ex pulchritudine naturali, quæ omitti, & deponi nequit: igitur sicut ruina proximi spiritualis; oritur tantùm per accidens ex illa pulchritudine: sic etiam ex illo ornatu superfluo, per accidens duntaxat sequitur. Ex quo concludunt aliqui mulierem ità superfluè ornatam, & potissimùm nudantem pectus, etsi nolit eum deponere, posse nihilominus absolui in confessione; quod tamen ego nollem, siquidem mulieres ità superfluè ornatæ, sunt infallibiliter in laqueum & ruinã multorum, præsertim verò cùm ad hunc ornatus excessum nullum ius habeant, neque illi onus aliquod imponitur, si eisdem dicatur ad ruinam proximi præcauendam, eo vti non posse, se solùm eo, qui est eorum statui conueniens. Hucusque Duuallius, sententiam Patris Alberti sequens.

Sup. hoc ibidem §. Ex dictis.

3. Sed adhuc ego non audeo sententiam Caietani, Lessij, & aliorum, vbi suprà nota improbabilitatis inurere, quam nouissimè tuetur Trullench *in Decal. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 13. *num.* 21. vbi sic ait: Nec peccat mortaliter mulier sic ornata vt media vbera monstret secundùm Caietanum, *verb. Ornatus.* Si fiat secundùm morem Patriæ, & absque vlla intentione deprauata; qui addit: Verum tamen, vbi consuetus iam est, sine peccato videtur, & in remedium, nè peiora fiant, fortè introductus: esset tamen peccatum mortale introducere huiusmodi morem, quia insolita magis mouent, & excitant. Ità ille.

Sup. hoc ibidem §. Nota vero. & seq.

4. Nota tamen, quod stando in sententia Patris Alberti in hac insueta pectoris fœminei nuditate, dati posse leuitatem materiæ, vt si qua mulier infrà radicem colli pectus crassitie vnius tantùm digiti aperiat; non, putarim eam mortaliter delinquere. Ratio est: quia talis nuditas non videtur per se esse notabilis, quæ ad libidinem, notabiliter incitet; & huiusmodi ferè est ea, vt vulgo appellatur *Scollatura*, quæ Mediolani ab aliquibus vsurpari cœpit, modicissimè infrà collũ, coronæ instar ambiens, ac pterés; nihilominus à Confessariis, & à Concionatoribus aliisque Animarum Pastoribus, & Religiosis omnibus strenua opera danda est, vt huiusmodi quoque *Scollatura* penitus tollatur, quia aloqui contagio vanitatis panlatim serpit, & ab vno digito *Scollatura* ad duos, hinc ad tres, & vltrà, donec pectoris notabilis nuditas cernatur facilè proceditur, & periculum ingens est, nè de veniali *Scollatura*, in lethiferam nuditatem pedetentim incidatur. Addit etiam huiusmodi *Scollaturam* posse per accidens notabilem euadere: nam si immodicus ornatus aliàs, nec dum notabiliter libidinem prouocabat, fieri potest, vt addita *Scollatura*, iam notabiliter prouocet, atque ità *Scollatura* efficaciam ornatus immodici ad malum allicientis expleat, quanquam non est mortalis, nisi efficacia superaddita ex *Scollatura* & alio cultu immodico sit notabilis. Quamobrem, tantò magis, hæc etiam *Scollatura* detestanda, tanquam culpæ quoque mortiferæ subinde occasio. Hæc Albertus vbi suprà.

5. Nota etiam, quod stando in opinione Caietani, & aliorum Doctorum, peccarent mortaliter mulieres, si incederent nudato pectore, vbi non adest mos sic incedendi; & ego testor quòd non adest Panormi, An adsit Romæ? * Pater Albertus, & Pater Pallauicinus asserunt

asserunt; mihi autem non est compertum: nam licèt hîc Romæ viderim aliquas mulieres indecentes nudato pectore, mammillis, credo quòd non obseruetur à maiori parte, quæ constituit morem, & consuetudinem, vt ipsemet Pater Albertus me citato docet *cap.4.num.6.* Ideò non auderem sententiam Caietani & aliorum hîc Romæ dictis mulieribus applicare.

6. Notandum est etiam ornatum mulierum immoderatum esse illicitum, aliquando verò cum peccato veniali tantum, aliquando cum mortali; quod egregiè declarant in casibus particularibus Lessius *de Iust. lib.4.cap.4.dub.* 14. *num.* 110. *cum.seq.* Sed difficultas est, an excessus ornamentorum immoderatus in pretio sit peccatum lethale. Affirmat. Suarez, *de Charit.disp.* 10.*seq.*3.*n.*10. Filliucius, *tom.* 1. *tract.* 30. *c.*10. *num.* 121. & alij. Sed seposita alia prauitate, esse tantum peccatum veniale docet Caietanus, Lessius, & ex illis Pater Albertus, *disp.*1.*c.*4.*n.*11. & huic sententiæ ego adhæreo.

7. Nota vero, quod quando ego dixi *in part.* 2. *tract.*15. *resol.*30. Fœminam non peccare in ornatu superfluo, intellexi de peccato mortali, non autem de veniali, vt ex alibi à me dictis, colligi poterat, licèt aliquando etiam in ornatu superfluo adesse peccatum mortale existimo; prout patet in Casibus appositis à Lessio *loco cit.* Et ideò nouissimè Rocafull. *in Decalog. precept.* 6. *lib.*4. *cap.*6. *numer.* 256. sic ait: Dubitabis an saltem peccet mortaliter vtendo vestibus pretiosis, & odoriferis? Respondeo non esse peccatum mortale, nisi hoc fiat causa incitandi ad libidinem, aut nisi adsit lex aliqua particularis prohibens hoc sub mortali. Ratio est, quia videtur esse magna inordinatio: non excusatur autem à veniali ob superfluum ornatum. Ita ille.

Quæ hic est supra Ref. 9. §.vlt. ad medium, sed lege eã à principio, & aliã eius primæ annot.

8. Nota, quod post hæc scripta inueni sententiam Patris Alberti docere etiam Petrum Marchant. *in Tribunali Sacrament. tom.* 3. *tract.* 2. *tit.*2. *quæst. incident. resolut.* 3. §.1. *regul.*1.*fol.*30. vnde in gratiam viri amicissimi verba Patris Marchant. hic apponam; sic itaque asserit: Quandocunque forma, vel figura vestimenti, siue ornatus obiectiuè, iuxta ordinariam hominum infirmitatem, est excitatiua in alio libidinis, & concupiscentiæ carnis, illis vestibus, vel ornamentis vti, est ex natura sua peccatum mortale. Ratio est, quia qui similibus vtitur, censetur dare causam peccati natura sua mortalis. Dixi (quando est excitatiua in alio libidinis, & concupiscentiæ carnis) in hoc enim consistit ratio pompæ Satanæ: tentat enim per illa Satanas, & ad libidinem inducit. Tunc autem censetur excitatiua libidinis, quando nuditas aliqua magna apparet, vt est videre in illis, quæ pectus apertum gerunt, etiam mammillis ex parte discoopertis. Item quando, etsi non sit plena nuditas, apparentior tamen caro redditur delicatulo, & transparente lino: Vnde & in Isaia Theristra cum aliis vestibus damnantur; Theristra autem sunt transparentes, & perlucidæ vestes, quæ non tam nuditatem tegunt, quàm curiosiùs patere membra corporis faciunt. Denique huc referenda sunt, quæ siue ex positione, siue ex modo, libidinis alicuius speciem immittunt, vt de viris, qui ita strictas vestes gerunt; vt partes etiam verecundæ, si non discoopertæ, secundùm tamen aliquam apparentiam pandantur, vt explicat Angelus *vers.ornatus,&c.n.*2. Dixi (iuxta ordinariam hominũ infirmitatem, idest, iuxta communẽ hominum sensum, communémque naturæ fragilis inclinationem, id est, vt excludamus singularem personam tentatæ, vel afflictæ miseriam, quæ omnia sibi mala fingit, omnia interpretatur in malum, & propria tantum phantasia tuit: neque enim homines tenentur ab ordinariis abstinere propter extraordinarias aliquorum phantasias. 2. Vt euincamus communes mundanorum excusationes, quibus dicunt, se malum non intendere, se libertate sua vti: culpam autem eorum esse, qui turpibus se illaqueant imaginationibus, aut moribus prauis. Hæ sanè excusationes in peccatis sunt: Quicumque enim libidinoso, ad libidinem excitante vestimento, vel ornatu vtentes, se oculis videntium velut prostituunt, offendiculum, quantum est ex se, ponunt; quod non tantùm communi Charitate auferre tenentur, sed etiam Christiana professione, & obligatione, quâ pompis Satanæ se abrenunciare professi sunt. Vna fortè excusatio magis solida est: Qua dicunt, mulieres maritatas debere, vel posse vti ornatu quocumque, vt maritis suis placeant. Sed esto placere debeant aliquo ornatu modestiam Christianam siue sobrietatem excedente: an libidinoso; An ad libidinem excitante? Respondeo, igitur primò licere de facto mulieri Christianæ aliquo ornatu vti, qui amorem mariti, aut conseruet, aut etiam alliciat, & hoc coram marito. Respondeo secundò, Non licere mulieri, aut viro in publico vti vestitu, vel ornamento libidinoso, vt sibi inuicem placeant. Ratio est. Quia indulgentia illa, qua permittitur aliquis leuis excessus, vt sibi inuicem placeant domestica est; & ad mutuas personas tantùm refertur, illisque duobus, velut terminis clauditur: Neque enim illis permissum est, vt alienis oculis obiecta impudicitiæ exponant, & suam libidinosam inclinationem mundo prostituant. Addo, nec iustè, nec rationabiliter virum posse velle, vt vxor alienis oculis placeat, vel alienos affectus ad se alliciat; nec vxor id viro suo permittere potest: Honorabile (inquit Apostolus) connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Quomodo honorabile, si ei omnis honesti limites excedere permittitur? Quomodo thorus immaculatus, cui non sufficit domestica libido, nisi etiam alios inficiat? Dixi in Regula notantur (est ex natura sua peccatum mortale.) Potest enim fieri veniale ex paruitate materiæ, ignorantia, indeliberatione, vel aliqua circumstantia excusante, v.g. coactione mariti, de qua S. Augustinus ad Ecditiam suprà: Vbi excusat Ecditiam, si maritus ad indecentem illum compulisset ornatum: Quod si (inquit) aliqua dura conditione cogereris, posses habere in superbo cultu cor humile. Et adfert exemplum de Hester. Aduerte tamen semper, etsi mulier teneretur obedire marito ad gestandum habitu ornatum aliquem excessiuum vanitatis, & superbiæ, non posse tamen obedire ad gestandum habitum in publico ad lasciuiam prouocantem, quia siue ex se, siue ex obiecto, & circumstantia malum est; alterum autem tantum ex accidenti, vt statim dicemus. Et sententia hæc modo explicata, est omnium Auctorum: pertinet enim habitus libidinosus ad impudicitiam, quæ ad *Galat.*5. excludit à regno Dei. Vnde etsi innumerantur aliqui Doctores cum S. Thoma 2.2. *quæst.* 169. *art.*2. excusantes interdum fucos, & vanitates muliebris ornatus à peccato mortali, quatenus ob aliquam circumstantiam non videntur ita periculosa esse: nihilominus nullus libidinosi habitus vsum vnquam excusauit à peccato mortali. De ratione autem libidinosi, & inhonesti habitus penes Doctores iudicium sit. Malo ego stare iudicio Scripturæ, Conciliorum, & Sanctorum Patrum, quam speculatiuis quibusdam considerationibus parietem linire absque temperamento. Vnum mihi certum est, & omnes concedunt: Quod quidquid incentiuum est ad libidinem, illo non licet vti, & iuxta rationem incentiui grauioris peccatum esse mortale. Iudicet æquus rerum arbiter quid de vestimentis, quibus & nuditates præter rationem honesti apparent, vel quibus nescio

Sup. his ibidem, §.Nota vero.& seqq.

Sup. hoc in Res. præterita §. vltim. à lin.4.

quæ

quæ energica libidinis species ingeritur oculis spectantium, dicendum sit? etiamsi enim ex intentione non fierent, cum ex obiecto rei, & infirmitate humana soleat istis libido moueri, iudicet, inquam, quomodo isti ornatus ab impudico possit separari, aut in iudicio Dei, & conscientiæ excusari. Et hæc omnia docet Marchant. *vbi suprà*, quæ nimis, vt reor, plausibilia erunt nostro carissimo, & pio Patri Alberto.

9. Verùm in Compendio Patris Layman edito Moguntiæ 1637. *lib.* 2. *tract.* 3. *cap.* 13. *num.* 11. Ita habetur: Mulier peccat mortaliter, si sciat aliquem lapsurum in mortale ob aspectum eius: & pulchritudinem luxu vestium; item si habitus eius sit turpis, & per se, ac directè ad libidinem prouocans; item si inducat morem nudo pectore incedendi, secus si sit moris. Ita ibi, quod mihi placet.

RESOL. XII.

An fœmina Nobilis possit Choreas ducere, si timeat aliquem in particulari arrepturum occasionem peccandi? Ex p. 5. tr. 7. Res. 15.

§. 1. PRo decisione huius casus adducam hic verba Hurtado de Mendoza *in* 2. 2. *disp.* 173. *sect.* 29. §. 319. vbi sic ait: Choreæ non sunt de se illicitæ: possunt enim honestissimè duci etiam inter personas diuersorum sexuum, vt contingit in Principum aulis, & Nobilium domibus; vbi Principes fœminæ, & honestæ matronæ choreas ducunt, quin iustè possit eas aliquis damnare peccati. Vnde quando ipsæ honesto motu pedes referunt ad numeros, si timeant aliquem vagè & confusè accepturum occasionem ruinæ, non tenentur abstinere ab illa actione, quia ille timor est communis infinitis rebus, à quibus non propterea tenemur abstinere; nihil enim est, quo non abutatur hominum prauitas. Si verò aliqua fœmina prudenter timet adstare aliquem in particulari accepturum occasionem ruinæ, distinguendum est, si non potest, nisi incommodè abstinere à chorea, non tenetur abstinere. e. g. si fœmina prouocetur à viro nobili, qui in iniuriam referret, nisi fœmina prodeat, & adstantes habebunt occasionem malæ suspicionis; si verò commodè potest, tenetur abstinere, si alius peccat ex passione: si autem ex malitia, & potest sine aliquo incommodo id vitare, tenetur; at verò non tenetur se priuare oblectatione illa honesta, & communi aliis fœminis propter alius malitiam, aliquando verò tenetur propter passionem. Malitia autem colligitur ex diuturnitate, passio enim non multum durat, sed ardet subitò occasione aliqua derepente fomitem suggerente. Ita ille, & ego.

Quoad hoc in tom. 8. tr. 6. ex Res. 12. lege breuem doctrinam §. vlt.

RESOL. XIII.

An sit licitum fœminis vti vestibus virorum? Et quid è contra? Ex part. 5. tract. 7. Res. 32.

§. 1. AD hunc casum ita respondet Syluius *in* 2. 2. *D. Thom. quæst.* 169. *artic.* 2. *ad* 3. vbi sic ait. Aduerte de se vitiosum esse, quòd mulier vtatur veste virili, aut è conuerso, partim quia per se indecens est quòd mulier mentiatur se virum, aut quòd vir mentiatur se mulierem: partim, quia talis commutatio est incentiuum concupiscentiæ, & præstat occasionem occultis libidinibus. Vide Clem. Alexand. *lib.* 3. *pædagog. cap.* 3. Non tamen ita est de se vitiosum, quasi sit per se, seu natura sua malum, sicut mendacium, fornicatio, & alia huiusmodi, sed quia est de numero earum actionum, quæ absolutè consideratæ deformitatem, seu inordinationem quamdam important, ac nihilominus circumstantiis quibusdam aduenientibus bonæ efficiuntur, de quarum numero S. Thom. *quodl.* 9. *art.* 15. dicit esse habere plures præbendas. Est ergo de se vitiosum, quia speciem mali habet, ac nisi per bonam aliquam circumstantiam iustificetur veri nominis, peccatum est. Hinc est quod D. Thom. *præsenti articul.* scribit illam vestium sexui propriarum mutationem posse aliquando fieri absque peccato, veluti propter necessitatem, vel causa se occultandi ab hostibus, vel propter defectum alterius vestimenti, vel propter aliquid aliud huiusmodi. Si autem absque simili causa fiat solùm ex leuitate, & absit tam scandalum, quàm intentio periculúmque libidinis, peccatum erit veniale, mortale verò si sit intentio, vel periculum lasciuiæ, aut alioquin notabile scandalum. Hæc Syluius.

RESOL. XIV.

An sit licitum in diebus festis occupare puellas in faciendis Recamaturis?

Ex quo deducitur, an pictura sit opus seruile? Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. Res. 15.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Armilla *verb. festum*, *num.* 21. Azorius *part.* 2. *lib.* 1. *c.* 27. *q.* 6. & nouissimè Author Casuum conscientiæ Bononiæ discussorum anno 1635. mense Martio, *casu* 2. vbi sic habetur. Valde probabile est Caium non peccare occupando suas puellas diebus festiuis in faciendis Recamaturis, vt artem addiscant: tum quia eas occupat in re quæ non est ita seruilis, vt sit omninò seruorum propria; sed est, quamuis mechanica, ita tamen nobilis, vt à qualibet libera, & ingenua persona absque seruilitatis nota exerceri possit, & de facto multæ sunt nobiles fœminæ, quæ huiusmodi arte delectantur, eamque sæpissimè frequentant, cùm sit ars persimilis arti pingendi, quæ à pluribus non vulgaribus Doctoribus æstimatur ars liberalis, cum pingere nihil aliud sit quàm lineas ducere, colores apponere, ac dispositis artificiosè coloribus figuras inducere, quæ hominem etiam liberum ac nobilem non dedecent. Tum quia non minùs personæ in pingendo cum acu, quàm studiosi literarum in studendo quadam animi voluptate capiuntur, ac detinentur, quod signum est artem istam, si non est omninò liberalis, certè ad liberalem valde accedere, quippè quæ ad animum recreandum instituta sit, liberóque animo non indigna, vt est pictura. neque enim implicare videtur aliquibus idem opus esse seruile & non seruile variatis circumstantiis, vt de pictura refert Bonacina. Tum denique quia non minùs licitum videtur diebus festis pingere acu, quàm penicillo: sed hoc à pluribus Doctoribus conceditur artis præsertim discendæ, temporis fallendi, & animi recreandi gratia. Ergo, &c.

Sup hoc lege Resolutiones positas in vlt. not. huius Res.

2. Sed an hæc opinio sit probabilis remitto iudicio aliorum. Quòd verò argumentum à pictura ad Recamaturam possit procedere, patet apud Azorium *vbi suprà*, & Castrum Palaum *tom.* 2. *tract.* 9. *punct.* 6. *num.* 6. licèt ipse *ibi* sentiat picturam esse opus seruile. Quòd verè excusentur puellæ laborantes in diebus festis ad vitandam otiositatem tenent Villalobos, Ioannes de la Cruz, Emmanuël Sa, quos ego citaui *in* 3. *part. tract.* 5. *resolut.* 8. quibus adde Marchantium *in Resol. Doctor. super Decalogum cap.* 3. *q.* 2. Syluestrum *verb. Dominica quæst.* 5. *conclus.* 4. & Ghilinum *in summ. ver. Festum n.* 2. *litera. I.* licèt Sanchez

Pro pictura infra in Res. 20. §. 1. ad medium.

Quæ nunc hanc sequetur, in §. Notandum est etiam hic

obiter, & infra in Ref. 20.§.vlt.

Sanchez in opusculis *tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 2. *dub.* 18. *num.* 13. contrariam sententiam veriorem existimet, quia potest otiositas vitari exercendo aliud opus bonum licitum: ideò, vt dixi, an hæc opinio sit probabilis, tu cogita?

RESOL. XV.

An sit peccatum mortale, si in omnibus festiuis diebus, quis exerceat, v. g. per mediam horam opus seruile?

Et explanatur, si aliquis singulis diebus festiuis laboret per spatium duarum horarum, non peccare mortaliter.

Et similiter notatur non esse peccatum mortale, si quis efficiat, vt multi eodem die, vel diuersis festiuis magna parte temporis laborent, si omnium labor vniatur, & singuli tantum modico tempore.

Et an si quis distinctis vicibus eademmet festiuo die seruilia exerceat, ita vt in singulis vicibus parum temporis insumat, at totum tempus sit notabile, peccet mortaliter?

Et an, qui Templorum parietes tapetibus, & aulæis ornant, possint hanc artem exercere in diebus festiuis sine peccato mortali?

Et an puella laborans in diebus festiuis ad euitandum otium, excusetur à peccato? Ex p. 3. tr. 5. & Mi c. 1. Ref. 8.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 3. Ref. 3 inter medium, & finem à vers. Infertur tertio. vsque ad vers. Et tandé

§. 1. AFfirmatiuam docet Toletus *lib.* 4. *c.* 25. *n.* 1. & nouissimè Fagundez *prac.* 1. *lib.* 1 *c.* 17. *n.* 3. nam in opere seruili cùm sit opus materiale, datur continuatio, & extensio materiæ, licèt detur discontinuatio in ipsis diebus.

Sup. hoc ibidem & in eodem vers.

2. Sed si hæc opinio esset vera, væ væ operariis; ideò negatiuam sententiam affirmandam esse puto, quam docet Sanchez *in summa tom.* 1 *lib.* 1, *c.* 4. *n.* 12 vbi sic ait. Si quis distinctis vicibus eademmet festiuo die seruilia exerceat, ita vt singulis vicibus parum temporis insumat, ac totum tempus sit notabile peccabit lethaliter. Secus si in diuersis diebus, etiamsi habeat propositum singulis diebus paruo tempore laborandi. Ita ille. Vnde ego puto, quòd si aliquis singulis diebus festis laboraret per spatium duarum horarum, non peccaret mortaliter, quia dictæ materiæ paruæ non continuantur, neque coalescunt in vnum; sicut si in diebus diuersis ieiunij parum quispiam singulis diebus comederet, etsi simul haberet propositum, sic singulis illis diebus comedendo non peccaret, neque ieiunium frangeret.

Sup. hoc infra in §. vlt huius Ref.&.

Sup. hoc in Ref. not. 1 huius Ref.& in eodem vers.

3. Notandum est etiam cum Sanchez *vbi suprà* non esse similiter peccatum mortale, si quis efficiat, vt multi eodem, vel diuersis festis, magna temporis parte laborent, si omnium labor vniatur, & singuli tantùm modico tempore, quia illa modica singulorum tempora minimè vniuntur, & cuius libet culpa non est nisi venialis. Ergo &c. Sed post hæc scripta inueni omnia supradicta docere cum Sanchez Martinum Bonacinam *tract. de legibus, disp.* 5. *quæst. vnic. punct.* 3. *num.* 3. & 4. vnde non est audiendus Fagundez, nam eius opinio esset laqueus omnium operariorum.

Sup. hoc in Ref. præterita prope finem & infra in Ref. 20 §. vlt. & pro parte in Ref. not. seq.

4. Notandum est etiam hîc obiter, quòd puella laborans in diebus festiuis ob euitandum otium, excusatur ab Emanuele Sà *ver. festum, n.* 6. Ioanne de la Cruz *in direct. conscien. part.* 1. *prac.* 3. *art* 1. *dub.* 1. *concl.* 4. Villalobos *in manuali Confessar. c.* 22. *num.* 99. vbi etiam hæc verba asserit. [Las obras seruiles que se pueden hazer secretamente, como coser, &c. son licitas en fiesta, quando se hazen por limosna.] & idem docuit *in summa, tom.* 2. *tract.* 32. *dub.* 4. *num.* 10. vbi citat pro hac sententia Angelum, Syluestrum, & D. Antoninum. Sed an probabiliter, iudicent viri docti, nam aliqui hoc non admittunt, & quia de operibus seruilibus in diebus festiuis incidit sermo, ponam hîc dubiolum, de quo ipso die interrogatus fui.

5. An qui templorum parietes tapetibus, aulæis ornant, possent hanc artem exercere sine peccato mortali in diebus festiuis. Respondeo (quidquid asserant Conradus *in resp. part.* 1. *q.* 131. & alij) ita facientes non peccare mortaliter, etiamsi antecedentibus diebus talia ornamenta ponere possint, & ita docet Bonacina *de legibus, disp.* 5. *q. vnica, punct.* 3. *n.* 5. citans Suarez, Caietanum, & Toletum quibus ego addo Fagundez *prac.* 2. *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 4. cum aliis penes ipsum.

Sup. hoc infra in Ref. 23.& in alio §. eius not. & ad lin. 7. præcedentis §.

6. Nota etiam quod *in* 2. *part. tract.* 1. *miscellan. resol.* 36. cum Filliucio docui, quòd si aliquis in diebus festiuis laboret per spatium duarum horarum, non peccaret mortaliter. Et hanc sententiam, præter Filliucium, tenet etiam ex eadem Societate Iacobus Granado *in part.* 2. *D. Thomæ, contr.* 6. *tract.* 2. *disp.* 2 *sect.* 6. *n.* 54.

Quæ nunc hanc sequitur. §. Quænam. ante medium, & in Ref. 1. post seq. & hic supra ad medium §. 2.

RESOL. XVI.

An agasones, seu muliones possint cum bestijs, aut rhedis oneratis iter inchoare in diebus festiuis?

Et an qui per duas horas laborant in diebus festiuis, excusentur à peccato mortali ratione paruitatis materiæ? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. Ref. 36.

§. 1. REspondet Suarez *de Relig. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 1. distinguendo. nam si iter ante diem festum bona fide inchoatum est, cum his oneribus excusatur continuatio, vel propter publicam vtilitatem, ad quam necessarium sæpè est, vt sine mora hæc transportatio rerum, & mercium fiat; vel certè propter vitandum graue nocumentum, quod paterentur dicti agasones, seu muliones si cogerentur omnibus diebus festis quiescere, quocumque iter agendo peruenirent. De inchoatione verò cum dictis rhedis, seu curribus, & bestiis oneratis non est facilè admittenda consuetudo quam Caiet. 2. 2. *q.* 122. *art.* 4. abusum vocat; quia aduertit, quòd si illi muliones ducant mulos sine oneribus, non est illicitum iter progredi, vel ab vno in alium locum transferre animalia in die festo, quia id solum est iter facere, & non habet adiunctum opus seruile. Hoc etiam docet Regin. *tom.* 1. *lib.* 19. *cap.* 4. *num.* 50. & Franc. Galleti *in margarita cas. conf. vers. festum.*

2. Sed ego puto, audita Missa, rarò in praxi dictos agasones inchoando iter cum bestiis oneratis, peccare mortaliter. Nam inchoatio talis itineris ideo est prohibita, quia habet adiunctam circumstantiam, includentem opus seruile, & onera leuare, vel imponere; quod quidem de se seruile est. At dicti agasones in his oneribus leuandis, vel imponendis tempus notabile non consumunt; ergo ratione paruitatis materiæ, à peccato mortali excusabuntur.

3. Quænam verò sit paruitas materiæ excusans à tali peccato, incertum est Azor. *p.* 3. *lib.* 1. *c.* 27. *q.* 5. Bonac. *tract. de leg. disp.* 5. *q. vnic. punct.* 3. *n.* 2. & Reginald. *in praxi, tom.* 2 *lib.* 16. *c.* 3. *n.* 53. putant spatium vnius horæ esse partem notabilem Suarez *de Relig. tom.* 2. *cap.* 31. *num.* 2. putat hanc esse nimiam, & religiosam restrictionem, quia respectu

Sup. hoc in Ref. seq. & in præterita, §. vlt. & ad medium §. 2.

respectu totius diei pars vigesima quarta, non apparet nimia, nec multum impedire finem præcepti; qui est cultus Dei. Ergo, saluo semper meliori iudicio, eum qui per spatium duarum horarum, in diebus festiuis seruilia exerceret, ratione paruitatis materiæ, excusarem à peccato mortali. Nam paruitas materiæ, excusans è mortali, non absolutè, & secundùm se, sed respectiuè ad totam materiam præceptam, spectanda est, vt notat Sanchez *in sum. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 18. At spatium duarum horarum, licèt consideratum secundùm se, videatur tempus notabile, & magnum, non ita tamen videtur, respectiuè, & in ordine ad totam materiam præceptam vnius diei. Ergo, qui per duas horas laboraret, ratione paruitatis materiæ non peccabit.

Et post hæc scripta inueni etiam Filliuc. *in suis quæst. mor.* 2. *tract.* 27. *cap.* 11. *num.* 205. docere hanc sententiam.

RESOL. XVII.

An in diebus festiuis detur paruitas materiæ in ordine ad opera seruilia?

Et an vendere calceos, vel alia huiusmodi diebus festiuis sit materia grauis ad peccatum?

Et quid est dicendum, si res vendita esset magni momenti, & venditio aliqua solennitate celebretur, etiam si breui tempore fiat, an sit hoc peccatum mortale: quod à fortiori militat in quolibet actu iudicij? Ex part. 5. tract. 5. Resol. 6.

§. 1. Respondeo affirmatiuè, & ad hoc dubium respondet Marchantius *in qq. pastora. c.* 3. *q.* 2. vbi sic ait. Quæres quantum temporis requiratur vt quis dicatur notabili tempore in die festo, opus seruile exercuisse? Respondeo, alij dicunt, quatuor horas, alij verò duas. Ego vt minimum requirerem tres ad peccatum mortale, quia censeri debet pars notabilis diei: vnde aliqui tertiam, vel quartam diei partem requirunt. Ita ille. Sed ego alibi cum multis Doctoribus decreui hoc tempus non esse extendendum vltra duas horas. Imò Castrus Palaus *tom.* 1 *tract.* 9. *disp.* 2. *punct.* 3. *n.* 4. putat si duabus horis labori incumbatur, materiam esse grauem, & peccatum mortale committi. Sed si dictum spatium non excedas, puto, vt dixi, non esse materiam grauem. Vnde Ioannes Henriquez *in comp. cas. moral. c.* 7. *num.* 4. sic ait. [Trabajar dos horas en dia de fiesta es pecado venial por ser poco el tiempo, però si passasse dos horas, sera pecado mortal.] Sic ille. Alij verò Doctores de hac materia disserentes, sunt Suarez *de Relig. tom.* 1. *lib.* 2. *de festis, c.* 31. *n.* 2. Sanchez *in sum. tom.* 1 *lib.* 1 *c.* 4 *dub.* 30. *numer.* 4. Azorius *lib.* 1. *tom.* 2. *capit.* 28. *quæst.* 5. Fagundez *pr.* 1 *lib.* 1. *c.* 14. *n.* 2. & alij penes ipsos.

Alibi supra in Ref. 15. §. vlt. & in Ref. 16. §. Quænam.

2. Non desinam tamen hîc adnotare, quòd in operibus forensibus, & iudicialibus, quæ sunt speciali iure prohibita, materia grauis sumenda est non ex quantitate temporis insumpti, sed ex qualitate operis. nam si res vendita esset magni momenti, & venditio solemnitate aliqua celebraretur, etiamsi breui tempore fieret, esset mortale, quod à fortiori militat in quolibet actu iudicij; siquidem negari non potest habere de se grauem deformitatem, quòd iudex afficiat actum irritum & nullum. Si verò venditio minoris esset momenti, vt vendere calceos, vel alia huiusmodi, iam consuetudo obtinuit non esse graue peccatum, & sæpè nullum, ob necessitatem vendentium, & ementium, neque enim iustum erat, vt vendentes merces denegarent agricolis, & aliis die feriato concurrentibus. quia ex tali denegatione graue damnum paterentur. & ita docet Castrus Palaus *vbi suprà, n.* 5.

Sup. hoc actu iudicij, magis late infra in Ref. 21. §. 1. & 2. & cursim in alio §. eius not.

RESOL. XVIII.

An piscatio, aucupatio, & venatio sint licita in diebus festis.

Et an iter agere sit opus seruile siue pedibus, siue equo fiat?

Et an ex consuetudine viatores excusentur à peccato.

Et notatur, quod non sunt opera seruilia quædam agitationes corporis, quæ in saltationibus, choreis & tripudiis consistunt, vnde talia opera sunt licitâ in diebus festis non ratione consuetudinis, sed quia per se opera liberalia sunt. Ex p. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 212.

§. 1. Prima sententia docet talia opera esse liberalia, si ob recreationem in diebus festiuis fiunt, esse verò seruilia, si ob lucrum, & quæstum. Ita docet Angelus, Syluester, Rosolla, Tabiena, Armilla; & Pisanella; quos refert Azorius *part.* 2. *lib.* 1. *c.* 27. *quæst.* 7. & ideo *in c. licet, de feriis*, ex dispensatione conceditur piscatio diebus festis.

2. Secunda sententia asserit per se venationem, & piscationem esse opus seruile; sunt enim actiones ad vsum corporis, & ipsius vtilitatem pertinentes. Ita Suarez *de Religione tom.* 1. *lib.* 2. *de festis, cap.* 28. *num.* 3. Fagundez *de præcept. Eccles. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 16. verùm ratione consuetudinis putat Suarez *num.* 5. Fagundez *num.* 17. licere venari; negant tamen de piscatione adesse talem consuetudinem, nisi ob vrgentem, & specialem necessitatem ac proinde licita non est, iuxta *dict. cap. licet* Verùm, his non obstantibus, ex neotericis Iacobus Granado *in* 2. 2. *D. Thomæ contrat.* 3. *tract.* 12. *disput.* 4. *sect.* 7. *num.* 65. ex Nauarro, Medina, & Lopez docet, venationem ferarum non esse opus seruile, & prohibitum in die festo; licèt fiat propter lucrum; & illam solam piscationem esse opus seruile, quæ fit deferendo retia, remigando, & similem laborem exercendo: Sed Filliucius *tom.* 2. *tract.* 27. *cap.* 9. *num.* 172. & 173. & in hoc dubio distinguit, & asserit, venationem, & piscationem ob recreationem, quæ in industria posita sit, volucrum, & similium accedit ad opus liberum, & non est prohibita in die festo; secus autem dicendum est de venatione, & piscatione ex officio, & quæ tota posita sit in corporis defatigatione.

3. Notandum est etiam hîc obiter Caietanum *in* 2. 2. *quæst.* 122. *art.* 4. Sotum *de iustitia lib.* 2. *quæst.* 4. *art.* 4. §. *Tertium genus*, & alios docere, quòd iter agere sit opus seruile; consuetudine tamen excusari viatores: sed non esse opus seruile, siue pedibus, siue equo fiat, tradit Angelus *ver. feria num.* 15. Rosella *num.* 26. Azorius *part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 27. *quæst.* 8. Suarez *de Relig. tom.* 1. *lib.* 2. *de festis, cap.* 27. *num.* 2. & alij communiter; quia iter agere est de se actio naturalis consistens in quadam corporis situatione, atque exercitatione, & ideo opus liberale, non seruile est; tunc neque erunt opera seruilia quædam agitationes corporis, quæ in salutationibus, choreis, & tripudiis consistunt; vnde talia opera sunt licita in diebus festis, non ratione consuetudinis, sed quia per se opera liberalia sunt.

RESOL. XIX.

An Magistri artis digladiatoriæ, vulgo dicti Schemidori,

Schemidori, possint illam docere in diebus festiuis? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Res. 230.

§. 1. NEgatiua sententia potest suaderi, quia talis actio videtur merè corporalis, laboriosa, & circa effectus corporis omninò existens. Item est vsus artis mechanicæ: ergo tanquam opus seruile erit in diebus festiuis prohibitus: & ideò Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 2. de festis, cap. 28. num.* 8. asseruit, censeri artifices mechanici, qui docent vsum armorum: & ita etiam tenent Fagundez, & Palaus *vbi infrà*, absolutè & per se loquendo, quibus etiam adde Filliucium *tom. 2. tract. 27. cap. 9. num.* 175.

2. Verùm contrariam sententiam tuetur Iacobus Granado *in 2. 2. D. Thomæ controuers. 3. tract. 12. disp. 4. sect. 7. num. 67.* vbi tenet, docere exercitium, & vsum armorum, non minus liberale esse, quàm docere saltationem, aut pulsationem citharæ, quod non est mechanicum: & ita, ait ille, hæc omnia in die festo licent. Adde, quòd Fagundez *part. 1. lib. 1. cap. 11. num.* 2. & Castrus Palaus *tom. 2. disp. 2. de obseruatione festorum, punct. 5. num.* 11. obseruant, quòd iam consuetudine receptum est iuuenes diebus Dominicis, & festiuis artem digladiatoriam discere: quia esto discatur vsu, & exercitio operis seruilis ob necessitatem Reipublicæ, cui maximè conuenit iuuenes exercitatos in prælio habere: permittitur videntibus, & consentientibus Prælatis. Sed ego absolutè sentio cum Granado, dictam artem non esse mechanicam, ac proinde illam docere absolutè, & per se in diebus festiuis licitam esse, etiam consuetudine seclusa, quòd etiam confirmatur ex auctoritate Doctorum asserentium, bellum ex se non esse opus seruile: vnde docent, vt visum est *in superiori resolutione*, præliationem, etiam extra necessitatem, esse licitam in diebus festiuis.

Quæ hic est infra in tr. 7. Res. 42.

RESOL. XX.

An Typographiam, & picturam in diebus festiuis exercere sit licitum?

Et notatur Sartores in diebus festiuis conficientes vestes pro aliquo funere, &c. & Tonsores tondentes, & domicellas consuentes, vel alio modo laborantes non peccare,

Et an iuramenta iudicialia sint prohibita in die festo? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Res. 62.

Sup. hoc pro Typographis in tom. 4. tr. 6. Res. 13. §. vlt.

§. 1. HIc casus est curiosus, & nouus, & de illo à Typographis nostrorum librorum olim interrogatus fui; & tunc affirmatiuam sententiam tenui, licèt illam consulere non fuerim ausus, nullum enim pro me Doctorem habebam; nunc verò illam inuenio docere Homobonum de Bonis *in consultat. cas. conscient. vol. 1. part. 2. respons.* 34. & Paulum Layman *in Theol. moral. lib. 4. tract. 7. cap. 1. num.* 3. vbi sic ait. Existimo Pictores damnari non posse si postquam rei diuinæ satisfecerunt, artem suam sine scandalo exerceant. Idemque iudicium esto de Typographis characteres ordinantibus; ipsa verò librorum impressio seruile opus est. Ita ille, & ego. Nec enim prædicta opera seruilia fiunt illicita, quòd ob lucrum & mercedem exerceantur, nam hoc per accidens se habet.

Sup. hoc. supra in Res. 14. § vlt. in principio

Sup. hoc magis late in Res. seq. §. Quoad

2. Notandum est etiam hic obiter primò, Homobonum *vbi suprà respons.* 36. excusare tonsores tondentes in diebus festis ex occasione cessantis lucri, quoniam aliis diebus ob laborum occupationes tondendi non accedunt, nec potest Episcopus prohibere alioqui in festo licita causa necessitatis, vt pietatis. Ita ille.

3. Nota etiam secundò Layman *loco citato num.* 6. probabile esse existimat cum Caietano *in 2. 2. quæst. 122. art.* 4 iuramenta in die festo prohibita non esse nisi iudicialia.

Sup. contento in hoc §. in Res. seq. § 1 & 2. & pro parte in tom. 1. tr. 7. Res. 54. §. 1. in fine.

4. Nota tertiò cum eodem Layman *cap. 7. num.* 2. sartores non peccare, si in diebus festis conficiant vestes, vel alia pro aliquo funere, & interdum excusantur cùm post medium noctis festo die laborare coguntur vt vestes promissas perficiant.

5. Nota quartò excusari à peccato puellas & domicellas in festo suentes, vel alio modo laborantes, si ad fugandum otium hoc faciunt, & ne ad domus fenestras se conspiciendas exhibeant. Ita Homobonus *loc. cit. respons.* 35. & Syluester *ver. Dominica, quæst.* 5. *dicto* 3. licèt Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 1. c. 26. n.* 4. & Comitolus *in resp. lib. 4. q.* 37. contrarium asserant.

Sup. hoc supra in Res. 14. §. vlt. ante medium, & in Res. 15. Notandum est etiam hic obiter.

RESOL. XXI.

Solent Rustici inter se in diebus festiuis, vel cum Dominis celebrare contractus, quæritur, an Notarij, & ipsi contrahentes sine peccato possint hoc facere?

Item quæritur, an vsus tonsorum sit licitus, qui festiuis diebus tondent oues, quæ ad strontinam accedunt?

Et notatur, quod Summus Pontifex indulsit in die festo piscationem halecum, quæ vno anni tempore transire solent.

Et an similiter idem dicendum sit de piscatione aliorum piscium, qui simili modo certo anni tempore concurrunt?

Et an etiam idem dicendum erit de quouis alio lucro transitorio, quomodolibet repentè occurrente? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1 Res. 34.

§. 1. QVoad primum respondetur, discrepare inter se Doctores, an iuramentum extraiudiciale sit die festo licitum, vel prohibitum. Nam affirmatiuè respondet Abb. *in c. 1. de feriis, num....* §....& clariùs *cap. vlt. num.* 18. cum Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 2. c. 30. num.* 17. & Molfesio *in sum. tom. 1. tract. 11. c. 17. num.* 51. & ita habet consuetudo, vt non fiant contractus in diebus festis, nisi de licentia Episcopi. Nihilominus Caiet. *in 2. 2. quæst. 122. art* 4. ait, prohibitionem *cap. 1. de feriis*, intelligendam esse de iuramento solemniter in iudicio præstando. Et probari potest, tum quia textus iuxta subiectam materiam, videtur loqui de iudicialibus actionibus, tum quia aliàs omne iuramentum ex eo solùm, quòd in festo fiat, esset speciale peccatum: hoc autem est absurdum. Ergo.

Sup. hoc contento in hoc §. in Res. præterita §. Nota etiam. & pro vna parte in alio §. eius annot. & pro alia parte supra in Res. 17. §. vlt. cursim a dmedium, vers. actu iudicij.

2. Vnde secundùm hanc opinionem Caietani, si absit scandalum, non peccant Notarij, qui in diebus festis celebrant rusticorum contractus; & hanc sententiam Caietani probabilem putat nouissimè Layman *in Theol. moral. lib. 4. tract. 7. cap. 2. num.* 8. sicut & ego etiam puto; Rodriquez *tom. 1. cap. 122. num.* 3. & Philiarch. *tom. punct. 2. lib. 3. cap.* 13. illos à peccato excusant ratione necessitatis, nam rustici in profestis non adsunt in Ciuitate; & ob similem causam, ait Suarez *vbi suprà, n.* 25 in paruis oppidis solent iudicia litigantium in festis permitti, quia in profestis non adsunt rusticani, & agrorum cultores.

3. Quoad secundum de tonsoribus dico, ratione paruitatis materiæ, non peccare si barbam vnius, vel alterius radant, vt notat Graffius *dec. aur. part. 1. lib. 2. cap. 23. n.* 17. Nauar. *cap. 13. n.* 9. Vega *tom. 1. cap.*

Sup. hoc in Res. præterita §. Notandum est.

114.

114. *cas.* 2. Rodriquez *tom.* 1. *cap.* 121. *num* 4. Sayrus *vbi infrà*, *n.* 9. Molfesius *vbi supra*, *n.* 68. & Azorius *lib.* 1. *cap.* 28. *quæst.* 5. *tom.* 2. Sed si omnes radant ratione consuetudinis, si adsit, etiam à peccato excusantur. Nam cùm prohibita in die festo sint humano iure introducta, nihil obstat, ea tolli per contrariam consuetudinem toleratam à Prælatis, vt notat Sotus, & Caietanus, apud Regin. *vbi infrà*, *num.* 52. & alij apud Sayr. *in Claui Regia*, *lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 11. Sed non reticebo, Fernandez *in suo exam. theol. p.* 1. *c.* 7. §. 1. *n.* 6. alia ratione illos excusare, ait enim [Vsus tonsorum. qui festis diebus tondent omnes, iuxta consuetudinem scitam à Prælatis, excusatur, quamquam ex alio capite id licere mihi persuadeam; nimirum, ex occasione cessantis lucri, quoniam aliis diebus propter laborum occupationes, tondendi non accedunt. Cuius rationis quamquam nullus Doctorum, quem sciam meminit, tamen deducitur *ex cap. licet, de feriis.* Hæc Fernandez. Pro qua ratione intelligenda, notandum est, quòd *in cap. licèt. de feriis*, Summ. Pontifex indulsit in die festo piscationem halecum, quæ vno anni tempore transire solent, parique ratione, idem esse dicendum de piscatione aliorum piscium, qui similiter certo anni tempore occurrunt. Sed Fernandez *vbi suprà*, cum Angelo *num.* 34. & Caietan. *in ver. festos dies*, *cap.* 1. Idem quoque dicendum esse existimant de quouis alio lucro transitorio, quomodolibet repentè occurrente, tanquam, inquit Caietanus, eiusmodi lucrum cessans damnum reputetur. Ex qua opinione sequeretur, non solùm apropter necessitatem vitandi damnum, sed etiam pro acquirendo aliquo vtili, & lucro, quod alio tempore equiri non posset, licitum esse vti facultate in illo *cap. licet*, & facere opera seruila in diebus festis. An hæc opinio sit probabilis, tu lector iudica, sed scias illam reprobare Reginald. *tom.* 2. *lib.* 19. *cap.* 3. *n.* 51. cum Suarez *de Relig. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 33. *n.* 9. Nam in eo tantùm lucro, quod solet vno anni tempore euenire, cernitur rationis paritas, cum eo, de quo sermo est *in cap. licet.*, memorato. In eo enim sermo est tantùm de transitorio lucro, quod solummodò occurrit vno anni tempore, quæ circunstantia, cùm non inueniatur in omni lucro transitorio, fit, vt à Sum. Pontifice data dispensatio *in illo, c. licet*, non habeat ob rationis identitatem locum in omni lucro transitorio: vnde dispensatio illius textus non est extendenda ad priuatam vtilitatem priuatæ personæ, sed ad vtilitatem publicam, quam Pontifex in illo textu cõsiderauit, vt notat Andreas. Barb *in scholio ad Abbatem.* Sed ego opinionem Caietani, Fernandez & aliorum *vbi suprà*, tunc amplectendam esse iudico, quando vtilitas, & lucrum transitorium, quod cessat, tãti sit momẽti, vt prudẽtis arbitrio æstimari possit eius amissio, non mediocre nocumẽtum.

RESOL. XXII.

An Notarij, Commissarij, & alij Officiales Curiæ possint in diebus festiuis acta transcribere?

Idem quæritur de illis, qui sermones Prædicatorum & allegationes Doctorum, vt vulgo dicitur, pro mercede capiant. Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. Res. 35.

§. 1. NEgatiuè respondet Fernandez *in suo exam. Theol. p.* 1. *cap.* 7. §. 1. *num.* 10. Syluius *in* 2. 2. *D. Thom. quæst.* 122. *art.* 1. Toletus *lib.* 4. *cap.* 24. *num.* 11. Rosella *ver. feria*, §. 12. Angel. *eodem ver.* §. 3. Nauarr. *in manuali cap.* 13. *n.* 14. Tabien. *ver. feriæ. num.* 40. D. Anton. *p.* 2. *tit.* 9. *a.* 7. §. *quantum*, & in terminis docet hanc sententiam Vega in *in sum. tom.* 1. *cap.* 114. *cas.* 3. Ant. de Litteratis *in sum. p.* 2. *c.* 17. *num.* 21. Comitolus *in resp. moral. lib.* 4. *q.* 58. *n.* 3. Caiet. *in* 2. 2. *q.* 122. *art.* 4. §. *ad* 2. & Reginal. *tom.* 1. *lib.* 19. *cap.* 3. *num.* 40. *in fin.* cum Azor. *p.* 3. *lib.* 1. *c.* 22. *q.* 5. Ratio est, quia sic transcribere chartas ex officio, & mercede pacta, est opus seruile, non quidem ratione lucri, sed ratione operis, & officij simul; latum est enim discrimen inter scribere, & transcribere pro officio, & mercede pacta. nam scribere simpliciter est opus honestum, & liberale, ingenuorúmque hominum: transcribere verò pro officio, & mercede pacta, est mechanicus, & purè corporalis labor, nec est opus mentis, neque artis liberalis, quia solùm est ita pingere characteres, sicut in originali leguntur. Et confirmatur, quia imprimere librum, mechanicum non est sine vlla dubitatione, & tamẽ est genus quoddã transcriptionis.

2. At ego, dictos Notarios, & alios sic transcribentes, peccati mortalis non condemnarem, cum Sayro *in Claui Regia lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 15. Franc. Galleti *in Margarita casuum conf. ver. festa*, Molfes. *in sum. tom.* 1. *tract.* 11. *cap.* 17. *num.* 42. Medina *lib.* 1. *cap.* 14. §. 8. Lopes. *in instructor. p.* 1. *c.* 52. & nouissimè Suarez *de Relig. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 25. *n.* 4. vbi doctè, vt semper solet, probat: transcribere non esse opus seruile, etiam si fiat non gratia addiscendi, sed sine proprio profectu. nam talis actio de se mentalis, & spiritualis est, & per accidens ad illam est, quòd hac vel illi intentione fiat ab operante. Ergo inde non efficitur seruilis ex officio, vel lucro, seu mercede. ergo nullo modo est seruilis. Ex quibus patet responsio ad argumenta. in contrarium posita. Cæteras rationes vide apud ipsum *loc. cit.* Hoc etiam docet Emanuel Sà *ver. festum*, & Rodriquez *in sum. tom.* 3. *cap.* 168. *num.* 3. & nouissimè Layman *Theol. mor. lib.* 4. *tract.* 7. *c.* 2. *n.* 3.

RESOL. XXIII.

An propter pietatem licita sint opera seruilia in diebus festis? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Res. 177.

§. 1. NEgatiuè respondet Caietanus *in* 2. 2. *quæst.* 122. *art.* 4. Sotus *de iust. lib.* 2. *q.* 4. *art.* 4. *ad* 3. Lopez. *in instruct. part.* 1. *cap.* 52. Nauarr. *in manuali*, *cap.* 13. *n.* 4. 10. *&* 11. & alij communiter, quia non est prætermittendum opus Religionis, qualis est festorum obseruatio, propter pietatem extra articulum necessitatis. (Sup. hoc supra in Res. 15. An qui, & cursum illum §. 4. & infra in Res. seq. §. vlt.)

2. Non desinam tamen hîc adnotare, contrariam sententiam docere Palatium *in summa*, Caiet. *ver. festum*, Alcoçer *in summa cap.* 17. Tabienam *ver. Feria*, *num.* 18 37. *&* 41. Perez *lib.* 1. *tit.* 1. *l.* 5. *fol.* 41. *&* 42. quia *in cap. conquestus de ferijs*, causa pietatis permittuntur iudicialia in diebus festis; ergo & permitti debent seruilia, & hanc sententiam probabilem putat Sanchez *in opusc. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. *dub.* 32. *n.* 3. nam negatiuam sententiam quam ipse tenet, vocat tantùm probabiliorem, & cum aliqua modificatione hanc sententiam tenet Villalobos *in manuali Confessariorum*, *cap.* 22. *n.* 80. vbi sic ait. [Las obras seruiles que se pueden hazer secretamente como coser son licitas en fiestas. quando se haçen por limosna mas no otras cosas mayores como edificar, que en tal caso se ha de pedir licentia al Obispo.] Ita ille, vide etiam Michaëlem de Palacio *l.* 2. *de contractibus. c.* 10. § *forsitan quæritur.* vbi ex glossa in nostro casu docet, quòd pietas & necessitas non subduntur legi; sed mihi prima opinio magis placet, quam sequitur Fagundez *de præcept. Eccles. præcept.* 1. *lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 2. & alij communiter

RESOL. XXIV.

An sit licitum in diebus festiuis computare cum operarys eorum mercedem, & soluere?
Et an ex pietate laborant in gratiam Templi, & loci pij in diebus festis, excusentur à peccato? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 83.

§. 1. CAsus passim accidit, & ad illum Marchant. *in resol. Pastoral. ad Decal. p. 1. c. 3. quæst.* 5. sic respondet. Quæro quintò, quid dicendum de illis, qui varios sub se habēt operarios mercede conductos, & diebus festis, vel Domini eis eos ad computandum conuocant, & promeritam mercedem soluunt? sic frequenter videmus practicari per illos, qui multos habent operarios in fodinis, in officinis ferrariis, in lapidicinis, in syluis cædendis, & similibus. Respondeo tales se solent excusare, dicentes, id fieri in gratiam operariorum, qui alio die cogerentur perdere diurnum laborem ad familiam alendam necessarium; quod si verum, est, iam id ad pietatem tamquam ad causam excubantem referri poterit. Puto tamen magis consuetudiue id introductum quibusdam locis. nam qui magis pij, & timorati sunt, diem sabbati eis designant, in quo certò mercedem post computum recepturi compareant. Ita Marchantius.

2. Sed ego non video qua ratione talis computatio seruile opus possit computari, & per consequens prohibitum in diebus festiuis. nam hæc actio, vel efficitur voce vel scriptura, vel recognoscendo ea, quæ rustici vocant *Tagli.* sed, vt patet, hæc omnia seruilia opera non sunt. ergo. neque tempus numerationis pecuniæ, quæ illis pro mercede præbetur, dato quòd esset opus seruile, attingit vt plurimum tempus necessarium pro fractione præcepti. ergo. Adde quòd per consuetudinem introductam talis actio, etiamsi opus seruile esset, excusari posset.

Sup. hoc in Ref. præterita, & in alijs eius not.

3. Notandum est etiam hic obiter dictum Marchantium *vbi supra quæst.* 2. docere posse aliquem ex pietate laborare in diebus festiuis pro aliquo loco pio, sic enim ait. Excusantur etiam qui ex pietate laborant in gratiam Templi, vel loci pij, maximè ex consensu Parochorum. Ita ille. Neque hæc vltima verba destruunt priora, vt quidam parum sciens his diebus mihi asserebat. nam dictio, *maximè*, habet vim augmentandi, & non minuendi, & includit casum magis dubitabilem, & implicat idem esse in casu contrario, vt patet *in l. 1. §. vel maximè, ff. de excusat. tut.* & notat Couarr. *lib. 2. variar c. 7. n. 5.* Sed de hac opinione Marchantij alibi ego pertractaui.

Alibi in Ref. not. præteritæ.

RESOL. XXV.

An repræsentationes sacræ possint fieri in Ecclesiis. Et notatur aliquos Episcopos prohibuisse dictas repræsentationes nullibi fieri posse absque eorum expressa licentia. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 184.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Angelus *ver. ludus, n. 2.* vbi sic ait. Demonstrationes quæ fiunt ad honorem Dei, puta Passionis Christi, & vitæ alicuius Sancti, non sunt prohibita in Ecclesiis fieri. Ita ille, & ante illum Tabiena *eodem ver. quæst.* 4. & Syluester *quæst. 2. dicto* 3. & nouissimè Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 1. cap. 8. dub. 24. num.* 23.

2. Non desinam tamen hic adnotare, Bartholomæum Gauantum *in Enchir. Episc. ver. repræsentationes sacræ, num.* 1. contrariam sententiam docere, & citat Barbosam *de potestate Episcopi part.* 2. *allegat.* 24. *num.* 25. & obseruat quòd Sanctus Carolus Borromæus *in consil. primo Prouinciali* prohibuit vt Passio Saluatoris nullibi agatur. Vnde Thomas Zerola *in praxi Episcoporum part. 1. verbo repræsentationes*, obseruat optimè aliquos Epicopos prohibuisse dictas recitationes nullibi fieri posse absque eorum expressa licentia.

RESOL. XXVI.

Pluries à nonnullis Confessarijs quæsitus fui, an Comadijs interesse tam quo ad Clericos, quam quoad sæculares cessante scandalo, sit peccatum mortale?
Idem est dicendum de illis, qui legunt libros, in quibus res turpes, & facinora repræsentantur, Ex. p. 2. tr. 17. & Misc. & Ref. 35.

§. 1. REspondi rem esse periculosam, & peccatum lethale existimauit Comitolus *in resp. moral lib. q.* 22.

Sup. hoc in Ref. seq. in principio, & lege aliam Ref. eius secundæ not. quamuis sit diuersa quæstio.

2. Tamen si audiantur ob solam vanam curiositatem, absque periculo probabili lapsus, etiamsi res turpes repræsententur, & modus repræsentandi sit turpis, ego puto non esse peccatum mortale. Ita Bonacina, & Squillante *vbi infrà*, Sanchez *de matrim. lib. 9. disp. 47. num.* 41. Alphonsus de Mendoza *quæst. 9. positiua. num. 11. fol. mihi* 60. Rodriquez *in in summ. tom. 3. cap. 71. num.* 1. Ioan. Salas *in p. 2. tom. 1. tr. 13. disp. 6. sect. 24. num.* 165. Lorca *in p. 2. tom. 1. disp. 28. de peccatis, membr. 3. § ex dictis, in fine*, vbi ait. Excusari possunt, qui audiunt comœdias, vel legunt libros, in quibus res turpes, & facinora repræsentatur. Si enim, delectatio sistat in repræsentatione ipsa, & non procedat ad rem repræsentatam, & absit periculum consensus in actus ipsos non est peccatum mortale. Sic ille, & Azorus *part. 3. lib. 5. cap. 27. quæst.* 7.

3. Quæ quidem opinio non solum tenenda est. quoad sæculares, sed etiam quoad Clericos; non enim peccant mortaliter cessante scandalo, quod puto modò non esse, quia frequentissimum est Clericos comœdiis interesse; neque ob id sæculares ad peccatum mouentur; nam eodem modo audirent comœdias, licèt Clerici abessent, & cum eodem detrimento, si quod patiuntur. Nec obstat prohibitio *cap. clerici 2. de vita & honest. Clericorum* quia secundùm Innocentium *in d. cap.* est tantùm de honestate: vel. quod verius credo cum Caiet. *in summa, ver. Clericorum peccata*, ille textus non oligat sub mortali, cessante scandalo, & contemptu. Deinde contraria consuetudine videtur abrogatus. Et sic hanc opinionem sequuntur Sanchez, Rodriquez, & Salas *vbi suprà*, & nouissimè Paulus Squillante *de obligat. Cler. part. 2. n.* 45. Martinus Bonacina *de matr. quæst. 4. punct. 9. n.* 22. & alij.

RESOL. XXVII.

An audientes comœdias peccent saltem mortaliter, quia ex eorum stipendijs aluntur histriones, qui peccant, (vt suppono,) lasciuas comœdias repræsentando? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 81.

§. 1. IAm probabiliter firmaui *in part. 2. tract. 17. resol.* 35. cum multis Doctoribus, spectatores etiam Clerici comœdiarum turpium si intersunt ob solam curiositatem, vel ne habeantur inurbani, solùm peccare venialiter, & ita, me citato, tenet nouissimè Barbosa *de iure Ecclesl. l. 1. c. 40. n. 59. & 60.* Sed difficultas est, an peccēt mortaliter ex alio capite, videacet soluendo

Quæ hic est Ref. antecedens

Sup. hoc in Ref. seq.

soluendo mercedem positiuè sunt causa vt histriones viuant in statu peccati mortalis, vt potè multorum criminum occasio, & affirmatiuam sententiam docet nouissimè Hieronymus Florentinus *in sua Comœdiocrisi concl.* 7. per totam, cui adde Hurtadum de Mendoza *vol.* 2. *de Spe*, *& charitate disp.* 173. *sect.* 28. §. 367. vbi probat peccare mortaliter eos omnes, qui pecuniam dant histrionibus pro pretio audiendi comœdias, quia qui dat pecuniam histrionibus, illos alit, & conseruat in statu peccati mortalis, in quo multis sunt scandalo, ergo peccant mortaliter; quis illis dant pecuniam, Respondebis nullum in singulari esse causam, vt histrio alatur, quia quamuis ego comœdiam non audiam, illam audient alij. Contra hoc probaret non committi hoc peccatum auditis vna, aut altera comœdia; at verò qui plures audiunt, non possunt hoc excusari, quia multis comœdiis repetitis accipit comœdus quantitatem pecuniæ sufficientem ad custodiendam materiam grauem; & quidem singulorum pecuniæ per se grauiter concurrunt ad histrionem alendum ad eius opulentiam, & luxuriam, sine quibus ille non ageret histrionem. ergo nullus potest dicere suam pecuniam non esse causam per se vt histrio perseueraret in officio. Deinde possunt considerari duo genera spectatorum. Primum est eorum, qui confluunt in theatrum primi, alterum qui postremi. Primi omnes mortaliter peccant audita etiam vna comœdia tantùm, quia ipsi sunt motiuum vt hic, & nunc fabula agatur. Comœdus enim sine sufficienti auditorio non aget fabulam, hoc autem sufficiens auditorium conflant primi, quando enim sunt satis multi, propter illos solos agetur fabula, quamuis nullus adsit alius. ergo omnes illi, qui sunt causa per se illius actionis, peccant mortaliter. Tandem probo singulos peccare etiamsi postremi adueniant, quia histrio conspicatus auditorium integrum illo mouetur ad agendam fabulam hic & nunc, quam vult agere propter omnes illos, qui pecuniam soluerunt pro illa audienda, quia omnes illi collectiuè accepti, sunt obiectum adæquatum illius actionis, quæ tunc propter omnes exercetur: diuisiuè autem accepti sunt omnes illi obiectum partiale illius actionis, & non obiectum per accidens, sed per se; singulorum enim pecuniam per se amat comœdus, itat vt fabulam sit acturus, ne vel semiargentum teneatur restituere. Imò ipse moram trahit in comœdia incipienda, quia vult aliorum, quos sperat aduentaturos, pecuniam, propter quam vult etiam agere comœdiam. Itaque viso integro auditorio vult propter integram illius pecuniam fabulam agere, cuius voluntatis obiectum formale est pecunia integri auditorij: & quamuis eam esset acturus coram concione minus frequenti, tamen illam ageret per illam voluntatem: ea autem voluntas per quã hic & nunc eam agit, pendet per se ab hac integra concione. Item singulorum pecunia per se iuuat ad sumptus histrionicos. ergo, &c. & hæc omnia docet Hurtadus *vbi suprà* ex quibus patet omnes spectatores comœdiarũ nostri tẽporis peccare mortaliter, quia ex eorum stipendiis aluntur tam pessimi homines, vt sunt comœdi.

2. Non desinam tamen hic adnotare negatiuam sententiam ex parte docere Nicolaum Baldellum *in disp. Theolog. tom.* 1. *lib.* 3. *disp.* 18. *num.* 11. vbi sic ait. Puto vniuersaliter peccare mortaliter omnes illos, qui scientes turpitudinem, & obscœnitatem comœdiæ primi ad illam confluunt, quia tenera per ipsos est vt comœdia detur. Postquam verò sufficiens numerus iam confluxit, & externo peccato histrionum iam est data sufficiens causa, non videtur ex hoc capite damnandus, si quis alius accedat, quia non amplius eos fouet in peccato, neque eorum peccato peccato dat causam, cum hoc vtrumque sufficienter sit præstitum iam ab aliis. Ita Baldell. & ante illum Turrian. *in summ. p.* 1. *c.* 18. *dub.* 8.

RESOL. XXVIII.

An audientes comœdias obscœnas, si non peccent mortaliter ratione periculi, peccẽt tamẽ peccato scandali, quatenus sua præsentia, & pecunia excitant hystriones ad recitandum?

Et notatur nullum posse absque peccato scandali alios inuitare ad comœdias vel amatorias, vel quibus inhonesta chorea, & cantilena inseruntur. &c. Ex p. 11. tr. 5. & Mis. 9. Res. 52.

§. 1. ALibi pro parte affirmatiua adduxi P. Baldellum, & P. Hurtadum, quibus nunc addo me citato Franciscum Bricchium *in promptuario Confessariorum part.* 2. *cap.* 20. Sed per litteras à multis rogatus fui, cum casus quotidie accidat, vt si Auctores contrarium sentientes haberem, palam facecerem: libenter itaque eis assentior. Ideo primò adducam contra supradictos duos alios commilitones ex eadem Societate Iesu, sic itaque asserit P. Bardi *in Select. l.* 9. *q.* 2. *sect.* 15. *n.* 5. Spectatores possunt dupliciter se gerere in hac re. Primò possunt se habere antecedenter, in quantum conueniunt cum Histrionibus, eisque promittunt accedere ad Comœdias, eisque proportionatam soluere mercedem, & hoc vt ipsi Histriones securitatem aliquam de lucro habentes alliciantur ad Comœdias recitandas, aliàs non recitaturi; & hos spectatores indubitatum est peccare mortaliter fouentes animum Histrionum ad repræsentendas illas turpes actiones, & ad loquendum verba turpia inducentia ad amorem inhonestum. Secundò, possunt spectatores se habere concomitanter, seu subsequenter, quatenus iam inueniunt Histriones paratos ad recitandum, ita vt etiamsi spectatores huius secundi generis non adessent, adhuc recitarentur Comœdiæ, & hi possunt excusari à peccato, quia non habent influxum in recitationem illam? cæterum hoc speculatiuè videtur certum; practicè tamen res est valdè periculosa, quoniam multitudo confluẽtium esse potest motiuum excitans Histriones; vel ad perseuerandum in eodẽ loco ob maius lucrum, quod reportãt vel recedẽtes ad iterum redeundum ad eumdẽ locum, in quo experti sunt placere recitationes istas, & ipsos lucrari. Ita Bardi. (Alibi signanter in Re. præterita, ad lin. 6. & vers. Sed difficultas.)

2. Sed magis amplè, & benignè tractat difficultatem P. Ferrantinus *de Scandalo disput.* 1. *quæst.* 64. *num.* 36. *cum seq.* vbi sic asserit: Hurtadus existimat peccare scandalo graui eos omnes, qui pecuniam dant Histrionibus pro pretio audiendæ Comœdię. Quia inter comœdum, & spectatorem initur pactum, vt fabula pro pecunia agatur. Verùm hæc opinio licet pia, & tutior, videri tamen posset alicui satis scrupulosa, ac rigida: & ideò si fieri potest, curandum est, vt tales pecuniam tribuentes Histrionibus, à peccato mortali excusentur. Dico igitur tertiò, probabile esse quod dantes pecuniam Histrionibus non peccent mortaliter ex hoc capite præcisè; quod initur pactum cum illis. Et probatur, quia verè pactum non initur eodem modo, quo ipsum explicat Hurtadus, sed alio longè diuerso: & ita dicendum est, ne proximus, cum possit præsumi bonus in suo actu, præsumatur malus. Potest autem pactum huiusmodi intelligi, quod fiat ex suppositione, & sub conditione: v. g. ex suppositione, quod acturi sitis fabulam, ad quam determinati estis: seu stante hac conditione, quod fabula peragatur, quam agere intenditis, do vobis pecuniam, vt concedatis mihi locum in aula. Hoc autem

autem pactum non continet peccatum mortale, ficuti cum hospites inuitant transeuntes ex suppositione, quod alibi cœnaturi sint: & sicut aliquis ex vrbanitate inuitat amicum ad cœnandum potius secum in die ieiunij, quàm alibi, ex suppositione, quod iam sit determinatus ad cœnandum, & cœnam alibi inueniet, &c. ergo: Id etiam confirmari potest ex doctrina Sanchez *tom. 1. Decal. cap. 7. num.* 16. Hæc omnia Patet Ferrantinus, *vbi suprà*.

3. Notandum est etiam hîc Primò, Hurtadum etiam docere, nullum posse absque scandali peccato alios inuitare ad Comœdias, vel amatorias, vel quibus in honestæ Choreæ,& cantilenæ inseruntur: cùm spectaculum, illud sit valdè periculosum, nullusque sit quantùm periculi alius subeat. Excipit illos, qui rectè notunt amicum, quem inuitant in nullum adduci periculum: Item eos, qui non rogant amicum, sed illi proponunt, vtrum velit ire ad comædiam, itavt facilè sine rubore, aut alio incommodo possit illam recusare. Sed de hac secunda exceptione habet aliquam difficultatem P. Ferrantinus *num.* 34. & ideo distinguendum putat, vide illum, ego tamen periculosam hanc inuitationem existimo.

RESOL. XXIX.

An Magistratus permittendo recitationem comœdiarum peccent mortaliter? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Res. 82.

§. 1. Affirmatiuè respondet Hurtadus de Mendoza *vol. 2. de spe, & charitate, disput.* 173. *sect.* 19. §. 177. & ratio est, quia, vt docet D. Th. *in 4. dist.* 33. *q.* 2. *art.* 2. malum publicum non potest permitti, nisi vt per illud vitetur aliud, quod sine illo vitari non potest: sed comœdiæ sunt malum publicum, per quod nullum aliud deterius vitatur, sed potiùs multa accrescunt de nouo; ergo comœdiarum permissio est per se illicita. Furta enim, detractiones, rixæ, lasciuiæ, &c. potius ex permissione comœdiarum multiplicantur, quàm vitantur, vt experientia miserabilis demonstrat. recognosce Hurtadum *loco citato*.

2. Verùm his non obstantibus negatiuæ sententiæ adhæret Nicolaus Baldellus *in disp. Theolog. tom. 1. lib. 3. disp.* 18. *num.* 13. vbi ita asserit. Quoad Magistratus & Principes, ad quos spectat prohibere, vel permittere huiusmodi comœdias, primò certum est, quòd peccent mortaliter, si illa fieri mandent, quia non potest aliquis licitè mandare, quod alius non potest licitè exequi. Secundò mortaliter peccant si authoritatem iis præstent, easque approbent, vel aliter histriones in peccato foueant. Tertiò non videntur tamen peccare, si pro aliquo tempore ad vitandam in populo maiorem licentiam histriones, & histrionum spectatores non puniant, quia permissio, quæ solùm fit non puniendo, non autem approbando licita est, si fiat ex causa, etiamsi alioqui sit de re illicita, vt si fiat, v. g. ad vitandum maius malum, & appellatur permissio comparatiua, vel tolerantia; vt notat glos. *in c. omnis, dist.* 3. & illius multa habentur exempla in iure: vt v. g. quòd permittantur comessationes immoderatæ pro Dominica Quinquagesimæ, & diebus sequentibus, *c. denique, dist.* 4. & quod ad euitandam occisionem vxoris permittatur maritus adulterari cum altera, *cap. si quòd verius* 33. *quæst.* 2. & similes. Neque illud quod hoc modo permittitur, potest dici, quòd approbetur, *cap. meretrices* 32. *qu.* 4. cùm aliud sit non punire, & aliud approbare. Huc vsque Baldellus, qui pro hac sententia citat Nauarrum *consil. 3. de Iudæis num. 2. lib. 5.*

RESOL. XXX.

An aliquando quis non teneatur salutare inimicum, & possit ei mortem desiderare? Ex. p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Res. 89.

§. 1. Quoad primum, certum est interdum per se esse peccatū non salutare inimicum, sed hac obligatione, ait Hurtadus de Mendoza *de spe & charit. vol. 2. disput.* 155. *sect.* 4. §. 64. soluo primò parentem, aut Prælatum, aut iudicem, qui non in iniuriam, sed in pœnam iustam non salutat inimicum. Secundò soluo eos, qui sine graui incommodo honoris non possent hostem salutare, quia salutatio vergeret in infamiam, hoc tamen est perratum. Tertiò soluo eum, qui infamem accepit iniuriam, cuius æstimatio digna petit austeriorem vultum, atque tristiorem, qualis esset qui appellatus fuisset sodomita, fur, Iudæus, aut quid simile enorme, tunc enim prudenter censetur negatio salutationis oriri non ex odio, sed ex dolore iusto, & ingenti acerbitate, quæ iustè adimit vrbanitatis argumenta omnibus eiusdem conditionis hominibus communia, item esse multis argumento eum parui æstimasse tam acerbam iniuriam. Quartò soluuntur qui ita simulant distractionem, aut oculorum hebetudinem, vt prudenter iudicetur salutationem omissam non ex memoria inimicitiæ, sed ex alio capite. Tandem qui vidit tres, aut quatuor amicos, quos familiariter alloquitur capite tecto, nec salutatos, tunc licèt inimicum non salutet, nec alloquatur, non peccat contra charitatem, quia illa allocutio licèt vni dumtaxat dirigatur, censetur salutatio omnium sociorum tunc concurrentium. Ita Hurtadus. Sup. hoc. in Res. seq.

2. Qui etiam §. 48. notat nos nihil mali desiderare posse inimico, nisi sit aptum vel ad vitanda maiora ipsius mala, vel nostra, quæ alia ratione vitari non possunt. Etenim possum ego desiderare vt Deus illi mortem maturet, nisi sit in frugem meliorem recipiendus, quia id est desiderare ibi bonum. Item si inimicus iniustè est me vexaturus, ego possum desiderare, & orare, vt Deus eum è viuis tollat, si aliter inferenda mala vitari non possunt. Huc vsque Hurtadus; sed hæc in praxi ratione nostræ deprauatæ irascibilis non videntur consulenda. Sup. hoc in tom. 8. tr. 5. ex doctrina Res. 56. & si placet Vide etiam doctrinam alterius Res. eius secundæ not & in tom. 1. tr. 7. Res. 100. §. Non desinam.

RESOL. XXXI.

An quis teneatur alloqui, salutare, resalutare, & familiaritatem cum inimico habere, vel alia signa amicitiæ ei ostendere, si ille hac omnia procuret? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. Res. 62.

1. §. Circa præsentem quæstionem, vide Maldet. *in 2. 2. quæst.* 25. *articl.* 9. Azor. *p. 2. lib. 12. cap. 3. quæst. 5. & seq.* Coninch *de fide, spe, & charitate, disput.* 24. *dub.* 6. *num.* 89. *& seq.* Valent. *tom. 3. disp. 3. q. 3. punct.* 2. Bannez *in 2. 2. q.* 25. *art. 9. dub.* 3. Nauarr. *cap.* 14. *nu.* 15. Layman *in Theol. mor. lib. 2. tr. 3. cap. 4. num.* 2. Syluium *in 2. 2. quæst. 25. art. 9. concl.* 2. Reginald. *tom. 2. lib. 17. cap. 12. sect. 2. num.* 123. *& seq.* Filliuc. *tom. 2. tract.* 28. *c. 1. num.* 19. Fernandez *in exam. Theol. mor. p. 1. c. 3. §. 7. num.* 1. Villalobos *in summ. tom. 2. tract. 3. diffic. 6 nu.* 4. Homobon. *de exam. Eccl. p. 1. tr. 6. cap. 25. quæst.* 114. Molfesium *in summ. tom. 1. tract. 11. cap. 5. num.* 33. Ledesmam *in* Sup. hoc in Res. præterita.

in summ. tom.2. tract. 3. cap.2. concl. 5. Ioan. de la Cruz *in direct. consc. part.1. prac. 1. articul. 3. dub.1.* Tanner. *in 2.2. disput.2. quaest.3. dub.1. numer.12.* & tandem doctissimum Lorca *in 2.2. quaest. 23. artic.6. sect.3. disputat.25. membr.3. num.28.* vbi loquens, praesertim de salutatione, & alloquutione, sic asserit. Haec eodem modo debentur inimico, quo aliis. Videndum ergo erit qualiter hominibus debita sunt. Dicendum est primò, alloquutio, & conuersatio non sunt de generalibus signis dilectionis, quae omnibus hominibus debentur, sed de specialibus: sunt tamen de generalibus inter valdè coniunctos; & ideò non debentur, nisi coniunctis. Secundò, salutatio anticipata nulli debetur, nisi quibusdam personis dignitate praecellentibus honoris causâ. Tertiò, resalutatio, & responsio omnibus hominibus debita est virtute affabilitatis, praesertim conciuibus. Quartò, omissio alloquutionis, & salutationis, etiam quando debita est, non est regulariter peccatum mortale: nam opponitur affabilitati, quae non est tantae obligationis, nisi fortè ex circumstantia personae, & aliis cederet in magnam iniuriam, vel propter scandalum, quod rarò fit, & prudentis arbitrio discerni oportet. Ita Lorca, ex quibus *num.30.* infert, non esse certum peccare mortaliter eum, qui occurrentibus pluribus, inter quos est inimicus, salutat omnes, excepto inimico. Primò, quia, vt dictum est, omissio salutationis, etiam debitae, regulariter non est peccatum mortale. Secundò, quia potest id facere, non in odium, & repulsam inimici, sed in significationem proprij grauaminis, & iniuriae. Haec Lorca, licèt non approbentur à Fillineio, Syluio, & aliis, *vbi suprà*, praesertim quando priùs inimicus salutauit. Non reticeam etiam Valer. *in differentiis vtriusque fori, ver. remissio, differ. 2. num.4.* asserere, negationem alloquutionis, & salutationis propter aliquam inimicitiam, non esse scandalosam inter personas, de quibus non est dubitandum, nec ambigendum, vtrùm sint animo in aliquem maleuolentiae suffuso, vt inter patrem, & filium: inter Praelatum, & subditum; & inter Religiosos, qui quotidie celebrant, & sunt exemplares; sed hoc vltimum aliquibus displicet. Vide etiam circa praesentem quaestionem Zanard. *in direct. confess. par.2. prac. 1. cap.17.*

RESOL. XXXII.

An si quis obiiciat alicui verum crimen occultum possit illi respondere, Mentiris?

Et an sit licitum contumelioso obiicere alia crimina, ex quibus adstantes facile credant illum esse mendacem?

Et docetur licere defensionem aduersus obiicientem crimen verum occultum, non obstante eius morte. Ex p.5. tr.13. & Misc.1. Res.26.

Sup. hoc in Res. seq. & lege etiam Res. not. seq.

§. 1. Licitum est dicere, Mentiris, quando contumeliosus meum crimen sciuit secreto naturali, vt si ab illo consilium petiui, sponso priùs secreto naturali; licèt enim non sit illius tam stricta obligatio, quàm sacramentalis, tamen satis est ad eum obligandum, vt in ea occasione taceat. Secundò licet dicere, Mentiris, quando crimen ita occultum est, vt contumeliosus peccet mortaliter in illo euulgando, quamuis euulgatio esset sine contumelia, tunc enim *Mentiris* significat me illud crimen non admisisse, vt ab aliis sciatur, & ita docet Hurtadus de Mendoza *in 2.2. disput. 70. sect.14. §. 121.* & à fortiori hanc sententiam docebit Bannez *in 2.2. quaest. 64. artic. 6. dub.4. vers. ad argumenta.* vbi docet licere defensionem aduersùs obiicientem crimen verum occultum, non obstante eius morte; quam doctrinam sequitur etiam Mendoza *vbi suprà, sect. 8. §. 67.*

2. Notandum est etiam hîc quòd licèt non sit licitum obiicere contumelioso alia crimina, quae non sunt per se vtilia ad depulsionem iniuriae, sed sufficit dicere, Mentiris, tamen si adstantes non sunt credituri illum esse mentitum, potest illi obiici aliud crimen, ex quo adstantes facilè credant illum esse mendacem, quia illa noui criminis obiectio est vtilis & necessaria ad tuendum honorem. Ita Hurtadus *vbi suprà, sect.14. §. 117. iuncto §.120.*

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. Res.89. §. Verum, à lin.4. & seqq.

RESOL. XXXIII.

Vtrum liceat respondere iniurianti, Mentiris. Ex p.6. tr.6. & Misc. 1. Res.16.

Sup. hoc in Res. praeterita & in tom. 6. tr. 1. Res. 89 §. Verum, à lin. 4. & seqq. & in tom. 8. tr. 5. Res.10. prope finem vers. Quādo vero.

§. 1. De hoc casu olim interrogatus fui ab Excellentissimo heu quondam domino meo domino Ioanne de Aragona Duci Terrae nouae, qui mihi praebuit responsum cuiusdam Theologi inclytae Societatis Iesu, quia defensio debet fieri cum moderamine inculpatae tutelae, ita vt vitetur quantum potest offensa: vt iniuriatus, cùm ipsi dicitur, verbi gratiâ, es fur, potest se bene defendere replicando, non sum, vel hoc non est verum, absque eo quod dicat *Mentiris*, quod verbum ex sua natura est offensiuum. Praeterea falsum est, quòd illa mentita sit defensio; quia defensio secundùm Theologos & Casuistas fit ab iniuria, quam aduersarius vult inferre, non autem ab ea, quae est illata: si autem secus fiat, est vindicta, & sic non est licita. Neque enim in hoc debet attendi mos militaris, vt vulgò dicitur, *Cauallaresco*, sed mos Christi nostri legislatoris, qui in terminis, operibus huiusmodi casum definiuit, & reliquit nobis vt exemplar & legem: cùm enim *Ioannis 8.* dicerent ei Pharisaei, *Daemonium habes*, non respondit, Mentimini, sed dixit, *Ego Daemonium non habeo*; quod aliàs docuerat discipulos suos *Matth. 5. Sit sermo vester, Est est, non non.*

2. Sed his non obstantibus, tunc affirmatiuam sententiam docui: quia verbum *Mentiris*, potest assumi vt offensiuum, & vt defensiuum sed in casu nostro, cùm proferatur eo tempore, quo iniuriato fuit illata iniuria, liquidò constat ex circumstantia temporis assumi vt defensiuum ad repellendam iniuriam, & quòd per accidens est iniuria. Ergo, &c. Confirmatur primò: nam vt optimè obseruat Hurtadus de Mendoza *in 2.2. D. Thomae, vol.2. disp. 110. §. 14. num. 119.* quando blasphemus obiicit Deo infamia mendacia, cuiliber priuato licèt dicere illi, *Mentiris*, quando alia ratione non potest consuli honori Dei, quae actio pertinet ad virtutem Religionis: Ergo verbum *Mentiris*, non est tam intrinsecè malum comparatione hominis priuati, quin aliquando exuens malitiam induat honestatem. Igitur, & quando est mihi necessarium ad propulsandum iniustum damnum illi proportionatum. Confirmatur secundò: Ego possum coram Iudice probare licitè illum hominem sic mihi iniuriantem fuisse mentitum, & dare operam, vt puniatur pro mendacio & contumelia: ergo licet mihi auctoritate priuata illi obiicere hoc crimen, quandò est medium per se vtile & vnicum ad eluendam maculam, quam ille mihi adspersierat iniustè. Et in hoc casu verbum *Mentiris* est quidem contumelia physicè; non verò moraliter: sicut occisio quando est in defensionem inculpatam,

inculpatam, non est absolutè homicidium, quamuis sit physicè, id est hominis necatio. Et ideo nostram sententiam tenet Hurtado *vbi suprà*, Peregrinus *de Duello quæst.3 num.1.ver.quarto, & num.6.ver.quartum.* Emmanuël Sà *verb.infamare & fama numer.*4. Aragonius *in* 2.2. *D. Thomæ quæst.*70. *art.*3.*concl.*3. Pitigianus *in pract.Crimin. Can. in tertio substantiali iudicio cap.*4. Sotus *de iustitia lib.*5. *quæst.*9. *artic.*3. Valentia *tom.*3. *disput.*5. *quæst.*16. *punct.*3. Sayrus *in Claui Regia lib.*12.*cap.*4.*num.*12.13.& 14. Felinus *in cap.dilecti num.*10. *de except.* Battol. *in l. quæ omnia*, *num.*1.*ff.de procurat.* vbi sic ait. Nota quòd ei, qui dicit te commisisse aliquod crimen, licitè potes dicere, *Tu Mentiris*, licèt enim retorquere in alium : ita ille; cui adde Farinacium *in pract. crimin. part.*2. *tit.de homicidio*, *quæst.*125. *part.*7.§.4. *num.* 526. vbi docet quòd datur mentita in casu licito ad propulsationem illatæ iniuriæ. Hanc sententiam Hurtadus limitat, quando verbis minùs asperis potest iniuria illata depelli, tunc enim non est licitum respondere iniuriato, *Mentiris*, sed inibi asserit, quòd hoc in praxi moraliter non potest euenire: contumeliosus enim difficillimè speratur se cohibiturum, sed præstiturum in contumelia semel dicta, aut aliàs aggressurum.

Sup hoc ne- tato signãter in Resoluti- nibus not. præteritæ.

3. Restat modò respondere ad argumenta illius Theologi. Ad illud igitur, quod aiebat in tali casu, dicendum esse, verbi gratia; Ego non sum Sodomita; Hoc non est verum, Respondeo quòd istæ simplices negationes sunt velatæ mentitæ; sed cùm iniuria illata sit clara & aperta, vt es Sodomita, cur non licitum erit iniuriato assumere defensionem apertam, quæsita est in hoc verbo *Mentiris.* Adde quòd ex istis verbis minus asperis nescio an iniuria depellatur, & sperari possit iniuriantem se cohibiturum.

4. Ad secundum, quod dicebatur verbum *Mentiris*, ex natura sua esse offensiuum, patet responsio ex his quæ obseruauimus suprà, adducendo rationes pro nostra sententia.

5. Ad tertium, quòd hæc potiùs est vindicta, quàm defensio, prorsùs negandum est: nam iniuriatus eodem tempore, quod accipit iniuriam à contumelioso, statim ei respondet, Mentiris: ergo non infert ei iniuriam, sed à sibi illata se defendit: hoc enim verbum *Mentiris* in isto casu non est propriè iniuria, sed repulsatio iniuriæ, & defensio, cùm proferatur eodem tempore, quo ille iniuria est affectus.

6. Ad quartum, respondeo optimum esse sequi exemplum Christi, & eius consilia: sed inde non videtur consequi esse præceptum, quod est perfectionis exemplum.

RESOL. XXXIV.

An licitum sit suadere minus malum ad euitandum maius?

Et an hoc intelligatur in volente adulterium committere, & suadere, vt cum tertia persona fornicetur?

Et volenti furari Petro 100. *aureos, consulere v.g. vt furetur* 50. *Paulo?*

Et an quis possit suadere furi volenti furari Petro 100. *& simul* 50. *Paulo; vt furetur* 50. *Paulo?* Ex p.3.tr.5.& Misc.1. Ref.37.

Sup. hoc in Ref. seq.& in tom. 5. tr. 6. Ref. 46. significanter ad medium, à

§. 1. NEgatiuè respondent Valentia *tom.*3. *disp.*5. *quæst.*11. *punct.*4. Emmanuël Sà *ver.peccatum*, *num.*8. Caiet. *in* 2.2. *quæst.*78.*art.*4. *notab.*3. Azorius *tom.*2. *lib.*12.*cap.*16. *quæst.*8. Couar. *in* 4. *decret. part.*1.*cap.*4. *num. vlt.* Gabriël *in* 4. *dist.*16 *quæstion.*11. *articul.* 3. *dub.*14. & alij. Et ratio est, quia non sunt facienda mala, vt eueniant bona, & sic non licet assumere prauum medium, ad obtinendum bonum finem; nec licet furari, vt des eleemosynam, &c. Sed quando suades facere minus peccatum, inducis hominem quantum in te est, hìc, & nunc in peccatum. Ergo. Ad te verò, quod asseritur, quòd ex duobus malis minus est eligendum, respondent id locum non habere in peccatis, quæ voluntariè, ac libetè acceptantur, sed in his tantùm malis, quorum vnum sustinendi necessitas incumbit. Hæc Doctores citati probabiliter.

vers. Et licet. & vt magis clarescat doctrina huius R. lege etiã, si placet, alias Ref. & §§. eius annot.

2. Sed magis probabiliter contrarium sustinendum esse puto, & ita docent Syluius *in* 2.2. *D. Thomæ, quæst.* 43. *art.*4. *quæritur* 2. *conclus.* 3. Rebellius *part.*1. *lib.*1. *quæst.* 14. *sect.*7. *num.*54. Becanus *in* 2. 2. *cap.*27. *quæst.*4. *num.*2. Vasquez *opusc. de scandalo*, *art.* 1.*dub.*1. Sanchez *de matrim.lib.* 7. *disput.*11. *num.*15. Molina *tom.*2. *disp.*335. Medina *in part.*2. *quæst.*76. *art.*4. Sotus *de iust.lib.*6. *quæst.*1. *articul.* 4. Molfesius *in summ.tom.*1. *tract.*8. *cap.*11. *numer.*67. Nauarr.*cap.*14. *num.*40. Syluester.*ver.vsura* 7. *quæst.* 1. Angelus *ver. vsura* 2.*quæstion.*2. & alij, præsertim nouissimè Barbosa *in collect. tom.*4. *part.*1. *Decreti cap.duo mala*, *dist.*13. *num.*11. Dicendum est igitur, quòd si quis omnino decreuit facere magnum peccatum, licet ei suadere minus, quia tale consilium non fertur absolutè in malum, sed in bonum, scilicet euitationem maioris mali, & non simpliciter in electionem mali, quod minus est, sed in electionem eius potius, quamuis, cui consulit, eligat maius, Vnde consulens non dicit ei absolutè, Fac hoc malum, neque fac istud; sed conditionaliter, si omnino decreuisti malum facere, potiùs elige minus; quasi diceret, sufficit tibi facere minus, & abstine à maiori.

3. Ex his appatet quòd si viderem Petrum velle, & certò statuisse adulterium committere, & non possem aliter ab hoc proposito illum reuocare, nisi suadendo fornicationem loco adulterij, tunc licitum esse suadere fornicationem; non quatenus ipsa peccatum est, sed quatenus impedit peccatum adulterij, quod aliàs sequutum fuisset.

Sup. hoc significanter in Resolutionibus not. præteritæ, & ad fulciendam doctrinã huius quæst.lege doctrinã Ref.not.seq.

4. Sed hæc omnia limitanda sunt, vt tali suasione nullum damnum, seu corporale seu spirituale tertiæ personæ inferatur; vt v.g. volenti adulterium committere, suadere non licet, vt cum tertia persona fornicetur, & volenti à Petro furari 100. aureos, suadere, vt furetur 50. à Paulo. Ita Layman *in Theolog. mor. lib.*2. *tractat.* 3. *cap.* 13. *num.*7. Secus autem, vt aduertit Malderus *in* 2.2. *tract.*4. *capit.*2. *dub.*3. si fur simul rem Petri, quæ valeat centum, & rem Pauli, quæ valeat solùm quinquaginta, certò sit ablaturus alteram; sed dubitate, vtrum auferre velit, si tu impedire eum nequeas aliter, potes sine obligatione restitutionis suadere, vt potiùs rem Pauli auferat, (si modò eam auferendam cogitabat cum re Petri,) suadere, inquam, id potes, in genere inculcando, auferendum potiùs illud quod minus est, & hoc esse minus; quia Paulo non facis iniuriam, docendo furem à maiori furto potiùs abstinere debere, aut hanc rem esse minoris pretij; neque enim fur tali iudicio propriè disponitur ad iniuriam inferendam, sed malitia sua infert noxiam conclusionem, Paulum re sua esse priuandum. Hæc omnia Malderus ex Salonio.

Sup. contento in hoc §. ab hinc, late in tom.8. tr. 7. Ref.30. & hic infra in Ref. 36. & 78. §.vlt. ar- te medium, vers. ita ille, & lege etiam Resolutiones not. primæ huius Ref.

RESOL. XXXV.

An sit licitum sine peccato scandali consulere minus malum ei, qui paratus non erat illud efficere?

Ex

Ex part. 5. tractat. 7. Resolut. 18.

Sup. hoc in Ref. præterita §. Ex his, & seq. & lege etiam doctrinam Ref. seq. & aliarũ earum annotationum.

§. 1. V.G. Aliquis vult efficere adulterium solum, nihil cogitans de fornicatione, an possum ego consulere fornicationem, si nolit abstinere ab adulterio, & sic in similibus? Negatiuè respondet Castrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 6. *disputat.* 6. *punct.* 6. *num.* 9. & Hurtado de Mendoza *in* 2. 2. *disput.* 173. *sect.* 10. §. 110. quia iam illius peccati quod consulis, verè tu causa es, & verè peccatorem ad illud inducis, etiamsi recto fine procedas. Ergo peccas. Item ille peccator non recto medio vtitur ad vitandum malum graue operando minus. Ergo neque tu rectè illi consulis, cùm consulis operationem minoris mali, vt grauius euitet. Iis argumentis pressi DD. primæ sententiæ, dicunt in persuasione minoris mali non malum persuaderi, sed electionem, seu antepositionem minoris ad maius, quæ antepositio ex suppositione determinationis voluntatis ad maius malum necessariò facienda est, si rectè procedatur. At quis non videat hoc esse illudere verbis; cùm enim electio minoris mali quantumcumque à praua & determinata voluntate mali maioris procedat, mala sit, persuasio & consilium illius mala semper erit. Neque vnquam datur præceptum eligendi minus malum, sed potiùs datur præceptum abstinendi ab illo, & à grauiori.

2. Verùm ego contrariam sententiam non minùs probabilem esse puto, quam tuetur Vasquez *opusc. de scandalo*, *quæst.* 43. *artic.* 1. *dub.* 1. *num.* 9. quia in moralibus res sunt accipiendæ secundùm communem existimationem, adhuc etiam licitum videtur suadere minus malum ei, qui antea non erat paratus illud committere, neque de illo cogitabat, vt si aliquis dissuadeat alteri adulterium, & cùm nihil ab eo obtineri possit, non erit peccatum proponere ei fornicationem, tanquam minus malum ad explendam libidinem, quam alio modo dissuadere non potest. Hoc autem probatur ratione superiùs allata, quia licitum est suadere alicui, vt minus peccatum committat, non signando materiam; ex hoc autem consilio sequitur, vt qui habebat propositum adulterij, eligat fornicationem. Ergo licitum erat fornicationem proponere tanquã minus malum. In hoc tamen paulatim procedendum est, vt primò dissuadeatur peccatum simpliciter, quod si obtineri non poterit, suadeatur deinde minus peccatum, & proponatur materia. Ita Vasquez, quem postea sequitur Turrian. *in* 2. 2. *tom.* 1. *disput.* 95. *dub.* 6. *ver. mihi autem.* & nouissimè hanc sententiam docet etiam Basil. Pontius *de matrim. lib.* 5. *cap.* 18. §. 5. *num.* 16. vbi sic ait. Qui suadet minus malum ei, qui paratus est committere maius malum, non simpliciter suadet malum, sed tantùm intendit vitationem maioris mali. quod quidem non solùm verum est, cùm ille cui præbetur consilium, paratus erat vnum ex illis duobus malis facere, sed etiamsi non esset paratus illud minus committere, neque de illo cogitaret, vt si quis dissuadeat alteri adulterium, & nihil ab illo obtinere possit, non erit peccatum proponere ei fornicationem tanquam minus malum ad explendam libidinem, quam aliter dissuadere non potest. Atque id conuincunt quæ ex Chrysostomo & Augustino adduximus. & hac etiam ratione excusatur factum Lot. *Gen.* 19. & illius Leuitæ *Iud.* 19. qui suaserunt fornicationem nefariis hominibus, vt hac ratione euitarent peccatum contra naturam. Et quamuis Lot reprehensibilis videatur ex eo, quòd filiarum curam non habuerit illas prostituendo, excusatur tamen propter bonam fidem quam habuit, vt constat ex 2. *Petri*, *cap.* 2. qui eo tempore quo eductus est de Sodomis, scribit iustum fuisse apud Deum. Hinc etiam excusantur illi decem viri, qui occurrerunt Ismaëli, & ostenderunt thesauros offerentes materiam furti, vt vitarent homicidium. Hæc Pontius.

3. Non desinam tamen hîc adnotare Hurtadum de Mendoza *vbi suprà*, §. 119. licèt teneat primam sententiam; proponere tamen alium modum in his occasionibus, vt proximus auertatur à maiori malo sine peccato, dicit mihi licitum esse proponere Antonio materiã noui peccati, de qua ipse nihil cogitabat, dummodo non sequatur inde tertij ruina. At non possum illi quid persuadere, aut cõsulere etenim propositio illius obiecti est aut indifferens aut bona v.g. Antonius est certus in Venerem præposteram, quem ego spero ab ea reuocandum, si illi veniat in mentem alicuius fœminæ pulchritudo. Ego verò dicam, Talis fœmina est pulchra; aut dicam, Maior voluptas capietur ex congressu cum muliere, quàm cum viro. Hæ duæ positiones sunt de se indifferentes, hæc autem propositio: Minus peccatum est congressus cum fæmina, quàm cum viro, hæc, inquam propositio est bona. Quas ego profero ex animo impediendi maius malum, & ex simplici affectu, vt Antonius ex suppositione quòd sit peccaturus, eligat minus malum; at verò non possum consulere, nec persuadere illud obiectum. & quidem illæ repræsentationes neque sunt consilium, neque persuasio, neque per se sunt causa, quòd Antonius peccet. Hîc autem & nunc ego existimo illum peccaturum; at id est per accidens respectu propositionis vt à me fit, quia ille ex sua prauitate mouetur, non ex vi meorum verborum. Nec ego teneor propter scandalum purè passiuum Antonij abstinere à repræsentatione bona, aut honesta alicuius obiecti, quando mihi suppetit honesta ratio maioris boni ipsius Antonij. Consilium autem & persuasio non possunt excusari, quia sunt causæ morales effectus, cum quo maiorem habent connexionem, quàm simplex repræsentatio obiecti; & quidem Deus multa nobis repræsentat, quæ nobis non consulit, nec absolutè, neque conditionatè. Et hæc omnia docet Hurtado *loco cit.* Sed ego puto secundam sententiam satis probabilem esse, & tutam in praxi.

RESOL. XXXVI.

An sit licitum volenti subripere nummos pauperi consulere, vt à diuite subripiat, determinando etiam personam?

Et an teneatur ratione huius consilij restituere, si furtum alicui diuiti factum sit?

Et quid, si in dicto casu persona diues furanda non determinaretur, an in tali casu, qui dederit consilium non peccet, nec teneatur aliquid diuiti restituere, si furtum sequatur?

Et an licitum sit, quando quis proposuit committere maius furtum consulere, vt furetur minus ab eadem tamen persona; & in tali casu licitum sit cooperari cum illo, & adiuuare ad minus furtum, & secus in consilio abscissionis membri, ne committatur homicidium, quia in hoc non licet cooperari ad abscissionem, propter eumdem finem? Ex p. 5. tract. 7. Ref. 19.

§. 1. NEgatiuè respondet Castr. Palaus *tom.* 1. *tract.* 6. *disput.* 6. *punct.* 6. *num.* 12. vbi sic ait. In hoc casu dupliciter te potes habere, vel consulendo furtum diuiti, vel illud proponendo. Et quidem si solùm proponas conuenientiam, quæ relucet in anteponendo pauperem diuiti, vt si dicas, minus peccatum est; minórque iniuria irrogatur diuiti,

Ad fulciendam doctrinam huius Ref. lege præcedentẽ Ref. & ex Ref. 1. post præteritã si-

diuiti, quàm pauperi, ac proinde casu quo vnum illorum sit faciendum, minus malum est eligere furtum diuitis, quàm pauperis nulla est culpa in tali repræsentatione, quia ibi tunc non est consilium, neque inductio, aut persuasio, vt de se constat. At si verè inducis ad furtum diuitis, fine dubio peccas: quod probo, quia tuum consilium tendit ad commutandam prauam voluntatem furis non in aliquod bonum, sed in aliud malum, etsi minus, tendit enim loco furti faciendi pauperi subrogare furtum faciendum diuiti: ergo prætendis ad aliud furtum ab eo, ad quod fur erat determinatus, determinare: ergo peccas, quia esse personam diuitis indeterminatam non obstat, quominus furtum, ad quod inducis, aliud sit ab eo, ad quod erat priùs fur determinatus & à quo prætendis remouère. Adde si induceres ad furtum determinando personam, omnes præter Vasquez conueniunt te peccaturum, quia iniuriam irrogas, eo quòd causa determinata sis illius damni, quod aliàs non esset faciendum, si tuum consilium non adesset, sed quando non determinas personam, etiam es causa damni, etsi non determinati, vagè sumpti, hoc est, huius, vel illius diuitis: ergo peccas. Meritò enim omnes diuites de te conqueri possunt quòd voluntatem furis ad illos inclinaueris, aliàs non inclinandam. An verò tenearis ratione huius consilij restituere, si furtum alicui diuiti factum sit? Thom. Sanch. etsi concederet sic consulentem peccare, non obligaret ad restitutionem, siquidem *lib. 7. de matrim. disp. 11. nu. 23.* affirmat consulentem minus damnum ei, qui alia via auerti non potest à maiore, non esse obligatum restituere, quia consilium, inquit, bonum est in substantia, cùm sit de minori malo comparatione maioris, & solùm sit malum in modo, quia est contra charitatem, quæ obligat vt omnia mala vitentur. At dicendum existimo obligationem esse restituendi, si diuiti factum fit damnum, quia fuisti causa positiua illius: nam licèt non fueris causa vt huic diuiti potius, quàm alteri damnum sit factum, quia tamen fuisti causa vt alicui diuiti fieret, consequenter fuisti causa huius in particulari. Quis enim neget te obligatum esse restituere, si aliquem non cogitantem de furto ad furandum inducas, etsi innominata persona cui debeat furtum fieri? Ergo hæc vniuersalitas non obest obligationi. Ita Castrus Palaus; & nouissimè Hurtado de Mendoza *in 2. 2. disp. 173. sect. 10. §. 156.*

2. Verùm non desinam adnotare contrariam sententiam propter Vasquez, vt visum est, quem citat Castrus Palaus, docere etiam Basilium Pontium *de matrim. lib. 5. cap. 18. §. 5. num. 18.* & Turr. *in 2. 2. tom. 1. disp. 95. dub. 6.* vbi sic asserit. Addit Sotus non esse licitum consulere minus furtum faciendum ex bonis alterius personæ distinctæ ab illa, ex cuius bonis faciendum erat maius furtum, quia hoc esset vni inferre iniustitiam, ne alteri inferretur, quod nulla ratione videtur licitum. In re tamen non omnino certa mihi probabilius est tale consilium esse licitum, quando nulla alia ratione posset quis retrahi à maiori illo peccato committendo, quia consulere minus malum in hoc casu peccatum non est. Deinde is cui infertur iniuria, respectu consulentis non est rationabiliter inuitus, quia ille tantùm suasit minus furtum, ne latro ille committeret maius peccatum, esset autem respectu latronis rationabiliter inuitus. Ita Turrianus.

3. Nota tamen hanc secundam sententiam (si persona furanda non determinaretur) contra Palaum docere etiam Sanchez *de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 11. n. 24. & 25.* cum Molina *de Iust. tract. 2. disp. 335.* asserentes licere volenti surripere pecuniam pauperi consulere, vt à diuite surripiat, non determinando diuitis personam, quia non inducis ad aliquod peccatum, ad quod ipse fur inductus non sit, sed potiùs eius prauam voluntatem temperas, ipse enim cùm ad furandum à paupere inductus sit, absolutè inductus est ad furtum committendum, quia in quolibet indiuiduo species & genus continetur. Ergo cùm rogas vt à furto pauperis abstineat, & furtum diuitis committat, cùm non determines, cui diuiti faciendum sit, relinquis eius voluntatem in determinatione priori; ergo non peccas. Aduerte etiam contra Palaum *num. 13.* in tali casu nullam adesse obligationem diuiti restituendi, si fortè furatus sit. Ita Sanchez *loco citato.*

4. Imò quando qui proposuit committere maius furtum, consulitur vt furetur minus, ab eadem tamen persona; non solùm, inquam, in tali casu licitum est tale consilium, sed etiam licitum est cooperari cum illo, & adiuuare ad minus furtum, ne maiorem quantitatem furetur. Ratio est, quia in ea cooperatione dominus nullam patitur iniuriam, nec potest esse rationabiliter inuitus ex eo, quòd alter cooperetur ad minus furtum, cùm potiùs censeatur prospicere rebus domini, & idem facere, quod dominus ipse faceret, si præsens esset, qui libenter offerret quod minoris valoris esset, vt retineret quod maioris momenti est. Dixi autem hoc verum esse in his bonis, quorum quis dominus est, quia in aliis, qualia sunt bona vitæ, & corporis, quamuis liceat minus consulere ne committatur maius, vt abscissionem membri ne committatur homicidium, non tamen licet cooperari ad abscissionem propter eundem finem. Cuius ea ratio discriminis est, quia illorum bonorum alter est dominus, & præsumitur rationabilis domini voluntas, qui sua voluntate disponere posset de rebus illis. At verò in aliis bonis non potest præsumi ea voluntas, cùm ille alter, qui damnum passurus est, non sit dominus vitæ & corporis. Et ita docet Basilius Pontius *vbi suprà de matrimon. lib. 5. c. 18. §. 5. num. 28.* Vasquez *opusc. de scandalo art. 1. n. 13.* Turrian. *in 2. 2. tom. 1. disp. 95. dub. 2.* & Hurtadus *loco citato §. 122.*

Sup. contento in hoc §. infra in Res. 78. §. vlt. signanter ante medium, à Vers. Ita ille, & Vers. Imo.

Sup. hoc in principio §. not. prætera.

RESOL. XXXVII.

An ad euitandum peccatum Titij licitum sit prouocare illum ad se inebriandum, cum hæc sit vera inductio ad malum, & scandalum actiuum? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. Res. 43.

§. 1. Negatiuè respondet Auctor casuum conscientiæ (asserunt mihi esse P. Carolum Zambertum Societatis IESV) Bononiæ discussorum anno 1638. mense Iunio *cas. 1. fol. 41.* Quia nunquam licitum est inducere aliquem ad actionem, quæ ita intrinsecè mala est, vt sine peccato fieri non possit: talis autem est voluntaria ebrietas, solius voluptatis causa suscepta, non enim est minùs intrinsecè mala, nec minùs absque peccato fieri potest, quàm sit mentiri, aut blasphemare, vt probat & docet Layman *lib. 3. sect. 4. de temperantia, num. 5. & 6.* Ergo, &c. Falsúmque est licere inducere hominem ad peccatum minus committendum, quod ille committere nec formaliter, nec virtualiter decreuerat, (vt euenit in proposito casu) cùm hæc sit vera inductio ad malum peccati, & scandalum actiuum per se intrinsecè malum, quippè repugnans præcepto naturali negatiuo: Ne inducas alterum in peccatum, siue: Nec alteri auctor, sis peccati cuiusquam. Verum autem est licitum esse inducere hominem ad peccatum minus committendum, si inductio fiat ad minus peccatum, vt minus est; ita vt alteri suadeatur

non

non totum peccatum, quod certo animo concepit, committere, sed partem dumtaxat, formaliter aut virtualiter inclusam in toto: tunc enim non suadetur homini, vt malum peccati faciat; sed vt saltem aliquam peccati partem non faciat, si à toto abduci non possit.

2. Sed his non obstantibus Lessius contrariam sententiam tenet *lib. 4. cap. 3. dub. 4. num. 33. & seq.* vbi sic ait. Petes. Quid si grande aliquod malum impendens non possit alia ratione impediri, nisi inebriando auctorem, qui illud machinatur: vtrùm tunc licitum sit illum inebriare? v. g. aliqui meditantur proditionem oppidi in certam horam: vel impedient, ne oppidum, quod est in rebellium hæreticorum potestate, suo Principi condicto tempore tradatur: nec suppetit mihi vlla facultas id aduertendi, nisi eos lautè excipiendo & sopiendo per potum. Item captus à voloribus deducor ad tabernam, & spes est euadendi, si eos inebriauero. Respondeo hoc casu videri licitum prouocare ad æquales haustus, & alterum inebriare, hoc est potu consopire: ideóque in secunda assertione dixi, nisi iusta causa excuset. Probatur, quia licitum est suadere, & inducere ad minus malum, vt impediatur maius, vt communiter Doctores tradunt: atqui hic nihil aliud fit. Ergo, &c.

3. Sed aduersùs Lessium insurgit nouissimè Ioan. VViggers *de instit. & iur. tract. de temperantia, cap. 2. dub. 7. num. 11. & seqq.* Quia si mihi liceat vrgendo æquales haustus alterum inducere ad intemperantiam, & ebrietatem, vt non exequatur malum contra Rempublicam, quod machinatur, videbitur & licere mihi ducere illum ad lupanar, & ad libidines concitare, vt voluptatibus carnis quasi absorptus non perficiat malum grande quod meditabatur, si aliter non possum illud impedire. Confirmatur, quia sicuti fornicari est actus per se malus contra naturalem legem temperantiæ, ita quoque scienter se inebriare: si igitur mihi liceat inducere modo dicto ad ebrietatem; ita vt malitia huius inductionis abstergatur, quia fit in ordine ad maius malum præcauendum; cur non similiter malitia inductionis ad fornicandum abstergatur, quia ex ordine ad eumdem finem fit: aut si ista actio mea prior sit dicenda non habere rationem inductionis ad malum, sed tantùm impeditionis mali maioris: quare non idem dicendum erit de actione altera posteriori? quam vtrùm aliquis admitteret in illo casu licitam nescio: mihi sanè videretur illa doctrina valdè reprobanda. Ita VViggers.

4. Sed sententiam Lessij probabilem putat Auctor casuum Bononiensium, & absolutè illam docet Villalobos *in summa, tom. 2. tract. 60. difficult. 6. numer. 9.* vbi sic ait. [Mas si succidiesse que alguno quisiesse hazer algun gran mal, el qual no se podria impedir, sino es embriagandole, seria licito brindarle vno que tiene buena cabeça, para embriagarle, como dize Lesio, y lo mismo dize quando tuuiessen à vno preso vnos salteadores, queno se puede librar dellos sino es embrigandolos. La razon es, porque es licito persuadir, ò induzir a menos mal, para euitar el mayor, y estos es lo que aqui se haze, y no basta dezir, que non sunt facienda mala, vt inde eueniant bona: porque el persuadir à otro el menor mal, aunque el otro lo entienda, para euitar en el mayor, no es hazer mal.] Ita ille: Vnde ego puto hanc sententiam probabilem esse, licet contrariam existimem probabiliorem.

RESOL. XXXVIII.

An si quis minaretur alicui mortem, nisi se vino oppleret, licitum sit se inebriare, modo scandalum absit?

Et an si quis ebrius fiat, vt Tyranni, vel hostis sæuitiam fugiat, peccet? Ex p. 6. tr. 8. & Misc. 2. Resolut. 44.

§. 1. Negatiuam sententiam tenet Ioan. VViggers *de iust. & iur. tract. de temperantia, cap. 2. dub. 6. num. 26. & seq.* Ex authoritate D. Augustini *serm. 231. de tempore*, vbi circa initium sic scribit. Qui enim alterum cogit, vt se plusquam opus est bibendo inebriet, minus malum ei erat, si carnem eius vulneraret gladio, quàm animam eius necaret. Vbi manifestè supponit Augustinus illum, qui etiam coactus se inebriat, necare animam suam, atque adeò mortaliter peccare: & ne quis dicat Augustinum loqui tantùm de illis, qui magis sua voluntate, quàm ex coactione, aut vero metu mortis se inebriant, adiungenda sunt hîc ea, quæ habet *serm. 231.* vbi casum quasi in terminis ponit, dum ita scribit. Etiamsi ad hoc veniretur, vt tibi diceretur: aut bibas, aut morieris: melius erat vt caro tua sobria occideretur, quàm per ebrietatem anima moreretur. Eamdem sententiam D. August. sequitur Azorius *tom. 1. lib. 7. cap. 35. quæst. 5. sub finem,* dum sic scribit. Si quæras, an si quis ebrius fiat, vt tyranni vel hostis sæuitiam fugiat, peccet? Respondeo cum Caiet. 2. 2. *quæst. 150. artic. 2.* peccare; quia non sunt facienda mala, vt eueniant bona.

2. Non desinam tamen adnotare sententiæ affirmatiuæ adhærere Lessium *lib. 4. cap. 3. dub. 4. nu. 31.* quia id licitum est causa medicinæ ad pellendum, vel arcendum morbum: cur non etiam ad vitandam mortem ab alio intentatam? Respondet Caietanus quia non est medium per se ordinatum ad hoc, sicut ad illud: vnde ibi ille potus non censetur immoderatus; hic verò censetur. Sed hoc non satisfacit: nam licitum est ad vitandam mortem multa facere, quæ per se ad hoc non sunt ordinata, sed solùm ex malitia alterius. Sic *suprà, lib. 2. cap. 9. dub. 14,* ostensum est, probabile esse licere sibi amputare manum, vel digitum iubente Tyranno ad mortem redimendam. & tamen hoc nullo modo per se est ad istud idoneum: & extra illud periculum est etiam graue peccatum. Secundò ob similem causam possum ieiunare plusquam valetudo ferat, aut ratio virtutis abstinentiæ extra illum casum, cur non similiter ampliùs bibere & comedere? Tertiò possum vesci fungis aut aliis rebus noxiis, bibere copiam vini eliquati, etiam cum periculo febris, possum haurire medicamentum veletudini noxium, & similia: quæ tamen extra illam necessitatem nullo modo essent licita: sicut ergo ista non sunt contra virtutem, quando sunt necessaria ad mortem vitandam, ita nec immoderatus potus contra virtutem erit: quia cum omnibus illis circumstantiis in ordine ad salutem corporis re vera immoderatus non est: sicut enim licitum est lædere sanitatem; & corporis integritatem ad vitandam mortem ex alterius malignitate impendentem; ita etiam licitum est lædere rationis vsum ad breue tempus ob eamdem causam: etsi enim dominium istorum non habeat, tamen habet custodiam in ordine ad bonum totius, ac proinde potest de illis disponere provt necessarium ad salutem totius: denique priuatio rationis hic non est intenta, sed solùm permissa, quam non tenetur cum tanto suo malo impedire. Hucusque Lessius, cui adde Villalobos

Villalobos *in summa*, *tom. 2. tract. 60. difficult. 6. n. 5.* vbi sic ait. [El que de consejo de los Medicos beuiesse vna gran vez de vino, con que perdiesse el juzio, no se ha dallamar embriagado, porque no lo haze voluntatis causa, ni aun pecaria, come dize Syluestro, Cayetano, Nauarro, y Lessio. Loqual podria acontecer en vn subito temor de peste, quando no se hallassen otros remedios, y le mandassen para esto beuer mucho vino bueno, ò contra vn maleficio, ò por otra causa semejante: porque esto no es contra la templança; mas quando ay otros remedios non sera licito, aunque sea de consejo del Medico, como dize Cayetano. De loqual se sigue, que tambien podria vn hombre embriagarse, quando fusse necessario para euitar la muerte, como tiene Lesio, contra Cayetano, diziendo que fueron d'esta opinion muchos hombres dotos de la Vniuersidad de Louayna consultados sopre este caso. Ita ille.

3. Vnde immeritò tam acriter *vbi suprà*, VVigers inuehitur in Lessium, cuius opinionem probabilem esse puto cum Layman, *lib. 3. sect. 4. num. 5.* vbi ita asserit. Non improbabiliter ait Lessius licitum esse inebriari mortis vitandæ causa, quam tibi aliquis per violentiam minatur, nisi propinanti respondeas, modo scandalum absit, neque cedat in contemptum virtutis temperantiæ à Christianis seruandæ. Probatur: si enim ad redimendam vitam à Tyranno fas est sibi ipsi manum, vel pedem amputare, cur non etiam rationis vsum ad breue tempus sibi adimere? Repugnat tamen Caietanus *2. 2. quæst. 150. art. 2. ad 3.* imò & S. Augustinus *serm. 232.* Etiamsi ad hoc veniretur, inquit, vt tibi diceretur, aut bibas, aut morieris: meliùs erat, vt caro tua sobria occideretur, quàm per ebrietatem anima moreretur. Sed Lessius respondet S. Augnst. id dixisse propter ea, quæ per accidens coniuncta esse solent. Hæc Layman. Vnde secundùm hanc sententiam si aliquis prouocet te ad duellum, vel inuadat gladio, nisi æqualibus cyathis respondeas, potes respondere cum periculo inebriandi.

RESOL. XXXIX.

An aliqua facta ebriorum non reputentur peccata, quæ alioquin essent?

Et an fornicatio in somno contingens, ac præuisa sit necessario cauenda?

Sed inter alia, quæ ex doctrina prædictæ quæstionis inferuntur, vltimo quæritur si quis ante ebrietatem, vel antequam subsequantur talia peccata externa, confiteatur, & accuset se de causa data, an teneatur postea confiteri, si dicta peccata subsequantur?

Et quid in supra dicto casu, si peccata illa commissa in ebrietate, si prior voluntas fuerit per pœnitentiam interrupta, an inducant excommunicationem, irregularitatem, & restituendi obligationem? Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. Res. 52.

Sup. contento in hoc §. Vide doctrinam Resolutionum duarum sequentium, annotationum.

§. 1. Affirmatiuè respondet Pater Vazquez *cap. 2. tom. 1. disp. 227. cap. 3. n. 11.* vbi sic ait. Vltimò addendum est, multa dicta, vel facta ebriorum non reputari peccata, quæ alioquin essent; id quod verum est etiam si præuideantur, quia in hominum æstimatione non censentur iniuriosa, qualia sunt aliqua dicta, vel facta, quæ alioquin in sana mente iniuriosa essent; nempè dicta, facta, & contumeliæ, ex quibus non sequitur aliis vllum detrimentum, mors tamen, & damnum illius temporale peccatum est, quia re vera proximum lædunt. Sunt etiam alia peccata, quæ facta in ebrietate non imputantur, quia postulant scienter fieri, vt imputentur; huiusmodi est peccatum blasphemiæ, infidelitatis, & periurij; nam qui non videt, vel dubitat esse falsum quod iurat, periurus non est, & peccata carnis, vt fornicatio, & pollutio imputantur ebrio; si verò hæc peccata in somno euenirent, non item; quia cùm somnus sit causa naturalis, ebrietas verò præter naturam, mirum non est, si aliqua quæ in somno eueniunt non imputentur, quæ verò in ebrietate accidunt imputentur; damnum autem proximi vtroque modo cauere debemus, ne eueniat, vel ex somno, vel ex ebrietate alioquin imputabitur. Hæc Vazquez quæ mente tenenda sunt à Confessarijs.

2. Non desinā tamen adnotare, aduersùs Vazquez quo ad peccata blasphemiæ, periurij, & infidelitatis contrarium docere Thomam Sanchez *in summa tom. 1. lib. 1. c. 16. n. 44.* Medinam *in p. 2. q. 71. art. 5. concl. 4.* Caietanum *in 2. 2. q. 150. art. 4. dub. 2.* & alios asserentes dicta peccata, licèt in se non sint voluntaria, nec scienter facta; attamen in causa sunt voluntaria, cùm sint præuisa, nec in hoc comparari debent facetiis. His tamen non obstantibus opinionem Vazquez docent etiam Salas *in p. 2. tr. 13. disp. 5. sect. 14. n. 114.* Sayrus *in Claui Regia lib. 2. c. 9. n. 42.* & nouissimè Adamus Tannerus, vir quidem doctus. *in part. 2. disp. 4. q. 3. dub. 3. n. 65.*

Sup. hoc in tom. 1. tr. 5. lege latam, & curiosam doctrinam Res. 52. & vide etiam §. vlt. huius Res.

3. Addit etiam Sanch. *vbi suprà*, contra eundem Vazquez, non esse verum, fornicationem in somno contingentem, ac præuisam non esse necessariò cauendam, quia cùm sit in damnum prolis, omninò cauenda videtur, sicut de peccatis in damnum tertij docet ipse Vazquez. Sed vtraque opinio est probabilis.

4. Notandū est etiā hîc obiter contra Sotum *in 4. dist. 12. q. 1. ar. 7.* Medinam *in p. 2. q. 71. ar. 5.* Henriquez *lib. 8. c. 51. n. 2. in glossa, littera* F. Sanch. *de matrim. to. 3. lib. 9. disp. 45. n. 28.* Salas *in p. 2. tract. 13. disp. 2. sect. 9.* Becanū *p. 2. tr. 2. c. 3. q. 6. n.* 8. Tannerum *in p. 2. dis. 4. dub. 3. n. 35.* & *ibi* Suarez *tract. 5. disp. 3. sect. 4. n. 5.* opera in ebrietate contingentia, & omnia alia, quæ efficiuntur quando non manent ampliùs in potestate operantis, non informari malitia aliqua morali, & per consequens non esse peccata, neque denominatione extrinseca à malitia causæ, sed esse quosdam peccati præcedentis effectus, sicuti quando quis occidit hominem, mors, non est peccatum, sed peccati effectus. Et ita docent Vazquez *in p. 2. to. 1. dis. 94. c. 2.* & *seq.* Azorius *to. 1. lib. 1. c. 7. q. 1.* Sayrus *in Claui Regia lib. 2. c. 6. n. 16.* Herrera *in 2. sent. disp. 20. q. 8.* & ipsimet aduersarij, vt Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 1. c. 16. n. 46.* hanc opinionem probabilem esse putant.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 7. Res. 61. & lege doctrinā Res. 145. & alterius §. & Vers. eius primæ not. & si vides etiā Resolutiones illius secundæ not. non pigebit.

5. Dicendum est tamen, stando etiam in prima sententia, quòd si quempiam antequā subsequantur dicta peccata externa, pœniteat datæ causæ, tunc vacare culpa peccata postea subsequuta, & per consequens non erunt vocanda formaliter, & in se peccata, quia per pœnitentiā causa eorum fuit intercisa, & ideo sunt postea inuoluntaria. Ita Sotus *in 4. dist. 12. q. 1. ar. 7.* Henriquez *vbi infrà*: Medina *in p. 2. q. 71. ar. 5.* Becanus *p. 2. tract. 2. c. 3 in fine*, Graffius *in decis. p. 1. lib. 2. c. 87. n. 14.*

Sup. hoc. lege doctrinā §§. not. seq.

6. Imò ego puto cum Soto *vbi suprà*, Sāch. *de matr. to. 3. lib. 9 disp. 45. n. 29.* Salas *in p. 2. tract. 13. dis. 6. sect. 8. n. 59.* & aliis, quòd si quis ante ebrietatē, vel antequā subsequantur talia peccata externa, confiteantur, & accuset se de causa data, non tenetur postea confiteri si dicta peccata subsequātur; sed plus addit Henriq. *lib. 5. c. 5. n. 5. in glossa, litera H.* nempe peccata illa cōmissa in ebrietate, si prior voluntas, vt dictum est, fuerit per pœnitentiam interrupta, non inducere excōmunicationem. Sed contrarium docet Vasquez *in p. 2. disp. 94. c. 4. in fine.* Azorius *tom. 1 lib. 1. cap. 7. q. 1.* & alij, asserentes in tali casu supradicta peccata inducere irregularitatem, excommunicationem, & restituendi obligationem.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 2. Resol. 29. §. Cōfirmatur, insuper. & seqq. & in alijs §§. eius annot. Sed lege eam à principio.

Et sup. hoc vlt. ibidem.

7. Limi

Et sup. hoc vlt. ibidem §. Ad rationes. Et sup. contento in hoc §. vlt. in tom. 1. tr. 5. ex Ref. 52. vide §. 1.

7. Limitat tamen hanc sententiam Sanchez. *in summa, tom. 1. lib. 1. cap. 16. num. vlt.* non procedere in peccatis solius oris? nam si excommunicatio lata esset in periurium, non includeretur periurium volitum in sola causa, vt est in casu nostro, & idem docet Suarez *de Religion. tom. 2. lib. 3. cap. 8. num. 6.* in casu simili, nempe de excommunicatione lata in periurium, docet enim in excommunicatione non includi periurium inaduertenter prolatum ratione consuetudinis.

RESOL. XL.

An qui edit vsque ad vomitum, peccet mortaliter Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 40.

§. 1. DE hac quæstione olim mihi quæstio fuit cum quodam Religioso, Dominicano, viro quidem docto & amicissimo, ille enim aientem sententiam sustinebat, ego negantem, quam nunc etiam teneo, & tenet nouissimè Ioannes Henriquez *in compend. casuum moral. cap. 29. num. 9.* vbi sic ait. [Algunos Dotores an afirmando, que tanbien es pecado mortal la gula, quando el hombre aduertidamente come hasta vomitar. Pero otros Dotores afirman mas probablemente, que esto no es mas que pecado venial; porque no ay razon alguna, que perueue ser pecado moral, pues no es esto contra algun mandamiento de Dios, ni de la Iglesia, ni es en daño notable de persona alguna, ni se pone en esto el vltimo fin.] Sic ille, & ego.

RESOL. XLI.

An peccet offerens alicui occasionem peccandi propter aliquem bonum finem; v. g. apponere occasionem vxori, vt adulteretur, aut famulis vt furentur, vt sic deprehensi resipiscant? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Ref. 18.

§. 1. CLarum est licere, v. g. viro suspicanti adulterium vxoris, illam obseruare cum testibus, vt eum possit de adulterio conuincere; nec peccare parentes, vel heros, qui filiis, vel famulis non auferunt occasionem aliquam furandi, cùm eos ad furandum propensos norunt, vt sic in furto deprehensi resipiscant. Ita docent Valentia *tom. 2. disp. 5. q. 6. punct. 5. dub. 7. in fine*, Molina *tom. 3. p. 2. tract. 2. disp. 739. num. 8.* Vega *in summa tom. 1. cap. 120. cas. 1.* Sanchez *vbi infrà*, & alij penes ipsum; nam hoc non est cooperari ad peccatum, sed permittere vnum committi, vt plura alia euitentur.

Sup. hoc supra in tr. 4. Ref. 34. & infra in Ref. 78. §. Nota tertio.

2. Difficultas consistit, an licitum sit in his casibus non solùm non auferre, sed apponere occasionem vxori, v. g. vt adulteretur, aut famulis vt furentur. Negatiuam sententiam docet Sanch. *tom. de matrim. lib. 10. disp. 12. not.* cum Emanuele Sà *ver. peccatum, num. 7.*

3. Sed Petrus Nauarra *de. rest. lib. 3. c. vlt. in noua edit n. 240.* affirmatiuam sententiam tenet, quam nouissimè sequuntur Layman *in Theol. mor. lib. 2. tr. 3. c. 13. n. 5.* & Sancius *in selectis, disp. 35. num. 12.* vbi sic ait. Adhæreo opinioni, asserentium, offerentem alicui occasionem ad peccatum, vt deprehensus in illo resipiscat, vel ob alium bonum finem, non peccare. Ita ille. Et ratio est, quia id non est formaliter cooperari ad peccatum, sed materiam, & occasioné peccati ministrando, illud permittere: nó quod permittens intendat malum peccati fieri, sed potius graue aliquod malum impedire.

RESOL. XLII.

His diebus interrogatus fui an qui vulgo Sagiteri vocantur, possint conducere concubinam in domum amasij?

Et quid est dicendum de aurigis deferentibus meretricem ab vno loco ad alium, quam scient illuc petere ad peccandum? Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. Ref. 11.

§. 1. HIc casus frequenter accidit, & tunc affirmatiuam sententiam aliqui probabilem esse dixerunt ex auctoritate Azorij *tom. 2. lib. 12. c. vlt. quæst. 8.* asserentis licitum esse famulis deducere concubinam in domum heri, vel alium locum in quo peccaturus est. Sed quia in isto casu Azorij adest tantùm simplex comitatus, & non concursus physicus, vt in casu, de quo loquimur, ideo tunc adduxi Franciscum Merollam *in disp. Theol. mor. tom. 1. disp. 2. c. 4. dub. 10. corol. 3. n. 280.* vbi sic ait. Ex hoc colligitur quid dicendum sit de aurigis deferentibus meretricem ab vno loco ad alium, quam sciunt illum illuc petere ad peccandum: hi enim regulariter excusantur à peccato, quia adest causa non amittendi lucrum, quod ex eo ministerio comparant. Ita ille, & ego.

Sup. hoc infra in Ref. 46. ante medium, & in Ref 47. ad medium, vers. Addunt. & in Ref. 73. §. Ex dictis.

Sup. his aurigis in fine Ref. seq.

RESOL. XLIII.

Quis minabatur mortem famulo, si non deferret literas Dominæ, in quibus ad peccandum prouocabatur, quæsiuit, an si hoc faceret, peccaret mortaliter?

Et an idem dicendum sit de famulis scribentibus tantummodo huius modi literas?

Et quid si in dictis literis herus petat solum à concubina, vt tali hora ad se veniat, vel ad talem locum, an in tali casu possit tales literas deferre, vel ore hoc nunciare?

Et quid de famulis, quos herus mittit feminam insequuturos, vt videant, vbi habitet, vel id inquirant, &c.

Et quid est dicendum de aurigis deferentibus meretricem de vno loco ad alium? Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. Ref. 46.

§. 1. HIc casus in facti contingentiâ, torsit multorum ingenia, quia consulens multos Theologos interrogauit; & negatiuè respondendum videtur, quia verba sunt intrinsecè mala, & deferre tales literas idem est, ac si deferret internuncium de rebus turpibus. Ergo, &c. Et ita hanc sententiam docent Sanch. *in sum. tom. 1. lib. 1. c. 7. n. 26.* & Rebellius *p. 1. lib. 1. q. 14. sect. 7. n. 53.* Molsesius *in sum. tom. 1. tract. 8. cap. 10. n. 60.* & alij. Et ita ego tunc etiam consului.

Sup. hoc in duabus Ref. seqq. & infra in Ref. 73. §. Ex dictis. & in Ref. 78. §. 2. ad lin. 13. Vers. nec literas heri.

2. Verùm aliqui contrariam sententiam putant probabilem; nam videtur dispar ratio de internuntio, & de literis. Nam famulus, qui internuncium de rebus turpibus defert concubinæ heri, directè ac proximè censetur peccato heri cooperari, tanquam instrumentum, quo mediante herus inducit mulierem illam ad peccandum secum, ideo est omnino intrinsecè malũ, ac proinde in nullo euentu licitũ. At verò deferre tãtùm literas ita materialiter, nó videtur directa cooperatio ad peccatũ, tanquã proximũ instrumẽtum, sed magis remotè se habet, & ideo videtur saltẽ in aliquo casu extremæ necessitatis, vt ad euadẽdã mortẽ sibi cóminatã licitè posset famulus eiusmodi literas deferre. Et ita

hanc ſententiam olim docuit Emanuel Sà *ver. peccatum, num. 9.*

Sup. hoc in Ref. ſeq. §. Sed hanc. 3. Sed tu ne recedas à prima opinione ; & idem tene de famulis ſcribentibus tantùm huiuſmodi literas, quamuis non deferentibus, quia idem cooperandi modus in vtroque miniſterio inuenitur, licèt aliqui hoc etiam negent, quia Sanchez *de matrim. tom. 3. lib. 9. diſp. 46. num. 34.* aſſerit, quòd ſcribere verba turpia, non eſt intrinſecè malum ; ergo poteſt dari caſus, in quo licitum ſit famulo ſcribere heri literas verba turpia continentes, vt ſi aliàs immineret ei periculum mortis, vel alterius grauis nocumenti. Verùm à ſententia contraria non eſt recedendum.

4. Notandum eſt verò hîc, quòd ſi herus in dictis literis petat ſolùm à concubina, vt tali hora ad ſe veniat, vel ad talem locum, vtique in tali caſu poteſt famulus tales literas deferre, vel ore hoc nunciare; quia rem indifferentem continent, cùm non ad fornicandum, ſed ad ſolum aduentum inducant. Et ita docent Molfeſius, Sanchez *vbi ſuprà n. 26.* Azorius *tom. 2. lib. 11. c. vlt. q. 8.* & alij, concurrente iuſta cauſa non ſolùm famulatus, ſed quia dominus malè tractabit, aut è domo eiiciet.

Sup. hoc in Ref. ſeq. prope finem, verſ. Idem dicit. 5. Et idem dicendum eſt de famulis, quos herus mittit fœminam inſequuturos, vt videant vbi habitet, vel id inquirant, ac poſtea illum certiorem faciant, & eo maior cauſa excuſans neceſſaria eſt, ſi fœmina, quam inſequuntur, ſit honeſta.

Sup. hoc in fine Ref. præteritæ. 6. Vnde ex his etiam collige, quid dicendum ſit de aurigis deferentibus meretricem ab vno loco ad alium, quam ſciunt illuc petere ad peccandum; hi enim regulariter excuſantur à peccato, quia adeſt iuſta cauſa non amittendi lucrum, quod ex eo miniſterio comparant.

RESOL. XLIV.

An ad euitandum graue damnum liceat famulis deferre literas amatorias concubinæ Domini, maximè ſi contineant verba turpia?

Et quid de ſcribentibus ſupradictas literas, quamuis non deferant?

Idem dicendum eſt de ſcribentibus ad duellum prouocantibus.

Et qui de alijs, qui famuli non ſunt, an egeant grauiori cauſa ad honeſtandas tales actiones?

Et an ſit peccatum, quando famulus, vel ancilla iuuat concubinam ad ſe ornandum, vel aperiunt oſtium adultero venienti ſuo hero iubente vel iuuat eum, vt aſcendat per feneſtram, vel ſternit lectuam, &c. Ex p. 5. tr. 7. Ref. 27.

Sup. hoc in Reſ. præterita & in Ref. ſeq. & infra in Ref. 73 §. Ex dictis, & in Ref. 78. §. 2. ad lin. 13. verſ. nec literas heri. §. 1. NOn licere tradit vterque Ledeſma Petrus & Martinus, hic *in 2. part. 4. quæſt. 17. art. 7.* ille *in ſum. tom. 2. tract. 27. cap. 9. difficult. 3.* vbi ſic ait [Digo lo ſegundo, que los criados, o criadas que lleuan billetes, y que lleuan à las tales perſonas para pecar, y que ſaben eſto, porque es cierto, moralmente hablando o lleuan recados para llamarlos, eſtos tales ſin duda pecan mortalmente: la razon es, porque eſtos ayudan al pecado, y ſon como inſtrumento moral, y cauſa proxima del pecado, que los otros cometen, luego peccado mortal es alizer todas eſtas coſas.] Ita ille, & alij.

2. Et hanc ſententiam prorſus tenet Alphonſ. de Leone *de offic. Confeſſ. tom. 1. recollect. 14. num. 63.* Rebellius *part. 1. lib. 2. quæſt. 14. num. 53. in fine.* Bonacina *de matrim. quæſt. 4. punct. 14. num. 6.* Layman *lib. 2. tract. 3. c. 13. num. 5.* & videtur docere Sanchez *in ſumm. tom. 1. lib. 1. cap. 7. num 26.* & alij, ſi literæ contineant verba turpia, quia huiuſmodi verba ſunt intrinſecè mala, niſi inter coniugatos aut ſponſos de futuro, & idem dicit Sanchez de famulis ſcribentibus tantùm huiuſmodi literas, quamuis non deferentibus, qui idem cooperandi modus in vtroque miniſterio inuenitur.

3. Sed hanc opinionem Merollæ *tom. 1. diſput. cap. 4. coroll. 5. num. 287.* non omnino probatur. nam contra ſecundum quod dicit Sanchez de famulis ſcribentibus tantùm literas verba turpia continentes, quòd ſit ita intrinſecè malum, vt in nullo prorſus euentu licitum eſſe poſſit, obſtat doctrina eiuſdem Auctoris *lib. 9. de matrim. diſput. 46. num. 34.* vbi expreſsè docet proferre, vel ſcribere turpia verba non eſſe intrinſecè malum, ſed indifferens, ac proinde eorum honeſtatem, vel malitiam pendere ex circunſtantiis adhibitis ac fine proferentis, vel ſcribentis; & rationem huius optime reddit, quia cùm verba, vel ſcripturæ ſint conceptus ſigna, in tantum erunt praua, vel honeſta, in quantum conceptus ſunt praui, vel honeſti. At rei turpis conceptus indifferens eſt, poteſt enim bonum finem, puta ipſius malitiæ moralis inueſtigationem, & malum vt Veneris fomitem ſpectare. Si igitur ſcribere verba turpia non eſt ex ſe intrinſecè malum, ſequitur poſſe dari caſum, in quo licitum ſit famulo ſcribere heri literas, verba turpia continentes, vt ſi aliàs immineret ei periculum mortis, vel alterius grauis nocumenti, iuxta doctrinam traditam ſuprà. Quantum verò ad primum dictum eiuſdem auctoris de famulis deferentibus literas, in quibus ſciunt contineri verba turpia ad peccatum prouocantia, ſententia ipſius habet quidem maximam probabilitatem, quia deferre tales literas idem videtur, ac ſi deferret internuncium de rebus turpibus, quod in nullo caſu eſt licitum tanquam intrinſecè malum; nihilominus etiam oppoſita opinio non eſt omnino improbabilis; videtur enim diſpar ratio de internuncio & de literis, nam famulus qui internuntium de rebus turpibus defert concubinæ heri, directè ac proximè cenſetur peccato heri cooperari, tamquam inſtrumentum quo mediante herus inducit mulierem illam ad peccandum ſecum, ideo eſt omnino intrinſecè malum, ac proinde in nullo euentu licitum. At verò deferre tantùm literas ita materialiter, non videtur directa cooperatio ad peccatum tamquam proximum inſtrumentum, ſed magis remotè ſe habet, & ideo non eſt improbabile, ſaltem in aliquo caſu extremæ neceſſitatis, vt ad euadendam mortem ſibi comminatam poſſe licitè famulum eiuſmodi literas deferre. Et hæc omnia aſſerit Merolla *loco citato* Et ſub dubitatione, hanc etiam ſententiam tenet Caſtrus Palaus *tom 1. tract. 6. punct. 11. num. 7.* quia, ait ille, hæc ſcribere, vel deferre non videntur intrinſecè mala, ſi abſit à te malus finis, turpia enim verba ſcribi poſſunt, ſicuti ſcribunt DD. ad ponderandam malitiam illorum, qui ea ex malo fine proferunt, poſſuntque ſcribi & dici non tanquam ex proprio Marte, ſed ex alieno. Item non ſeriò, ſed irriſoriè. Ergo ſcribere hæc verba turpia de ſe non eſt intrinſecè malum, quia ſolùm ſunt turpia & mala, quatenus à prauo animo procedunt, & in prauum finem diriguntur; ergo ſecluſo hoc animo & hoc fine prauo mala non eſſe videntur; & à fortiori neque erit intrinſecè malum ſcripta iſta deferre ad concubinam, poterat enim illa deferre non vt moueatur ad coitum, ſed vt illam irrideat & comburat ergo illa actio deferendi quatenus à te procedit, bono vſui deſeruire poteſt, & idem eſſe videtur de ſcriptis ad duellum prouocantibus, & ideo Emanuel Sà *ver peccatum num. 9.* edit Complut. excuſat famulos has literas amatorias deferentes, & licèt

Sup. hoc in Ref. præterita, §. Sed tu.

Sup. hoc infra in Ref. 78. §. 2. ad lin. 13.

verf. ſicut nec literas, & in tom. 5. tr. 1. Ref. 52. §. vlt. & in Ref. 64. §. etiam vlt. in fine.

licèt Nauarr. *lib. 5. conſ. 5. de pœnit.* damnet mortaliter ſcribere concubinæ literas, vt poſt cœnam peccet ideo damnat, quia eſt circunſtantia mali finis ergo ſi hic finis malus ceſſat ex parte ſcribentis, ſeu deferentis, ceſſabit ex parte illius peccatum. Neque obinde debent dici ij deferentes lenones, quia hæc faciunt neceſſitate preſſi, non vt prauam fieri intentionem promoueant. Hæc Palaus. Et hanc opinionem quoad delationem tantùm literarum probabilem putat Hurtado de Mendoza *in 2. 2. diſput. 173. ſect. 30. §. 399.* vbi declarat mentem Sanchez, ſic enim ait. Si literæ contineant verba turpia, cenſet Pater Thomas ea non poſſe deferri, quia ſunt intrinſecè mala, niſi inter coniugatos, aut ſponſos de futuro. Videtur igitur cenſere nullo pacto licitum eſſe hoc genus obſequij. Opinor hæc non dici valde conſequenter; quia ſi illa delatio eſt intrinſecè mala, ergo nullo pacto exerceri poteſt. at ipſe paulo inferiùs dicit. Hæc autem omnia vt iis qui famuli non ſunt, liceant, grauiores adhuc cauſæ deſiderantur. Vt autem eius authoris conſequentiam tueamur, dicendum eſt ex eius opinione verba turpia eſſe intrinſecè mala, delationem autem non eſſe intrinſecè malam. Non ſunt autem deferenda ſine vrgenti neceſſitate; idémque cenſet de internuncio condicente locum, aut tempus, idem de famulo ſcribente has litteras. Illi autem qui famuli non ſunt, egent grauiori cauſa ad honeſtandas eas actiones. qui verò mandata deferunt, non ſunt dicturi, Vade, ſed herus te vocat, prima enim vox eſt perſuaſio, ſecunda verò eſt ſignificatio voluntatis alienæ, quæ non eſt intrinſecè mala. Quando verò nulla eſt ſuſpicio de literis, aut ruina inde imminenti, poſſunt ſine ſcrupulo ferri. Idem dicit Pater Thomas de famulo iuſſu heri ſequente fœminam indicaturo vbi habitet, cenſet enim non ſufficere ſolum famulatum, ſed requiri vrgentiorem cauſam. Item docet poſſe vrgenti occaſione aperire ianuam, & indicare herum. Imò cenſet eum aliquibus poſſe herum iuuari vt aſcendat per feneſtram, quia illa actio eſt de ſe indifferens, quam non tenentur vitare cum graui, & proportionato damno. Ita Hurtado *vbi ſupà.* Non deſinam etiam hic adnotare ea quæ docet Azorius *tom. 2. lib. 11. cap. 18. quæſt. 8.* vbi ſupra ſic ait. Quæritur an ſit peccatum quando famulus, vel ancilla iuuat concubinam ad ſe ornandum? Item quando famulus, vel ancilla aperit oſtium adultero venienti ſuo hero iubente, aut quando ſternit lectum, in quo ſcit heram cum amaſio peccaturam; aut quando iuſſu heræ vocat amaſium, vt cum eo colloquatur in vinea, vel horto, vbi ſcit heram cum amaſio ſolitam peccare; aut quando dicit ei iuſſu heræ, Vocat te ad cœnam hera mea, & ſcit cum eo poſt cœnam ſolitam vocare heram? Nauarrus ait non eſſe peccatum in primo; & ita idem diceret de ſecundo, ſi feciſſet mentionem, quia in vtroque famulus, vel ancilla ſolùm concurrit ad ſubſtantiam operis indifferentis, & ad obſequium ſuum debitum heræ præſtandum, quando id facit vt obediat heræ ſine mala alia intentione. Ita ille.

Sup. hoc infra in Ref. 78 lin. 12. ante finem §. 2. verſ. etiam poteſt quilibet.

Sup. hoc in Ref. præterita §. Et idem.

Sup. hoc & ſequentibus caſibus, in fine Ref. ſeq. & in duabus Ref. primis poſt ſeq & infra in Ref 67. curſim in §. Verum, & in Ref. 73. §. Ex dictis &c.

RESOL. XLV.

An ſerui poſſint deferre literas amatorias ad concubinam Domini?

Et quid de alys operibus indifferentibus, quæ ex iuſta cauſa poſſint ſerui ex mandato Domini exercere? Ex p. 7. tr. 7. Ref. 52. alias 51.

Quæ hic eſt ſupra Ref. 43 & in Ref. 44. & infra

§. 1. DE hoc caſu ego egi *in 3. part. tract. 6. Reſol. 46.* & me citato ad illum ſic reſpondet Machadus *tom 2. lib. 6. part 7. tract. 11. num.* 6. [Queda pues grauemente controuerſo entre los Dotores, ſi ſea licito al criado lleuar algun recaudo, ò papel del ſeñor, que contenga palabras torpes, i prouocatorias à mal. Sanches, i otros graues Autores, i con mucha razon condenan en el criado eſtas acciones por tan intrinſecamente malas, que no ay, ni ſe puede dar cauſa en el criado que las cohoneſte: Quod ſi is ſit cauſa moralis, & inſtrumentum fornicationis proximum; quod communis exiſtimatio teſtatur hos famulos Lenones (vulgo alcaguetes) appellans. Algunos ſon de parecer, que el criado no peca en lleuar à vna muger vn papel de ſu ſeñor, en que lo ſolicita para ſus torpes amores; porque iuzgan, que eſto es muy diferente, que ſolicitarſela el miſmo criado por palabra: pues parece, que ſolo lleuar, i dar el papel à la muger, no es directa cooperacion al pecado, como proximo inſtrumento, ſino remota; por lo qual juzgan; que, ſeria licito al criado en algun caſo de grande neceſſidad. Si bien Palao ſiente que baſtas qualquiera vrgente cauſa que concurrieſſe en el criado.] Ita ille; de aliis verò operibus indifferentibus, quæ ex iuſta cauſa poſſunt ſerui ex mandato domini exercere, vide Sanchez *in ſumm. tom. . lib. 1. cap. 6. num. 12. & ſeq.* Vaſquez *opuſc. de ſcandalo, quæſt. 43. art. 8. dub. 7.* & recognoſce meipſum *in part. 5. tract. 7. Reſolut. 27. 28. & 29.*

in Ref. 73 §. Ex dictis, & in Ref 78. §. ad lin 13 2. verſ. nec literas heri.

Ref. 2 hic citata hinc eſt antecedens, aliæ vero duæ hanc ſequentur.

RESOL. XLVI.

An poſſit famulus ſcalam apponere, vel ſuſtinere Dominum aſcendentem ad feneſtram, vt rem habeat cum femina?

Et aliqua alia circa hoc explanantur in textu huius Reſolutionis, quæ facere, vel non facere famuli poſſint in ſimilibus caſibus cum Dominis. Ex p. 5. tr. 7. Ref. 28.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet Caſtrus Palaus *tom. 1. tract. 6. diſput. 6. punct. 11. n. 5.* vbi ſic ait. Si indifferentia proximiora peccato ſubminiſtres aliam cauſam grauierem honeſtandi adminiſtrationem expoſtulo, qualis eſſet ſi pater toruis oculis te aſpiceret, & timeres malè tractari; vel ſi dominus à domo ſua te expelleret, & expulſus cogereris mendicare, vel penuriam pati, præcipue cùm non ita facilè alium dominum inuenias, qui ſimilia, vel peiora miniſteria non petat, vel ſi in eius domo te ſuſtinet, id ſit te obiurgando & increpando, vel debita mercede defraudando. Si enim aliquod ex iis damnis tibi prouenit eo quòd non miniſtres actiones indifferentes de ſe, & prauo vſui ex malitia domini deſeruientes, poteris illa miniſtrare, quia tunc non cenſeris peccato illius cooperari, ſed potiùs permittere. Vnde licet tibi tali vrgente occaſione, preſſo concubinam portare, ſignare locum domino vbi ſit. Item dicere concubinæ. Dominus meus dicit vt illum hac nocte expectes, vel eum videas. Item domino aſcendere volenti feneſtram ad rem habendam cum fœmina, poteris pedem ſuſtinere ſcalam apponere, quia ſunt actiones de ſe indifferentes, & ita Nauarr. *lib. 5. conſil. in 2. edit. conſ. 5. de pœnit. circa finem.* vbi poſtquam plures ex his caſibus appoſuiſſet, concludit. Ex his videtur colligi ratio defendēdi omnes prædictos à peccato ſaltem mortifero, modò, vt in caſu proponitur, non placeat eis peccatum, & faciant obſequia prædicta ob aliquem bonum finem, puta eo quòd habeant illa cauſa officij ſui, vel inſtam mercedem, licet enim hæc officia & obſequia ſint valde

Sup hac doctrina vſque ad not. ſeq. infra in Ref. 78. §. Nota ſecundo. prope finem, à verſ. Nota vero, & infra in tr. 8. Ref. 50. §. Non ſunt.

Sup. caſibus ſeq. in hoc textu in Ref. ſeq. & ſupra in Ref. 44. ante finem, à verſ. Idem dicit Pater Thomas. & in fine Ref. 45. & pro parte ſupra in Ref. 42. ad lin. 3. & pro parte infra in Ref. 67. §. verum. & in Ref. 73. §. Ex dictis. & in Ref. 75. à medio, & verſ. Denique, vſque in finem, & in Ref. 78. §. Primo famulus.

valde coniuncta peccato, non tamen sunt secundùm se, & suapte natura peccata, & ideo seiungi possunt à peccato per finem diuersum & seiunctum. Ita ex Nauarro Castrus Palaus: & hanc opinionem tenet etiam Merolla *tom.* 1. *disput.* 2. *cap.* 4. *corollar.* 2. *numer.* 278. vbi sic ait. Quod si herus ascendere velit per fenestram ad rem habendam cum fœmina, non liceret famulo ob communem rationem famulatus pedem heri sustinere vt ascendere possit, aut scalam admouere, eamque tenere, aut humeris sustinere, sed requiritur aliqua grauior causa in famulo, vt hæc ministeria præstare possit, vt vitatio alicuius magni damni, quod non præstatione talis ministerij famulo immineret: ratio est, quia cùm omnia hæc ministeria valde proximè peccato accedant, ea non excusat communis ratio famulatus. Hæc ille. & ex Sanchez probabilem putat Hurtado de Mendoza *in* 2. 2. *disp.* 173. *sect.* 30. §. 399. *iuncto* §. 397. ibi, *Quorum authoritas probabilem reddat opinionem*, &c. vide etiam Alphonsum de Leone *de officio Confess. tom.* 1. *recollect.* 14. *numer.* 64.

RESOL. XXXXVII.

An liceat famulo conducere concubinam in domum heri, per ianuam intromittere, lectum sternere, & similia? Ex p. 5. tr. 7. Res. 29.

Sup. contentis in hac Res. in Res. præterita ante medium, à Vers. Vnde licet, & signanter in Resolutionibus not. seq.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Angles *in floribus*, *part.* 1. *question.* 7. & nouissimè hanc etiam opinionem tenet Layman. *lib.* 2. *tract.* 3. *cap.* 13. *nu.* 5. vbi sic ait. Fas est famulo fœminam, cum qua herus peccaturus est, per ianuam intromittere, facem præferre, lectum sternere. At verò vt meretricem quamuis per se paratam, vel etiam conductam famulus è domo eius euocet, & per plateas ad herum deducat, permittendum non videtur, cùm hoc vix fieri posse videatur sine aliqua inductione mulieris ad peccatum. Sic ille. Merolla verò *tom.* 1. *disput.* 2. *cap.* 4. *corollar.* 3. *num.* 280. Alphonsus de Leone *de officio Confess. tom.* 1. *recollect.* 14. *num.* 60. Sanchez *in summa tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 7. *nu.* 25. & alij asserunt hoc esse licitum, quando famuli nullum internuntium heri deferunt, sed tantùm illam comitantur, quia tunccùm conuentum sit inter herum & illam, vt ipsa veniat in domum heri, illam in tali casu comitari est non secus ac si herum famulus comitaretur abeuntem ad peccandum cum aliqua fœmina, quod licere patet. Addunt tamen quòd quando non esset simplex comitatus, sed actiuè concursu physico famuli concubinam deferrent, vt in curru, sella, &c. non sufficeret ad eos excusandos à peccato communis ratio famulatus, quia hoc ministerium proximè accedit ad peccatum, & ideo damnum aliquod notabile famuli exigitur, vt id sibi licitum sit; sed Hurtadus *in* 2. 2. *disput.* 173. *sect.* 10. §. 397. putat debere famulum vtramque actionem omittere in dictis casibus, quia comitari concubinam est illi opem ferre quia fœminæ non audent solæ incedere: si autem illa alioquin esset itura, illam comitari non est peccatum, quia ex eo comitatu nulla accipitur occasio ruinæ, sed se habet omnino per accidens. Ita Hurtado. Verùm ego sententiam Sanchez & Merollæ probabilem esse puto & inuenio Castrum Palaum *tom.* 1. *tract.* 6. *disput.* 6. *punct.* 11. *nu.* 5. sine vlla limitatione, sed absolutè docere posse famulum imminente graui & proportionato damno concubinam portare in domum heri.

Sup. hoc supra in Resol. 42. & infra in Res. 73. §. Ex dictis, & in §. not. præteritæ.

RESOL. XXXXVIII.

An ex aliqua iusta causa licitum sit commodare cubiculum alicui petenti ad fornicandum; vel locare domum meretrici, etiamsi ob loci circunstantiam aliquis peccatum admitteret; vel si meretrix domum illam conducens plurimum fœminis honestis vicinis noceret? Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. Res. 45.

§. 1. DE hoc casu olim interrogatus fui; nam quidam vir nobilissimus instanter ab amico domum eius ad meretricandum petebat, at si hoc illi denegasset, in grauissimum damnum incidebat: consuluit, an peccaret hoc faciendo, & respondi negatiuè, quia absque detrimento proprio proportionato hoc denegare minimè poterat; & commodare cubiculum ex obiecto, non est intrinsecè malum, sed indifferens, & ex sola praua abutentis intentione ad malum ordinatur; ergo, &c. Et ita hanc sententiam in terminis docet nouissimè Marullus *tom.* 1. *dispus.* 2. *cap.* 4. *dub.* 10 *concl.* 4. *n.* 295.

2. Hinc à fortiori infertur contra Nauarrum *c.* 17. *num.* 195. licitum esse, ex iusta tamen causa, locare domum meretrici, etiamsi ob loci circumstantiam aliquis peccatum admitteret, quod minimè perpetraret, eo loco sibi non concesso, vt ratione situs, &c. vel si meretrix domum illam conducens plurimum fœminis honestis vicinis noceret. Et ita docent Valentia *tom.* 3. *disp.* 5. *q.* 21. *punct.* 4. & Salonius *in* 2. 2. *q.* 17. *art.* 4. *contr.* 6. *post* 4. *concl. corol.* 3. cum aliis.

Sup. hoc in Res. seq & infra in Resol. 73. §. Item deducitur, & in Reso. 75. ad lin. 8. & in tom. 6. tt. 3. Res. 110. §. vlt.

RESOL. XXXXIX.

An liceat locare domum meretrici, vel vsurario publico?

Et an liceat locare domum meretricibus, vel vsurarijs carius, quàm locaretur honestis, vel etiam si æque commode possit alteri locare, & alia circa hoc explanantur? Ex p. 5. tr. 7. Res. 26.

§. 1. NEgatiuè respondet Nau. *in Manuali*, *c.* 17. *nu.* 195. quia hic locans videtur ministrare materiam ad abusum contra castitatem & iustitiam, & consequenter absque aliqua iusta & vrgenti causa id fieri non potest.

2. Hurtadus verò de Mendoza *in* 2. 2. *disp.* 173. *sect.* 30. §. 394. existimat si domus possit aliis locari, non posse licitè locari meretrici, quia ego sine incommodo vllo possum impedire actiones turpes meæ domi exercendas, esto alibi mulier perdita illas sit exercitatura. si verò domum ego aliter locare non possum, licitè eam loco. Item aduerto propter solum lucrum locationis non esse locandam, si prudenter existimetur fœminam alibi non esse perditè victuram, tunc enim domus locatio excusatur graui damno proportionato, & non minori. Ita ille.

Sup. hoc in Res. præterita §. vlt. & in tom. 6. tt. 3. Res. 100. §. etiam vlt. & pro Vsurario infra in Res. 53. in fine & pro vtroque in Res. 73 §. Item deducitur, & in Res. 75. ad lin. 5.

3. Alij autem, & rectiùs, asserunt etiam nulla alia iusta & vrgenti causa excusante licitum esse locare domum meretrici publicæ. Ita Valentia *tom.* 3. *disput.* 5. *quæstion.* 21. *punct.* 4. Salas *in part.* 2. *tom.* 2. *tract.* 13. *disput.* 5. *sect.* 15. *numer.* 133. Syluius *in* 2. 2. *quæst.* 77. *articul.* 4. *quæritur* 1. *conclus.* 5. Sanchez *in summ. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 20. Azorius *tom.* 2. *lib.* 12. *cap.* 18. *quæstion.* 3. Vasquez *opuscul. de scandalo*, *quæst.* 43. *artic.* 8. *dub.* 5. *numer.* 48. Rebellius *lib.* 14. *quæst.* 17. *numer.* 8. Lessius *lib* 2. *cap.* 24. *dub.* 7. Castrus Palaus *tom.* 1. *lib.* 6.

lib. 6. disput 6. punct. 11. *num.* 1. Salonius *in* 2. 2. *quæst.* 77. *art.* 4. *contr.* 6. *post* 4. *conclus. coroll.* 3. & Merolla. *tom.* 1. *disput.* 2. *cap.* 4. *coll.* 6. *num.* 192. quia locatio domus nimis à peccato remota est, cùm non sit illius materia, neque occasio.

4. Limitant hanc sententiam Valleuria & Salon. *vbi suprà*, nisi accideret vt ob loci circumstantiam aliquis peccatum admitteret, quod minimè perpetraco loco sibi non concesso, tunc enim teneretur quis locare domum meretrici, vel vsurario, si absque suo detrimento fiat. Et idem dicit Sanchez, quando in ea domo ratione situs, aut alia esset specialis aptitudo ad ea peccata committenda, quia tunc videretur locans adiuuare, & ideo causa aliqua iusta excusans requiritur. Limitat secundò idem Salon. *dicta controuers.* 6. paulo ante solutionem ad argumenta, nisi vicinia meretricis domum conducentis plurimum fœminis honestis vicinis noceret, tunc enim necessaria esset aliqua iusta causa locantem excusans, hæc autem erit, si non posset commodè aliis locare, vt bene inquit Sanchez *loco citato*.

5. Nota tamen quod licèt Nauarr. *in summa, cap.* 17. *num.* 195. §. *respondimus*, dicat, non licere tibi domum locare meretricibus cariùs, quàm locaretur honestis, eo quòd magis lucrentur, quia videris esse particeps lucri obuenientis ex peccato. Verùm hæc limitatio mihi non probatur, quia neque talis locatio est contra castitatem, neque contra iustitiam: non contra castitatem, quia sicut locare domum & recipere pretium locationis, etiamsi sit pretium ex turpitudine acquisitum, non est contra castitatem, neque etiam est recipere maius pretium, quia non ob turpitudinum, sed ob domum locatam recipitur. Item hæc difficultas inueniendi domos accommodatas potiùs retardat à meretricio, quàm compellit. Quòd verò non sit contra iustitiam, inde constat, quia ex habitatione meretricis & vsurij domus vilescit, & consequenter minoris postea conducenda est, & ratione huius damni poterit pluris locare meretrici quàm fœminæ honestæ. Ea verò quæ suprà adducta sunt de locanda domo meretrici, dicenda sunt in locanda domo vsurario publico, quæ omnia contra Molf. sium *in summa tom.* 1. *tract.* 8. *cap.* 10. *num.* 54. procedunt, etiamsi domus locandi meretrici, vel vsurario posset æquè commodè alteri locari. Ita Castrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 6. *disput.* 6. *punct.* 22. *num.* 1. & alij.

RESOL. L.

An sit licitum donare iudicis concubina, vt intercedat apud illum, quia ipsa pergeret ad colloquendum iudicem, & est mortale ratione scandali cum exponat se vehementissimo periculo peccandi & alieni? Ex p. 4. tr. & Misc. Ref. 138

§. 1. NEgatiuè respondet nouissimè Sanchez *in consil. mor. tom.* 1. *lib.* 3. *cap. vn. dub.* 43. *num.* 2. quia, ait ille, vxor amore turpi, & eo vt tali mihi patrocinari volo, tum quia ipsa moraliter nequit benè facere, quia ipsam pergere ad alloquendum iudicem est mortale ratione scandali sui, cùm exponat se vehementissimo periculo peccandi & alieni, quia exponit alium eidem periculo, sic mihi & aliis visum est post magnam de hoc altercationem. Hæc Sanchez, quod antea docuerat *in summ. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 38. satis quidem probabiliter.

Sup. hoc in Ref. seq. & infra in Ref. 78. §. Primo, in fine, & in §. Nota secundo, ad medium, vers. quid quid, & in tom. 6. tr. 3. Ref. 94. §. vlt.

2. Sed ego non minus probabilem affirmatiuam sententiam esse existimo, si negotium graue sit, videà que iudicem non tibi esse propitium, speres autem intercessione concubinæ gratum fore, neque alia via appareat quo possis illum ad seruandum tuum ius inflectere, quia non petis aliquid quod ipsa licitè præstare non possit, nam licèt illa intercessione iudex, vel concubina foueant turpem amorem, hoc tu non intendis, neque vllius momenti est causa. Nam stante illa intercessione adhuc, iudex & cōcubina poterant à praua voluntate se continere. ergo intercessio de se mala non est. quòd verò media illa intercessione concubina & iudex periculo peccati exponuntur, non obstat quo minus id licitè fieri possit vrgente graui causa quo licitum est ob grauem causam sæpe periculo peccandi te exponere, quia periculum peccati in tali casu non est peccatum, & hæc omnia docet Castrus Palaus *tom.* 1. *tr.* 6. *disp.* 6. *punct.* 15. *num.* 2.

RESOL. LI.

An liceat petere à meretrice iudicis intercessionem in causa iusta apud iudicem?

Et ex doctrina huius quæstionis deducuntur alij casus sæpius contingentes in praxi.

Et tandem infertur fœminam non peccare quando ægram curandam se exponit Medico, quamuis prudenter timeat illum accepturum scandalum.

Idem dicendum est de viro, qui possit à fœmina curari, quando non potest sine graui incommodo id relinquere. Ex p. 5. tr. 7. Ref. 20.

§. 1. COntra Sanchez affirmatiuam sententiam cum Castro Palao alibi satis firmaui; cui nunc addo Hurtado de Mendoza *in* 2. 2. *disp.* 173. *sect.* 11. §. 143. quia quod ego peto, est actio indifferens, quæ à iudice & ab eius pellice potest fieri benè & malè, neque mea petitio est mala re, aut specie; vnde tota ratio scandali oritur ex malitia iudicis & meretricis; quam occasionem ego non teneor vitare cum graui damno, & ideo in aliis occasionibus ex hoc generali principio ait Hurtad. §. 148. facile est deducere quid sit agendum, si enim quod ego peto potest exerceri benè & malè, neque in petitione est malum, aut species mali, illa petitio est licita, quando suppetit grauis causa tam mea, quàm proximi; vt si mihi opus est initiari sacris Ordinibus, aut sum dignus beneficio quo egeo, vel habeo ius ad cathedram, cuius sum candidatus, aut egeo iusta sententia iudicis, possum licitè petere eas omnes actiones ab Episcopo, à iudice & ab aliis, licèt illi indè occasionem accepturi ad simoniam, vel subornationem, vel quid simile, quia ea peccata oriuntur ex illorum malitia, non verò ex meis actionibus. Ex his etiam deducitur licitum esse fœminæ iudicem adire, & causam apud illum agere, quamuis prudenter timeat illum eius pulchritudine pelliciendum, & laturum sententiam iustam ex affectu se insinuandi in eius fœminæ consuetudinem. Item, dicendum est fœminam non peccare, quando se ægram curandam exponit Medico, quamuis prudenter timeat illum accepturum scandalum. Idem dicendum est de viro, qui possit à fœmina curari, quando non potest sine graui incommodo id relinquere.

Alibi in Ref. præterita & in aliis eius not.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 8. ex doctrina Ref. 2 cursim ad lin. 9

RESOL. LII.

An liceat sine scandalo soluere vsuras? Ex part. 5. tract. 7. Res. 12.

§. 1. RESpondet Valentia *tom. 3. disp. 21. quæst. 21. punct. 4.* quòd si quis peccauit petendo mutuum, peccat etiam soluendo vsuras, & posset quis pro hac sententia rationem hanc adducere, quia qui dat proximam materiam alteri ad peccandum, in hoc ipse peccat; vt si quis dederit vinum ebrio, vel deposuerit virginem apud luxuriosum; sed qui soluit vsuras, dat proximam materiam vsurario ad peccandum. Ergo peccat, neque satis est dicere vsurarium esse paratum, quoniam etiamsi aliquis sit paratus inebriari, peccat qui dat illi vinum, & ita hanc sententiam existimat esse veram Hurtado de Mendoza *in 2. 2. disput. 173. sect. 14.* §. 182. in casu, quo sine vllo incommodo id posset præteriri; sed addit id rarò contingere posse, quia mutuatarius censebitur ab vsurario deparcus & illusor, & erunt iurgia inter illos, item occluder viam inueniendi iterum ad vsuram.

2. His tamen non obstantibus ego affirmatiuæ sententiæ adhæreo, quam tenet Basil. Pont. *de matr. lib. 5. cap. 18.* §. 7. *num. 53.* vbi sic asserit. Mihi, absolutè loquendo, & seclusa aliqua praua intentione, solúmque spectata vsurarum solutione, videtur nullum in ea inueniri peccatum: Idque manifestè conuincitur argumento desumpto ex *cap. debitores, de iureiur.* Iuramentum de re illicita non est seruandum, cùm iura & ratio clament, iuramentum non esse vinculum iniquitatis. At iuramentum de soluendis vsuris est obligatorium, & adimplendum, ex dicto *cap. debitores*, ergo non est peccatum in soluendis vsuris, aliàs non ligaret eiusmodi iuramentum: imò peccatum esset adimplere. Ad argumentum pro contraria sententia allatum respondetur, eum, qui soluit vsuras, non offerre materiam proximam peccati, si rectè inspiciatur, in quo differt valde ab eo, qui offert vinum, vel deponit virginem, sed extorquentur ab eo pecuniæ Quare non agit, sed patitur iniustitiam; pati autem iniustitiam nullum omnino peccatum est. Quod autem ille reuera non offerat, sed tantùm patiatur, ex eo colligi potest, quia sæpe potest contingere vt cogatur soluere, vt si interuenerit instrumentum de contractu, & iuratum, vt dictum est. Ergo signum est hunc non offerre materiam, sed pati iniustitiam. Ita Pontius. Sed circa præsentem quæstionem ne deseras videre Sanch. *in summ. tom. 1. lib. 3. cap. 11. n. 3. & seq.*

RESOL. LIII.

An qui sine causa deponit pecunias penes vsurarium, teneatur restituere vsuras, quas mutuas accepit ex illa pecunia mutuata?

Et an hoc sit peccatum scandali?

Et quid de locatione domus Vsurario? Ex p. 5. tr. 7. Res. 11.

Sup. hoc infra in Res. 73. §. Item ex Caietano. & in tom. 6. tr. 3. Res. 94. §. 2. post mediũ, & in Res. 95. § 2 ad lin. 4. & prope finem.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Basilius Pontius *de matrim. lib. 5. cap. 18. §. 4. num. 23.* vbi sic ait. Quoties damnum proximi sequitur contra iustitiam, teneor cessare à meo opere, aliàs & mihi imputabitur peccatum, & tenebor etiam ad restitutionem damni alterius. v.g. deponit quis pecunias apud nũmulatium, siue paratum meis pecuniis fœnerari, siue non paratum, sumpturum tamen occasionem ex eo deposito; vel arma bellica apud furiosum, vel puluerem bellicum apud hostes, imputabitur peccatum eius apud quem depono, si ille reuera meo deposito damnum infert, aut fœneratur meis pecuniis, vel simpliciter, vel aliqua ex parte, & præterea teneor ad restitutionem vsurarum, & damni illati proximo. Ita docet Soto *lib. 6. de Iust. q. 1. art. 1. in fine.* Nauar. *in summa, c. 14. n. 30. illatione* 12. & S. Thom. *q. 5. de malo, art. 14. ad. 18.* Huius ratio est, quia ille reuera reus est eius peccati. Quare non rectè Caietan. 2. 2. *q. 78. art. 4.* docuit eum, qui deponit pecunias apud nummularium, quem scit pecunia illa fœneraturum esse, solùm peccare contra iustitiam, & præterea contingere potest vt peccato prodigalitatis non peccet, si nummularius fidelis depositarius sit, & suo tempore reddat, vt esse solet. Ita Pontius, & hanc sententiam docuisse etiam Vasquez testatur Castrus Palaus *tom. 1. tract. 6. disp. 6. punct. 13. n. 1.*

2. Sed ipse, & meritò, contrariam sententiam tenet, quam etiam tuetur Bannez *in 2. 2. quæst. 78. art. 4. dub. 4.* Molina *de Iust. tom. 2. tract. 2. disput. 331.* quos sequitur Hurtado de Mendoza *in 2. 2. disp. 173. sect. 14.* §. 181. vbi quærens, an sit peccatum scandali deponere pecuniam apud vsurarium ea ad vsuras abusurum; respondet si pecuniæ deponantur custodiæ causa, quia alioquin periclitantur, aut alibi non possunt sine graui incommodo custodiri, nullum est peccatum eas pecunias deponere apud abusurum eis ad vsuram, siue aliàs habeat, siue non. Si autem sine occasione eas deposuit, peccat quidem contra charitatem grauiter, quia vsurario præbet occasionem peccati grauis, at non peccat contra iustitiam, neque restituere tenetur vsuras ab alio partas, quia non tenetur ex iustitia abstinere ab actionibus, quæ ex se non sunt illatiuæ mali, Ita ille, & ego. Dura enim est obligatio, quam imponit Pontius, & Vasquez, & deposita pecunia certè est causa nimis remota fœnoris, indiget enim voluntate fœneratoris, & voluntate fœnus concedentis.

3. Non desinam hîc obiter adnotare Caietanum, Bañez, Aragon. & alios penes Sanchez *in summa, tom. 1. lib. 1. c. 7. n. 3.* nullam causam in deponente pecunias apud vsurarium expostulare: quia hæc pecuniarum depositio non videtur vsurarum causa, sicut nec locatio domus; & hanc sententiam probabilem putat Castrus Palaus *vbi suprà*, nam contrariam, quam ipse cum Sanchez. Rebellio, Valentia, & aliis tenet, vocat tantùm probabiliorem.

Sup. hac locatione domus late supra ex doctrina Res. 49. & in aliis eius not. pro hac quæst.

RESOL. LIV.

Vtrum quis possit sumere mutuum ab vsurario? sub vsuris, non solum ad subleuandam necessitatem, sed etiam propter conuiuia, torneamenta, ludos otiosos, & similia, iuxta exigentia proprij status?

Ex quo infertur, an eadem sit prorsus ratio de hoc, ac de petente Sacramentum à Ministro malè parato, quamuis sciat fore, vt in peccato mortali ministret? Ex p. 1. tr. 8. Res. 31.

§. 1. NEgatiuè respondet Syluester *verb. vsura, 7. q. 1.* Rebellius *de obligat. iustit. p. 2. lib. 8. q. 16. sect. 6. n. 27.* & alij.

Sup. hoc in Res. seq. signanter in §. Notandũ est, & §. vlt. ad medium, & in tom. 1. tr 1. ex consequẽtiis doctrinæ Res. 21. signãter §. 1. paulo post initium, vers. Hanc difficultatẽ.

2. Sed, vt ipsemet Rebellius fatetur, contraria sententia est probabilis; quam tamen ego puto probabiliorem: eámque docet Faustus *in speculo Confessor. disp. 16. q. 127. n. 4.* Sanchez *in sum. tom... lib. 3. c. 8. n. 15.* qui citat Sotum, Aragon. Salonium, Ledesmam, & alios. Et ratio est; quia hæc omnia ad decentiam status pertinent, & ita pecuniam accipiens à mutuatario non videtur cooperari eius malitiæ; sed tantùm peccatum permittit. Quod adeò verum existimo, vt cum ipso

ipſo Sanchez *ibid.n.*23.Sala *tr.de vſuris,dub.*48. *n.*7. & aliis, putem, non peccare mortaliter ſed venialiter, ſi dictam pecuniam quis peteret ad vana & inutilia, vt ad ſuperfluas epulas,ad ludos otioſos,&c. quia eadem eſt prorſus ratio de hoc, ac de petente Sacramentum à miniſtro malè parato; quamuis ſciat, fore vt in peccato mortali miniſtret: ſed, qui peteret abſque neceſſitate, & vtilitate aliqua à tali Sacerdote Sacramentum, venialiter ſolùm peccaret: ergo, &c. Cæteras rationes vide apud Sanchez: quidquid in contrarium aſſerat Rebellius *loco cit.*Arragonius *in.*2.2.*q.*89.*art.* 6.*dub.*2. Valentia *tom.*3.*diſp.*5.*q.*21.*punct.*4. & alij penes Salam *vbi ſuprà* ,*n.*6. & Sanchez. Sed noſtra ſententia eſt probabilis,& tuta in praxi:& illam etiam docet, præter DD.citatos, Ioan.de la Cruz *in direct. conſcient.p.*1.*precept.*7.*q.*5. *dub.*14.*concl.*2.

Et pro petente Sacram. à Miniſtro malè parato latè in tom. 1. tr.1. Ref. 20. & in aliis eius annot.

RESOL. LV.

An ſine cauſa honeſta, petendo pecuniam mutuam ab vſurario parato, ſit peccatum mortale?

Et quid eſt dicendum, ſi proximus non ex mera malitia, ſed ex vehementi paſſione auaritiæ exigat vſuras, an in tali caſu liceat petere mutuum ſine honeſta cauſa?

Et an liceat petere ab vſurario mutuum ad vſuras expreſſè, & formaliter v.g. dicendo, da mihi mutuum ad vſuras?

Et an licitum ſit non ſolum petere ad vſuram ab homine parato, ſed etiam à non exercente vſuras, licet agnoſcamus eſſe periculum, vt eas ille velit?

Et in §.3. *& vlt. huius Reſolutionis adducitur, quæ ſint cauſæ honeſtæ, petendi mutuum ab vſurario.* Exp. 5. tr. 7. Ref. 8.

Sup. hoc in Ref. præterita, & vide,ſi placet, verſ. eius primæ not.

§. 1. ESſe peccatum mortale docet Caſtrus Palaus *tom.*1.*tr.*6.*diſp.*6.*punct.*10.Pontius *de matr. lib.*5.*c.*18. *n.*50. Vaſq. *opuſc.de ſcandalo, art.*8. *n.*33. Suarez *diſp.*10.*ſect.*3.*n.*2.*&* 3. Molina *tom.*1.*tract.*2. *diſp.*335.*concl.*5.& alij. Quia ſi ego ſine vllo, aut leui damno poſſum hîc & nunc vitare actionem turpem proximi,& efficere ne ille propter iniuſtitiam ſit ſubiectus reſtitutioni, charitas poſtulare videtur, vt abſtineam ab ea petitione. Ergo, &c. Quòd autem illa petitio non poſſit eſſe venialis,ſed mortalis,probat etiã Vaſquez, quia quando ex opere veniali ex ſe vt ex mendacio leui ſine iuramento, vel ex opere ex ſe indifferenti, ſumitur occaſio peccati mortalis, illa actio quæ ex ſe eſt venialis,& indifferens, redditur mortalis ab hac circumſtantia ſcandali paſſiui mortalis. ergo, &c.

2. Ego verò cũ Hurtado de Mendoza *in* 2.2.*diſp.* 173.*ſect.*4 §.176.*&* 177. puto hanc ſententiam eſſe probabiliorem; ſed contrariam exiſtimo cum eodem Hurtado etiam probabilem eſſe quia peccatum hoc fœneratoris eſt ex pura malitia, peccatum autem ex malitia non eſt curandũ.Ergo.Secundò probatur,quia ille homo non excitatur à petente mutuum, neque impellitur, iam enim ipſe ſe impulit ante illam petitionem mutui. Petitio autem non eſt de ſe cooperatio ad vſuram, quia vſura non petitur, nec offertur, ſed tantùm eſt mutui petitio, quæ de ſe non eſt cooperatio ad malum. Eo autem quòd hîc & nunc occaſiones peccatum in vſurario, non imputatur ad culpam ipſi petenti, non ſolùm quia petitio non eſt mala, neque habet ſpeciem mali, ſed quia id oritur ex inſigni, & deprauatiſſima malitia vſurarij. Vnde ſine ſcrupulo ſcandali poſſunt ab huiuſmodi hominibus mutuæ pecuniæ peti, etiam cum periculo fœnoris. Ratio item generalis eſt; quia vſurarius non ruit in id peccatum occaſione alterius, ſed iam ipſe aſſentit. Dico igitur probabiliter petitionem mutui eſſe tantùm peccatum veniale.

3. Notandum eſt tamen quòd ſtando in prima opinione,cauſa honeſta petendi mutuum ab vſurario erit, quoties ego vel ad prouidendum meæ domui, aut alicui veræ meæ neceſſitati, vel alienæ, vel ad aliquod opus pium, vel etiam ad aliquem ludum publicum, à quo non poſſum niſi inhoneſtè abeſſe, vel ad aliquam actionem frequentem hominibus mihi æqualibus, quam vitare non poſſum ſine aliquo dedecore,vel etiã ad mercaturam honeſtè exercendam. Item quando quis aliqua paſſione graui concitatur ad ludum, vel quid ſimile, non tenetur lege charitatis abſtinere à petendo mutuo, quia cum tanta difficultate non tenetur vitare peccatum proximi ad illud iam parati, & ex deprauata malitia. Ita Hurtado *vbi ſupra.* §. 178.

Sup. hoc pro parte,in Ref. not. præteritæ. & infra, ante mediũ §. vlt. huius Ref.

4. Sed quid dicendum ſi proximus non ex mera malitia,ſed ex vehementi paſſione auaritiæ exigit vſuras, an liceat in hoc caſu petere mutuum ſine honeſta cauſa Negatiuè reſpondet Valent. *tom.*3 *diſp.*5.*q.*21. *punct.*4. & Sanchez *in ſum.tom.*1.*lib.*3.*c.*8.*n.*18. quia tunc proximus eſt in maiori neceſſitate, & ideo tunc ſtrictiùs obligat præceptum charitatis de impediendo eo proximi peccato. Verùm contrarium, & meritò, docet Hurtado *loco cit.* quia omnis vſurarius peccat ex vehementi inclinatione in pecunias, neque auaritia eſt ex genere illarum paſſionum, quæ commouent animum excitatis humoribus,vt ira, triſtitia,&c.Cùm autem ille appetitus ſit diuturnus, oritur ex pura malitia illum non vincere. Ergo, &c. Vnde ex his omnibus remanent ſuis firmata ea, quæ docui *in* 1.*part. tract.*8.*reſol.*31.aduersùs quæ inſcienter ſcio aliquem olim arietaſſe.

Quæ hic eſt Ref. antecedens.

5. Et tandem pro coronide huius reſolutionis non relinquam hîc quærere, an liceat petere ab vſurario mutuum ad vſuras expreſsè & formaliter, v. g. dicendo,Da mihi mutuum ad vſuras. Negatiuè reſpondet Baſil. Pontius *de matrim.lib.*3.*cap.*18. §.7. *num.* 47. & Vaſquez *opuſc. de ſcandalo,artic.*8. *num.*19.& alij,quos citat Sanchez *in ſum.tom.*1 *lib.*3 *cap.*8.*num.* 26. quia non poteſt ab aliquo peti actus, qui non poteſt bene exerceri. Sed ipſe Sanchez *num.* 27. contrariam ſententiam docet, cui adde Valent.*vbi ſuprà*, Molin. *de Iuſt.tom.*2. *diſput.*335.*concl.*3. Bannez *in* 2.2. *quæſt.*78. *art.*4.*dub.*2.*concl.*1. hi enim aſſerunt poſſe mutuatarium dicere mutuanti, Da mihi mutuum ad vſuras: & ratio eſt, quia eius petitionis obiectum non eſt actio dantis mutuum ſub vſuris, quatenus ab eo procedit, hæc enim eſt intrinſecè mala; ſed obiectum illius petitionis eſt mutuum quod autem dicit *ſub vſuris*, eſt permiſſiuè, & ita eſt ſenſus, da mutuum, vel quia noui te non daturum niſi ſub vſuris, id permitto vt mihi conſulam. Vnde patet reſponſio ad argumentum pro ſententia Vaſquez,nam in hoc caſu non petitur abſolutè aliquid malum, ſed permittitur & exponitur animus ſoluendi vſuras. Et ideo ego puto cum Suarez *de Relig.tom.*2. *de iuramento, lib.*3.*cap.*13.*n.*9. hanc ſententiam eſſe probabilem.

6. Nota etiam contra Vaſquez *opuſc.de ſcandalo, art.*8. *n.*29. licitum eſſe non ſolùm, vt dictum eſt, petere vſuram ab homine parato, ſed etiam ab homine non exercente vſuras, licèt cognoſcamus eſſe periculum vt eas ille velit: & ratio eſt, quia quod ego peto, poteſt fieri honeſtè, quod ſi malè fit, eſt ob ſolam malitiam alterius, quam ego cum graui damno non teneor vitare: tamen in hoc caſu deſideratur maior cauſa ad petendum mutuum, quàm diximus requiri ab homine parato; & ego puto cum Hurtado *in* 2.2. *diſp.*173. *ſect.*14.§. 184. cauſam ſufficientem in hoc caſu eſſe, non ſolùm ſi pertineat ad vtilitatem conſer

Sup.his cau-

fis supra in §. Notandum est, huius Resol. & in Resol. not. præteritæ. conseruandi, aut augendi statum, sed etiam ad exercenda torneamenta, vel alias actiones, quas sine decore omittere quis non potest; at verò ob solum ludum, aut voluptatem non licet petere. Et in hoc casu licitum etiam esse petere mutuum ab imparato expressè sub vsura in sensu proposito, & explicato modo quo suprà tradit idem Hurtado §. 185. & Sanchez *in summ. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 30. quia illa petitio non est absoluta, sed conditionata tantùm, & magis est explicatio voluntatis paratæ ad vsuram reddendam, quàm ad eam exigendam inducentis.

RESOL. LVI.

An liceat petere iuramentum ab aliquo, quando timeo illum falsum iuraturum? Ex p. 5. tract. 7. Resolut. 9.

§. 1. NEgatiuam sententiam ex D. Thom. docet nouissimè Syluius, insignis eius Commentator, *in* 2. 2. *q.* 98. *ar.* 4. *con.* 2. vbi sic ait. Qui scit, vel opinatur alium esse peieraturum, & tamen ab eo exigit, vel etiam à parato recipit iuramentum, grauiter peccat, quia in tali exceptione iuramenti nihil boni est, sed dumtaxat veritas per einsmodi iuramentum euertitur, vel obscuratur. Hinc August. *serm.* 11. inter Parisienses, qui est 2. *de decoll. S. Ioan.* Scribite in cordibus vestris quod dico. Ille, qui hominem prouocauit ad iurationem, & scit falsum esse iuramentum, vincit homicidam, quoniam homicida corpus occisurus est, ille animam. Et exemplum refert cuiusdam ciuis Hipponensis, alioquin boni, extraordinariè adeò puniti, quòd ne rem sibi debitam perderet, iuramentum à peieraturo exegisset. Si dicas, ipsemet se interficit, qui falsum iurat, non ille qui iusiurandum exigit. Respondet August. *serm.* 28. *de verb. Apost. cap.* 10. Ille suo periurio se perimit, sed iste manum interficientis expressit, & pressit. Neque iuuat respondere quòd qui paratus est peierare, iam se peremerit priusquam re ipsa peieret; nam sæpe voluntatem peierandi non habent homines, sed eam concipiunt interim, dum vrgentur ad iurandum: & vt hæreant; talis iuramenti exactor, vel etiam receptor causa est, vt ipso externo opere periurij nomen Dei polluatur. Si dicat sua interesse, vt à tali homine iuramentum accipiat, ex dicto *serm* 11. August. responsionem audiat. Nonne melius erat vt rem tuam, quam exigebas, perderes, quàm hominis istius animam falsa iuratione perimeres? Adde quòd nec ea via rem suam sit recuperaturus. ponitur enim quòd debitor sit cum periculo debitum negaturus. Neque quempiam moueat, Augustinum non videri locutum de recipiente iuramentum à peieraturo, sed de exigente. Ex decursu enim sermonis colligi potest eamdem vtriusque esse rationem, quia scilicet nulli iusto vsui deseruit eiusmodi iuramentum, ac proinde non subest causa rationabilis illud recipiendi. Censetur autem aliquis scire quòd alius sit peieraturus, si vidit eum hoc, aut illud facientem, & tamen is vult iurare, quòd non fecerit. Item si certus est ipsum sibi debere, ac eum hoc non ignorare; & tamen is iurare vult, quod non debeat, opinari verò si satis nouit eum nihili facere iuramentum, aliàs peierasse esse malæ conscientiæ. Hæc omnia Syluius. Cuius sententiam etiam ex veteribus sequuti sunt Bonauentura, Richardus, Turrecremata, & alij penes Suarez *vbi infrà.* quibus adde Sotum *de Iust. lib.* 8. *quæstion.* 2. *art.* 14. & Vasquez *opusc. de scandalo, quæstion.* 4. *art.* 8. *dub...* Et tandem hanc sententiam tenet Basilius Pontius *de matrim. lib.* 5. *cap.* 18. §. 8. *nu.* 57.

2. Sed meritò Suarez *tom.* 2. *de Relig. lib.* 3. *de iuramento, cap.* 15. *numer.* 10. contrariam sententiam docet; dummodo non petatur vt reus iuret falsum; secundò vt adsit iusta causa petendi iuramentum, vt necessitas aliqua, aut vtilitas, ad quam habet ius; & ita hanc sententiam præter Suarez tuetur etiam Hurtado de Mendoza *in* 2. 2. *disp.* 173. *sect.* 15. §. 197. quia adest vtilitas & honesta causa ad petendum iuramentum, quod enim petitur, potest fieri bene & malè à iuraturo, potest enim iurare verum, quòd si falsum iurat, est propter solam malitiam, à qua ego non teneor abstinere cum graui damno, Esse iustam causam & vtilem probo, quia mea interest vt ille iuret, non enim ego possum persequi meum ius nisi iuridicè, vt aiunt, substantietur processus. Confirmatur primum, quia homines abriperent animam ad furta & alia crimina, si intelligerent non licere actoribus petere iuramentum à falsò iuraturis. Confirmatur secundò, quia iudex non posset licitè exigere iuramentum in ea occasione, etiam id petente actore, si enim huius petitio est intrinsecè mala, non potest iudex illi acquiescere. S. Augustinum apertè explanat Suarez propriis ipsius verbis. S. Thomam & alios explicat de petito iuramento sine necessitate, & quidem, vt ego non teneor abstinere à petitione iuramenti irreligiosè præstandi ab Ethnico, quia irreligiosè præstatur, propter solam eius malitiam, ita non teneor abstinere à iuramento aliunde vitiando. Ita Hurtado, & ego.

RESOL. LVII.

An liceat persuadere alicui, vt iuret obiectum quidem verum, sed quod ille ignorat, v.g. Scholasticus, quando vult probare Cursum, & Antonius suam Nobilitatem, &c.? Ex p. 5. tract. 7. Resolutio 10.

§. 1. CAsus potest frequenter accidere, & ad illum respondet Hurtado de Mendoza *in* 2. 2. *disputation.* 173. *sect.* 15. §. 200. non licere nisi iuraturus sibi persuadeat priùs rem ita esse probabili fundamento, ex quo possit formari dictamen practicum de honestate iuramenti; quia iurare sine eo dictamine est peccatum mortale: ergo inducere ad tale iuramentum est dare grauis occasionem ruinæ, ob quod est peccatum mortale scandali. Si verò priùs persuadeamus homini veritatem, ita vt ille efformet dictamen practicum de honestate iuramenti, licitum est illud petere, quia petimus rem licitam. At ille non est iuraturus rem aliter quàm scit. e. g. Scholasticus vult probare cursum, ad quod eget duobus testibus, adhibet duos amicos, qui illum non viderunt interesse lectionibus, at satis sibi persuadent illum interfuisse, possunt iurare illum interfuisse, at non possunt iurare se id vidisse. Ad primum enim habent sufficientem cognitionem (vt pono ex casu;) secundum autem illis constat esse falsum. Item interrogatur aliquis de nobilitate Antonij, docetur ab ipso Antonio fundamenta facientia fidem de illius nobilitate, quia vel adducit senes, homines quidem frugi & gnaros, vel ostendit antiquitatis instrumenta, & monumenta vetusta, quibus prudenter creditur rem ita esse. Possumus licitè iurare Antonium esse nobilem, quia ad id asserendum satis est prudens persuasio sine vlla ratione probabiliter dubitandi. Hæc omnia Hurtado, valde menti tenenda, quia noua, & in aliis Doctoribus minimè obuia.

RESOL.

RESOL. LVIII.

An sit licitum inducere Petrum ad iurandum de aliqua re, quam ipse ex ignorantia veram esse putat, licet re vera falsa sit? Ex p. 5. tr. 7. Resolutio 14.

§. 1. VT, v.g. si possit aliquis in Academia petere ab alio, vt sub iuramento affirmet petentem audiuisse lectiones per maiorem anni partem, & tamen qui petit, scit illud esse falsum, & alter à quo petitur deceptus, putat esse verum. Negatiuam sententiam docet Azorius *tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 11. *quæstion.* 2. §. *quæres*, & Suarez *de Relig. tom.* 3. *lib.* 3. *de iuramento*, *cap.* 14. *numer.* 8. & videtur etiam docere Basilius Pontius *de matrimon. lib.* 5. *cap.* 18. §. 8. *numer.* 59. quia nullus potest inducere aliquem ad actum, quem scit esse peccatum, etiamsi inductus facturus sit illud ex ignorantia. Sine controuersia enim est non esse licitum inducere aliquem in fornicationem, etiamsi ille commissurus sit fornicationem ex ignorantia, putans non esse peccatum, aut fortasse esse rem suam, quæ aliena est. Præceptum enim quo quis prohibetur tale peccatum committere, etiam obligat ad vitandum tale peccatum in altero, id est, ad non inducendum illum ad actum, quem inducens scit esse peccatum. Ita Pontius *vbi suprà*.

2. Sed ego puto contrariam sententiam esse probabilem, vt illam etiam vocat, & tuetur Hurtado de Mendoza *in* 2. 2. *disput.* 173. *sect.* 16. §. 199. quia peccatum illud non est scandalum actiuum, quia neque formaliter, neque materialiter occasionat proximo ruinam; non formaliter, quia non vult vt alter peccando ruat, non materialiter, quia non petit materiam hîc & nunc malam, sed potiùs hîc & nunc bonam, quia actus petitus oritur hîc & nunc à Religione: ergo illa petitio non est scandalum passiuum. Confirmatur, quia quando nostrum peccatum præuidetur, nullum damnum spirituale illaturum proximo, non habet circumstantiam scandali; ergo hæc petitio non habet circumstantiam scandali. Neque item est peccatum contra Religionē quia Deo nulla irrogatur iniuria, ego enim peto ab amico actionem, quæ est in honorem Dei, iurare enim quod inculpatè apprehendimus esse verum, est actus Religionis, ego verò illum actum peto, & non alium. Quòd autem ego sciam obiectum illud esse falsum, nihil interest, quia ego id obiectum non iuro, neque volo vt alius iuret, quod scit esse falsum; tota igitur iniuria Dei esset in iuramento falso; at iuramentum illud non est moraliter falsum, sed verum, ergo in illo nulla est iniuria Dei, sed honor. Ignorantia autem inuincibilis multum interest huius instituti, quia illa reddit iuramentum honestum, ob quod & meam petitionem honestat. Hinc ad argumentum responderi posset, prouocare aliquem ad iurandum cognitum vt falsum, esse contra Religionem, non verò prouocare ad iurandum falsum cognitum vt verum. His difficilis redditur ea opinio, ob quam opposita est probabilis. Neque verò teneor ego illum hominem veritatem docere, quia si cum graui meo damno non teneor ego illius vitare peccatum, multò minus teneor vitare ignorantiam, quæ non est peccatum; & hæc omnia docet etiam Hurtado *loco cit.*

RESOL. LIX.

An famuli ministrantes carnes Dominis in die ieiunij. Vel cibaria in refectiuncula peccent peccato scandali? Ex p. 5. tr. 7. Ref. 13.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Basilius Pontius *de matrim. lib.* 3. *cap.* 18. §. 7. *nu.* 48. vbi sic ait. Hinc constat quomodo peccent famuli ministrantes cœnantibus eo tempore. Si enim cibaria quæ ministrantur à famulis, sunt prohibita simpliciter eo tempore, quales sunt carnes tempore ieiunij, quibus domini non possunt benè, vel malè vti, sed necessariò malè vescuntur, in eo casu licitum non est famulis huiusmodi carnes ministrare, quia reuera cooperantur peccato. Si tamen cibaria talia sint, quibus domini ea hora & tempore benè, malè vesci possint, licitum est famulis ministrare, etiamsi sciant dominos peccatoros in vsu illorum ciborum. Ex quo magis in speciali colliges, sicut die ieiunij carnes ministrare, quia illarum non potest esse bonus vsus, peccatum famulorum est; ita etiam nocte diei ieiunij hora refectiunculæ ministrare cibaria, quorum rectus vsus in ea refectiuncula esse non potest, peccatum erit, propter eamdem rationem. Idem dicendum si extra horas, in quibus eo die vsus ciborum esse potest, cibaria ministret, cooperatur enim violationi præcepti. Ita Pontius. Alij verò contrarium docent, quia hoc non est cooperari ad peccatum alterius, sed ad substantiam solam illius actus, nimirum vt cœna est comestio quædam ad nutritionem & sustentationem hominis. Item quia opus illud solum est officium, quod præstare solet seruus, vel famulus domino Igitur in casibus supradictis famuli funguntur suo munere, quod aliis diebus & temporibus obire consueuerunt, & tantùm deseruiunt comestioni, quatenus naturam nutrit, & non quatenus ieiunium soluit. Et ita docet Alphonsus de Leone *de officio Confess. tom.* 1. *recollect.* 14. *n.* 65. Bonacina *in Decal. disp.* 2. *quæst.* 4. *punct.* 2. §. *vnico*, *num.* 38. Caietanus *in* 2. 2. *quæst* 147. *art.* 4. *in fine.* Azorius *tom.* 2. *lib.* 12. *cap. vlt. quæst.* 5. & alij. Sed à prima sententia non discedit Turrianus *in* 2. 2. *tom.* 1. *disp.* 95. *dub.* 6. vbi sic ait. Disputat Caietanus de famulis qui ministrant dominis suis tempore ieiunij. an excusentur à peccato. Docent autem excusari, quia non cooperantur intemperantiæ dominorum ex voluntate violandi ieiunium. Hæc tamen doctrina mihi non probatur, & ratio non est efficax, quia violatio præcepti non ex eo tantùm imputatur quòd quis directè intendat malitiam illius, sed quia concurrit ad actionem, ex qua sequitur necessariò malitia; hæc enim regula obseruatur in qualibet cooperatione cuiuslibet alterius materiæ. In præsenti autem casu considerandum est, an cibaria quæ ministrantur à famulis, sint prohibita simpliciter eo tempore, si enim tales sint, non est licitum illis ea ministrare, tunc enim planè cooperarentur peccato intemperantiæ, & scandalum esset actiuum ministrare materiam peccati contra præceptum. Si verò cibaria talia sint, quibus domini benè, vel malè vti possint, poterunt famuli ea ministrare. Ita Turrianus. Vide etiam Molfesium *in summa*, *tom.* 1. *tract.* 8. *cap.* 10. *num.* 59.

Sup. hoc inferius in tr. 8. Ref. 47. & in tom. 4. tr. 6. Ref. 126. in fine, & hic infra breuiter in fine Ref. 67. & in Ref. 73 §. Ex dictis in principio, & in Ref. 75. post mediū, & in Ref. 78. §. Nota secundò.

RESOL. LX.

An possint petere à saga, quæ scit licite, & illicite soluere maleficium, vt illud soluat? Ex p. 5. tr. 7. Ref. 15.

§. 1. Nega

RESOL. LX.

An possim petere à saga, quæ sit licitè, & illicitè soluere maleficium, vt illud soluat? Ex p. 5. tr. 7. Res. 15.

§. 1. NEgatiuè respondet Caietanus *in opusc. tom. 2. tr. 12. de maleficio, quæstion. 1. in fine corp.* & Delrius *in disquis. Mag. lib. 6. c. 2. sect. 5. quæst. 2. ver. Dico quarto.* Sed mihi placet contraria sententia, quia quod ego peto, potest ab illa fieri bene & malè, præmotus vrgenti necessitate & occasione, ad id petendum; scandalum autem passiuum accipit saga ex sola malitia, quia mea petitio nec est mala, neque habet speciem mali, sed potiùs est bona; sed cum graui incommodo proprio & alieno non teneor ego abstinere ab opere, cuius occasione alius ex malitia peccat; & quidem eadem est ratio de petitione mutui, iuramenti, &c. ergo, &c. & ita hanc sententiam docet Hurtado de Mendoza *in 2. 2. disp. 173. sect. 16. §. 105.* Suar. *to. 1. de Relig. lib. 2. de superstit. cap. 18. numer. 9.* Lessius *lib. 2. cap. 44. dub. 6. n. 46.* Filliucius *tom. 2. quæst. 5. pun. 5. num. 8.* & Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 95. numer. 11.* vbi sic ait. Existimo licitum esse petere ab eo malefico absolutè vt maleficium soluat, quamuis, constet petenti fore vt medio illicito vtatur. Ducor, quòd omnes fateantur licitum esse petere ab vsurario mutuum, & ab infideli iuramentum, quando petens eis indiget, quamuis exploratum illi petenti sit fore vt ille sub vsuris mutuet, & hic iuret per falsos Deos, nec oportet illis explicare, vt modo licito faciant: & nulli alij rationi innituntur, nisi vtrumque posse vti modo licito, ac culpa sua illicito vti. Quæ ratio prorsus militat in casu nostro, nam petitur à malefico solutio maleficij, quam potest medio licito facere, nempe auferendo signum, quod si alio maleficio faciat, sibi tribuendum est: ergo vel illi casus negandi sunt contra omnium mentem, vel hic concedendus. Secundò, quia rationes Caietani non vrgent. Non enim petitur opus vagè à malefico, sed determinatum, nempe vt maleficium soluat, quamuis modus operandi vagè petatur; quod idem prorsus reperitur in repetitione illa mutui ab vsurario, & iuramenti ab infideli; nec petitur à malefico, vt maleficus est, quo pacto peteretur ministerium artis maleficæ, sed petitur ab illo in quantum potest licitè maleficium auferre. Sicut petens à Iudæo publicè vsurarij munus obeunti, non petit ab eo mutuum, quatenus potest licitè mutuare. Imo sicut petens mutuum ab vsurario, & iuramẽtum ab infideli potest recipere acceptata conditione dandi sub vsuris, & iurandi per idola, nec apparet cooperatio aliqua, sed solus vsus peccati alterius, qui culpa sua prauè facit; quod vniuersi fatentur. Ita si maleficus nollet soluere modo licito maleficium, vti nouit, potest acceptari vt maleficio soluat. Nec petenti tribuetur culpæ; vt pote qui minimè cooperatur peccato alterius, sed eo vtitur, vt propriæ saluti consulat. Ita Sanchez, qui bene *ibid. numer. 15. & 16.* monet non esse licitum indifferenter petere solutionem maleficij, quando petendo modo licito non vteretur, sed modo illicito, & quando maleficus vellet applicare aliquam medicinam vanam.

Sup hoc iuramento ab infideli in tom. 1. tr. 1. Res. 21. §. 1. ad medium, à Vers. dubium est. & à Vers. Hanc difficultaté. & in alijs eius not.

RESOL. LXI.

An licitum sit pingere imaginem concubinæ amasio? Et an sit causa grauis amissio lucri ex tali pictura, vel necessarius sit metus mortis, aut vulneris, vt excusetur à mortali? Ex p. 5. tr. 7. Res. 5.

§. 1. AZorius *tom. 2. lib. 12. cap. vlt. quæst. 9.* & Bonac. *disput. 2. de peccatis, quæst. 4. punct. 2. §. vnico, numer. 19.* negatiuam sententiam docent: traditio enim talis picturæ homini sic deperdito est quasi donatio gladij parato occidere.

Sup. contento in hac Res. in Res. seq. per totã.

2. Sed ego puto, aliquando licere, vrgente scilicet grauissima causa. Ita Sanchez *in summa, tom. 1. lib. 1. cap. 7. numer. 40.* Alphonsus de Leone *de offic. Confess. tom. 1. recoll. 14. numer. 34. & 36.* Castrus Palaus *tom. 1. tract. 6. disp. 6. punct. 12. numer. 6.* quia hæc actio de se indifferens est, & bono vsui deseruire potest, ac proinde ex aliqua graui causa honestari: sed quia tamen fomentum est, & incitatiuum turpis amoris, mortale peccatum esset talem imaginem depingere, nisi pressus aliqua graui causa pictor hoc faceret: non esset autem causa grauis amissio lucri ex tali pictura, sed metus mortis, vel vulneris.

RESOL. LXII.

An sit peccatum mortale pingere amasio imaginem concubinæ;

Et quid, si grauis metus mortis, vel vulneris pictori minatur, si talem non pingat imaginem? Ex p. 11. tr. 5. & Misc. 5. Res. 50.

§. 1. HAnc quæstionem pertractat nouissimè eruditissimus Pater Ferrantinus *de scandalo disput. 1. quæst. 69. numer. 56.* vbi sic asserit: Ex quibus etiam definiri poterit, quid sit dicendum de pictoribus imaginem puellæ, aut concubinæ ad petitionem amasij depingentibus.

Sup. hoc & difficultatibus contentis in titulo huius Res. in Res. præterita.

2. Sanchez *lib. 1. sum. cap. 7. numer. 40.* ait, pingentem amasio petenti imaginem huiusmodi puellæ, quem credit probabiliter abusurum, peccare mortaliter.

Et citat Azor. *tom. 2. lib. 12. cap. vlt. quæsit. 9.* quem etiam citat Castro Palao *tom. 1. tract. 6. dispu. 6. punct. 12. numer. 6.* dicentem sine vlla distinctione; esse mortale.

Et pro eadem opinione citat Bonacinam *disp. 2. de peccat. quæst. 4. punct. 2. §. vnico num. 19.*

3. Ratio huius opinionis est: Quia talis imago est fomentum, & incitatiuum turpis amoris: & est quasi donatio gladij parato occidere.

Hanc tamen opinionem limitat Sanchez nisi causa legitima excuset.

4. Palaus verò: nisi pictor aliqua grauissima causa pressus id faceret: hæc autem grauis causa, inquit, non est amissio lucri ex tali pictura, aliàs semper sibi liceret pingere.

5. Nam solùm causam sufficientem putat, quæ grauem metum mortis, vel vulnerationis valeret incutere. Quod idem omninò dicit Diana *part. 5. tr. 7. de scand. resolution. 5.* citans etiam Alphonsum de Leone *de offic. confess. tom. 1. recoll. 14. numer. 34. & 36.*

Quæ hic est Res. antecedens.

6. Verùm quamuis hæc opinio cum ea limitatione tam grauis causæ excusantis videatur tutior in praxi, mihi tamen apparet nimis rigida. Est enim ille qui petit, iam ex se inductus, ac paratus ad peccatum: imago alioqui est honestè depicta (si enim valde impudica esset, non esset res propriè indifferens, sed potius per se inductiua, ac determinata ad peccatum.)

7. Pictor non famulatur petenti in ratione petitionis

tionis vt malæ, sed in ratione rei de se non malæ, sed potius indifferentis propriè: præterea famulatur ex aliqua causa legitima, licet non tanta, quanta est metus mortis, vulnerationis, &c. Ergo.

8. Existimo itaque probabile esse, quod pictor non peccet mortaliter, si habeat causam rationabilem, quamuis non adeò grauem, sicut est periculum mortis, aut vulnerationis, &c.

9. Imo ea videtur sufficere, quæ sufficit in petitione mutui ab vsurario: certè ego non cognosco discrimen inter hunc pingentem amasio imaginem iam determinato ad peccatum, & inter petentem ab vsurario mutuum. Pecunia enim, quam vsurarius ex mutuo habebit apud se, non solum erit incitamentum, seu fomentum ad peccatum, sed ipsamet erit peccaminosa, quatenus retineri ipsa sine iniustitia non potest.

10. Et hoc ipsum, quod dicimus ex variis aliis casibus confirmari similiter potest, v. g. in ministratione cœnæ, imò & carnis respectu illorum, qui ad non ieiunandum parati sunt, &c. Et quod plus vrget, in emptione Idoli pro hero infideli hoc petente: ad quam, vt sine mortali fiat, non tanta causa requiritur, & videri potest apud Gasp. Hurtadum *de fide, spe, & charitate*, citatum à Diana *part. 5. tractat. 14. miscellan. 2.* Ad rationem in contrarium, quod scilicet talis imago data amasio sit veluti donatio gladij parato occidere. Respond. primò negando: Quia præceptum de vitanda morte corporali proximi est tale, vt obliget ad non occidendum per se, vel per alium: præceptum verò de vitanda morte spirituali proximi, (quæ quidem non est irreparabilis, sicuti corporalis, & alioqui nó sequitur, nisi ipsomet proximo volente) non est tam rigorosum, sed habet suos limites, intra quos obligat, & non extra illos, ita vt minus obliget, quando proximus ipse ex se paratus est ad peccatum, & quando occasio, quæ ad peccatum probetur, est propriè indifferens, &c. Ergo. Respond. secundo ad eamdem illam rationem in contrarium illaram, quod videlicet talis imago data amasio, esset veluti donatio gladij parato occidere. Respondeo, inquam, idem posse dici de pecunia data vsurario in mutuo: de cibis ministratis in die ieiunij, illud frangere volenti, ac petenti, &c. Denique non intelligo doctrinam Azorij dicentis sine distinctione esse mortale peccatum pingere huiusmodi turpem imaginem ad petitionem amasij, cum tamen dixerit de petente à meretrice consensum, ipsum non peccare peccato scandali mortalis. Hucusque Pater Ferrantinus.

Sup. hoc in Ref. not. seq. § Nota secũdo, ante medium. Post finem præcitati tr. 14. in hoc textu in Ref. quæ hic est infra 78. & in cæteris aliis eius annotationum,

11. Verùm his non obstantibus sententiam Azorij docet ex Societate Iesu doctus, & amicissimus Pater Albertus de Albertis *de ornatu mulierum diss. 1. cap. 5. §. 10. num. 160.* & Ægidius Trullench. *in decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 6. dub. 5. num. 21.* & ideò non recedo à sententia, quam docui, eo modo quo limitaui, & quam tenet nouissimè me citato ex Societate Pater Ioannes Dominicus Ottonellus *tract. de pictura cap. 3. quæst. 7. addit. 1.* vbi sic asserit: Dico secundò, Se il Pittore Sà, ò crede probabilmente, che Igiouanesia per seruirsi di quella dipinta donna per fomento della sua libidine: ma egli hà qualche grauissima cagione di figurarla, non pecca mortalmente figurandola, benche la figura sia di concubina. Questa è la sentenza di Sanchez, & del P. Diana citati, è più chiaramente di Castro Palao, il quale anche spiega che cosa intenda per grauissima cagione, dicendo; *illam solum causam sufficientem putarem, quæ grauem metum mortis, vel vulnerationis valeret incutere.* Giudicarci per sufficiente cagione solamente quella, che potesse generar graue timor della morte, ò di ferita. Et egli appresso recca la cagione della proposta sentenza, aggiungendo: *Nam concubinæ pictura intrinsecè mala non est, sed sæpè honestari potest: quod autem fiat ad petitionem illius qui illa ad malum finem vsurus est, non constituit in fabricante malitiam, quia ipse non famulatur petenti in illa mala intentione, sed in re petita, & hoc ex metu: neque agit, vt instrumentum mali operis sed operis in se indifferenti.*

12. Dico terzo. Se il pittore non hà grauissima, ò altra legitima cagione di dipingere l'imagine della donna amata all'amante, il quale, com'egli probabilmente pensa, o deue credere, sene seruirà per fine di peccato, pecca mortalmente dipingendola; perche, come nota Azorio, e nel luogo citato, & in vn caso equiualente, il pittore mostra d'acconsentire al peccato dell'amante: e procede in modo, come se ponesse la spada in mano d'vn huomo infuriato.

13. Quando le personne dice vn Theologo, di cui sono ritratti, s'amano sensualmente, che cosa è tenergli dinanzi à gli occhi, se non accendere molto più la fiamma della disordinata affettione. Et à questo concorre il pittore con l'opera sua, e però pecca nelle sa pradete circumstanze. Ita Ottonellus; & Theologus ab ipso citatus est eius P. Franciscus Aucas *tr. de mortificatione* ex eadem Societate.

14. Sed audiamus Ægidium Bassæum *in floribus theol. vers. scandalum §. 5. num. 10.* sic loquentem: Communiter non licet depingere amasio imaginem concubinæ: si putetur Amasium ea imagine vsurum per libidinem. Ratio est quia traditio talis picturæ homini sic deperdito, est quasi donatio gladij parato occidere. Non est tamen hoc, ita intrinsecè malum, quin aliquando liceat: imò cum hæc actio de se indifferens sit, & bono vsui deseruire possit: ac proinde ex aliqua graui causa honestari, mortale peccatum non committeret talem imaginem depingens ex metu mortis, vel vulneris: amissio autem lucri ex tali pictura non esset grauis Et sic conciliantur DD. inter se Azor. Bonac. contra Sanch. & Castrum Palaum. Hæc Bassæus; qui, vt vides nostram limitationem sequitur. Idem etiam me citato tenet Possentius in Recollectione Quæstionum moralium, vers. Scandalum *numer. 12.* & ex Societate Fernandez de Corduba *instruct. Confess. part. 2. cap. 49. num. 2.* ait loquens de Pictoribus: Si sabiendo que vn galan pide le retrete à su amiga, la retrata, dize el P. Sanchez que peca mortalmente; Et ex eadem Societate Antonius Escobar *in Theol. moral. tract. 2. exam. 3. c. 13. §. 3. num. 49.*

RESOL. LXIII.

An pictores pingentes imagines obscenas peccent mortaliter?

Et quid de tenente illas?

Et an hoc intelligatur tantum ratione scandali, tam actiui, quam passiui?

Et an mulieres, quæ incedunt publice cum parte pectoris, & mammillarum denudata, peccent mortaliter, & non sint absoluendæ?

Et quid, si hoc faciant iuxta consuetudinem Patriæ, & absque praua intentione?

Et an tam Superiores Ecclesiastici, quam sæculares teneantur sub mortali supprimere, & exterrare talem consuetudinem?

Et an talis consuetudo excusetur à mortali ratione paruitatis materiæ, vel simplicitatis, & ignorantiæ?

Ex p. 11. tr. 4. & Misc. 4. Ref. 32.

§. 1.

§. 1. RESpondeo affirmatiuè quoad primum, & ideò qui nudam Venerem, aut similem obscœnam imaginem pingunt, atque exponunt, etiamsi talis imago sit de rebus naturalibus, atque ex se indifferētibus, nihilominus mortaliter delinquunt, quia aliis indefinitè licet acceptis luxuriæ occasionem præbent.

2. Et ita docet Ermannus Busembaum *in Medulla Theologiæ moralis lib.3. tract.4. cap.2. dub.1. num.9.* Antonius Fernandez *in instruct.confess.part.2. cap.59. num.4.* Escobar & Mendoza *in Theolog. moral.tom.2. exam.1, cap.13.num.*80. Albertus de Albertis *in paradox. moral. disput.1. cap.5.§.4. num.*43. Trullench *in decal. tom.2. lib. 6.cap.1.dub.12.num.*13. Sanch. *de matr. lib.9. disput. 46. num.*4. Filliucius *tom.2. tit.30.cap.10. num.*211. Baldellus *tom.1. lib.3. disput.17.num.*10.quibus adde Rocaful. *in praxi Theol. mor.tom.1. lib.4. in pr.Decal. c.3.num.*239. vbi sic ait, Nota pingentes turpia, vt Venerem, aut Adonidem detectis pudendis, aut diaphano velo opertis, peccare mortaliter, quia tales picturæ oculis obiectæ valdè ad luxuriam prouocant.

3. Sed circa præsentes difficultates censeo optimè philosophasse Patrem Turrianum *in select. disput. cent.4. lib.*18. vbi sic ait, Distinguendum est nam si sermo sit de imagine hominis, aut fœminæ quantùm ad partes, quæ turpes non sunt, licitum est alias pingere; etiamsi nudæ pingantur, quia istæ per se non mouent ad malum. Secundò tamen si pingantur partes inhonestæ, & occultentur non erit peccatum illas pingere; quia tunc non mouent ad malum; & ita solent pingi imagines Sanctorum aliquando. Tertiò si occurrerit causa aliqua iusta pingendi partem aliquam ex his, quæ dicuntur inhonestæ, posset pictor excusari à peccato. Explicatur, quia si fœmina absque vlla causa manifestet partem turpem, sine dubio erit peccatum; & tamen si illam manifestet ex necessitate ad medicinam propter morbum, non erit ea manifestatio, peccatum; & idem est de verbo necessario ad explicandam rem turpem.

4. De his qui retinent tales imagines, & in loco publico eas collocant, in quibus non facilè occurrit iusta causa illas retinendi; si enim eas volunt conseruare ad ornatum, & ostentationem, possunt illas retinere partibus turpibus coopertis per artem, & ego ipsas personas testes facio suæ intentionis, si velint illum manifestare, vt prudens confessor iudicet, an illud faciat cum peccato aut sine illo.

5. Restat explicandum, an sit peccatum mortale tales imagines retinere. Aliqui absolutè docent esse peccatum mortale, quia videtur grauis materia. Alij putant non esse peccatum mortale; & explicant: quia non semper est peccatum mortale proferre verbum aliquod turpe, quod est imago rei inhonestæ. Ergo à simili non semper erit peccatum mortale talem imaginem retinere: Si tamen ita pars inhonesta esset depicta viuis coloribus, & aliis circumstantiis, vt vehementer moueret ad peccatum graue, non esset facilè hoc excusare.

6. Hucvsque Turrianus, cui adde doctum & pium, ac mihi amicissimum Patrem Ottonellum ex eadem Societate *tit.de pictura cap. 3. quæstion. 1.* & Franciscum Bricchium *in Promptuario confess. part.2. c.22.* vbi sic ait, Peccano moltamente coloro, che tengono, ò dipingono cose dishoneste, come à dire Donne con le parti vergognose scoperte, ò con velo diafano, è transparente; perche cose tali incitano molto al piacere di Venere.

7. Itaque dicendum est esse peccatum mortale pingere imagines turpes, & inhonestas, quia scandalum actiuum nunquam est licitum, & negare non possumus hic concurrere scandalum actiuum, quia manifestare partes inhonestas est, vel opus malum, vel habens speciem mali, cùm moueant ad peccatum; quia imago inhonesta multò magis mouet ad malum, quam verbum aliquod turpe, & certum est hoc esse peccatum.

8. Retinentes autem dictas imagines palam, & in publico, puto etiam peccare mortaliter, nisi illas retineant ornatus causa cum aliquo velo coopertas; itavt facilè non possit amoueri; & ideò Pater Ottonellus *vbi supra cap. 4. quæst.7.* sic ait, Concludiamo, che buon modo per rimediare all'oscenità delle statue, delle pitture ignude, & impudiche, si è il ricoprirle con vesti, ò col riparo delle tele. Cosi nel secolo passato fu per comando Papale coperta con bronzo la nuda statua della Giustitia, che mirasi collocata in Roma per ornar il sepolchro del gran Vicario di Christo Paolo Terzo; e sanno gl'eruditi, che vn antico Senatore fece coprire con ornamento di finissimo oro due bellissime statue, che erano ignude.

9. Et in vero vna pittura oscena, che è artificiosissima, con essere coperta massimamente con tela, non perde punto d'altificio, anzi conseruasi piu lungamente, acquista maggior stima, e si può senza molto pericolo di peccare, ò di muouere à peccare, far vedere solo da personne intendenti dell'arte, e virtuose di spirito, oue se stà esposta à gl'occhi di tutti publicamente, serue di publica fucina à Demonij per infocare mille saette di libidinosi pensieri, e per ferir i cuori di moltissimi poco fondati nello spirito, e nell'amore della Christiana purità, è virtuosa modestia; Ita ille. Quod vtinam à Principibus, & viris nobilibus obseruaretur.

10. Nec obstat dicere vsum esse in contrarium, nam respondeo, hoc non esse verum, & erit vsus illicitus, nisi fiat cum dictis circumstantiis. Dicere autem quod dictæ imagines primariò fiant ad ostendendam perfectionem artis, & ideò non refert si ex accidenti moueant ad peccatum. Respondeo, quod si ostensio perfectionis artis esset necessaria, excusaret eam actionem à peccato; sed ad vsum communem non potest occurrere necessitas, quæ excusat ab occultatione illarum partium. Et ideò semper pingendæ sunt coopertæ; immò penitus abscondendæ.

11. Ex dictis patet, me rectè respondisse his diebus interrogatus de hoc casu, An mulieres aliquæ, quæ in quadam Ciuitate Status Ecclesiæ incedere publicè volebant cum parte pectoris, & mammillarum nudata, An inquam dictæ mulieres essent à confessariis absoluendæ, & negatiuè respondi, ac præter Albertum de Albertis, & Petrum Marchan. à me alibi adductos, adduxi nouissimè Bricchium *vbi supra in Promptuario Confess. part.2.cap.*23. vbi sic ait, Le donne che portano vesti cosi sottili, che se li vedono le mammelle, & il petto, possono scusarsi dal peccato mortale, se ciò fanno secundo la consuetudine della Patria, è senza mala intentione; imperroche tal parte pare honesta, e pare che le Donne habbiano il ius d'accommodar si alla consuetudine di già riceuuta, quale non costa, che cosi facilimente tira al peccato, sarebbe ben peccato mortale l'introdurre tal costume, perche le cose insolite più muouono, & incitano.

Alibi in Ref. quæ hic est supra 11. & signātæ pro hac diffic. in § 1. prope finem à vers. Ex quo concluditur.

12. Ita ille, cui adde Nouarinum *in scrutinio spirituali part.2. cap.*32. Iosephum Roccaful *in praxi Theolog. moral.tit.2. lib.4.in 6. præcept. Decalog.cap. 3. num.*238. vbi ita asserit, Dubitabis an fœminæ quæ veste tenui vtuntur, vt conspiciantur pectora & mammillæ peccent mortaliter? Bonacina *quæst.4. de matr. punct.9. num.*23. excusat à mortali, si id fiat iuxta

Sup. hoc & seqq. vsque ad not. seq. late in Rel. no præteritæ.

iusta consuetudinem Patriæ, absque praua intentione. Et rationem reddit: nam pars ista videtur honesta, & fœminæ videntur habere ius accommodandi se consuetudini iam receptæ. Addit autem esse peccatum mortale introducere huiusmodi morem; alij tamen dicunt peccare mortaliter, quia aspectus istarum partium, quamuis non sint ipsæ partes inhonestæ solent prouocare ad luxuriam. Hæc Rocaful.

13. Et ante illum Caietanus 2. 2. *quæstion.* 69. *art.* 2. Nauarr. *cap.* 23. *numer.* 19. Graff. *loc. cit.* Bonacin. *de matrim. quæstion.* 4. *punct.* 9. *numer.* 22. *quæst.* 13. Layman *lib.* 2. *tr.* 3. *cap.* 13. *numer.* 11. Filliuc. *tractat.* 30. *lib.* 10. Baldell. *tr.* 1. *disput.* 5. qui omnes licèt excusent à mortali fœminas portantes ex consuetudine antiqua pectus & vbera nudata, attamen omnes clamant nullo pacto introducendam de nouo; immò multi docent extirpandam esse.

14. Vnde si talis consuetudo praua alicubi fuerit introducta putat Ioannes Maria de Castillento *in Theol. moral.* Seraph. *tom.* 1. *verb. Consuetudo, diffic.* 22. quod superiores tam Ecclesiastici quàm sæculares tenentur sub peccato mortali supprimere & extirpare, quod variis rationibus confirmat.

Sup. his in Res. not. præteritæ §. verum his. ad lin. 6.

15. Nota verò, quod idem de Castillento *diffic.* 24. quærit, Vtrum consuetudo antiqua, vel noua fœminarum portantium vbera, & pectus nudatum in aliqua patria excuset à mortali, & tolerari valeat ratione paruitatis materiæ, vel simplicitatis, & ignorantiæ.

Sup hoc ibidem, § Nota tamen. & in vers. not. seq.

16. Et respondet: Dico primò, paruitatem materiæ in hoc more fœminarum portantium vbera, & pectus nudatum excusantem à peccato mortali posse dati, mihi certum est; nam cùm hic mos, & consuetudo habeat suam latitudinem circa modum magis, & minus lasciuum, & prouocatiuum ad libidinem, sanè poterit dari modus notabiliter obscænus, & notabiliter, seu efficaciter prouocatiuus ad Venerem; & minus obscænus, & leniter excitatiuus ad libidinem: mos ergo notabiliter obscænus, & prouocatiuus ad peccatum, est sanè illarum, quæ vbera prostituunt vsque ad medietatem; itaut totum pectus appareat, hic enim modus vt pote omnino inhonestus, & meretricius, est notabiliter prouocatiuus, experientia teste, ad libidinem, & hic modus est certissimè peccaminosus, nec vllo modo debet excusari à peccato, & hunc modum in superioribus difficultatibus acriter impugnauimus.

Sup. hoc ibidem in §. Nota quod post hæc. inter medium & finem vers. Potest enim fieri.

17. Dico secundò, quod in quibuscumque locis viget antiqua consuetudo, vt fœminæ incedat publicè cum pectore, & mammillis notabiliter nudatis, possunt à mortali excusari ab ignorantia inuincibili, & vera simplicitate, quia ignorantia inuincibilis legis & præcepti, maximè quando dubitatur etiam ab aliis an obliget sub mortali, excusat à culpa: itaque ignorans fœmina aliqua inuincibiliter talem modum incedendi cum vberibus nudatis esse vitiosum, & peccaminosum potest excusari à mortali similiter, quæ vera simplicitate præciso omni alio malo fine eodem modo incedunt, putantes certè id sibi licere, quia communiter aliæ eiusdem conditionis, & status fœminæ tali scolatura vbera nuda, & pectus ostendente vtuntur, nec iste modus à superioribus Ecclesiasticis, & sæcularibus corrigitur, nec à propriis parentibus, vel maritis arguitur, nec quod peius est, & lacrymis dignum) à propriis confessariis reprehenditur tanquam peccaminosum, sanè excusantur à peccato, quia vbi dolus non est, peccatum esse non potest; statim vero, ac seu per confessarios, Prædicatores, superiores, vel aliquas grauiores matronas monentur talem modum esse impudicum, vitiosum contra rectitudinem naturalis, & moralis honestatis, & mortaliter peccaminosum, quia valde prouocatiuus ad libidinem oculos inspicientium hominum, tenentur talem vestiendi modum deponere, & vbera, pectus aliquo honesto velamine, non tamen transparenti contegere, aliter se mortalis peccati reas cognouerint, æternis pœnis infeliciter puniendas pro tam inutili, vanoque modo portandi pectus, & vbera nudata. Hucusque Castillento. Quæ omnia magis confirmantur, vt superius dixi à Patre Alberto de Albertis, & à Patre Petro Marchan. à me alibi adductis.

Alibi in Resolutionibus præteritarum annotationum.

RESOL. LXIV.

An licitum sit pingere, vel fabricare Idolum ad petitionem Infidelis, vel construere Synagogas Iudæorum, & facere vestem Sacerdotalem?

Et ex doctrina huius quæstionis infertur histriones grauissime peccare, & sint per se, (vt nunc histroniam exercent,) in statu peccati mortalis. Ex p. 5. tr. 7. Res. 6.

§. 1. Negatiuam sententiam docet Coninck *in* 2. 2. *disp.* 18. *dub.* 13. *num.* 213. & ita etiam docet de confectione vestis sacerdotalis, quia hæ actiones non solùm ratione cooperationis cum alterius mala actione, sed ex se pro vt in his circumstantiis spectantur, cedunt in honorem falsi cultus, & sunt implicita quædam huius professio. Confirmatur primò, quia illa conficiens agit vt instrumentum illius, qui petit ea fieri, & ex ipsius motione. quare cùm hic per illam actionem absolutè colat idolum, & profiteatur suam falsam religionem, idem videtur dicendum de ipsius instrumento, siue de conficiente illam vestem, illùdve idolum. Confirmatur secundò: quia legimus multos olim sculptores maluisse grauissima tormenta perpeti, quàm Imperatorum gentilium idola sculpere.

Sup. hoc infra Res. seq. prope finem, vers. Qui non audet. & infra in Res. 73. §. vlt.

2. Non desinam tamen hic adnotare Castrum Palaum *tom.* 1. *tract.* 9. *disput.* 6. *punct.* 12. *num.* 7. docet: grauissimo metu excusari posse, si in tali casu idolum ab artifice non expostulatur fieri in contemptum Religionis, neque scandalum adsit illud ita contemnere; nam fabricatio idoli intrinsecè mala non est, sed sæpe honestati potest; quod autem fiat ad petitionem illius, qui illo ad malum finem vsurus est, non constituit in fabricante malitiam; quia ipse non famulatur petenti in illa mala intentione, sed in re petita, & hoc ex metu, neque agit vt instrumentum mali operis in se indifferentis. ergo, &c. Et Adamus Tannerus *tom.* 3. *disput.* 1. *quæst.* 9. *dub.* 5. *num.* 144. tenet Christianum magna egestate pressum posse operas suas locare Iudæo in Sinagoga ædificanda.

3. Nota etiam quòd nouissimè hanc quoque sententiam docet Hurtado de Mendoza *in* 2. 2. *disp.* 76. *sect.* 6. §. 181. vbi sic ait: De sculptura, aut pictura idoli est dubium, & quidem ea est licita, quando nec quæritur, nec timetur idololatria; cùm autem timetur, dico peccare contra Religionem, qui eam præbet absque vrgentissimo damno. Probatur tum ex lege charitatis, tum quia omnis virtus obligat vt vitentur omnes occasiones eā violandi, vt probo ex disputatione de scandalo: si autē non possum ego non præbere idolū absque graui dāno proportionato, non pecco in eo dando. Ita autores adducti censent vniuersim, nullum teneri cum graui dāno proportionato ad vitandū aliena damna, quia hæc actio nō est cooperatio ad idololatriā, sed est præuia materiæ ostensio, qua abutitur infidelis:

idem dixerim de ædificio fanorum, nisi quod minor causa excusat. quia vbi permittitur Iudæis Synagoga, possunt opifices eam struere. Ita Hurtado, & sibi obiicit S. Thomam, qui ait, peccaturum hominem exercentem artem, cuius opere nullus possit nisi malè vti, vt qui idola efficeret. Syluester *ver. infidelitas, quæst.* 4. respondet loquutum S. Thomam de artifice volente suo opere completi idololatriam aliorum: at Syluester fugit, non exponit S. Thomam discrimen adducentem inter artificem, cuius operibus nullus potest benè vti, & eum, cuius opere possumus & vti & abuti; at si hic secundus eo animo operaretur, etiam peccaret: ergo sentit S. Thomas structuram idoli esse intrinsecè malam.

4. Respondet verò Hurtado rectè id dictum à S. Thom. quia qui se addicit illi arti, ipse absque necessitate se facit scandalum, cùm posset aliam artem exercere. Vnde histriones grauissimè peccant, & sunt per se (vt nunc histrioniam exercent) in statu peccati mortalis, quia nulla necessitate compulsi se addicunt arti, quam sciunt esse laqueo infinitis spectatoribus: at non agit S. Thom. de eo, qui casu cogitur ad efficiendum idolum, vt nunc non peccaret histrio in agenda fabula Leandri ad vitandum graue damnum. Et hæc omnia dicta sint secundùm mentem Hurtadi, & Castri Palai.

5. Nam, vt verum fatear, prima opinio magis mihi placet, quia, vt optime aduertit Iacobus Granado *in* 2.2. *contr.* 1. *tract.* 15. *disp.* 12. *n.* 6. licèt fabricatio idoli, aut constructio Synagogæ si metaphysicè considerentur, possint à malo fine præscindi, moraliter tamen non possunt: nam idolum est quædam figura sub tali ratione, aut cum talibus signis, quæ non nisi ad falsi Dei cultum ex institutione Reipublicæ referuntur, & constructio Synagogæ non est ad aliud, quàm ad cæremonias Iudaicas. Ergo qui talia construit, aut vendit, non potest præscindere intentione sua malitiam ibi repertam. Ergo per se cooperatur mala, ac proinde grauiter peccat. Et sanè mens ipsa omnino dissentaneum esse, apprehendit hominem aliquem intentum esse construendis idolis; aut ex illorum venditione lucrum reportare: nec video quomodo non exhibeat aliquem cultum idolo, qui construit, vt vendat Ethnico illud adoraturo. Et ita hanc sententiam nouissimè docet doctissimus Andreas Duuallius *in* 2.2. *D. Thomæ, tract. de fide, quæst.* 7. *artic.* 9. *conclus.* 1. An verò si non possit fabricare idolum à Christiano, possit tamen vendi, infrà dicendum erit. *Infra in duabus Ref. seqq.*

RESOL. LXV.

An liceat vendere Gentilibus idolum ad euitandum periculum mortis? Ex part. 5. tractat. 7. Ref. 36.

§. 1. Videtur respondendum negatiuè, quia Doctores absolutè docent talem venditionem esse illicitam, nec excipiunt casum necessitatis. Vide Lorcam *in* 2.2. *quæst.* 10. *art.* 9. *num.* 5. Castrum Palaum *tom.* 1. *tract.* 6. *disput.* 6 *punct.* 8. *num.* 2. Duuallium *in* 2. 2. *D. Thomæ tract. de fide, quæst.* 7. *art.* 9. *concl.* 1. Molfesium *in summa, tom.* 1. *tract.* 8. *cap.* 10. *n.* 66. Ioannes VVigers *in* 2.2. *q.* 10. *art.* 9. Verùm Valentia *tom.* 3. *disp.* 1. *q.* 10. *punct.* 6. cùm Syluestro docet eam venditionem in tali casu licere, quod non censet improbabile Coninck *de fide disput.* 18. *dub.* 13. *concl.* 1. *n.* 12. quia cùm hæc venditio ex se, & prout proficiscitur à vendente, non cedat in honorem, aut cultum falsæ religionis, sed solùm quatenus vendens per eam videtur consentire & cooperari malæ alterius emptioni ac intentioni, extrema necessitas videtur eum excusare & efficere, ne illa venditio secundùm moralem æstimationem censeatur hic & nunc vllo modo fieri in talem finem, aut esse cooperatio alterius malitiæ, sed solùm medium euadendi præsens periculum. Confirmatur, quia qui furi dat instrumenta, quibus alienam domum est effracturus, aut furioso paranti alterum occidere dat gladium, quo facinus perpetraturus est, non minùs videntur horũ malæ voluntati cooperari, quàm ille qui Ethnico vendit idolum, & tamen si illi id faciant, quia aliter mortem nequeunt euadere, ratione huius circumstantiæ non censentur aliorum nequitiæ moraliter cooperari, & excusantur ab omni culpa; ergo idem dicendum videtur, de vendente idolum, ne aliàs occidatur, & fortè D. Thom. aliique absolutè docentes talem venditionem esse illicitam, hunc casum non negant, quia facilè possunt intelligi eam per se esse illicitam, nisi ex huiusmodi circumstantiis excusetur. Ita Coninck, qui non audet hoc concedere in ædificatione idoli, vel illius confectione, aut vestis sacerdotalis ad petitionem infidelis factam; & de hoc dictum est *supra*. Nota etiam quòd sententiam Valentiæ tenet nouissimè Adamus Tannerus *tom.* 3. *disput.* 1. *q.* 9. *dub.* 5. *n.* 144. docens, Christianum magna egestate pressum, quam aliunde subleuare facilè non possit, posse infideli idolum vendere, si modò mala intentio absit, & quacumque demum ratione constet, eum hoc non facere ea intentione, vt eiusmodi superstitioni faueat, aut eam quouis modo profiteatur; sed, vt dixi, Doctores contrariam sententiam tenent communiter.

Sup. hoc in Ref. seq. §. vl. — *Supra in Ref. quæ hic est antecedens.* — *Sup. hoc infra in Ref. 73. §. vlt.*

RESOL. LXVI.

An liceat vendere Iudæis Agnum, quem scio ab ipsis immolandum; & quid de similibus venditionibus?

Ex quo infertur, qua ratione sit licitum, vel illicitum conficere, aut vendere res aliquas, quibus emptores creduntur ad peccandum abusuri, vt vestes, arma, fucos, venena, &c. Ex p. 5. tr. 7. Ref. 37.

§. 1. Libet huic quæstioni respondere cum verbis Petri Lorca *in* 2.2. *quæstion.* 10. *articul.* 9. *num.* 5. vbi sic ait: Consentiunt omnes nefas esse vendere, aut quomodolibet ministrare ea quæ per se ad infidelitatem conferunt, nec alium vsum habent, vt vestes sacerdotales, idola, templa idolorum, Synagogas & similia, quia hoc est cooperari prauis actionibus. Et eodem modo vniuersim non licet præbere alicui, construere, aut vendere quæ per se malæ actionis instrumenta sunt. Solùm ergo est dubitatio de indifferentibus, quæ per se determinata non sunt ad prauæ actionis vsum, sed possunt in alios vsus assumi, ex malitia tamen infidelis ad infidelitatis actiones applicantur, vt vendere agnum Iudæo, quem ipse immolet, pannum, aut serica Gentili, ex quibus vestem sacerdotalem conficiat. In quo puncto conueniunt etiam authores peccatum esse, si ista vendantur ea intentione, vt infidelis ad infidelitatem eis vtatur, & nullum esse peccatum, si vendantur cum ignorantia probabili futuri vsus. Sed controuertitur si vendantur sine intentione, cum scientia tamen praui vsus. Ioannes Medina *C. de restitut. quæst.* 30. Antonin. 3. *part. tit.* 1. *cap.* 27. §. 3. Rosell. *ver. Iudæus*. Armilla *versicul. Infidelitas*, *numer.* 7. affirmant, quia indirectè cooperamur peccato infidelis. Melius tamen Caietan. *articul.* 4. *huius quæst.* &

Sup. hoc in Ref. seq. §. Verum. cursim ad medium.

& q.169.art.2. Angelus *verf. Infidelitas, num.* 1. Nauarrus *in summa cap.* 20. *num.* 16. & *cap.* 23. *num.* 91. dicunt non esse peccatum, quia cùm hæc instrumenta indifferentia infideli præstantur, actio iniqua eius non est volita directè, neque indirectè, est enim effectus per accidens, & non per se consequens, qui non imputatur, etiamsi sit præuisus, dummodo non sit intentus, vt patet ex doctrina S. Thom. 1.2. *quæst.* 74. *art.* 8. & *quæst.* 20. *art.* 4. Quidam limitant hanc sententiam vt vendere non liceat, si eo quòd non dederim speretur impediri peccatum alterius, & ego non patior detrimentum aliquod magni momenti. Sed non oportet his scrupulis innodare conscientiam, nam hîc non agimus de obligatione impediendi peccatum alterius, quæ prouenit ex correctione fraterna & charitate, & habet suas regulas, quas agentes de charitate tradémus; nunc verò solùm agimus de ea obligatione, quæ oritur ex cooperatione & concursu ad iniquam alterius actionem, & qui huiusmodi instrumenta ministrat, rarò impediri poterit alterius peccatum, & rariùs tenetur discutere, an impedire valeat. Aliter tamen ego limito sententiam hanc, quo pacto potest etiam in concordiam cum priori redigi. nam aut instrumenta hæc quantumcumque indifferentiâ dummodo sint apta, præbentur non solùm ei, quem scio, vel probabiliter credo male vsurum, sed etiam exercenti actu prauam actionem, vel ad eam proximè parato, aut solùm dantur cum dubio, vel præcognitione praui vsus, non tamen in ipso exercitio, aut exercitium paranti. In primo casu non dubito peccatum esse quomodocumque dare cooperationem in re iniusta. Ratio est, quia vel non possunt hoc modo dari sine expressa intentione mali euentus, vel ex circumstantiis efficitur causa per se hîc & nunc illius effectus praui, hac enim ratione peccaret, qui tendenti ad occisionem alicuius præberet gladium, & qui agenti, aut paranti bellum iniustum venderet arma & commeatum, & qui sacrificanti Iudæo, aut Gentili præberet agnum, aut victimam. In secundo verò casu procedit secunda sententia, & eius fundamentum. Hæc omnia Lorca, quem sequitur Coninck *de fide, disput.* 28. *dub.* 13. *conclus.* 2. *n.* 214.

2. Vnde ex his infertur qua ratione sit licitum, aut illicitum conficere, aut vendere res aliquas, quibus emptores creduntur ad peccandum abusuri, v.g. vestes, quibus abutentur ad superbiam, aut luxuriem, arma, quibus vtentur in bello iniusto, aut aliquem iniustè occident. Dicendum enim est primò non licere eiusmodi res vendere, quæ communiter solent in malum vsum peti, nisi nobis constet hîc & nunc non peti in malum vsum. Hinc pharmacopolæ prohibentur passim omnibus vendere venena. Secundò licere bona intentione conficere & vendere res ex se ac communi vsu indifferentes ad bonum, vel malum vsum, etsi sciam ementem aliquando iis ad malum abusurum, modò venditio, atque emptio ita fiant, vt ex iis earúmve circumstantiis non possit hîc & nunc colligi ille malus vsus futurus, siue mala ementis intentio; secus verò esse quando emptio cum eis circumstantiis fit, ex quibus exteriùs apparet mala ementis intentio. Hinc illicitè iam furenti, & minitanti alteri necem vendo gladium. Item illicitè defero arma ad castra eorum, qui iniquum bellum gerunt, aut etiam iam apertè ad illud proficiscentibus illicitè ea vendo. Secus esset si aliquibus meam officinam omnibus patentem instar aliorum accedentibus ea venderem, quos ex aliquibus aliis signis coniicerem velle ad bellum iniustum proficisci, aut aliquando aliquos occisurus, tunc enim his, sicut aliis, licitè ea vendo; nisi fortè non vendendo possem eorum peccatum vel absolutè, vel magna ex parte impedire, tunc enim si sine notabili meo incommodo possem ea non vendere, ad hoc tenerer. Quòd si non possem ea non vendere sine tali incommodo, tunc videndum est, an malum quod non vendendo impedirem, sit tanti momenti, vt ad illud euitandum tenear illud incommodum pati, vel contrà, an sit leuius, quàm vt teneat illud cum tanto meo incommodo impedire. In secundo enim casu licitè talem rem vendo, vt incommodum vitem, secus est in priore. Quæ etiam locum habent in venditione rerum ex se indifferentium, quæ communiter ad malum finem petuntur (vt sunt venena, & similia) aut iis circumstantiis petuntur, ex quibus patet eas ad malum vsum peti. Et hæc omnia docet Coninck *vbi suprà, num.* 217. 218. & 219. Vide etiam me ipsum *in* 1. *p. tract.* 8. *ref.* 41. neque deseras videre Syluium *in* 2.2. *quæst.* 77. *art.* 4. *quæritur* 1. *concl.* 1. & *seq.* & Castrum Palaum *tom.* 1. *tract.* 6. *disput.* 6. *punct.* 8. *per totum.*

Sup. hoc in Ref. seq. à §. Verum. & in tom. 6. tr. 3. Ref. 110. & ibi in tr. 4. Ref. 1. §. 3. ad lin. 7. & §. vlt. & in Ref. 2. §. vnde.

Quæ nūc est in tom. 6. tr. 3. Ref. 110.

3. Verùm post hæc scripta inuenio Hurtadum de Mendoz. *in* 2.2. *disp.* 76. *sect.* 5. §. 179. docere, vrgente necessitate graui licere ministrare Iudæo agnum, quem emit immolandum; & contra Lorcam putat, parum referre Iudæum esse paratum, vel imparatum. Sed circa præsentem quæstionem vide etiam Dualium *in* 2.2. *D. Thomæ, tract. de fide, quæst.* 7. *art.* 6. *concl.* 2. Granad. *in* 2. 2. *contr.* 4. *tract.* 18. *disp.* 12. *num.* 5. Maldetum & VVigers *in* 2.2. *quæst.* 10. *articul.* 9.

Sup. hoc in Ref. præterita ab eius principio.

RESOL. LXVII.

An licite possis ministrare indifferentia, eo quod proximus alias erat transgressurus præceptum, vt v.g. admouere scalam, vel humeros sustentare, quando quis vult furari, aut hominem interficere, vel fornicari, aut vendere Agnum Infideli, quem scis velle ad immolandum Idolo; fucos mulieri, quos scis velle ad alliciendum iuuenes ad turpem sui amorem; & etiam de cauponibus, tabernariis, & similibus agitur? Ex part. quinta tractat. 7. Ref. 38.

§. 1. NEgatiuè respondet Suar. *de charitate, disput.* 10. *sect.* 3. *n.* 2. & *sect.* 4. *num.* 5. cum Castro Palao *tom.* 1. *tract.* 6. *disp.* 6. *punct.* 10. *num.* 4. & ratio est quia si proximus, verb. g. alibi non esset soluturus ieiunium, & tu nulla causa intercedente cœnam subministrares, ferè omnes conueniunt te peccaturum, quia aliquo modo concurris peccato alterius. At quòd alibi proximus sit soluturus ieiunium, non immutat tuum concursum, qui in subministratione cœnæ consistit. Ergo eodem modo concurris. Præterea contra distinctionem Sanchez est, quia tota malitia harum actionum indifferentium sumitur à peccato, quod adiuuant; cùm autem hoc graue sit, vt supponimus, semper debet dare malitiam grauem. Ergo vel esse alibi proximum peccaturum excusat, ne peccatum proximi iis actionibus indifferentibus tribuat malitiam, vel si non excusat, non poterit illam minuere. Adde esse proximum eodem modo peccaturum, esto tu non ministres necessaria peccato, est contingens, & fortè ita non erit, poterit enim alia via impediri à peccato, vel Dei inspiratione remoueri, quantumuis modò sit determinatus. Ergo quantum est ex te, teneris hunc effectum bonum possibilem promouere, & impedimentum ei non apponere.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 6. Ref. 125. & 126. & hic infra in Ref. 73. cursim in §. Item cōtra Vasquez.

2. Verùm Sanchez *in summa, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 16. circa præsentem quæstionem sic distinguendum existimat, si res indifferens sit ita proximè ad peccatum ordinata, vt per se mala sit meritò censenda,

Sup. hoc in Ref. præterita à principio, & in §. vnde. & infra

in Ref. 78. §. 2. & in tom. 6. tr. 3. Ref. 110. & ibi in tr. 4. Ref. 1. §. 3. ad lin. 7. & §. vlt. & in Ref. 2. §. vnde.

censenda, quamuis in aliquo casu possit esse licita, iuxta dicta *num.* 7. suppeditans non excusatur à culpa, quamuis certò sciat alium paratum ad peccandum, & inuenturum illum qui materiam suppeditet, vt nemo excusaret admouentem scalam, vel humeris sustentantem, quando quis vult furari, aut hominem interficere, aut fornicari. Quamuis hæ actiones ex se indifferentes sint, & in aliquo casu maxima excusanti causa licitæ, nec deesset qui iuuaret. Et ratio est, quia tales actiones ita proximè peccato accedunt, ad illúdque ordinantur, vt ex se malæ dici meritò queant, nisi causa aliqua vrgenti excusentur. Si verò res illa sit omnino ex se indifferens, ac remotè se habeat ad peccatum, vt vendere agnum infideli, quem scio velle ad immolandum idolo, fucos mulieri, quos scio velle ad alliciendum iuuenes ad turpem sui amorem, tunc probabile censeo vendentem excusari à culpa, si certò sciat ipso non vendente, alterum venditurum, quamuis nulla alia causa excusans concurrat, quod probant rationes pro parte affirmatiua adductæ. Vel certè est satis probabile id non fore culpam mortalem, atque re bene perpensa ita probabilius iudico, sed fore culpam venialem. Ita Sanchez quem postea sequitur Bonacina *de peccatis, disput.* 2. *quæst.* 4. *punct.* 1. §. *vnico, numer.* 35. vnde puto vtramque sententiam probabilem esse.

Sup. hoc signanter in Ref. 3. 4. & 5. not. præteritæ.
Sup. his infra in Ref. 73. §. penult. &c.
Sup. hoc tertio supra in Ref. 59. & in aliis eius annot.

3. Hinc ex hac posteriori sequitur vendentem ornamenta, fucos, &c. quibus mulier iam parata abutetur, excusari posse à mortali, si ipso non vendente, alter venderet, etsi hoc faciat iusta de causa. Secundò excusari caupones, & tabernarios, cœnam, vel ientaculum matutinum, aut pomeridianum nolenti ieiunare, qui alios cibos inueniret ipsis non parantibus cœnam, vel ientaculum. Tertiò excusari famulos parantes mensam, aut mensæ inseruientes, aut coquentes cibos. Vide Bonacinam *vbi suprà*.

RESOL. LXVIII.

An transeunti per loca infidelium, & hæreticorum sit licitum comedere cibos vetitos ad euitandum graue damnum, dummodo absit scandalum? Ex p. 5. tr. 7. Ref. 35.

Sup. hoc infra in fine Ref. 70. & in Ref. 71. § vlt. cursim ad medium, & in tom. 6. tr. 1. ex fictili doctrina Ref. 49. §. vlt.

§. 1. Respondeo à fortiori ex dictis vtplurimum affirmatiuè, quia licèt per huiusmodi signa aliquo modo distinguantur fideles ab hæreticis, & infidelibus, at non sunt signa instituta ad falsæ fidei professionem & protestationem hæresis. Ergo illis cibis vtens præsumi non potes negare fidem, aut falsam protestari, sed solùm te occultare voluisse, cùm tenearis te manifestare. Ita Sanchez *in summa tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 25. Azorius *tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 27. *quæst.* 3. Coninck *de fide disput.* 15. *dub.* 3. *num.* 50. Hurtado de Mendoza *in* 2. 2. *disput.* 48. *sect.* 6. §. 99. Becan. *in* 2. 2. *cap.* 9. *quæst.* 5. *num.* 13. Castrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 4. *disput.* 1. *punct.* 17. *num.* 9. Layman *lib.* 2. *tractat.* 1. *cap.* 11. *numer.* 1 & alij. Dummodo absit scandalum, quod quis facilè potest euitare manifestando causam, & nisi publica authoritate prouoceris, cibos illos edere in contemptum Ecclesiastici præcepti.

RESOL. LXIX.

Olim per epistolam quæsierunt à me, an in terris Turcarum, si quis vtatur pileo Turcico, cum Tobalia alba, vt securus transeat, peccet mortaliter?

Et quid, si sequatur scandalum?

Et inter alia, quæ circa hoc, & circa vestes inferuntur, & circa caremonias alicuius falsæ sectæ, & Religionis, tandem notatur licere vexilla signis consuetis Turcarum insignita in classe, vel Exercitu erigere, etiam si esset signum Martis, Palladis, aut Iouis, Solis, aut Lunæ, & etiam Mahometis.

Etiamque notatur non semper præceptum de confitenda fide obligare ad respondendum infideli interroganti, an aliquis sit Christianus, &c. Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Ref. 49.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docent Caietanus *in* 2. 2. *quæst.* 3. *art.* 2. D. Antoninus *part.* 2. *tit.* 12. *cap.* 6. *sub fine*, Sylueſter *ver. Apostasia, q.* 1. *n.* 4. Angelus *ver. infidelitas, n.* 9. Nauarrus *in man. c.* 11. *n.* 27. Phillarchus *de offic. Sacerd. tom.* 1. *p.* 2. *lib.* 3. *c.* 9. Toletus *lib.* 4. *c.* 2. Valentia *tom.* 3. *disp.* ... *q.* 3. *punct.* 2. & nouissimè Becanus *in* 2. 2. *c.* 9. *q.* 5. *dub.* 6. *n.* 35. quia nunquam licitum est falsam sectam simulare; sed in tali casu Christianus simulat se Turcam esse. Ergo peccat mortaliter. Sed contraria sententia mihi videtur probabilior cum Sà *ver. fides, n.* 5. Dico igitur id esse licitum ob periculum mortis, aut iustam ab hoste victoriam reportandam, vel ob aliam causam satis grauem, & necessariam. Et ratio est, quia huiusmodi vestes per se, & directè non sunt signa protestatiua falsæ Religionis, sed sunt res secundùm se indifferentes: ergo, &c. Et ex his infertur, posse aliquem Romæ gestare pileum cum signo flauo, more Iudæorum, vt dum ad necem quæritur, incognitus effugiat. Sup. hoc in Ref. seq. & lege etiam Resolutiones not. seq.

Et nouissimè hanc sententiam præter Doctores citatos docent Tannerus *in* 2. 2. *disput.* 1. *quæst.* 7. *dub.* 5. *n.* 110. Bannez *in* 2. 2. *quæst.* 3. *art.* 2. *dub.* 2. Sanchez & Coninch *vbi infrà*, Layman *in Theol. moral. lib.* 3. *tract.* 1. *c.* 11. *n.* 3. Villalobos *in summa tom.* 2. *tract.* 1. *diffic.* 5. *num.* 10. Suarez *de fide, disput.* 14. *sect.* 5. *num.* 7. & alij.

2. Ad argumentum contrarium respondetur, supradictas vestes non continere mendacium, nec falsam significationem, ac proinde, nec fidei negationem, sed occultationem tantùm cum materiali simulatione. Et confirmatur, quia etiam in verbis, si habeant plura significata, licitum est vti verbo ambiguo in significatione, quæ ad occultandum secretum deseruit, etiam si ab audiente in alio sensu sint verba accipienda. Ergo in nostro casu licitus est vsus talium vestium in necessitate, sunt enim quasi ambigua, & æquiuoca signa, quæ possunt, vel ob solum vsum primarium, vel propter significationem sumi. Est igitur in potestate vtentis, vnum ab alio separare, etsi aliquis fortasse decipiendus sit.

3. Sed plus addunt Sanchez *in summa, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 20. & alij, ob grauem necessitatem licere etiam in terris infidelium vti per materialem simulationem ad se occultandum vestibus per se primò deputatis ad superstitiosum cultum alicuius falsæ sectæ, quæ non habent communem, & corporalem vsum, sed sacrum, vel quasi sacrum in tali secta, & ratio, quia supradictæ vestes etiam in tali casu semper retinent aptitudinem, quam de se habent ad communem vsum tegendi, ac defendendi corpus. Ergo licitum est homini vti quacumque veste propter hunc vsum quasi intrinsecum, & naturalem, contempta quacumque alia hominum institutione, & permittendo aliorum deceptionem, etiam si inde sequatur scandalum. Hæc opinio est probabilis, sed longè probabilior est contraria, quam tuentur Suarez *tract. de fide, disp.* 4. *sect.* 5. *num.* 12. & alij. Sup. hoc infra in Ref. 71. & 72.

4. Notandum est etiam hìc obiter, primò aliquos etiam

etiam asserere licere falsam Religionem, vtendo aliquibus ipsius cæremoniis; quibus illa in cultu sibi proprio vtitur, non quatenus sunt cæremoniæ illius Religionis, sed ob alium finem, & iustam causam. Ita Medina *in part.2.q.103.art.4.*& hanc sententiam nouissimè docet etiam Lorca *in 2.2. quæst.6. disput. 24. num.7.* vbi *num.9.* addit hoc verum esse,etiam si hæc ita fierent, vt videntes credant non illas cæremonias formaliter vsurpari, quatenus sunt cæremoniæ illius Religionis, quia hæc est simulatio,aut potiùs dissimulatio; addit tamen idem Lorca huic sententiæ triplicem limitationem. Primò, vt actiones tales sint, vt ratio cultus ab iis separari possit; ideóque damnat adorationem externam Idolo factam cum iis circumstantiis, quibus nata est significare eiusdem internam adorationem. Secundò, vt absit scandalum. Tertiò, vt illo vsu non obscuretur confessio fidei, quando hæc obligat, nec ex circumstantiis censeri posset fidem negari. Hæc omnia Lorca; sed an probabiliter, iudicent viri docti; nam illum impugnat nouissimè Coninch *tract. de fide, disput.15.dub.3. num.* 28.

Sup. hoc infra prope finem Ref.71.

5. Notandum est secundò contra Azorium *tom. 1.lib.8.cap.27.p.6.* & alios, licere vexilla signis consuetis Turcarum insignita in classe, vel exercitu erigere, etiamsi esset signum Martis,Palladis, aut Iouis, Lunæ, Solis, & etiam Mahometis. Et ita docent Tannerus *in 2.2. disputat.1. quæstion.7. dub. 5. num.* 117. Layman *in Theol. moral.lib.2. tractat.5.cap.11. num.*4. & alij.

6. Notandum est tertiò contra Caietanum *in 2. 2.q.3.art.2.* non semper præceptum de confitenda fide obligare ad respondendum infideli interroganti, an aliquis sit Christianus; sed regulariter tantum id verum est, quandiu alioqui dissimulatio fidei cederet in fidei iniuriam, aut nocumentum proximorum. Et ita docet Bannez etiam *in 2.2.q.3.art.2.* quem nouissimè sequitur Tannerus ibidem *disput.1. q.7. dub.5. n.*120. Coninch *tract de fide, disput.*15. *dub.*5.*n.*109. Lorca *in 2.2. disp.*24.*n.*21.& 22. cum alijs.

7. Aduerte tamen cum Filliucio *tom.2. tract.22. cap.3. n.*65. posse in tali casu aliquem eludere aliqua ratione interrogantem, non autem negare se esse Christianum.

RESOL. LXX.

An ad euitandam mortem, vel aliud grauissimum damnum aliquando sit licitum vti pileo pallido, Iudæorum, vel Tobalia Turcarum?

Et an Sacerdos Gentilis, & Turcicus ad Fidem nostram conuersus teneatur statim deponere vestes, quibus vti solet?

Et an Catholicus Angliæ vescendo carnibus diebus vetitis veneris, & Quadragesima ad se occultandum, peccet? Ex p. 5.tr.7. Ref. 33.

Sup. hoc in Ref. præterita & lege etiam Resolutiones eius secundæ annot.

§. 1. NEgatiuè respondent DD. quos citat Sanchez *in summ.tom.1.lib.2.cap.4. num.*18. quia pileum illud indicat eo vtentem esse Iudæum. Sed nullus potest licitè dare infidelitatis indicium. ergo neque eo pileo vti.

2. Sed hoc non obstante Gordonus *in summa tom.2. lib.6. quæst.12. cap.6.§.3. num.*12. Duuallius *in 2.2. D. Thomæ, tract.de fide quæst.3.art.3.conclus.* 2. VVigers *in 2.2. quæst.3.art.2 num.* 50. Tannerus *tom.2. disputat. 1. quæst. 7. dub.5. num.*110. Castrus Palaus *tom.1.tract 4.disput.1. punct.47. num.3.* Coninck *de fide disput.15. dub.2.conclus.*8. & Hurtado de Mendoza *in 2.2. disput.48. sect.3.§. 27.* censent probabilem, aut probabiliorem sententiam, neminem

pe interdum licere vsurpationem signi, quo soli infideles vtuntur pro signo suæ sectæ. Et quoad pileum dico eius vsum posse esse ex aliqua causa distincta à Religionis causis; ergo possumus eam ob causam illo vti ob aliquam necessitatem vitandæ mortis. Antecedens patet, quia pileus habet effectus naturales independentes à significatione Iudaïca, non secus ac aliæ vestes, quo distinguitur à verbis, quibuscum loquimur, non vtimur nisi ad significandum obiectum vt à nobis concipitur. Consequentiam probo, quia quando vsus est indifferens ad significanda plura, non est cur ex graui necessitate vitandæ mortis non possem ego vti ad finem distinctum à professione Religionis. Quod explico, quia commune est hostes indui suorum hostium vestibus, vel vt eos capiant, vel fugiant. Vnde Turca videns in mari nauim cum gentilitio Lunæ,imprudenter censet nauem illam esse Turcarum, sed si prudens sit, debet timere ne sit Christianorum se alieno signo dissimulantium; ergo eadem ratione si Iudæus gladio & ferro minitans Christiano, videat hominem Iudaïco ritu pileatum, imprudenter censebit talem hominem esse Iudæum, debet enim suspicari illum esse fortè Christianum. Ratio à priori, quia in his euentibus hæc stratagemata sunt familiaria hostibus ipsis sic suos fugientibus. Cæteras rationes videbis apud Hurtado, qui respondet ad argumentum superiùs allatum, distinguendo maiorem; illud enim pileum in nostro casu indicat prudenti æstimatori circumstantiarum eà vtentem esse Iudæum determinatè. Nego maiorem; indicat vagè & confusè eum esse Iudæum, vel hostem dissimulatum habitu Iudaïco, concedo maiorem. Distinguo item minorem, nullus potest dare indicium infidelitatis, quo determinatè prudens circumstantiarum æstimator, iudicet eum esse infidelem, concedo minorem, non potest dare indicium vage indicans vel infidelitatem, vel hostilitatem occultam, nego minorem. Et ideo stante hac opinione, ex illa infert Duuallius *vbi suprà in 2.2. D. Thom. tractat. de fide, quæstion. 3. articul. 3. conclus.* 2. Sacerdotem Gentilem & Turcicum ad fidem nostram conuersum, non teneri vestes, quibus vti solet, statim deponere, & se prodere, atque periculo euidenti mortis se exponere. Et Catholicos Angliæ vescendo carnibus diebus Veneris, & in Quadragesima ad se occultandum minimè peccare, licèt ad protestationem libertatis Euangelicæ talis esus fuerit permissus & introductus. Rationes pro his illationibus videbis apud Duuallium.

Sup. hoc supra in Ref. 68. & in aliis eius annot.

RESOL. LXXI.

An liceat exploratoribus, vulgo dictis Spiæ, simulare in terris infidelium se esse Turcas, & vestibus protestationis falsæ sectæ vti, adire eorum Templa, vesci carnibus diebus vetitis in Ecclesia, &c. Ex p. 8.tr. 7.& Misc. Ref. 13.

§. 1. DE hoc casu interrogatus fuit Bonacina, vt ipse testatur *tom. 2. disputat. 3. quæstion. 2. punct. 3. §... numer.* 26. & negatiuè respondet, quia vsus supradictorum signorum est intrinsecè malus: sunt enim signa ex se ordinata ad negandam fidem.

Sup. hoc supra in Ref. 69. § Sed plus. sed lege eam per totam,& alia eius primæ not. & infra in Ref.seq.

2. Qui tamen antea fatetur contrariam sententiam esse probabilem, & ita etiam illam vocauit Valentia *tom.3. disput.1. quæstion.3. punct. 2.* quibus nouissimè adde Ioannem Machadum *de perfect. Confess. tom.1. lib.2. tractat.1. docum.5. num.*8. vbi

vbi sic asserit. *Grauissima question es, si las espias, que tienen los Reyes en tierras de infideles, y hereies puedan licitamente por el bien de la Christianidad fingirse Turcos, ò hereies, y como tales acudir à sus Templos, vsar de sus vestiduras, y otras señales protestatiuas de falsa seta, &c. Probable opinion es, que si, y San Geronimo, y Adriano dizen, que auiendo iusta causa es licito fingir extrinsecamente la Idolatria, ò falsa Religion; con tal, que se excuse el escandalo, ni sea el tiempo, en que se deua confessar la Fè por precepto afirmatiuo con la forma dicha en el Documento precedente.* Ita ille. Et ratio huius affirmatiuæ sententiæ erit, quia simulatio falsæ Religionis extra illos casus, in quibus obligat præceptum affirmatiuum confitendi fidem, nec est contra id præceptum affirmatiuum fidei, vt patet: nec contra negatiuum; quia, vt suppono, non intendit aliquis per verba, aut cæremonias falsæ Religionis fidem suam negare; tunc enim mentiretur, quod nunquam licet, neque profiteri alienam; sed tantùm in ea te spectat vtilitatem aliquam suam, vel aliorum. Neque etiam huiusmodi simulatio est tunc contra charitatem Dei, aut proximi; quia, vt suppono, abest scandalum infirmorum, & causa subest, propter quam meritò sit negligenda deceptio alterius, qui putet simulantem esse infidelem.

3. Sed ego negatiuæ sententiæ protsus adhæreo: concedit tamen Bonacina, posse exploratores Principum Christianorum vti signis & vestibus, quæ iuxta regionis consuetudinem adhiberi consueuerunt, modò Mahometus, vel aliquis falsus Deus, in ipsis non exprimatur, sicut etiam vesci carnibus diebus in Ecclesia vetitis; non autem licere prædicto viro Synagogas, & Moscheas adire, quo tempore Turcæ ad eas confluunt, causa orandi, vel adorandi Mahometum, vel aliud idolum: secus autem si adeat Synagogas ad negotium aliquod ciuile peragendum, vel ad inseruiendum alicui Principi, vel animo inspiciendi, aut inquirendi quid ibi agatur, absque intentione non solùm interiùs, sed etiam exterius colendi Mahometum, vel idolum.

Sup. hoc supra in Ref. 68. & in aliis eius annot.

RESOL. LXXII.

An instante necessitate licitum sit vsurpare vestes, & signa Infidelium, instituta ad cultum & cæremonias falsæ sectæ & legis, & in quibus depictæ sunt imagines Deorum, & in vexillis effigiem Mahometis, Lunæ, Martis, &c?

Et quid faciendum sit ad euitandum aliorum scandalum in supradictis actionibus? Ex p. 5. tr. 7. Ref. 34.

Sup. hoc in Ref. præterita, & supra in Ref. 69. à §. Sed plus. Sed lege eã per totam, & aliam eius primæ not.

§. 1. NEgatiuam sententiam tenet Castrus Palaus *tom. 2. tract. 4. disput. 1. punct. 17. num. 7.* Turrianus *in 2. 2. tom. 1. disput. 35. dub. 4.* Suarez *de fide disput. 14. sect. 5. num. 8. & 12.* Et ratio est, quia vsurpatio illius habitus est simulatio Religionis falsæ, quia illo determinatè significamus obseruationem Religionis falsæ, etenim vestes illæ nulli alij vsui deseruiunt. Ergo, &c, & ita etiam docet ex Syluestro, Toleto, Suarez, Iacobus Gordonus *in summa tom. 1. lib. 6. quæstion. 12. cap. 9. §. 2. num. 20.*

2. Sed contrariam sententiam in terminis & expressè tenet Azorius *tom. 1. lib. 8. cap. 27. quæstion. 4.* Sanchez *in summa tom. 1. lib. 2. cap. 4. num. 20.* quam vt probabilem tenet Coninck *de fide disputat. 15. dub. 3. num. 73. conclus. 9.* Castrus Palaus *vbi supra*, & nouissimè docet Duuallius *in 2. 2. D. Thomæ, tract. de fide, quæst. 3. art. 3. concl. 3.* Ioannes Wigers *in 2. 2. q. 3. art. 1. num. 56.* & Hurtado de Mendoza *in 2. 2. disput. 48. sect. 4. §. 54.* Probatur, quia vsurpatio illius vestis habet vsus naturales & politicos independentes à significatione cultus illiciti. Ergo vrgente graui necessitate possumus licitè illam vestem vsurpare. Consequentia patet ex §. 28. Antecedens probo; tum quia omnis vestis potest calori, frigori & elegantiæ corporis seruire. nam & manipulus potest esse ad elegantiam, vel alium finem quo differunt signa rerum à signis vocum, quòd voces natura sua sunt institutæ ad significandam rem, vt concipitur à loquente: vnde dare signum vocale Religionis alienæ, esset simulatio, & vitiosa: res autem natura sua non sunt institutæ ad significandum, vnde possumus illis vti independenter ab ea significatione. Ab infidelibus res vsurpari ad illicitum suum cultum est rebus omnino per accidens, neque illis adimit significationem naturalem, aut politicam. Nec ego teneor ad illorum consuetudinem vrgente graui necessitate, neque do signum quo prudenter in illis circumstantiis censear determinatè esse infidelis. Secundò probatur, quia si aliqua ratione vsurpatio huius vestis esset illicita, esset maximè quia videtur esse quidam cultus, sed non ex omni casu. Ergo. Probo minorem, quia vestis sacerdotalis non est cultus in Deum, sed habitus quo exerceantur ceremoniæ & cultus in Deum, Sacerdos enim Iudaicus non colebat Deum sola impositione mitræ, sed quando sic vestitus mactabat victimas, aut adolebat incensum: si autem extra templum extraheret mitram, nullum propterea cultum exerceret, sed posset illam extrahere, vel ne caput infrigidaretur, aut vt elegantior muliercula videretur. Tandem à priori, quia ex communi gentium consuetudine sunt stratagemata satis familiaria, adeò vt ingruente bello alteri hostes se dissimulent signis alterorum hostium, tunc enim prudens quisque, qui de facie non nouit eum, quem propè se videt amictum habitu simili suo, debet cohibere assensum, neque opinari certò illum esse amicum, debet enim timere an sit explorator, an hostis occultus. Itaque in illo casu vsurpatio vestis iuxta communem consuetudinem etiam illius gentis, non significat determinatè professionem falsæ religionis. nam & gens illa eodem stratagemate vtitur in simili periculo; quando autem desunt huiusmodi circumstantiæ, & prudens quisque omnibus consideratis censeat nullam esse occasionem induendæ vestis præter internum assensum falsæ religionis, tunc vsurpatio illius vestis est simulatio, & consequenter est contra veracitatem, & religionem, in aliis casibus non est; quia de se non est significatiua, vt est loquutio. Ita Hurtado *vbi suprà*, qui rectè etiam *in §. 57.* docet aduersùs aliquos posse Catholicum vti vestibus, in quibus depictæ sunt imagines Deorum, & in vexillis effigiem Mahometis, Lunæ, Martis, &c. Quid autem faciendum sit ad vitandum scandalum in supradictis actionibus, vide Hurtadum *in 2. 2. disput. 173. sect. 23. §. 288. & seq.* vbi optimè notat quòd si immineat periculum deserendæ fidei in cruciatibus, aut aliis ærumnis, non adesse obligationem ad vitandum aliorum scandalum à dictis actionibus abstinere.

Sup. hoc supra in Ref. 69. §. Notandum est secundo.

RESOL. LXXIII.

An Christianis remigantibus in triremibus Turcarum, peccent mortaliter, & incidant in excommunicationem; Vbi plures alios casus decisos inuenies?

Sed in hoc nono ordine fere omnes casus contentos in corpore

corpore huius Resolutionis in hoc etiam tractatu supra reperies in suis specialibus, & latis Resolutionibus. Ex p. 3. tract. 5. & Misc. 1. Resolut. 36.

Sup. hoc in duabus seqq. Resolu. & in tertia §. Sexto.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docuerunt Fernandez *in exam. Theol. mor. par. 4. cap. 5. §. 4. numer. 6.* Vgolinus *de cens. Papæ reseruatis part. 2. cap. 3. §. 2.* Suarez *tom. 5. disput. 21. sect. 2. numer. 60. 61. & 62.* Paulus Comitolus *in resp. mor. lib. 5. quæstion. 8.* Graffius *part. 1. lib. 4. cap. 18. numer. 6.* Sayrus *de cens. lib. 3. capit. 7. numer. 8.* Beia *part. 3. cas. 23.* Salas *in p. 2. tract. 3. disp. 11. sect. 1. de legibus.* Nauarrus *in man. cap. 17. numer. 63.* Toletus *in summa lib. 1. cap. 24.* & alij, sed si Turcæ corpora dictorum Christianorum affligunt, isti Doctores eorum animas lacessunt, quia si hæc opinio esset vera, væ, væ, væ Christianis captiuis.

2. Ideo contrariam sententiam puto omnino sustinendam esse, quam docent 8. Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 1. cap. 7. n. 18.* quibus ego addo Tannerum *in 2. 2. D. Thom. disputation. 1. quæstion. 9. dub. 5. numer. 144.* Villalobos *in summa tom. 1. tract. 5. diffic. 10. numer. 2.* Layman *in Theol. mor. lib. 2. tract. 3. cap. 13. num. 5.* Naldum *in summa ver. Christianus 2. numer. 6.* Reginaldum *tom. 2. lib. 21. numer. 119.* Turrianum *in 2. 2. disput. 95. dub. 3.* Filliucium *tom. 2. tra. 22. c. 5. numer. 147.* Benzonium *tract. de fuga lib. 1. disput. 1. quæstion. 4.* Sousam. *in Bull. Cœnæ cap. 4. disput. 31. numer. 6.* Vasquez *opusc. de scandalo art. 8. dub. 7.* Ortiz *in sum. c. 17. numer. 80.* Auilam *de de cens. part. 2. c. disput. 8. dub. 7.* Duardum *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 3. quæst. 13. conclus. 1. numer. 1. & seq.* Vegam *in summa tom. 1. cap. 118. cas. 2.* Rebellium *part. 1. lib. 1. quæst. 14. sect. 7. numer. 52.* Possunt igitur dicti captiui Christiani contra Catholicos remigare, vel propugnacula ædificare, sarcinas, machinas, & arma necessaria ad bellum afferre. Et ratio est, nam licèt peccatum ad quod materialiter cooperantur, perniciosum sit, tamen cooperatio illorum non tam propinqua est, vt sine illa damnum nihilominus inferretur, quia alij non deessent, qui hunc laborem obirent, & actiones supradictæ sunt indifferentes. Ergo, &c. Limitanda tamen videtur hæc sententia. Primò, si eo loco constituta res ita esset, vt captiui auxilium denegantes, magno periculo Christianos eriperent, vel victoriam illis conferrent; tunc enim bonum Reipublicæ Christianæ anteponendum erit propriæ vitæ. Secundò, etiam limitanda est in iis qui tormenta in Christianos dirigunt, ignemque applicant, quia directè damnum inferunt.

Sup. contentis in hoc §. supra in Ref. 42. 44. 46. 47. & 59. & in alijs earũ annotationum pro istis quæstionibus.

3. Ex dictis deducuntur multi casus in praxi sæpiùs occurrentes; nempe licere famulis cibos condire, & ad mensam ministrare, & lectum sternere concubinæ heri & ornare heram meretricem, secundùm Azorium *tom. 2. lib. 11. cap. vlt. quæstion. 8.* Sed malè addit, licitum esse adducere concubinam in domum heri, vel in alium locum in quo peccaturus est, vel deferre internuntia, aut scripta, in quibus herus petit à concubina, vt ea nocte ad se veniat, etsi norit velle, vt veniat ad fornicandum. Vnde in his duobus casibus, & optimè dissentit ab Azorio Rebellius *part. 1., lib. 2. quæstion. 14. sect. 7. num. 53.* Sanchez *in summa tom. 1. lib. 1. c. 7. n. 25. & 26.*

Pro parte manusculi infra in Ref. 75. post medium & pro vlt. huius §.

4. Item deducitur ex prædictis, licere famulis sternere equum, & herum comitari, & expectare, quamuis norint ipsum ad fornicandum abire; item iussu heri portare aliqua munuscula, vt esculenta ad concubinam, vel aperire ianuam domus concubinæ, porrigere cibos, & mensam sternere, si ieiunare nolit, &c. ex eodem principio licitum erit domum meretrici, vel vsurario locare.

5. Item ex Caietano, Aragonio, & Bannez *in 2. 2. quæst. 78. articul. 4.* Salonio *quæst. 62. art. 5. contr. 2. ad vlt.* deponere pecunias apud eundem, licèt hoc aliqui, & melius non admittant, vt Sotus *de iustit. lib. 6. quæst. 1. art. 5. ad 2.* Lessius *lib. 2. cap. 20. dub. 21. numer. 184.* Azorius *tom. 2. lib. 12. cap. vlt. quæstion. 2.* & alij. supra in Ref. 49. &c. Et pro contento in hoc §. Item s. supra in Re 53. &c.

6. Item contra Vasquez *opusc. de scandalo, art. 1. dub. 3.* & alios fas erit amico, qui violandi ieiunij causa ad cauponam diuertere cogitur, domum tecum abducere, & cœnam ministrare hospitatis, vel vrbanitatis causa. Ita Layman *in Theol. moral. tract. 3. cap. 13. numer. 4.* Caietanus *in 2. 2. quæst. 147. art. 4.* & alij. Et pro contento in hoc §. Item contra, supra in Ref. 67. ad lin. 7. &c.

7. Item licitum erit cauponibus ministrare cibos soluturos illis ieiunium. Ita Ledesma *in summ. tom. 2. tract. 27. cap. 2. concl. 6. diffic. 4.* Salonius *in 2. 2. quæst. 77. artic. 4. contr. 6. post 3. concl.* Martinus Ledesma *2. part. 4. quæst. 17. art. 6. dub. 3.* Faustus *in thes. Relig. lib. 1. quæstion. 178. numer. 1.* & alij contra Fernandez *in exam. Theol. p. 2. cap. 8. §. 2. numer. 21.* Gabrielem *in 4. disputation. 16. quæst. 3. art. 3. dub. 9.* & alios. Et pro contento in hoc §. Item licitum, ibidem §. vsq ad medium, &c.

8. Et tandem contra aliquos recentiores docet Tannerus *2. 2. Thomæ, disputation. 1. quæst. 9. dub. 5. nume. 144.* posse aliquem vendere infideli idolum, aut Iudæo in Synagoga ædificanda operam locare, si magna egestate prematur. Et ratio horum omnium est, quia præbere alteri proximam materiam peccandi ex se indifferentem ex iusta causa non intendendo eius peccatũ, sed ad aliud spectando, non est directè ad malum cooperari; neque verò indirectè; nam illa dicitur indirecta cooperatio, quando quis potest sine suo incommodo; & tenetur abutentis peccatum euitare; quod non accidit in supradictis casibus, in quibus, vt supponimus, adest iusta causa, & necessitas; ergo, &c. Et pro contento in hoc §. vlt. supra in Ref. 64. & in fine Reso. 65. signanter sup. hoc.

RESOL. LXXIV.

An remigantes, & captiui apud Turcas possint domos Christianorum perfringere, deuastare, & bona subripere?

Et an teneantur restituere damnum, quod ita dederint?

Ex p. 5. tract. 7. Ref. 30.

§. 1. Posse dictos captiuos remigare in triremibus Turcarum, contra plures Doctores satis firmaui *in 3. parte, tract. 5. resolut. 36.* Difficultas est, an possint, quando, v. g. Turcæ descendunt in terras Christianorum, illas deuastare, & bona nostra surripere. Coninck *in 2. 2. disput. 31. dub. 7. num. 104.* negatiuè respondet. Sic enim ait. Notandum nullo modo Christianis in triremibus Turcarum remigantibus licere deprædari, aut incendere res Christianorum, quia hoc per se malum & iniustum est; quod etiam docet Lorca *in 2. 2. sect. 3. disput. 51. numer. 10.* vbi tamen concedit posse quidem quæ alij rapuerunt suis humeris ad naues deferre, vel ad castra. Quæ hic est Ref. antecedens, & in Ref. seq. & in Ref. 1 post seq. §. Sexto.

2. Sed ne addamus afflictionem afflictis, ego puto ex timore mortis contrariam sententiam esse probabilem, quam tuetur nouissimè Castrus Palaus *tom. 1. tract. 6. disputation. 6. punct. 11. num. 12.* quia licitum est externis bonis proximi vti, prout necessarium est ad vitandam extremam necessitatem; sed illa deuastare, & surripere, & tradere minanti mortem, est in tali casu necessarium ad illam vitandam: ergo id facere licitum erit. Neque dominus illarum rerum debet esse inuitus, sed potiùs debet ex charitate consentire, neque actionem sic, prout à te sit in iuriosã reputare: ergo, &c. Et hanc sententiam docet etiam

Molina *de Iustit. tom.* 1. *tract.* 2. *disput.* 115. *conc.* 5. *num.* 7. vbi sic ait. Mortis metu, aut amissionis membri, fas est eiusmodi captiuis nocumentum inferre Christianis in bonis externis, & ad infidelium imperium destruendo, capiendo, & ad triremes asportando. Probatur quoniam in eo euentu sunt in extrema necessitate illorum bonorum ad vitam propriam conseruandam: ergo quantum fas est cuique in extrema necessitate sumere de bonis aliorum ad conseruandam propriam vitam, tantum damni fas erit eiusmodi captiuis inferre bonis aliorum ad vitam propriam tuendam, præsertim cùm si ipsi non cooperentur ad illud damnum, defuturi non sint qui illud similiter inferant. Quod si petas, an restituere teneantur damnum quod ita dederint? De iustitiæ rigore iuxta ea, quæ in materia de eleemosyna diximus, dicendum est teneri. Attamen regulariter credendum est Christianos, neque ab illis restitutionem expectare, neque eam velle. Quoniam præterquam quòd mortis metu, & non in commodum proprium id effecerint, defuturi non erant, qui idem damnum darent. Ita ille.

3. Non desinam tamen hîc adnotare Hurtadum de Mendoza *in* 2.2. *disput.* 76. *sect.* 3. §. 114. non approbare hanc posteriorem sententiam; quando dominus est in eadem necessitate sulphuris, v. g. domus murorum & commeatuum ad tuendam propriam vitam, tunc enim non possunt hæc incendere, deuastare, aut demoliri, quia id est directa pugna; & reuera in tali casu non recederem ab opinione Hurtadi, qui tamen postea §. 112. benè docuit posse supradictos captiuos remos agere, arma ferre in locum certaminis, prædam humeris afferre, porrigere sulphur, &c.

RESOL. LXXV.

An Christiani mancipia Infidelium, possint licite remigare in eorum triremibus, vel eis aliqua obsequia ministrare?

Et an teneatur restituere damnum, quod ita dederint?

Ex quibus etiam deducuntur alij diuersi casus sæpius in praxi contingentes pro supradictis mancipijs, in quibus serui possunt ministrare Dominis absque peccato. Ex p. 7. tr. 7. Ref. 57. alias 56.

Alibi in duabus Ref. præteritis, & in Reso. seq. §. Sexto.

§. 1. DE hac Quæstione alibi à nobis actum est, nunc pro eius resolutione apponam verba Caspensis *in Cursu Theol. tom.* 2. *tract.* 17. *sect.* 2. *num.* 19. vbi sic ait: Infertur plures excusari à mortali, facientes, vel subministrantes opus indifferens cum iusta causa, vt iure suo vtantur v. g. Qui domos locant vsurariis etiam publicis, dummodo alienigeni non sint, iuxta prohibitionem *cap.* 1. *de vsuris, in* 6. & locantes domos meretricibus ad habitandum; etiamsi aliis commodè locare possint, vtuntur enim iure suo, nec censentur cooperari peccato illarum, cum locus se habeat extrinsecè, & nimis remotè ad ad peccandum. Similiter Christiani capti à Turcis nauigantes metu mortis contra nostros, vel præparantes necessaria ad bellum, aut auxilium ferentes ad muniendà castra: nam præstant opus ex se indifferens ex iusta, & sufficienti causa, nimirum vitandæ mortis, vel grauis nocumenti. Denique famulus concomitans herum dum ad meretrices accedit, si ab huiusmodi concomitatu desistere nequit absque graui detrimento, vtitur enim iure suo, faciens opus ex se indifferens, modò vt non placeat, eis peccatum, cum etiam faciant obsequia, v. g. cibos condire, mensæ ministrare, lectum concubinæ sternere, ianuam domus illi aperire, deferre munuscula, & internuntia, vel domino ascendere volenti per fenestram, pedem illius sustinere, scalam apponere, &c. licet enim aliqua ex his obsequiis videantur valdè coniuncta peccato, non tamen sunt suapte natura, & ex se peccatum; ac proinde seiungi possunt à peccato per finem diuersum: quare non tenetur famulus ab his abstinere cum tanto incommodo, vt à domino expellatur è domo, penuriam patiatur, vel alia grauia incommoda sustineat. Ita Caspensis, cui adde Trullench. *in Decal. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *dub.* 5. *n.* 17. & nouissimè Amicum *tom.* 5. *de Iust. dispu.* 16. *sect.* 4. *nu.* 32. Et ne deseras recognoscere me ipsum *in part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 36. *& in part.* 5. *tract.* 7. *Resolutio* 30.

Sup. hoc pro vsurariis, & meretricibus supra in Ref. 49 & in alijs eius not.

Sup. sequentibus casibus magis late supra in Ref. 44. 46. 47. 59. & 73. § Item deducitur ad medium, & in-

cæteris alijs carum notationum.

Quæ hic sunt antecedentes Ref.

RESOL. LXXVI.

An in obsidione alicuius ciuitatis, quando alius cibus non adest, licitum sit vesci carnibus humanis?

Et an gesta ex metu graui excusentur à peccato, vt v. g. an sit licitum captiuis Christianis metu mortis nocumentum ferre Christianis, destruendo, vel captiuando, & ad triremes ap sortando, aut alia similia faciendo; vel admouere scalam altari volenti vendere, vel commodare ensem volenti aliquem occidere, &c.

Et alij septem casus valde notandi in textu huius Resolutionis explanantur, in quibus manifestantes ex metu graui, specialiter Sacramenta excusantur à peccato. 9. Ex p. 3. tract. 6. & Misc. 2. Ref. 48.

§. 1. NEgatiuè quoad primum videtur respondere D. Thomas *in* 2. 2. *qu.* 141. *art.* 4. *ad* 3. & acerrimè tenet Valentia *tom.* 3. *disp.* 9. *quæst.* 3. *punct.* 1. ratio est, quia hoc est intrinsecè, & ex obiecto malum, & ideo nunquam licet, sicut nunquam licitum erit mentiri. Et hanc sententiam docent etiam Fernandez *de septem peccatis mor. cap.* 2. §. 6. Azorius *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 22. Victoria *relect.* 9. Syluius *in* 2. 2. *q.* 142. *art* 4. & alij.

2. At contrariam sententiam tuentur Lessius *lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 2. *num.* 10. Sanchez *in summa tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 18. *n.* 12. Naldus *in summa ver. Medicus, n.* 7. Emanuel Sà *ver. Comedere, n.* 1. Caietanus *in* 2. 2. *q.* 148. *art.* 1. Abulensis *in* 4. *Regum c.* 6. *quæst.* 32. Toletus *lib.* 8. *cap.* 60. & hanc sententiam probabilem etiam esse putat Maldetus *in* 2. 2. *tract.* 3. *c.* 1. *dub.* 1. *in fine*, quia non est intrinsecè malum vesci carnibus humanis secluso homicidio; & quamuis eius prohibitio sit iuris naturæ prohibitio non obligat in vitæ discrimine. Et hoc etiam verum est, si vitæ periculum immineat ab extrinseco, puta si sub pœna mortis à quopiā quis iubeatur carnibus humanis vesci.

3. Hinc à fortiori licitum erit in morbi necessitate per modum medicamenti sumere aliquid humanæ carnis alteratum, & licitum erit haurire sanguinem humanum ex vena adolescentis detractum ad acquirendum vigorem corpori senili, & senectuti protogandæ. Vnde Medici, inter illos Marsilius Ficinus *lib. de sanit. tuenda*, vocant hoc remedium singulare. Igitur ad seruandam vitam licitum erit vesci carnibus humanis; nam quæ sunt intrinsecè mala, propter eius conseruationem licita efficiuntur.

4. Et ideo primò contra Comitolum *lib.* 5. *quæst.* 7. *numer.* 3. licitum erit propter periculum mortis comminatæ admouere scalam furari volenti, vendere, vel commodare ensem volenti alterum occidere, aut ostendere vbi occidendus est. Ita Durand. *in Bull. Cæn. lib.* 2. *can.* 5. *q.* 13. *n.* 10. Sanch. *in sum. t.* 1. *lib.* 1. *tom.*

Sup. hac ofsensione in tom. 8. tr. 5.

Ref.84. quæstis ibi pro restitutione in hoc casu.

c.7.n.18.Corduba *in sum.q.*137. *dub.*2.cui cum Auila *de cens. part.* 2. *c.* 6. *disp.* 8. *dub.* 5. asserunt etiam non peccare nauclerum,qui metu mortis,cymba transuehit aliquos volentes duellum committere, vel alium interficere.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 1. Ref.178 cursim & recitatiue. in fine. Sed multo amplius. & absque metu mortis in aliis casibus contentis ibi in §.vlt.dictæ Ref.& in omnibus aliis eius annotationum, & pro vestibus in tom.2.tr. 6. Ref. 136. prope finem.

5. Secundò licitum erit celebrare Missam fine altari, vel calice consecrato, aut sine vestibus sacris, vel lumine, metu mortis, dummodo non incurratur in odium Religionis, vel contemptum sacrificij Missæ. Ita contra Caietanum *in p.* 2. *quæst.* 96. *art.* 4. docent Azorius *tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 11. *quæst.* 11. Valentia *tom.* 2. *disp.* 7. *p.* 5. *punct.* 6. Vazquez *in p.* 2. *disp.* 161. *cap.* 3. *n.* 15. Becanus *part.* 2. *tract.* 3. *cap.* 6. *quæst.* 4. *n.* 8. Et hanc sententiam veram esse puto etiamsi celebranda sit Missa sine vlla veste sacra, nam militat eadem ratio. Ita Salas *de legibus disp.* 11. *sect.* 1. *n.*7. quidquid in contrarium asserant Granado *in part.* 2. *contr.* 7. *tra.* 3. *p.* 1. *disp.* 8. *sect.* 5. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 5. *num.* 149. Suarez *in* 3. *part. tom.* 3. *disp.* 83. *sect.* 3. *ver. secundò dicendum*, & alij. Debet tamen in tali casu Sacerdos non celebrare cum vestibus valde sordidis, aut cum vase immundo, est enim seruanda reuerentia debita Sacramento.

Et pro contento in hoc §. Tertio. in Ref. vlt. not. prætéritæ in principio.

6. Tertiò licitum erit metu mortis contrahere matrimonium cum impedimento dirimente; si verò in eorum animo sit contrahere tantùm exteriùs, non verò consummare, vel habere animum consummandi, non esse peccatum mortale. Ita contra Nauarrum *c.* 27. *n.* 141. & Caietanum *in p.* 2. *q.* 96. *art.* 4. docent Vazquez *in p.* 2. *disp.* 161. *c.* 3. *n.* 17. Suarez *de legibus lib.* 3. *cap.* 30. *n.* 13. Becanus *part.* 2. *tract.* 3. *cap.* 6. *quæst.* 4. *n.*9. & Sanchez *in sum. tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 18. *num.*7. cum alijs.

7. Quartò licitum erit ob metum mortis, vel alterius grauis nocumenti communicare cum excommunicato non tolerato, id est, nominatim denunciato, vel publico clerici percussore. Ita contra Vgolinum *de cen. tab.* 2. *c.* 23. *n.* 4. Alensem *p.* 4. *q.* 23. *memb.* 1. *a.*6. §. 2. Caiet. *in p.* 2. *q.* 125. *art.* 3. & alios docent Sayr. *de censuris lib* 2. *cap.* 14. *num.* 40. Sot. *in* 4. *dist.* 22. *q.* 1. *art.* 4. Suar. *de cens. lib.* 6. *sect.* 3. *n.* 10. Vasq. *in p.* 2. *disp.* 161. *c.* 2. Azor. *tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 11. *q.* 1. Salas *de legib. disp.* 11. *sect.* 1. *n.* 12 & alij penes ipsos.

Sup hoc quinto in tom. 1. tr. 1. Ref.31. & in to. 2. tr. 6. ex doctrina Ref. 136. paulo post. initium, vers. Secundo.

8. Quintò infertur non teneri adultum cum vitæ discrimine suscipere sacramentum Baptismi, quia potest elicere actum contritionis, & sibi consulere. Ita contra Azorium *tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 12. *q.* 2. docet Corduba *q.* 137. Aragonius *in* 2. 2. *q.* 6. *art.* 3. *dub.* 1. Sayrus *in claui Regia lib.* 3. *c.* 7. *n.* 34. Sotus *de iust. lib.* 1. *q.* 6. *art.* 4. Suar. *in* 3. *part. tom.* 3. *disp.* 32. *sect.* 3. & alij, dummodo adultus non esset in mortis articulo per se constitutus, vel nisi causa fidei aliud requireret.

Sup. hoc sexto in tribus præcedentibus. Ref.

9. Sextò licitum erit captiuis Christianis, metu mortis, aut amissionis membri, nocumentum inferre Christianis in bonis externis, & ad infidelium præceptum destruendo, vel capiendo, & ad triremes asportando. Ita contra Bonacinam *de contr. disp.* 1. *q.* 2. *punct.* 10. *num.* 8. docent Turrianus *in* 2. 2. *disp.* 96. *dub.* 3. Reginaldus *tom.* 2. *lib.* 21. *n.* 119. Molina *tom.* 1. *disp.* 115. *concl.* 5. & Sanch. *in sum. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 7. qui etiam cum Laym. *in Theolog. mor. lib.* 2. *tract.* 3. *cap.* 13. *num.*5. excusant à peccato hos captiuos asportantes sarcinas, & necessaria ad bellum, admouentes scalas, & machinas ad muros porrigentes Turcis arma ab eis petita ad interficiendos Christianos. Et Molina cum Sanch. *vbi suprà*, & Lessio *lib.* 2. *cap.* 13. *dub.* 3. *n.* 29. excusat dictos Christianos captiuos, qui Turcas humeris sustentant, atque iuuant ad castra munienda, ædificanda propugnacula, aliaque eiusmodi generis perficienda.

10. Septimò licitum erit Sacerdoti porrigere Eucharistiam peccatori occulto in occulto metu mortis, aut alterius nocumenti, nisi metus incurreretur in contemptum Sacramenti, vel odium Religionis. Ita Nugnus *lib.* 3. *p... tom.* 1. *quæst.* 80. *art.* 6. *diffic.* 4. Bonacina *de Sacram. disp.* 1. *q.* 1. *punct.* 4. *num.* 14. & alij.

11. Et tandem octauò potest Sacerdos metu mortis non incusso in odium Religionis, & Sacramenti contemptum conficere Sacramenta in materia dubia, vt Eucharistiam cum vino congelato, vel cum pane ex spelta confecto, vel ministrare Baptismum cum aqua ex sale resoluta, &c. Ita Henriq. *lib.* 1. *c.* 9. *n.* 7. *in glossa litera B.* Sancius *in selectis*, *disp.* 44. *n.* 12. Perez *in laurea Salmantina certam.* 10. *cap.* 12. Et ratio horum omnium est, quia gesta ex metu in supradictis casibus excusant à peccato, cùm non sint intrinsecè mala.

Quo ad hæc in tom. 2. tr. 1. ex Ref. 206. lege doctrinam §. Itaque. prope finem, à vers. Concedo. & in tom. 8. tr. 1. Ref. 1. §. 2. ante medium, vers. Quarto.

ERSOL. LXX.

An bona temporalia sint dimittenda propter scandalum?

Et obseruatur excusari à peccato Pontificem, qui dissimulat, vel conniuet, quando Princeps sæcularis vsurpat bona temporalia Ecclesiæ, si absque minori scandalo, vel damno potest id impedire. Ex p. 5. tr. 7. Ref. 24.

§. 1. AD hanc quæstionem ita respondet Lorca *in* 2. 2. *quæst.* 43. *artic.* 8. *n.* 11. Bona spiritualia & commoda temporalia, quæ non sunt necessaria ad salutem, nec debita ex præcepto non sunt omnino omittenda propter scandalum pusillorum, debent tamen intermitti & differri, donec pusillis reddatur sufficiens ratio rectitudinis, vt vitetur eorum scandalum. Differenda esse probatur. quoniam lege charitatis tenemur quantum possumus impedire peccatum proximi, quod non ex malitia sed ex ignorantia, aut infirmitate inculpabili oritur. At verò reddita ratione, qua sufficienter vitari potest scandalum, si adhuc perseuerat non iam ex ignorantia, vel infirmitate, sed ex malitia, aut ignorantia culpabili scandalizatur, & ideo eius scandalum contemni potest. Sed verum est quod Caietanus aduertit, scandalum pusillorum perseuerare posse adhuc postquam reddita est ratio facti, vel quia rationem non capiunt ob mentis tarditatem, vel ob consuetudines diu firmatam, in quo casu docet Caietanus omittendam esse actionem ex qua scandalum accipiunt, vel differendam, donec ad saniorem mentem venerint, quod solum est verum, si actio omitti potest sine iactura nostræ vtilitatis, si enim magna vtilitas, temporalis, vel spiritualis interueniat, contemni potest scandalum pusillorum postquam sufficienter admoniti sunt. Ita Lorca. vide etiam Gordonum *tom.* 1. *lib.* 6. *quæst.* 16. *cap.* 6. *num.* 16. Sanchez *in summa tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 1. Castrum Palaum *tom.* 1. *tract.* 6. *disp.* 6. *punct.* 17. Valentiam *tom.* 3. *disput.* 3. *quæst.* 18. *punct.* 4. Hurtado *in* 2. 2. *disput.* 173. *sect.* 23. §. 277. & *sequen.* Suarez *disp.* 10. *sect.* 3. *n.* 10. vbi obseruat excusari à præcepto Pontificem, qui simulat, vel conniuet quando Princeps secularis vsurpat bona temporalia Ecclesiæ, si absque minori scandalo, vel damno potest id impedire, & cum D. Thoma *in* 2. 2. *quæst* 43. *art.* 8. docet etiam Prælatos, qui non habent dominium rerum, non posse ratione scandali omittere bona temporalia, quia hoc esset scandalum Pharisaicum, vnde patet quàm malè seculares scandalizari,

dalizari, quando Episcopi & Prælati Regulares lites agitant ad acquirenda bona Ecclesiæ; nam si hoc non facerent, peccarent mortaliter, & si ipsi de hoc scandalizantur, pharisaicè scandalizantur, vnde tanquã ex malitia peccantes de illis minimè curandũ est.

RESOL. LXXVIII.

Addenda, atque emendenda in hoc tractatu 5. de Scandalo, quæ apposita sunt in fine 5. partis secundum ordinem R. P. Dianæ.

§. 1. PAg. 194. *in fine tract.* adde quæ sequuntur: Postquam Lugdunum typis excudendum præsentem Tractatum miseram, peruenit ad manus meas Tractatus *de Fide, Spe, & Charitate*, compositus à viro doctiss. & amiciss. P. Gaspare Hurtado, Illustriss. Societ. IESV Theologo, & vt suprà ab altero Hurtado, Petro videlicet multa non sine Lectorum iucunditate, & vtilitate, vt reor, mutuati sumus, visum est etiam hic apponere aliqua ad elucidationem supradictorum, non minus eruditè à dicto Gaspare obseruata, maximè cùm eius Codex non ita facilè inueniatur. Asserit igitur.

2. Primò famulus, qui nequit facilè inuenire herum, & tam vtilem sibi, potest quando in eo non est praua intentio, & non constat herum ex passione, aut ignorantia abusurum iussu ipsius heri videre, quò fœmina aliqua eat, & vbi habitet, eique munuscula deferre, herúmque comitari ad domum concubinæ, siue causa honoris, siue defensionis heri, & ei pedem sustinere ad ingrediendum per fenestram domum concubinæ, & ei picturam concubinæ emere, & ire ad concubinam, & ei dicere: Herus meus te vocat, & eam ad domum heri comitari, & ianuam ei aperire, & eis lectum sternere; non tamen potest eam inuitare ad actum ipsum inhonestum cum hero, nec literas heri eam ad id inuitantis deferre; sicut nec literas heri prouocantes aliquem ad duellum, nempe, Conueniamus tali hora, & tali loco pugnaturi, si famulus saltem probabiliter credat literas esse inuitantes ad actum inhonestum, vel ad duellum (quod addimus, quia quamuis dubitet, an literæ sint inuitantes, posse eas deferre, affirmant Rebell. *lib.* 2. *p.* 1. *q.* 14. *n.* 5. & Castro *punct.* 11.) & etiam posse literas aliter amatorias non inuitantes deferre, sicut & literas ad duellum pertinentes, non inuitantes, nempe, Conueniamus tali hora, & tali loco, non addendo, pugnaturi, & posse similes literas iussu heri scribere. Potest autem ministrare, & exhibere omnia, quæ diximus posse, quia omnia ea sunt ex se indifferentia, quæ possunt vsui bono, & malo deseruire, & aliàs supponimus herum non abusurum ex passione, nec ex ignorantia, & adest vtilitas famulo in ea administratione materiæ, & in ea exhibitione ministerij, imò etiam incommoditas, si id recuset, quia id ægrè feret herus, vt credi potest. Et eadem omnia potest filius ad mandatum parentis, præsertim si ex omissione indignationem patris timeat, & eadem omnia, quæ possunt famulus, & filius, etiam potest quilibet alius titulo alicuius considerabilis vtilitatis sibi accrescentis, & multo meliùs titulo vitandi aliquod graue incommodum, aut damnum. Imò ad hoc vitandum potest ea ministrare, aut exhibere, quamuis scandalizandus id sit effecturus ex passione, aut ex ignorantia. Addimus licitum esse alicui præbere munera concubinæ iudicis, & ab ea petere, vt intercedat pro ipso apud iudicem, quando intercessione illius sperat fauorabilem sententiam, & ei non se offert alia via facilis obtinendi talem sententiam, quia id possunt concubina, & iudex licitè efficere, & possunt si velint non se iniicere in periculum probabile turpis amoris.

Sup. hoc supra in Ref. 45. & in alijs ex multis eius annotationum pro hac quæst.

Sup. his quæ sequuntur pro scribentibus, & deferẽtibus literas amatorias, &c. & prouocantibus ad duellum, supra in Ref 43. 44. & 45. & in alijs eãrum annotationum pro istis quæst.

Sup. hoc supra in Resol. 44. §. vlt. inter medium, & fin. Vers. Hæc autem.

Sup. hoc ad medium §. seq. & supra in Ref. 50 & 51. &c.

3. Nota secundò ministrare cibaria in die ieiunij ei, qui frangit ieiunium, aut creditur fracturus, est licitum, quando illorum ministratio, siue ea donando, siue vendendo, siue ea mensæ ministrando, siue ea emendo illi, est vtilis ministranti, si abusus futurus est ex malitia, qualis præsumitur, dum oppositum non constet. Famulus ergo qui nequit facilè inuenire alium herum & sibi tam vtilem, potest si in ipso non sit praua intentio hero frangenti, aut fracturo ieiunium emere cibaria, & ea condire, & ea mensæ ministrare, quia ei est vtile hero famulari. Et eodem modo potest hero infideli emere idolum, quamuis herus sit eo abusurus, & eum ad templum idolorum comitari, dum non constet herum abusurum esse prædictis ex passione, aut ex ignorantia Et hæc omnia docet Gaspar Hurtad. *vbi sup.* citatus *disp.* 10. *diffic.* 9. quicquid alij, quoad præstanda munera concubinæ iudici asserant sed intelligendi sunt dum alia via ius consequi possit à iudice. Vnde sententiam Hurtadi præter alium Hurtad. *vbi sup.* citatum, & alibi Castr. Palaum, docet etiam Molfesius *in sum. to.* 1. *tr.* 8. *c.* 10. *num.* 62. nec in hoc iniiciendus est scrupulus litigantibus. Nota verò quòd Molfes. *n.* 61. dissentit ab Hurtado, quando seruus admoueret, v.g. scalas, vt herus ascendat per fenestras, quia sic actionem iniuriosam infert domino domus: ergo peccat contra iustitiam, & admotio scalæ est cooperatio proxima ad peccatum heri; sed sententiam Hurtadi tenet etiã Castrus Palaus, & alij *suprà* in hoc tractatu citati.

Sup. hoc supra in Resol. 59. & in alijs eius not.

Sup. hoc supra in Resol. 46. & in alijs eius annot.

Sup. hoc supra in Reso. 62. §. Et hoc.

Sup. hoc supra in fine §. præteriti huius Ref. & in alijs eius no.

Sup. hoc supra in Resol. 46. & in alio §. eius primæ not.

4. Nota tertiò licitum esse ex honesta causa offerre alteri occasionem peccandi medio indifferente, & meritò, quia offerre occasionem peccandi medio indifferente, non est intrinsecè malum ergo potest ex aliqua honesta causa excusari à peccato, præsertim ex causa vtili ipsi offerenti, aut magis vtili scandalizando. Vnde pater, vel herus desiderans experimentum capere de fidelitate filij, vel famuli, aut eum cautum reddere in futurum, non peccat relinquendo clauem in area, quasi oblitam, & apponendo ei nummos, vbi eos possit facilè inuenire, & furari, nec maritus peccat, qui cum vxore paciscitur, vt amasio eam ad adulterium sollicitanti dicat. Contenta sum vt venias hac nocte tali hora dum, non addat, & commiscebimur, vel æquiualens; vt si fortè veniat deprehensus caueat in futurum vel punitione, vel metu, vel alio medio licito quia verba illa non sunt intrinsecè mala, sed indifferentia, ac proinde possunt honestari ex aliqua causa honesta. Ita ille *diffic.* 11. Vnde ego olim consului Superiorem regularem potuisse sine aliquo peccato scandali claues Monasterij relinquere in quodam loco, quasi oblitas, vt postea in flagranti inueniret subditum aperientem portam, & hoc in eius vtilitatem atque ita etiam docet Layman *lib.* 2. *tract.* 3. *cap.* 13. *n.* 4.

Sup. hoc supra in Resol. 41. & in alia Ref. eius primæ annot.

5. Nota quartò qui vinum in graui quantitate deponit apud tabernarium vendentem illum aqua mixtum peccat, & primariò contra iustitiam, quia tunc tabernarius quasi nomine deponẽtis vendit illud, quia illud adhuc est deponentis, & tenetur ad restitutionẽ non restituẽte tabernario. Si verò vinũ non sit depositum apud tabernarium, sed ei venditum, si quãdo venditum fuit, vendens timebat probabiliter eum illud aquatum venditurum, peccat contra iustitiam secundariò (nisi alij non poterat vendere, & illud non vendere esset ei graue, & molestum) non tamen tenetur ad restitutionem, quia non peccat directè contra iustitiam. Ita ille *diffic.* 7. sed de hoc casu vide ea, quæ superiùs dixit Merolla.

Sup. vtroque in hoc §. contento in 10. 6. tr. 3. Ref. 94. & 95.

6. Nota quintò Petrum, v.g. qui inuitat eum, qui paratus est ad occidendum aliquem, & qui eum aliàs occisurus est non peccare, nec incurrere irregularitatẽ, si

medijs à ver. Dixi. ſi inuitatio cedat in bonum occidendi: vt ſi Petro occiſuro hodie aliquem ſuadeat, vt occidat cras,& occiſuro in hoc loco, vt occidat in diſtantiore, vt mutatione loci, vita occidendi protrahatur; & eum qui inuitat eum qui eſt paratus ad furandum, & qui aliàs furaturus eſt, non peccare, nec ad reſtitutionem teneri, inuitatio cedat in bonum illius,cui eſt faciendum furtum: vt ſi inuitatus ob inuitationem minus, aut tardiùs furetur. Imò hæc duo eſſe vera, quamuis, inuitatio, aut ſuaſio ſit moralis cauſa diſtincti numero actus, occidendi, & furandi ab eis actibus, quibus aliàs fieret occiſio & furtum, quia tunc inuitatio eſt ad minus peccatum, quamuis diſtinctum à maiore. Ita ille *difficul.* 9. qui etiam *difficul.* 3. aſſerit, licitum eſſe ſuadere latroni determinato ad maius furtum, quòd committat minus vt omittat maius, & non ſolùm reſpectu eiuſdem perſonæ, ſed etiam reſpectu diuerſæ, quia licitum eſt ſuadere minus peccatum, vt omittat maius. Imò addimus licitum eſſe eum iuuare ad committendum minus furtum reſpectu eiuſdem perſonæ, ſi aliter nequit diſſuaderi à maiori, non verò reſpectu diuerſæ perſonæ. Ratio prioris eſt, quia tunc non iuuat, inuito domino, ſed ipſo volente ſaltem interpretatiuè, quia ſic iuuando proſpicit bonis domini, & facit quod dominus ipſe faceret, ſi non poſſet aliter obuiare maiori furto, in quo diſtinguitur peccatum contra iuſtitiam à peccatis contra alias virtutes, nempe quòd quamuis licitum ſit ſuadere ad peccatum minus contra alias virtutes, non tamen ad illud iuuare, ſeu cooperari, quia ſuaſio ad minus peccatum contra alias virtutes moraliter non tendit formaliter, vt fiat minus, ſed vt non fiat maius; cooperatio verò moraliter tendit formaliter etiam ad ipſum minus peccatum, ad quod eſt cooperatio. In peccatis verò contra iuſtitiam reſpectu eiuſdem perſonæ licitum eſt ad minus cooperari, quia quamuis cooperatio moraliter tendat formaliter ad ipſum minus peccatum, moraliter tamen, quia non eſt iniurioſa proximo, ſed potiùs fauorabilis, & ideo non eſt mala, quia ſi eſſet mala malitiæ iniuſtitiæ,ſeu iniuriæ contra eum,cui fit iniuria, tunc autem non eſt iniurioſa illi,ſed potiùs fauorabilis. Ergo, &c. Et hæc dicta ſufficiant circa præſentem Tractatum de Scandalo.

Sup. hoc & ſeqq. in hoc §. in Ref. & §.not. prætexitæ,per totã, & ſignãter à principio & pro parte ſupra in Ref. 34.§.vlt. ad

lin. 5. & in tom.8.tr.7. Ref. 30. lege eam per totam.

TRACTATVS SEXTVS
DE
COMITIIS SEV PARLAMENTO Regni Siciliæ, & Neapolis.

Sed aduerte obſecro Amice Lector, quod multæ Reſ. huius Tract. deſeruient non ſolum pro iſto *Tractat. de Parlamento*, ſed mutatis mutandis pro aliis ſimilibus caſibus ſæpius occurrentibus in omnibus, & ſingulis aliis Communitatibus, Capitulis, Congregationibus, Vniuerſitatibus, & Collegiis.

RESOLVTO PRIMA.

De donatiuis, quæ in Parlamento Regni Siciliæ Sereniſſimo Regi tribuuntur, & de eorum iuſtitia.

Et an ſupra dicta donatiua ſint re vera impoſitiones, ita vt debeant habere conditiones requiſitas ad impoſitionem gabellarum? Ex part. 2. tractat. 3. Reſol. 1.

Sup. hoc infra in Ref. 35.§.In Ref. 1.

§. 1. SVPPONENDVM eſt, tanquàm certum, donatiua Parlamenti nomine eſſe voluntaria, ſed reuerà eſſe neceſſaria. Ita in terminis teſtantur Doctores. Et quia fundamentum huius Tractatus conſiſtit in hac veritate, ponam per extenſum verba Doctorum. Ioann. Franc. Aponte *in ſuis deciſionibus, part.1. deciſ.* 3. *num.* 14. ſic ait: [Donatiua, quæ ſingulis duobus annis fiunt, non dicuntur voluntaria, ita quòd eſt hoc nomen ſimulatum: & propterea videmus, ſingulis duobus annis irremiſſibiliter peti à Rege, cum literis particularibus ad ſuum Protegem tranſmiſſis: & Populi, & Barones per regias literas particulares ad Parlamentum vocantur. Vnde verè poteſt hæc appellari, *impoſitio*, quæ ſingulis duobus annis fit per Regem, vt ſuis neceſſitatibus ſubueniat.] Hæc ille. Maſtrillus *de Magiſtratib. tom.2. lib.5. cap.15. num.29. & ſeq.* [Donatiua Parlamenti, licèt voluntaria dicantur ad differentiam muneris, ad quod ex capite Regni tenetur Regnum in quatuor caſibus, attamen neceſſaria potiùs dici merentur: quia ſunt loco ſeruitij, & pro Domino in bello adiuuando, ſuiſque neceſſitatibus ſubueniendo, ad quod omnes tenentur: ideò nomen hoc donatiui ſimulatum eſt, cùm ſingulis tribus annis irremiſſibiliter petantur à Rege, cum expreſſis literis ad Protegem tranſmiſſis, & pro effectu prædicto tria Regni brachia per literas conuocantur: vnde verè *impoſitio* dici poterit.] Idem cum iiſdem verbis docet etiam ex noſtris Regnicolis vir doctus, Marius Giurba *in ſuis deciſionib. tom.1. deciſ.118. num.2. & ſeq.* Idem etiam docet Valenzuela. Velaſquez *conſ.99. pract.4 num. 61.* & ex Theologis P. Suarez *de legib. lib.5. cap.17. num.7.* Et ex noſtra Religione P. Molfeſius *in ſumma, tom.1. tract.12. cap.22. num.36.* vbi aſſerit, ſupradicta donatiua eſſe reuerà impoſitiones, ita vt debeant habere conditiones requiſitas ad impoſitionem

tionem gabellarum : & citat Sylueſtrum *verb. dominum*, *quaſt.*5. *num.*6. & Iacob. de Graffis *part.*1. *lib.*3. *cap.*1. *num.*7. Vide etiam in noſtris terminis, tractantes caſum, Marin. Freec. *de ſubfeud. lib.*2. *author.* 3. Baron. *num.*26. *fol. mihi* 323. *conſil.*1. & Bolognet. *conſ.*1. *à num.*86. *vſque ad num.*95. cum eruditiſſimo Bobadilla *in polit. tom.*2. *lib.*5. *cap.*5. *num.*4. & Baſilio Pontio *de impedim. matrim. cauſa* 31. *q.*2. §. 11. & Petro Toloſano *in ſua Republica*, *lib.*24. *cap.*5. *num.*3.

2. Cùm igitur ex dictis clarè appareat, quòd ad iuſtitiam donatiui concurrere debent conditiones neceſſariæ ad iuſtam gabellam imponendam, prò elucidatione huius materiæ ponam breuiter aliquas gabellarum quæſtiones, in gratiam illorum, qui in dicto Parlamento interueniunt, vt poſſint à ſe abdicare multos ſcrupulos, & de iuſtitia donatiui rectè decernere.

RESOL. II.

Quanam conditiones requirantur ad impoſitiones iuſtæ gabellæ, & donatiui? Ex part. 1. tractat. 3. Reſol. 2.

Sup. contēto in hac Ref. lege infra doctrinam §. Notat. Ref. 4. & ne deſeras videre doctrinam etiam Ref. 3.

§. 1. DVæ præcipuè, relinquendo alias non neceſſariò examinandas pro re noſtra. Prima, ex parte cauſæ finalis; nempe, quòd imponatur propter publicam vtilitatem, ſeu neceſſitatem Regis. Secunda, ex parte cauſæ formalis, ſcilicet, vt talis gabella, & donatiuum ſubditis imponatur proportionabiliter. Ita communiter DD. Turrianus *in* 2.2. *tom.*2. *diſput.*44. *dub.*1. & 2. Bonacina *tract. de contr. diſput.*2. *quaſt.*9. *punct.*1. *num.* 2. Petr. de Aragon. *in* 2.2. *quaſt.*77. *art.*3. Valentia *tom.* 3. *diſput.*5. *quaſt.* 6. *pun.*5. Suarez *de legib. lib.*5. *c.*14. *n.* 16. Barthol. à S. Fauſto. *in ſpecul. Confeſſ. diſput.* 33. *quaſt.* 2. Salas *de legib. quaſt.*96. *tract.*14. *diſput.*15. *ſect.* 10. *num.* 118. Leſſius *lib.*2. *cap.* 33. *dub.*1. & 2. Reginaldus *in praxi tom.*1. *lib.*10. *cap.*25. *numer.*372. Ledeſma *in ſumma tom.*2. *tract.*; *cap.*2. Malderus *in* 2.2. *tract.* 5. *cap.*6. *dub.*2. Layman *lib.*3. *ſect.*5. *tract.*3. *part.*1. *cap.*3. *num.*2. Tannerus *in* 2.2. *diſput.* 4. *quaſt.*6. *dub.* 12. *num.*343. & 344. Molfeſius *in ſumma*, *tom.*2. *tract.*12. *cap.*22. *num.* 37. & 39. Sylnius *in* 2.2. *D. Thom. quaſt.* 66. *art.*8. *concl.*1. Villalobos *in ſumma*, *tom.*2. *tract.*8. *dub.*13. *num.*4. & 5. Aragon. *in* 2.2. *D. Thom. quaſt.* 62. *art.* 3. Vaſquez *Opuſc. de reſtit. cap.*6. §. 2. *dub.*1. & 2. Molin. *de iuſt. tract.*2. *diſput.* 667. & *ſeq.* & aliis. His ita conſtitutis, maximè circa primam cauſam inſurgunt aliquæ difficultates, ordinarias de induſtria relinquendo.

RESOL. III.

Quanam forma ſeruanda ſit in iuſto tributo, & donatiuo?

Vbi multa pro Parlamentariis, & Procuratoribus Curiarum explanantur. Ex part. 1. tractat. 3. Reſol. 5.

Sup. doctrina contenta in hac Ref. vide doctrinā Ref. præterita, & ex Ref. ſeq. §. Notat.

§. 1. MVltiplex, ſed præcipuè (quæ facit ad caſum noſtrum) exigitur proportio in ordine ad vires Regni, & populorum: nam licèt cauſa finalis tributi, nempe, neceſſitas Regis ſit iuſta; ſi tamen vires Regni non ſuppetant ad tributum ferendum, ſi imponatur, erit iniuſtum. Et ſic, ait Salas *tract. de legib. diſput.*15. *ſect.*10. *n.*120. contingere poteſt, ſingula tributa per ſe ſpectata eſſe iuſta, & multitudinem eſſe iniuſtam; quia excedit moralem facultatem ſubditorum.

2. Hinc aſſerebat doctiſſimus vir Bartholomæus Salonius *de iuſt. in* 2.2. *tom.*2. *quaſt.*77. *art.*3. *contr.* [Proportio, & commenſuratio formæ tributi debet eſſe cum populo, vt non imponatur, niſi iuxta populi facultates, & vires: aliter iniquum eſt, & tyrannicum, ſi populus immoderatis vectigalibus grauetur, & in pauperiem redigatur. Optimum ſiquidem eſt, aqua fontis vti; non tamen fontem ipſum exhaurire, & venas illius exſiccare. Optimum, vt paſtor de lacte gregis ſui comedat, iniquum tamen illum excoriare. Ita neque poteſt Princeps immoderata tributa ſubditis imponere, cùm non ſit dominus bonorum ipſorum: ſed illis tantùm vti poteſt, & debet ad ipſorummet ſubditorum vtilitatem.] Ita Salon. Et Villalobos *in ſumma*, *tom.* 2. *tract.*8. *diffic.* 13. *num.*5. ſic loquens: [Los tributos es neceſſario que ſean de manera, que tengan proporcion con las haziendas de los particulares, que ſeria iniuſto poner grandes tributos, quando los vaſſallos eſtuuieſſen probres, que no los pudieſſen pagar; porque ſi no ſe tiene atencion à la pobreza de los vaſſallos, deſtruidos ellos quedaſe deſtruido el Reyno, y el Rey.]

3. Item aſſerit Rodriquez *in ſumma*, *part.*2. *cap.* 74. *num.*2. Ortiz etiam *in ſumma*, *cap.*22. *n.*15. aſſerit eſſe licita tributa: [Oo ſiendo grande carga por lo vaſſallos.] Et ideò Turrianus *in* 2. 2. *tom.*2. *diſput.* 45. *dub.*2. *num.*7. docuit, Principem in imponendis tributis debere conſiderare propriam neceſſitatem per ordinem ad commune bonum, & neceſſitatem & indigentiam ſubditorum. Et Ioan. Maderiaga *lib. de Senatu*, *cap.* 40. *fol. mihi* 474. aſſerit: [Los Procuradores de las Cortes, concediendo mas que el Reyno puede, por hauer la gracia del Rey, no ſolo pecan, ſino quæ eſtan obligados à reſtituirlos al Reyno.]

4. Dicendum eſt igitur ex veritate ſupradictorum cum noſtro P. Molfeſio *in ſumma*, *tom.*2. *tract.*12. *cap.*22. *num.*36. donatiua, quæ fiunt in Parlamento, debere eſſe in illa quantitate, vt poſſint Vniuerſitates ea ſoluere, aliter donatiuum erit iniuſtum ex parte cauſæ formalis; ideò Ioan. Franc ſcus Aponte *in tract. de poteſt. Proregis*, *tit.*4. *de regalibus impoſitionibus*, *n.*46. *fol. mihi* 147. aſſeruit, in præbendis ſupradictis donatiuis conſiderandum eſſe, quænam ſint vires Regni.

5. Vnde ex his omnibus apparet, quid dicendum ſit de iuſtitia donatiuorum cuiuſcunque Parlamenti; & præſertim, quando agitur de donatiuo extraordinario: nam, ſi domini, qui intrant in Parlamento, cognoſcunt, Vniuerſitaes, Regni, & populos poſſe ſuſtinere tale onus, iuſtum erit donatiuum; ſin aliter, iniuſtum. Vnde deciſio, & reſolutio talis caſus magis pendet ex illis, quàm ex nobis: nam nos poſſumus tantùm dicere, ſi adeſt neceſſitas Regis, & vires Regni ſuppetunt, iuſtum eſſe tributum, & donatiuum: ſed an adſit dicta neceſſitas, & vires Regni ſuppetant, ipſi videant, forſitan quamprimùm ante Iudicem Deum de hoc rationem reddituri. Ita Vega *in ſumma*, *tom.*1. *cap.*15. *caſ.*3. Petrus à Nauarra *de reſtit. lib.*3. *cap.*1. *num.*237. & Petr. de Ledeſma *in ſumma*, *tom.*2. *tract.*8. *cap.*2. *fol. mihi* 195. vbi ſic ait: [Si es anſi, que las tales neceſſitades las aya, de ſuerte que no ſe pueden ſuplir, ſi no eſpediendo tan rigoroſamente eſte tributo del alcauala, no pertenece al Theologo determinarlo. Lo que es cierto en Theologia, es, que ſi eſtes neceſſitades del Rey, y del Reyno, no ſe pueden ſuplir de otra manera, juſtiſſimo es el tributo; ſi ſe pueden ſuplir otra ſuerte, no es juſto. Però eſto el Rey, y los Conſeieros ſuyos

suyos lo han de juzgar, si es ansi, y han de dar cuenta à Dios supremo Iuez.] Sic ille, & ego. Verum est, quòd si insufficientia Regni Theologis cōstaret, tunc dicant, quid de tali insufficientia sentiunt, & nihil timeant,

6. Vnde Ioan. Franciscus Aponte *loco citato* loquens in casu nostro de donatiuis, quæ in Parlamento Regi præbentur, ad Consiliarios sic ait: [Perpendant benè Ministri Regis omnia ex vtraque parte, quæ sint causæ, quæ sint necessitates, quæ sint Regni vires, in quas necessitates inexcusabiles pecunia sit conuertenda: si aliud adest expediens, non timeant faciem potentis; dicant veritatem coram Deo, & hominibus; quia de anima certant, & de æternitate irreuocabiliter, in qua nihil potest Rex, nihil Prorex, nullus fauor, & nulla gratia.] Sic Aponte.

7. Considerare etiam debent summopere Consiliarij, & Parlamentarij ea, quæ circa imposita semel donatiua, licèt ad tempus, aduertit Capiblancus *tract. de officio Baronum: prag.* 10. *num.* 6. & ideò videant, in illis imponendis quid faciant. Et considerent etiam attentè arbitria, quæ proponuntur: nam, vt benè obseruat Cōsultor Matuta *in respons. contra Messanen. fol.* 4. in practica sunt difficilia; & non reddunt postea in fractione panis, quod in theorica promittunt, sicut apparuit in Parlamento Ducis Ossunæ, ann. 1612. Et hæc dicta sufficiant circa materiam cognoscendi iustitiam, vel iniustitiam donatiui alicuius Parlamenti: sed, quia olim à nobilissimo viro, & aliis, de multis quæstionibus ad Parlamentum spectantibus interrogatus fui, illas breuiter exponam.

RESOL. IV.

An Rex, si culpa sua propter largitiones immoderatas, iniusta bella, &c. in egestate inciderit, possit iuste imponere tributum, & Regnum illi donatiuum præbere, quidquid sit de peccato Regis?

Et notatur, quod in tali casu Princeps, tenetur omnes sumptus parum necessarios excidere, & in posterum continere se à prodigalitatibus, & hæc notentur à Confessarijs, & Consiliarijs Regis: Ex p. 1. tr. 3. Res. 4.

§. 1. Respondeo, quòd sic: & in tali casu tenentur subditi largiri omnia necessaria ad defensionem, & conseruationem Reipublicæ; & ad id, quod necessarium esset ad Principis sustentationem, considerata dignitate eius. Nam totum hoc postulat bonum publicum, quidquid sit de peccato Regis. Sic aduersùs Medinam *C. de restit. q.* 13. Gabrielem *in* 4. *disp.* 15. *quæst.* 5. *art.* 1. *concl.* 3. & D. Antoninum, communiter tenent neoterici, & inter illos præcipuè Malderus *in* 2. 2. *tract.* 5. *cap.* 6. *dub.* 4. Lessius *lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 6. *num.* 48. Turrian. *in* 2. 2. *tom.* 2. *disp.* 44. *dub.* 2. *n.* 5. Molin. *de iust. tract.* 2. *q.* 667. *n.* 4. Barthol. à S. Faustlo *in specul. Confess. disp.* 33. *q.* 11. Molfesius *in summa, tom.* 2. *tr.* 12. *c.* 22. *n.* 72. & Vasq. *Opusc. de restit. c.* 6. §. 1. *dub.* 2. *n.* 14. Et ratio est: quia inopia Regis vergit in perniciem totius Regni: vt ergo imminenti malo prouideatur, licitum erit tributa imponere, vel de nouo augere. Parum ergo refert, si in inopiam inciderit Rex culpa sua, modò tributis impositis, vel denuò auctis publico bono prouideatur.

2. Notat verò Lessius cum aliis *vbi suprà*, quòd Princeps in tali casu tenetur omnes sumptus parum necessarios excidere, & in posterum continere se à prodigalitatibus. Quod maxime notandum esse ait Molina, à Confessariis, & Consiliariis Regum. Restat modò examinare iustitiam causæ formalis talis donatiui; nempe, an sit impositum proportionabiliter, ita vt vires Regni possint sufferre tale onus: & in hoc consistit difficultas, maximè quando agitur de donatiuo extraordinario. Videndum est igitur, quando gabella dicatur iusta ex forma; quia, videlicet, est proportionabilis in ordine ad populum. Sup. his causis formalibus lege supra doctrinam Res. 2. & ne deseras videre etiam Res. 3.

RESOL. V.

An intrantes in Parlamentum possint credere Regi attestanti se esse in necessitate?

Et quid, si moraliter aliud in contrarium constat: Ex p. 1. tr. 3. Res. 11.

§. 1. Affirmatiuè respondetur communiter: nam, vt docet Regens noster D. Petrus Corsetus, vir doctissimus, & integerrimus, *in propug. vectig. f.* 46. & amicissimus Regens de Neapoli, vir litteris, probitate, & rerum experientia insignis, *in Alleg. pro eodem vect. fol.* 5. Landerchius *cons.* 145. *n.* 2. Thom. Gram. *dec.* 65. *n.* 30. *& decis.* 105. *n.* 9. credendum est Principi, quando attestatur de facto proprio, quia in ipso semper præsumitur iustitia causæ. Hanc doctrinam sequutus est Card. Paris. *tom.* 1. *cons.* 1. *num.* 41. Rolandus à Valle *lib.* 2. *cons.* 1. *n.* 98. Oldradus *cons.* 258. Alexander *lib.* 2. *cons.* 216. *n.* 1. Ceuallos *contra com. q.* 578. *n.* 26. Bobadilla *in polit. tom.* 2. *lib.* 5. *c.* 5. *n.* 11. & alij penes ipsum *in Glossa, littera. C.* Sup. hoc infra in Res. 35. §. In. Res. 11.

2. Sed hæc intelligenda sunt, quando moraliter aliud in contrarium non constaret: nam, vt docet Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 10. *n.* 31. & Socin. *lib.* 2. *cons.* 164. *vol.* 5. recedendum est ab expressa assertione Principis, cùm de veritate in contrarium constat. Vide etiam omninò Gloritium in Respons. pro nobilissima, & nunquam satis laudata Ciuitate Messanæ *in respons.* 1. *p.* 3. *n.* 13. *& seq.*

RESOL. VI.

An assignare summam necessariam pro sustentatione Regis, vel regimine, & defensione Regni, spectet ad Parlamentum, vel hoc remittatur arbitrio Regis? Ex p. 1. tr. 3. Res. 12.

§. 1. Respondet huic dubitationi P. Vasq. *Opusc. de restit. c.* 6. §. 1. *dub.* 1. *n.* 7. vbi ait [Notandum est, Regibus, & habentibus supremum imperium in aliqua prouincia, congruam deberi sustentationem iure naturali, quæ sufficiat ad dignitatem regiam decenter sustentandam, & Regnum, vel Prouinciam ab hostibus tuendam, ex pacto tacito inter Regem, & Regnum: & nisi debitum redactum sit ad certam summam pecuniæ, ex pacto inter Regem, & Regnum inito, manet arbitrio Regis & supremi Principis, qui illius prouinciæ curam gerit, iustam pecuniæ summam assignare, quæ necessaria sit regimini, & defensioni ipsius Regni.] Sic Vasquez.

RESOL. VII.

An si esset stipendium iustum assignatum ex pacto inito cum ipso Rege: possit postea Parlamentum ex aliqua iusta causa præbere donatiuum maius, & Rex imponere nouum, vel antiquum augere tributum? Ex p. 1. tr. 3. Res. 13.

Ij Respondeo

§. 1. Respondeo affirmatiuè ex Molfes. *in sum. tom. 1. tr. 12. cap. 11. num.* 70. Turrian. *in 2. 2. tom. 2. disput. 45. dub. 2. num.* 8. Vasquez *vbi sup. dub. 2. num.* 27. qui ex Gabriel. *in 4. dist. 15. quæst. 5. art. 2. concl.* 3. notant, Regem vltra possessiones, & redditus sibi assignatos, etiam ex pacto cum suis subditis, à se, vel suis progenitoribus inito, posse exigere tributa noua, vel antiqua augere, quando patrimonium sibi assignatum non sufficeret suæ congruæ sustentationi, secundùm regiam dignitatem, vel secundùm necessitatem publicam Regni, propter multa, quæ solent de nouo accidere. & in his tenentur subditi prouidere. Quæ doctrina admittenda est, quando vires Regni, vt diximus *suprà in Resol.* 5. possunt hoc sufferre: nam, *Hoc opus, hic labor est.*

Quæ hic est supra Res. 3.

RESOL. VIII.

An pro imponendis tributis in hoc Regno Siciliæ sufficiat tantum causa necessaria de iure communi? Ex p. 1. tr. 3. Res. 15.

§. 1. Pro intelligentia huius resolutionis notandum est *ex cap. 5. & seq.* Regis Iacobi, tantùm in aliquibus casibus posse Regem imponere Siculis tributa. Vnde potest dari casus, quo possit Rex imponere iustè tributa in aliis Regnis, non autem in Regno nostro ex iure municipali: nam, vt benè aduertit Gloritius *respons. 1. p. 5. num.* 34. si possent Siculis vectigalia imponi, iuxta terminos iuris communis, vtique concessio illa Regis Iacobi, & aliorum Regum, nullam tribueret Siculis immunitatem, contra mentem, & rationem finalem dictorum Regni capitulorum, quæ fuit alleuiare Siculos, propter benemerita, ab onere noui vectigalis, exceptis illis quatuor casibus in dictis capitulis expressatis. Vnde obseruat Gloritius, inter alios casus *suprà* à Rege Iacobo expressatos, posse Regem imponere Siculis tributum tantùm pro defensione Regni, si contingat ipsum inuadi inuasione notabili, siue graui quod ipse explicat non solùm in casu inuasionis actualis, sed proximæ; non autem remotæ, & vt ait Molfesius *in sum. tom. 2. tract. 12. cap. 22. num.* 64. simulatæ, procuratæ, transitoriæ, &c. In aliis verò casibus est interdicta in hoc Regno indictio noui vectigalis pro quacunque causa etiam vrgentissima.

2. Non reticebo tamen, Regentem de Neapoli *in alleg. pro vectig. serico, fol. mihi* 55. & Consultorem de Matuta, virum doctum, *in resp. pro supradicta gabella, fol.* 17. *&* 18. verba Regis Iacobi contra Gloritium magis amplè explicare. Sed quicquid sit de hoc, certum est, non esse audiendum Marium Matutam, qui *in expos. supradicti cap.* Regis Iacobi, *num.* 6. extendit illa verba, nedum ad inuasionem, & sic passiuam; sed etiam actiuam vtputà quando Rex vellet mouere iustum bellum contra aliquos. Sed hæc extensio minimè est admittenda: est enim contra mentem, & verba Sereniss. Regis Iacobi. Vnde, licèt in aliis Regnis posset in tali casu Rex imponere tributa; non autem in Regno nostro, propter priuilegia ei concessa in supracitatis capitulis, nisi admittenda esset opinio Santorij Bau. *in Resol. pro tracta salis, fol* 12. *&* 14. vbi asserit, Regem nostrum stare, & permanere in quasi possessione recedendi quandocumque à promissis, & practicatis in Regni capitulis. Sed, bone Deus si hoc verum esset, quis ampliùs cum Rege practicaret? maximè vt sæpiùs solet accidere, in Comitiis generalibus. Non est igitur dicta opinio admittenda. Vide Consilia Ramonij *part. 1. conf.* 14. *num.* 8.

RESOL. IX.

Quam benignè Regnum Siciliæ sit onerandum gabellis & donatiuis præ cæteris Regnis. Ex p. 1 tr. 3. Res. 31.

§. 1. Benignissimè quidem: nam hoc regnum fidelissimum non fuit bello, impensis, & industria ab inimicis, sicut cætera, vindicatum; sed spontè, & voluntariè se Ser. Regi. D. Petro in potestatem dedit, vt patet, & docet Valdesius *de dignit. Reg. Hisp. cap.* 17. *num.* 7. *in fin.* Ergo non est, sicut cætera Regna, vectigalibus, & oneribus onerandum. Vide Caputum *in tract. de regimine Reipublicæ, cap.* 7. *§.* 27. *num.* 2. Vnde ex his Vasquez *de restit. cap.* 6. *§.* 3. *dub.* 1. *num.* 9. loquens de aliquibus Regnis Hispaniarum vectigalibus oneratis, sic asserit: [Animaduertendum est, Regna hæc labore, & industria Regum ab inimicis fidei in libertatem fuisse olim vindicata: propter quòd & maiorem eis tenemur gratiam rependere, quorum progenitores inimicos nostros profligarunt.] Ita ille. Quod de Regno Siciliæ, vt dictum est, non potest dici.

RESOL. X.

An donatiuum, & tributum impositum alicui Regno propter bella, & sumptus, quos sustinet Rex in alijs Regnis, sit iustum? Ex p. 1. tr. 3. Res. 3.

§. 1. Respondeo affirmatiuè, cum Turriano *in 2. 2. tom. 2. disput. 46. dub. 1. num. 5. & 6.* & eius Magistro doctissimo P. Gab. Vasq. *Opusc. de rest. cap. 6. §. 3. dub. 1. num* 7. & quia eius verba sunt pulcherrima, ponam hîc ea per extensum: [Quamuis graue onus videatur nobis (loquitur de tributo Alcaualæ in Hispania (decimam soluere partem; tamen cùm à Regis nostri Philippi potentia totum multarum prouinciarum pondus, imò & Christianæ Religionis pendeat, quippe qui solus, & Hæreticis, & Turcis Ecclesiam infestantibus, non solùm resistat; sed etiam pauori sit; totam Italiam, Flandriam, Siciliam, & alia multa gubernet, & defendat in quarum defensione alieno ære grauetur in dies: iustitiæ legibus congruum fuit, vt tributorum aucta quota, nos, qui in pace, & tranquillitate degimus, Regi nostro subueniamus. At dicet aliquis: Relinquat Flandriam, deserat Italiam, vno suo antiquo Regno contentus sit, quod, & sibi, & nobis maiori futurum erit vtilitati. Sed, nunquid iura Regni patiuntur, vt Rex magno cum dedecore, timore inimicorum, antiqua Regna, quæ vel iure hereditario, vel bello iusto capta, ad eum pertinent, relinquat, maioréque in diem animos inimicorum commoueat, vt Regnum etiam nostrum bello, & armis oppugnare non dubitent? Nónne salubrius, erit, etiamsi facultates in hoc omnes absumamus, vt inimicorum tela longè à nostris Regnis confringantur, ibique belli impetum, non tamen tam propè, sentiamus. Quòd si animo quisque perpenderet, nobis vbique & omni tempore impunè liceret terram excolere, messes colligere, fructibus terræ in pace & tranquillitate vesci; vnumquemque & vxore, & filiis securo animo frui: è contra verò, vbi belli furor sæuit, incolas terram excolere labore magno, & seminare, vt hostes colligăt; nunc domŭ flagrare incendio; nunc vxores, & filias raptas, filios occisos spectare, & propriă vită quotidie discrimini exposită habere; quis nŏ magnificiat eam,

eam, qua fruitur, pacem, quis non vltrò Regi tributa offerat, vt pacem conseruet, & conseruatam augeat? Sed contrà fieri videmus, vt homines hæc non perpendentes; ex alia verò parte, nouam exactionem considerantes, & ægrè ferant, & contra Regem obmurmurēt, sine causa tamen, & iniustè.] Hæc Vasquez multùm conducentia ad iustitiam primæ causæ imponendi tributa, & præbendi donatiuum, nempe, propter bonum commune, & necessitatem Sereniss. Regis. Intellige tamen hæc omnia, concurrente forma, de qua dicemus *in Resol.* 5. Et quando non obstant leges municipales alicuius Regni: & in terminis, de quibus Aponte *in tr. de potest. Proreg. tit.* 4. §. 1. *n.* 4. Sed aliam non minùs necessariam quæstionem, circa præsentem materiam, attingamus.

Quæ hic est supra Res. 3.

RESOL. XI.

An si donatiuum adhuc duraret per multos annos, possit ex nunc pro tunc fieri alia noua prorogatio ad alios annos? Ex p. 1 tr. 3. Res. 24.

§. 1 RЕspondeo negatiuè propter accidentia quæ possunt euenire tempore medio, quæ efficerent posteà prorogationem donatiui iniustam: eorum enim est etiam habenda ratio, vt patet *ex l. si quis domum §. idem quærit ff. locati. §. illud quæsitum.* vbi *Glossa fin. inst. de rer diuis.* Bart. *in l. si idem §. si vnam. num.* 5. *ff. de iurisd. omn. Iud. & in l. inter stipulantem. §. sacram. num.* 7. *ff. de verb. oblig.* Et ita in casu simili, de prorogatione cuiusdam donatiui, facienda in Regno Neapolitano, notauit Valenzuela *cons.* 99. *punct.* 3. *n.* 52.

RESOL. XII.

Vtrum, si adsit iusta causa præbendi donatiuum, possint Proreges illud extorquere à Parlamentarijs per vim, & metum? Ex p. 1. tr. 3. Res. 25.

§. 1. RЕspondeo affirmatiuè cum Basilio Pontio Legionensi *in tract. de impedim. matrimonij, causa* 31. *quæst.* 1. §. 11. vbi sic ait: [Hinc etiam consequenter infertur, concessionem vectigalium, aut noui tributi, quæ Comitiis coactis fieri solet, etiamsi extorqueatur metu reuerentiæ, aut quouis alio graui, valere quidem in conscientia, nec Principem obnoxium esse restitutioni: illa enim concessio non pertinet ad liberalem donationem, atque ideò nec exigit plenum voluntarium. Ea enim tributa Regi conceduntur, quò, & Regnum tueatur, & Regni hostes debellet, aliisque publicis necessitatibus subueniat. Vnde, neque etiam iure positiuo, est ea concessio irrita. Imò, si causæ, quæ ad exigendum tributum requiruntur, sint verè iustæ, & aliter illis necessitatibus commodè subueniri non possit, nec peccat Princeps vim inferendo Regnorum Procuratoribus: nec enim ea vis, aut metus iniustus esse potest, si causæ iustæ sunt exigendi tributa.] Hæc Pontius: quæ quidem vera sunt, sed attendant Proreges in tali casu, non solùm, si adsit iusta causa exigendi donatiuum in ordine ad necessitatem Regis; sed etiam in ordine ad vires Regni: nam, *Hoc opus, hic labor est.*

RESOL. XIII.

An quando vassalli, & vniuersitates sunt multum onerata, possit, & debeat Rex non imponere nouum tributum, nec requirere donatiuum, sed minuere, vel suspendere gratias, & pensiones aliquibus assignatas? Ex punct. 1. tract. 3. Res. 14.

§. 1. AFfirmatiuè respondeo cum Valenzuela *cons.* 99. *punct.* 2. *num.* 29. *& seq.* & Aponte *in tr. de potest. Pror. tit.* 5. *num.* 21. *& seq.* vbi ita asserit: [Quando causa publicæ vtilitatis imminet; & in specie, quando redditus Regni (attendat Lector) nequeunt incumbenti Reipublicæ subuenire, & sustinere; tunc potest Princeps suspendere pensiones, concessiones, ipsásque etiam tollere, etiam quòd sint concessæ ex causa remunerationis: quia publica vtilitas præfertur priuatæ.] Et ex multis aliis rationibus, & iuribus firmat, quòd tales concessiones debent intelligi submissæ huic periculo, & talibus oneribus, vt illæ soluantur, quatenus Regni necessitates aliud non requirant: nec aliam intentionem habuisse Regem in illis concedendis probat. Vnde tandem in hæc verba prorupit: [Hæc ante oculos, optimi Gubernatores Regnorum habere debent; & sic interpretando Regis intentionem, suspendere exequutiones, certiorare Regem, illúmque consulere de omnibus, & non inordinatè, absque alia causæ cognitione, exequutiones talibus concessionibus præstare, contra Deum, & Rempublicam. Ex quibus tam ingentia mala oriuntur in depopulationem, & exterminationem Regni, ex nouis impositionibus, nouis donatiuis, & innumerabilibus, & intolerabilibus angariis, & vexationibus.] Ita Aponte, qui vt *superius* dixi, latè, & doctissimè, vt semper solet, hanc sententiam firmat. Adi illum, & non pigebit.

Sup. hoc infra in Res. 35. §. In Res. 14. & in tom. 6. tr. 3. Res. 205. §. Et hæc. paulo post initium sed lege eam per totam.

RESOL. XIV.

Vtrum Episcopi, & Ecclesiastici teneantur vocati accedere ad Parlamentum, ita vt contrauenientes possint expelli à Regno tanquam inobedientes mandatis Regys? Ex punct. 1. tract. 3. Res. 23.

§. 1. QVòd teneantur vocati accedere, loquens in specie de Parlamento tradidit Mastrillus de Magist. *tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 11. *num.* 36. & præter DD. quos ipse citat, tenet etiam hanc sententiam Oliban. *de iur. fisci, cap.* 10. *num.* 6. Sed difficultas est, an contrauenientes possint puniri, *vt suprà.* Affirmatiuè respondet Bobadilla *lib.* 2. *polit. cap.* 10. *num.* 66. vbi ait [Es de aduertir, que esta obediencia à los reales mandados, liga, y comprende tambien à los Obispos, y Prelados, y otras personas ecclesiasticas, quando se les manda comparecer, ò otras cosas permetidas, por cuya contumacia, y transgression pueden los dicos Ecclesiasticos serhechados de los Reynos.] idem docuit Pereira *de manu regia, cap.* 12. *num.* 12. Heuia *in Curia Philippica, punct.* 1. §. 5. *num.* 35. Humada *in lib.* 65. *tit.* 5. *punct.* 1. *in glos.* 9. *fol. mihi* 17. *colum.* 4. Ceuallos *tract. de cognit. per viam violentiæ, gloss.* 6. *num* 65. Azeued. *tom.* 2. *lib.* 4. *tit.* 1. *lib.* 4. *num.* 12. Cenedo *in quæst. canon. quæst.* 45. *num.* 24. & alij penes ipsos; & Bobadill. *vbi supra cap.* 18. *num.* 62. Sed hanc sententiā nos *in Tract. de imm. ecclesiastica, Resol.* 17. satis refutauimus, probantes, non posse Principes sæculares expellere Episcopos extra Regnum: ideò ad alia procedamus.

Sup. hoc in tom. 9. tr. 2. Res. 24 & 25. §. verum. & in Res. 26. §. Vnde. & in Res. 52. & 126. §. 7. & seqq.

RESOL. XV.

Quinam Theologi, & quomodo consulendi sunt à Proregibus, & ab intrantibus in Parlamentum pro resolutione iustitiæ donatini? Ex part. 1. tract. 3. Resol. 32.

§. 1. HAnc quæstionem tetigit pulchrè Ioan. Marquez *in suo Guber. Christian. lib. 1 cap. 16.* vbi sic asserit: [Deuense procurar para materias semejantes, los mayores letrados de los Reynos, tambien seria razon buscar los mas libres de esperanças temporales, y los que de ninguna manera auian de ser oydos son vnos hombres, que viuen de descubrir arbitrios, con que enriquezcan los Principes, y pedir mercedes por ellos: por que de ordinario suelen dar en medios, ò poco iustificados, ò impossibles de reduzir à practica, demasiado menudos, y algunas vezes indicentes. Propuesto el caso se dexaran los Theologos en toda libertad, y se les dara à entender, que el Principe dessea saber la verdad: aunque sea contra su prouecho, sin allegarles que otros Theologos han firmado en fauor del Rey, y seria diligentia noble, que los Reyes hiziessen mercedes à los, que no se conforman en todo con su prouecho, aun con mayor declaracion, que se le iustifican.] Hæc ille. Quæ omnia vtinam Principes obseruarent. Et hæc dicta sufficiant circa materiam Parlamentorum. Faxit Deus, vt bono communi aliquando deseruiatur.

RESOL. XVI.

An intrantes in Parlamentum quoad iustitiam donatiui, & Ministri Regis quoad iustitiam tributorum teneantur sequi opinionem probabiliorem, probabili relicta?

Ex quo sequitur, an index teneatur relinquere opinionem probabilem, & sequi probabiliorem? Ex p. 1. tr. 3. Res. 20.

§. 1. AFfirmatiuè videtur respondendum ex sententia Vasq. *de rest. cap. 6. §. 3. dub. 5. num. 75.* cum Molf. *in sum. tom. 2. tract. 12. cap. 22. num. 75.* Et ratio est: quia tales constituuntur, vt Iudices inter Regem, & populum, vtrùm donatiuum sit præbendum, & tributum sit imponendum, néene: sed Iudex tenetur relinquere opinionem probabilem, & sequi probabiliorem, vt docent Tanner. *in 2. 2. disp. 4. quæst. 4. dub. 6. num.* 118. Filliuc. *tom. 2. tract. 21. cap. 4. num.* 144. Regin. *tom. 1. lib. 3. cap. 19. num.* 99. Valent. *tom. 3. disput. 5. punct. 4. dub.* 3. Becanus *in part. 2. tract. 1. cap. 4. quæst. 9. num.* 14. præter illos, quos citant, & sequuntur Sanchez, & Bonac. *vbi infrà.* Ergo. Sed opinio contraria videtur etiam mihi probabilis, sicut visa est Sanchez, & Bonacinæ: illi *in Opere moral. tom. 1. lib. 1. cap. 9. num.* 47. huic *tract. de legib. disput. 2. quæst. 4. punct. 9. num.* 13. & præter sex classicos DD. quos ipsi citant, tenet etiam hanc sententiam doctus Iurisconsultus Morla *in emporio iuris, part. 1. tit. 2. quæst. 2.* & ex Theologis Lorca *in part. 2. tom. 1. dispu. 39. membr. 2.* Martinez *in part. 2. to. 1. quæst. 29. art. 6. dub. 6. concl. 2.* Aluarez *ibidem, disp. 80 num. 12.* Delrius *in disquis. mag. lib. 5. quæst. 1. §. quia quotiescunque.* Hieron de Rua *in suis controu. tom. 2. contr. 6. scholastica.* Sancius *in selectis, disp. 44. num. 50. & 51.* Fagundez *Præcep. 2. lib. 3 cap. 4. num* 5. Et ratio est, quia Iudex videtur prudentur agere, sequendo opinionem Probabilem relicta probabiliori; & ob id non videtur acceptor personarum: nam opinio illa probabilis contulit illi facultatem iudicandi, iuxta quam maluerit opinionem: fateor tamen, primam sententiam esse probabiliorem. Sed non damnarem Dominos, qui in Parlamento probarent donatiuum Sereniss. Regis, sequendo opinionem probabilem, circa iustitiam ipsius donatiui; maximum enim onus haberent, & multis scrupulis implicarentur, ad cognoscendum probabiliorem, & probabilem opinionem. Et hanc sententiam in terminis tenet Petr. à Nauarr. *de restit. lib. 3. c. 1. num. 268. & 296.* Vide etiam circa præsentem materiam Suarez *de relig. lib. 5. cap. 18. numer. 19.* & Lessium *lib. 2. cap. 33. dub. 11. numer. 42.*

Sup. hoc in tom. 8. tr. 1. Reso. 20. 21. & in Res. 22. cum multis §. in §. Sed hic. & seqq. & in Res. 25. §. Sed quia. ad medium, & in tom. 9. tr. 2. Res. 37. cursim in §. vlt.

RESOL. XVII.

An liceat in Parlamento exteris efficere Regnicolas? Et explanatur, quod in magnam Regni vtilitatem redundaret, vt non exteri, sed ex natione ad beneficia assumantur. Ex part. 1. tract. 3. Res. 6.

§. 1. IN magnam Regni vtilitatem redundare, vt non exteri, sed ex natione ad beneficia assumantur, docent doctissimi Iurisconsulti Hispani, & præcipuè inter illos Olibanus *de iure fisci, cap. 12. num. 14.* Alfons. de Azeued. *tom. 1. lib. 1. tit. 3. lib. 14. numer. 1. & seq.* Georgius de Cabedo *lib. de iur. patronatus Regiæ Coronæ, cap. 10. per tot.* Salzedo *in addit. ad pract. crim. Diaz, tot. cap.* 55. Humada *in l. 13. tit. 15 par. 1 gloss. 2. num. 3.* Paz *in l. 3. Taur. num. 374.* Perez *lib. 1. tit. 3. leg. 18. in gloss. verb. que ninguno extrangero,* Ramirez *in tract. de lege regia, §. 27. num. 16.* Barbosa *in collect. tom. 1. lib. 1. tit. 5. cap. 4. num. 7.* cum aliis *in l. Ecclesia. C. de Episc. & Cler. & in cap. benè el 2. §. fin. de postul. Prelat.* Quos textus commendat in terminis pro casu nostro Luc. de Penn. *in l. quisquis. C. de omni agro deserto. lib. 11.* vbi etiam asserit pro hac conclusione totam dist. 71. Decreti facere. Et hoc etiam docent ex Theologis præter Sotum, & Salonium, Acosta *in Bulla Bruc. quæst. 79.* Rodriquez etiam *in Bull. Cruc. §. 9. in addit. fol. mihi* 158. Rebellius *de obligat. iust. part. 1. lib. 3. quæst. 4. numer. 2.* Valentia *tom. 3. disp. 5. quæst. 7. punct. 21.* Turrian. *in 2. 2. tom. 2. disp. 22. dub. 5. num. 3.* Nauarr. *de restit. lib. 2. cap. 2. num.* 165. & Ledesma *in summa, tom. 2. tract. 7. cap. 2. diffic. 6.* Et ratio est: quia homines naturales eius prouinciæ, communiter vtiliores sunt Ecclesiis, & maiori affectu eas prosequuntur, maioremque curam adhibent in earum gubernatione. Secundò, Regnicolæ magis resident in Ecclesiis suis, quàm exteri, qui facilè habent occasionem se eximendi à residentia; & solent commutare beneficia pensionibus impositis, quod redundat in damnum Ecclesiarum. Tertiò, & hoc est maximum argumentum, incolæ ea spe animantur, eorum filios litteris, ac bonis moribus imbuere, & informare, maximè cùm ipsi suo labore decimas, ex quibus fiunt beneficia, soluant. Vnde in Hispania, vt notat Henriquez *in summa, lib. 14. cap. 12. num. 6.* extraneus est incapax per legem Regni ad obtinendum beneficia, ita vt ipso facto amittat beneficia obtenta.

Sup. conten. to in hoc §. 1. in tom. 9. tr. 2. Res. 99. cursim in §. vlt. & lege etiam Res. 1. not. seq.

2. Ex his manifestè apparet, quàm cautè, & difficulter in Parlamento, sint exteri inter Regnicolas admittendi; nisi qualitas personæ sit ita considerabilis, vt hoc efficere redundaret in ipsius Regni, & Ecclesiarum vtilitatem. Sed experientia, vt plurimùm, contrarium demonstrat. Caueant igitur, hoc facere propter humanos fauores, in damnum propriæ nationis,

Sup. hoc magis late in tom. 9. tr. 2. Res. 104. & in alijs eius primæ, & etiam secundæ.

nationis, & incolarum Regni iniuriam: nam, cùm sint filij, priuantur pane domestico, vt ille frangatur extraneis. Post hæc scripta, inueni Hieronym. Suritem, rerum Hispan. nobilissimum Scriptorem obseruasse *tom. 6. lib. 10. c. 99.* Ferdinandum Regem Catholicum in suo testamento filio Principi commendasse [muy encarecidamente; que no hiziesse mudanza de los Oficiales, que el tenia en los Reynos de Aragon, por que entendia, que era cosa muy necessaria, que los Oficiales se proueyessen en personas naturales de la misma tierra: affirmando, que tenia experiencia, que era esto lo, que mas conuenia.] Hæc ille.

RESOL. XVIII.

An plures Vniuersitates, & Barones Regni possit constituere vnum, aut alterum in Procuratorem ad effectum intrandi in Parlamentum? Ex part. 1. tr. 3. Res. 7.

Sup. hoc infra in Res. 35. §. In Res. 7.

§. 1. Respondeo, in rigore, & absolutè loquendo, non esse illicitum, si sciunt Procuratores esse timoratæ conscientiæ, & amatores boni publici, non quærentes semetipsos, sed communem Regni necessitatem. Verùm, vt plurimùm; hoc facere, non est expediens. Sed de hac re differentem, non Religiosum audiant, sed vnum ex primis Consiliariis, quem tunc Rex noster habuerit: is est Ioan. Francisc. Aponte *in tr. de potest. Proregis, tit. de elect. Offizial. §. 5. n. 23.* vbi ait: [Permissus est abusus, vt procurationes omnes ad preces ministrorum in ipsorum personas fiant, vel ab eis dependentibus: Populi enim inscij, & ignari, & insipientes sic venditi, & consumpti reperiuntur donando, quæ nunquam cogitauerunt in ipsorum perditionem, tenentes labia clausa ob metum, contra sanctam, & indubitatam Regis intentionem. Quæ, etsi apparenter videantur redundare in eius vtilitatem, omnia effectiuè sunt in ipsius inæstimabile damnum, ob exinanitionem populorum, diminutionem Regni redditutum, & in offensionem diuinæ Iustitiæ, ob quā sanguis pauperi in perpetuò clamat. Et quænam gubernatio est illa pro futuris contingentibus, vt Parlamentum, & congregatio tanti ponderis, pendeat ab vno, vel duobus, in quorum personas procurationes omnes factæ reperiuntur, & vltrà isti gratificati remaneant, & nulla Regni gratia adhibeatur, quod quotidie se exulcerat, & toto corde fideliter procurat suo Regi inseruire? Iudicent hæc prudentes. Benè tamen video, quòd multi me irridebunt, & hæc patui faciens. Ego sum Iudex Supremus, Regens collateralis, illúsque Decanus: sed non erubescam dicere, quòd omnium malorum causa sunt mali Iudices; & mali Consiliarij decipiunt Reges.] Hæc omnia Aponte; quæ, vt cum magno zelo, ita cum maiore veritate fuerunt dicta. Nam, quæ recta ratio poscit, vt duo, vel tres in parlamento possint concludere, quicquid velint, in damnum, & perniciem totius Regni, & Vniuersitatum? Exterminetur igitur hic abusus.

RESOL. XIX.

An Procuratores in Parlamento sedere debeant, vbi eorum Barones sedere deberent, si in Parlamento adessent?

Et an saltem inter Procuratores sit differentia vt procedant secundum qualitatem suorum principalium? Ex part. 1. tractat. 3. Resol. 28.

§. 1. Respondeo negatiuè, cum Aponte *decis. 12. num. 15.* vbi ex Marino Freccia determinat, quòd Procurator in Parlamento generali non debet in eodem loco sedere vbi Baro suus principalis sedere deberet, nec præcedentiam aliquam prætendere potest in voce danda. Verum est, quòd inter Procuratores sit differentia, vt procedat secundùm qualitatem suorum principalium: & sic ait in casu simili fuisse determinatum à Consilio Collaterali in Parlamento facto Neapoli, ann. 1602. die 16. Nouembr. in quo Princeps Cariati comparauit, qui præcedit Principem Casertæ, tanquam antiquior? sed Princeps Casertæ erat Balius Principis Sulmonis, qui præcedit Principem Cariati: & tamen, licèt Balius dicti Principis non præcessit; at sedem habuit post Principem Cariati.

RESOL. XX.

An si aliquis intret in Parlamentum tanquam Procurator, possit rogatus substituere alteri in procuratorem? Ex p. 1. tr. 3. Res. 8.

§. 1. Asserunt mihi, casum hunc frequenter accidere: nam videntes aliqui, Procuratorem alicuius Vniuersitatis timoratæ conscientiæ, non concurrere ad aliquam rem iniustam in parlamento tractandam, rogant illum, vt alium in Procuratorem substituat, qui posteà iniquis eorum placitis libenter adhærebit. Et ideò ad quæstionem negatiuè respondeo: nam, licèt Procurator cum potestate substituendi, virtute potestatis ei traditæ, non teneatur de facto Procuratoris substituti, quia videtur hic Procurator constitutus à domino, mediante persona Procuratoris, vt dicit Gloss. *in cap. 1 de Procurat. in 6.* & in specie tenet Salic. *in l. quod quis. Cod. de Procur. q. 5.* tamen hæc omnia intelligenda sunt, vt aduertit Vincent. de Franch. *tom. 1. decis. 212.* si aliqua culpa Procuratori substituenti imputari non potest: quod accidit in casu nostro. Nam Procurator, qui vult substituere, cognoscit iniustitiam donatiui, vel rei in Parlamento tractandæ; & videt, quòd requiritur substitutio procurationis, in alterius personam, in damnum Regni, & illius Vniuersitatis, de qua extat Procurator: ergo illam faciendo peccabit.

Sup. hoc infra lege doctrinā, Res. 29. ante medium.

RESOL. XXI.

An Procuratores, & alij intrantes in Parlamentum debeant proponere aliquid, licet ab illo, qui caput est Parlamenti non proponatur? Ex part. 1. tract. 3. Resol. 9.

§. 1. Respondeo affirmatiuè: debent enim exponere necessitates Vniuersitatum, & totius Regni, an habeant vires soluendi donatiuum, de quo agitur; debent rationes pro eorum voto declarare etiamsi alij contrarium sentirent: nam, vt obseruat Molfesius *in summa, tom. 1. tractat. 6. capit. 16. numer. 115.* forsitan vota sua mutabunt. [Et ita scio, ait ille, pluries euenisse, etiam in Viris supremis, & regentibus Regiam Cancellariam Consiliariis, & aliis supremis Officialibus, qui (vt mihi retulit Franciscus Aponte) accesserunt cum votis scriptis ad iudicandum pro certa parte, & postea audierunt quendam Officialem inferioris doctrinæ, & experientiæ: & nihilominus audita relatione illius, & consideratis eius rationibus, mutauerunt

firmado con los otros vna sentencia iniqua, escriua à parte en otro libro, que no consentio en la tal sentencia, ò al reues, que hauiendo primero firmado, secúdo el dictamen verdadero de su conciencia, se firma despues con los de mas otro libro, que se haga, porque salga la sentencia en nombre de todos, para mostrar al mundo la falsidad destas traças, quiero que me respondan los mismos, que las inuentaron. Pregunto quando al Principe, que tiene puestas essas leyes en sus Senados, y Consejos, si vno de sus Oydores se firmase desta manera cum protesto, ò contra firma, en vna conjuracion, que contra su Alteza se tratasse en el Senado, ternia por ventura por escusado al que tal firmase, se libraria este de culpa, y de nota de traydor con el protesto, ò con essa otra, contrafirma cierto no, si no que diria su Alteza muy bien, que antes hauia de dar la vida el Senador, que consentir, ò firma semejante traycion. Pues porque sara esto verdad en los pecados, que se hazen contra el Principe, y no en los que se hazen contra Dios. Por esto no permitan los Principes, que se haga fuerza à sus Oydores, para que se firmen contra sus conciencias, en sentencia, que sea claramente injusta; basta que se haga esto en los negocios dudosos, y opinables.] Hæc Maderiaga. Igitur non licebit alicui se subscribere iniustæ sententiæ aliorum, etiamsi protestetur, & faciat aliquem actum, & scripturam asserentem, se contrarium votum emisisse. Restat modò respondere ad argumentum *suprà* positum. Ideò assero, illas leges approbare, quod factum est à maiori parte; non, quia à maiori parte factum est; Sed, quia præsumitur iustum, & melius, vt tradit Morla *in empor. iuris, tit. 12. quæst. 9. num.* 8. Vnde, quando rem à maiori parte conclusam apertè apparet esse iniustam, leges non illam approbant, sed reprobant. Vide circa præsentem quæstionem Bimium *tom. 1. toto cons.* 105. Ricciumt *par. 3. decis.* 177. Valerum *in differentiis vtriusque fori, ver. suffragium, differ.* 2. & Zanard. *in direct. Theol. p. 1. pracep. 4. c. 33. q.* 10.

RESOL. XXV.

Vtrum in Parlamento postquam numerus sufficiens fuit pro iniusto donatiuo, vel alia re, si aliquis postea concurrat, peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem?

Et an doctrina huius quæstionis sit applicanda in primis suffragantibus? Ex p. 1. tr. 3. Res. 16.

Sup. hoc in Res. præterita, §. difficultas, & infra Res. 27.

§. 1. IN Parlamento, quasi semper, in suffragiis maioris partis concluditur, vt in Collectis, pro consuetudine locorum, obseruauit Lessius *lib. 2. cap. 33. dud 2. num.* 15. & in specie loquens de Parlamento docuit Graffius, *vbi infrà.* & Carol. de Graffis *in tract. de effect. cler.* Hoc supposito respondeo ad quæsitum, ita suffragantem peccare mortaliter: sed non teneri ad restitutionem. Sic in terminis de Parlamento docet Iacob. de Graff. *in decis. p. 1. lib. 2. c. 127. num.* 14. vbi ita ait: [Si agatur in ciuitate de faciendo donatiuo iniusto Domino Regi, vbi plurima vota vincunt, & dum dantur vota aperta, si aliqui ex nouissimis videntes vota præcedentia vicisse, consentiunt iniusto facinori ad humanum respectum; peccant mortaliter, sed non tenentur ad restitutionem.] Sic ille. Et Tannerus *in 2. 2 disput. 4. quæst. 6. dub. 14. num.* 395. Layman. *lib. 3. sect. 5. tract. 2. cap. 5. num.* 5. Villalobos *in sum. tom. 2. tract. 11. dub. 7. num.* 8. Syluius *in 2. 2. D. Th. quæst. 62. art 7.* Megala *in 2. 2. lib. 2. quæst. 4. num.* 32. Rodriq. *in sum. p. 2. cap. 74. num.* 4. Ledesma *in summa, tom. 2. tract. 7. cap. 2. concl.* 23. Rebellius *de obligat. iust. lib. 2. p. 2. quæst.* 14. *sect. 5. num.* 30. Filliucius *tom. 2. tract. 32. cap. 3. num.* 63. Turrian. *in 2. 2. tom. 2. disput. 12. dub. 2. num.* 2. Lessius *lib. 2. cap. 13. dub. 3. num.* 23. Valentia *tom. 3. disput. 5. quæst. 6. punct.* 3. Nauarr. *lib. 3. cap. 3. num.* 33. Vasquez *de restit. cap. 9. §. 1. dub. 1. num. 16. &* 17. aduersùs Medinam *C. de restit. quæst. 7. ad* 5. & Cordub. *in summa, quæst.* 191. Et ratio est: quia, cùm iam damnum totum esset integrè datum per antecedentia suffragia, ille, qui postea iniustè suffragium dedit, non est cooperatus ad illud damnum, plenè iam anteà per alios datum. Si tamen, vt obseruant citati DD. suffragia essent reuocabilia, etiamsi esset sufficiens numerus, ille, qui vltimo loco suffragium tulit, tenetur restituere, quando alij reuocarent sua suffragia, si ipse in oppositam sententiam declinaret: nam sua authoritate reuocaret priora suffragia; & ideò damnum non erat sequendum. At difficultas est, an doctrina huius quæstionis, ab omnibus communiter cum supradictis limitationibus recepta, sit etiam applicanda in primis suffragantibus? Quæro igitur,

REOL. XXVI.

An qui prior tulit suffragium, antequam sufficiens numerus esset donatiuo iniquo suffragatus, teneatur ad restitutionem, etiam si certo sciret sequentes in eamdem partem ituros?

Et quid faciendum est in his angustijs, possitne aliquis in illo die se abstinere à Parlamento? Ex p. 1. tr. 3. Res. 17.

§. 1. NEgatiuè respondet Salonius *tom. 1. quæst. 62. a. 1. concl.* 2. Sed meritò ab omnibus reiicitur. Et ratio est: quia alij damnificarent: tamen, qui primus suffragium tulit, dedit efficacem causam damni, & positiuè contulit ad eam læsionem. Sic Villalobos *in summ. tom. 2. tr. 11. dub. 7. num.* 8. Syluius *in 2. 2. D. Thoma, quæst. 62. art.* 7. Petr. à Nauarr. *lib. 3. cap. 3. num.* 36. Molin. *tract. 2. disp.* 732. *num.* 3. Turrianus *vbi suprà. num.* 3. Lessius, Filliucius, Rodriquez, & Vasquez *locis citat.* (Sup. hoc lege doctrinam Res. seq. à principio, & signanter à §. Dixi. cursim post medium, vers. quare in hoc casu)

2. Nec valet dicere, quòd iste non fuit causa, sine qua non fieret: quia ab aliis damnum illud iam erat faciendum; tamen fuit causa, sine qua non fuit factum & omnes illi, qui suffragia tulerunt, vsquequo maior pars esset completa, ita rei peragendæ contulerunt, vt sine illis non fieret, nullo alio denuò adueniente. Dicendum est igitur, taliter suffragantes causæ damnosæ aliquid conferre, & cooperari eorum suffragio ad id damnum; & quòd alij id dãnum essent post ipsos daturi, nisi ipsi illos anteuerterent non tollit, quòd ipsi id damnum iniustè reuerà dederint. Ex hoc non excusantur Proceres, (quod est maximè notandum,) qui in Parlamento habent priora loca, dum suffragantur pro iniusto donatiuo, etiamsi scirent certo, alios suffragaturos, & conclusuros posteà. Sed, quid in his angustiis faciendum possetnè aliquis in illo die se absentare à Parlamento? hoc videbimus in sequenti dubitatione. (Quæ hic est infra Res. 28.)

RESOL. XXVII.

An licitum sit aliquando ferre suffragium, quando iam conclusum est negotium iniustum?

Et hac Resolutio & quæstio deseruiet pro omnibus Communitatibus, Capitulis, Collegijs, Consiliarys

Parlamentis, Examinatoribus Synodalibus, & pro omnibus aliis suffragium ferentibus in electionibus, & in aliis quam plurimis casibus sæpius occurrentibus in praxi. Ex part. 11. tract. 4. & Misc. 4. Resolut. 5.

Sup. contento in hac Res. lege supra doctrinā Res.24.25.& 26.& signanter in tom. 6. tr.1.Res.136. & pro aliis quæ occurre re solent, & possunt in hoc casu, vide alias Res. eius secundæ annot. quæ est prima ad textum.

§. 1. IN affirmatiuam sententiam inclinat Thomas Hurtadus *tit.2. tract.12.cap.1.§.3. num.*1418. vbi sic ait, Sed alicui posset videri non improbabile, quod si quis scit, quod omnes electores alicuius gremij, serrialitatis, quorum est maior pars sufficiens ad electionem Canonicam faciendam, sunt determinati ad eligendum indignum; possum ad euitandum notabile damnum, aut persecutionem iniustam concurrere meo suffragio externo non consentiendo interiùs in eius electionem: & hoc siue primum idem suffragium, siue medius siue vltimus. Quia quantum ad hoc nihil interest. Probatur primò, quia in hoc casu quis non est causa, aut concausa electionis, indigni, sed electores, qui sunt illius partialitatis, & est maior pars, & tam constans in sua determinatione, vt moraliter sit certum executuros, quod semel determinarunt. Rursus non consentit interius, immò potiùs dicenti electioni indigni, solumque exterius præbet suffragium ad euitandum damnum imminens, quod rationabiliter timetur; quare materialiter dumtaxat suffragatur electioni indigni. Vnde suffragatio in isto casu fit illi inuoluntaria moraliter.

2. Dixi hoc non videri alicui improbabile, siue suffragium immittam primus, medius, aut vltimus, si moraliter sim certus, quòd maior pars votorum erit pro indigno. Hoc est contra Malderum, Syluium, & alios ex citatis, quamuis enim primus dem suffragium, est materialiter, vt me defendam, & conseruem ius quod habeo ad me conseruandum indemnem, non quia consentiam electioni, quæ certò moraliter ab aliis est concludenda, sicut D. Thomas 2. 2. *quæst.* 100. *art.* 6. *ad* 6. dicit licitum esse illi, qui habet ius ad beneficium pecuniis redimere vexationem, & auferre impedimenta, secus si non habuerit ius ad beneficium; quare in hoc casu non tenetur quis primus dare suffragium ad restitutionem. Vnde in ordine ad electionem indigni non sum moralis causa efficax damni positiuè moraliter ad illa conferens, cum antecedenter sciam alios sine meo suffragio electionem perfecturos. Quare antecedenter non influo in electionem, sed solum materialiter confero suffragium sine consensu in electionem. Hucusque Hurtadus.

Sup. hoc in Res. præterita.

Sed An, hæc omnia sint probabilia aliis iudicandum relinquo; & an possint applicari, quandò in Parlamento, seu Comitiis Regnorum concludendum esset aliquod donatiuum.

Sup. hoc supra in Res. 24. signanter in §.Difficultas.

3. Verum idem Hurtadus superiùs dicta limitat in casu, in quo Consiliatij Regij sententiam iniustam ferunt, & postquam pro maiori parte conclusa est, vltimus qui aduenit confirmat, & approbat sententiam iam conclusam; fuit tamen mandata executioni de omnium consensu, quamuis vltimus non fuerit causa sententiæ iniustæ, fuit tamen causa partialis eius executionis, quæ immediatè affert damnum parti læsæ, & sic concurrit ad illud inferendum, si vltimum suffragium influit, vt citiùs sententia iniusta executioni mandetur. Et quidem ita est quando nomine omnium subscribentium sententia exequitur; nisi qui non concurrit ad sententiam protestetur se subscribere, vt mori satisfaciat, non verò quia ita sentiat; quod similiter dicendum est in examinatoribus synodalibus, quando enim omnes concurrunt ad approbationem dubio procul citius mouetur Episcopus ad conferendum beneficium, quam si non omnes concurrant. Ita ille.

RESOL. XXVIII.

An quando in Parlamento à maiori parte certo scitur, concludendum pro re aliqua inculta, & iniquo donatiuo, possit aliquis pro illa die domi manere sine periculo peccati mortalis & onere restitutionis? Ex p.1. tr.3. Res.18.

§. 1. QVidquid in contrarium dicendum videtur ex his, quæ adducit Cardid. Paleot. *de sacr. concl. consul. part.* 5. *quæst.* 8. & Molfesius *in summa, tom.1. tract.6. cap.16. num.* 118. & Ioann. de Maderiaga *in lib. de Senatu, cap.2.* §.1. affirmatiuè respondeo, ex decisione doctissimi Patris Pet. de Ledesma *in summa, tom.1. tract.7. cap.2. concl.14. fol. mihi* 198, *col.2.* vbi loquens in casu simili, sic asserit: [Si la Iusticia, ò tributo iniusto auia de salir de regimiento, assi como assi, porque era la mayor parte, los que estauan determinados de votar, à quellos que se quedaron en casa entendiendo, y sabiendo ciertamente esto, no estan obligados à restitucion. La razon es, porque no fueron causa de tal daño efficazmente, luego non tienen obligacion de restitucion: en lo que toca à pecar mortalmente por no yr à regimento, en tal caso me parece muy aparente cosa, que no es pecado mortal, supuesto que entiende, que el tal negotio esta hecho efficazmente, y que ellos no han de hazer parte para impedilio: que si el negocio no esta hecho, si no que pueden impedir con sus votos la iniusticia, tienen obligacion de yr à regimiento, y votar lo, que est iusto.] Ita ille. Et pro hac sententia stat etiam Ioan. Valerus *in different. vtriusque fori, verb. suffragium, differ.2. in fin.* & Nicolaus Garsias *de benef. tom.1. par.1 cap.2. num.*542. vbi sic asserit: [Prædicta sententia limitatur, vt non procedat stante iusta causa, ad non assistendum capitulis: tanta enim potest causa cōcurrere, vt ab illis iustissimè quis excusetur etiam ordinariè. Vt si in capitulis esset tanta peruersio, & procederet cum violentia Potentiorum, & Præsidentium, vt qui vellet satisfacere suæ conscientiæ, & illam exonerare, non posset id facere sine magnis molestiis, inquietudinibus, & occasionibus, & periculo aliquando cadendi, aut sine magna nota singularitatis, & proteruiæ; maximè vbi vota feruntur publica, quod est perniciosum, & regulariter votum illius prodesse non speratur, quia omnia fiunt, vt volunt Præsidentes. Et ratio huius limitationis est: nam durum esset obligare aliquem ad assistendum capitulis cum tanto incommodo, & periculo, & ad opponendum se; & faciendum resistentiam torrenti capituli.] Hæc Garsias, *vbi suprà*, multum conducentia ad casum nostrum. Nec aduersùs nos facit Azeued; *in addit. ad Cur. Pis. lib. 2. c.* 8. nam ille loquitur in casu, quo ille, qui se absentat à Concilio, cum suo voto, & authoritate poterat aliorum suffragia immutare: quod quidem in casu nostro non spetamus. Dicendum est igitur, posse cum supradictis circumstantiis dominos, & Procuratores se absentare à Parlamento.

Sup. hoc supra in tr.1. lege latā doctrinam Res. 215. signāter §.eius vlt. & quamuis non plane sup. hoc vide tamen in tom. 9. tr. 7. doctrinam Res. 18. & 106. à lin.7.& vers. Los electores. & lege etiam alias quatuor lin. alterius Res. & §.eius not.

RESOL. XXIX.

An doctrina superioris Resolutionis sit etiam applicanda in casu, quod nō sufficeret maior pars ad condemendum, sed omnes sigillatim concurrere deberent?

Ex

sed omnes sigillatim concurrere deberent?
Ex quo etiam in textu huius Resolutionis alij duo casus circa hoc inferuntur. Ex p. 1. tr. 3. Res. 19.

§. 1. RE spondeo negatiuè: tunc enim non potest aliquis absentare se à Parlamento. Et ratio est clara: quia, quando omnes tenentur concurrere, vnus cum suo voto potest impedire iniustam conclusionem faciendam: ergo tenentur. Ita DD. *suprà* citati, & quos adduximus *in q.* 14. Vnde infertur, quòd malè faciant illi, vt rem iniustam concludant, rogant aliquem, vt pro tali die se absentet à Parlamento, & malè faciet iste se absentando, vt docet Alphon. Azeued. *in addit. ad Cur. Pis. lib.* 2. *c.* 8. Ioan. de Maderiaga *in libro de Senatu, c.* 28. §. 2. Idem est, si dum pro iniusta aliqua re, & cõclusione agitur, & sit in loco Comitiorum, quis data opera accipit occasionem loquendi cum aliquo, & illum exire facit extra Comitia, vt interim sine ipsius voto, & præsentia; statim res concludatur; in his enim casibus, si, vt dixi, ex industria id facerent, ambo peccarent. Notentur hæc pro praxi, & maximè in efficiendis Regnicolis, in quo casu omnes concurrere debent.

Sup. hoc vide supra doctrinam Res. 20.

RESOL. XXX.

An ferentes suffragium ad aliquod iniustum opus teneantur singuli restituere in integrum, vt v. g. in Comitijs, seu Parlamento, si aliqui ferunt votum pro iniusto tributo?
Idem est dicendum de pluribus eamdem iniustitiam suadentibus, quando singulorum consilium sine aliorum consilio non fuisset efficax. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Res. 79.

§. 1. VT si, v. g. in comitiis, seu Parlamento aliqui ferrent votum pro iniusto donatiuo; & affirmatiuè respondendum est, quia quando singuli cooperati sunt ad totum damnum in indiuiduo, omnes tenentur restituere in integrum, vt communiter testantur Doctores.

2. Verùm non reticeam, de hac sententia valde dubitare virum doctum Henricum Strouesdorff, qui pulcherrima commentaria nouissimè edidit *in quæstiones D. Thomæ de iust. & iure quæst.* 62. *art.* 8. *disp.* 4. *concl.* 2. vbi sic ait. Vt verum fatear, mihi non videtur hæc sententia, quantumuis sit communis, vniuersaliter ita omnino certa, nam etiamsi pluribus concurrentibus ad idem damnum quod sine tali concursu in specie, qualem illi conferunt, sint causa totius damni, non sunt tamen causæ adæquatæ totius damni, sed causæ partiales, seu inadæquatæ quia concursus, quem singuli conferunt, non est sufficiens ad inferendum damnum, sed ex omnibus simul iunctis fit vnus concursus sufficiens, vt apertissimè patet in pluribus auferentibus vnum marmoreum lapidem, quem singuli auferre poterant. Confirmatur, quia quando plures vnam nauem trahunt, quam vnus trahere non poterat, non sunt singuli totalis causa promotionis nauis, neque singulis debetur integra merces, quæ danda est pro tractione nauis, sed debent illam inter se diuidere: ergo pari modo si cùm prosunt, non debeatur singulis integrum præmium, neque cùm obsunt, debebunt singuli integrum damnum, & ideo secundùm hanc sententiam existimo plures ferentes suffragium ad aliquod iniustum opus non teneri singulos fortè restituere in integrum. Idem dico de pluribus eamdem iniustitiam suadentibus, quando singulorum consilium sine consilio aliorum non fuisset efficax. Ita Strouetsdorff *vbi suprà*, qui etiam notat hanc sententiam docuisse publicè in Academia Louaniensi *anno* 1615. Doctorem Alardum VVielium, Professorem in dicta Vniuersitate. Sed, vt dixi; communis sententia DD. est in contrarium

RESOL. XXXI.

An in Parlamento possint congregati tribuere aliqua donatiua Domino, Proregi?
Et dato quod licentia Regis adesset, vt Parlamentarij possint offerre donatiuum aliquod Proregi; an sufficeret maior pars ad concludendum dictum donatiuum, vel debent concurrere omnes Parlamentarij? Ex p. 1. tr. 3. Res. 29.

§. 1. RE spondeo negatiuè, cum Mastrill. *de Magist. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 15. *num.* 2. 27. quia sunt expressè prohibita *ex cap. Caroli* 165. & litteris Regalibus sub die 20. Octob. 1612. tempore regiminis Marchionis Villenæ, in hoc Siciliæ Regno & ego puto, quòd etiamsi adesset licentia Regis, vt Parlamentarij possint offerre donatiuum aliquod Proregi; quòd non sufficeret maior pars ad concludendum dictum donatiuum; sed omnes concurrere deberent: quia maior pars non potest præiudicare etiam vni ex his, quæ sunt communia singulorum: & quando efficitur alicui præiudicium in singulari, tunc omnium consensus requiritur, vt ex multis iuribus probat Mastrill. *vbi suprà* cui ego addo Azeued. *in addit. ad Cur. Pisan. lib.* 2. *cap.* 14. Barbos. *in collect. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 2. *c.* 6. *num.* 6. Gom. *tom.* 2. *var. c.* 3. *num.* 14. Villagut. *tract. de reb. Eccles. non ritè alien. lib.* 1. *p.* 1. *c.* 101. *num.* 7. & 8. & *c.* 102. *num.* 7. Et est dispar ratio de donatiuo, quod præbetur Sereniss. Regi, vbi sufficit maior pars: quia, vt *in prima Resol.* firmauimus, dicta donatiua non sunt voluntaria; sed reuerà necessariò debentur Regi: quod non procedit in donatiuis faciendis Domino Proregi, quia omninò sunt voluntaria; & ideò omnes concurrere debent, quia de omnium agitur præiudicio.

Sup. hoc infra in Res. 35. §. In Res. 29.

RESOL. XXXII.

An Regnicolæ habentes rationes probabiles de iniustitia donatiui facti in Parlamento possint non soluere collectas, & vectigalia imposita ab vniuersitatibus pro soluendo dicto donatiuo, etiamsi pro Rege, & iustitia donatiui adsint aliæ rationes probabiles?
Et an in tali casu defraudantes supradicta donatiua, collectas, & vectigalia teneantur ad restitutionem? Ex p. 1. tr. 3. Res. 21.

§. 1. DIfficilis, sed pulchra quæstio. Prima opinio asserit, posse in hoc casu, subditos, sine vllo conscientiæ scrupulo, vectigalia fraudare. Ita Lessius *lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 9. *num.* 67. Sanchez *in Opere morali, tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 7. Reginaldus *tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 25. *sect.* 1. *num.* 374. Sancius *disp.* 23. *num.* 35. Vegha *in sum. p.* 1. *cap.* 15. *cas.* 11. §. 6. *num.* 9. Magala *in p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 17. *q.* 8. *n.* 131. & 132. Nau. *de restit. lib.* 3. *c.* 1. *p.* 3. *n.* 261. *dub.* 12. Salon. *tom.* 1. *q.* 5 *art.* 4. *contr.* 2. Barthol. à S. Fausto *in specul. Confess. disp.* 53. *q.* 27. *n.* 3. & Episcopus Malder. *in* 2. 2. *tract.* 5. *cap.* 6. *dub.* 4. §. *dico sextò* cum aliis. Et ratio est: quia, quando vtrumque probabile est, tributi causam esse iustam, & iniustam, exigit Princeps iustè, & negat etiam populus iustè, quasi bello vtrinque iusto, ex ignorãtia. Secundò, in dubio melior est cõditio possidẽtis: at populus in hoc casu

Sup. hoc in tom. 8. tr. 1. Res. 15. cursim ante medium, & in Res. 18. Sic breuiter. in fine, & in Res. 19. & ibi in tr. 7. doctrina Res. 60. per totam, & in tom. 9. tr. 13. ex Res. 10. §. vociferantur. ad medium, à vers. Est ne hoc. Et si velis scire quid est.

agendum in hoc casu, quādo causa tributi est iusta, in tom. 6. tr. 1. lege Reso. 76. & §§. eius annot. Et quid quando causa tributi, & vectigalis est dubia, vide in to. 8. tr. 2. Res. 8. & §. 1. eius annot.

casu possidet: ergo, &c. Sed alia sententia visa est mihi semper probabilior: & illam docet Suarez *de legib. lib. 5. cap.* 18. *numer.* 20. Vasquez *de restit. c.* 6. §. 3. *dub.* 5. *numer.* 78. Turrianus *in* 2.2. *tom.* 2. *disp.* 46. *dub.* 6. *numer.* 5. & alij. Et inter alias rationes probatur hæc opinio: quia in dubio semper præsumendum est pro Principe: verùm, stante probabilitate primæ sententiæ, in tali casu ego non obligarem defraudantes ad restitutionem. Restat modò respondere ad argumenta vtriusque sententiæ. Ad primum argumentum primæ sententiæ respondeo, quòd non obstat, quòd interueniente ignorantia datur in hoc casu bellum ex vtraque parte iustum; nam hoc habet locum, quando omnia sunt paria; in nostro autem casu non est ita; nam cæteris paribus præferendum est ius Principis, & Superioris, maximè quando practicè constat, illum iustè percipere, vt accidit in casu nostro: quia habet rationes probabiles pro impositione donatiui, & gabellarum. Ad secundum argumentū respondeo, tunc meliorem esse conditionem possidentis ante sententiam, vel legem latam, non postcà. Ad argumentum verò secundæ sententiæ respondetur, illud dictum, quòd in dubio præsumendum est pro Principe, intelligendum esse in dubio negatiuo; non autem in dubio positiuo, vt est in casu nostro: vel tunc esse verum, quando non agitur de interesse, & damno inferioris.

RESOL. XXXIII.

An quando in Parlamento præbetur aliquod donatiuum pro custodia Regni, pro reparatione pontium, turrium, &c. teneantur Ecclesiastici contribuere?

Et an saltem Ecclesiastici ad tales impositiones teneantur, quando non sufficiunt bona laicorum, interueniente licentia Pontificis, vel ad minus Episcopi, si de facili non daretur accessus ad Pontificem?

Et aliqua alia explanantur pro bonis patrimonialibus Clericorum. Ex p. 2. tr. 3. Res. 22.

§. 1. PArtem affirmatiuam tenent non pauci Iurisconsulti, Ita Humada *l.* 54. *tit.* 6. *p.* 1. *gl.* 2. *numer.* 1. Mexia *in pragm. taxa panis, concl.* 5. *n.* 63. præter illos, quos citant, & sequuntur Cenedo *in suis collect. ad ius canon. part.* 2. *collect.* 153. *n.* 3. & Lader. *lib.* 1. *consf.* 145. *num.* 3. Probatur hæc opinio ex authoritate *l. ad instructiones. C. de sacros. Eccl.* vbi habetur: [Ad instructiones itinerum, pontiúmque, etiam diuinas domus, & venerabiles Ecclesias adscribimus.] Secundò, probatur hæc opinio: nam, licèt personæ Ecclesiasticæ sint exemptæ; tamen aliqua eorum bona temporalia sunt, & merè ciuilia, vt sunt bona patrimonialia: ergo sunt temporalibus Principibus subiecta. Nec valet dicere, quòd talia bona ordinem habeant ad tales personas exemptas, vt ad proprios dominos: nam respondetur, quòd tale dominium est merè temporale, & ad finem temporalem de se ordinatum: ergo respectus ille non dirigitur ad tales personas, vt exemptas; sed præcisè, vt ciues: & ita tredecim DD. Ciuilistæ, quos refert Carolus de Grass. *in tra. cler. effect.* 3. *n.* 21. tenent Clericos non esse exemptos à tributis in bonis patrimonialibus.

Sup. hoc in tom. 9. tract. 2. Res. 214. §. Vnde ex his prope finem, & in alijs eius not.

Sup. hoc in tom. 9. tt. 2. Res. 255. & in alijs eius not.

2. Sed hæc opinio communiter refellitur à Theologis. Dico igitur, quòd ad ea, quæ primariò spectant ad communitatem, minimè tenentur Ecclesiastici: ista enim illos, non principaliter, sed secundariò tangunt; quatenus, videlicet, sunt membra Reipublicæ. Igitur Clerici ad tales impositiones tenentur, quando non sufficiunt bona laicorum, & interueniente licentia Summi Pontificis, vel ad minus Episcopi, si de facili non datetur accessus ad Summum Pontificem. Et hæc omnia determinata sunt *in c. non minus. &c. aduersus. de imm. Eccles.* Ita Syluester *verb. immun. numer.* 20. Piasecius *in prax. episc. p.* 2. *cap.* 4. *art.* 8. *numer.* 5. Molin. *tract.* 2. *disput.* 672. *numer.* 4. Suarez *contra Regem Angliæ, lib.* 4. *cap.* 6. *numer.* 3. Azorius *p.* 3. *lib.* 5. *cap.* 19. *quæstion.* 10. Lessius *lib.* 2. *cap.* 17. *dub.* 3. *numer.* 25. Megala *in p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 17. *quæstion.* 6. *nu.* 121. Molfes. *in sum. tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 23. *n.* 174. Duard. *in Bull. Cœn. can.* 18. *quæstion.* 11. *num.* 1. Sous. *in eandem Bullam, cap.* 19. *disput.* 92. *numer.* 6. Barthol. à S. Faust. *in specul. Confess. disput.* 33. *quæst.* 19. *numer.* 2. Alterius *de censur. tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 6. *disp.* 16. *dub.* 13. Bellettus *in disq. cleric. tit.* 5. *p.* 1. §. 2. *numer...* Gars. *de benef. tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 4. *n.* 13. qui citat pro hac sententia quatuordecim DD. & tandem Mattha *de iurisdict. p.* 4. *cent.* 1. *cas.* 1. *nu.* 52. vbi asserit, ita fuisse decretum à Clemente VIII. Summo Pontifice, anno 1600. in causa inter Clerum, & Populum Pisanum, in qua tractabatur coram R. Nuncio Florentino, de reparando Arno flumine, ad communem laicorum, & Clericorum vtilitatem, cùm penè omnia Clericorum bona essent prope flumen prædictum: & laïcis instantibus Clerum cogi ad contribuendum iuxta taxam, tandem Beatissimus Pontifex decreuit, Ecclesias, & Ecclesiasticos teneri in subsidium, & proptereà mandauit Reuerendiss. Nuncio, vt discussis priùs bonis laïcorum, si non sufficerent, condemnaret prædictos Ecclesiasticos ad contribuendum.

Sup. hoc primo in to. 9. tr. 2. Reso. 147. & 248. §. Quarto tertio. & pro secundo in Res. 2. huius annot. & in alijs positis in annot. §. 2. Quarto. prædictæ Res.

3. Restat modò respondere ad argumenta contraria. Ad primum dico, legem, *ad instructiones,* fuisse correctam *per Auth. Item nulla communitas. C. de Episc. & Cler.* vbi Ecclesiastici facti sunt immunes ab onere imposito, & imponendo. Ita Host. *in summ. de imm. Eccles.* §. *à quibus. ver. extraordinaria,* & alij. Ad secundum argumentum respondetur, bona semper adhærere personæ ipsius Clerici; & ideò tunc dicitur persona perfectè, & integrè exempta quando etiam eius bona exempta sunt. Neque facit ad rem quòd bona Clericorum sint temporalia, & quòd respiciant Clericum, non vt Clericum, sed vt dominum temporalem, vel ciuem: quia ille non tantùm exemptus est, vt Clericus; sed etiam vt ciuis, & simpliciter eius persona, & consequenter etiam ea, quæ illi accessoria sunt. Ita Suarez *contra Regem Angliæ, lib.* 4. *cap.* 24. *numer.* 11. ex quo Gregor. de Valentia *tom.* 4. *disp.* 9. *quæst.* 5. *punct.* 4. ante illum dixerat, bona Clericorum esse Deo consecrata, ac eatenus vocari bona Dominica *in can.* 40. *Apost.* quare consentaneum est, vt sint libera. Et procedit etiam hæc ratio de bonis illis, quæ possident titulo temporali; quandoquidem ea etiam Clerici debent referre ad cultum diuinum, atque adeò consecrare. Hæc Valentia. Vnde Belletus *in disq. cleric. tit. de except. bonor. Cleric. p.* 1. §. 5. *numer.* 2. Mattha *de iurisd. p.* 4. *centur.* 1. *cas.* 11. *numer.* 24. *& cas.* 49. *per tot. & cent.* 2. *cas.* 101. cum aliis, communiter probant, bona patrimonialia Clericorum eodem priuilegio gaudere, quo res Ecclesiarum. Vnde aduersùs Doctores, quos citat Grass. *vbi suprà,* supradicta bona sunt exempta ab onere vectigalium, vt patet *in c. quanquam. de cens. in* 6. & docent Theologi, vt Molin. *tr.* 2. *disp.* 670. *numer.* 2. Molfes. *in sum. tom.* 2. *tr.* 12. *cap.* 22. *numer.* 160. Azorius *p.* 3. *lib.* 5. *cap.* 19. *qu.* 1. Lessius *lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 3. *numer.* 19. Megala *in p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 17. *q.* 6. *numer.* 114. Salonius *tom.* 2. *qu.* 78. *art.* 5. *contr.* 2. *numer.* 2. Malder. *in* 2.2. *tract.* 5. *c.* 6. *dub.* 9. & alij communiter. Ex his omnibus colligitur, Ecclesiasticos, qui intrant in Parla

Sup. hoc in tom. 9. tt. 2. Res. 255. & in alijs eius adnot.

Parlamento, non teneri ad donatiuum, nisi sponte offerant: & in Breui Apostolico ita in specie determinatum est.

RESOL. XXXIV.

An si populares onus donatiui sufferre non possint, teneantur Barones Regni ad contribuendum? Ex p. 1. tract. 3. Res. 26.

§. 1. Respondeo negatiuè, loquendo in rigore Iuris, cùm ipsi alia onera sustineant, & teneantur ad seruitium militare: ideò, vt optimè obseruat Valensuola *consil.* 99. *numer.* 63. suasionibus, & alijs suauibus medijs inducendi sunt ad contributionem in dicto casu, in quo quidem deberent contribuere, vt rectè notauit Sotus *de iust. lib.* 3. *quæst.* 6. *art.* 7.

RESOL. XXXV.

Aliqua additamenta ad tractatum de Parlamento. Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Res. 78.

Quæ hic est supra Resol. etiam 1. §. 1. IN *resol.* 1. huius tractatus assero cum multi DD. donatiua ordinaria Regni Siciliæ, & Neapolis nomine esse voluntaria; sed reuera esse necessaria vnde impositiones dici possunt. Hæc opinio non placuit quo ad Regnum Neapolit. nostro Raphaëli Rastello viro quidem docto, & Episcopo Caprensi *de regimine Principis, lib.* 3. *fol.* 133. sed nostram sententiam nouissimè tenet doctus Tassonus *in pragmat. de Antifato, ver.* 4. *obseru.* 3. *numer.* 18. vbi me citat.

Quæ hic est supra Res. 5. 2. *In resol.* 11. *huius tractatus* assero intrantes in Parlamento posse credere Regi attestanti se esse in necessitate, dummodo moraliter aliud in contrarium non constaret, & ita tenet Capiblancus *de offic. Baronum, tom.* 1. *pragm.* 1. *cap.* 1. *numer.* 17. & DD. quos citat, & sequitur Barbos. *in collect. tom.* 4. *p.* 4. *lib.* 2. *Clement. tit.* 7. *Clem. literis, numer.* 7. Sed modò non reticeam contrarium docere Franciscum Ferrer. doctissimum Iurisconsult. Hispanum *ad institutionem hac nostra enident.* 2. *nu.* 42. *fol. mihi* 61. vbi sic asserit. An autem de vrgente Principis necessitate constare priùs debeat, tanquam de causa præambula ad vectigalium impositionem, & vt necessarium antecedens, vidi apud interpretes in dubium reuocari, ductos quòd requisitum, seu qualitas à lege inductiua, seu inductiuum alicuius actus, debet priùs ante omnia constare, ex Ripa *l. ex facto, de vulgar. numer.* 30. Valasco *consil.* 74. *nu.* 9. Crauetta *cons.* 322. *numer.* 4. Lara *de anniuers. lib.* 2. *cap.* 4. *numer.* 38. cum alijs. Et quamuis sint ex interpretibus non leuis authoritatis existimantes solam Principis assertionem sufficere pro necessitate probanda: nihilominus non tantum deferendum esse voluntati Principis, multi consulerunt; propter inconueniens resultans ex simili assertione, vt possit per indirectum constitutionibus prohibitiuis vectigalium abrogari, cùm pragmaticæ semper se in egestate Principis fundare possent, licèt hoc inconueniens cessare posset in præsenti ob religionem exactam potentissimi Regis nostri. Sed quia leges semper extirpare, & præcauere ea quæ duci possunt ad inconueniens, & quæ de facili induci possent in fraudem legis; ideò non sufficere assertionem solam Principis super necessitate, tenuerunt Dec. *cons.* 576. *numer.* 13. Ferdin. Loazes pro Marchione de los Velez *in* 3. *fundam. pro dicto Marchione, numer.* 60. Calicius *in extrauagatorio Cur. Regal.* 191. Pinellus *in rub. C. de rescindend. vendit.* 1. *part. cap.* 3. *num.* 3. Ex quo enim versatur tantorum præiudicium, & interesse; vltra Principis assertionem alia adminicula concurrere esse congruum putarunt Felin. *cap. cùm à nobis, num.* 1. *&* 2. *de test.* Gutierr. *pract. lib.* 4. *quæst.* 11. *num.* 24. Gesse *decis.* 131. *quæ est* 1. *in ordine sub vol.* 2. *num.* 12. *ad num.* 22. Hæc omnia Ferrer. *vbi suprà.*

3. *In resol.* 7. asserui exterminandum esse abusum, vt vnus qui ingreditur Parlamentum, habeat plures procurationes, & nunc addo, quòd illum exterminare curauit Excellentissimus Dux Ossunæ tunc Pro-rex per actum Viceregium registratum in officio Patrimonij, ann. 1615. die 17. Februarij, 13. Indict. per V. I. D. Ioannem Garlanum tunc Protonotarium. In quo actu dictus Dominus Prorex testatur euenire multa absurda ex multis Procuris, in personam vnius intrantis in Parlamento, vnde hoc efficere per dictum actum sapienter, & prouidè prohibuit, quod vtinam nunc obseruaretur. Quæ hic est supra Res. 18.

4. *In resol.* 14. adnotaui, quòd quando Regnum est multum tributis oneratum, debet Rex non imponere nouum tributum, vel requirere nouum donatiuum, sed minuere, vel suspendere gratias, & pensiones aliquibus assignatas, & adduxi pro hac sententia Aponte, & Valenzuela ministros Regios, quibus nunc addo alios duos Scipionem Rouitum *in consultatione de Donatiuis, numer.* 4. *& seq. cons.* 100. & Carolum de Tapia *decis.* 23. *nume.* 83. Idem etiam docet Rastellius *de regimine Principis, lib.* 3. *de causa efficienti Parlamenti, nu.* 4. Quæ hic est supra Res. 14. & in tom 6. tr. 3. Resol. 205. §. Et hæc paulo post initium, sed lege eam per totam.

5. *In resol.* 27. *in fine*, adde hæc verba, & ratio est, quia, vt clarè colligitur ex Gottifredo *in Archronologia Cosmica.* vbi agit de Regno Siciliæ *nu.* 8. Brachium Ecclesiasticum in Parlamento positum est, vt resistat iniustis petitionibus si fortè efficerentur, cùm in tali Brachio adsint tot Episcopi, Abbates, Priores, & alij Prælati literis præditi, & qui loqui possint sine metu; quod non ita facilè accidit in personis aliorum Brachiorum, quia sunt sæculares: & ideo si aliquod donatiuum determinaretur à Brachio militari, Dæmaniali tantùm, facile illa determinatio populis esset suspecta, non autem si cum vno Brachio concurreret etiam Ecclesiasticum, ex ratione allata: & sic anno 1591. Brachium Ecclesiasticum cum Brachio Dæmaniali, non concurrente Brachio Militari, præbuerunt hoc non obstante, Donatiuum Serenissimo Regi. Quæ hic est supra Resol. 23.

6. *In resol.* 29. asserui esse prohibitum præbere in Parlamentis aliquod Donatiuum Domino Pro-regi, & si esset licitum, deberent omnes, & singuli concurrere, & ita in facti contingentia accidit in Parlamento, anno 1600. celebrato. nam cùm per tria Brachia fuisset conclusum quoddam donatiuum, præbendum Domino Pro-regi Duci Machedæ, quia Illustrissimus Marchio Sortini, Don Cæsar Caietanus, tunc Baro, & nunc Princeps Cassari, vir nunquam satis laudatus, noluit concurrere, ideo dictum donatiuum minimè effectum habuit. Vnde non est audiendus Tassonus *in pragmat. de Antifato ver.* 2. *obser.* 2. *num.* 126. contrarium docens; sed nostram sententiam tenet Raphael Rastellius *de regimine Principis, fol.* 146. Quæ hic est supra Resol. 31.

TRACTA

TRACTATVS SEPTIMVS

DE BELLO.

ET DE ALIQVIBVS RESTITVTIONIBVS propter illud. Atque de prohibitione nè Clerici, Episcopi, & Cardinales præsint Exercitibus. Et de Potestate, aut Iurisdictione Ecclesiastica, & quasi Episcopali Vicarij Generalis Exercitus etiam agitur.

RESOLVTIO PRIMA.

Quis possit indicere Bellum offensiuum? Ex part. 6. tract. 4. Resol. 1.

§.1. SVPPONO contra Erasmum & Lutherum bellum esse iustum & & licitum, seruatis tamen aliquibus conditionibus. Prima legitima auctoritas. Secunda iusta causa & titulus bellandi. Circa igitur conditiones in hoc tractatu selectiora notabimus breuiter & resolutorie more nostro maximè ad praxim spectantia.

2. Dico igitur solùm penes eos, qui in causis ciuilibus & criminalibus superiorem non recognoscunt, potestatem indicendi bellum residere. Hi autem sunt Papa, Imperator, Rex, Respublica, Potentatus, qui non habent superiorem in temporali iurisdictione, qui omnes lites ciuiles in suo dominio terminant absque appellatione ad alium Principem. Tales sunt aliqui Itali Potentatus, quamuis per feudum Imperatori subiecti: feudum enim non obest supremæ potestati temporali: Rex enim Hispaniæ feudatarius est Pontifici Romano in Neapolitano Regno, qui tamen est Hispaniæ supremus Dominus. Notat etiam ex Victoria & Caietano Molina *de iustit. tom. 1. tractat. 4. disput.* 100. cùm belli indicendi auctoritas à iure humano ac sententia magna ex parte pendeat, consuetudinem præscriptam posse tribuere eam auctoritatem Ciuitatibus, aut Magnatibus, qui superiorem agnoscunt: immò Layman *lib. 2. tract. 3. cap.* 12. Becanus *in 2.2. cap. 25. quæstion. 1. numer.* 3. & idem Molina ex Victoria obseruat necessitatem posse aliquando conferre auctoritatem belli mouendi iis, qui alteri sunt subiecti. Si namque in eodem Regno ciuitas vna alteram oppugnet, grauésque iniurias illi inferat, aut Dux vnus alteri Duci, Réxque requisitus negligeret, aut non auderet iniurias illatas vindicare, posset ciuitas, aut Dux, qui iniuriam esset passus, non solùm se defendere, sed etiam bellum inferre & animaduertere in hostes, occideréque malefactores, quando ita necesse esset, vt ab iniurijs inferendis se continerent.

3. Sed hanc doctrinam non esse tutam putat Coninch *disputat. 31. de bello, dub. 3. numer.* 61. in casu quo vna Ciuitas alteri quidem grauem iniuriam, quæque esset iusta causa belli, intulisset, & requisita nollet pro ea satisfacere, nullum tamen in posterum esset periculum, ne vlteriùs vllam vim inferret. Quia aliàs sequeretur quemuis priuatum, aut saltem Patremfamilias, quoties ob negligentiam aut corruptelam iudicum, non posset per hos suum ius præsertim clarum obtinere, posse id sibi armis vindicare. Quod apertè videtur absurdum: nam facilè daret cuiuis, qui lite cecidisset, occasionem ita sua repetendi, quoties vi polleret, séque in eo excusandi, quòd iudices pecunia corrupti contra se iudicassent.

4. Vnde sententiam Molinæ ego libenter admitterem quando Ciuitas illa in posterum timeret etiam nouas alias iniurias & calamitates. Probatur: quia homo priuatus potest armis alium præoccupare, à quo timet sibi graue & iniustum damnum, vt omnes fatentur; ergo & vna Ciuitas: quia omnibus est licita repulsa vis. Princeps autem mihi non potest adimere ius naturale inculpatæ tutelæ: ideò autem refugiendum est ad Principem, vt ipse prouideat, ne mihi inferatur vis; at vbi non prouidet, potest quicunque eam repulsare, siue ciuitas, siue ciuis.

5. Non desinam tamen hoc in loco adnotare H. M. *vol. 1. disputat. 169 sect.* 2. §. 20. & Petrum Lorca in 2. 2. *quæst. 40. art. 1. sect. 3. disput. 50. nu.* 12. docere, quòd si ageretur de recuperanda præda semel accepta, & Princeps ex metu, & impotentia, vel negligentia nollet efficere, vt restituantur direpta, tunc Ciuitatem posse armis apertis ea recuperare: ego tamen puto, quòd si ea arma grauiores calamitates, vt timeri sæpiùs potest, sint insequuturæ, tunc Ciuitas tenetur patienter ferre illatam iniuriam. Et tandem vnum superest admonendum, nempe quando persona Ecclesiastica supremum dominium temporale alicuius Reipublicæ obtinet, ad eam spectare auctoritatem mouendi bellum, siue illud per se, siue per alium, iuxta ea quæ inferiùs dicenda sunt, debeat exercere. Summus autem Pontifex non solùm tanquam Princeps Patrimonij Diui Petri, Terrarumque in Ecclesiæ bonis contentarum, mouere potest bellum, non secùs ac alij Principes temporales; sed etiam pro potestate, quam in omnes Laicas potestates ad finem supernaturalem habet, poterit vel bellum mouere, vel facultatem illud mouendi alijs concedere, oblata iusta aliqua occasione ac causa. Sed ex his oritur necessaria & pulchra quæstio.

RESOL. II.

An Papa in aliquo casu possit prohibere, ne Principes Christiani inter se pugnent? Ex part. 6. tract. 4. Resolut. 2.

§. 1.

Quoad hoc in tom. 6. tr. 2. lege dictamen Res. 19. & alij in tr.14.ex Res. 7. §.1. paulo post initium, a vers. Tamé, hoc non obstante, signater sup. hoc

§. 1 AD hoc dubium respondet Hurtadus de Mend. *vol.2. disput.169. section. 2. §. 13.* vbi sic ait. Pontifex Romanus potest interdictum præcipere Principi Christiano, ne cum alio Christiano bellum gerat, potéstque ab illo terrere per excommunicationem. Ita Ille.

2. Idem etiam docet Coninch *disput.31. de bello dub.4. num.72.* Valentia *tom.3. disput.3. quæstion.16. punct.2.* Lorca *in 2.2. sect.4. disput. 53. n.1.* Castrus Palaus *tom. 1. tractat.6. disput.5. punct.2. num.6. & punct.3. num.18.* Suarez *de charitate, disp.18. sect.2. fine.* Sed licèt hæc doctrina vera sit: tamen non ordinariè, sed cum magna circunspectione in praxi deducenda est, vt ex Molina aduertit Villalobos *in sum. tom.2. tract.5. difficul.4. n.7.* vbi sic ait. [Quando fuesse la guerra entre Principes Christianos, y conuiniesse al bien espiritual; podria el Papa meterse en ello, y definir y compeler por censuras, ò por otro camino al rebelde: aunque no conuiendria, que se hiziesse esso de ordinario, porque el Principe contra quien se sententiasse, cobraria odio contra el Pontifice, pensando che lo hauia hecho por passion.] Ita ille.

3. In casu tamen necessario debent Pontifices nihil timere, & suam auctoritatem interponere, nec ad carnem & sanguinem respicere: non enim pro bono Ecclesiæ expedit, vt Principes ratione status, & ex dubiis, & aliquando fictis titulis bellum gerant, & totam Christianitatem conturbent.

RESOL. III.

Quæ sunt causæ iustæ inferendi bellum? Ex part.6. tract.4. Resol. 3.

§. 1. MVltæ sunt causæ iustæ bellum indicendi, quas enumerat Castrus Palaus *tom.1. tractat.6. cap.5. punct.3. n.3.* Becanus *in 2.2. c.25. quæst. 1. num.4.* Coninch *disp.31. de Bello, dub.2. num.50. & 51.* Reginaldus *tom.2. lib.31. c.8. à num.94.* Layman *lib.2. tract.3. cap.12. n.5.* Bonacina *tom.2. disp. 2. de rest. q. vlt. sect.1. punct. vlt. §.2. n.7.* & alij.

2. Prima vt subditi rebelles ad obedientiam redigantur.

3. Secunda vt recuperetur Prouincia aut Ciuitas Principi, aut Reipublicæ alicui iure debita, quam recuperare boni communis multum interest.

4. Tertia, ad vindicandam grauem contumeliam Principi, vel Reipublicæ illatam; cuius rei exemplum habes 2. *Regum.* 10.

5. Quarta, vt vltio sumatur de gente, vel Principe, qui hosti iniustum bellum gerenti auxilium præbet; quo iure Romani multas prouincias sibi subegerunt, & in veteri Testamento exemplum habetur 2. *Regum cap.*8.

6. Quinta, vt repellantur ij, qui iniustè prohibent, ne nocentes puniantur: quos puniri Reipublicæ multum interest: exemplum habes c.20. *Iudic.*

7. Sexta, vt animaduertatur in eos, qui cum Principe, vel Republica initum fœdus violarunt, non sine graui damno, iniuria aut dedecore illius; cuius rei exemplum habetur 4. *Regum* 3.

8. Septima, vt impetrentur ea, quæ iure gentium permissa sunt, & per iniuriam denegantur: cuiusmodi est v.g transitus sine mora, & sine nocumento ex vna Regione in alteram, sicuti habetur *in cap. vlt. 23. q.2.* Eóque sensu Cæsar dixit: *Arma tenenti omnia dat, qui iusta negat.* Et de hac quæstione inferiùs latè tractabimus.

Inferius in Res. quæ hic est 12. & in alio §. eius 4 or.

9. Octaua, vt sociis auxilium iustum afferatur: quòd si verò ab hostibus infestantur auxiliari, tunc & ipsi ius acquirunt per se bellum inferendi Aduersariis: qua item ratione à Romanis imperium amplificatum fuisse testatur Victor. *num.17.* eiusdémque rei exemplum habemus *Genes.*14.

10. Nona, si Populi subiecti Idololatræ sint, iusta erit causa eos bello persequendi: vel si in hæresim aut infidelitatem lapsi alios secum trahant, atque ita dissensionem in Regno, vel Prouincia excitent. Idémque dici debet, si Rex, vel subditi vnius Regni à vera fide deficientes subditos vicini Regni eamdem defectionem pertrahere conentur, iustam causam habet Rex vicinus bello se defendendi, & illatam iniuriam vindicandi.

11. Non desinam etiam hîc adnotare barbariem ineptam ad Politicam esse iustam causam belli; quia bellum in tali casu est illis per se vtile ad omnia.

12. Dices non posse fieri malum, vt eueniat bonum: bellum autem est malum, nisi honestetur culpa illud patientis: at non est culpa digna bello barbaries, nec voluntas in ea perseuerandi, vt non est causa belli voluntas non admittendi fidem: Ergo, &c. Hoc argumento multi huic parti aduersantur, quos moneo bellum non ideò honestari: quia ij qui resistunt sunt imbuendi; nec enim vtilitas belli est per se in hoc sensu, sed per accidens, qui enim resistunt, non possunt bello subiugari, quia beneficia non sunt inuito conferenda per vim. At in illorum Republica sunt multi, qui nec resistunt, nec possunt: quia vel sunt infantes, vel inermes; quibus iniuriam faciunt, qui resistunt; quia eos priuant tam aperto beneficio: igitur ad hos domandos Magistris est per se vtile bellum, quod per se domat resistentes Iniustè. Et ita docet Hurtadus de Mendoza *vol.2. disput. 169. sect.5. §.49.*

13. Et hanc opinionem probabilem putat Lorca *in 2.2. disput. 32. num.12.* Et mihi placet: nam hæc subiectio & coactio in magnam eorum vtilitatem ac bonum cedit, & magnum charitatis obsequium illis impendit; sicut pupillo aut prodigo, qui sua prauè administrat, constituendo tutorem: de his enim dixit Aristoteles *3. & 4. cap.1. Politicum*, esse natura seruos, & vtile esse eis seruire. Nec vt iustè subiiciantur, requiritur iurisdictio, sed ipsa charitas & humana amicitia & beneficientia confert ius: ita tamen vt non subiiciantur seruituti despoticæ, quia hoc iniustum est, cùm sint natura liberi, sed hoc solùm politicæ. Hac autem causa bellum mouere potest is cui primò occurrat & suppetat facultas, & auhoritas Summi Pontificis multum iuuabit, tanquam indicentis & mandantis opus pietatis.

RESOL. IV.

An detur bellum ex vtraque parte iustum?
Et aliquando bellantes non peccent, quia ex ignorantia inuincibili procedant?
Et notatur, quod supradicta ignorantia facilius habet locum in subditis, & militibus. Ex part.4. tr.4. Resolut. 24.

§. 1. AFfirmatiuè videtur respondendum: quia sæpè oppugnans & oppugnatus non peccant belligerando; eò quòd vterque probabiliter credit sibi Regnum pertinere: ergo ex parte vtriusque est iustus titulus. Secundò, oppugnans Ciuitatem potest interficere innocentes, si alia via non potest illam subiicere: at innocentes possunt se ab oppugnatione defendere. Item condemnatus ad mortem ob delictum falsò probatum potest resistere exequutioni sententiæ:

Sup. hoc in tom. 8. tr. 1. Res.18 §. Sic, post mediū, & §. vlt. & in tom.5. tr 1. ex lata doctrina Res. 31. signanter in §. Ne dicas ter: o, sed le-

ge eam per totam. sententiæ: Ergo, &c. Item captiuus ius habet fugiendi; & dominus ius detinendi. Et eadem est ratio de reo in carcerem detruso, qui ius habet fugiendi; cùm tamen iudex habeat ius illum detinendi, & puniendi, si fugerit. Datur ergo titulus bellandi iustus ex vtraque parte, iustúmque bellum etiam nulla intercedente ignorantia. Et ita hanc sententiam tenet Alciatus in Paradoxis *lib.2.c.vlt.* sequutus Fulgosium *in leg.ex hoc iure, ff.de iust. & iur.*

2. Sed contrariam sententiam & meritò docet Valentia *tom.3.disp.3.q.16.punct.2.* Becanus *in 2.2. cap.25.q.7.* Lorca *in 2.2.disp.53.num.15.* Reginaldus *tom.2.lib.21.cap.8.n.98.* & Villalobos *in summa tom.2.tract.5.difficult.5.num.1.* vbi sic ait, [No se puede dar guerra iusta por ambas partes, que sea material y formalmente iusta; aunque bien podria ser formalmente iusta por ambas partes: por auer ignorancia de parte de la vna. La primera parte d'esta resolucion es clara: porque los enemigos son contrarios, y es necessario que tengan contrarios derechos, y assi de fuerça sera el vno iusto, y el otro iniusto. La segunda parte tambien es cierta; porque aunque el derecho de vno sea iusto, puede el otro ignorar con ignorancia inuincible essa iniusticia, y pensar que tiene derecho iusto: y aun creo, que a conteçe esso muchas vezes; porque los Letrados se inclinan mucho al gusto de los Reyes, por lo qual con ignorancia tienen por iusto lo que no lo es. Ita ille & alij communiter.

3. Dicendum est igitur aliquando bellantes non peccare, quia ex ignorantia inuincibili procedunt: non tamen sequitur ex hoc ex vtraque parte dari iustum bellum; sed ex vna parte dari: & in alia præsumi: & ratione talis præsumptionis potest ille actus ad virtutem iustitiæ pertinere.

4. Nota tamen quod supradicta ignorantia faciliùs habet locum in subditis & militibus, qui causam belli tanto examine discutere non tenentur.

RESOL. V.

An Princeps dubius de iustitia belli possit bellum mouere?

Et quid est dicendum in casu, si Rex, licet dubitet de possessione Regni, habet tamen maiorem propensionem, vt Regnum sit v.g. Regis Galliæ, an in tali casu debeat restituere saltem partem Regni? Ex part. 4. tract. 3. Resolut. 50.

§. 1. AD hoc dubium ita respondet Syluius *in 2.2. D. Thoma, quæst.40. art. 1. quæritur quartò, concl.2. 3. & 4.* Quando post diligentem inquisitionem dubitatur de iustitia belli, si agitur de causa iniuriæ, non licet bellum mouere, quia in dubiis tanti momenti vbi de multorum hominum mortibus periculum est, oportet eligere partem tutiorem; si de causa possessionis, ille qui possidet non tenetur cedere, neque illi iustè moueri potest bellum, partim quia in dubiis melior est conditio possidentis, partim quia si res ageretur coram iudice, nunquam in re dubia iudex spoliaret possessorem. Vnde si stante illo dubio is, qui possidet, spoliaretur ab altero, posset isti alteri bellum mouere ad recuperandum id quod perdidit, quia per iniuriam est ei ablatum. Obseruandum autem, quòd ille, qui in dubio possidet, teneatur non solùm examinare negotium cum suis, sed etiam admittere Legatos alterius partis ad illud examinandum; quòd si excuset, iniuriam ipsi facit, eóque nomine potest bello infestari. Si verò res, de qua dubium est, à neutra parte possideatur, non licet inferre bellum pro habenda re tota, quia est contra æquitatem, vt vbi vterque habet æquale ius, alteri totum adiudicetur; licet et tamen pro habenda medietate, vel iusta compensatione, si alter nollet pacificè consentire, quia omnino diuidenda est, vel ex æquo compensanda. Et tandem, si in dubio is, qui non possidet, videatur habere plus iuris, potest compensationem petere ab illo, qui possidet; quam si dare nolit, potest ab illo impeti, quando negotium tanti est momenti, vt iudicio prudentum expediat illud terminari etiam per arma. Ita Syluius, vir quidem doctus. Sed quid dicendum in casu si Rex, licèt dubitet, habet tamen maiorem propensionem vt Regnum sit, v.g. Regis Galliæ, an, inquam, in tali casu debeat restituere saltem partem Regni. Affirmatiuè respondet Bannez, Valentia & Rodriquez; sed merito illos reprobat Granado *in 2. 2. D. Thoma, contr. 3. tract. 12. disput. 4. sect 3. §. 2. num.24.* quia licèt sit maior propensio in id, quòd Regnum sit Regis Galliæ, adhuc manet verum dubium, ac proinde non elicitur determinatè assensus affirmans Regnum esse Regis Galliæ, cæteras rationes videbis apud dictum Granadum.

RESOL. VI.

An qui bellum iniustum bona fide gessit, cognita iniustitia belli, teneatur resarcire omnia damna, quæ intulit? Ex p. 6. tr. 4. Res. 30.

§. 1. RESpondet & benè Lorca *in 2.2. D. Thoma, sect.3. disput.55. num.4.* Quòd qui hoc modo ignoranter damnum iniustum bellando intulit, tenetur ad restitutionem eorum dumtaxat, quæ aduersariorum erant, & apud ipsum in specie permanent, vel in virtute, quia ex eis ditior factus est. A cæterorum verò restitutione excusatur; quia bona fide, & ignorantia inuincibili liberatur ab obligatione restitutionis, quæ oritur ex iniusta acceptione vel læsione: & solùm tenetur obligatione, quæ oritur ex re accepta; quæ solùm vrget, quando res permanet in se aut in virtute.

RESOL. VII.

An si Princeps inferat bellum ex iusta causa sine recta intentione, bellum sit iniustum? Ex part. 6. tract. 4. Resol. 4.

§. 1. ALiqui asserunt in bello inferendo rectam intentionem requiri: vt patet *ex cap. quid culpatur 23. quæstion.1.* Tunc autem adest recta intentio, quando bellum suscipitur ob bonum commune, ob pacem, &c. Sed ista conditio non est necessaria, vt ea deficiente bellum dicatur iniustum inducens obligationem restituendi: neque enim iudex, qui animo vindictæ punit iuxta leges delinquentem, iniustitiam committit, esto contra charitatem faciat: talis ergo finis ad honestatem actionis operantis, sed non ad iustitiam belli pertinet. Et ita docet Bonacina *de restit disput.2. quæstion.vlt.sect.1. punct.vltim. §.2. num. 6.* vbi citat Molinam, Rodriquez, Filliucium, Valentiam, Sayrum, quibus adde Castrum Palaum *tom.1 tract.6. disput.5 punct.1 num.4.* & Coninch *disp. 31. de bello, dub.1. num.18.*

RESOL. VIII.

An Princeps habens iustam causam inferendi bellum, si ex illo tamen in perniciem Regnorum maxima damna timerentur, possit adhuc illud indicere?

Et an in tali casu Princeps teneatur ad restitutionem?

Et an illicite moueatur bellum, si minima absit spes victoria, vel an requiratur moralis certitudo victoria, vt bellum possit indici? Ex. p. 6. tr. 4. Ref. 7.

§. 1. RESpondeo negatiuè: & ideò Villalobos *in summa, tom. 2. tract. 5. difficul. 4. numer.* 3. sic ait. [Aduiertase que podra acontecer alguna vez quedando guerra iusta al ennemigo, sen iniusto el Principe con su propria Republica, y es quando viene à ser mayor el danno que su Republica recibe à arbitrio de hombre prudente, que el prouecho, como acontece tambien en los pleytos.] Ita ille. Et ante illum Molina *de iustitia, tom. 1. tract. 2. disputat.* 102. vbi ita asserit. Illud etiam est animaduertendum Principem in bello inferendo non minùs posse esse iniustum aduersus suam Rempublicam, quàm aduersùs alienam, cui illud inferre parat. Eaque de causa non solùm illi esse attendendum, an habeat iustam belli causam aduersùs alienam Rempublicam: sed etiam an iustus sit aduersus suam eiusmodi bellum mouendo. Etenim si prudentis arbitrio, tale bellum futurum est in detrimentum maximum suæ Reipublicæ, quia vires non habet ad superandum, vel quia cum modico suæ Reipublicæ, bonique communis emolumento, subditos suos maximis periculis & detrimentis exponet, redditus publicos in eo insumet, Rempublicam nouis tributis & exactionibus grauabit, &c. sanè culpa erit lethalis contra iustitiam aduersùs suam Rempublicam eiusmodi bellum suscipere. Hæc Molina. Quæ vtinam à Consiliariis Principum perpenderentur: nam licèt à principio ex aliqua iusta causa forsitan bellum fuisset licitè indictum; tamen post multos annos ad pacem res redactæ populi & regna exhausta & euersa penitus inueniuntur: vnde magis expediens fuisset pro Republica bellum non incipere, quàm etiam cum victoria illud terminare. Vnde Castrus Palaus *tom. 1. tract. 6. disput. 5. punct. 3. num.* 18. docet bellum esse illicitum, & contra iustitiam etiam stante iusta causa bellandi, si damna, quæ ex bello sequuntur, Reipublicæ præualeant vtilitati victoriæ speratæ. Et ideo idem Palaus *loco citato num.* 2. Valentia *tom. 3. disput. 3. quæst. 16. punct.* 2. & alij docent ad bellum iustè inferendum non sufficere omnem iniuriam; sed quæ vel absolutè vel ob aliquas circunstantias sit vel maior, vel certè non minor, quàm damna, quæ solet bellum afferre. Et à fortiori ex supradictis sequitur rectè adnotasse Coninch *disput 31. de bello, dub. 4. num.* 73. & alios illicitè moueri bellum, si minima subsit spes victoriæ. Vnde Caietanus *in 2. 2. quæst. 96. art.* 4. affirmat requiri moralem certitudinem victoriæ, vt bellum possit indici. Sed Palaus *tom. 1 tractat. 6. disputat. 5. punct. 3. numer.* 17. docet sufficere certitudinem probabilem. Suarez verò *disputat. 31. de charitate, sect. 4. in fine*, putat omnia pensanda esse, & videndum, an spes victoriæ præualeat damnis quæ timentur: nam si spes præualet, tentati bellum potest, sin minùs, cessandum à bello.

2. Sed an in tali casu Princeps teneatur ad restitutionem, non concordant Doctores, & ideò apponam hîc verba Petri Lorcæ *in 2. 2. Diui Thomæ, sect. 3. disput. 53. num.* 8. vbi sic ait. Dubium est, vtrum si Princeps inferat bellum ex causa iusta, & seruatis aliis conditionibus, imprudenter tamen, quia pro statu rerum moraliter certum est plus damni detrimentorum suæ Reipublicæ, & subditis vel aliis eueuturum, quàm futura sit belli vtilitas, incurrat obligationem resarciendi ea damna, quæ suis vel aliis proueniunt. Victoria *numer.* 33. & Molina *disputat.* 102. indicare videntur, hunc Principem teneri debito restitutionis. Sed non assentior. Quoniam in eo casu Princeps tenetur à bello desistere non obligatione iustitiæ, sed charitatis quatenus tenetur minus bonum suum postpenere maiori bono alterius; charitas autem non inducit restitutionis debitum. Ita Lorca.

RESOL. IX.

An post inchoatum bellum, si alius Princeps offerat condignam satisfactionem, bellum adhuc prosequi quis possit; Ex punct. 6. tract. 4. Ref. 8.

§. 1. PRima opinio affirmat. Ita Bannez *in 2. 2. quæst. 40. art. 1. dub.* 8. & Caietanus *in summa verb. Bellum.* quia post bellum inceptum inimici non sunt in statu satisfaciendi, sed satispatiendi. Et hanc sententiam probabilem existimat Emanuel Sà *verb. Bellum. numer.* 9. & Villalobos *in summ. tom. 2. tract. 5. difficul. 4. n.* 5. vbi sic ait. [Ottos dizen y muy prouablemente, que quando esta començada la guerra, y ay muertes de ambas partes, non esta obligado el Principe à aceptar la satisfacion del enemigo; sino que puede proseguir la guerra. Assi lo tiene Cayetano, y dize Bañez, que es lo mas prouable. El fundamento es, porque el que de la guerra justa, yà es juez respeto de su contrario, en defecto de superiore, y el juez no està obligado à aceptar la satisfacion del reo.] Ita Villalobos.

2. Secunda opinio negat, ita Suarez, Molina, Valentia, & Coninch, quos citat & sequitur Castrus Palaus. *tom. 1. tr. 6. disp. 5. punct. 3. n.* 14. Quibus adde Reginaldum *tom. 2. l. 21. cap. 8. n.* 101. Et ratio est quia, vt suprà ex Diuo Augustino probatum est, bellum non voluntate, sed necessitate suscipitur sed cum debita satisfactio offertur, cessat omnis necessitas bellandi. Ergo contra iustitiam peccas, si tunc bellum prosequatis. Aduerto tamen sub debita satisfactione comprehendi, vt non solùm tibi reddatur omnia illa quæ tua sunt, sed etiam soluantur expensæ in bello factæ, & pericula & molestiæ, quibus te & tuos exposuisti, & iniuriæ factæ compensetur. Quia cùm ad hæc omnia ius habeas, omnia hæc compensari debent, priusquam tenearis à bello cessare. Et insuper petere potes, quicquid in posterum tibi necessarium est, vt securè viuas, & pacem obtineas, quia hic est præcipuus belli scopus. Et hanc sententiam docet etiam Becanus *in 2. 2. cap. 25. q. 9. n.* 4.

3. Mihi verò placet opinio distinguentium. Aut enim ait Lorca *in 2. 2. Diui Thomæ disp. 57. n.* 12. agitur dè sola recuperatione possessionis; & tunc non dubito oblata possessione, & compensatione sumptuum, ex iustitia debitum esse à bello desistere: quia ex iustitia nihil ampliùs bello peti poterat, quàm quod sine bello offertur. Aut agitur de vindicatione iniuriæ; & tunc non inuenio obligationē iustitiæ, quæ constringat à bello cessare satisfactione contempta: quia iniuria iustè merebatur pœnā belli, & ideò inferendo bellum, nihil contra iustitiam agitur: relaxare autem pœnam debitam

debitam non iustitiæ, sed misericordiæ est; & in priuatis iudiciis & iniuriis fas est iudici & Actori exequi pœnam iustam, etiamsi reus offerat æquiualentem satisfactionem.

4. Sed audiamus etiam distinctionem Duuallij *in 2. 2. tract. de charitate, quæst. 16. art. 4.* vbi sic ait. Debent duo tempora, in quibus offerri potest ista satisfactio, distingui: vnum in medio conflictu, siue prælio, quando Princeps in manibus suis victoriam quasi tenet; & tunc non tenetur Princeps oblatam satisfactionem, licèt condignissimam acceptare: habet enim in manibus victoriam, & bellum iam penè confectum est, & ita sunt intelligendi Caietanus & Bannes. Aliud tempus est, quando nondum est inita vltima pugna: & tunc quia res sunt adhuc ex vtraque parte in integro, si quidem incerti sunt bellorum exitus, tenetur Princeps conditiones iustas pacis, vt satisfactiones acceptare; nec sanguinem humanum in tali casu profusioni exponere: siquidem continuatio belli eiusdem est rationis, ac indictio & susceptio belli: cùm autem bellum suscipi non debeat, quando reus, seu persona, quæ damnum intulit, condignam reparationem offert, sic neque continuari debet, quando condigna satisfactio offertur.

RESOL. X.

Quam satisfactionem possit Princeps in bello petere? Ex p. 6. tr. 4. Resf. 22.

§. 1. Respondet ex Syluestro Duuallius *in 2. 2. Diui Thomæ tract. de charitate art. 4.* quòd potest ipse Princeps, Primò petere ea omnia, quæ ablata sunt, vel etiam vastata. Secundò omnes expensas, quas occasione iniuriæ illatæ fecit. Tertiò potest aliquid exigi in pœnam iniuriæ illatæ, vt si verbis contumeliosis Principem ipsum proscriderit, hæc verba contumeliosa omninò damnet, & improbet, dicens se hac in parte malè & detractoriè loquutum esse: vel si sit aliud damnum, potest in pœnam Princeps ipse tributum aliquod exigere: postremò potest etiam petere quidquid ad pacem, & securitatem impostrerum necesse erit: hic enim est finis belli præcipuus: bella enim suscipiuntur, vt exinde pax oriatur.

2. Nec etiam deseram hic apponere verba Coninch *disp. 31. de Bello dub. 7. num. 109.* vbi sic ait. Obtenta iam victoria, ac hoste debellato, per se loquendo ea licent, quæ necessaria sunt ad plenam satisfactionem pro iniuriis ac damnis acceptis, ac impensis factis toto belli tempore, item pro pace ac securitate in posterum stabilienda. Qualia sunt priuare victos etiam innocentes suis bonis; aut etiam aliquos libertate, si non sint Christiani: quatenus hoc ad dictos fines necessarium est. Item extruere in eorum terris munitiones, ac præsidia imponere: item imperare iis tributa & similia. His adde; cùm victor iam hostes sibi subiecerit, obtinere respectu illorum absolutè personam iudicis, atque posse eos secundum merita punire etiam morte. In his tamen omnibus, quantum fieri potest, oportet victorem esse memorem Christianæ clementiæ: tum in spoliatione bonorum, ac libertatis, præsertim innocentium, tum etiam in occisione nocentium. Hinc quando multi ex victis sunt meriti mortem; etsi eos sine vera iniustitia possit omnes occidere, hoc tamen communiter saperet crudelitatem, ac esset grauiter reprehensibile: nisi in particulari aliquo casu putaretur ad fines aliquos maximi momenti esse necessarium; vt si illi non possent modò in custodiis seruari; & dimissi crederentur omnia turbaturi. Aliàs aliquibus aut nocentioribus, aut forte delectis priuatis, reliquis parcendum; ita saltem vt pœna mortis in minorem mutetur.

RESOL. XI.

Si cum consensu Principis vassallus magnam inferat iniuriam in alium Principem qui tamen omnem iniuriæ satisfactionem respueret, nisi illius author ad eum morte plectendum sibi daretur, quod alter Princeps negaret, an inquam, in tali casu bellum contra eum iuste indicere possit? Ex p. 6. tr. 4. Ref. 6.

§. 1 De hac quæstione curiositatis causa à quibusdam interrogatus fui occasione cuiusdam casus in praxi, vt ferebatur, occurrentis. Et affirmatiuè videtur respondendum. Primò, quia læsus eo casu est verus & directus iudex læsoris: ergo habet absolutè ius, vt morte puniat; nec tenetur aliam satisfactionem recipere: & ideò potest alium Principem bello cogere, vt permittat ius suum in iniuriantem exequi. Hinc Bannez *in 22. quæst. 41. artic. 1. dub. 2. conclus. 4.* asserit Principem iniuriam passum esse directum iudicem illam inferentis. Vide etiam Lorcam *disput. 49. num. 6. disput. 52. num. 3. & disput. 53. numer. 13.* Vnde ex his *in lib. Iudicum, cap. 20.* Israëlitæ iustè bellum indixerunt Beniamitis, quia noluerunt tradere necandos Gabaonitas reos maximi sceleris. Bellum enim est actus vindicatiuæ iustitiæ: ergo dicendum est bellantem non solùm reparationem sui honoris, & securitatem in futurum intendere posse; sed etiam debitam pœnam iniuriantibus infligere.

2. Verùm ego tunc adduxi Coninch *disput. 31. de Bello, dub. 2. num. 29. & sequent.* contrariam sententiam tenentem: quia Princeps, qui passus est iniuriam, non est superior eius, qui intulit, vt ab Aduersariis supponitur. Ergo non potest illum propriè punire, & consequenter non potest ad hoc præcisè consequendum illi bellum indicere: nam aliàs sequeretur Regem aut eius nobiles, quando iniurias alteri Regi intulerunt, licèt aliam iustam satisfactionem offerrent, nihilominus teneri se ipsos offerre necandos alteri Regi id petenti: sed hoc dicere videtur absurdum. Ergo, &c.

3. Ad exemplum Israëlitarum dicendum rectè intendisse Beniamitas punire, tanquam sibi subiectos, quia cùm omnes tribus constituerent vnum populum, singulæ erant reliquæ communitati subiectæ. Non nego tamen primam sententiam esse probabilem, quam tuetur Castr. Palaus *tom. 1. tract. 6. disp. 5. punct. 3. n. 15.* & ante illum Molina *de iust. tom. 1. tract. 2. disp. 103.* vbi inter alia sic ait. Quando verò aliqui in particulari digni essent morte propter iniuriam illatam, esto de numero eorum esset Princeps Reipublicæ, aduersùs quam bellum geritur, non credo peccare contra iustitiam, si desistere non vellet à bello, nisi offerrentur, qui digni sunt morte, aut fugissent de ea Republica: & cùm in reliquis competens satisfactio offerretur, integrum ius ei relinqueretur interficiendi malefactores illos, vbicumque deprehendere eos potuisset. Peccaret tamen contra charitatem, si postulante id recta ratione, & bono vtriusque Reipublicæ nôn acceptaret competentem satisfactionem oblatam in rebus aliis.

4. Hoc secundum ex se est manifestum. Primum verò inde mihi persuadeo, quòd Princeps, aut Respublica, quæ superiorem non habet, non per accidens, sed per se habet ius vindicandi iniurias sibi, aut suæ Reipublicæ ab alieno Principe aut Republica illatas:

illatas: & quando aliqui propter iniuriam illatam digni sunt, qui capite plectantur, non tenetur de iniuria acceptare compensationem aliam, sed exigere potest eam pœnam non secùs ac quando suus subditus dignus est morte, etiam potest illum in pœnam interficere; esto ille aliam æqualem, aut etiam maiorem compensationem in bonis externis offerat. Huc vsque Molina, quem etiam sequitur Becanus *in* 2. 2. *c.* 25. *quæstion.* 9. *concl.* 1. *num.* 3.

RESOL. XII.

An aliquando licitè possit negari transitus Militum pro bello inferendo alicui Principi? Ex part. 6. tract. 4. Res. 5.

Supra in Res. quæ hic est 3. in eius § Septima. & infra in Res. seq. § vlt.

§. 1. SVpra diximus esse causam iustam inferendi bellum denegationem eorum, quæ iure gentium omnibus videtur licere; qualis est transitus necessarius per alienas terras: hic enim si absque iusta causa denegetur, præbet sufficientem causam bellandi, vt manifestè probatur *in cap. notandum* 23. *qu.* 2. Sed difficultas est, an aliquando licitè à Principibus talis transitus denegetur.

2. Et respondeo affirmatiuè: nam in tali casu transeuntes omnem securitatem facere tenentur, aliàs iustè poterit illis transitus denegari: vnde sæpè armatis denegatur; quia ferè semper periculum potest timeri: ergo Princeps non tenetur talem transitum concedere. Et ita docet Castrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 6. *disput.* 5. *punct.* 3. *numer.* 3. & Coninch *disput.* 31. *de bello*, *dub.* 2. *num.* 51.

RESOL. XIII.

An si princeps impediat mercaturam, peregrinationem, nauigationem, transitum, &c. per sua Regna Ciuibus alterius Regni, possint alij Principes iustè contra illum bellum indicere?

Et quid, si negetur Exercitui transitus? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Resol. 74.

§. 1. AFfirmatiuàm sententiam docuit vir doctissimus Franciscus Victoria *in relectione de Indis Insulanis part.* 2. *in princ.* & hoc iusto titulo asserit Hispanos potuisse debellare Indos, & eorum regiones possidere. Ratio est, quia iure gentium hæc omnia videntur deberi. Verùm aduersùs hanc sententiam insurgunt communiter Doctores, vt Molina *de iust. tom.* 1. *tract.* 2. *disputation.* 105. §. *Vt nobis contrarium.* Castrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 6. *disputation.* 5. *punct.* 3. *num.* 4. Coninch *in* 2. 2. *disputation.* 31. *dub.* 2. *numer.* 52. & Villalobos *in summ. tom.* 2. *tract.* 5. *diffic.* 4. *num.* 9. vbi sic ait. [Vna cosa justa pone Victoria y es, que por derecho de las gentes puede vno andar en prouincias estranas sin damno de los moradores, negociando en ellas, lleuandoles las cosas que les faltan y comprando de las que tienen abundancia apportar à sus puertos, aprouechatse de los rios y pescar en ellos, buscar Margaritas y poder cauar en los campos comunes para buscar oro y cosas semejantes, y que si esto quitassen seria justa cosa de la guerra, mas yo soi de parecer contrario, porque estas cosas en tanto son comunes de derecho de las gentes en quanto no se prohiben, mas assi como vn particular adquiere dominio de su heredad, tambien vna Republica le adquiere de las dichas cosas, y por justas cosas podrian prohibirlas à los forasteros no teniendo estrema ò graue necessidad, y ansi no podria hauer por esto justa cosa de guerra.] Sic ille. Igitur nullo iure probari potest tale commercium extero deberi, præcipue cùm Princeps causam habere possit denegandi supradicta externis. Item, v. g. cùm ius piscandi in fluminibus margaritas, vel in mari corallia sint propria illi populo cuius sunt illa littora, aut flumina, nulla est causa cur teneatur id cum alijs communicare, aut si id aliquibus communicet, cur teneatur id omnibus communicare, nec enim ex eo quòd aliquibus aliquid gratiæ impendam, vllo modo sequitur me teneri id omnibus æqualiter impendere, præsertim cùm ille populus sæpe possit habere iustas causas, cur nolit vlli externo quidquam ex his concedere, aut cur aliqua concedat aliquibus, & alijs neget.

2. His tamen non obstantibus inuenio nouissimè sententiam Victoriæ, docere Petrum Lorcam, *in* 2. 2. *D. Thom. quæstion.* 4. *articl.* 1. *sect.* 3. *disput.* 52. *numer.* 7. vbi sic asserit. Quærunt aliqui an sit iusta causa indicendi bellum, si Princeps aliquis negaret negotiationem & mercaturam in portibus, vel ciuitatibus alienæ regionis, peregrinationem, hospitium & rerum vsum, quæ iure gentium indigenis & aduenis communia sunt, quales sunt aquæ fluminum, & alia quæ nulli sunt propria, & denique de institutione habitationis, & coloniæ in aliena prouincia? Victoria opinatur pro his posse iniri iustum bellum si iniustè negentur. Iniustè autem negantur, quando negantur iis, qui absque aliquo nocumento possidentium ea expetunt; quoniam hæc omnia iure gentium concessa sunt omnibus, si sint innoxia, neque in aliquo differunt à transitu per alienam Prouinciam. Vnde infert propter hanc causam potuisse Hispanos inferre bellum Barbaris Indiarum. Alij hoc impugnant, sed non sufficientibus argumentis. Existimo igitur hanc causam posse iustificare bellum, an verò ea occurrerit Hispanis, vt iusto titulo potuerint debellare Indos, & eorum regiones possidere, non decerno, est enim quæstio facti, non iuris. Hæc omnia Lorca *loco cit.* sed præter hanc causam alias etiam habuisse Hispanos debellandi Indos existimo.

3. Nota tamen quòd supradicti Doctores omnes conueniunt, quòd si negetur exercitui transitus, qui absque negantis detrimento exigitur, posse Principem aduersùs alium Principem bellum mouere; vnde *Num.* 21. præcepit Dominus, vt filij Israël pugnarent contra Seon, & Og Reges impedientes transitum eorum, & ideo *in capit. notandum*, 23. *quæstion.* 2. sic habetur. Notandum quomodo iusta bella gerantur à filiis Israël contra Amorrhæos, innoxius enim transitus negabatur, qui iure æquissimo humanæ societati patere debebat. Sic ibi. Sed nota quòd eiusmodi transitus armatis sæpe iustè negatur, nisi præstent sufficientem cautionem, eum fore omnino innoxium, vt nouissimè aduertit Coninch *loco citato.*

Sup. Res. [...]ta, & §. [...]

RESOL. XIV.

An licitè possit inferri bellum infidelibus propter solam infidelitatem, maxime ex licentia Papæ?

Et quid, si non permittant in suis Regnis Prædicatores Fidei?

Et an non possit Papa conflare Exercitum ex Clericis, Ecclesiasticis viris ad compescendum

dum Infidelem, nisi alias timerentur in Ecclesia damna?

Et an potestas impetendi Principem Infidelem, sit penes Reges, & Regna, vel penes Papam tantum?

Et an possint Ecclesia, & Principes Christiani mittere Prædicatores cum Exercitu ad prædicandũ Infidelibus? Ex p. 6. tr. 4. Ref. 15.

§. 1. PRo affirmatiua sententia pugnat mordicus Hostiensis *in cap. quod super, de voto*, & pro negatiua Innocentius etiam *in dicto cap.* & Solorzanus *de Indiarum iure lib. 2. cap. 11. num. 1.* putat vtramque sententiam problematicè sustineri posse; & ideò ipse ibi respondet ad omnia argumenta, & Marta *de iurisd. part. 1. cap. 24.* asserit, Scriptores Christianos non debere sententiam Ostiensis veneno afficere. Vide etiam Petrum Malfettium apud Mandellum *lib. 4. consil. 769.*

2. Ego verò negatiuæ sententiæ adhæreo. Dico igitur. Ob solam infidelitatem non posse aliquem bellum indicere Infidelibus; neque eos priuare dominio bonorum suorum. Vide Molinam *tom. 1. disp. 105. & 106.* Coninch. *disp. 31. de bello dub. 2. num 54.* Castrum Palaum *tom. 1. tract. 6. disp. 5. punct. 3. n. 7.* & alios.

3. Notandum est tamen, quòd licèt hæc opinio sit amplectenda; illa non obstante Ecclesia habet ius ad arma mouenda in infideles, si vi & armis iter occludant Prædicatoribus fidei.

4. Dico igitur primò. Infideles non permittentes in suis Regnis Prædicatores fidei, posse iustè ab Ecclesia debellari. Vide Fagund. *in Decal. tom. 1. cap. 33. n. 20.*

5. Dico secundò. Non posse Papam conflare exercitum ex Clericis, & Ecclesiasticis viris ad compescendum infidelem, nisi alias timerentur in Ecclesiam damna; sed hoc munus esse sæculari Principi mandandum: quia est alienum institutum à Clerico & Religioso arma mouere.

6. Dico tertiò. Potestatem impetendi Principem infidelem non esse penes Reges aut Regna; sed penes Papam. Potest quidem Rex, dum Pontificem consulat cogere Paganum, ne Regno Prædicatores interdicat; sicut quilibet potest innocentem tueri. In quo sensu Aragonem accipio *art. 8. dub. 3. Corollario 1. & 3.* At verò regni inuestitura, & ius ad illud sibi adiungendum, aut alicui donandum; non est nisi penes Pontificem Romanum: quod eruditè probat Pater Suarez *disp. 18. sect. 1. num. 7.* Probatur primò exemplo Regum atque Pontificum: Castellanus & Lusitanus præfigente limites Alexandro sexto, partiti sunt Indorum oppugnationem: idque constat ex historiis antiquioribus. Vide Fagundez *vbi suprà.*

7. Probatur secundò à priori: quia nullibi Regis est ius directè aut indirectè in aliorum regna: directè: res est clara; sunt enim plerique infideles verè domini suorum Regnorum: neque indirectè. quia hoc ius oritur indirectè ex iure directo prædicandi Euangelium, sed hoc ius non est Regi sæculari: ergo nec ius indirectum spectat ad eum

8. Probatur tertiò, Quia in ea esset occasio Principes fideles turbandi; multi enim specie religionis impeterent infidelium Prouincias, & contenderent de illarum oppugnatione, & in Ecclesiæ filios verterentur arma, quæ essent mouenda in hostes. Item vicinus infidelium sibi timeret, ne fidelis Princeps potentior infideli propè accederet ad suas Prouincias, easque inuaderet. Quapropter oportuit, vt ad vnum caput hæc iura disponenda reuocarentur. Et hæc omnia docet Hurt. de Mend. *volum. 1. disp. 75. sect. 1. §. 3. per mendum 43.*

9. Qui etiam postea *in §. 15.* docet, non posse Ecclesiam Prædicatores mittere cum exercitu ad prædicandum: nec eo titulo posse Principes fideles erigere munitiones in Prouinciis infidelium: sed expectandum est, qua ratione ipsi Prædicatores excipiunt. Et rationem adducit. Quia Euangelium non alia ratione est prædicandum, quam à Christo præceptum est: sed hæc ratio prædicandi est contra rationem à Christo præceptam: ergo, &c. Minor probatur *ex cap. 1. Matthæi.* Vbi Christus mittens Apostolos ad prædicandum, eos mittit non solùm exarmatos præsidio militum, sed etiam inermes, non imperatoria ratione minitantes populis ferrum & ignem; sed agnorum more inter lupos, quorum vngues non semel essent experturi. Nec verò illa præcepta fuerunt de missione prima in Paganos, Israëliticos; sed etiam de secunda in orbem, vt contra Hæreticos, & nonnullos parum consideratos Catholicos, doctè ex S. Ambrosio, Augustino, Hieronymo, & aliis Pater Maldonatus obseruat. *in Matth. capit. 10. v. 9.* Præsertim, *Ecce ego mitto vos, sicut agnos in medio luporum,* accipienda sunt aut solùm, aut potissimum de secunda missione: quia Apostoli in ea prima missione non lupos experti; sed amicos conciues: à quibus discessere gloriantes: nec tunc traditi sunt à parentibus, nec damnati à Regibus. Sup. hoc infra in Ref. 16.

10. Sed, vt verum fatear contra Hurtadum, placet mihi affirmatiua sententia P. Suarez *de charitate disputat. 18. section. 1. num. 8.* Solorzani *de Indiarum iure lib. 2. cap. 18. num. 11. & sequent.* & aliorum penes ipsum asserentium posse hodie Principes Christianos ad conuertendos Barbaros mittere Prædicatores cum sufficienti exercitu, non vt bellum inferant, sed vt Prædicatores securi incedant, turrésque & arces munitas in terminis Prouinciarum infidelium construere, vt facilior & securior aditus, & exitus fidelibus pateat: dummodò tamen priùs tales infideles blandè & pacificè de audienda & recipienda prædicatione moneantur. Quod si renuerint, an debellari possint paulò infrà videbimus. Infra in Ref. quæ hic est prima post seq.

RESOL. XV.

An licitum sit inferre bellum Infidelibus committentibus Idololatriam, & violantibus iura naturalia, maximè si accedat authoritas Summi Pontificis? Ex p. 6. tr. 4. Ref. 16.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Castrus Palaus *tom. 1. tract. 6. disp. 5. punct. 3. num. 7.* qui citat Bonacinam, Molinam, Valentiam. Coninch & Suarez, quibus adde Villalobos *in summ. tom. 2. tract. 5. difficult. 4. n. 14.* vbi sic ait. [La verdad es que estos pecados non son causa bastante para dar guerra justa. El fundamento es, que para castigar vno ha de ser superior suyo el que le castiga, ò a de hauer recibido agrauio del que en tal caso es juez suyo, no hauiendo superior, y ninguna d'estas razones se halla a qui y assi como el Rey de España no tiene a su cuenta el castigar semejantes delitos en las naciones, que no le estan sujetas, lo mismo se ha de dezir à qui. Y no obsta el lugar del Deuteronomio citado: porque alli tuuieron los hijos de Israël especial y expresso mandado de Dios, què es Senor vniuersal de todo, y quiso castigar aquellas gentes por sus delitos: loqual no pueden hazer los Principes, sino es quæ sean sus subditos.] Et ita hanc sententiam præter Doctores citatos tenet Caietanus *in 2. 2. q. 66. art. 8.* & Bannez etiam *in 2. 2. q. 10. art. 10.* Turrianus *tom. 1. in 2. 2. disp. 51. dub. 2.* Sotus *in 4. dist. 5. q. 1. art. 10.* & alij.

2. Sed non desunt Doctores affirmatiuæ sententiæ adhærentes,

adhærentes, vt Innocentius *in cap. quod super de vot. n.4. & 9.* & *ibi* Anchatanus & Abbas: idem Ancharanus, & Boichus *in c. gaudemus de diuortiis.* Zabarella *in Clement.* 1. *de testib. num.6.* Syluester *verb. Indaus num. 4. verb. infidelitas quæst. 8. & 9. & verb. Papa quæst.7.* Armilla *verb. infidelitas.* Tabiena *eod. verb. num.* 32. & 33. Maior *in 2. sentent. distinct.* 44. *quæst.3. & in 4. distin. 15. quæst.4. art.1.* Mastrillus *de Magistr. lib.1. cap.9. num.10.* & alij. Quorum sententiam probabilem putat Ioannes Solorzanus *de Indiarum iure lib.2. cap. 15. num.16.* vbi sic asserit. Superest vt de tertio membro dicamus, scilicet de peccatis, quæ ab istis Indis passim perpetrari probauimus, Deum verum non colentes, nec cognoscentes, & fœdis suis ac spurcis moribus omnia naturalis iuris præcepta turbantes, & transgredientes. Et in hoc quamuis auctores, vt vidimus, maximoperè digladientur, satis probabilem censeo Innocentij, & sequacium opinionem, qui propter hæc crimina puniri & debellari posse à Christianis Principibus de licentia Summi Pontificis tradunt, si moniti ab illis non desistant: quod tenuit, & latè contra Victoriam defendere conatus fuit insignis noster Gregorius Lupus *in l.2. tit.23. part.2. gloss. magn. columna.16. vers. ego verò*, dicens hanc sententiam esse communem omnium Canonistarum & Legistarum, & aliquorum Theologorum. Et adeò certum esse concludit Martha *in tract. de iurisdictione 1. part. cap. 24.* vt piaculum dicat de ea dubitare, & Marquardus *in tract. de Iudæis & infidelibus 3. p. c. 1. n.39.* vbi aperte inquit, quòd non peccarunt Hispani, qui punierunt Indos delinquentes contra naturam. Hucvsque Solorzanus.

3. Nota tamen, quòd idem Solorzanus hanc sententiam affirmatiuam absolutè tenet sub quadam distinctione, quam etiam admittit Azorius *lib. 8. instit. Moral. cap.24. q 9.* & eam sequens, & transcribens Frater Thomas à Iesu *de procuranda omnium gentium salute lib.5. dub.4. pag.207.* dicentes, quòd licèt infideles iustè puniri nequeant, vbi id ius naturæ non seruant, quod debitum Deo cultum & honorem tribuendum præscribit. Si tamen illud aliud ius eiusdem naturæ dissoluant, perrumpant, & negligant, quod cuique homini reddendum, quod suum est, iubet; & alijs non fieri, quod nobis fieri nollemus, tunc iure optimo puniri possent; vt si furta, latrocinia, adulteria, homicidia, falsa testimonia, incestus, stupra aut ipsi perpetrarent, aut liberam facultatem huiusmodi mala perpetrandi concederent, vel passim in subditis sine vlla pœna ac supplicio permitterent. His etenim legibus naturæ violatis planè consequitur, vt innocentes multis damnis; incommodis & malis afficiantur, communisque humanæ Reipublicæ salus, pax & tranquillitas in tuto consistere nequeat. Pro quibus defendendis licitum est vi & armis aduersùs quoslibet infideles certare.

4. Verùm quicquid sit de his opinionibus: de quibus ad partes nouissimè agit Fagundez *in præcepta Decalogi* omnino videndus *tom.1. lib.1. c.33. à n.28.* si non solùm Idololatria in infidelibus reperiatur, sed sæua quoque & efferata tyrannis; humanæ carnis inglunies, & cruenta, & execranda innocentium sacrificia, quæ quidem olim Indi, vt plurimum frequentabant: tunc veriorem & probabiliorem eorum sententiam existimo, qui ob has iniurias, & oppressiones tollendas, bellum aduersus omnes infideles permittunt: quamuis nobis subiecti non sint, & procul positi auxilium nostrum non exigant, & sua sorte contenti viuere dicantur. Et ita docet Molina *tom.1. tract. 2. disput.106.* Bannez *in 2. 2. quæst.10. artic.10.* Victoria *de Relect. 2. de Indis, num 15.* & Ideò Hurt. de Mend. *volum. disput.75. sect.1. §. 22.* sic ait. Quod obiicitur de Regibus Hispanis, est ob exterorum inuidentiam. Conquisitus est nouus orbis, cuius incolæ non homines, sed feræ videbantur, Reges per tyrannidem passim suos occidere & immolare Diis: nec ex humano more, sed ferino administrare Regna: quibus de causis posse eos illis priuari nullus negat, opprimunt enim insontes, & sunt Regno perniciei, non saluti: priuatos autem Indos nullus priuauit bonis, nisi ob delicta: quòd si Regij Ministri per iniustitiam aliquid faciunt, puniuntur à Rege, cùm deprehenduntur: quia verò Atabaliua Rex Peruanorum non repugnauit Prædicationi, eius neptis Illustrissima Marchionissa Oropesæ nomine *Cola* apud ipsos Reginam sonante, iure contendit damnorum compensationem, quæ à Philippo III. est facta: quæ visa est ex Christiana lege esse satis. Ita Hurtad.

RESOL. XVI.

An sit iustus titulus bellandi, si infideles nolint excipere Prædicatores Fidei, sed illos occidant, & liberum transitum in aliis Prouinciis ad prædicandum denegent?

Et de aliis septem casibus agitur, pro quibus licitum est infidelibus inferre bellum. Ex part.6. tract.4. Resol. 17.

§. 1. Respondet affirmatiuè: nam licèt infideles nec mediatè, nec immediatè possint cogi, vt fidem & Baptismum suscipiant, vt suprà diximus: vbi tamen coactio ad hoc non dirigitur; sed eo tantùm tendit, vt infideles ipsam fidem sibi à Catholicis Prædicatoribus annunciandam & proponendam, quietis & attentis animis, atque auribus audiant; & seriò de ea recipienda, vel respuenda deliberent, nostrósque hoc tam vtile & salutare commercium erga illos exercere volentes, tutò & fido hospitio recipiant, vel liberum transitum ad alias prouincias concedant, in quibus Euangelium annunciare, & propagare desiderent: frequentissima & verissima est omnium ferè Theologorum & Iurisperitorum opinio, quæ docet talem coactionem licitam esse: atque adeò iure optimo posse his de causis infidelibus bellum inferri, qui proternè fidem audire recusant, vel eiusmodi pias & laudabiles expeditiones impediunt: dum tamen priusquam ad illud deueniatur, omnia alia media tententur, quæ ad manus Apostolorum Apostolicè & pacificè obeundum concurrere potuerint.

Supra in Ref. quæ hic est prima post præteritam, § 5. Qui etiam.

2. Et ideò Victoria *in Relect. 1. de Indis à num.36. & in Relect. 2. à num.1. vsque ad 12.* concludit Indos & quoslibet infideles ad fidem audiendam teneri, ac proinde à peccato mortali non excusari; si rogati & admoniti, vt audiant pacificè loquentes de rebus spectantibus ad Religionem, ac de ea maturè deliberent, id facere nollent: quia tenentur, inquit, saltem audire, & consultare; etsi hoc impediant, & Hispanos inter se ad commercia & prædicationem non admittant: neque aliter Religionis negotium procurari valeat, hic titulus iustissimus est ad eos debellandos & conquirendos, terrásque ac prouincias eorum occupandas, nouos dominos creandos & antiquos deponendos, & reliqua alia iura belli prosequenda, quæ in aliis bellis iustis licitè fieri possent.

3. Hinc Seraphinus Freitas *de iusto Imperio Asiatico, cap.9. num.6. & 7.* licèt infidelium debellationem non omninò probet, ob id tantùm, quòd fidem audire recusent: benè tamen admittit, quod si nobis prædicationem impedirent, aut alios volentes illam audire, & forsan fidem suscipere ad nos accedere prohiberent, nec sinerent Prædicatores loqui

verbum Dei fine vi ac fraude volentibus audire, iure possemus eorum violentiam etiam armis propulsare; & bello si opus esset, illato acriter coërcere: quia omninò semper manet ius integrum Ecclesiæ ad prædicandum in quolibet Regno, & defendendum innocentes, vt sic dicam, id est, particulares personas, quæ voluerint audire verbum, & ita nulla fit in tali casu coactio ad audiendam fidem, sed solùm ad non impediendam Euangelij prædicationem, nec eos, qui voluntariè illud audire voluerint.

4. Dicendum est igitur cum Bannez *in 2.2.quæst. 10. art. 10.* Infideles iure compelli, ne vllo modo Christi fidem impediant. Et ex hoc sequi, quòd si Nuncius Euangelij perueniat ad exteras & barbaras nationes, & impediatur prædicare populis a Principibus illarum nationum: tunc potest Princeps Christianus, vt Minister Pontificis, debellare illos Principes, ne impediant Prædicatorem: hoc enim non est compellere ad audiendum, sed defendere innocentes, quosdam quidem ad prædicandum ius habentes, quosdam verò, quia ius habent ad audiendum, si velint.

Vide etiam Molin. *tom. 1. tract. 2. disputa. 105.* Salonium *in 2. 2. tom. 1. tractat. de Dominio quæst. 3. articul. 1.* & alios quos citat & sequitur eruditissimus Solorzanus *de Indiarum iure lib. 2. cap. 20. per totum.*

5. Et ad confirmationem omnium supradictorum non desinam hîc etiam apponere verba Reginaldi *tom. 2. lib. 21. cap. 8. numer. 94.* vbi sic ait. Sex sunt casus, quibus licitum est inferre bellum infidelibus, non quidem ob solam infidelitatem, sed ob aliquam circumstantiam ei annexam. Primus est, quando infideles possident terras, quæ olim erant Christianorum; quo titulo Christiani inferunt bellum Turcis. Secundus, quando infideles inferunt iniurias Christianis, vt ipsi Turcæ solent. Tertius, quando adducunt Christianos à vera Religione, quæ causa assignatur in Deuteronomio locis citatis. Quartus, quando infideles impediunt liberam prædicationem Euangelij. Potest enim tunc illis inferri bellum anctoritate Ecclesiæ, quæ cùm à Christo potestatem acceperit prædicandi Euangelium per totum orbem Terrarum *Matth. vltim. & Marc. vltim.* is qui prædicationem huiusmodi impedit, infert Ecclesiæ iniuriam, quam bello propulsare potest. Qua de re pluribus Victoria *Relect. de Indis sect. 3. num. 9. & aliquot sequent.* Qua in re immorari non est necessarium ad nostrum institutum. Quintus casus, quando infideles, qui Principi Christiano subsunt, leges ipsis ab eo præscriptas legi naturæ consentaneas obseruare nolunt. Sextus, quando Princeps infidelis nulli fideli subditus committit peccata, quæ non tantùm sunt contra Deum, sed etiam contra proximum. Tunc enim Princeps Christianus potest ei bellum indicere, si admonitus nolit desistere. Hucusque Reginaldus.

RESOL. XVII.

An licitè indicatur bellum Infidelibus ex titulo donationis obtenta à Pontifice de eorum Prouinciis? Ex p. 6. tr. 4. Res. 18.

§. 1. NEgatiuam sententiam mordicus tenet nouissimè Ioannes Gryphanius *tract. de insulis, cap. 24. num. 59. & sequent.* qui inuehitur in donationem factam ab Alexandro sexto Regibus nostris Hispaniarum de orbe nouo. Probat hanc suam sententiam: quia si illæ insulæ erant occupatæ, & suis cultoribus inhabitatæ, non poterat ipsis dominium, imperium, ac libertas, aliáque quæ habentur iura, non præcedente læsione aliqua, sine insigni iniuria adimi. *leg. id quod nostrum, de regul. iur. suprà cap. 22.* quia donatio de alieno esset *leg. 14. Cod. de donationib.* quæ furti speciem sapit. Gloss. *in leg. 1. Cod. si aduersùs venditorem, leg. si pignori, de furt. cap. 1. 14. quæst. 5. per tot.* Quod in prouerbium transiit de alieno corio latas corrigias facere. Neuiz. *lib. 1. Sylu. nupt. num. 118.* Multò minùs ex aliena iniuria aliquid dandum est. Ne quod detur quidem, gratum esse donum potest; quod enim qui det, vbi vellet ablaturum esse sciat, ait Liuius *lib. 5. Decad. 5. in fine.* Qui enim nocent aliis, vt in alios liberales sint, in eadem sunt iniustitia, vt in suam rem aliena conuertant. Cicero 1. *Officior. num. 9.* Ipse Papa *in cap. 26. extra de decim.* talem constituit regulam, quòd nulli liceat aliena concedere præter domini voluntatem. Eodem ergo ipse quoque vti debuerat argumento *leg. 1. quod quisque iuris.* Et pati legem, quam ipse tulerat, iuxta distichon Catonis approbatum *in cap. cùm omnes 6. de constitut.* Speculator *titul. de Aduocat. §. 4. numer. 5.* Vt taceamus quòd tota conclusio falso præsupposito nititur: quia Pontifex dominium ciuile mundi non habet, nec vnquam habuit. Hucusque Gryphanius.

2. Sed omninò reiiciendus est, & dictum ius in insulis Indiarum, quod ex largitione Pontificia habet Augustissimus Rex noster, firmant indiuidualiter Malfertius apud Mandellum *consil. 769. volum. 4.* Ginesius Sepulueda *in Apolog. pro Indiar. conquis.* Camillus Borrellus *de Præst. Regul. Cathol. cap. 46. num. 214.* Martha *de iurisdict. Centur. 1. cap. 24. num. 31.* Paramus *de Orig. Inquisit. lib. 3. quæst. 1. num. 145.* & alij, quos citat & sequitur Solorzanus *de Indiar. iur. lib. 2. cap. 23. numer. 68. & sequent.* Adi illum & non pigebit: in quo etiam inuenies solutionem argumentorum, quæ superiùs pro contraria sententia adducit Griphanius.

3. Dicendum est igitur cum Anastasio Germonio *lib. 3. de sacror. immunit. capit. 1. numer. 29.* Francisco Vargas *de auctoritate Pontific. confir. 10. num. 5. & 6.* & aliis; Summum Pontificem, non modò Ciuitates, Prouincias, & Regna, quæ antea Christianam Religionem profitebantur, & deinde fuerunt ab infidelibus vsurpatæ, posse, cui libuerit indubitanter concedere, vt recuperet, sicque faciat: sed ea etiam adiicere posse, quæ Christianorum nunquam fuerunt, ad Christianæ fidei & Euangelij propagationem, & Idololatriæ extirpationem. Et quòd his rationibus motus Alexander VI. ampias istas Indiarum Occidentalium Regiones Catholicis Regibus, Ferdinando & Isabellæ, eorúmque successoribus adduxit: qui ex illa acquisitione omnem omninò iurisdictionem, ac omne Imperium earumdem Prouinciarum sibi iure vendicant; non ipso iure, nec iure belli: sed Romani Pontificis auctoritate, quare iustè dicuntur possidere, *argumento leg. iustè possidet ff. de acquiren. possess.* Vide etiam Solorzanum *vbi sup.* egregiè disputantem de potestate Pontificis, & ad omnia contra respondentem.

RESOL. XVIII.

An licitum sit indicere bellum Hæreticis propter solam hæresim, nisi ab Ecclesia declarentur Hæretici? Ex p. 6. tr. 4. Res. 19.

§. 1. AD hoc dubium ita respondet Becanus *in 2. 2. cap. 25. quæst. 5.* Duo spectari possunt in hæresi. Primò, quòd sit peccatum. Secundò, quòd turbet pacem Ecclesiæ & Reipublicæ. Hoc posteriori

tiori sensus est sufficiens causa belli. Et quidem triplici modo.

2. Primò: si subditi alicuius Regis aut Principis deficiant à fide Catholica, & alios secum trahant in eamdem hæresim; & sic dissensionem faciant in Regno vel Prouincia, potest Rex aut Princeps Catholicus bello eos coërcere, si alius coërcendi modus non suppetit. Sic fecit Moyses, quando pars populi commisit idololatriam in adoratione vituli. Nam bello eos aggressus est, & interfecit triginta tria millia hominum.

3. Secundò: si Rex, vel subditi vnius Regni deficiant à fide Catholica, & conentur subditos vicini regni in eamdem defectionem pertrahere: potest vicinus Rex bello se defendere, & iniuriam sibi illatam vindicare.

4. Sed magis absolutè loquitur Reginaldus *tom. 2. lib. 21. cap. 8. num. 95.* vbi docet iustam causam inferendi bellum esse hæresim: nam olim Deus *Deuteronomij 13.* filiis Israël præcepit, vt Ciuitatem, quæ in tale crimen incurrisset, bello delerent; & ita vniuersi ipsi filij Israël voluerunt bellum inferre filiis Ruben, & Gad, quòd existimassent ipsos recessisse à fide *ex cap. 22. Iosue.* Hanc etiam causam probant Patres relati *23. quæst. 4. cap. displicet, & multis sequentib.* Ratio verò est, quia Hæresis grauissima damna toti Reipublicæ adfert. In qua tamen re obseruandus est ordo iuris; nec enim potest hæreticis bellum inferri, nisi ab Ecclesia declarentur hæretici, *ex cap. cùm secundum leges, de hæreticis in 6.* Post declarationem autem potest quiuis Princeps Catholicus suis subditis, pro iurisdictione, quam in eos habet, inferre bellum, & bona ipsorum occupare.

RESOL. XIX.

An Hæretici iusto bello capti fiant serui capientium?
Et resolutio huius dubij pendet ex illo, an hodie inter Christianos ius captiuitatis cesset?
Et alia curiosa enucleata inuenies.
Et an Militibus sit concessum ab hostibus emptione, vel donatione accipere bona mobilia aliena?
Et aliud pulchrum dubium in §. Sed in ordine huius Resolutionis, explanatum inuenies.
Et deducitur, quod non potest Hispanus Ecclesiasticos Gallos capere, nec Gallus Ecclesiasticos Hispanos, ac eorum bona abripere.
Et quid est sentiendum in dicto casu de bonis Mercatorum Ianuæ à Gallis sublatis, &c. Ex p. 11. tr. 3. & Misc. 3. Res. 1.

Sup. hac q. infra in Res. 30. & inferius in tr. 8. Res. 5. §. vlt.

§. 1. RESolutio huius dubij pendet ex alio, an hodie inter Christianos ius captiuitatis cesset. Et negatiuam sententiam docet Iurisconsultus Henricus Bocerus *tractat. de bello, edit. 3. lib. 1. cap. 15. n. 5.* vbi sic ait: Etiam liberi homines captiuitate in seruitutem capientium rediguntur, *d. l. cum loco, 36. ff. de religiosis l. adeo quidem, 7. in princ. ff. de acquirend. rer. dom. §. penult. Inst. de iure personarum, & §. item ea, quæ ex hostibus. Inst. de rer. diuis.* Idque iuri Diuino non solum contrarium non est, sed etiam omninò consentaneum, quippe quo vsus seruorum, & seruitutis permissus est, siue vetus, siue nouum Testamentum spectes, *Exod. cap. 21. Leuit. 25. Deuteron. cap. 15. Ephes. cap. 6. Timoth. 1. cap. 6. Tit. c. 2. Coloss. cap. 3. & 4. Galat. cap. 5.* Eoque iure in seruitutem rediguntur, qui deuictis hostibus capiuntur. *Deuteron. cap. 21.* Vnde mirari non satis possum, Doctores, qui tradunt, hodie inter Christianos propter charitatem Christianam non esse tolerandam seruitutem, & proinde, captos ex hostibus de consuetudine, capientium seruos non fieri, Bartol. *in d. l. hostes, 4 in fin. ff. de capt. & post lim. reuer.* Angelus *in d. §. item ea num. 2. & 3. Inst. de rer. diuis.* Sed obligari eos dumtaxat ad certam quodammodo speciem homagij, seu fidelitatis, secundum diuersos Gentis cuiusque mores, aut soluere ipsos capienti λύτρον, quod ransonem, seu financiam vocant. Ita ille.

2. Sed mihi placet opinio affirmatiua, quam communiter tenent Doctores, vt amicissimus, & Sapientissimus Caramuel *in Theol. mor. l. 2. num. 548.* Tannerus *tom. 3. disp. 2. quæst. 6. dub. 5. num. 68.* Layman *lib. 2. tract. 3. cap. 12. num. 57.* Villalobos *in Sum. tomo 2. tract. 5. difficul. 13. num. 2.* Trullench. *in Decalog. tom. 1. lib. 5. cap. 2. dub. 5. num. 11.* Malderus *in 2. 2. D. Thomæ, quæst. 40. art. 1. dub. 6. asser. 7.* Lessius *lib. 2. cap. 5. dub. 4. num. 12.* Albericus Gentilis *de iure belli lib. 2. cap. 15.* Euerhardus *vol. 2. cons. 15. num. 15.* Ioannes Harprechtus *in instit. Inst. tom. 2. l. 2. tit. de rerum diuis. & acquis. §. item ea quæ ex hostibus 27. num. 10.* & Angelus *num. 2. & 3.* Mynsingerius *num. 4.* Schneidevvin *num. 2.* Gilkenius *num. 6.* quibus etiam adde eruditum Iurisconsultum Hispanum Balthazarem Ayalam *de iure, & officiis bellicis lib. 1. cap. 5. num. 19.* Alciatum *in l. hostes, ff. de verb. signif.* Boëtium *decis. 178.* Demauderium *in praxi crimin. cap. 82. num. 7. & 8.* Couarruuias *in cap. peccatum part. 4. de reg. iur. in 6. part. relect. §. 11. num. 6.* Quibus omnibus adde Besoldum *in Synop. Polyt. Doctrin. lib. 1. part. 2. cap. 12. num. 32.* Georgium Bechtium *tract. de Scur. & sal. conduc. cap. 4. num. 88.* Fabrum Capycium Galeotam *resp. Fiscal. 13. num. 147.* & nouissimè eruditissimum Nicolaum Vernulæum *in Politica lib. 4. tit. 10. cap. 12.* Itaque hodie inter Christianos propter charitatem Christianam, & quos magis fratres inuicem, quàm seruos esse decet, ius captiuitatis, & postliminij cessat: ac proinde etiam iustissimo bello capti de consuetudine generali, capientium serui non fiunt.

3. Verùm difficultas est, an hoc priuilegium extendatur ad Hæreticos; & negatiuè respondet Iacobus Granado *in D. Thomam 2. 2. contr. 3. tract. 13. disp. 4. sect. 8. num. 72.* vbi sic asserit: Dico secundo, licitum est in bello iusto subiicere seruituti innocentes, qui pertinent ad Rempublicam, aduersus quam geritur iustum bellum; quia id pertinet ad supplicium, quod iustè bellans sumere potest de hostibus; non enim solùm punire potest in se ipsis, sed etiam in partibus, & bonis suis, quamuis in his culpa non fuerit: excipe tamen si bellum sit Christianorum cum Christianis, tunc enim non fiunt captiui (quod intellige de Christianis Catholicis, non de Hæreticis) licet detineri soleant, donec detur in præmium aliqua pecunia capientibus eum. Ita ille.

Sup. hoc lege doctrinã Res & §. not. prætereũ.

4. Sed, pace viri docti ego affirmatiuæ sententiæ adhæreo, quam tuetur Sylu. *in 2. 2. D. Thomæ, q. 40. art. 1. quæritur, 3. concl. 4.* Suar. *de Charitat. disp. 13. sect. 7. num. 13.* Trullench. *in Decal. tom. 2. l. 5. c. 2. dub. 5. num. 10* Hurtadus *vol. 2. disp. 169. sect. 11. §. 114.* & Ioannes Vvigers *in D. Thomam 2. 2. q. 40. art. 1. dub. 5. num. 67.* vbi ita ait: Obseruandum est tamen inter Christianos, quasi iure Gentium esse receptum, vt capti bello non efficiantur mancipia, quamuis possint iustè detineri, vt puniantur, si nocentes sint, vel pretio, seu litro redimantur. Priuilegio autem hoc ex consuetudine fruuntur etiam Hæretici, quia saltem aliquo modo Christum, & libertatem per eum nobis datam profitentur: non sic verò fruuntur illi Apostatæ, qui recedunt omninò à professione Christiani nominis, sed ex consuetudine tales bello capti, aut superati, etiam in seruitutem rediguntur.

Ita

Ita ille: Cui adde Bannez *in 2.2. quaest. 40. articu. 1. dub. 12. ad 1. argum.* Caspens. *in Cur. Theol. tom. 2. tractat. 17. disput. 7. sect. 1. numer. 17.* Ledesmam *in Summa, tom. 2. tract. 3. cap. 13. conclus. 36.* Non est igitur audiendus doctus Granado; licèt eius sententiam post haec scripta inuenio docere etiam Ægidium Trullench *in Decal. tom. 2. l. 2. capit. 2. dub. 5. num. 10.*

Sup. hoc infra in Ref. 33. §. vlt. & in to. 6. tr. 3. Ref. 126. § 2. carsim in fine & in tom. 8. tr. 7. Ref. 34. §. Non deserâ, à vers. qui recte.

5. Sed hîc obiter quaero, an militibus sit concessum ab hostibus emptione, vel donatione accipere bona mobilia aliena. Et affirmatiuè respondet Emanuël Sà *in primis editionibus verb. bellum, num.* 4. Cuius sententiam mordicus tenet doctissimus Dicastillo *de iust. lib. 2. tract. 2. disput. 10. dub. 17. §. 8. num. 427.* vbi ita ait: Putant verò aliqui, hoc priuilegium esse concessum tantùm militibus haec bona ab hostibus capientibus; non tamen si emptione, aut donatione accipiant, quia tunc putant debere prioribus dominis restitui. Verùm mihi placet quòd docet Sà *loco citato in primis edition.* standum scilicet in hac re consuetudini; solet enim esse consuetudo in locis maritimis, vt id fiat. Haec Dicastillo.

6. Sed pace tanti viri, opinio Emanuëlis Sà, numquam mihi placuit, & nominatim contra illum insurgit Castrus Palaus *tom. 1. tract. 6. punct. 4. num.* 27. ita asserens: Aduerto, hoc priuilegium esse concessum militibus haec bona ab hostibus eripientibus, non tamen si emptione, aut donatione accipiant, quia tunc debent prioribus dominis restituere: esto contrarium placeat Emanuëli Sà *loco cit. edit. Complut.* quod in Romana expunctum est. Haec Palaus: cui adde Trullench *in Decal. tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 5. num. 5.* Bassaeum *in Flor. Theol. bellum num.* 19. Itaque assero, quod si credatur, dominum non esse recuperaturum rem ab hostibus malè possessam, vt ferè semper contingit, poteris eam ab illis vili pretio emere, ea intentione, vt si dominus comparuerit, illi reddas, quia in hoc nullam illi irrogas iniuriam, sed potius vtiliter eius negotium geris: Quapropter, si ipse postea velit rem tibi reddi, reddere tibi debet pretium pro illa datum, tam in foro conscientiae, quàm exteriori. Tum quia hostis non tenetur de euictione, tum quia nomine ipsius, & ex praesumpta eius voluntate pretium dedisti. Idem est dicendum de iis rebus cultui Diuino dicatis, quas Haeretici vsurpant à Catholicis, & vili pretio vendunt; poteris, inquam, illas emere, ex praesumpta dominorum voluntate: Credendum enim est, dominos Catholicos potius velle, vt vili pretio emantur, & cultui Diuino applicentur, quàm quod ab Haereticis detineantur, & in vsus prophanos insumantur. Et haec omnia tenent Molina *disput.* 118. Vasquez *Opusc. de restit. cap. 9. §. 2. dub. 5. num. 28.* Bonacina *de restit. disput. 2. quaest. vltim. sect. 1. punct. 12. num. 14.* Reginaldus *tom. 1. lib. 21. cap. 8. sectio. 4. num. 117.* Granado *in 2. 2. contro. 3. tractat. 13. disputat. 4. section. 9. numero* 81. Arriaga *in curs. Theolog. tom. 5. disput. 58. sect. 4. num. 53. & alij, vbi infra.* Verùm in fauorem amicissimi Patris Dicastillo, non desinam hic adnotare, eius sententiam, & Emanuelis Sà, tamquam probabilem admittere Tannerum *tom 3. disput. 6. quaest. 6. dub. 9. n. 77.* in fine, & quidem Doctores circa praesentem materiam multùm deferunt consuetudini. Vide Hurtadum *de Char. vol. 2. disput. 169. section. 12. §. 127. in fine.* At ego, vt dixi, contrariae sententiae Castri Palai, & aliorum adhaereo.

Sup. hoc lege doctrinâ Ref. & §§. seq.

7. Sed in ordine ad materiam, de qua dictum est in hac resolutione, dum haec scribo accidit casus. Plures venerabiles Religiosi Hispani ex inclyta Societate Iesu, & inter illos celebris, & numquam satis laudatus Pater Petrus Pimintel veniebant ad Comitia Generalia, Romae celebranda, super duas naues Ianuensium, & Hamburgensium, quae aggressae, & post longum praelium à militibus Gallis captae fuerunt, qui ad Tolonum cum praeda reuersi, per multos dies dictos Religiosos ibi detinuerunt, & omnia, quae secum adducebant ab illis abstulerunt, & vt pecuniam inuenirent, impudenter, ac parum modestè eorum corpora exquisierunt. Non defuit aliquis Aulicus, qui asseruit, hoc licitè à dictis militibus factum fuisse, quia ardet bellum inter Regem Gallum, & Hispanum; sed dicti Patres erant Hispani, ergo; O sciola, & frigida consequentia! Dico igitur, supradictos milites commisisse peccatum furti, & incidisse in Canonem, *Si quis suadente diabolo*, & ad restitutionem bonorum ablatorum teneri. Nam, licet bellum extet inter Gallum, & Hispanum, non potest Hispanus Ecclesiasticos Gallos capere, ac eorum bona abripere, nec Gallus Ecclesiasticos Hispanos. Et ratio est clara; quia bona Ecclesiasticorum sunt bona innocentium, quae ob delictum alterius occupari non possunt: tum quia sunt specialiter dedicata, & à iurisdictione seculari exempta, ac proinde non debent ob delictum aliorum grauari: tum quia Ecclesiastici partem constituunt distinctam à Republica ciuili. Ergo propter eius culpam puniri non debent. Sic ex communi sententia docet Valentia 2. *disputat. 3. quaestion. 16. punct. 3. versicul. hic autem.* Suarez *disputat. 13. de Charitat. section. 7. numer. 14.* Coninch *disput. 31. dub. 7. numer. 118.* Bonacina *disputat. 2. de restit. quaest. vltim. section. 1. punct. 12. §. 3. num. 18.* Molina *disputat. 121. conclus. 3.* Filliucius *tom. 2. tractat. 29. cap. 9. num. 187.* Hurtadus de Mendoza *vol. 2. disput. 169. section. 12. §. 127.* Petrus Marchant. *in Tribun. Sacramen. tom. 3. tract. 6. tit. 2. quaest. 3. concl. 3.* Becanus, *de Char. capit. 25. quaest. 12. numer. 1. & quaest. 12. numer. 6.* Syluius *in 2. 2. D. Thomae quaest. 40. art. 1. quaeritur, 6. concl. 4.* Layman *lib. 2. tract. 3. capit. 12. numer. 11. & 13.* Caietanus *in 2. 2. D. Thomae quaest. 40. art. 1.* Caspensis *in Cur. Theol. tom. 2. tract. 17. disp. 7. sect. 1. n. 18.* Malderus *in 2. 2. quaest. 40. art. 1. dub. 6. asser. 5.* Castrus Palaus *tom. 1. tract. 6. disp. 5. punct. 4. n. 18.* Villalobos *in Summ. tom. 2. tr. 5. difficul. 11. num. 19.* Ioannes Vvigers *in 2. 2. D. Thomae, q. 40. art. 1. dub. 5. n. 59.* Dicastillus *de Iust. lib. 2. tract. 1. disp. 10. dub. 16. §. 7. n. 402.* Bassaeus *verb. bellum, n. 11. & alij penes ipsos.*

Sup. hoc infra in Ref. 26. §. Secundum. & ex doctrina Ref. 27. §. Sed ego. ad medium, vers. Ab hac. & §. Vnde. etiam ad medium, vers. vide etiam.

8. Sed audiamus Patrem Arriaga *in Cur. Theol. tom. 5. disput. 48. section. 4. num. 50.* sic asserentem: Aduertendum, ab ea regula excipi ordinariè Ecclesiasticos omnes, quorum bona non possunt auferri compensationis gratia, quia illi nullo modo censentur pars Reipublicae in ordine ad illud bellum: neque eorum bona faciunt vnum quid cum bonis Reipublicae, sed sunt omnino exempta. Ita ille. Vnde Reuerend. Magister Sacri Palatij Pater Candidus *tom. 1. disquis. 17. art. 8. numer. 2.* tanquam certum firmauit, bona Clericorum ex proposito in bello iusto surripere non esse licitum, quia sunt exempta à Iure. Et tandem Theophilus Alarius *in Can. Conscientiae. libr. 7. verb. bellum, numer. 8.* haec ait: Ciuitate in praedam data, omnia bona possunt diripi; sed tunc cauere debent Duces, ne res Ecclesiasticarum personarum diripiantur; non enim sunt membra Reipublicae, & populi inimici, alioquin tenentur ad restitutionem. Sic ille; qui citat Angelum, *verb. bellum numer.* 1. Itaque Ecclesiastici, Monachi, & Religiosi Hispani, & Galli, quoad bellum inter eorum Reges, non habentur tanquam pars populi; sed tanquam alia pars separata, & exempta: ergo cum fundamentum

tum belli sit iniuria, & supradicti nullam iniuriam contulerint, vt suppono, necessario dicendum est, hostes siue Gallos, siue Hispanos, nec in Ecclesiasticorum personas, nec in bona posse aliquod detrimentum, aut grauamen inferre. Hinc ex Doctoribus Gallis obseruat Alexander Chassaneus Parisinus *lib. 2. Decretal. tit.* 34. quod in personis Ecclesiasticis pignoratiores, & ανεχεσιασμοὶς, siue vt antiqui Græcorum locuti sunt, ανδροληψίας, prohibet Gregorius X. *in cap. vn. de iniur. in 6.* Quod etiam ex Doctoribus Hispanis notauit Hurtadus de Mendoza, *vol. 2. disp. 169. sect. 12. §. 127.* vbi sic ait: Bona Ecclesiastica non possunt diripi à Victore: quia iure gentium in honorem Dei sunt immunia. Idem est de bonis personarum Ecclesiasticarum: si verò aliqua ex illis dedit bello causam iniustam, aut auxilium, eius bona videntur obnoxia prædæ; tum in pœnam delicti, tum in compensationem damni ab ipsa illati; simile enim competio *in gloss. capitis, & si pignorationes, de iniuriis in 6. vers. pragrauantur*, vbi marcha in Clericum, probatur esse interdicta, nisi ipse sit debitor. Ita Hurtadus.

9. Confirmantur superius dicta ex alia doctrina à me alibi allata ex pluribus Doctoribus, nempè, etiamsi Clerici, v. g. Hispani in conflictu belli actu pugnarent contra Gallos, ante obtentam victoriam posse bonis expoliati, imò & occidi; sed post partam victoriam, minimè: Et ideo apponam hîc verba Patris de Ledesma *in summa, tomo 2. tractat. 5. cap. 13. conclus. 58.* vbi sic ait: [De si no es licito tomar los bienes de la Iglesia, ò de los Clerigos Prueuase de el derecho, en el qual se determina que los tales bienes sean exemptos. Pero hase de aduertir, que si los Clerigos actualmente estan peleando, los pueden matar, y despojar: porque entonces los Clerigos se han conuertido en enemigos. Pero alcanzada la victoria no es licito matar los Clerigos, ni despojarlos. Porque el Principe no es juez de los Clerigos; si no es quando estan actualmente peleando. Ita ille. Cui adde Reuerendiss. Candidum *tom. 1. disquis. 17. art. 8. dub. 2.* Si igitur Clerici non subduntur quoad expoliationem bonorum Principi laico, nisi in ipso conflictu belli, quando actu pugnarent, bone Deus quo pacto in casu nostro milites Galli potuerunt capere, detinere, & expoliare dictos Religiosos, qui Romã ad Capitulum Generale pergebant & qui numquam contra Gallos actu pugnarunt?

Alibi infra ex doctrina Ref. 53. in §. penult. prope finem, & in §. vlt. & ex Ref. 64. §. vlt.

10. Sed omnia superiùs dicta audiant præfati milites, contra quos inuehimur, etiam confirmata ab ipsismet Hæreticis Et ideò Hugo Grotius *de Iure belli lib. 3. cap. 11. num. 10.* sic ait In hac classe ponendi sunt hi, qui Sacra curant; nam vt hi ab armis abstinerent, mos ab antiquo fuit gentium omnium: atque ideò vicissim vi in illos temperabatur. Sic Philistæi hostes Iudeorum non nocebant Collegio Prophetarum, quod erat Gabæ, vt videre est *1. Sam. 10. 5. & 10.* & sic ad alium locum, vbi simile erat Collegium, tamquam sepositum ab omni armorum iniuria, cum Samuele confugit Dauid, *1. Sam. 19. 18.* Cretenses, narrat Plutarchus, cum bellis intestinis colliderentur, omnia noxa abstinuisse à Sacerdotibus. Notat Strabo, olim cùm tota Græcia armis ferueret, Eleos, vt poté Ioui Sacros, & eorum hospites in alta pace vixisse. Sacerdotibus meritò hac in parte æquantur, qui vitæ genus simile elegerunt, vt Monachi, quibus perinde ac Sacerdotibus parci volunt Canones, naturalem æquitatem sequuti. Hæc Grotius. Sed quidquid ipse asserat cum omnibus Theologis, in nostro casu Sacerdotes, & Religiosi iniustè, & iniuriosè capiuntur, detinentur, & expoliantur. Et quidem si Iudex Laicus incidit in excommunicationem, si detineat Clericum post delictum commissum vltra 20. vel 24. horas vt ex pluribus firmat Farinacius *de inquis. quæst. 8. numero 118.* & à fortiori concedit Castrus Palaus *tom. 2. tract. 12. disputat. 1. punct. 6. numero 14.* Quid, quæso, dicendum erit de supradictis militibus, qui non per spatium 24. horarum, sed per multos dies tot viros Religiosos innocuos, & innocentes vinctos detinuerunt? Vnde in Censuram Canonis, *Si quis suadente Diabolo*, incidisse non est dubitandum; primò propter captionem, & detentionem dictorum Patrum iniustam, & violentiam, secundò propter ignominiosam actionem, quam circa illos exercuerunt, contrectando immodestè eorum corpora, si forsitan pecuniam absconditam retinerent: Quæ quidem actiones, cùm fuerint statui Clericali nimis iniuriosæ, nemo negabit Censuram dicti Canonis induxisse, per ea, quæ præter alios Doctores docet amicissimus Pater Garzias *in Summa Teolog. mor. tractat. 1. difficult. 3. dub. punct. 2. numero 11. & 13.* vbi sic ait: [Se intiende à qui por manos violentas qualquier accion iniuriosa, ò contumeliosa, hecha contra persona Ecclesiastica, que consista en hecho, ò en obra. De à qui es lo primero que incurre en esta censura el, que detiene, ò encierra à alguna persona Ecclesiastica en carcel publica, ò en lugar particulas aora sea en su misma casa, ò en agena, en esto, ò à quel aposento, como no pueda salir: esta decidido *c. nuper.* iuncta Glossa, *de sent. excom.* y es comun sentir de los Dotores,] Ita ille. Et iam hæc omnia milites Gallos fecisse cum dictis Patribus Societatis apertè constat; ergo in Censuram Canonis incidisse non est dubitandum Nec obstat dicere, quod postea dicti Patres dimissi fuerunt, & solus Pater Petrus Pimintellus detentus, tamquam filius Excellentissimi Comitis de Beneuento. Nam respondeo, quòd fuerunt dimissi post tot iniurias ipsis illatas, & bona ipsorum ablata. Et detentio Patris Pimentel quo pacto potest iustificari? ergo character Sacerdotalis, & exemptio Ecclesiasticorum, quæ ex Iure Diuino eis competit, non habet idem priuilegium cum filiis Magnatum Hispaniæ, quod habet cum aliis? ergo verba Canonis, *si quis suadentes* non includunt Ecclesiasticos primæ, & eximiæ nobilitatis? Sunt nugæ nugarum quæ cogunt nos exclamare, ô tempora ô mores; optimè itaque dixit Zoesius *in Decretales lib. tit. 34. numero 4.* & Balthasar de Ayala *de iure & officiis bellicis, lib. 1. cap. 5. numero 25.* non parcentes Ecclesiasticis in bello, in Censuram Canonis incidere. Vide etiam Canisium in *lib. 2. Decret. tit. 24. num. 8.*

Sup. hoc in tom. 9. tr. 2. Ref. 112. §. vlt. ad medium, à vers. Tertio. & in Ref. 113. per totam, & signanter §. 2. à lin. 5. & in Ref. 115. §. 2. in fine, & ibi in tr. 7. lege Ref. 64. à lin. 5. & pro ignominiosa actione contenta in textu huius §. in tom. 5. tr. 2. ex. Ref. 3. vide §. Sed protsus. & seqq.

11. Sed quid dicendum de bonis mercatorum Ianuæ existensium? idem quod dictum est de bonis Patrum Societatis? Contra enim iustitiam fuerunt ab ipsis ablata, ergo sub peccato mortali tenentur dicti milites restituere. Quod apertissimè probatur; Nam bellum inter Gallos, & Hispanos non abstulit aliis nationibus commercium, cum ipsis de Iure Gentium sit concessum, & proueniens ex his, quæ docet Lorca *in 2. 2. D. Thom. quæst. 40. articul. 1. sect. 3. disput 52. num. 7.* Trullench. *in Decal. tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 3. numero 13.* & alij. Vnde poterant impunè Mercatores Ianuenses, & alij, & cum Gallis, & cum Hispanis Mercatoribus inire contractus, & in eorum Regno peruenire, discedere, seu habitare. Si tamen hoc ipsis interdictum à Gallis, vel Hispanis ex aliqua iusta causa non fuerit, quod non esse prohibitum manifestum est: ergo illicitè dictos milites Gallos bona dictorum mercatorum abstulisse apparet; quia non sunt hostes, nec partes Reipu

Reipublicæ Hispanæ, cum qua Gallus bellum gerit? sed sunt Ianuenses, quorum Respublica cum Rege Gallo a[illegible]itiam exercet.

12. Confirmatur hæc veritas ex doctrina omnium Theologorum, asserentium quòd quando capitur in bello iusto aliqua Ciuitas, pro hostibus habendi non sunt quoad bonorum direptionem peregrini, mercatores, exteri, hospites, & quicumque non sunt partes Reipublicæ hostilis, quamuis in terra illius inueniantur. Ita docet à Victoria *Relect. de Iure belli, num. 36.* & patet ex *cap. Innouamus, de treuga, & pace.* & ibi præter veteres, ex neotericis Canonistis, Canisius, Venatorius, Honorius, Citonius, cum aliis Theologis *vbi suprà citatis*; quibus adde Andream Duuallium Doctorem Gallum, & Professorem Regium in inclita, & celeberrima Academia Sorbonæ *in 2. 2. D. Thomæ, tract. de Charit. q. 16. art. 5.* ergo à fortiori necessario sequitur, in casu nostro non potuisse milites Gallos diripere bona mercatorum Ianuensium innocentium, & actu Ianuæ habitantium. Sed ego plus addo in fauorem mercatorum Ianuensium, & contra dictos milites Gallos, quòd etiamsi dictæ naues essent Hispanorum, & adducerent merces Hispanorum, & simul merces Ianuensium, si captæ fuissent à Gallis, non possent isti retinere merces Ianuensium; sed illæ ipsis essent restituendæ. Ita casum decisum inuenio in terminis terminantibus, vt dici solet, à Georgi Braudlacht Iurisconsulto VVestaphilio in Decade Consultationum post Historiam Pacificationum Austro-Hispano-Gallicarum, *consult. 8. num. 18. fol. mihi 107.* vbi sic ait: Si nauis Hispanica (flagrante bello inter Hispaniarum, & Galliæ Reges) mercibus partim ad Hispanos, partim ad Germanos, aliosue Gallos non hostes populos, pertinentibus, Oceanum pertransiret, & à Gallis militibus caperetur, merces istæ Germanorum, vel alterius tertij, non cederent Gallis militibus, sed vel Germanis, vel dicto tertio, ad quem pertinent, essent restituendæ. Ita ille. Quantò magis idem in casu nostro dicendum est, in quo naues captæ non Hispanorum, sed Ianuensium erant, & mercimonium tertij innocentis adducebant. Et ideò hanc sententiam docet etiam in terminis Hugo Grotius, *de Iure belli, lib. 3. cap. 6. num. 5.* vbi sic asserit: Liquet & hoc, vt res aliqua, nostra iure belli fiat, requiri, vt hostium fuerit: nam quæ res apud hostes quidem sunt, puta in oppidis eorum, aut intra præsidia, sed quorum domini nec hostium sint subditi, nec hostilis animi, eæ, bello acquiri non possunt, vt inter cætera Æschinis dicto iam loco ostenditur, Amphipolim, quæ vrbs esset Atheniensium, Philippi bello in Amphipolitanos, ipsius Philippi non potuisse fieri: nam & ratio deficit, & ius hoc mutandi per vim dominij odiosius est, quàm vt produci debeat. Quare quod dici solet, hostiles censeri res in hostium nauibus repertas, non ita accipi debet, quasi certa sit Iuris Gentium Lex, sed vt præsumptionem quandam indicet, quæ tamen validis in contrarium probationibus possit elidi. Atque ita in Hollandia nostra iam olim anno 1338. flagrante cum Asiaticis bello frequenti Senatu iudicatum, & ex iudicato in legem transiisse comperi. Hæc Grotius, cui adde nouissimè R. Z. *de Iure Feciali p. 2. sect. 8. §. 5.* cuius libellus impressus est Lugduni Batauorum anno 1651. apud Philippum de Croi;s. Et ratio horum omnium est; quia vt docet Georgius *vbi suprà* & Ayala *de Iure belli lib. 1. cap. 15. num. 15.* vt res aliqua, nostra fiat iure belli, requiritur, eam hostium fuisse; nam quæ res apud hostes quidem sunt, & in eorum nauibus, castris, ciuitatibus, & prædijs inueniuntur, quarum tamen domini hostes effecti non sunt, illæ per nos bello, & occupatione acquiri non possunt, sed tertio non hosti restitui debent.

Sup. his personis infra in Res. 25 recitātes & cursim in eius §. 1.

13. Dicere autem, quòd ex culpa Capitanei Ianuensis deuentum est ad prælium. Respondeo, quidquid sit de hoc nihil officere pro casu nostro; nam eius culpa potuit quidem transferre ius in Gallos circa eius bona, non autem circa bona aliena innocentum, & transferre eorum dominium in alios. Et ratio naturalis dictat, innocuum non esse puniendum ex culpa nocentis: Pœna enim debet tenere suos auctores, & delinquentes, vt patet ex *l. Sancimus. C. de pœnis l. crimen ff. de pœnis cap. iam itaque quæst. 4. cap. quæris de Cons. dist. 4.* cum aliis vulgatis iuribus. Et hæc omnia superius dicta pro veritate scripsi.

RESOL. XX.

An sit licitum tradere Tyranno aliquam Virginem deflorandam ad tuendam Rempublicam?

Et pro firmanda doctrina huius quæstionis alia in exemplum adducuntur. & infertur, quod quando Medicus, Chirurgus, vel alius exposuit se huic, vel alii periculo absque vrgenti causa medendi pudenda fœminarum, &c. tunc est peccatum mortale, & aliàs secus. Ex parte 11. tractatu 6. & Misc. 6. Resol. 51.

§. 1. Affirmatiuè Respondet Ioannes Pontius *in cur. Theol. disputat. 52. quæst. 5. conclus. 4. num. 25.* vbi sic ait: Licet aliquando directè interficere innocentem. Hæc videtur esse contra communem sententiam. Quamuis non plenè sup. hoc lege tamen in tom. 8. tr. 6. doctrinam Ref. 4. & 5.

2. Probatur: quia posset contingere, quod mors ipsius, & ipsimet, & Reipublicæ esset valdè necessaria: vt si Tyrannus potens vellet destruere Rempublicam aliquam, quæ resistere non posset nisi mitterent ad ipsum caput alicuius innocentis amputatum: in tali enim casu mors illius innocentis esset necessaria, vt conseruaretur Respublica & filij ac parentes ipsiusmet innocentis: sed omnino videtur de iure naturali licitum Reipublicæ ipsum in eo casu interficere: & quamuis vita hominis sit sub dominio Dei, tamen non ita, quin sicut posset Respublica ordinare vt omnes fatentur, vt quis exponeret se etiam manifesto periculo mortis pro salute Reipublicæ, sic etiam posset in casu præmisso interficere se ipsum. Hinc à fortiori patet, Rempublicam posse tradere innocentem Tyranno, ipsum interfecturo, cum aliàs & ipsum interficeret, & Rempublicam destrueret, aut redigeret in seruitutem. Quæ est sententia communior. Hucvsque Pontius.

3. Sed aliquis posset dicere talem virginem exponi periculo proximo consentiendi in copulam, & delectationem, atque ideò hoc esset exponere illam ad peccandum, & ideò Valle de Moura *opuscul. de Ensalm. sect. 2. cap. 17. num. 13.* dicit quod vrgens necessitas non facit quod possit exponere se periculo consensus in violationem legis, à qua nulla necessitas excusat, v. g. consensus in fornicationem, vel in hæresim. Quia inquit non potest quis habere propositum efficax obseruandi legem, dubitans an hic, & nunc sit eam obseruaturus, quia voluntas efficax alicuius finis excludit dubium retardans, vel impediens electionem mediorum. Et hoc videtur docere Diuus Thomas *quodlib. 3. art. 9. ad 3. & in 3. distinct. 17. quæst. 3. articul. 3. quæstiunc. 4.* Sup. hoc in fine §. seq. & in aliis eius not.

ad

ad 5. Sotus *lib.* 5. *de iustit. q.* 2. *art.* 5. *ad* 3. Medina *in summ. cap.* 13. *conf.* 2. §. 9. & alij

4. Respondeo ex virginis necessitate posse aliquem se exponere periculo, & occasione proxima peccandi, sed in nostro casu puella exponeretur periculo peccandi vrgente necessitate maxima, videlicet liberatio Patriæ, & tot cædium, & furtorum, ergo. Probatur maior ex verbis Basilij Pontij *de matrim. lib.* 5. *cap.* 35. *num.* 4. vt dicemus in materia de confessione, licet non expellere domo eam fœminam, quæ est occasio peccandi, quando scandalo eiici non potest, quæ multorum sententia est; & resolui debet pœnitens etsi non eiiciat, si alias sit rectè dispositus. Secutus est Basilicus doctissimum Patrem Henricum Henriquez *in sum. lib.* 1. *de sacram. pœnitentiæ, qui est quartus de sacramentis, cap.* 24. *numer.* 4. Periculum quod extrinsecè adiacet, & tamen expertus est homo se facile ex fragilitate & incautè peccare dum ad certum locum, vel alicuius societatem accedit. Quod periculum quamuis in generali debeat homo vitare, ab eo tamen cùm in se ipso peccatum non sit, sed peccati occisio, excusatur aliquando per impotentiam moralem, quæ occasionem reddit huic homini inuoluntariam, & non imputabilem aut ob aliam notabilem causam excusatur ne statim vitet occasionem. Et in *comment. littera O.* huius reddit rationem. Quia impotentia, & difficultas moralis excusat à voluntario, ac subinde à peccato. Hactenus ibi plures alios authores me etiam citato adducit, & sequitur Pater Thomas Hurtadus *variar. tom.* 1. *tractat.* 1. *capit.* 2. *resolut.* 1. quibus ego addo Iacobum à Graffiis *de arbitrar. confessar.* vbi sic ait: Quod si pœnitens dicat, quod quando tetigit fœminam causa medendi posuit se in probabili periculo pollutionis, respondeat confessarius, an se exposuerit huic periculo absque vrgenti causa, & tunc est peccatum mortale, aliàs secus, vt qui erat necessarium mederi, & aliàs non erat Medicus, & proposuit firmiter se non consensurum delectationi. Neque obstat si dicatur, *qui amat periculum peribit in illo, Ecclesiast.* 3. Nam non dicitur amare periculum, qui necessitate compulsus in illud se coniicit, quia de Diuina misericordia confidere meritò potuit fore vt maius sibi auxilium impendat, quo à lapsu caueat. Et postea. Quod si hoc procedit ex tactu ex sui natura illicito, vt in chirurgo vetenda fœminæ attrectante, multò magis id procedere dicimus in pollutione præter intentionem subsecuta ex tactu licito, quando tactus ille est necessarius, quia cessat periculum consensus. Enim verò tunc caret culpa, & amplexu iuxta patriæ consuetudinem, quo recusato incideret in notam inurbanitatis, ita dixit Thomas Sanchez *lib.* 9. *de debito coniugali disputat.* 45. *numer.* 8. Hæc Graffis. Accedit Emanuel Sà *ver. absol. numer.* 12. *& v. peccatum numer.* 7. vbi sic ait Exponere se moraliter peccandi periculo mortale est, nisi causa aliqua excuset, vt proximi salus, aut necessitas aliqua, tunc enim sufficit nolle peccare.

5. Item etiam docet Seraphinus Freyta *in addit nouissimis ad Acugnam de conf. sollicit. tom.* 1. *lib.* 2. *part.* 3. *tractat.* 19. *document.* 10. *numer.* 6. *in fine*, & Stephanus Baunius *in Theolog. moral.* Diuus Basilius *in constitut. Monast. capit.* 4. qui vrgente aliqua necessitate, & causa, se periculo obiicit, vel permittit se esse in illo, cùm tamen aliàs nollet; non tam dicitur amare periculum, quam inuitus illud subire: & ideo magis prouidebit Deus, ne illo pereat. Dicendum est itaque quod exponere se periculo salutis spiritualis amittendæ, quamuis peccatum sit non tamen ex his peccatis est, quæ quauis circumstantia posita, vel detracta suam deformitatem retinent, sed cuius malitia pendet ab his, aut illis circumstantiis. Quare ea expositio periculi culpa vacabit, quando ex magna fiat, & vrgenti causa. Tunc enim non est amare periculum, sed amare ingens illud bonum, ad quod sine eo periculo perueniri non potest.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 6. Ref. 4. §. Sed plus. ad medium, & in tom. 1. tr. 4. lege Ref. 28. 29. & ex Ref. 30. §. In hoc ergo. & Ref. 31. & ne prætermittas videre Ref. 55. not. huius Ref. vltimæ.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 6. Ref. 11. & in aliis eius primæ not.

Sup. hoc in præterito §. huius Ref. & latè, subtiliter in tom. 8. tr. 6. Ref. 10. & 11. §. vlt. & in Ref. 4. §. Sed plus. & seq. & in to. 2. tr. 6. lege doctrinam Ref. 11. & signanter, à §. 2. & quamuis prælio consimili casu. Vide hic supra §. Responso. huius Ref. & alias eius primæ not. & non pigebit.

6. Sed his non obstantibus casum supradictum ego non amitto contra Ioannem Pontium *vbi supra*, maximè si puella traderetur Tyranno pro semper absque spe redditus, & libertatis. Dicendum est itaque cum Lessio *de iust. lib.* 2. *capit.* 9. *dub.* 7. *numer.* 40. quod in tali casu puella non tenetur ire, vnde nec Respublica potest eam cogere, vel tradere, potest tamen ex vrbe excludere, & non tueri, neque enim cum tanto suo damno tenetur illam protegere, vel apud se retinere: & ita hanc sententiam docet etiam Dicastil. *de iust. lib.* 2. *tractat.* 2. *disputat.* 10. *dub.* 12. *num.* 142.

7. Verùm pro curiosis, & in fauorem Ioannis Pontij non desiam hîc obseruare, Ioannem Vvigers *de iustitia tractat.* 2. *cap.* 2. *dub.* 3. *numer.* 87. non approbare in totum supradictam Lessij sententiam, sic enim asserit; Cæterum non eadem hîc videtur esse ratio Reipublicæ, & virginis, vt scilicet, quod sicuti hæc non tenetur, imò nec potest ire ad Tyrannum, à quo præscit se violandum, ita nec possit Respublica eam mittere, & tradere Tyranno: Declaratur, quia licet nullus debeat, aut licitè possit accedere ad locum, vbi nouit sibi imminere morale periculum labendi in peccatum, tamen si iustam habeat causam accedendi ad locum, vbi præter suam intentionem nouit verisimiliter aliquem alium peccaturum ex occasione præsentiæ illius, non tenebitur idcircò cum suo grauiori incommodo abstinere ab illo loco: & si alter peccet occasione eius, non censebitur hic id voluisse, aut ad illud cooperatus fuisse, sed se habuisse ad illud permissiuè dumtaxat. Quare non videtur quoque Respublica cum suo exitio obligata præcauere illud periculum peccati virginis, quod præter Reipublicæ intentionem eueniet, si in opere consensus eius accedat: quemadmodum & ipsa violatio contra intentionem, & voluntatem est Reipublicæ, quæ tantùm intendit se saluam conseruare vtendo iure suo insistendo talem personam eo loco, vbi eius requiritur præsentia, vt Respublica ab exterminio liberetur. In ipso autem accessu quando virgo inuita ducitur, tunc ipsa non peccat, quia nec in violationem actiuam, neque in eius perpessionem censetur consentire. Quare videtur, quod assumptum obiectionis negari possit Tamen explicandæ materiæ gratia per modum inquisitionis veritatis, non omninò per modum assertionis hæc dicta sunt. Hucusque Vvigers; ideò tu cogita.

RESOL. XXI.

An aliquando sit licitum in bello obsides obsidere? Ex part. 6. tract. 4. Ref. 10.

§. 1. Affirmatiuè respondet Filliucius *tom.* 2. *tract.* 29. *cap.* 9. *num.* 191. vbi sic ait. Licet in bello iusto etiam obsides occidere; si hostes fidem fregerint: ea enim conditione dantur, vt hostes fidem seruent; & aliter pax & securitas ex bello haberi non posset; nec hostes semel deuicti contineri possent in officio. Ita ille.

Sup. hoc in Ref. seq.

2. Sed contrariam sententiam docet Bonacina *de Restitut. disp.* 2. *quæst. vlt. section.* 1. *punct. vlt.* §. 3. *num.* 21. vbi sic asserit. Possunt etiam occidi obsides, quibus non est data fides de salute; si comperti fuerint nocentes:

nocentes: si verò sint innocentes, non possunt occidi: etiamsi illi, qui miserunt, non stent promissis. Hæc ille.

3. Cuius sententiam docet etiam Villalobos *in summa tom.2.tract.5. difficultate 12. num.16.* ita asserens. [Quanto a los que esta andados in rehenes, se hà de dezir, que si los de su parte quiebran las pazes, aunque no los puedan matar los que los tienen en rehenes, si no tienen culpa agora porque son inocentes y no capaces della, ora porque no fueron causa de que los suyos las quebrassen, mas con todo esso los podran detener por cautiuos.] Ita Villalobos, & ante omnes ex Victoria Ludouicus Molina *de iustitia tom. 1. tractat. 2. disput. 120.* & Reginaldus *tom. 2. lib. 21. capit. 8. numer. 114.* Vnde non est audiendus Filliucius.

RESOL. XXII.

An licitum sit occidere obsides, quando aduersarij non stant promissis?

Et an in tali casu, qui occidunt obsides, dicantur innocentes occidere? Ex part. 5. tract. 4. Res. 35.

Sup. hoc in Res. præterita.

§. 1. Affirmatiuè respondet Azorius *tom. 3. lib. 2. cap. 7. quæst. 16.* vbi sic ait. Quæritur an licitum sit occidere obsides, si hostes fidem fregerint? Respondeo esse licitum, nam ea conditione dantur obsides, vt hostes fidem seruent, item quia aliter pax & securitas ex bello haberi non possit: item quia aliter hostes semel deuicti in officio contineri non possent. Ita ille.

2. Non desinam tamen hîc adnotare Bonacinam *de contract. disp. 2. quæst. vlt. sect. 1. pun. 7. num. 2.* contrarium docere, sic enim asserit. Patet neque licitum esse occidere obsides innocentes, licèt qui eos miserunt, non stent promissis. Ratio est, quia intrinsecè malum est occidere directè innocentem. Hæc ille qui pro hac sententia citat Victoriam & Lessium, qui quidem de hoc casu in particulari nihil agunt, solùm ibi asserunt innocentes non esse occidendos, quod Azorius non negat; difficultas est an in tali casu qui occidunt obsides, dicantur innocentes occidere, & hoc probare debebat Bonacina.

RESOL. XXIII.

An in bello licitum sit vti insidiis, stratagemis, & sit standum promissis?

Et quid, si fidem dedisses hosti non vtendi insidiis, nisi forte coactus dedisses, quia tum etiam firmatam iuramento implere debes? Ex part. 6. tractat. 4. Res. 10.

§. 1. Respondeo affirmatiuè: quia hoc nec per se malum est, & sæpè ad obtinendam victoriam aut necessarium, aut valde vtile. Ita Coninch *disp. 31. de bello, dub. 7. num. 109.* & alij communiter. Excipiendus tamen est casus, quo fidem dedisses hosti non vtendi insidiis; quia tunc deberes fidem seruare, & promissa implere, vt optimè dicit Diuus Thomas *in 2. 2. q. 40. art. 3.* Nisi fortè, vt benè obseruat Castrus Palaus *tom. 1. tract. 6. disp. 4. num. 4.* coactus dedisses; quia coactio promissionem annullat; aut si promissio in graue damnum boni communis Reipublicæ vel Religionis cederet; quia tunc etiam iuramento firmata impleri non deberet, vel tandem si hostis violaret in toto vel ex parte fidem vicissim datam. Duuallius *in 2. 2. tract. de charitate, q. 16. art. 8.* addit, quòd si circumstantiæ, & conditiones, cum quibus facta est promissio, mutentur: quarum mutatio si tunc præuisa fuisset, non fuisset facta promissio; aut saltem si fuisset, imprudentiam maximam arguisset; in hoc casu censetur defuisse voluntas promittendi, & sic promissio illa non obligat. Ita ille. Vide etiam circa præsentem quæstionem Layman *lib. 1. tract. 3. c. 12. num. 10.*

RESOL. XXIV.

An liceat totam Ciuitatem Militibus diripiendam dare? Ex part. 6. tract. 4. Res. 21.

§. 1. Per se loquendo licitè aliquando id efficitur; quando scilicet, ipsa obstinatius resistendo id meruit; iudicatúrque necessarium, aut valde expediens, vt milites spe prædæ eam feruentiùs oppugnent, ac aliæ Vrbes deterreantur, ne tam obstinatè resistant. Est communis, & patet ex communi praxi à Principibus sine reprehensione vsurpata. Benè tamen multi notant id sæpè minus conuenire ob multa scelera, quæ milites ea occasione communiter perpetrant: multos vt pecunias extorqueant, crudeliter torquendo, matronis ac virginibus vim inferendo, &c. Ob quæ ea concessio per accidens est illicita, quoties ad supradictos fines non est aliquo modo necessaria. Et si quando concedatur, duces tenentur huiusmodi scelera, quantum possunt, impedire, ea seuerè priùs prohibendo, ac demum puniendo eos, qui in iis fuerint deprehensi. Et ita docet Layman *lib. 2. tract. 3. c. 12. n. 13.* Reginaldus *tom. 2. lib. 21. c. 8. n. 115.* Coninch *disp. 31. de Bello dub. 7. n. 127.* Castrus Palaus *tom. 1. tract. 6. disp. 6. punct. 4. num. 28.* Valentia *tom. 3. disp. 3. q. 16. punct. 3.* Molina *tom. 1. tract. 2. disp. 122.*

RESOL. XXV.

An liceat in bello innocentes occidere?

Et ad firmandam securitatem in futuro, an liceat occidere nocentes, vel innocentes, quorum, reuelatio timetur?

Et in principio huius Resolutionis explanatur qui sub nomine innocentes intelligantur? Ex p. 6. tr. 4. Res. 11.

§. 1. Respondeo innocentes esse infantes, mulieres, Monachos, Conuersos, Presbyteros, Rusticos ad Agriculturam euntes & redeuntes, & in agro laborantes, Legatos & Oratores; Peregrinos, & Exteros, & Mercatores. Hoc supposito.

Sup. concessis in hoc §. cum DD. & rationibus supra in Res. 19. §. Confirmatur hæc.

2. Assero per se, ex intensione non posse hæc damna innocentibus inferri: quia bellum pœna est, & nulla pœna innocenti iustè imponitur. Per accidens autem potest innocentibus damnum inferri; quatenus non cauetur eorum incommodum, & fit aliquid ad comparandam victoriam, ex quo innocentes læduntur, v. g. potest vrbs impugnari iniectis iaculis, & tormẽtorum globis, quamuis verisimile sit aliquos innocentes occidendos esse; possunt euerti turres, aut mœnia subiecto igne sulphureo, etiam si simul nocentes & innocentes corruant, vel opprimantur. Ratio est, quia percussio innocentum tunc accidentaria est, & præter intentionem. Nec tenetur qui iustam belli causam habet, desistere, à consequutione proprij iuris propter incommodum, quod inde in innocentes redundat. Si ergo finis belli licitus est, & media, sine quibus consequi non potest licebunt, Adde talem occisionem non esse belligerantibus imputandam, cùm illam non

non intendant, sed solùm permittant vtentes iure debito.

3. Sed licèt hæc vera sint; aduertit tamen Castrus Palaus *tom.* 1. *tractat.* 6. *disputat.* 5. *punct.* 4. *numer.* 9. & Valentia *tom.* 3. *disput.* 3. *quæst.* 16. *punct.* 3. semper considerandum esse, an finis belli præponderet innocentium morti, & damnis aliis inferendis: quia non est licitum suam vtilitatem propriam cum iactura aliorum grauissima quærere. Et ideò rectè obseruat Lorca *in* 2. 2. *D. Thom. sect.* 3. *disputat.* 54. *num.* 3. ex Syluestro, si quæ damna innocentum nihil referunt ad finem belli, non posse iustè inferri: quare si bellum commodè geri potest absque eo vt innocentes agricolæ bonis suis spolientur, iniustè spoliantur. Et ex Bannez obseruat Villalobos *in summ. tom.* 2. *tract.* 5. *difficult.* 12. *num.* 10. [que si en vn lugar huuiesse gran numero de innocentes, y poco delinquentes non sera licito de obruyrlos à todos por ser mal el mal que sigue, que el bien que se procura.]

Olim in Res. quæ hic est infra 49. & lege etiam, si placet. alias eius not.

4. Vnde ego olim dixi rem fuisse scrupulosam immittere globum igneum in quadam Triremi Turcarum vbi Christiani in maximo numero aderant.

5. Sed hîc obiter quærunt aliqui, an ad confirmandam securitatem in futurum liceat occidere nocentes, vel innocentes, quorum rebellatio timeatur. Quidam concedunt posse occidi vtrosque. Sed innocētibus rigida est sententia: tum quia videntur puniri non propter id quod egerunt, sed quod acturi sunt, quod est iniquum: tum etiam quia incerta est futura rebellio innocentium, & multis aliis modis caueri potest. De nocentibus etiam non existimo licitè occidi propter solum rebellionis periculum, quamuis in eis probabilius timeri possit: quia etiam esset punire propter peccatum nondum commissum; cùm aliter vitari possit periculum. Sed si aliàs essent morte digni, prudenter & consultius fieret occidendo, quàm remittendo pœnam; vt exequendo iustitiam simul etiam prouideatur futuræ securitati. Securitas ergo non est sufficiens causa, vt inferatur mors, est tamen sufficiens, vt non remittatur. Et hæc omnia docet Lorca *in* 2. 2. *disp.* 54. *n.* 8.

RESOL. XXVI.

An bona innocentium possint in bello diripi, & denastari?

Et an huiusmodi bona ipsis postea sint restituenda, præsertim cum sint bona innocentium, qui ad Rempublicam hostilem non pertinent, vt bona Ecclesiarum & Ecclesiasticorum, &c.

Et an tali priuilegio Immunitatis gaudeant omnia bona quorumcumque sint, si in Ecclesiam ad custodiam reponantur?

Et an possit oppugnari Ecclesia, quando est incastellata, idest munita more castri, &c. Ex part. 6. tract. 4. Res. 12.

Sup. hoc in Res. seq. 6. Sed ego. Vique ad medium, & infra in Res. 32. 5. His ergo, cursim ad medium.

§. 1. Respondent communiter affirmatiuè non per se, sed per accidens, in quantum fuerit necessarium ad finem belli consequendum: maximè si credas illis bonis aduersarium vsurum, vt te iniustè opugnet.

2. Sed difficultas est, an huiusmodi bona ipsis postea sint restituenda, præsertim cùm sint bona innocentium, qui ad Rempublicam hostilem non pertinent; & affirmatiuam sententiam à fortiori tenet Lorca *in* 2. 2. *Diui Thomæ*, *sect.* 4. *disputat.* 54. *numer.* 10. & 11. Putat enim in huiusmodi prædationibus non posse lædi innocentes, nisi per accidens: quatenus propter belli impetum, & temporis breuitatem discerni non potest, quæ sint bona nocentium, & quæ innocentium. Quare si certò constaret, quæ sint bona innocentium, non possent diripi: propter quod non licet diripere bona Ecclesiarum, & similia.

3. De bonis autem immobilibus dicendum est posse victores accipere non solùm ea, pro quibus contendebatur, si contentio erat pro possessione: sed etiam omnes belli sumptus, & restaurationem nocumentorum, quæ occasione belli accepta sunt. Hæc autem accipienda sunt de bonis nocentium, præsertim Principis & Communitatis, & possunt accipi de bonis confusis, & permistis nocentium & innocentium. Credo tamen accipi non posse de bonis eorum qui manifestè innocentes sunt. Ita Lorca.

4. Sed ad hoc dubium ita respondet Becanus *in* 2. 2. *capit.* 25. *quæst.* 12. *numer.* 7. Si illa bona consumpta sunt propter necessitatem belli, neque ex illis facti sumus locupletiores, non tenemur ea restituere. Ratio est, quia neque tenemur ex parte rei acceptæ quæ iam periit, & ex qua non sumus facti locupletiores, vt suppono: neque ex parte iniustæ acceptionis, cùm licitè & sine culpa accepimus. Hostes tamen, quia sua culpa fuerunt causa acceptionis, tenentur ad restitutionem: vnde quando paciscimur cum hostibus, vt præstent nobis condignam satisfactionem pro illatis damnis, simul paciscendum est, vt restituant innocentibus, quæ illis ipsorum culpa ablata sunt. Si autem eiusmodi bona non sunt consumpta propter necessitatem belli, sed vel in proprios vsus consumpta, vel adhuc supersunt, tenemur ea dominis sui restituere. Ratio est, quia nullum ius habemus ad eiusmodi bona, nisi quatenus necessaria sunt ad bellum: si ergo vel supersunt, vel consumpta sunt extra necessitatem belli, nullo iure excusamur ab onere restitutionis. Vide etiam Molinam *tom.* 1. *tract.* 2. *disp.* 121. *conclus.* 1. & 2. Valentiam *tom.* 3. *disp.* 3. *q.* 16. *punct.* 3. asserentes licitè innocentes spoliati suis bonis in bello iusto.

5. Verùm licèt contra sententiam negatiuam Petri Lorcæ insurgat Coninch *disputat.* 31. *de bello*, *dub.* 7. *numero* 112. & *sequentib.* tamen illi adhæret Castrus Palaus *tom.* 1. *tractat.* 6. *disputat.* 5. *punct.* 4. *numero* 21. vbi mordicus contendit victoria reportata adesse obligationem restituendi bona innocentium: tametsi ex eorum occupatione locupletior non euaseris., quia innocens, & qui pars non erat Reipublicæ offendentis, non tenebatur tibi donare sua bona, vt tu ius proprium recuperares; quia non eras absolutè & simpliciter pauper, sufficiebat enim ea tibi mutuò dare, atque adeò ex tacito contractu manes obligatus.

6. Sed quicquid sit de hoc, certum est in omni sententia duo valde notanda. Primum, qui culpabiles sint, in omnibus dictis casibus teneri innocentibus restituere omnia damna, quæ hi ratione illius culpæ incurrunt, quia illi sunt horum omnium iniusta causa: immò credo, qui iustum bellum gerunt, non posse scientes vllum damnum inferre innocentibus, quando aliter possunt omninò integram satisfactionem obtinere; quia tunc cùm nulla sit necessitas, cur hi aliorum culpa grauentur, æquitas non patitur hoc fieri.

7. Secundum; excipiendos esse Ecclesiasticos, quos, si innocentes sint, ob aliorum culpam grauari, videtur

Sup. hoc in Res. seq. 5.

Sed ego. ad medium, & in §. Vnde. etiā ad medium, à Vers. Vnde etiam. & latè cùm multis D.D. & rationibus suprà in Ref. 19. §. Sed in Ordine. fi- guanter à medio dicti §. & seqq.

videtur esse contra honorem Religioni, Ecclesiæ, ipsique Deo, cui singulariter sunt dicati, debitum. Præsertim cùm ipsi sint quædam pars Reipublicæ omninò distincta à parte ciuili, nec huius dispositioni subiecta cùm sint exempti à iurisdictione sæculari: quare sæcularium delicta, etiam publica auctoritate commissa, iis nullo modo possunt imputari, aut in eorum grauamen cedere. Quod clarissimum est, si agamus de bonis ipsius Ecclesiæ, qualia sunt omnia ipsius ornamenta, ac sacra suppellex, & bona immobilia; ex quibus eius ministri, ipsa fabrica, ac reliqua onera sustentatur, quæ non sunt priuatorum, sed ipsius Ecclesiæ, atque ideò peculiari quadam ratione ipsius Dei. Ita Coninch vbi suprà *num...*

8. Cùm igitur ex supradictis appareat bona Ecclesiæ & Ecclesiasticorum innocentium in bello occupari non posse; quia sunt specialiter dedicata, & à sæculari iurisdictione exempta, atque ita non debent ob delictum aliorum grauari. Tum quia Ecclesiastici partem constituunt distinctam à Republica ciuili: ergo propter eius culpam puniri non debent. Quæritur, inquam, ex hoc, An tali priuilegio immunitatis gaudeant omnia bona quotumcumque sint, si in Ecclesia ad custodiam reponantur. Et affirmatiuè respondet Syluester *verb. bellum, in fine*, & Suarez *de charitate, disp.* 13. *sect.* 7. *num.* 14. & piè hoc dictum esse existimat Palaus *tom.* 1. *tractat.* 6. *disputat.* 5. *punct.* 4. *num.* 18.

Sup. hoc in Resnon præsentæ in § Confirmantur.

9. Et non desinam hîc apponere verba Reginaldi *tom.* 2. *lib.* 21. *cap.* 8. *num.* 115. vbi sic ait. Quæritur. An licitum sit tempore belli nocere rebus Ecclesiasticis. Responsio est, quòd etsi res Ecclesiasticæ sint exemptæ, vt prædiximus, in tribus tamen casibus milites eis posse nocere. Primus est quando Ecclesiastici miscent se bellis ciuilibus, iuuántque hostes: nam tunc habentur loco hostium. Secundus quem habet Syluester *in verb. bellum*, 3. *quæst.* 6. quando huiusmodi nocumentum infertur non ex proposito, sed quasi præter intentionem, vt quando alia ratione victoria obtineri non potest. In eo casu enim gerentes bellum iustum, quando ex professo hostibus tantùm nocere intendunt, possunt ex accidenti, & consuetudine quadam nocere quoque rebus Ecclesiasticis, ea ratione, quæ proposita est *in præcedenti, quæst.* 1. *in proposit.* 9. Tertius casus est, quando Ecclesia est incastellata, id est munita more castri, quod fieri prohibetur *in cap. Sanctorum Patrum* 30. *quæst.* 1. Sed vt notat Syluester *loc. citat. quæst.* 5. Ecclesia potest duobus modis incastellari: vno modo ad inferendam vim, vel iniuriam hostibus, cósve oppugnandos: istúdque est, quòd *in cap. citat.* prohibetur. Alio modo incastellari potest Ecclesia solùm ad defensionem vel personarum Ecclesiasticarum vel cæterorum Laicorum innocentium, qui non possunt se alio modo defendere: istaque incastellatio Ecclesiæ non est prohibita. Itaque si sit incastellata priore modo, potest expugnari, dirui, incendi. Sin sit posteriori modo, non est eis inferenda vis, neque personis innocentibus, quæ in ea sunt. Possunt tamen auferri omnia arma, & tormenta bellica, quæ ibi congregata fuerint ab hostibus: quia hi postea possunt illis vti. Hucvsque Reginaldus.

Sup. ibi: ex sequentibus in hoc §. in Ref. seq. §. In vno. per totum.

Sup. hoc ibidem, in eodem §.

RESOL. XXVII.

An Reliquiæ in bello possint abstrahi ab Ecclesia sine onere restitutionis?

Et pro firmanda sententia huius quæstionis alij diuersi casus adducuntur pro bonis Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum, & etiam laicorum, si tempore belli reponantur in Ecclesia, ita vt non possint ab illa extrahi, &c. sed iam omnes dicti casus in aliis specialibus, ex latis resolutionibus sunt in hoc ipsomet tractatu appositi. Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. Ref. 74.

§. 1. CAsus est curiosus, & forsitan à nemine pertractatus, nisi ab eruditissimo P. Ioanne Ferrando *in disquisit. Reliquiar. lib.* 1. *cap.* 8. *articul.* 3. quia ad illum affirmatiuè respondet, motus his rationibus, eo quòd inter Christianos omnia bona in bello iusto capta ad capientes iure pertinent: quandoquidem ea lex, & ius belli apud omnes Gentes receptum est, vti ex historiis, Philosophia, Theologia, Iurisque vtriusque scientia testatissimum esse concedit non nemo: hæc enim inter Principes, Respublicas, nationes, & populos vniuersos, quà Infideles, quà Christianos, cómunis consensio tacitè per consuetudinem inducta est, vt bona, quæ in bello iusto capiuntur, capientis sint, neque is profligato bello ad restitutionem obligetur, nisi, inter præliantes exercitus, pactis conuentis aliter cautum fuerit: tunc enim pacis initæ conditionibus religiosè standum est, bonáque expilata legitimis dominis, vtrinque reponenda sunt, ex regula iuris, quà res aliena restituenda est domino. Consequens igitur est, vt veneranda Cœlitum lipsana, quæ in bello iusto inter Christianos gesto, ab hoste victore capta, exportatáque sunt; ad ipsum iure attineant, vt pote legitimum eorum possessorem, ac dominum, nisi aliter inter Imperatores fuerit conuentum (vt hoc nostro æuo factitatum legere est inter Hispanos, & nostrates Gallos) ac proinde ad eorum restitutionem minimè teneatur. Dominium rerum habitarum pro derelictis, (vt fert communis, & vna, eademque Theologorum & vtriusque Iuris Doctorum sententia) acquiritur capienti, quod eas Dominus abiecerit absque vlla spe, ac voluntate recuperandi? quanto citius earum rerum dominium, quæ pro deperditis habentur, ad capientes pertinere censendum erit; At in harum numerum venerabiles Diuorum exuuias, quæ ab hostibus Christianis bello iusto inter se decertantibus sublatæ atque exportatæ sunt, hoc iustius referas; quo certius est ipsos ita in prælium descendisse, vt crederent victorem, exercitum à Sacris minimè sibi temperaturum, atque in primis in Sanctorum inuolaturum pignora (quæ auro contra magis pretiosa à fidelibus ducuntur) absque vlla penitus spe illa recuperandi, si maximè velint. Quid enim æquè Principes Christiani iusto bello superiores ambiunt, quàm Sanctorum Reliquias ex deuictis, hostibus reportatas in suas transuehere regiones tanquam tutissima suorum regnorum præsidia futuras; ne fortè in hac parte, vel ipsismet Ethnicis de religione ac pietate concedere videantur. Etenim hi plerumque in vrbium expugnatione, atque excidio, tam victi, quàm victores secum Deos Penates efferre consueuerant. Deinde occupatis iusto bello Prouinciis, vrbibus, oppidis, villisque, ab alterutra decertantium acie, templa, ædésque Sacræ omnes, in victoris dominium, potestatémque concedunt, nec tenetur ea victo hosti restituere, vt in confesso est apud omnes, constátque Gentium vniuersarum, etiam Christianorum quotidiano vsu. Quin, & venerabiles Sanctorum exuuiæ, in quarum gratiam, & venerationem Basilicæ, & Sacella plerumque fuerant exædificata, quæ saltem in illis compositæ, depositæve religioso ante cultu colebantur: non enim potior est ratio, cur templis victorum potiatur victor exercitus:

exercitus; Sacris reliquiis non item? seu directè, seu indirectè vtraque iure capi potuisse, ac possideri velis. Neque vel hilum interest, quòd templa, ædésve sacræ sint immobilia; Reliquiæ verò bona mobilia censeantur, si iam neutra sint bona aliena, sed propria legitimè capientum, eáque iure belli iusti, & fortè voliti, sine religione facta sunt possidentium. Quænam ergo Reliquias restituendi obligatio ipsis incumbit? Hæc omnia Ferrandus.

2. Sed ego negatiuæ sententiæ adhæreo. Nam, licèt fatear posse à Principe indicente bellum occupati omnia bona hostium, quæ necessaria sunt tum ad reparationem iniuriæ acceptæ, illámque vindicandam, tum ad securitatem imposterum futuram: quam de causa licet arcem, & ciuitatem occupare, pecuniæ summam exigere, & tributa imponere soluenda in futurum, & vt hæc impleantur, exigere obsides, sic latius Molin. dict. 117. Suar. dict. 13. sect. 7. de Charit. numer. 20. Quod non solùm habet in bonis hostium nocentum, sed etiam innocentum, si necessaria sunt ad supradictos fines vindictæ, & securitatis, quia tunc non puniuntur innocentes, sed punitur Respublica in ipsis, cuius sunt partes. Valent. 2. 2. disput. 3. quæst. 16. punct. 2. vers. quarto infero. Victor. de iure belli, numer. 40. Couarr. reg. peccatum, 2 §. 9. numer. 4. Molin. disp. 121. conclus. 4. Suar. disput. 13. de bello, sect. 7. num. 12. Coninch disput. 31. dub. 7. à num. 113. Ab hac tamen regula excipiuntur bona Ecclesiæ, Ecclesiasticorum innocentum, quæ ob delictum ciuitatis occupari non possunt. Tum quia sunt specialiter dedicata, & à iurisdictione sæculari exempta, ac proinde non debent ob delictum aliorum grauari. Tum quia Ecclesiastici partem constituunt distinctam à Republica ciuili: ergo propter eius culpam puniri non debent, si ex communi sententia docent Valent. 2. 2. disput. 3. quæst. 16. punct. 3. versic. hic autem. Suar. disputat. 13. de Charitat. sect. 7. numer. 11. Coninch disputat. 31. dub. 7. numer. 11. Bonacina disputat. 2. de restit. quæst. vlt. sect. 1. punct. 12. §. 3. numer. 18. Molin. disput. 121. conclus. 3. Quæ omnia patent ex capit. Innouamus, & treuga & pace, & capit. conquerenti, de sentent. excommunicat. Quod etiam præter alios obseruat Trullench in Decalog. tom. 2. libr. 5. capit. 2. dubit. 12. numer. 1.

Sup. hoc in Ref. præterita in principio, & in alio §. eius annot. 1.

Sup. hoc in Ref. no: præteritæ, §. Secundum. & §. vlt. & infra in §. Vnde. huius Ref. à vers. Vide etiam & late cum multis DD. & rationibus supra in Ref. 19. § Sed in ordine. fignater à medio dicti §. & seqq.

3. In vno tamen casu per accidens Ecclesia, eiusque bona diripi, comburi, & deuastari possunt, si hoc necessarium fuerit ad finem belli consequendum, pacemve firmandam. Item possunt hostes ex Ecclesia extrahi, & in illa occidi, si prius ipsi Ecclesia abusi sunt tamquam arce & castro ad repugnandum, quia eo ipso amittunt priuilegium immunitatis, vt colligitur ex capit. Sanctorum Patrum, 10. quæst. 1. quod tamen non amittunt, si illam munierint ad præcisam Ecclesiasticorum, innocentumque defensionem. Sic Syluest. verb. bellum 3. quæst. 6. & 8. Suarez disput. 13. sect. 7. num. 14. Bonacina d. num. 18. & 19. Valent. p. 3. vers. hic autem Coninch disp. 31. dub. 7. num. 118.

Sup. contento in hoc §. in Ref. præterita §. vlt.

4. Vnde ex his omnibus patet à fortiori, non posse à Principibus, etiam in bello iusto, Reliquias Sanctorum ex Ecclesiis abstrahi. Et ideo negandum est Patri Ferrando, hoc licitum esse per accidens; nam tunc licitum est per accidens bona Ecclesiæ abstrahi, quando hoc necessarium esset ad finem belli consequendum, vel pacem firmandam, vt ex multis probat Dicastillus de instit. & iur. lib. 2. tractat. 1. disput. 10. dub. 16. numer. 40. & Doctores citati, & citandi. Sed hoc non video euenire posse ex abstractione Reliquiarum, vt ex se patet: ergo, & per se, & accidens hoc fieri illicitum esse contra Ferrandum, omnino dicendum videtur. Vide etiam præter Doctores citatos Theophylum Alarium in Comment. conscient. lib. 7. ver. Bellum, numer. 8. Turrianum tom. 1. disputat. 90. dubit. 3. Villalobos in Summa, tom. 2. tractat. 5. difficult. 12. numer. 19. Tannerum tom. 3. capit. 2. quæst. 6. dubit. 5. numer. 70. & Granadum in 2. 2. Diui Thomæ, controuers. 3. tractat. 13. disputat. 4. sect. 9. numer. 76. Quibus etiam adde Arriagam in Cursus Theolog. tom. 5. disputat. 48. sect. 3. numer. 50. vbi docet, bona Ecclesiasticorum non posse auferri in bello, quia illi nullo modo censentur pars Reipublicæ in ordine ad illud bellum: neque eorum bona: faciunt vnum quid cum bonis Reipublicæ, sed sunt omnium exempta. Ergo, si v. g. vasa argentea, & candelabra, ac alia bona Ecclesiarum non possunt ab ipsis abstrahi in iusto bello, quanto magis asserendum est de Reliquiis Sanctorum, quæ à Prælatis ipsis neque propter necessitatem Ecclesiarum possunt alienari inconsulto Pontifice, vt firmat stylus Curiæ Romanæ.

Sup. contento ab hoc Vers. Vide etiam supra in §. Sed ego. huius. Ref. ad mediũ, & Vers. Ab hac tamen, &c.

5. Confirmantur supradicta à fortiori ex doctrina, quam ex Syluestro sustinet Suarez disputat. 13. sect. 17. numer. 14. & Bañez in 2. 2. Diui Thom. quæstion. 40. articul. 2. dub. vlt. nempe, non solùm bona Ecclesiastica, vt dictum est, sed etiam bona Laicorum, si tempore belli reponantur in Ecclesia, non posse ex illa ab hostibus extrahi: & licet hæc opinio in rigore non videatur admittenda, existimandam esse satis piam, tradit Dicastillus numer. 405. & Castrus Palaus tom. 1. tractat. 6. disp. 5. punct. 4. num. 18.

Sup. hoc in Ref. præterita. §. Cum igitur ante medium.

6. Itaque sententia Patris Ferrandi non est admittenda, & praxis omnium principum est in contrarium, quia vt apparet, nullus ex ipsis audet apponere manus in sacras Reliquias, etiamsi caperent iusto bello aliquam ciuitatem; nec aliter fieri posse existimo.

RESOL. XXVIII.

An innocentes possint in seruitutem redigi, sicut licet tradi infantes obsides inimico nolenti aliter à bello desistere?

Et in §. vltimo huius Resolutionis alij quatuor casus deducuntur. Ex p. 6. tr. 4. Ref. 13.

§. 1. Negatiuam sententiam mordicus sustinet Petrus Lorca in 2. 2. sect. 3. disputat. 34. numer. 20. & sequentib. vbi post multa numer. 23. sic ait. Affirmo igitur, non aliter posse innocentes in seruitutem capi, quam interfici; & sicut non licet eos interficere per se, & directè; ita nec seruos facere. Per accidens verò solùm licet occidere ante partam victoriam, quando aliter commodè obtineri non valet. Vix autem contingere potest, vt illa occisio in seruitutem commutari queat, nisi vno in casu. Quando scilicet bellum est diuturnum contra aliquam gentem, & expedit quæcunque nocumenta illis inferre, vt extenuentur eorum vires, & diminuatur numerus eorum, qui bellare possint: quo pacto censeo iustam consuetudinem deprædandi Turcarum & Sarracenorum oppida, & captiuandi, deducendique in seruos fœminas & infantes. Nam propter hanc causam fortasse possent occidi, vt indicatur Deuteronomij 20. illis verbis; *Quando obsederis Ciuitatem multo tempore, non succides arbores de quibus vesci potest, quoniam lignum est, & non homo: nec potest bellantium contra te augere numerum:* quasi dicat, ex hominibus posse occidi eos, qui efficere possunt, vt

Sup. hoc infra in Ref. 32. § Hic ergo. ante medium.

vt bellantium numerus augeatur; idque quando bellum est diuturnum: benignius autem est, vt qui occidi poterant, in seruitutem adducantur. Si tamen in hoc casu occidi non possunt, vt Victoria docet, saltem poterunt in seruitutem capi, vt eo modo bellantium vires & numerus diminuatur. Præter hunc casum non assequor, quo pacto aut occidere, aut innocentes capere liceat. Hæc Lorca.

2. Sed contrariam sententiam docet Villalobos *in summa tom.* 1. *tractat.* 5. *difficult.* 12. *numer.* 14. Molina *tom.* 1. *tractat... disputat.* 120. Coninch *disputat.* 31. *de bello, dub.* 7. *num.* 111. Castrus Palaus *tom.* 1. *tractat.* 6. *disputat.* 5. *punct.* 4. *numer.* 13. Becanus *in* 2. 2. *capit.* 25. *quæst.* 13. *conclus.* 3. Et ratio est, quia libertas inter bona fortunæ, quorum Respublica dominium habet, computatur; quia Respublica illorum bonorum habet dominium, quarum habent eius subditi: sed quilibet subditus propriæ libertatis dominium habet, illámque vendere potest necessitate vrgente: ergo Respublica idem facere poterit: & confirmo. Patet necessitate vrgente potest filium libertate priuare, & creditor debitorem impotentem soluere, si ius positiuum non obstaret: Ergo à fortiori poterit Respublica quemlibet ciuem, cum quilibet debeat satisfacere pro debito Reipublicæ, vtpote pars eius. Adde receptissimum esse tradi infantes obsides inimico nolenti aliter à bello desistere, qui tamen in arctam, & sæpè in perpetuam seruitutem reducuntur: quod est quoddam genus seruitutis, atque priuationis libertatis.

3. Verùm his non obstantibus nouissimè Hurtad. de Mendoza *volum.* 2. *disputat.* 164. *sect.* 11. §. 107. sententiam Petri Lorcæ sectatur. Et ratio est, quia seruitus est maxima ærumnarum, & victori minimè necessaria directè, aut indirectè ad comparandam victoriam: ergo non potest hoc malum inferri innocenti. Probo consequentiam: quia nullo fine honestari potest seruitus. Non ratione pœnæ, nulla enim potest inferri innocenti: non in prudentem prouidentiam, ne capti rebellent; tum quia ob peccatum futurum non potest maturari pœna: tum quia incerta est rebellio, potéstque mille rationibus vitari, vt enim serui tenentur apud victores; ita & liberi poterunt teneri, ne fugiant; cur ergo tanto afficiendi sunt supplicio? Hebræi, si quos innocentes in seruitutem redegere, fecerunt id Deo præcipiente.

4. Dicent primò: Innocentes esse partem Reipublicæ nocentis: qualibet autem pars puniri potest ob delictum totius. Respondeo partes non habentes distinctas voluntates posse ita puniri, quia idem homo in qualibet punitur, & animus idem in toto autem Metaphorico, cuius partes sunt absolutè diuersæ, & propria voluntate donatæ non possunt ea ratione puniri vt non possint occidi, quamuis sint partes Reipublicæ nocentis: possent autem si ea ratio & exemplum vrgent; potest enim manus præcidi ob linguæ delicta.

5. Dicent secundò. Rempublicam nocentem habere ius in ciuium libertatem, quos in extrema necessitate, quam alia ratione vitare non possit, potest vendere. Sed hoc ius spectat ad victorem iustum cum cæteris nocentis Reipublicæ bonis: ergo, &c. Qua ratione oppositam sententiam tenet Pater Ægidius *disputat.* 31. *numer.* 119. Respondeo victorem succedere Reipublicæ victæ in iure, qua ratione erat illius ius, non verò alia: sed ius Reipublicæ erat ad vendendum ciuem in extrema necessitate, non verò extra illam, ergo victor poterit captum innocentem vendere in extrema necessitate, non verò extra illam. Maior est certa: quia successor alicuius in re aliqua, non habet in illam melius ius eo, cui succedit: quia ius alio modo non erat in eius potestate. Confirmatur, Respublica habet ius exponendi ciuem aperto vitæ discrimini in necessitate extrema Reipublicæ; at non propterea victor potest captum exponere ei periculo in necessitate leui: ergo eadem ratione non potest ciui libertatem adimere propter ius illud Reipublicæ; itaque ciuis innocens captus tam manet suis iuris, quàm ante captiuitatem.

6. Dicent tertiò: multas leges tam ciuiles quàm Ecclesiasticas agere de seruitute captorum bello iusto. Respondeo eas exponendas de nocentibus captis, non de innocentibus.

7. Dicent quartò: hostes esse interdum tam multos, vt nisi illis captis non possit deinceps pax conseruari. Lorca *disp.* 54. *num.* 25. censet eam ob causam licitam esse seruitutem; non verò ob aliam, quod contingit in Turcarum & Sarracenorum captura contra innocentes qui nullam dedere causam seruitutis: futurum autem peccatum non potest anteuerti supplicio; ergo non possunt Turcæ innocentes libertate priuari. Deinde prouideri potest Reipublicæ Christianæ absque seruitute Turcarum: ergo Turcæ non possunt reddi in seruitutem. Consequentia est certa, quia damna aliorum sunt vitanda, quando sine illis possunt damna propria vitari. Antecedens probo; quia Turcæ nunc apud nos seruantur sine periculo; sed eadem ratione seruari possunt retinentes libertatem: ergo libertas non obest securitati Christianorum. Probo minorem: quia libertas non obest, quo minus ferro & seneris legibus cogantur non redire ad suos. Possunt ergo Turcæ apud nos cogi, ne fugiant, aut armentur, aut ne opibus adeò crescant, vt ab illis nobis immineat periculum: at non poterunt vendi, nec priuari iure acquirendi bona, & contractus ineundi: ergo sine seruitute potest Respublica Christiana sibi à Turcis captis cauere.

8. Dicent quintò: communem esse consuetudinem capiendi fœminas & infantes Turcarum. Respondeo id secundùm se esse illicitum: at verò ex probabili sententia, per accidens esse licitum. Authores enim frequentiùs opinantur licitam esse captiuitatem, & seruitutem innocentium captorum in bello licito gesto cum Republica, cuius sunt pars. Quam sententiam admittunt Pater Suarez, & Ægidius, sequuti Recentes alios & antiquos. Et hæc omnia docet Hurt. vbi suprà, quidem satis probabilia esse non nego.

9. Sed stando in opinione affirmatiua tria deducuntur. Primò, omnes Turcas & Sarracenos tam infantes & mulieres, quàm viros cum à Christianis iusto bello capiuntur fieri mancipia Christianorum. Secundò, Christianos nunquam fieri mancipia Christianorum propter consuetudinem communi consensu & vsu approbatam. Tertiò, Christianos de facto quidem fieri mancipia Turcarum & Sarracenorum, non tamen de iure, quia iusto bello non capiuntur. Nam bellum, quòd Turcæ & Sarraceni contra nos gerunt, iustum non est. Quartò, Innocentes, qui non sunt membra hostilis Reipublicæ non posse capi, & in seruitutem redigi; nisi fortè per accidens, quando periculum est, ne aliquando coniungant se hostibus, aut ab hostibus vi adigantur, vt ipsis subsidium præstent. Sicut enim in tali casu licitum est eiusmodi innocentes spoliare armis, pecunia, frumento; & cæteris rebus ad victum & vestitum necessariis, sic etiam licitum est eosdem spoliare libertate.

RESOL

RESOL. XXIX.

An capti in bello iusto possint fugere, etiam quando benigne à Domino suo tractantur, dummodo non fugiant animo euagandi, sed redeundi ad suos, & patriam repetendi?
Et quid, si fidem seruus dederit non fugiendi, & maxime si iuramentum adhibuisset?
Et an supradicta maxime procedant ad Christianos à Turcis captos, qui non solum possunt fugere, sed etiam Dominorum suorum bona diripere, & in quacumque quantitate secum asportare? Ex p. 6. tract. 4. Ref. 14

§. 1. Aliqui, quos ego alibi citaui, negatiuam tenent sententiam, & id probare videntur iura *cap. si quis seruum* 17. *quæst.* 4. ex Concilio Gangrensi, & ex Concilio Lateranensi sub Martino I. in quibus grauis pœna decernitur ei, qui persuaserit seruo, vt à domino suo recedat. Et *in leg.* 1. *Cod. de seruis fugitiuis* dicitur Fugitiuus seruus furtum sui faciens domino. (Alibi infra in Ref. 39. §. vlt. & inferius in tr. 8. Ref. 12.)

2. Præterea qui iustè captus est, iustè seruit, & iusto titulo dominus eius dominium acquisiuit: eo autem quòd quis iustè possidet non potest iustè spoliari, Accedit simile de eo, qui iustè damnatus est ad exilium, à quo non potest sine peccato discedere: ergo neque ille, qui iustè damnatus est ad seruitutem. Denique serui, qui fugiunt, si deprehendantur, iuste puniuntur à dominis, & *in leg.* 3. *Cod. de seruis fugitiuis*, grauis pœna eis decernitur: ergo peccant fugiendo.

3. Et hanc sententiam tenet Nauarrus *in summa cap.* 17. *numer.* 103. & alij relati à Couarruuia *in Regul. peccatum, par.* 2. §. 11. *num.* 6. Et hanc sententiam veriorem putat Lorca *in* 2. 2. *disput.* 54. *memb.* 2. *num.* 29. vbi non obligant Romanæ leges.

4. Sed ego affirmatiuæ sententiæ adhæreo, quam tuetur Lessius *lib.* 2. *cap.* 5. *dub.* 5. *num.* 24. Duuallius *in* 2. 2. *Diui Thomæ tract. de charitate, quæst.* 16. *art.* 6. Castrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 6. *disput.* 5. *punct.* 4. *numer.* 15. Valentia *tom.* 4. *disput* 3. *quæst.* 16. *punct.* 3. & alij. Dico igitur seruos captos in bello iusto posse fugere, non solùm quando iniustè, & crudeliter à domino suo tractantur, in hoc enim omnes consentiunt; sed etiam quando benignè, dummodò, inquiunt, non fugiant animo euagandi, sed redeundi ad suos, & patriam repetendi, & dummodò si dominus eum in fuga attingat, ei obediat, & ad locum seruitutis suæ non inuoluntariè redeat: fas enim non est seruo vi contra verum dominum suum resistere.

5. Prior pars consuetudine firmatur: hoc enim vbique receptum est; vt si serui aufugerint, ad pristinum locum, atque ad dominum non redeant, nec redire compellantur: & istud lege Imperatoria roboratur, *leg. nihil interest. ff. de captiu. & postlim. reuers.* vbi sic habetur. Nihil interest, quomodo captiuus reuersus sit; vtrùm dimissus, vel vi, vel fallacia potestatem hostium euaserit: ita tamen si ea mente venerit, vt non illuc reuerteretur. Et *in* §. *item ea, Institut. de Rer. diuis.* subditur. Qui tamen si euaserint nostram potestatem, & ad suos reuersi fuerint, pristinum statum recipiant.

6. Posterior verò pars, nempe si fugiendo à dominis recuperentur, debere suis dominis obedire: patet ex eo quòd quandiu fugiunt, nondum adepti sunt plenam libertatem. & adhuc perseuerat possessio legitima ipsius domini; quo fit, vt iustè eos reducat, ipsique tenentur ei obedire, saltem non resistere: adde incarceratum secundùm omnes effringendo carceres non peccare; sed si à custodibus & lictoribus reperiatur, non potest resistere, sed eis debet morem gerere: quò fit, vt licitè puniri possint à dominis, etiamsi citra vllum peccatum aufugerint.

7. Limitanda tamen est hæc opinio, vt procedat; nisi fidem seruus dederit non fugiendi; quia tunc speciali titulo fidelitatis, & maximè si iuramentum adhibuisset, non potest fugere. (Sup. hoc in Ref. & §. 1. not. præterita, & in Ref. 2. § Limitantur, & lege tiam doctrinā alterius §. earum adnotationum.)

8. Et omnia supradicta maximè procedunt ad Christianos, à Turcis captos, qui vt alibi satis firmaui, possunt non solùm fugere sed etiam dominorum suorum bona diripere, titulo & iure iusti belli & perpetui, quod Turcæ cum Christianis gerunt; & quia tyrannicè occupant Terras Christianorum. Ex quo, vt benè aduertit Lorca *in* 2. 2. *Diui Thomæ, disput* 54. *memb.* 2. *numer.* 16. oritur facultas inferendi eis, quodcumque nocumentum: quod etiam docet Solorzanus *de Indiarum iure lib.* 2. *cap.* 10. *numer.* 24. & *cap.* 11. *numer.* 45. & contra Ancharanum *in cap. peccatum, de Regul. iur. in* 6. tradit Gloss. & Doctores *in cap. ius gentium.* 1. *distinct.* Inocentius *in cap. olim el* 1. *de restitut. spoliat.* Naldus *in summ. verb. Christianus, ver. Infidelis, & verb. seruus*, Marta *de iurisdict. part.* 1. *cap.* 24. *à num.* 46. Aponte *in decisionib. part.* 1. *decis*.... Vide etiam me ipsum *in part.* 5. *tract.* 13. *resol.* 98. (Et pro alibi contento in lin. 2. huius §. Et omnia in tom 8. tr. 7. Ref. 38. & hic infra in tr. 8. Ref. 13.)

9. Dicendum est igitur licere cuilibet Christiano mancipio Turcarum fugere, & bona eorum in quacumque quantitate secum asportare. (Quæ hic est in tom. 8. tr. 7. Ref. 38. paulo post initium, & seqq.)

RESOL. XXX.

An capti in bello habito inter Christianos licite possint redimi, & in conscientia teneatur soluere pretium promissum suæ redemptionis? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 16.

§. 1. Casus est multum practicabilis, præsertim in his nostris ærumnosis temporibus, & affirmatiuam sententiam tenet Aluarus Valascus *tom.* 1. *consult.* 30. *num.* 4. & 5. Quia licèt captus in bello inter Christianos non efficiatur seruus capienti iuxta Bart. & alios *in dicta l. hostes:* benè tamen tenetur pretium redemptionis, seu relaxationis suæ persoluere, & vsque ad perfectam solutionem retineri, & illud pretium Græci appellant λύτρον à λυτρόω quod est redimo vnde λυτρωτὴς redemptor, Galli autem appellant, *Rancon*, ita Ioan. de Terra *dicto tract. contra Rebelles Regnum* 1. *tract. art. vlt. concl.* 27. Guilhel. *de Cun. cap. Raynutius, verb. & vxorem, n.* 824. *de testamen.* Boët. *in titul. de consuetud. iur. & stat. person.* §. *sequitur.* Rebuff. *in dicta l. hostes pag.* 641. & nemine relato Couarr. *in alleg.* §. 11. *num.* 6. Et ita fuit seruatum in quibusdam, qui capti fuerant, quo tempore aggressa & debellata est Ciuitas Olyssiponensis Metropolis Regni Lusitaniæ, ab eodem exercitu expulsis rebellibus, qui eam nitebantur propugnare: pecunias enim quas capti pro se dederunt, vel promiserunt non potuerunt à militibus capientibus repetere. Et vt audiui à viris probatæ fidei, qui multas regiones peragrarunt, idem in Germania, Flandria, Gallia, Italia, & plerisque aliis Christianorum Regionibus, quando inter eos bella geruntur, & quando bellum est iustum, captis talia posse imponi scriptum reliquit Bald. *in l. nam & Seruius ff. de negot. gest.* & tradit Rebuff. vbi suprà, qui ait huiusmodi pretium redemptionis cedere lucro capientis, vel capientium inter eos diuidendum: dum tamen non excedat millia decem, (Sup. contento in hac Ref. late supra in Ref. 19, à principio vsque ad §. Sed hic, & infra in tr. 8. Ref. 5. §. vlt.)

quia tunc pertinet ad Principem, cuius est liberalitatem suam capientibus exhibere, vt per Boër. *decis. Burdegal, quæst.* 178. incip. *an licitum*, *col.* 1. Et refert in suo Senatu in facti contingentia fuisse decretum. Ait enim Rebuffus hoc casu regulandum esse pretium redemptionis ex qualitate & diuitiis personæ captæ. Ex quo satis colligitur milites capientes posse cogi à iudicibus exercitus pro pretio sic regulato captum relaxare, etiamsi nolint, nec posse adstringere huiusmodi captos, vt sibi seruitutem seruiant: cùm non sint serui; sed interim detenti quousque se redimant. Quamuis autem hæc Doctorum traditio, quòd Christiani in bello capti à Christianis teneantur se redimere, & possit licitè pretium recipi iure belli, vt ipsi dicunt: Ego nunquam tale ius belli inueni in legibus Cæsareis nec ipsi allegant. Vnde intelligo de iure consuetudinario in bellis Christianorum id fieri; quæ consuetudo non est improbanda, quia inuenta ad euitandum maius malum; vt milites allecti spe pretij captiuorum, potiùs eos seruent, quàm interficiant. Hucvsque Aluarus Valascus.

2. Sed aduersùs Lusitanum alius Lusitanus insurgit; & is est Benedictus Ægidius *in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 7. vbi sic ait. Secundùm aliquos sic capti retineri solent, & præstita pecunia dimitti: quod ius consuetudine defendit Valascus, vt etiam secundùm illud pro promisso redemptionis pretio conueniri possint coram iudice, qui capti fuerunt. Mihi quidem probabile non videtur ex promissione tali actionem oriri, quando captus ob hoc ipsum captus proponeretur, vt redemptionis suæ pretium daret. Etenim secundùm prædictam consuetudinem cum communi Doctorum traditione capientis non sit, nec hoc ius capturæ & retentionis ob pretium redemptionis extra seruitutis casum legibus Cæsareis inuenitur, vt idem Valascus fatetur. Vnde redemptionis promissio tanquam sine iure, & contra bonos mores extorta in prædicto casu non valitura videtur. Si verò captus esset maioris damni & periculi euitandi causa, videlicet vt ab aliorum militum impetu, & strage seruaretur, tunc non vt redemptionis pretium, sed vt custodiæ, ac tutelæ merces pecunia recipi, & exigi poterit, quo casu Valasci sententiam probo: Ita Benedictus Ægidius.

3. Verùm ego sententiæ Valasci affirmatiuæ libenter adhæreo: & ratio est quia in pœnam iniusti belli, & iniusti periculi, in quod victorem iniecit, potest ab eo exigi vis argenti: at dum debitor non soluit, licitè retinetur in vinculis à creditore authoritate iudicis. Item poterat licita morte puniri, quam pretio redimendam vult victor. At non propterea Christiani sic capti sunt mancipia? sunt enim sui iuris, & possunt celebrare contractus: parum enim differunt à carceratis propter æs alienum. Et ita ex his rationibus nobis adhæret Hurtadus de Mendoza *de fide volum.2.disp.*169. *sect.*11. §. 105. qui testatur de communi ferè sententia, quam nouissimè sequitur etiam Ægidius Trulleuch *in præcept. Decalogi tom.* 1. *lib.* 5. *cap.*2. *num.*11.

RESOL. XXXI.

An Milites teneantur cum vitæ periculo non deserere arces, & stationem, aliàs obligentur damna inde prouenientia reparare?

Et an possint relinquere castra sine lethali crimine?

Et an non expediat, vt Duces faciles sint in concedenda licentia Militibus discedendi, &c? Ex p. 6. tr. 4. Ref. 25.

§. 1. AD primum respondeo affirmatiuè. Tenentur enim defendere arces, & locum sibi demandatum: aliàs obligantur omnia damna inde prouenientia reparare; & capitis pœna plectuntur *ex leg.* 3. *ff. ad legem Iuliam.* Sed hoc limitatur, si fortè nulla esset spes præualendi: nam in tali casu non tenentur mortem expectare: quia esset frustranea & inutilis talis expectatio. Et ita docet Becanus *in* 2. 2. *cap.* 25. *quæst* 15. *num.* 1. Castrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 6. *disputat.* 5. *punct.* 5. *num.* 4. Coninch. *disputatione* 35. *de Bello*, *dub.*7. *num.*97. & alij. Sup. contentis in hac Ref. infra in Ref. 45. §. Et tandem.

2. Quoad secundum respondeo cum Molina *tom.* 1. *tractat.* 2. *disputat.* 116. Quòd miles relinquere non potest castra sine Ducis, aut Principis facultate: idque eò magis, quò plus imminet prælium, plúsque eo indiget Dux aut Princeps. Præsertim cùm si multi castra deserant, Respublica & exercitus periclitentur; victoria anceps futura sit, aut nulla, sumptúsque ingentes belli inanes reddantur: quæ omnia attendere debent Confessarij Militum. Cùm verò tot & tam ingentia mala ex desertione Castrorũ sine Ducis, aut Principis facultate eueniant, mirandum non est, si eiusmodi culpa capitis pœna, vel addictione ad triremes interdum plectatur. *cap. infames* 6. *quæst.* 1. eiusmodi homines inter infames reputantur: & *leg. omne*, §. *qui in facie ff. de re militari.* capite plectebantur si in conspectu aliorum militum castra deserebant. Vtrumque affirmat Gloss. *cap. ius militare*, *dist.* 1. *verb. deferatur.* Neque cum dispendio Reipublicæ & Principis expedit, vt duces faciles sint in concedenda facultate discedendi, præsertim quando milites valdè necessarij sunt. Memores namque esse debent, quot sumptus cum illis fecerit Princeps in ipsis perducendis; & quanta cum populorum vexatione in itinere, & dum vocabantur, fuerint hospitio excepti: neque expedire, vt iterum alij similes sumptus fiant, & alia vexatio detur in eisdem, aut aliis perducendis. Sup. hoc in §. not. prætermissæ ante medium, à vers. Tertio.

3. Ex alia tamen parte quando Respublica non multum eorum indiget ministerio, vel vrgens causa se offert; esse non debent admodum difficiles ad concedendam redeundi facultatem, ne difficultas tam obtinendi occasio sit, ne milites ad bellum velint accedere. Iam verò quòd Princeps milites dimittat, quando eis non indiget, vt quando sibi placet, integrum militibus non facit, vt discedant quando voluerint. Quoniam ea lege, sìve tacito pacto ad bellum conducuntur, vt integrum Principi sit illos relinquere, quando eis non indiguerit: ipsis verò licitum non sit recedere absque Principis facultate. Ex damno vero & periculo, quòd spectatis circunstantiis imminet, ex eo, quòd Milites absque facultate castra deserant, & ex pœna statuta, ac rigore, quo executioni mandatur, iudicandum est, an in desertione Castrorum absque Ducis aut Principis facultate lethale crimen admittatur. Vide *capit. infames* 6. *quæst.* 1. & *leg. omne ff. de re militari.*

RESOL. XXXII.

An Principes possint concedere represalias, maximè concurrentibus sex conditionibus? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 72.

§. 1. HIc casus frequenter accidit, vt si, v. g. ait Victoria *de iure belli*, *num.*41. Galli milites fecerint prædas in agrum Hispanorum, vel è contra, & Rex Francorum nolit cogere illos ad restitutionem cum possit, possunt Hispani auctoritate Principis spoliare

spoliare mercatores Gallos, aut agricolas quantumcumque innocentes, quia licèt fortè à principio Respublica, aut Princeps Gallorum non fuerit in causa iam est in culpa, quia negligit vindicare.

2. Sed his non obstantibus negatiuam sententiam docet Petrus Lorca, vir quidem doctus, *in 2. 2. D. Thomæ quæst. 40. art. 1. sect. 3. disput. 52. in append. num. 15.* quia hic modus compensationis natura sua iniustus est, quia per se infert nocumentum innocenti, & punit vnum pro peccato alterius, quòd humana iustitia fieri non potest, non minus in bonis externis, quàm in personis, & ita iure ciuili & Canonico reprobatæ sunt dictæ Repressaliæ, vt patet *in Authentica, vt non fiant pignorationes, coll. 5.* & *in cap. & si pignorationes, de iniur. in 6.* sic habetur. Et si pignorationes, quas vulgaris elocutio *Repressalias* nominat, in quibus aliquis pro alio prægrauatur, tanquam graues legibus & æquitati naturali contrariæ, ciuilisunt constitutione prohibitæ, &c. Nec valet dicere, quòd licet inferre bellum toti Reipublicæ propter iniuriam ab aliqua parte eius illatam, si communitas & Princeps vindicare neglexerint; ergo pariter licebit solam compensationem damni accipere à quibuscumque Reipublicæ membris. Nam respondeo primò disparem esse rationem, quoniam iniuria, aut damnum pro quo petitur Repressalia non est tantum, aut tanti momenti, vt sit iusta causa belli, nam si esset, iam non esset, Repressalia, sed bellum; nos autem loquimur de Repressalia vt à bello distinguitur; non ergo est tam vrgens causa, vt tota Respublica puniri possit. Quare licèt læsi non assequantur restaurationem damni, petendo eam à Principibus, non sufficit vt innocentes patiantur, contra totam Rempublicam agi possit. Respondeo secundò etiam in bello iusto innocentes lædi non posse in bonis externis per se & directè. Hæc omnia Lorca *vbi suprà*.

3. Verùm affirmatiuam sententiam ego probabilissimam & tutam in praxi esse existimo, quam tuentur, teste ipso Lorca, communiter Doctores; vt Syluester, Caietanus, & alij Casuistæ *in ver. Repressalia*, Couarr. Victor. Gabriel Nauar. D. Anton. penes Lorcam, quibus ego addo Iacobum Granados *in 2. 2. D. Thomæ. contr. 3. tract. 13. disput. 4. sect. 8. num. 73.* Castrum Palaum *tom. 1. tract. 6. disput. 5. punct. 4.* & Coninch *in 2. 2. disput. 31. dub. 7. & 8. num. 152.* & Molin. *tom. 1. & disputat 121. concl. 4.* Valentia *tom. 3. disput. 3. quæst. 6. punct. 3.* Villalobos *in summ. tom. 2. inst. 5. diffic. 4. num. 16.* Io. Franc. Suarez *in enchir. lib. 1. lit. R. ver. Repressaliæ.* Petrum Binsfeldium *tract. de iniurys & damno dato, cap. 8. quæst. 4. concl. 1. & seq.* Dauid à Mauden. *in Decal. prac. 7. discur 2. num. 8.* Tannerum *in Theol schol. tom. 3. disput 2. quæst. 6. dub. 5. num. 75.* Layman *in Theol. moral. lib. 2. tract. 3. cap. 12. num. 13.* Mynsingerum *cent. 6. obseru. 1.* Dico igitur licitas esse Repressalias, concurrentibus tamen sex conditionibus, prima quòd manifestè constet ciues vnius Reipublicæ fecisse iniuriam ciuibus alterius Reipublicæ, v. g. aliqua eorum bona capiendo, aut detinendo, nolendo soluere clarè ex iustitia debita aut simili ratione, debet tamen hæc iniuria esse notabiliter grauis. Secunda, vt Superiores illius Reipublicæ cuius ciues iniuriam intulerunt, rogati vt faciant iustitiam, recusent aut negligant. Tertia, vt apertè constet illos culpabiliter nolle facere iustitiam. Quarta vt supremus Princeps Reipublicæ læsæ adeatur, & causa cognita concedat facultatem capiendi Repressalias. Quinta, vt non inferatur alteri Reipublicæ plus damni quàm necesse ad plenam satisfactionem pro iniuria ac damnis acceptis. Sexta, vt non concedantur in personas Ecclesiasticas.

3. His ergo conditionibus positis, puto Repressalias licitas esse; & ratio est, quia in bello iusto, vt omnes asserunt, bona innocentium licitè diripiuntur quando hoc est necessarium ad obtinendam plenam satisfactionem. Ergo id fieri potest per Repressalias, est enim omnino eadem ratio. Nec valet dicere cum Lorca, quòd bellum requirit grauiorem causam, quia eius damna & incommoda sunt etiam longè grauiora & acerbiora quàm Repressaliarum. Ad illud verò quod asserit, innocentes non posse lædi in bonis externis per se & directè, etiam in bello iusto; ergo neque in Repressaliis. Respondeo cum Molina *disp. 120. & 121.* Valent. *tom. 4. disp. 13. quæst. 16. punct. 3. §. 4.* Infero contrariam sententiam esse tenendam, nempe in bello etiam innocentes directè posse spoliari suis bonis & libertate, quod Couinch *in tit. disput. 31. dub. 7. num. 112.* probabilius credit, quando aliter nequit sufficiens satisfactio obtineri pro iniuriis damnis acceptis. Pro quo nota omnes ciues alicuius Reipublicæ constituere vnum corpus, atque etiam censeri aliquid vnum, adeò vt quod Respublica ita facit, censeantur omnes facere, atque ita hoc peccante censentur omnes & singuli peccasse ac esse punibiles in his bonis, quæ censentur bona Reipublicæ, eiúsque dominio ac dispositioni subsunt, qualia sunt omnia bona fortunæ, non solùm communia, sed etiam priuata singulorum ciuium, ex quibus contra Lorcam assero innocentes licèt ob aliorum culpam non possent puniri, possent tamen compelli vt satisfaciant pro debito; quod tanquam pars illius Reipublicæ contraxerunt, & hoc efficitur in casu belli & Repressaliarum. Sup. his bonis, & libertate supra in Ref. 26. & in alio §. eius primæ not. & in Ref. 28. pro parte.

4. Restat modò respondere ad alia argumenta quæ adducit Lorca, & ad primum nego, hunc modum compensandi natura sua esse iniustum, quando efficitur cum auctoritate Principis, & seruatis supradictis conditionibus, ad quæ præcisè, quia aliter satisfactio obtineri nequit, quod æquitati naturali nullo modo repugnat, cùm is qui grauatur in Repressaliis, sit huic grauamini obnoxius ratione Reipublicæ cuius est pars, & cui sua bona obstricta sunt. Vnde vsus Repressaliarum ab antiquis prodiisse post Budæum *in annot. ad legem, aut facta, §. euntes, ff. de pœnis*, obseruat Couarr. *in reg. peccatum, part. 2. §. 6. n. 4.* & Gail. *in lib. de pignorat. obseru. 2. ad cap. etsi pignorationibus*; & *ad Authent. vt non fiant*, respondeo etiam intelligenda esse, quando Repressaliæ efficiuntur sine supremi Principis auctoritate, vel sine supradictis conditionibus.

RESOL. XXXIII.

Ad quem capta bona in bello pertineant?

Et si bona, quæ ab hostibus eripiuntur, sint furto sublata, an restituenda sint veris Dominis, vel possint Milites illa sibi retinere?

Et an si emptione, donatione, aut alia ratione aliquis ab hostibus accipiat aliquid, teneatur veris Dominis restituere, quod notandum est pro Catholicis Hollandis, qui aliquando ex præda Indica aliqua a nautis emunt? Ex p. 6. tr. 4. Ref. 23.

§. 1. RESpondeo, si bona immobilia sunt, ad Principem pertinere in satisfactionem iniuriæ acceptæ, recõpensationem expensarum & periculorũ, &c. Si verò bona mobilia sunt, regulariter efficiuntur capientium: nisi consuetudo extet in contrariũ in aliquo loco, vt ex hoc milites alacriùs excitentur ad bellum.

2. Sed difficultas est: si bona quæ ab hostibus eripiuntur, sint furto sublata, qualia sunt ea quæ Turcæ à Christianis accipiunt; & quæ in bello illicito inter Christia-

Christianos aliquando prædantur: An ista restituenda sunt veris dominis, vel possint Milites illa retinere.

3. Respondeo: quòd si bona immobilia sunt, reddenda sunt veris dominis; si verò bona capta mobilia sunt, probabile existimat retineri posse. Valentia *tom.* 3. *disput.* 3. *quæst.* 16. *punct.* 3. Couarruuias *in Regul. peccatum, part.* 3. §. 11. *num.* 7.

4. Verùm Molina *disp.* 18. *per totam*, Coniuch *disp.* 31. *de bello dub.* 7. *num.* 122. & alij distinguunt. Putant enim iure naturæ primis dominis esse restituenda, quia non amiserunt dominium: sed iure Cæsario, & Castellano fieri capientium, si hostes ea deportarunt ad præsidia & loca tuta. Aduertunt tamen suprà citati Doctores has leges Cæsareas & Castellæ non esse extendendas ad bona sublata ab his, qui subditi non sunt iuri Cæsareo, & Castellæ: quare si bona, quæ Hispanus vsurpat à Turcis, Turcæ accepissent à Gallis, non videtur ex vi harum legum retinere posse: sic è contra, neque Gallus, si vsurparet bona Hispanorum à Turcis, quia Galli & Hispani non subduntur iisdem iuribus.

5. Sed Castrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 6. *disp.* 5. *punct.* 4. *num.* 27. putat in omni ferè natione ius hoc approbante consuetudine esse introductum: & ita etiam docet Emmanuel Sà, *verb. bellum, num.* 26. & ego libenter huic sententiæ adhæreo.

6. Puto tamen cum Hurt. de Mend. *volum.* 2. *disp.* 169. *sect.* 12. §. 119. vt bona mobilia existentia apud victos possint iustè retineri, duo necessaria esse. Alterum, vt hostis res alienas vexerit ad Castrum, aliúmve locum tutum, vbi possent ea tueri à veris dominis: alterum vt nox intercesserit inter earum rerum apprehensionem & expugnationem. Si enim hodie hostis prædam agit, eamque hodie ego ei eripio, restituenda est vero domino: si autem alapsæ sunt horæ vigintiquatuor, licèt non sit in castro, aliòve loco, dum sit apud hostem in naui, exempli gratia, aut intra bellum, tunc cedit in dominium victoris. Antiqui Romani excipiebant equos & equas frænis assuetas, mulos onerarios, & alia similia. At consuetudo obtinuit, vt hæc quoque sint victoris, cui consuetudini standum, vt ius gentium iuri: quid autem sit in more positum, meliùs nouerunt ipsi Milites.

7. Sed post hæc scripta inueni Duuallium *in* 2.2. *tract. de charitate quæst.* 16. *art.* 5. insurgere in leges suprà citatas: vnde docet non posse bona capta à prædonibus, sicut à peregrinis, atque hospitibus, esse ipsorum capientium: numquam enim ipsa in potestatem capientium transierunt, tum ratione Prædonum, cùm etiam Militum respectu ipsorum Peregrinorum: & quod spectat ad legem illam, quam adfert Couarruuias, non apparet adeò iusta; cùm Princeps dominium vtile in bona suorum subditorum non habeat: adeò vt de iis ad arbitrium suum possit disponere. Fateor quidem militibus, & aliis, qui hæc bona à Prædonibus & hostibus recuperarunt, concedendam esse compensationem pro laboribus & periculis, quæ subierunt: sed tamen ea suis dominis in Gallia, & multis aliis regionibus restituenda sunt. Accedit ius antiquum Romanorum *leg. hostes, & leg. latrones, ff. de captiuis*, quo expressè decernitur ea, quæ prædones capiebant, non cessisse in dominium prædonum; ideòque à quocumque postea recuperabantur, veris dominis erant restituenda. Quòd autem iure ipso abrepta ab hostibus, non essent restituenda: siquidem cedebant ipsis capientibus: nihilominus quando bellum est iniquum, non possunt ex iustitia esse capientium, quamuis ius ipsum generaliter loquatur: neque etiam quando in bello iusto à peregrinis; & hospitibus capta sunt. Et hæc opinio videtur mihi multo tutior & iustior. Hucusque Duuallius: sed sententia Couarruuias, & aliorũ est probabilis, & secura in praxi.

8. Verùm nota eiusmodi priuilegium solùm concedi militibus ea bona hosti eripientibus: quare si ea alia ratione, verbi gratia, emptione, aut donatione ab hostibus accipiant, tenentur ea prioribus dominis restituere. Non nego tamen quando eiusmodi bona ab hostibus ita capta sunt; vt nulla sit spes priorem dominum ea posse recuperare, quamuis ex præsumpta eius voluntate licitè ea vili pretio (prout communiter præda à militibus venditur) emere, ea intentione, domino comparenti, ipsáque repetenti ea restituat recepto pretio, quod pro iis dedit; quod cùm huius, (qui aliter rem suam numquam fuisset recuperaturus) negotium vtiliter gesserit, & quidem ex voluntate eius prudenter præsumpta, ab eo meritò repetit. Quod notandum est pro Catholicis Hollandis, qui aliquando ex præda Indica aliqua à nautis emunt. Et hæc omnia docet Coninch. *disp.* 31. *de bello, dub.* 7. *n.* 126. Sup. his supra in Resol. 19. §. Sed hic, & in tom. 6. tr. 3. Resol. 126. §. 2. cursim in fine, & in tom. 8 tr. 7. Resol. 34. §. Non desero, ad medium à versi. qui rectè.

RESOL. XXXIV.

An omnes Milites alicuius Exercitus depredantes Vrbem, teneantur in solidum ad restitutionem in integrum?

Et an Dux teneantur ad totum, quod per Milites illatum damnum est? Ex. p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Res. 87. alias 86.

§. 1. Affirmatiuè respondent Syluius *in* 2. 2. *D. Th. q.* 62. *a.* 7. §. *de participante*. & Layman *in Theol. mor. lib.* 3. *tract.* 2. *c.* 6. *n.* 5. qui citat Adrianum, Gabrielem, Caietanum, Sotum, Couarruuiam, Angles, & Molinam.. Hanc etiam opinionẽ docet Adamus Tannetus *in* 2. 2. *Thomæ, disp.* 4. *q.* 6. *dub.* 14. *n.* 396. qui singuli efficaciter, etiamsi non totaliter, ad totum damnum concurrunt, cum vnus alteri præter fiduciam, auctoritatem, aut qualemcumque opem, nec vnus sine aliis facinus aggredi ausus fuisset. Nec obstat si miles dicat, Et si ego non interfuissem, nihilominus vrbs ab aliis direpta fuisset; nam ita omnes & singuli se excusare possent, atque totus exercitus restituendi obligationem effugeret, falsum est.

2. Secundò, nihil iuuat, si iidem milites se excusare vellent, dicendo. Etsi nos Duci non militari essemus, & ad iniustam direptionem non concurrissemus, tamen alij non defuissent, à quibus idem damnum illatum fuisset; nam sicut illa alij tunc restituendi obligationem contraxissent, ita nunc de facto istos contrahere dicendum est.

3. His tamen non obstantibus ego supradictos milites non obligarem ad totam restitutionem; & ita hanc sentẽtiam tenent Vasquez *opusc. de restit. cap.* 9. *num.* 35. Petrus Nauarra *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 53. Nauarrus *cap.* 17. *n.* 20. Paludanus *in* 4. *dist.* 15. *q.* 2. *art.* 5. & Lessius *lib* 2. *cap.* 13. *dub.* 4. *n.* 27. vbi sic asserit. Miles gregarius non tenetur, nisi de damno, quod ipse in bello iniquo dedit, non autem ad totam illius belli. Non obstat, quòd singuli iuuerint ad iniquam expugnationem, & ingressum in vrbem, quia solùm iuuerunt faciendo partem suam, non autem procurando, vt alij suam in illo damno facerent. aut vrbem expugnarent; vnde sicut iste non est causa damni, nisi ratione partis quam ipse intulerit, ita non tenetur ad restitutionem, nisi pro sua parte. Sicut enim totus exercitus est causa totius damni, ita singuli suæ tantùm partis, nisi alia ratione alios iuuerint, vel incitauerint. Dux tamen tenetur ad totum, quod per milites illatum est, quia vel eos ad hoc direxit, vel si non direxerit, saltem tenebatur ex officio impedire. ita Lessius, satis quidem probabiliter.

RESOL

RESOL. XXXV.

An gregarij Milites iniustè inuadentes, & depradantes aliquam Vrbem, teneantur in solidum restituere in integrum, vel an solùm ad specialia nocumenta, quæ quisque intulit?

Et an verò auctores belli, nempè Principes & Consiliary teneantur integrè restituere, & quilibet eorum alio omittente, & similiter speciales Duces, & Tribuni?

Quæritur etiam, quid facere debeant Milites, qui ignoranter pugnauerunt in causa belli iniusti si subditi sunt, & quid si subditi non sunt? Ex p.6. tr.4. Ref.31.

Sup. hoc in Ref. not. seq. §. 1. MAgna est hæc difficultas. Vtrùm omnes, qui ad bellum iniustum concurrunt, teneantur in solidum ad restitutionem nocumentorum omnium, quæ illata sunt: an solum ad specialia nocumenta, quæ quisque intulit. Respondetur dubitari non posse, Auctores belli, nempe Principem & Consiliarios teneri integrè restituere, & quemlibet illorum altero omittente. Sic etiam speciales Duces, ac Tribuni, quoad ea damna, quæ sui milites eis iubentibus inferunt. Præterea, quando in discursu belli plures sociantur, & se adiuuant, vt aliquam prædam capiant, vel aliquod damnum inferant? certum est, quemlibet teneri in solidum, quia quilibet est quasi causa totalis. Sed probabilius est, singulos milites, qui ad bellum concurrunt, etiam si simul cum aliis in conflictibus pugnent, non esse obnoxios restitutioni omnium; sed eorum tantum, quæ ipsi auferunt, vel inferunt; quoniam iste concursus non est sufficiens, vt singuli censeantur causa omnium, quæ in bello fiunt. Et ita docet ex Syluestro, Gabriele, & Nauarra Petrus Lorca *in 2. 2. D. Thomæ, sect. 3. disp. 55. n. 5.*

2. Sed contrariam sententiam tenet Caietanus *in 2. 2. quæst. 62. art. 7.* & alij: quia ex dictis Militibus vnus sine alio non auderet, verbi gratia, vrbem inuadere, nec posset inferre damnum: atque ita in tali casu quilibet iuuat alterum, & facit alterum fortiorem; & sic quilibet videtur de omni damno teneri.

Verùm ego sententiam Petri Lorcæ probabilem esse puto, quam etiam tuetur Nauarrus *In Manuali cap. 17. num. 21.* & Paludanus *in 4. distinctione 15. quæst. 2. articul. 5.* cum aliis, quos ego ipse citaui, *in 3. part. tract. 5. resol. 86.* Quæ hic est Ref. antecedens.

3. Non desinam tamen hic adnotare nouissimè Ioannem Vwiggers *de iustit. & iure tract. 3. cap. 2. dub. 5. num. 40.* has pugnantes sententias fœdere distinctionis conciliare: sic enim asserit. Cæterùm videntur mihi istæ sententiæ posse conciliari, & ambæ benè explicatæ habere veritatem: quod fieri poterit hoc modo, dicendo scilicet, quòd Authores sententiæ posterioris loquantur in casu, quòd Milites tantum iussu Superioris inuadunt vrbem aut Castrum, ipsis inter se non communicantibus de inuadendo & spoliando vrbem: sed iam loco superato & obtento incipiant pro sua particulari voluntate prædas agere absque omni respectu vnius ad alterum; neque enim solet tunc vnus ab altero in præda capienda dependere, aut iuuari: & tunc videtur verum, quòd non singuli teneantur in solidum de tota præda, quòdque isti sic intellexerint suam doctrinam, satis ex adiunctis percipitur. Prioris verò sententiæ Authores dicantur loqui in casu, quando omnes communi consilio, aut mutua exhortatione, & veluti vna manu inuadunt locum, aut domum ad deprædandum: prout sæpè contingit, quòd aliqua pars exercitus tali motu diripiat minora oppidula, aut aliqua loca minus firma, vel etiam exercitus se ad prædam animans, & sine iussu superioris oppugnans ciuitatem & diripiens: & in eiusmodi casu veritatem obtinet, sicuti omnino apparet quòd singuli in solidum teneantur de toto damno quem sensum etiam satis præ se ferunt verba horum Doctorum. Hucusque Vwiggers.

4. Sed hic obiter quærendum est magis generaliter; quid debeant facere milites, qui ignoranter pugnarunt in causa belli iniusti. Respondendum est: quandiu ignorant iniustitiam causæ, nihil debere facere, si probabilis sit eorum ignorantia, seu quæ adhibita morali diligentia vinci non potuerit; præsertim si sint sequuti Principem, cuius sunt subditi. Itaque non tenetur restituere ea, quæ ex hostium spoliis consumpserunt bona fide, neque resarcire damna quæ intulerunt. Vbi autem sciuerunt bellum esse iniustum, debent ab eo desistere, ac restituere ea, quæ ex hostium spoliis apud se adhuc habent, cáve in quibus facti sunt locupletiores. Qui autem subditi non sunt dubitantes de belli iniustitia? si postea constat bellum iustum esse, ad nullam restitutionem tenentur; cùm nec Princeps, quem iuuerunt, ad illam tunc teneatur. Sin constet de iniustitia, vel de ea dubitetur, iidem tenentur restituere. Et ita docet Reginaldus, *tom. 2. lib. 21. cap. 8. n. 104.* Sup. contentis in hoc §. infra in Ref. 40. §. penult. & in Ref. 38. §. Sed hic.

RESOL. XXXVI.

An Miles subditus possit militare in bello iniusto.

Et an teneatur subditus inquirere iustitiam belli, dum est dubia negatiuè?

Et an subditus indoctus qui non potest discernere, quando sit causa iusta aut dubia, teneatur semper obedire Superiori præcipienti.

Et quid est dicendum, si amicus, à quo Rex petit auxilium dubitet de iustitia belli, possitne illum iuuare? Ex parte 9. tractatu 8. & Misc. 3. Ref. 64. aliàs 63.

§. 1. AFfirmatiuè respondet nouissimè Emanuel Themodo *in Decisionibus Olyssiponensibus, part. 1. Decis. 93. num. 10.* asserit enim, quòd licet bellum, quoad caput, & Reges indicentes, ex iniusta causa sit illicitum; tamen quoad subditos dicitur licitum, quia necessitas facit de illicito licitum, Baldus *consil. 358. licet Latrunculus numero. 2. vers. super. 2. lib. 2.* quem refert & sequitur Cardinalis Tuscus *verb. Bellum. concl. 35. n. 5.*

2. Amicissimus, & doctus Caramuel putat hunc casum esse impossibilem, sic enim ait, *in Theolog. mor. lib. 3. q. 2. num. 1412.* An miles, certò sciens causam belli esse iniustam, possit militare? Respondeo casum esse impossibilem. Bella enim arcano consilio & fine geruntur, nec causa cognoscitur à milite gregario. Supponendum est enim multa arcana militibus celari, pauca exponi. Ovvenus nomine Scholastici.

Scire tuum nihil est, nisi scire tuum sciat alter,
ait, & nomine Politici subsumit;
Si sciat hoc alter, scire tuum nihil est.

Sæpè enim expedit rem ipsam fieri, causas & motiua ignorari. Si dubites, legas libros Politicos. Francisco Guicciardino Hypomnesis I. Princeps legati sui opera alium circumuenturus, primò omnium Legatum ipsum decipiat, oportet. Ergo cùm in rerum politicarum mysteriis sit recondita veritas, & color solus extrinsecus oculis proponatur: impossibile est alium præter Principem (aut fortè etiam intimos Consiliarios ipsius, sed & hi solent decipi) cognosce-

re certò veram armorum causam.

3. Dices etiam illam posse euidenter in ferri; nam Principes manifestationes suas curant edi, nè iniqui à populo credantur: ergo si causæ, quæ publicantur, tales sunt, vt bellum euidenter iniustum credendum sit, necessariò tenendum omissas esse debiliores; quia alias impudenter omissæ; deberent enim poni, vt clarior esset causæ iustificatio.

4. Sed nego manifestationes edi, nè Principes iniqui credantur; id enim non semper omnes curant; nam eduntur, vt potentius Aduersarios impugnent. Si Græci haberent contra Albanos iustas bellandi causas, secretas tamen, & nihilominus sibi ab aliorum fortitudine, & numerositate timerent: possent illis declarare bellum quòd Tarquinij filium à Romanis profugium amice receperint. Sane hæc causa non esset sufficiens, vt bellum diceretur iustum, & tamen alias esse iustum supponitur, & hunc colorem quæsitum, vt prouocarent Romani Albanos inuadere, & Græcos Romanam authoritatem propugnantes iuuare. Hucusque Caramuel.

5. Sed Ego inuenio Doctores communiter supponere bellum Principis posse constare esse iniustum, vt patet penès Patrem Franciscum Lugo *de Princip. Theol. mor. par.* 1. *cap.* 3. *quæst.* 12. *num.* 89. & ideò reiicienda est prorsus opinio Themudi, quam superius posui; quia bellum iniustum est de se illicitum: ergo necessitas non potest illud de illicito licitum facere; & contrarium asserere, est error manifestus, & dignus graui censura. Dico igitur, quòd si miles subditus sit, quoties ipsi non constat de iniustitia belli, potest obedire quia tunc præsumere debet bellum esse iustum. Sic decidit Augustinus *in cap. quid culpatur.* 23. *quæst.* 1. & docent Valentia, *tom.* 3. *disput.* 3. *quæst.* 16. *punct.* 2. Vasquez 1. 2. *disp.* 66. *cap. vlt.* Molina *tom.* 1. *tract.* 2. *disput.* 113. *col.* 3. Nauarr. *lib.* 2. *de Rest. cap.* 3. *part.* 2. *dub.* 12. *num.* 260. Thomas. Sanchez *lib.* 9. *Decal. cap.* 3. *num.* 15. Salas. *tractat.* 8. *sect.* 26. *num.* 266. Villalobos *tom.* 1. *tract.* 1. *difficul.* 18. Suarez *de Charitate disput.* 13. *sect.* 6. *n.* 8. Nec tenetur subditus inquirere iustitiam belli, dum est dubia negatiuè, quia scilicet nulla specialis ratio suadet iniustitiam illius. Quare tunc potest, imò tenetur, si iubeatur, pro suo principe militare. Si vero subditus habeat dubium positiuum, & probabilem putat vtriusque partis opinionem, poterit, quam maluerit, amplecti. Si tamen rationes, ita suadent Iniustitiam, vt non appareat contraria pars probabilis, tenetur amplius disquirere veritatem, ne periculum subeat iniuste pugnandi. Sic Suares suprà; & Castro Palaus *tom.* 1. *tract. disput.* 2. *punct.* 8. *num.* 2.

Sup. hoc infra in Res. 37. ad medium & in Res. 39. §. 1. ad medium, & in Res. 40. §. secunda. & in Res. 41.

6. Sed non deseram hic apponere sententiam Patris Arriga *tom. in. part.* 2. *disput.* 25. *sect.* 5. *num.* 36. vbi ita asserit: Vtrum subditus indoctus, qui non potest discernere, quando sit causa iusta, aut dubia, teneatur semper obedire superiori præcipienti? v. g. Rex vocat milites ad bellum, miles dubitat, vtrum sit bellum iustum, an possit, & teneatur obedire Regi? Suppono, quòd si ille dubitat non solùm de belli iustitia, sed etiam an sibi liceat ire ad illud bellum; certum sit non posse ire, nisi deposito eo dubio; quia operarij cum conscientia dubia circa ipsam actionem hic & nunc, peccatum est: est ergo difficultas vtrum ille possit sic discurrere; Rex debet dignoscere causas iustas belli, & ipse est bonæ conscientiæ; suppono ergo illum benefacere, ideoque & mihi licere illum sequi? Respondeo primò, Si dubium de iustitia belli sit purè negatiuum, quia neque pro illo, neque contra illud vllam habet subditus rationem, omnino teneri; nam possessio stat pro Rege: non enim debet sine vllo planè fundamento de eo præsumi delictum, quale esset iniustum bellum indicere. Si verò dubium sit positum ob aliquas rationes, v. g. quia scit subditus sæpè eum Regem iniusta bella mouisse, vel quia videt contra Catholicos in fauorem hæreticorum, vel ob alias rationes, quas ipse non scit soluere, quæque ipsum tenent perplexum; putarem omnino tunc temporis non posse ex sola præsumptione, quòd alter sit Superior, iudicare sibi licitum esse illud bellum; est enim subdito ipsi iam Rex suspectus; debet ergo in tali casu alicui homini docto suum dubium proponere, & consilium ab eo petere: quod si ipsi dicatur, Hæc quidem ratio habet aliquam difficultatem; Rex tamen ob alias causas iustiores, & præponderantes, quæ non debent manifestari aliis, potest licitè inferre, &c. tunc poterit sine scrupulo ad bellum illud ire. Hæc Arriaga.

Sup. hoc. in Resolutionibus n. st. prætermissæ.

7. Verùm obiter in gratiam Curiosorum ponam hic alterum dubium. Quid dicendum si amicus à quo Rex petit auxilium, dubitet de iustitia belli? Ad hoc dubium respondet supra Pater Arriaga; & quia Codex non ita facilè inuenitur, accipe eius verba. Difficultas est, vtrum si Rex ab amico aliquo petat auxilium pro bello, & dubia sit amico iustitia belli; possit iste per extrinseca principia de bonitate Regis præsumere illum habere iustas causas, eumque iuuare. Siluester. *verb. Bellum* 1. *quæst.* 9. assignat discrimen inter subditos, & amicos, de illis asserit, de his negat. Displicuit id Patri Vasquez suprà, *numer.* 53. ait enim; sicut amicus non potest ire ad bellum dubium, nisi per extrinseca principia deponat dubium; ita nec subditus: & sicut subditis non tenetur Rex manifestare causas belli, ita nec amicis sæpè potest: ergo eadem est ratio de amicis, quæ de subditis. Mihi tamen probabilior videtur ea sententia Siluestri, nam cùm subditus sit in certa obligatione obediendi Domino, & Dominus in possessione iuris ad mandandum; non potest eximi ab ea obligatione obediendi, & sequendi Regem per solum dubium circa iustitiam belli: at amicus, qui ex nulla obligatione obediendi, aut iuuandi, neque ex vlla præsumptione iuris, sed omnino liberè & spontaneè concurrit, maiorem debet habere de belli iustitia rationem. Quò enim quis in dubium aliquod cum minori obligatione se intrudit, minùs operatur prudenter. Fateor ergo non esse necessarium, vt in particulari causas belli Rex manifestet, etiam amicis: at si amicus habeat tam efficacem rationem in contrarium ad iudicandum bellum esse iniustum, vt non possit dubio satisfacere; & in cõmuni solùm audiat esse alias æquè fortes causas in contrarium; cum enim eas, quæ contra bellum sunt, ipse agnoscat, & alias ex sola ea testificatione non ita apprehendat; ac denique etiã quando iniustè pugnatur, soleat dici sẽper esse iustas causas pro eo bello; vix poterit excusari, si tunc annuat vocanti, nisi perpẽsis omnibus rationibus deprehendat se nullas habere positiuas rationes cõtra æquitatem belli, sed putum negatiuũ dubium, quòd scilicet nõ sciat, quæ sint pro bello, tunc enim libenter admitterẽ cum Patre Vasquez illum posse annuere vocanti, cogitando sic, mihi in contrarium nihil occurrit, & aliunde Regem suppono esse bonæ conscientiæ; ergo potero illum iuuare.

8. Addo pro maiori huius rei intelligentia, etiam si absolutè bona personæ cõscientia, magna sit præsũptio ad iustificandas illius actiones; in Regibus tamen magnum esse sæpè in his rebus errorem: contingit enim eos habere iuxta se ministros, qui propter propriam vtilitatem, vel ex malitia, vel quia ab aliquibus subornati sunt, vel quia ex bello sperant magnum lucrũ, vel ob alias causas, ita diminutè rationes in contrarium Regibus proponunt; proprias verò ita fortiter, vt Rex putet inuincibiliter se habere iustam causam,

causam, vbi re ipsa iniquissima est; & quia nihil ad Regem immediatè peruenire potest, sed omnia per eos ministros; & sicut rerum colores per vitra varij coloris immutantur, vt quæ alba sunt, appareant viridia; & viridia; rubra, ita, &c. inde fit vt non possit quis, quantumuis de bona conscientia Regis ei constet, facere inde præsumptionem de belli iustitia. Vnde amici, ad quos liberius perueniunt rationes in vtramque partem, quando habent potentes rationes contra iustitiam belli, & nunquam audiunt alias sufficienter compensantes; meritò possunt, & debent timere, ne ibi fraus lateat, & Rex decipiatur; ideoque non sufficienter excusabuntur, si leuiter credant: neque iuuabuntur ob bonam Regis famam, nisi etiam ipsius ministri, & à prudentia, & à timore Dei reddantur in hoc puncto, & in aliis, omni suspicione maiores: tunc enim faciliùs, credi potest, eos habere iustas causas, etiamsi eas non valgent passim. Et hæc omnia docet Arriaga loco citato: cui Ego etiam adhæreo: & vtinam hodie ab aliquibus considerentur.

RESOL. XXXVII.

An Milites non subditi alicuius Principis teneantur inquirere iustitiam belli quia Milites subditi ad hoc non tenentur? Ex punct. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 32.

Quæ hic est infra 39. & in Ref. 38. & 40. §. Tertia, ad medium, & in Ref. 41. recitantes in §. vlt. & pro Militibus subditis in Ref. huius not, §. 1. ad medium, & in Ref. 3. à principio, & & in Ref. 4. etiam à principio, & in Ref. præterita §. Sed ego, post medium, à vers. Nec tenetur.

§. 1. Milites subditi ad hoc non tenentur; difficultas est de militibus non subditis, & quia casus in praxi frequenter potest accidere, ego *in 2. part. tract. 5. resol. 96.* adduxi aliquos Doctores pro negatiua sententia, quibus nunc addo Castrum Palaum *in opere mor. tom. 1. disput 2. punct. 8. num. 4.* vbi sic ait. Valde probabile est eodem modo milites non subditos bellare posse, ac possunt subditi, neque aliquam esse inter illos differentiam, quia cuilibet licitum est alterum iuuare in re, quæ præsumitur iusta, præcipuè cùm non leue emolumentum inde accipiat: cùm igitur bellum præsumatur iustum, dum de iustitia non constat, efficitur posse quemlibet in illo iuuare. Ita ille. Negamus igitur cum Sanchez *in summ. tom. 2. lib. 6. cap. 3. num. 16.* Molina *de iust. tom. 1. tract. 2. disp. 114.* & aliis, milites non subditos non posse bellare, nisi certitudine morali constet illis bellum iustum esse. Imò ego puto, si milites tam subditi, quàm non subditi dubium habeant positiuum, hoc est, rationes probabiles pro vtraque parte de iustitia belli, posse se illis conformare; si autem rationes ita sint vrgentes de iniustitia belli, vt dicti milites probabiliter nequeant illas soluere, tenerentur tunc aliquo modo veritatem inquirere ne se periculo morali iniustitiæ exponant; tamen hoc onus addit Palaus ex Suarez nō esse facilè militibus imponendum.

RESOL. XXXVIII.

An Miles extraneus, vt licite possit militare in Exercitu alicuius Principis teneatur examinare iustitiam belli?

Et si tales Milites postea comperiant à parte ipsorum bellum fuisse iniustum, teneantur restituere damna, quæ dederunt? Ex part. 11. tract. 5. & Misc. 5. Ref. 28.

§. 1. Dixi militem extraneum, nam subditum minimè teneri tradunt communiter Doctores, Difficultas igitur est de milite non subdito, & affirmatiuè respondent plures Doctores, quos ego alibi adduxi, & plena manu adducit Merolla *tom. 1. disp. 3. c. 3. n. 327.*

Alibi in Ref. præterita, à principio, & in Ref. seq. & in Ref. 1. post seq. §. Tertia ad medium, & iuxta in Ref. 41. recitatiue in §. vlt.

2. Probatur hæc opinio, tum quia miles in tali casu exponit se periculo inferendi damnum iniustum aduersariis, quibus, vt damnum iustè inferatur, debet esse in inferente moralis certitudo de iustitia, tum quia nulla necessitas eum cogit ad obtemperandum Principi non superiori, & cum tali periculo; atque vt habetur *regul. 19. de regul. iuris in 5.* non est sine culpa, qui rei quæ ad eum non pertinet, se immiscet, nempè rei periculosæ, & quæ alteri damnum affert.

3. Deinde quoties quis speculatiuè dubitat, an talis res licita sit, tenetur quoque practicè dubitare, nisi aliqua ratio specialis cogat variare iudicium practicè practicum, stante contraria speculatiuè: at quoties subdito præcipitur aliquid, de cuius honestate ipse dubitat speculatiue, adest specialis ratio cogens ad contrarium iudicium practicum formandum, nempè præceptum Superioris, in eo dubio possidentis. Cùm ergo hæc ratio cesset in non subditi, non poterunt stante iudicio speculatiuè dubio contrarium practicum concipere, vt vel sic possit licitè cum eo dubio speculatiuo operari.

4. His tamen non obstantibus, aliqui satis quidem probabiliter, contrariam sententiam tenent, & non admittunt supradictam distinctionem inter militem subditum, & extraneum: Probatur hæc opinio, primò, quia vel actio ipsa secundum se, secluso præcepto superioris, est licita, vel non est licita, si est licita, etiam non subditus poterit ad eam concurrere: si non est licita, neque etiam subditus poterit, quia actionem secundùm se illicitam non potest superior, præcipere, neque eam licitam reddere, quando ipse non potest dispensare in lege, quæ reddit actionem istam illicitam. Secundò probare potest, quia si alienigena qui stipendio accepto se prius alicui Principi addixerant, possunt in dubio militare: ergo poterunt etiam denuò se eius obsequio addicere post exortum bellum: quod enim inprimo casu inueniantur iam obligati ad ei obsequendum ex pacto antecedenti, parum refert, solùm enim se obligarunt ad inseruiendum, & obediendum in iis, ad quæ se poterant obligare. Si ergo postea non possunt se ad illud bellum obligare propter periculum iniuriæ, cui se exponant: nec etiam antea ad id se obligarunt. Tertiò denique quia non omnes subditi obligantur Principis sui subiecto ad militandum, sed maior pars sponte bellum suscipit; ergo si hi possunt auctoritate sui Principis absque obligatione dubium deponere, & militare; poterunt etiam non subditi: nam Principis auctoritas eandem efficaciam habet ad mouendum non subditum, vt dubium deponat, quam habet respectu subditi, quem præcepto non obligat.

5. His suppositis ad quæstionem propositam respondeo, licitum esse militibus regi subditis, & cuicumque etiam extraneo sub Principe militare, quotiescumque constat regem esse hominem iustum, & prudentem, qui non nisi summo consilio bellum solet mouere, quia hoc sufficit; vt milites bellum iustum esse præsumant.

6. Itaque Principes, & personæ etiam non subiectæ bellanti, qui dum vident principem probum, & habentem probos consiliarios maturè bellum indicentem, bona fide sibi persuadent iustam esse causam

causam, etiamsi apertè id non constet, licitè possint adiuuare partes talis Principis, nisi fortè habeant vehementes rationes dubitandi de iustitia illius belli.

7. Prima pars conclusionis, probatur primò, quoniam ad ipsos non pertinet ex professo discutere causas belli, ergo sufficiet eis, quod bona fide sequantur causam quam existimant esse legitimam. Confirmatur, quia sic prudenter operantur sequentes illum Principem & Consiliarios.

8. Secundò probatur, quoniam aliàs ferè omnes milites essent in peccato mortali, quia qui cautius procedunt modo assignato in hac conclusione. Confirmatur, quia aliàs sæpè remanerent perplexi, & exponerentur, irrogare iniuriam principi bellanti.

9. Tertiò. Nam bellum indictum ab habente auctoritatem in dubio præsumitur iustum, vt ex Panormitano tradit Syluester *verb. Bellum 1. num. 5.* Mascard. *verb. Bellum num. 5.* Menochius *de præsumptionibus l. 6. præsumptione 96. n. 7.* Ergo miles prudenter præsumit se sequi iustam causam.

10. Quartò, nam vnicuique licitum est alterum iuuare in re quæ præsumitur iusta, maximè, si non leue emolumentum inde percipiat.

11. Secunda pars conclusionis probatur, Primò, quia potest esse tam manifesta iniustitia causæ, & communiter apud plures cognita, vt illam omninò ignorare non possint milites; & tunc tenentur abstinere.

12. Secundò, quia talia iudicia, & ratio dubitandi se posset offerre, quod redderet conscientiam erroneam, vt aduertit Victoria *in electione citata de iure belli num. 26.* Et ideo nostram sententiam modo quo suprà explicatam docet Caietanus *in summa, verbo bellum*; Victoria *in relectione de iure belli numero 24.* Bannez *2. 2. quæst. 40. art. 1. dub. 6. §. Ex quo sequitur vltimò*; Suarez *disputat. 13. de charit. sect. 6. num. 9. & 12.* Candidus *disquisit. 17. numero 5. § dico 9.* Castr; Palao *de conscientia opinante disp. 3. punct. 8. numero 2. & 14.* Ouiedo *tract. 5. controuers. 3. punct. 8. n. 94.* Cardinalis Lugo *de iustitia tom. 1. disp. 18. sect. 1. n. 10. cum seqq.* Ioannes Ildephonsus *in comment. ad concl. 19. n. 1034.* Dicastillus *de iure & iustit. lib. 2. tr. 1. disp. 10. dub. 16. §. 97. num. 370.* Franc. Lugo *de principiis theol. mor. part. 1. cap. 3. quæst. 12. num. 90.* Ioannes Vvigers *in 1. 2. Diui Thomæ, quæst. 40. art. 1. dub. 3. num. 50.* vbi sic ait: Suarez putat, probabilius esse, in dubio externos quoque posse ire ad bellum nullo examine facto, sed onere in Principem reiecto, modò hoc sit probæ existimationis, & dubium istorum sit merè negatiuum, scilicet quod nec habeant rationes contra iustitiam belli, nec etiam pro illa, quod dicit etiam apertè doceri à Victoria. Et potest confirmari à simili, quia cuique licet elocare operam suam mercatori ad cooperandum contractibus eius, quos ipse non nouerit esse iniustos, nec probabilem habet rationem dubitandi de iustitia: neque enim tenetur alioquin singulorum iustitiam examinare. Ita ille.

13. Itaque dicendum est vnicuique licere alterum iuuare in re, quæ præsumitur licita, maximè si inde iuuans non leue emolumentum & speret & accipiat, sed ex parte talis Principis, vel militis priuati, quando de iniustitia non constat, bellum præsumitur iustum: ergo licitum erit etiam non subditis illum iuuare. Atque ex his facilè respondetur oppositæ sententiæ argumentis. Ad illa petita ex ratione, concedimus non licere inferre damna belli, neque cogi non subditum militem ad hæc inferenda, nec posse ea inferri sine morali certitudine, quòd liceat. At hoc autem vt moraliter certus sit miles hic & nunc licere pugnare, sufficit quod prudenter iudicet in auctore belli esse sufficientem cognitionem & certitudinem iustitiæ ad pugnandum. Quam opinionem de illo auctore belli æquè potest habere non subditus atque subditus. Est autem hoc iudicium probabile, quoties ex vna parte de iniustitia non constat, & ex alia Princeps habetur vir Christianus, & bonæ existimationis. Ita Dicastillus, & alij vbi supra.

14. Et licet grauia damna ex bello sequantur, non minus sequuntur ex bello peracto à militibus Regi subditis, quam à non subditis, qui etiam sine iusta causa bello se immiscent: cuilibet enim multum interest suas locare operas, vel Regi amico opem ferre, vt ipse vices rependat, dum illis periculum immineat belli iniusti ab alio inferendi? ergo bellum aggredi sub prudenti, & iusto Principe non assueto bella iniusta mouere, licitum erit, absque alia discussione de iustitia belli.

15. Vnde ex superius dictis his diebus interrogatus ego respondi: Potuisse virum nobilem N. licet militem extraneum, se constituere sub labaro Magni Regis Philippi IV. Catholici, absque examinatione vlla de iustitia belli. Quis enim nescit Religionem, & curam conscientiæ tanti Monarchæ, & quot Consiliarios viros pietate & sciētia insignes apud se retineat.

16. Præsumendum est igitur absque scrupulo de iustitia armorum eius. Non desinam tamen hic adnotare Caramuelem contra communem sententiam Doctorum in *Theologia Morali lib. 3. disputat. 3. quæst. 1. num. 1407.* negare casum esse possibilem, nempè militem posse dubitare de iustitia belli, propter auctoritatem totius Reipublicæ, Principis & supremi Consilij bellum indicentis: sed hanc Caramuelis opinionem doctè & latè impugnat amicissimus P. Bardi *de Conscient. discept. 6. c. 9. §. 24.* per totum.

17. Sed hic oritur dubium, An milites qui modo explicato, licitè in dubio pugnant, si postea comperiant bellum à parte ipsorum fuisse iniustum, teneantur restituere damna quæ dederunt. Sylu. *verb. bellum 1. q. 9. concl. 3.* ait, eos, qui dubij de iustitia belli pugnant, licet non peccent, excusante eos obedientia Superioris, cognita tamen postea iniustitia belli teneri restituere quæ consumpserunt, & apertè videtur loqui etiam si milites prædicti non sint facti locupletiores: nam statim subdit; quod si subditus probabiliter credebat bellum iustum, non tenetur de consumptis, nisi in quantum ex hoc sit factus locupletior. Sup. hoc infra in Res. 40 §. penult. & in alio §. eius annot.

18. Verùm Merolla *tom. 1. disp. 3. c. 3. n. 334.* docet non teneri consumpta reponere, sed illa solummodo quæ extant, & illa quorum communione aut venditione factus est locupletior. Et ratio Merollæ est, quia cum non peccauerit in accipiendo, non est obligandus ad restitutionem. Sed hæc ratio sufficiens non est: nam si non peccauisse sit ratio ob quam non tenetur consumpta restituere, nec tenebitur restituere non consumpta, quia etiam hæc subsistit sine peccato. Et si vtrumque aut alterutrum verum, etiam erit verum, eum qui consumpserit pecuniam alienam putans esse suam, non teneri ad restitutionem, quia & iste in illa consumptione non peccauit.

19. At his non obstantibus sententiam Merollæ amplector, quam ante illum sustinuit Victoria de iure belli *n. 32. & 33.* & Molina *de Iust. tom. 1. disputat. 113. verb. dubium est, cum alij.*

RESOL. XXXIX.

An Milites extranei dubitantes de iustitia belli possint sine peccato militare?

Et

Et an hoc etiã procedat cum Militibus non extraneis, sed subditis?

Et an capti in bello iusto ex parte capientium, iniusto autem ex parte aduersariorum ad suos possint fugere sine peccato, modo scandalum, & promissio absit? Ex p. 3.tr. 5. & Misc. 1. Ref. 97. alias. 96.

Sup. contento in hoc & seq. §. signãter pro Militibus extraneis supra in Ref. 38. & in alijs eius primæ not. pro Militibus vero subditis, & non subditis & examine causarum belli supra in Ref. 37. per totã, & in Ref.36. 40. & 41.

§. 1. DE hoc casu his diebus interrogatus fui, & vt verum fatear, negatiua sententia est communis; nam Doctores distinguunt inter milites subditos in dubio de iustitia, quos posse militare, secus autem extraneos; & ita docet Caietanus *ver. bellum.* Gabriel *in 4. dist. 25. quæst. 4. art. 2. concl. 4.* Maior *ibidem quæst. 20. §. istis notatis.* Sylnester *ver. bellum 1. quæst. 9. prope finem.* Molina *de iust. tract. 2. disput. 114. num. 1.* Valentia *tom. 3. quæst. 16. punct. 2.* Sylnius *in 2. 2. quæst. 40. art. 1. quæritur. 4. concl 5. & 6.* Maldetus *in 2. 2. quæst. 40. artic. 1. dub. 3.* Molfesius *in summ. tom. 2. tract. 12. cap. 3. num. 162.* Villalobos *in. summ. tom. 1. tract. 1. diffic. 18. num. 4.* Ledesma *in summ. tom. 2. tract. 3. cap. 13. concl. 20.* Reginaldus *in praxi tom. 2. lib. 21. cap. 8. sect. 3. num. 103.* & tandem hanc sententiam docet Ioan. de la Cruz *directorio conscientiæ part. 1. pr. 5. art. 3. dub. 2. concl. 2.* vbi sic ait. Miles dubitans de iustitia belli, si sit subditus Principis bellantis, aut ab eo conductus, tenetur bellare, quia ad militem, si aliàs non est Consiliarius, non attinet examinare causas belli; sed se habet vt lictor, qui exequitur iudicis sententiam; esset enim impossibile, & in damnum Reipublicæ, si omnibus militibus esset danda ratio iustitiæ belli; alij autem milites nec subditi, nec conducti, si dub.tent de iustitia belli, non possunt bellare, quia nec obedire tenentur, cùm non sint subditi, nec stipendiarij, & aliàs bellando exponunt se periculo irrogandi iniuriam, & sic si bellent restituent, sicut & Principes, & Consiliarij damna illata in bello; cuius iniustitiam culpabiliter ignorarunt. Ita Io. de la Cruz, & DD. citati.

2. Sed his non obstantibus, contrariam sententiam docuit Petrus à Nauarra *de rest. lib. 2. cap. 3. numer. 278.* quia quamdiu etiam miles voluntarius, certus non est de ininstia belli, non peccat: imò tenetur cogitare Regem illum iustitiam habere; aliàs peccato temerarij iudicij esset obnoxius, cùm condemnet eum, quem sine certis indicijs iniustè bellare existimat: in dubio enim de peccato proximi, etiam mihi non superiori, non licet certam ferire sententiam de malo, atque peccato. Vnde quamdiu illa dubitatio probabilis manet, de neutra exercitus parte possum iustè iudicare, sed cogitare teneor, vtrumque iustè bellare in sua mente, laboratéque ignorantia probabili, quia scilicet vtrique videtur, ius habere, & iustitiam. Ita Nauarra, & post illum tenet etiam hanc sententiam Suarez *tract. de charitate disput 13. sect. 6. num. 11. & 12.* vbi pro firmanda hac opinione, sex validissimas rationes adducit; vnde, vt diximus, licèt contraria opinio sit tutior, & communior, tamen si aliquis miles hanc secundam sententiam, sequi vellet, non damnarem illum de peccato, nec ad restitutionem vllam post peractum bellum obligarem; maximè, si dubium de iustitia belli fuerit negatiuum, vt fermè semper in militibus esse solet, & ideo Adamus Tannerus *in 2. 2. disput. 2. quæst. 6. dub. 4. numer. 49.* sic asserit. Non videtur facile, peccati mortalis damnandus miles, etiam non subditus, qui alioquin non nisi bello iusto paratus est militare; orto inter Principes Christianos bello, & facta prius de iustitia vtriusque partis inquisitione in æquali dubio speculatiuo de causa bellandi iusta anceps hærens, sed vtramque tamen partem bona fide & iure vtcumque probabili agere existimans, vtriuis parti seruire paratus est. Ita Tannerus, & ego.

3 Sed nota, quod post hæc scripta inueni, Vasquez *in p. disput. 66. cap. 9. sub finem,* & Lorcam *in 2. 2. sect. 3. disput. 53. num. 7.* non agnoscere discrimen inter subditum, & non subditum & ideo docent neutrum posse militare, quando omnibus spectatis de belli iustitia; qui in dubiis tutior pars est eligenda, & licèt hos authores conetur concordare Coninch *de actibus supernat. disput. 31. dub. 5. num. 81.* tu tamen absolutè ne recedas ab opinionibus, quas *supra* posuimus, nempe posse sine dubio; subditum, quando dubitat de belli iustitia, pro Rege suo militare, & secundùm probabilem opinionem, etiam non subditum. — Sup. his in Resolutionibus not. 1. huius Ref. signanter in Ref.14. & 5.

4 Notandum est etiam hic obiter, contra Molinam *de iust. tom. 1. tract. disput. 37. num. 10.* & alios penes ipsum, non esse improbabile, quòd capti in bello etiam iusto ex parte capientium, iniusto autem ex parte aduersariorum, ad suos fugere possint absque peccato, modò scandalum, & promissio permanendi absit. Et ita docent Vasquez *in 1. 2. tom. 2. diput. 174. cap. 1. num. 8.* & alij, quos citat, & sequitur Laym. *in Theol. moral. lib. 2. tr. 3. cap. 12. num. 16.* cùm pæna perpetuæ seruitutis naturæ admodum repugnet, vt eam sustinere valde difficile sit, si effugere quis possit. — Sup. hoc supra in Ref. 29. & in alijs eius not. — Sup. hac promissione ibidem §. Limitanda. & in alijs eius not.

RESOL. XL.

An Milites siue subditi, siue non, dubitantes de iustitia belli possint bellare?

Et si postea cognoscant iniustitiam belli, quid teneantur restituere? Ex p.4.tr.3.Ref.7.

Sup. prima diffic. tituli huius Ref. & omni contẽto in his primis tribus §§. supra in Ref. 36. 37. 38. & 39. per totas, & infra in Ref. seq.

§. 1. PRima opinio absolutè affirmat, siue miles sit subditus Principis bellum indicentis siue non, quia dum de iustitia belli clare non constat, semper præsumendum est pro Principe bellum indicente, vt iustè procedat. Ita Petrus Nauarra *de restit. lib. 2. cap. 3. part. 2. dub. 12. num. 160.* quem citat, & sequitur Ioannes Salas *in 1. 2. D. Thomæ quæst. 21. tract. 8. disp. 1. sect. 26. num. 272.*

2. Secunda opinio absolutè negat, etiamsi miles Principis subditus, quia in dubio an res præcepta sit licita, non potest subditus obedire, nisi saltem per extrinseca principia dubium deponat formans iudicium determinatum, quo rem illam licitam esse iudicet. Ita Vasquez *in 1. 2. D. Thomæ disput 66. cap. 9. num. 53.* & Lorca *in 2. 2. sect. 3. disput. 53. n. 7.*

3. Tertia opinio distinguit, nam si milites sint subditi Principis indicentis bellum, possunt in dubio de iustitia belli, ad bellum procedere; secus autem si non sint subditi; & ratio est, quia in dubio, & vbi contrarium aperte non constat, subditi licitè acquiescunt sui Superioris iudicio, cæteri verò, qui non sunt subditi, communi lege tenentur ad examinandam honestatem actionum quas aggrediuntur; & ita tenet Adamus Tannerus *in 2. 2. D. Thomæ disp. 2. q. 6. dub. 4. n. 48.* Sanchez *in sum. tom. 2. l. 6. c. 3. n. 15.* Sylnius *in 2. 2. D. Thomæ q. 40. art. 1. quæritur. 4. concl. 5. & 6.* Valentia *tom. 4. disp. 3. q. 6. punct. 2. §. si autem miles,* Molina *tom. 1. tr. 2. disp. 113.* Azorius *tom. 1. l. 2. c. 19. q. 9.* Bannez *in 2. 2. q. 40. art. 2. dub. 6.* & Iacobus Granado *in 2. 2. D. Thomæ con. 3. tr. 11. disp. 4. sect. 3. §. 4. num. 41.*

4. Omnes istæ tres sẽtẽtiæ sũt probabiles & Tannerus *vbi suprà, num. 49.* asserit Romæ Patrum Suares

 primum

primam sententiam docuisse, quia Aduocatus etiam in dubia causa vtriuis parti patrocinari potest, & famulus seruire potest domino exercenti contractus speculatiuè dubios. Et hanc sententiam tenet etiam Vuiger. *in 2.2. D. Thomæ q.4. art.1. dub.3. num.50.*

5. Verùm stando in tertia sententia tanquam probabiliori, sub nomine militum subditorum puto intelligi non solùm subditos indigenas, sed etiam alienigenas mercede conductos, qui continuis stipendiis sub eodem Principe antea degebant tam tempore belli, quàm pacis; secus de illis, qui solùm tunc tempore belli conducuntur. Ita ex multis Sanch. *vbi supra n.16.*

Sup. hoc supra in Res. 35 §. vlt. & in Res. 38 §. Sed hic.

6. Notandum est tamen hic obiter contra Syluestrum *ver. bellum 1. qu.9. conclus. 3.* quòd supradicti milites si postea cognoscunt iniustitiam belli, non tenentur restituere quæ consumpserunt; quia cùm non prævaricauerint, solùm tenentur restituere ratione rei acceptæ si extet, vel quantum ex ea facti sunt locupletiores; ita ex multis tenet Merol. *tom.1. disp.3. c.3. corol.22. n. 334.* Non omittam etiam hìc adnotare cum Martinez *in 1.2. tom.1. q.19. art.6. dub. 5. concl.2.* quòd ministri Principum, etiamsi dubitent de iustitia sententiæ, possunt, & tenentur nihilominus illam exequi.

7. Et tandem pro coronide huius resolutionis ponam hic singularem locum Paludani *in 4. dist.15. q.2. n.30.* vbi sic ait. De exercitu autem sciendum, quòd quando constat dominum habere iustum bellum, subditi tenentur iuuare; vel quando dubium est: quando autem est certum de opposito, peccant obediendo; sed quia non sunt principales, nec vnusquisque est adiuuans talis, quòd sine eo non fieret prædatio, non tenetur restituere omnia spolia exercitus, sed solùm quantum ad eum peruenerit. Ita ille.

RESOL. XLI.

An Milites, siue subditi sint, siue non, teneantur examinare iustitiam belli? Ex parte 6. tractatu 4. Resol.9.

Sup. hoc in Res. præterita § Secunda. & supra in Res 36. §. Sed ego. inter medium & finem, à vers. Nec tenetur. & in aliis eius annot.

§. 1. QVoad primum, Respondeo negatiuè: quia si esset subditis obligatio disquirendi belli iustitiam, non possent vnquam Principes bellum inferre, quia examen totius exercitus duraret æternùm: nec item possent aperiri consilia Principum, nec omnia, quæ ipsi cum hoste gessere. Denique tot Tribunalia essent erigenda, quot milites deligendi. Ratio autem à priori est: quia Princeps ius habet præcipiendi militi, vt accepto stipendio obediat in pugna: tenetur parere; in cuius possessione iuris est Princeps: dum ergo non constet militi Principem esse in eo iniussu iustum, tenetur illi parere: alioquin possessione sua eum priuaret absque causa. Confirmatur, dum tortori non constet de iudicis iniustitia in reo damnando, eum damnatum capitis obtruncare: quia ad eum non spectat iudicium, sed executio: si autem tortori constaret de iudicis iniustitia, teneretur abstinere à cæde innocentis: eadem ratione milites tenentur, quia sunt nobiles tortores sui & orbis.

2. De non subiectis Principi idem sentio: nempe milites priuatos posse militare sub Principe alieno sine examine causæ: vt ego cum multis satis probaui *in 4. part. tract.3. resol.7.*

Quæ hic est Res. antecedens, signanter in §. Tertia. ad medium, & in Resol. præterita &c.

RESOL. XLII.

An bellare in diebus festis, sit per se licitum?

Et si fiat præliatio in die festo etiam extra necessitatem, (si Missa audiatur) an sit peccatum mortale?

Et an in dicto casu etiam excusentur à peccato, qui aggeribus, fossa, & vallo, arces, vrbes, oppidáve muniunt, & alia similia faciunt? Ex p.4. tr.4. & Misc. Res.219.

§. 1. REgatiuè respondet Suarez *de Religione tom. 1. lib.2. de festis, cap.28. num.8.* Fagundez *de precept. Eccles. part.1. lib.1. cap.11. num.2.* Filliucius *tom.2. tract. 27. cap.9. n.175.* & nouissimè Castrus Palaus *tom.2. de obseru. festorum, disp.2. punct.5. num. 11.* quia bellare est actio merè corporalis laboriosa, & est vsus artis mechanicæ; ergo non est opus liberale, sed seruile.

Sup. hoc in Res. seq. §. Verum difficultas.

2. Hæc opinio est probabilis, sed non minus probabilem affirmatiuam sententiam esse puto, quam nouissimè docet ex eadem societate Iacobus Granado *in 2. 2. D. Thoma contr.3. tract.12. disp.4. sect.7. n.65.* & respondet ad omnia argumeńta adducta à P. Suares; & ideo Caietanus *in 2. 2. q. 40. art.4.* Ban. *dub.4. n.4.* Valentia *tom.3. disp.3. q.16. punct.5.* Sà *ver. Bellum, n.15.* & Rodriquez *in summa part.1. c.126. n.10.* putant, præliationem, si fiat in die festo, etiam extra necessitatem, si Missa audiatur non esse peccatum mortale; vnde licèt existiment, esse veniale: ego tamen puto cum Granado *vbi supra n.63.* qui citat Lorcam, valdè probabile esse, nullum esse peccatum, si Missa audiatur.

Sup. hoc ibidem §. Sed ego.

3. Adde, quòd, etiam stando in prima opinione, bellare in die festo ferè semper est licitum, cùm semper sit aliqua vtilitas, aut necessitas in non differendo bello ad aliud tempus, si statim commodè geri possit: vnde excusantur, qui aggeribus, fossa, & vallo, arces, vrbes, oppidave muniunt, & alia similia faciunt.

RESOL. XLIII.

Quo tempore sit licitum bellare?

Et an in diebus festis, si necessitas poscat, & secus si non poscat, licitum sit bellare absque culpa peccati mortalis, si Missa non prætermittatur?

Et an quando bellum est in procinctu, teneantur Milites audire Missam in die festo? Ex parte 6. tract. 4. Res.32.

§. 1. REspondeo: Ab Aduentu vsque ad Octauam Paschæ prohibuit bellare Alexander III. *in cap. Treuga. de treug. & pace,* sub grauibus pœnis, & comminatione excommunicationis: sed hoc præceptum receptum non fuit, vt ibi notat Glossa, & tradit Valentia *tom.3. disp.3. q.16. punct.5.* Suarez *disp.13. de bello sect.7. n.24.* & alij.

2. Verùm difficultas est de diebus festis. Et quidem seclusa necessitate & vtilitate in illis pugnari non posse docet Castrus Palaus *tom.1. tract.6. disp.5. punct. 6. num. 12.* quia est opus seruile: & Diuus Thomas *in 2.2. quæst.40. art.4.* docet licitum esse bellare diebus festis, si id necessitas poscat; secus si non poscat. Et Caietanus in Commentario sub nomine necessitatis, intelligit etiam vtilitatem.

Sup. hoc in Res. præterita.

3. Sed ego certum puto: quando in die festo non negligitur Missa, tunc non est peccatum mortale bellum offensiuum exercere. Ratio est, quia in die festo solùm prohibentur opera seruilia, id est, quæ seruorum propria sunt: at bellare non est opus seruile, quia non minus pertinet ad Dominos, ac Principes quam ad seruos. An saltem sit veniale, affirmat Bannez, quia bellum affert magnas distractiones, quæ impediunt pietatem ac deuotionem, cui diebus festis vacandum est. Molina putat non sẽper esse veniale, quia sæpè fit vt milites quando pugnãt, potius abstrahantur à

Sup. hoc ibidem §. 2. post medium.

à peccatis, quàm à pietate. Nam extra pugnam, quando in otio viuunt, multas habent peccandi occasiones, quas non habent in ipsa pugna actuali. Tunc potiùs solliciti sunt de pia morte, & dolore peccatorum, quàm de nouis peccatis perpetrandis, vel etiam excogitandis.

4. Verùm contrariam sententiam tenet Lorca *in 2. 2. quæst. 40. articul. 4.* vbi sic ait. Non solùm propter necessitatem vrgentem, & vtilitatem; sed absque vtraque, & etiamsi bellum sit iniustum, non existimo esse peccatum præliari in die festo, dummodo Missa non prætermittatur. Circunstantia enim diei festi non vitiat bellum iustum, aut auget malitiam belli iniusti, quoniam præliari non est opus seruile. Non esse autem seruile declaratur exemplo; nam agere ludos bellicos, vt hastiludia in die festo exultationis aut exercitationis gratia, censetur licitum, & non computatur inter opera seruilia; & rixari priuatim in die festo, etiam vsque ad occisionem hominis, non existimatur opus seruile, nec contra festiuitatis obseruantiam; ergo nec publicum bellum. Quid enim interest; Itaque nulla est circunstantia temporis ad bellandum obseruanda. Quod plenè definiisse videtur Nicolaus *in cap. si nulla, allegato.* Si nulla vrget, inquit, necessitas, non solùm in quadragesimali tempore, sed omni est à prælio abstinendum. Sin autem ineuitabilis vrget necessitas & importunitas, nec quadragesimali tempore est bellorum præparationi parcendum: ac si dicat. Solùm considerandum est, an bellum sit iustum, & necessarium: de tempore autem nulla est habenda ratio.

Et hanc sententiam præter Lorcam docet nouissimè Hurtad. de Mend. *vol. 2. disp. 169. sect. 15. §. 150.* Coninch. *disp. 31. de bello dub. 7. n. 123.* Molina *tom. 1. tr. 2. disp. 111.* Reginaldus *tom. 2. lib. 21. c. 8. num. 99.* quibus ego adhæreo.

5. Quæres. An in die festo; quando prælium est in procinctu, ad Missam audiendam Milites teneantur; Caietanus & Lorca Cisterciensis asserunt, Missam non esse prætermittendam absque grauissima necessitate: sed tamen satius respondetur, si auditio illa Missæ præparationi ad prælium non noceat, consultissimum, imò necessarium est eam audire: in hoc enim casu præceptum Ecclesiæ obligat: sed si tantisper hæc auditio impediat, aut milites, ne se, vt par est, ad pugnandum accingant; aut Sacerdotes, ne vacent tunc confessionibus ipsorum Militum audiendis: quod opus præstat auditioni Missæ, non est dubium, quin ab eius auditione meritò excusentur, Et ita tenet Duuallius *in 2. 2. Diui Thomæ, tractat. de charitate, quæst. 16. art. vltim.*

RESOL. XLIV.

An secreta Principum, seu Exercitus licitum sit reuelare ad euitanda tormenta, & iacturam vitæ?

Et an liceat ad euitandum graue damnum alterius crimen occultum & peccatum tibi sub secreto reuelatum manifestare, etiam si illi inde mors immineat, aut infamia, modo illud secretum sine vi & fraude ab eo acceperis?

Et quid, si sine causa supradictum crimen occultum, & peccatum proderet, an extra peccatum teneatur etiam ad restitutionem, si pro deposito aliquid accepit? Ex parte 6. tractatu 6. & Misc. 1. Resol. 60.

§. 1. Respondeo negatiuè. Et ideo assero, quòd si aliquis sciat secretum Regis, seu exercitus, vel Reipublicæ; ex cuius reuelatione vel vita, vel fama Regis, vel magnum aliquod bonum publicum pendet; non licebit illud reuelare: quia præeunte naturæ lumine docemur bonum commune anteferendum esse priuato. Vnde sequitur militem Hispanum à Gallo in bello captum, quamuis tormentorum vi torqueatur, aut occidatur, non posse tuta conscientia secreta iusta sui exercitus aperire: nec è contra Gallum militem secreta exercitus Galliæ, quando ea secreta conducunt ad conseruationem totius exercitus. Et ita docet Nauarra *de restit. lib. 2. cap. 4. num. 130.* Malderus *de iustitia, tract. 7. cap. 1. dub. 10. & 11.* & alij quos citat & sequitur Fagundez *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 8. cap. 6. num. 11.*

2. Notandum est tamen secluso supradicto casu ad vitandum graue damnum, verbi gratia, torturam, poteris licitè alterius crimen occultum & peccatum tibi sub secreto, reuelatum manifestare: etiamsi inde mors illi immineat, aut infamia sequatur: modò illud secretum sine vi & fraude ab eo acceperis. Probatur: quia si illud non teneor seruare, quando vergit in damnum proximi; multò minùs teneor quando vergit in meum damnum: nemo enim magis proximus est, quàm quisque sibi. Secundò; quia non teneor cum tanto meo incommodo seruare vitam aut famam proximi. Tertiò; quia illud secretum est quoddam veluti depositum apud me occultatum: quod non teneor cum tanto damno meo seruare occultum: si tamen sine causa proderem, inferrem iniuriam deponenti, & tenerer ad restitutionem, si pro deposito aliquid accepi, quia voluntariè essem causa damni proximo illati. Ita Nauarra & Fagundez *locis citatis;* quibus adde Lessium *lib. 2. cap. 11. dub. 8. num. 54. & seq.*

RESOL. XLV.

In quo peccant Milites erga eos, apud quos commorantur?

Et quid teneatur restituere?

Et de aliquibus aliis agitur, in quibus peccant mortalitèr Milites, si non obediunt Duci, vel Præsidi militiæ: & quis, quid, & quibus in aliquibus aliis casibus tunc occurrentibus restituere teneatur? Ex parte 6. tractatu 4. Resolutione 26.

§. 1. Respondeo grauiter peccare milites, & cum onere restituendi.

2. Primò, qui aliquid Rusticis, aliisue, apud quos hospitantur, aut per quos transeunt, subripiunt; aut ab inuitis extorquent præter ea, quæ ex constitutione Principis debent eis subministrari, quæ seruitia vocare solent, vt sunt lumen, ignis, lectus, paleæ. Nec excusantur; si Rustici petentibus, aut quandoque etiam vltrò iis offerant pecuniam, aut similia: quia donationes illæ communiter non sunt spontaneæ, sed coactæ; metu maioris mali: atque ita peccant accipientes, nisi constet eas omninò liberè fieri.

3. Secundò: quando astu aut fauore ab iis, qui ipsis hospitia debent præscribere, obtinent plures schedulas, quibus iis diuersæ domus pro hospitio assignant; & deinde ab aliquibus pecunias accipiunt, vt apud eos non hospitentur: qua ratione multi iniustè grauantur.

4. Ex priore dicto excipe casum, quo milites ob defectum solutionis sunt in extrema, aut graui necessitate; ita vt se sustentare nequeant: nisi à suis hospitibus sibi necessaria extorqueant; tunc enim id licitè faciunt. Quæ hîc maximè locum habent, cùm alias milites necessariò deberent aut perire, aut castra deserere, quod fieret cum maximo totius communitatis, atque

atque adeò eorum, à quibus dicta accipiunt, damno. Cùm igitur eorum vita ac opera sint his necessaria, meritò coguntur eos sustentare.

5. Duo tamen hic obseruanda sunt. Primum, vt Milites nihil ab iis extorqueant, quod iis non sit necessarium ad suam sustentationem. Secundum, vt Princeps, aut reliqua pars Reipublicæ compenset ea grauamina illis hospitibus; quatenus ipsi præ reliquis fuerunt grauati: nam cùm militum sustentatio cedat in bonum totius patriæ, communibus sumptibus fieri debet; nec vna pars præ alia debet grauari: præsertim ita notabiliter. Et hæc omnia docet Coninch. *disput.* 31. *de bello disputat.* 7. *num.* 98. & 99. Palaus *com.* 1 *tractat.* 6. *disputat.* 5 *punct.* 6. *num.* 4. Becanus *in* 2.2. *cap.* 25. *quæst.* 15. *num.* 1. Molina *tom.* 1. *tr.* 2. *disputat.* 117. Villalobos *in summa tom.* 2. *tract.* 5. *dific.* 21. *num.* 8. & 9. & alij.

6. Non desinam etiam hic obiter adnotare cum Hurtado de Mendosa *volum.* 2. *disput.* 169. *sect.* 13. §. 130. quòd quando Capitaneus generalis interdicit militi spolia: quia non vult hostem tam acerbè plecti, nec relinquere in egestate; tunc miles tenetur hoc restituere, quæ contra Capitanei legem auexit. Quia pœna non potest infligi, nisi per iudicis sententiam. miles autem non est iudex; id enim spectat ad caput exercitus: si verò Dux interdicat spolia non ob commiserationem in hostem, sed ne miles spoliis onustus retardetur ab assequenda victoria, & hostes insequendo? tunc non peccatur contra iustitiam, sed contra obedientiam.

Sup. hoc cum aliis D. D. supra in Ref. 31.

7. Et tandem non desinam hic apponere verba Layman, qui supra dicta confirmat, & alia etiam addit: asserit igitur, quòd milites obligantur sub mortali. Primò, vt Duci ac Præsidi militiæ obtemperent, in acie & pugna consistant, & non facilè fugiant aliisque timorem iniiciant, *iuxta leg. omne delictum, ff. de re milit.* Secundò, vt stationem seruent, arcem sibi commissam defendant etiam cum vitæ periculo, quandiu spes defendendi superest, alioquin capite plectuntur, *iuxta leg. 2. ff. ad legem Iuliam Maiestatis.* Tertio, vt sine Ducis sui consensu à Castris vel exercitu non discedant: quandoquidem tali pacto à belli Duce milites conducti censentur; vt illi liberum sit, eos cùm voluerit, persoluto stipendio dimittere: iis vero liberum non sit, cùm voluerint, discedere. Qua in re aduertere etiam debet miles quantum damnum ex discessione, aut fuga sua sequatur; seu quòd alius miles non nisi longo tempore magnisque dispensis adduci possit: seu quòd periculum sit, ne paucorum exemplum plures alij sequuti castra, vel etiam aduersus impetus hostiles non satis instructam deserant: vt meritò eiusmodi delicto capitis supplicium decretum sit *in leg. omne §. qui in facie ff. de re militari, & l. 3. ff. ad legem Iuliam Maiestatis.* Quartò Milites suis stipendiis contenti esse debent, vt Sanctus Ioannes Baptista illis præcipit *Luca* 3. ideoque homines innocentes, per quorum terras non hostiles transeunt, vel apud quos hospitantur, insolitis atque indebitis exactionibus non grauare.

Sup. hoc ibidem §. 1.

Su. hoc ibidem §. Quoad secundù.

8. Sed etsi Milites in solutione stipendij iniustam imminutionem, aut dilationem patiantur: non ideo ipsis est licitum subditos, aut accolas innocentes spoliare; quia bona aliena non sunt oppignerata militibus pro stipendio, ait Caietanus *verb. bellum prope finem.* Neque dissimulatio vel auctoritas Ducis sui ipsos excusat: nisi id fiat in pœnam iustè infligendam nocentibus, aut membris Reipublicæ nocentis. Alioquin verò Princeps stipendia militibus dare debet ex prouentu totius Prouinciæ, aut Regni secundùm proportionem facultatum singulorum; & non particulares personas, puta agricolas, &c. & præ aliis grauare.

9. Excipitur tamen primò: si consuetudo loci obtineat, vt hospites militibus habitationem, ligna, paleas & similia gratis dent: tunc enim per accidens, & quasi fortuitò accidit, vt vna pars Prouinciæ plus quàm altera oneretur. Excipitur secundò, si grauissima necessitas cogat milites ad spoliandum innocentes: quo tamen casu belli Princeps in conscientia obligatus erit ad damnum, quatenus moraliter potest, resarciendum; si iniusta stipendiorum detentio causa eius extitit: sin verò sine culpa extitit, non ampliùs obligatur, quàm inde locupletior redditus est. Et hæc omnia docet Layman *lib.* 2. *tract.* 3 *cap.* 2. *n.* 18.

RESOL. XLVI.

De peccatis Ducum in exercitu regendo.
Et an ipsi Præfecti Arcium possint pauciores Milites in Arce ponere, quam à Principe constitutum fuerit?
Idem quæritur de Ducibus, & Capitaneis, qui cum in suis Tentoriis tot Milites constitutos habere debeant, pauciores tamen retinent vt stipendium aliorum ad suos vsus conuertant. Ex part. 6. tract. 4. Ref. 17.

§. 1. NEcessaria sunt hæc pro praxi: & ideò respondeo, quòd Duces & Ministri Principum peccant grauissimè, si plures Milites repræsentent, quàm secum habent, vt sic plura stipendia accipiant, & sibi retineant. Nam præterquam quòd ea à Principe iniustè surripiunt, grauissimorum damnorum sunt causa. Nam Princeps credens tot milites adesse, non procurat alios milites submittere ad Castrum defendendum, inimicósque oppugnandos, qui necessarij erant, eáque de causa non solùm non reportat victoriã, quam verè reportaret: sed sæpè castrum ab inimicis occupatur, vel milites grauiter cæduntur; & Respublica, Religióque Christiana in maximo periculo constituitur: eiúsque hostes exardescunt, & insolentiores fiunt: proh dolor! Tenentur ergo duces hoc crimen committentes hæc omnia reparare: sic Molina *disp.* 116. *vers. solet.* Coninch *disp.* 31. *dub.* 7. *n.* 100. Bonacina *disp.* 2. *de restitut. q. vlt. sect.* 1. *punct.* 12. §. 3. *n.* 27. Secundò peccant Duces & Ministri Principis, si ob negligentiam, vel ob furtum necessaria ad bellum parantes, parent cibum & potum, aliáque huiusmodi corrupta, ex qua mors militibus prouenit, aliáque damna enumerata sequantur. & Idem est, si ob eandem causam simulent se præparasse eo, quæ ad bellum sunt necessaria ex voluntate Principis, cùm tamen in minori quantitate præparata sint, aut si præparent ea, quæ victoriæ consequendæ necessaria, sunt dolosa & falsa. Molina *dict. disp.* 116. *vers. non dissimile.* Bonacina *vbi supra.* Tertiò peccant Duces transeuntes cum suo exercitu tenentes loca vicina suspensa; neque manifestantes quò sint diuersuri; vt sic accedat & offerat vnusquisque locus magnam quantitatem, ne illuc exercitus transeat: quia hac via regnum grauatur iniustè; tum grauando populum, apud quem diuertit exercitus, tum accipiendo ab aliis illam summam. Et licèt Ducibus concessa sit electio vnius populi pro alio, quando onus non potest æqualiter in omnes diuidi: non tamen est illis concessum, neque concedi potuit, vt hanc electionem venalem faciant, & sibi pretium retineant. Expediebat namque potiùs si vnus populus grauabatur hospitando exercitum, vt reliqui ad eius leuamen concurrerent, media aliqua contributione. Molina *disp.* 116. *vers. molestum.* Coninch *disp.* 31. *dub.* 7. *n.* 100. Bonacina *dicta disp.* 2. *de restitut. q. vlt. sect.* 1. *punct.* 12. *num.* 17. Quartò peccant Duces signantes suos famulos in milites, & centuriones, vt stipendium à Principe signatum imminuant, & sibi illam

illam partem referuent, nisi constet ipsos gratis Ducibus donare: quòd tarò est credendum. Bonacina *suprà.*

2. Vide etiam quoad supradicta præter Doctores citatos Villalobos *in summa tom.2.tract.5.difficult.11. num. 5. 6. & 7.* Becanum *in 2. 2. cap. 25. quæst. 15. num.2.* & Layman *lib. 2. tract. 3. cap. 12. num. 18.* vbi docet, Duces conducentes exercitum peccare. Primò, si milites suos absque necessitatis causa temerè exponant certæ internecioni. Secundò, si nulla cogente necessitate in locis palustribus & valde insalubribus castra figant cum periculo morbi seu contagionis. Tertiò, si in solutione stipendiorum iniustis & vsurariis cambiis, seu permutationibus pecuniarum vtantur. Quartò si pecunias accipientes pro maiore militum numero, eum non compleant cum ingenti interdum Reipublicæ damno. Quintò, si dimissis veteranis & exercitatis militibus, in eorum locum nouos inexpertos minore stipendio substituant. Sextò; si stipendium Militibus subtrahentes permittant eos à rusticis & aliis innocentibus extorquere, quæ sibi necessaria sunt. Septimò: si dum per Prouincias exercitum ducunt, à pagis & ciuitatibus pecuniam accipiant ad redimendam vexationem: vt videlicet exercitus non ad ipsos, qui pecunias obtulerunt, sed ad alios adducatur.

3. Sed non desinam hìc apponere dubium, quod mouet Duuallius *in 2. 2. D. Thomæ tract. de charitate quæst.16. art.4.* vbi sic ait. Quæres an ipsi Præfecti Arcium possint pauciores Milites in arce ponere quàm à Principe constitutum fuerit; verbi gratia. Rex præscripsit pro arce aliqua custodienda centum Milites: Præfectus imminuet hunc numerum, & ad quinquaginta reducet; vt sic stipendia reliquorum sibi attribuat, Idémque queritur de Ducibus & Capitaneis, qui cùm in suis Centuriis tot milites conscriptos habere debeant, pauciores tamen retinent, vt stipendium aliorum ad suos vsus conuertant. Respondeo primò, duplex esse tempus distinguendum: vnum quando hostes sunt proximi; necnon bellum, seu potiùs conflictus maximè vrget: & tunc grauissimè peccant ipsi Duces, posśuntque puniri capitaliter, si numerus Militum à Rege assignatus non sit completus: defectu enim vnius aut alterius militis victoriæ nonnunquam deperduntur, & castra, seu arces inuaduntur, Aliud verò tempus est pacis & tranquillitatis: & tunc crederem posse habere pauciores milites, quàm Rex edixerit: eò quòd tunc nullum periculum Arci, aut exercitu immineat, & probabile est, Regem, eò quòd istud satis sit consuetum inter nobiles, tacitè in id consentire: ex quo sequitur similiter non teneri ad restitutionem stipendiorum, quæ in proprios & priuatos vsus, propter paruum illum militum numerum conuerterunt: Rex enim in istud tacitè consentit, videt quippe hoc, cùm ordinarium sit, & tacet: ideóque annuit. Hucusque Duuallius. Sed tu cogita: nam puto Reges hoc nescire; neque tacitè consentire.

RESOL. XLVII.

De peccatis aliorum Officialium in Exercitu non commorantium. Ex part.6. tract.4. Ref.28.

§. 1. Peccant etiam, ait Becanus *in Diui Thomæ cap.25. quæst. 15. num. 3.* alij officiales in exercitu. Primò, quando qui ex officio debent victualia ad exercitum comportare, non diligenter id faciunt, sed per auaritiam, aut negligentiam dant militibus corruptum cibum, aut potum, ex quo moriuntur: Secundò, quando lucri causa pulueri tormentario admiscent aliquid extraneum, vt non sit aptus ad victoriam comparandam. Tertiò quando plus pecuniæ exigunt à militibus pro cibo, potu, vestibus, armis; & aliis necessariis, quàm præscriptum est, Quartò, quando in designandis hospitiis, alicui militi dant tria, aut quatuor chirographa ad tres vel quatuor distinctas domos, vt in vnaquaque hospitio recipiatur: tunc enim in vna habet hospitium, ab aliis autem accipit pecuniam pro subleuato onere.

2. Vide etiam Layman *lib.2. tract.3.c. 12.n.18.* Molinam *tom. 1. tract. 2. disp. 116.* qui asserit ad hæc debere multum attendere horum officialium Confessarios.

RESOL. XLVIII.

De peccatis Regum, & Principum, etiam si bellum iustum exerceant in ordine ad Milites.

Et an debeat Rex eis, & aliis restituere damna quæ inde fuerint sequuta? Ex parte 6. tractatu 4. Resol.29.

§. 1. Respondeo cum Coninch. *disp. 31. de Bello dub.7.num.94.* & Castro Palao *tom.1. tr.6. disp.5. punct.5. num.2.* Reges ex iustitia teneri militi promissa stipendia persoluere, idque statutis temporibus, quantum fieri potest. Ex quo sequitur Principem, qui sua culpa statuto tempore non soluit militi stipendium, teneri resarcire omnia damna, quæ inde fuerint sequuta. Primò, ipsi militi, si oppressus inedia, sua vili pretio debuerit vendere: aut si grauem morbum ideo incurrerit, & multa fuerit coactus expendere in Medicos contrahendo debita, aut membrum aliquod amiserit, aliáve ratione inutilis ad aliquid lucrandum factus fuerit. Secundò aliis subditis, aut etiam extraneis non hostibus, quos milites coacti inopia spoliarunt, quia ipse huic damno causam dedit, militem ad id inferendum per subtractionem stipendij compellendo; præsertim cùm ipse ex officio teneatur, quantum potest talia impedire. Tertiò ipsæ Reipublicæ similiter, si ob defectum solutionis rebellauerint, aut suo officio fungi non potuerint; atque ea ratione aut victoria fuerit amissa; aut bellum diutius cum maioribus Reipublicæ impensis, aut incommodo protractum; aut si clades, aliáve incommoda accepta fuerint. Quia Princeps tunc horum omnium sua culpa est causa, non secùs ac OEconomus, qui statim mercedem sua culpa non soluit conductis operis, ideóque hæ desinunt Terras Domini colere, & consequenter hic earum fructu priuatur.

2. Sed circa præsentem quæstionem non desinam apponere verba Pauli Layman *lib.2. tract. 3. cap. 12. num. 18.* vbi sic ait; Considerandum est? vtrum Princeps vltrò ad bellum iustum gerendum accedat. v. g. occupandæ Ciuitatis, Prouinciæ causa, quæ ipsi iure debita denegatur, tunc persuadere sibi debet, quòd bello rectè sustinendo idoneus futurus sit, videlicet diuitiis tam potens, vt militibus quandiu bellum geritur, stipendia soluere, & tam potens auctoritate, vt eosdem per subordinatos Duces in officio continere possit; alioquin bellum plerumque intermittere debebit. An vero necessitate coactus ad bellum præsertim defensiuum, v. g. contra incursus infidelium aut hæreticorum aggrediatur: tunc interdum accidere potest, vt sine culpa Ducis, aut Principis diuturnum bellum gerentis, stipendia militibus tardius, aut tenuius proueniant, quàm ipsi mereantur? quo necessitatis casu (si sumptus quamuis omni possibili studio quæsiti & collecti non suffi-

ciunt) partim ipsos milites, partim, verè incolas boni publici causa, aliqua incommoda tolerare necesse est. Contingere etiam potest, vt etsi maximè belli Dux supremus disciplinam militarem seruare cupiat, non tamen possit: quia milites, eorúmque Capitanei successionem ad aduersarios apertè cogitant, si cum supplicij seueritate à prædis omninò arceantur: quo casu interdum minora eiusmodi mala permitti, & ab incolis æquanimiter perferri debent, vt grauiora vitentur incommoda; modò talia pericula reuera subsint, & non vana excusatione prætendantur.

3. Accedit, quod ad stipendij solutionem attinet, etiam consuetudinem spectandam esse. Nam in quibusdam Regionibus mos est, vt milites in partem stipendij sui pannum accipere cogantur, eo pretio auctore, quo Mercatores fœnatores Principi vendiderunt. Plerisque verò locis consuetum est, vt etiam vel quatuor plerúmque mensium stipendia militibus seruentur, fortasse ob eam causam, vt dum hanc debitam sibi pecuniam apud Ducem quasi depositam habent, à fuga & secessione retrahantur: quòd si autem ex Militibus aliqui moriantur, hæredibus eorum nihil soluitur. Sin autem dimissio militum fiat, aliquid debiti ipsis stipendij detrahitur, tanquam in pœnam, quia multas contra Ducis voluntatem rapinas abegerint; esto multi eorum hac in re innocentes sint. Hæc & similia interdum probabiliter excusantur; vt saltem à Confessariis tanquam manifestò iniusta damnari non possint, partim ob necessitatis rationem, quia pecuniæ non sufficiunt ad bellum necessarium gerendum, vel continuandum: quare priuata Militum iactura posthabetur bono publico: partim quia Milites, dum militiæ nomen dant, scientes huiusmodi consuetudinem, sponte in eam consentire videntur.

RESOL. XLIX.

His diebus Anglicum triremibus Turcis dimicantes ignem pulueri iniecerunt, seque in mari commiserunt, cum magno triremium damno, quæsierunt tunc à me, an hoc facere licitum fuerit Christianis: Ex part. 5. tract. 4. Resol. 62.

Sup. in hoc Res. seq. signanter in §. 2. ad mediū, vers. qui strenue, & in § vlt. & lege alium vers. not. 1. dictæ Res. quamuis non dicat plene sup. hoc, & signāter in tom. 8. tr. 5. Res. § 2. §. Secundo. & hic supra in Res. 25. cursim, & recitanter in §. Vide.

§. 1. Affirmatiue videtur respondendum ex Syluio *in 2. 2. quæst. 64. art. 5. ad 4.* Marchantio *in resol. pastor. ad Decalog. cap. 5. quæst. 8. cas. 4.* & Lessio *in lib. 2. capit. 9. dub. 6. numer. 34.* vbi sic ait. Excusari possunt nostri milites & socij nauales, qui sæpe fortissimè cum hæreticis prælio nauali dimicantes cùm iam vident nauim in potestatem hostium venturam, communi consensu ignem pulueri iniiciunt, & se mari committunt, ne ipsi & nauis veniant in hostium potestatem; non enim intendunt sui interitus, sed ne hostis naui cum publico damno potiatur, & vt se ipsos si qua ratione possint, morti certissima ab hoste inferendæ eripiant. Ita ille, & post illum Malderus *in 2. 2. tract. 3. cap. 1. dub. 19.* sic aiens. Quando nauis ab hoste esset occupanda, & qui insunt occidendi, possunt ei ignem iniicere, & ipsi in mare desilire, censebuntur enim non tam sibi inferre, quàm fugere mortem.

2. Sed his non obstantibus ad casum propositum negatiuè ego respondi, quia DD. citati supponunt milites esse necessariò occidendos ab hostibus, quod in nostro casu non accidit, imò contrarium moraliter certum est, nam barbari illi prædantur, vt postea captiuos vendant, vel se ipsos redimant. Adde quòd Iacobus Gordanus *in Theolog. moral. tom. 1. lib. 5. quæst. 4. cap. 1. §. 2. numer. 4.* absolutè dubitat de isto casu, an sit licitus? & Syluius *vbi supra*, docet esse illicitum, si in naui manerent, quia id esset directè velle se occidere.

RESOL. L.

An Ducibus, & Militibus super naues Indicas, quæ vulgo dicuntur la Flota, *quando aliter manus hostium effugere non possint, licitum sit ignem adhibere, vt ipsi, & naues absumantur?* Ex part. 6. tract. 7. & Misc. 1. Res. 48.

§. 1. Negatiuè respondent communiter ex Diuo Thoma *in 2. 2. quæst. 64. art. 5.* quia contra propriam inclinationem, & charitatem propriam est seipsum occidere: & quia ad solum Deum pertinet iudicium mortis & vitæ.

2. Sed nouissimè affirmatiuam sententiam probabilem putat Facundez *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 5. cap. 11. numer. 14. in fine.* & ponit duos casus; quando iam sunt naues oppletæ hostium multitudine, contra quam nostri præualere non possunt: vel quando sunt tam magna multitudine hostilium nauium circumuentæ, vt euadere nequaquam possint. Probat verò hanc sententiam primò. Quia huiusmodi Duces non intendunt se perimere directè & positiuè, sed pro bono communi & auctoritate sui Regis directè intendunt eneruare hostem, contra quem iustum bellum gerunt, illúmque priuare ea præda ne postea fiat insolentior; licèt comitanter & per accidens propriam mortem ipso facto sibi inferant: ipsi enim bene optassent, se saluis, hostes perdere, si possent. Secundò quia potest quis ignem iniicere pulueri tormentario ad solo æquandam hostilem arcem, etsi sciat se momento dissipandum fore; neque enim ipse propriè se interimit, sed ignis impetus & arcis ruina illius interitum afferunt, cui se ob iustissimam causam exponit: non secus ac is, qui se volanti telo obiicit, vt vitam Principis tueatur, quæ res in bellis penè est quotidiana, alioquin non esset licitum militibus cum periculo vitæ suffodere turres & mœnia hostilia: quare si illi excusantur, cur non etiam excusabuntur nostri milites, sociique nauales, qui strenuè cum hæreticis dimicantes, cùm iam vident nauim in potestatem hostium deuenturam, communi consensu ignem pulueri iniiciunt, & se mari committunt; ne & ipsi & naues veniant in hostium potestatem? non enim intendunt suum interitum, sed ne hostes publico Reipublicæ Christianæ damno illis potiantur. Tertiò, quia certissimum est in materia de bello, posse illos, qui patriam in bello iusto defendunt, quando certum vident interitum, & eum aliter euadere non possunt, excogitare, & aggredi facinus aliquod, quod si patriæ suæ saluti, & hostibus detrimento, & etiamsi mors inde sibi certissimè obueniat, vt docet Victoria *in relect. de homicid. ad vltimum.* Arragonius *in 2. 2. quæst. 62. tractat. 1. de dominio vitæ, conclus. 1. quæst. 64. artic. 1.* Valentia *tom. 3. disputat. 5. quæst. 8. punct. 2. in fine.* Ludouicus Lopez *1. part. instruct. capit. 65.* quod patet in facto Samsonis *Iudicat. 16.* qui templi columnas euertit, quo moriens plures hostes perimeret, quàm viuens: nam licèt D. Augustinus *lib. contra secundam Epistolam Gaudentij*, asserat Samsonem id fecisse præmonente Deo, & sic obedientem fuisse Spiritui diuino: tamen absque ea præmotione id poterat Samson efficere intuitu debilitandi hostes, quos effugere non poterat, vt docent Sayrus *in Claui Regia, lib. 7. c. 9. n. 9.* Lessius *tom. 1. de iust. lib. 2.*

Sup. hoc in Res. præterita, & signanter in tom. 8. tr. 5. Res. 51. prope finem, §. 1. vers. Sexto. & in Res. 52. §. Secundo.

lib. 2. *cap.* 9. *dub.* 6. *num.* 32. Caietanus *Iudic.* 16. Ludouicus Lopez 1. *part. instruct. cap.* 65. *in fine.* Cæteras rationes videbis apud Fagundez, qui pro hac sententia adducit Lessium *lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 6. *num.* 32. cui ego addo Bonacinam *tom.* 2. *disput.* 1. *de restitut. quæst. vlt. sect.* 1. *punct.* 5. *num.* 8. & Ægidium Trullench *in Decalogum, tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 3. *dub.* 3. *num.* 11. &c.

2. Nota tamen quòd post hæc scripta inueni negatiuam sententiam docere Ioannem VVigers *de iustit. tract.* 2. *cap.* 2. *dub.* 18. *n.* 106. vbi sic ait: Minus videtur licitum nautis, vel militibus naualibus iniicere ignem in proprium puluerem tormentarium, quò contingat ipsos & nauem absumi; ne scilicet nauis veniat in potestatem hostium cum publico detrimento. Ratio eadem est, quia ab eiusmodi actione non potest (vt apparet) rescindi voluntas occidendi seipsum, ita vt tantummodo in alterum finem intentum cadat. Idque eo minùs, quòd huiusmodi actio propinquius, & magis per se inuadat suum auctorem, ipsique mortem adferat, quàm inuadat hostem, aut illi noceat: immò tantùm consecutiuè, & quasi per accidens in detrimentum cedit hostium: per se autem tendit ex se ista actio in nocumentum & mortem Authoris. Vnde etiam communis Christianorum sensus ab eiusmodi factis tanquam horrendis, atque illicitis videtur abhorrere. Si tamen qui in naue sunt, & certò occidendi cum aliqua spe enatandi in mare se coniicerent, & sic nauem incenderent, tum non ita difficile videtur eiusmodi factum ab homicidio proprio excusare: quantumuis fortassis etiam Auctores incendio inretirent: sicuti ante diximus de quibusdam non absimilibus casibus. Hucusque Ioannes VVigers.

Sup. hoc in Res. 1. not. præteritæ.

RESOL. LI.

An Clerici, inconsulto Summo Pontifice, possint alicui Exercitui præesse?

Et an solo iure positiuo, & Ecclesiastico, vel etiam naturali interdicta sit Clericis militia?

Et an hæc prohibitio ad culpam mortalem obliget?

Et difficultas est contra quam virtutem sit huiusmodi peccatum? Ex part. 10. tr. 2. Res. 1.

§. 1. NEgatiuè respondeo; quia Clericis prohibitum est militare; sunt enim dicati Dei seruitio, à qua professione militia multùm reuocat. Item Clerici sunt Christi ministri; ipsumque repræsentant, qui proprium sanguinem pro aliorum salute effudit; ergo non eis licebit alienum effundere, & ita docet Thomas *secunda, secundæ, quæst.* 40. *art.* 2. & communiter Theologi. Est tamen controuersia, An solo iure positiuo, vel etiam naturali interdicta sit Clericis militia; Non desunt ex Recentioribus asserentes, prohibitam esse iure naturali; & ita docet Valentia *tom.* 3. *disput.* 3. *quæst.* 16. *punct.* 4. *&c.* ex veteribus Turrecremata *in cap. Clerici* 50. *dist.* & aliqui alij Canonistæ, quia rationes, quas suprà adduximus ad probandum non esse licitam Clericis militiam, procedunt ex propria conditione status; atque adeo ex ipsa natura rei. Deinde D. Paulus 2. *ad Timoth. cap.* 2. dixit, *Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus.* Ex quibus verbis meritò Gregorius Nazianzenus *oratione de Pace* asseruit; *Arma esse prohibita Clericis.* Quod idem etiam docuit Bernardus *lib.* 4. *de consider. ad Eugenium*, explanans illa verba Matth. 26. *Mitte gladium tuum in vaginam.* Verùm, his non obstantibus, licet negari non possit militiam suaptè natura indecentem esse Clericis, qui Deo in Altari ministrant; & aliquale impedimentum, ex quo minus munus suum perfectius obire possint, & hoc ostendunt rationes, & authoritates adductæ; tamen dicendum est, quod non ita vrgent, sola natura rei, & conditione muneris Clericalis pensata, vt obligationem, & necessitatem inducere videantur, secluso iure positiuo. Igitur, ex vi solius legis naturalis, & diuinæ conuenientius est, & rationi magis consentaneum, vt Clerici militiæ non assistant: non tamen est omnino prohibitum, & peccatum: aliter in hoc dispensatio aduersaretur legi naturali. Deinde, non est minus aliena à statu Clericorum negotiatio secularis, quam militia: sed negotiatio Clericis prohibetur iure ecclesiastico: ergo etiam militia. Et tandem, non omnia, quæ dedecent aliquam personam, sunt etiam ei illicita iure naturæ.

Sup. hoc infra in Res. 54. à §. 2.

2. Dicendum est ergo cum Doctoribus inferiùs citandis, solo iure positiuo, & ecclesiastico militiam Clericis interdictam esse; vt constat *ex cap. Clericor. cap. de his Clericis cap. eos, qui* 20. *q.* 3. *cap. Cleric. c. Quicumque Clericus. cap. Quicumque ex Clericis. cap. Ex multa. De voto., & alijs Iuribus.* Quam quidem prohibitionem grauem esse, & ad culpam mortalem obligare, satis indicant grauissimæ pœnæ Clericis pugnantibus impositæ: vt constat ex allatis iuribus, & docent communiter Doctores, quos ad satietatem potuissent hic adducere. Est tamen difficultas contra quam virtutem sit huiusmodi peccatum. Et dicendum est breuiter, hoc peccatum esse contra religionem, prout comprehendit honorem debitum rei sacræ; hæc enim prohibitio manifestè fit intuitu dignitatis personæ sacræ. Et ita docet Turrianus *in* 2. 2. *D. Thoma. tom* 2. *disput.* 93. *dub.* 1. & alij.

Sup. hoc in §. not. seq in principio.

Sup. hoc infra in Res. 64. §. penul. ad medium.

RESOL. LII.

An initiati minoribus Ordinibus, Beneficiarij, & Monachi laici includantur in dicta prohibitione.

Et an supradicti peccent mortaliter, vel tantum venialiter, si ad bellum procedant?

Et an prædicti Clerici, Beneficiarij, & Monachi laici possint pugnare suis manibus immediate occidere, militari, & ducere Exercitum, ac præesse ijs qui machinas, vel tormenta bellica dirigunt neque in currere aliquam irregularitatem, quoties bellum est necessarium ad defensionem propria vitæ, vel personæ, & patriæ, & boni communis, & ad obtinendam victoriam, à qua pax, salus innocentium & bonorum Ecclesiæ dependet?

Et an hoc etiam sit prohibitum Episcopis, & Cardinalibus nondum in Sacris constitutis? Ex p. 10. tr. 2. Res. 2.

§. 1. AD hoc dubium sic respondet Lorca *in secunda secundæ D. Thomæ quæst.* 40. *ar.* 3. *Sect.* 3. *disput* 51. *numer.* 12. An verò eadem prohibitio extendatur ad Clericos, qui sunt in minoribus Ordinibus, & ad Monachos Laicos, vel nondum sacro ordine initiatos, diuersimodè explicant authores Couartuuias absolutè docet, hos Clericos non excludi à militia, quia iura de his solis loquuntur, qui in sacris constituti sunt. Alij verò, hos etiam affirmant comprehendi; quamuis non censeant peccare mortaliter, sed venialiter duntaxat. Excipiunt tamen eos, qui non gaudent priuilegio Clericali; quia neque habitum, neque tonsuram deferunt:

Sup. hoc, & contentis in Res. infra hac in Res. 59.

Sup. hoc. ibidem § vers.

tum licet. vers. Tertio. deferunt quos fatentur posse pugnare liberè, sicut Laicos. Molina existimat, peccare mortaliter Clericos in minoribus, si deputati sunt ministerio suo, vel habent beneficium; & idem videtur sentire de Religiosis deputatis ad sacerdotium; etiamsi nullo ordine insigniti sint. Mihi videtur nullum ex his peccare per se, & ex vi decretorum; quia de iis iura non loquuntur, & non sunt extendenda in materia pœnali, & odiosa. Ex accidenti verò tam Monachi deputati ad Sacerdotium, quàm Clerici Seculares, qui aliquod beneficium obtinent, cui debitus sit sacer ordo, peccant, quatenus exponunt se periculo incurrendi impedimentum ad executionem proprij muneris. Ita Lorca. Sed ego puto Clericum in minoribus constitutum; priuilegio fori non gaudentem, ad bellum procedere posse æquè ac Laicum; quia tamquam Laicus reputatur. Neque Canones aduersus illum procedunt, saltem ex consuetudine recepta. Si autem priuilegio fori gaudet, peccat, quia cùm ex officio deputatus sit ad seruiendum Ecclesiæ, indecens est ad militiam secularem se transferre. Non autem videtur hæc grauis culpa, quia longè est à ministerio Altaris, & repræsentatione Christi, ob cuius causam prohibitio facta est. Quod etiam de Beneficiato in minoribus constituto dicendum credo; peccare inquam, tantum venialiter, se grauiùs; tum quia nullus text. specialiter de eo loquitur; tum quia beneficium solum obligat, vt non apponas impedimentum ad officium eius exercendum, casu quo retinere illud velis. At potes procedere ad bellum animo relinquendi beneficium, si impedimentum irregularitatis in bello contrahas. Ergo ex beneficio non videris mortaliter peccare. De Religiosis Laicis maior est dubitatio, an peccatum mortale committant, si ad bellum procedant: quia cap. eos qui 20. quæst. 3. mandantur excommunicari; quòd non fieret, nisi graue esset peccatum. Sed dicendum est, non ob inde præcisè excommunicari, sed quia, apostatando à Religione, se militiæ, & publicis honoribus tradiderant. Quocirca ex processu ad bellum, solùm venialiter existimo peccaturos, grauiùs tamen, quàm beneficiatos Clericos. Et hæc omnia docet Castrus Palaus *tom. 1. tract. 6. disp. 5. punct. 6. num. 5.* cui etiam adde Dicastillum *de Iust. lib. 2. tract. 1. disp. 10. dub. 16. §. 11. num.* 480. & alios penes ipsos.

Sup. hoc ibidem. §. V. r. ad medium, Vers. Secundo etiam.

Sup. hoc ibidem §. Verù licet ad medium, & in fine supradictæ Ref.

Sup. hoc ibidem §. Sed quid.

2. Nota, quod post hæc scripta circa præsentem difficultatem inueni nostram sententiam docere ex Doctoribus Gallis Petrum à Sancto Ioseph *in Idea Theolog. moral. lib. 3. capite 11. resolut. 5. quæst. 2. articul. 2.* cui adde sapientissimum Dominum meum Cardinalem de Lugo *in Respons. Moral. lib. 5. dub.* 14. vbi sic asserit: Concedunt Doctores, posse Clericos, ac proinde etiam Episcopos, de quibus non apparet specialis difficultas, pugnare suis manibus immediatè, occidere, mutilare, & ducere exercitum, ac præesse iis, qui machinas, vel tormenta bellica derigunt, nec incurrere vllam irregularitatem, quoties bellum necessarium est ad defensionem propriæ vitæ, & personæ, vel patriæ boni communis. Addunt aliqui idem procedere posse aliquando in bello iusto aggressiuo, quando id necessarium esset ad obtinendam victoriam, à qua pax, salus innocentium, & bonum Ecclesiæ dependet; tunc enim Clericus, qui aliàs iusto titulo aderat bello non pugnaturus, nec exercitum ducturus, cum videat ad eum statum esse reductum, videtur iam non aggredi, sed defendere sed vel causam publicam. Extra verò casus Clericus in Sacris non potest propria manu pugnare, vel exercitum ducere, aut machinis præesse. Quod idem dicunt de habente, & retinente beneficium Ecclesiasticum, etiam si non sit in Sacris. Cum ergo Episcopus etiamsi non sit consecratus, nec in Sacris, habeat tamen beneficium Ecclesiasticum, & quidem præstantissimum, non videtur posse ducere exercitum, etiam in bello iusto, sicut nec potest pugnare propria manu, nisi id faciat de licentia Summi Pontificis, vel in casibus supra assignatis. Itaque si id ad bonum publicum expendire iudicetur, petatur licentia, & dispensatio specialis à Summo Pontifice, qui in primis facilè concedat quòd aliquando in functione aliqua publica, & solemni possit procedere armatus, sicut de facto id habent Episcopi aliqui ob annexum Principatum, vel statum temporalem in aliquibus locis, in quibus ex antiqua consuetudine, & concessione ita fieri solet. Difficilius concedetur, quod ducat exercitum, vel pugnet per se ipsum. Si tamen bonum Religionis, & Ecclesiæ vtilitas id poscat, credebam concedi posse, vt in bello contra infideles, vel hæreticos, id sine peccato, vel metu irregularitatis facere possit. Hoc enim Pontifices antiqui, & moderni concesserunt sæpius multis Cardinalibus, quos Legatos, & Vicarios suos destinarunt ad gerenda bella contra rebelles Ecclesiæ, quorum exempla passim in Annalibus Ecclesiasticis inueniunt. Hucusque Cardinalis Lugo. Sed dato, & non concesso, quod sub ista prohibitione Sacrorum Canonum non comprehenderentur Episcopi, & Cardinales, qui non intelliguntur sub nomine Clericorum, iuxta Tiraquellum *de Nobilitat. capit. 7. numer* 52. Ambrosinum *de Immun. capit. 22. numer. 3.* Pellizzarium, *in Man. Prælat. tom. 2. tractat. 6. capit. 9. sect. 2. numer.* 55. & alios: Tamen ipsimet auctores, qui tenent, nullos Canones extare, qui prohibeant Episcopis militare, hoc tamen asserunt, esse nimis alienum ab eorum dignitate, & officio; & ideò P. Ariaga *in Cursu Theolog. tom. 5. disputat. 48. sect. 5. numer.* 68. sic ait: Difficultas est, an Episcopis non constituris in Sacris, id etiam sit prohibitum. Respondeo, in Canonibus non esse aliquam aliam specialem prohibitionem illis: nam *capit. reprehensibile, capit. quo casu 23. quæst.* 8. quæ possint afferri ad eam prohibitionem suadendam, non dicunt, nisi primum quidem reprehensione dignum esse, quod Episcopi ad Concilium non venerint, eo quod fuerint occupati cum Rege defendendo portum contra Piratas: vbi magis inobedientia reprehenditur, quam fuerint in eo bello defensiuo. In altero verò *capit.* dicitur, Episcopum sine licentia Pontificis non debere ad aulam Principum ire, vt resideat ibi. Vbi obiter noto multò minus ea capita facere ad probandum, Episcopos non posse manere in Castris, attendendo tantum saluti spirituali militum, hæc enim potis est dignissima occupatio. Sed ad rem dicimus, etsi Canones nulli sint, qui prohibeant Episcopis militare, non dubium, quia id sit valde alienum ab eorum dignitate, & officio Pastorum animarum. Quia autem id nostris temporibus multi faciant, non disputo, quia credo, eos consulto Romano Pontifice facere. Hucusque Pater Arriaga. Sed ego non recedo à sententia, quam cum Lugo, & aliis paulò superiùs docui; nempe Episcopos, & Cardinales inclusos esse in prohibitione Sacrorum Canonum, vbi suprà. Adde quod Attriaga loquitur de Episcopis non constitutis in Sacris:

Sup. hoc infra in Ref. 56. §. 1. in fine, & in Ref. 60. & pro irregularitate in fine Ref. 2. huius ad not. & in aliis eius vlt. not.

Sup. his in Ref. not. seq. signanter ad lin. 8. & in fine huius Ref.

Sup. hoc in Ref. seq. & in alia eius primæ not.

Sup. his in Ref. seq. à lin. 8. & supra post medium huius §. à vers. Sed dato.

RESOL. LIII.

An sub ista prohibitione, ne Clerici praeessent Exercitibus includantur Episcopi, vel Cardinales?

Et

Et quid est sentiendum de Episcopis Germaniæ temporalem iurisdictionem obtinentibus, an possint bellum inire, Exercitum conscribere, Ducem belli præfigere, & arma ad pugnandum Militibus dare?

Et an quis possit impune occidere, vulnerare, & expoliare Clericum, Episcopum, vel Cardinalem in bello militantem, ac proinde nullam incurrat pœnam, & excommun. excepta irregularitate. Ex part. 10. tract. 2. Ref. 3.

Sup. hoc in Ref. seq. & in principio & fine §. vlt. not. seq.

§. 1. SEd difficultas est, an supradicta procedant, quoad Cardinales, & Episcopos, & affirmatiuè respondeo. Verùm dicet aliquis, quid ad praxim hæc Quæstio? Quandonam Episcopi relinquent Ecclesias suas, vt absque florentibus infulis, sacrisque fascibus, inter milites ipsi etiam loricati, agmina ducant? ne mireris, sunt enim qui hoc fecerunt, vt infrà patebit; Nec obstat dicere in pœnalibus Cardinales, vel Episcopos non comprehendi sub nomine Clericorum; vt docet Ioannes Monachus *in capit.* 1. *de schism. in* 6. Barbatia, *vol.* 1. *consil.* 23. *dub.* 3. *numer.* 1. & alij. Nec secundò obstat, quia Clericis militia videtur interdicta, si manu pugnarent; Candidus *tom.* 1. *disputat.* 17. *artic.* 10. Squillante *de obligat. Cleric. part.* 2. *dub.* 16. *nu.* 50. Coninch *in* 2. 2. *disputat.* 31. *de Bello dub.* 6. *numer.* 90. Rodriguez *in summa tom.* 1. *capit.* 209. *num.* 15. sed in casu nostro, Cardinales, vel Episcopi manu non pugnant; sed tantùm præsunt exercitibus. Ergo, &c.

Sup. hoc in Ref. præterita §. Notandum per totum, & signanter post medium, à vers. Sed dico. & in fine, dub. 2.

2. Respondeo enim, hæc argumenta nihil contra nostram sententiam efficere. Et ad primum respondeo, quòd (quicquid sit de legibus, quæ in dies emanant à Papa cum consensu Cardinalium) certum est, Cardinales non esse solutos à legibus contentis in iure Canonico; vt est ista, de qua est quæstio, ergo, & ita docet ex Azorio, Salas, & Bonacina, Nicolaus Baldellus, *in tom.* 1. *lib.* 5. *disp.* 41. *num.* 4 & sæpius resolutum fuit à sacra Rota Romana. Respondeo secundò cum Duuallio *in* 2. 2. *tract. de Charit. quæst.* 16. *art.* 9. quòd licet hæc lex sit prohibitiua, & pœnalis; est nihilominus à parte rei fauorabilis, & ad conseruationem ipsorum Clericorum dirigitur, & ad eos à multis grauaminibus eximendos? ideoque optimè eorum nomine in hoc negotio Cardinales venire debent, sicut etiam & Episcopi. Respondeo tertiò, quòd dicta prohibitio, ne Clerici militarent, facta fuit in fauorem animarum? nam, vt obseruat D. Thomas 2. 2. *quæst.* 40. *art.* 2. *& schola Theologorum*, militia impedit animum à contemplatione diuinorum, à laude Dei, & & oratione pro populo; quæ ad officium pertinent Clericorum. Ergo in hoc casu sub ipsorum nomine Cardinales, & Episcopi comprehenduntur, per ea, quæ notat Merolla *tom.* 1. *disput.* 1. *cap.* 2. *num.* 417. *& tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 4. *num.* 311. Sanctarellus, *var. resolut. tom.* 1. *quæst.* 2. *n.* 28. Michaël Tarreda *in Amplit. Benefic. disput.* 5. *q.* 2. *num.* 21. & alij communiter. Et ita hanc sententiam in terminis terminantibus docet & sustinet Iurisconsultus Martinus Bocerus *tract. de success. in feudum cap.* 3. *quæst.* 14. vbi sic asserit: Cùm Clerici prohibeantur in feudo succedere hac ex causa, ne à diuinis quibus addicti sunt, abstrahantur, & quia ipsis arma bellica non conueniunt, sed orationes & lachrymæ; sequitur inde, quòd in generalitate quoque contineantur Cardinales. Ita ille. Et de Episcopis idem asserit D. Thomas & Duuallius *vbi suprà*, Molina *tom.* 1. *tract.* 2. *disputat.* 108. Palaus *tom.* 1. *tractat.* 6. *disputat.* 6. *punct.* 6. *numer.* 2. & 4. Hurtadus *volum.* 2 *disp.* 169. *sect.* 9. §. 73. & Lorca *in* 2. 2. *disp.* 51. *num.* 12.

3. Ad secundum argumentum respondetur, quòd exercitum ducere, gubernare, & illi præesse, est propria manu pugnare: & ideò est prohibitum, & illicitum; vt patet ex *cap. Sententia ne Clerici, vel Monachi: capite Quod in dubiis & pœnis*: & docet etiam in terminis Villalobos, *in Summa tom.* 2. *tractat.* 5. *difficult.* 8. *num.* 2. Castrus Palaus *tom.* 1. *tractat.* 6. *disputat.* 6. *punct.* 6. *num.* 2. Hurtadus de Mendoza *volum. disputat.* 169. *sect.* 14. §. 133. Coninch. *in* 2. 2. *disputat.* 31. *de Bello dub.* 6. *num.* 86. Dicastillus *de Iust. & iure lib.* 1. *tract.* 1. *disputat.* 10. *dub.* 16. *num.* 473. Lorca *in* 2. 2. *D. Thoma tractat. de charit. quæstione* 40. *articul.* 1. *sect.* 3. *disputat.* 51. *numer.* 22. & Gallus Duuallius *loco citato in secunda secundæ Diui Thomæ tractat. de charitate quæstione* 16. *articul.* 9. vbi sic ait: Propria autem manu pugnare, est esse Ducem Exercitus, & Magistrum militum: hi enim omnes propria manu non minus, quàm milites censentur pugnare. Ita ille. Quod adeò verum est, vt Malderus *in* 2. 2. *quæstione* 40. *articul.* 2. Coninch. *disputat.* 31. *de Bello dub.* 6. *num.* 91. Molina *de Iustitia, tom.* 1. *tractat.* 2. *disputat.* 108. Vviggers *in* 2. 2. *quæstione* 40. *articul.* 2. *num.* 99. & Layman *lib.* 2. *tractat.* 3. *cap.* 12. *num.* 19. existiment, quòd, licèt Episcopi Germaniæ temporalem iurisdictionem obtinentes, possint bellum indicere, exercitum conscribere, Ducem belli præfigere, arma ad pugnandum militibus dare; vt patet *ex cap. Episcopus ne Clerici vel Monachi in* 6. tamen putant, quod ipsi esse non debent exercitus Ductores, propria præsentia, ius, & authoritatem bellandi militibus præstantes sine Summi Pontificis dispensatione. Sed si aliquis curiosus inquirat hic, an quis impunè possit occidere Clericum, Episcopum vel Cardinalem in bello militantem; Ad hoc dubium nouissimè sic respondet Franciscus Bordonus in Miscellaneis *decis.* 262. Qui Clericum, vel Cardinalem, aduersarium in bello militantem, vulnerauerit vel occiderit, modo bellum sit iustum ex parte occidentis, impunè occidit, ac proinde nullam incurrit pœnam, excepta irregularitate. Ratio est, quia pœna excommunicationis, & huius generis supponit peccatum mortale, quale non est homicidium commissum in bello iusto; cum sit iustum & licitum ob bonorum defensionē & recuperationem, quæ procurat iustè belligerans. Ita ille.

Sup. hoc infra in Ref. 64. §. vlt. & supra in Ref. 19. Confirmantur superius.

4. Nota etiam quod post hæc scripta inueni Banez 2. 2. *D. Thomæ, quæst.* 40. *art.* 2. *dub. vlt.* Ledesmam *in Summa, tom.* 2. *tract.* 3. *cap.* 13. *conclus.* 58. Reuerendiss. Candidum, *tom.* 1 *disputat.* 17. *art.* & *dub.* 2. & alios docere cum Bordono, *vbi supra*, Clericos in conflictu belli posse expoliari, & occidi absque peccato. Verùm ego quoad Episcopos, & Cardinales ratione supremi status, & gradus, non concederem, illos etiam actu pugnantes occidi posse, nisi in casu, quod magna victoria, pro quiete totius Reipublicæ aliter haberi non possit, vel nisi quis ab ipsis aggressus aliter propriam vitam defendere non possit. Sed plures viri docti de hac re à me consulti, nostram sententiam non admittunt, quia in tali casu Episcopi, & Cardinales habentur tanquam hostes, & tanquam personæ priuatæ iniustè alios aggredientes, ergo, &c. Sed ego propter reuerentiam debitam statui Episcopali, & Cardinalitio, non discedo à sententia, quam docui, cum supradictis tamen limitationibus.

Sup. hoc ibidem.

RESOL

RESOL. LIV.

An liceat Episcopis esse Duces Supremos in aliquo Exercitu terrestri, vel maritimo?

Et an solo iure positiuo vel etiam naturali interdicta sit Clericis militia?

Et explanantur grauissima pœnæ Clericis pugnantibus imposita. Ex p.6.tr.4.Ref.33.

Sup. hoc in Ref. præterita, & in alio §. eius primæ not.

§. 1. NEgatiuè respondeo: quia Clericis prohibitum est militare; sunt enim dicati Deo seruire: à qua professione militia multum reuocat. Item Clerici sunt Christi ministri, ipsúmque repræsentant, qui proprium sanguinem pro aliorum salute effudit; ergo non eis licebit alienum effundere.

Sup. hoc su. pra in Ref. 51. in principio à lin.9.& vers. An so. lo.

2. Est tamen controuersia: an solo iure positiuo, vel etiam naturali interdicta sit Clericis militia. Non desunt ex recentioribus nonnulli, asserêtes prohibitam esse iure naturali: quia rationes quas supra adduximus non esse licitam militiam Clericis procedunt ex propria conditione status, atque adeò ex ipsa natura rei. Deinde D. Paulus 2. *ad Timoth.* 2. dixit. *Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus.* Ex quibus verbis meritò Gregor. Nazian. *orat.* 2. *de pace*, asseruit arma prohibita esse Clericis, quod idem etiam docuit Bernard. *lib.* 4. *de consideratione ad Eugenium Papam*, explanans illa verba D. Matthæi c. 26. *Mitte gladium tuum in vaginam.*

3. Verùm his non obstantibus, licèt negari non possit militiam suaptè natura indecentem esse Clericis, qui altari & Deo ministrant; & aliquale impedimentum, quominus suum perfectius obire possint, & hoc ostendunt rationes & auctoritates adductæ. Tamen dicendum est, quòd non ita vrgent sola natura rei, & conditione muneris clericalis pensata; vt obligationem & necessitatem inducere videantur secluso iure positiuo.

4. Igitur ex vi solius legis naturalis, & diuinæ conuenientius est, & rationi magis consentaneum vt Clerici militiæ non assistant: non tamen est omninò prohibitum, & peccatum; aliter in hoc dispensatio Pontificis non valeret: nam talis dispensatio aduersaretur legi naturali.

Sup. hoc in § vlt. Ref. not. præteritæ, in principio.
Sup. hoc in § not præteritæ ad medium.

5. Dicendum est ergo solo iure positiuo & Ecclesiastico militiam Clericis interdictam esse, vt constat *ex cap. Clericum, cap. de his Clericis, cap. eos qui* 20. *q.* 3. *cap. Clerici, cap. quicumque Clericus, c. quicumque ex Clericis, c. ex multa, de voto, & aliis iuribus.* Quam quidem prohibitionem grauem esse, & ad culpam mortalem obligare satis indicant grauissimæ pœnæ Clericis pugnantibus impositæ: priuantur namque vsu suorum Ordinum, recluduntur in Monasterio, & si in bello moriantur, pro illis non offertur sacrificium & oblatio, vt constat ex allatis iuribus.

6. Vbi tamen graues causæ id exigunt, & quoties Clericis licet, non peccant, si tunc exercitus ducant Episcopi.

RESOL. LV.

Quod abusus Episcoporum procedendi ad bella in Gallia ortum habuerit, ex Cardinali Baronio probatur. Ex p.10.tr.2.Ref.4.

§. 1. NOn desinam tamen hic adnotare ex Cardinali Baronio, monstruosam hanc omnis ordinis inuersionem, vt Episcopi ad bella procederent primum visam esse, circa annum Domini DLXXV. in personis Sagittarij, & Samsonis Episcoporum. Quæ res vt (obseruat Laurentius Laudemeter *de vetere Clerico lib.* 2. *cap.* 15. & ab omnibus notatur) adeò laicis indigna visa est, vt tempore Caroli Magni in Concilio Vuormatiensi, Populus supplicarit inhiberi Episcopis ad bella procedere; sed decerni; vt in Ecclesiis suis residerent, & per sacrificia, orationes, eleemosynas, Deum pugnaturis propitium redderent; permitti verò paucos tantummodò Sacerdotes ire ad bella, eosque doctrina, & pietate probatos, ad benedictionem dandam & reconciliationem periclitantibus impertiendam.

3. Memoria etiam dignum est, quod de Episcopo Belluacensi refert idem Baronius *anno* 1196. Is in prælio quod Anglis contra Francos erat, captus, rogauit Cælestinum III. Papam, vt apud Anglum pro sua liberatione intercederet. Sed Rex, missa Lorica Episcopali ad Papam? vide, inquit, si tunica filij tui est, an non; cui Papa: non est filius meus, aut Ecclesiæ. Ad Regis igitur voluntatem dimittatur; quia potiùs Martis, quàm Christi miles iudicatur.

3. Non obliuioni tradendum est id, quod habetur *in cap. Reprehensibile* 23. *quæst.* 8. cùm enim Nicolaus Pontifex vocaret ad Concilium aliquos Episcopos Galliæ renuerunt obedire, quia erant in exercitu, pugnantes contra Piratas: ideò Pontifex ad Carolum Regem scribens, sic asseruit: Reprehensibile valde constat esse, quod subintulisti, dicendo, maiorem partem omnium Episcoporum, die, noctuque cum aliis fidelibus tuis contra piratas maritimos inuigilare: ob idve Episcopi impediantur venire; cùm militum Christi sit, Christo seruire; militum verò sæculi, seculo; secundùm quod scriptum est; *Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus.* Quòd, si seculi milites seculari militiæ student: quid ad Episcopos, & milites Christi, nisi vt vacent orationibus; Hæc Pontifex. Qui si meritò tam seuerè exarsit in Episcopos bellantes ad mandatum proprij Regis contra piratas; quid quæso faciendum esset aduersus Episcopos, si vltro se offerentes non contra piratas, sed contra Christianos in exercitu militarent; Rectè itaque Zacharias Pontifex, vt inuenies apud *Henningum Arnisæum*, (vtinam pius esset Author) *in Commentatione Politica, de subiectione Clericorum cap.* 1. *n.* 5. etiam acriter reprehendit quosdam Episcopos Gallicanos, qui ad prælia proficisci consueuerant.

4. Et pro confirmatione supradictorum, non grauabor hic per extensum apponere verba eruditissimi Scriptoris Galli, & Professoris Sorbonici, Ioannis Filesaci, *in Comment. de sacrilegio Laico, fol. mihi* 864. sic asserentis: Sub Pipino tum Duce Francorum, & Childerico Rege, ex Concilio Suessionensi didicimus, tum temporis Abbates arma tractasse, & in Castris militaria obiisse munia, prauo, & pernicioso quidem exemplo; sed quale & Episcopi, & Abbates imitati sunt Ludouico Pio imperante, summo animarum, quæ illis erant commissæ, dispendio; & forsan liberius viuendi licentia magis, quàm Regis iussu ad castra sequenda illos inuitabat Ludouicus ipse, qui nefaria, & impia Filiorum, & Episcoporum coniuratione Imperium abdicare coactus fuerat, fortassis & in castris coniuratorum, Episcopos & Abbates ordines duxisset. Illud autem proposuit *lib.* 7. *Capitularium cap.* 103. dum sic loquitur de Sacerdotibus ipsis: *Reliqui qui ad Ecclesias suas remanent, suos homines benè armatos nobiscum, aut cum quibus iusserimus dirigant.* Non est quod quis Sacerdotes simpliciter intelligat; Abbates & Episcopos significare mihi

hi plusquam verissimum. Qui enim Sacerdotes, aut vnde milites haberent, eisque in Castris stipendia soluerent? Non equidem sunt ista Sacerdotum, qui in imis sunt subselliis, sed Antistitum, sed Episcoporum, & Abbatum. Et firmat nostram sententiam caput allatum ex Synodo Suessionensi memorata; & acriùs demonstrabimus in Carolo Caluo. Nollem ego istud tacitus præterire, quod dixit initio huius capitis Pius Imperator secunda vice, propter ampliorem obseruantiam Apostolica Authoritate, & multorum Sanctorum Episcoporum admonitione instructi, Sanctorumque Canonum Regulis edocti, consultu videlicet omnium Nobilium nostrorum, nosmetipsos corrigentes, posterisque nostris exemplum dantes, volumus, vt nullus Sacerdos in hostem pergat. Duo adnoto: vnum, videri Ludouicum Pium anteà illud prohibuisse; nisi quis malit, hoc referri ad caput Suessionensis Synodi, de quo diximus: Alterum, Imperatorem huiusmodi corruptelam dissimulasse, & aliquando Episcopos, atque Abbates in suis vidisse Castris. Quòd quàm exitiosum fuerit, tandem suo didicit malo: cùm in conspiratione Filiorum, nullos vel atrociores, vel pertinaciores, quàm Episcopos ipsos, senserit hostes. Hucusque Filesacus.

5. Et tandem notandum est hic etiam id, quod narrat Robertus Guaguinus *in vita Ludouici XI. Francorum Regis*, & Iacobus Bonandus *in Postillis ad Ioannem de Terra Rubea, contra Rebelles tract.* 5. *art.* 5. *post conclus.* 18. Cum enim Bellica Episcopus Ebroicensis missus esset à Rege, vt exercitum recognosceret Chabanus Domini Martini Comes, indignatus Sacerdotem ad militare negotium deputari, falsè Episcopum cauillatus est, sic asserens ad Regem Ludouicum. Tu Rex Belluam Episcopum milites vrbanos recensere mittis, te oro, mihi indulge, Ebroicas proficisci, vnde Bellua præsul est, ibi ego de Sacerdotibus facrandis scrutinium faciam, tam enim hoc mihi cura, quàm Episcopo recognitio militum conuenit. Ita Comes ille Francus, factum Episcopi carpens.

RESOL. LVI.

Defenduntur aliqui Episcopi Hispani, qui ad bellum perrexerunt contra Cardinalem Baronium.

Et quatuor apponuntur casus, in quibus ipsum ius naturale dictat, quod Clerici pugnare possunt absque Pontificis licentia. Ex part. 10. tract. 2. Res. 5.

§. 1. ABstineam tamen hîc impugnare aliquos Hispaniæ Episcopos etiam in exercitu militantes; quicquid aliter sentiat (pateat mihi tantus vir.) *Cardinalis Baronius sub anno* 1010. Nam non reprehensione digni; sed magnis decorandi sunt laudibus, cùm pugnando mortui sint pro fidei defensione, & Saracenorum extirpatione; vt optimè contra *Baronium* firmat Antonius Yepes, *en la Historia de san Beneto, tom.* 5. *cent.* 6. *anno Domini* 1010. *&* D. Benedicti, *an.* 530. Et ideò Castillus Soto maior hos Antistites laudando *tom.* 7. *de Tertiis, cap.* 9. *numer.* 48. dixit: [Entonces muchas vezes los Prelados mismos, y personas Ecclesiasticas de mucha consideracion ibanà su costa à estas guerras contro los Moros, y los infieles.] Vnde legimus, in pugna illi celebri contra Mauros ad Nabas Tolosæ, & victoria obtenta ab Alphonso IX. quam Ecclesia celebrat 16. Iulij, sub nomine Triumphi sanctæ Crucis tanquam miraculosam, Rudericum Toletanum Archiepiscopum, & eius Signiferum, Dominicum Paschasium ibi adfuisse, cum sociis, ac famulis eiusdem habitus, & professionis, vt tam insignes viros decebat: eosque in actuali, conflictu legimus per totum exercitum discurrisse tum milites Christianos ad pugnam cohortando, tum propriis manibus pugnando. Quod factum laudat, & defendit Araujo vir doctissimus ex inclyto ordine Dominicano *in* 2. 2. *D. Thomæ q.* 40. *art.* 2. *numer.* 7. Vnde hîc obiter cum Laymann. *lib.* 2. *tract.* 3. *cap.* 12. *num.* 19. Reginaldo *tom.* 2. *lib.* 31. *cap.* 8. *numer.* 91. Bassæo *in Florib. Theolog. mor. verbo bellum numer.* 6. & in aliis, aliquos casus apponam, quos ipsum ius naturale dictat, in quibus Clerici pugnare possunt absque Pontificis licentia. Primò, si id necessarium sit ad defensionem propriæ vitæ. Secundò, si id necessarium sit ad defensionem proximi innocentis præsertim, si Reipub. valde vtilis, aut necessarius sit. Tertiò, si necessarium sit ad defensionem Patriæ, aut ciuitatis contra iniustos inuasores. Quartò, necessarium sit ad consecutionem iustæ victoriæ, ex qua salus Ecclesiæ, vel Reip. Christianæ multùm pendet.

Sup. hoc supra in Res. 52. §. vlt. paulo post initium, & infra in Res. 60.

2. Ita Doctores communiter: Vnde non deseram hic apponere verba Emannelis Rodriquez *in Summa tom.* 1. *cap.* 207. *numer.* 14. vbi sic ait: [Esendo la Republica en vna extrema, ò grauissima necessidad licito es al Clerigo pelear en guerra defensiua, aun sin licentia del Sumo Pontifice: y assi pueden los Clerigos licitamente pelar contra enimigos que tienen cercada vna ciudad, hauiendo probabilidad que peleando ellos no se tomara, como lo tiene Gayetano, tanto que estan en este caso obligados à ello, como lo prueua Bañez, empero no es licito pelear en la guerra offensiua, hablando regulamente, solo para efecto de alcançar victoria. Verdad es que si su ayuda es precisamente necessaria para la alcançar, y no se alcançando peligrará la salud de muchos, y la houra, y fama del Principe, el qual quendando vencido pierde su honor, podran an este caso pelear con la licencia presumpta.] Ita ille.

RESOL. LVII.

Contra Gratianum probatur posse Pontificem ex iusta tamen causa prabere licentiam, vt Clerici, Episcopi, & Cardinales præsint Exercitibus; sine qua, quando, & quo pacto irregularitatem incurrant, demonstratur.

Et an in hoc præcepto possit solus Summus Pontifex dispensare, ex eo quod non sit diuinum, sed humanum?

Et an si Pontifex absque rationabili causa dispensaret, licet factum teneret, non tamen rectè faceret, sed peccaret?

Sed adhuc superest difficultas, an si supradicti Clerici, Episcopi, & Cardinales præsint Exercitibus, non solum peccent mortaliter, sed incurrerent irregularitatem, etiam si aliquem propria manu occidant: nam Doctores communiter asserunt præbendo pecuniam, consilium, opem, &c. in bello iniusto omnes effici irregulares.

Et an iura noluerint pugnantes in bello iusto esse irregulares, nisi propria manu occidant. Ex part. 10. tr. 2. Res. 6.

§. 1. Præter autem hos casus, firma remanet nostra conclusio, illicitum esse Cardinalibus, Episcopis, & Clericis pugnare, seu in bello exercitibus præesse; nisi id faciant de licentia Summi Pontificis, qui solus in hoc potest dispensare; vt patet ex Gordono *in Summ. lib.6. quæst.* 19. *cap.*10. *num.* 27. Castro Palao *tom.*1. *tract.* 6. *disp.*5. *punct.*6. *num.*9. Henriquez *lib.* 14. *cap.*13. *numer.*1. *in glossa littera O*, Azorio *tom.* 3. *lib.* 2. *cap.* 16. *quæst.* 12. cum aliis communiter. Et ita in terminis casus nostri docet Duuallius *de Iust. & Iur. lib.* 2. *tract.*1. *disp.*10. §. 11. *numer.* 476. & 477. & Syluius *in* 2.2. *D. Thom. quæst.*40. *art.* 2. §. *Quæritur secundò*; vnde malè dixit Gratianus, *causa* 23. *quæst.*3. & Baldus *cons.* 439. Episcopos vel Clericos non posse arma sumere, etiam cum authoritate Summi Pontificis. Et ideò meritò contra Gratianum insurgent Bañes, Malderus, Syluius *locis citatis*, Ioannes VVigers *in* 2. 2. *D. Thomæ quæst.* 40. *art.* 2. *numer.*78. Becanus *in* 2. 2. *tract. de Bello cap.*25. *numer.*8. & Suarez *disp.* 13. *de Bello*, *sect.* 3. *numer.* 4. & contra Baldum Araujo *in* 2.2. *quæst.*40. *art.* 2. *numer.*8. firmantes, vt diximus, posse Summum Pontificem in hoc præcepto dispensare; quia non est diuinum, sed humanum. Verùm, si Pontifex absque rationabili causa dispensaret, licet factum teneret; non tamen rectè faceret, sed peccaret; vt docent inter alios Candidus *tom.* 1. *disquis.*19. *art.* 9. *dub.* 2. Malderus *in* 2. 2. *quæst.*40. *art.* 2. Ledesma *in Summa tom.* 2. *tract.*3. *cap.* 13. *concl.* 43. Trullenck *in Decalog. tom.*2. *lib.*5. *cap.*2. *dub.* 5. *numer.*1. Molina *de Iust. tom.* 1. *tract.*2. *disp.* 108. & Bañes *in* 2. 2. *quæst.* 40. *art.* 6. *dub.* 2. Superest denique difficultas breuiter elucidanda, an supradicti incurrant irregularitatem? Respondeo, distinguendo; aut bellum, in quo supradicti Cardinales, & Episcopi præsunt, est iniustum; & tunc certum est, quòd non solùm peccant mortaliter, sed incurrunt irregularitatem, etiam si aliquem manu propria non occidant: nam Hurtadus de Mendoza *vol.* 2. *disp.*169. *sect.* 14. §. 131. Henriquez *lib.* 14. *cap.*13. *numer.*3. Suarez *in* 2.2. *disp.*13. *de Bello sect.*3. *numer.*7. Bañes 2. 2. *quæst.*40. *art.* 2. *dub.* 4. Squillante *de oblig. Clericorum p.* 6. *dub.* 8. *num.*99. Tolosanus *in syntagm. Iur. lib.*31. *cap.* 23. *num.*4. & Doctores communiter asserunt præbentes pecuniam, consilium, opem, &c. in bello iniusto, omnes effici irregulares. Si bellum verò sit iustum dicendum est: supradictos peccare quidem mortaliter contra honestatem status Clericalis, vt suprà satis firmatum est; non autem incurrere irregularitatem. Nam iure noluerunt pugnantes in bello iusto esse irregulares, nisi propria manu occidant; vt patet *in cap. petitio tua de homicidio*, & docet Auila *de censuris p.* 7. *disp.*6. *sect.*3. *dub.*2. *conclus.*1. Palaus *tom.*6. *disp.* 6. *punct.* 14. §. 5. *num.* 2. & 3. Cornejo *in* 3. *part. tr.*5. *de Irregular. dub.* 2. *quæst.* 2. *numer.*2. & alij communiter.

Sup. hoc in tom.5. tr.5. Ref.93. §. vlt. à lin.6. & in Ref. 95. §. etiam vlt. & in alio §. & vers. eorum annotationũ, & hic infra cursim in fine Ref.61.

RESOL. LVIII.

An Clerici interesse possint alicui Exercitui excitando Milites generatim ad pugnam?

Et an Clericus sine irregularitatis periculo possit Milites in bello iusto hortari generatim ad percutiendum, & occidendum hostes, modo in particulari neminem occidi suadeat?

Et quid de illis Clericis, qui gubernant naues ad pugnam?

Et obseruatur Milites siue Clericos, siue laicos, qui sunt in parte postrema Exercitus, & qui moraliter censeri non possunt propinquis Militibus animos ad occidendum addere, non esse irregulares.

Et vtrum necessaria sit Clericis licentia Prælati ad existendum in Exercitu absque irregularitate, vel tantum sit peccatum contra obedientiam?

Et an Clerici, qui non pugnandi, sed spiritualiter adiuuandi causa bello intersunt, spolia hostium perinde ac Milites accipere possint & retinere, nisi de contraria Supremi Ducis voluntate constet? Ex patt.10. tr.2. Ref.7.

§. 1. Diximus suprà, non posse Clericos in sacris constitutos propria manu pugnare, vel exercitum ducere, aut pugnantibus, percutientibusque præesse; vt inde colligeres, posse bello interesse, vt subsidia spiritualia ministrent, milites consolentur, & ad pugnam excitent; modò non excitent specialiter, & expressè ad occisionem, & mutilationem inimicorum; quia hæc officia aliena non sunt de Clerici statu, & ita tradunt Couarru. Coninch. Bonac. Valent. Suar. & alij suprà, & constat *ex cap. omni timore, cap. hortatu cap. præterea & aliis* 23. *quæst.* 8. neque obstat *textus, in cap. quòd in dubiis, de pœnis*: vbi Innocentius III. eodem modo, deponi mandat eos Sacerdotes, qui gubernant naues ad pugnam, & personaliter exercent conflictum, sicut eos, qui alios incitant ad pugnandum; Non, inquam, obstat, quia, vt benè dicit Glossa, loquitur text. de bello iniusto, non autem iusto *argum. cap. sicut dignum*, §. *Qui vero de homicidio*; & *leg. item Mela*, §. *item cum is*, *ff. ad leg. Aquil.* vt autem Clerici hoc officium exerceant, non indigent speciali licentia sui Prælati, quia nullo iure cauetur, hanc illis esse necessariam. Nam *text. in cap. reprehensibile*, &c. *quo ausu* 2. 3. *quæst.* 8. qui ad hoc probandum adducuntur, non conuincunt. Quia *in cap. reprehensibile* reprehenduntur Episcopi, non quia ad bellum ob consolandos milites, eosque ad pugnam hortandos sine licentia profecti fuerant; sed quia ibi sicut reliqui milites pugnauerant: & quia hac occasione impediri non venerant ad Concilium, quod Summus Pontifex Romæ congregauerat. Textus verò in cap. *quo ausu*. non de profectione ad bellum, sed ad Imperatoris Aulam loquitur: & grauiter reprehenditur à Pontifice Episcopus, qui eius mandatum contemnit ob Imperatoris iussa exequenda: præcipuè cùm Canones euidenter præcipiant, nullum omninò Episcoporum, qui leuitica portione sunt contenti, nisi Summo Pontifice viso, atque consulto, ad comitatum, hoc est ad Imperialem Aulam debere contendere. Et hæc omnia docet etiam Castrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 6. *disput.* 5. *punct.* 7. *numer.* 5. & 6. Coninch *de actib. hum. disput.* 31. *numer.*86. Valentia *tom.* 3. *disput.* 3. *quæst.*16. *puncto* 4. Laymann. *lib.*2. *tract.* 3. *cap.* 12. *numer.* 19. Becanus *cap.*15. *quæst.* 25. *numer.*5. & alij penes ipsos, qui tamen asserunt non esse dicendum à tali clerico, occide, macta. Verum probabiliter docent Henriquez *lib.*14. *cap.* 12. *numer.* 4. L. R. & Auila *de cens. p.* 9. *disput.* 6. *sect.*3. *dub.* 2. *concl.* 2. & videtur mens Nauarri *loco citato* si attentè legatur, iuncto *consilio* 4. & 6. *de Homicidio*, posse clericum, sine irregularitatis periculo, milites in bello iusto hortari generatim ad percutiendum, & occidendum hostes, modo in particulari neminem occidi suadeat; cùm talis concursus ad homicidium directus, & valdè propinquus sit. Et ita hanc sententiam docet præter Auilam & alios, Dicastillus *de iust. lib.* 2. *tract.* 1. *disput.* 10. *dub.* 26. §. 11. *n.*484. Vide etiam Duuallium *in* 2. 2. *D. Thomæ tract. de Bello art.* 9. qui etiam obseruat, milites, siue Clericos, siue Laicos

Sup. contentis in hoc §. infra in Ref. 61. à §. 1. vsq; ad §. Vlt. exclusiue.

Sup. hoc in Ref. not. præteritæ, in eius §. Verum.

Sup. hoc in tom.5. tr.5. Ref.92. & 96. §. 1. & in Ref. 109. §. Et 13. dem. & lege etiam doctrinam alterius Ref. earum annotationum.

Laicos, qui sunt in parte postrema exercitus, & qui moraliter censeri non possunt propinquis militibus animos ad occidendum addere, non esse irregulares, quippè, cùm ad occisionem & mutilationem, vt patet, non cooperentur.

Sup. hoc ad literam in Ref. 2. not. præteritæ, in eius §.2.

Sed si aliquis quærat, vtrum necessaria sit licentia Prælati ad existendum in exercitu absque irregularitate? Aliqui censent Ecclesiasticum exhortatorem ad pugnam licitam, esse irregularem cæde sequuta; si adsistat exercitui absque licentia Prælati. Censeo tamen in eo euentu non esse irregularem, licèt eius in exercitu præsentia sit peccatum contra obedientiam: quia licentia Prælati, aut carentia eius nihil pertinet ad rationem homicidij, aut defectum lenitatis: Ergo si illa actio cum licentia non spectat ad eos defectus, nec sine illa spectabit. Et ita docet Hurtadus *de charitate vol. 2. disp. 169. sect. 14. §. 135.* Et tandem pro coronide huius tractatus dubitari potest, an Clerici, qui non pugnandi, sed spiritualiter adiuuandi causa, bello intersunt, spolia hostium perinde ac milites accipere possint, & retinere? Respondeo affirmatiuè, (nisi de contraria supremi Ducis voluntate constet) quia tales Clerici sunt exercitui vtiles, imò, & pars exercitus; ideoque gaudere debent commodis belli, cuius etiam periculis sunt expositi. Et ita docet Layman *n. 20. &* Dicastillus *n. 489.*

Sup. hoc infra in Ref. 62.

RESOL. LIX.

An Clerici constituti in Minoribus, vel Beneficiati licite possint pugnare, & ita faciendo peccent mortaliter.

Et an Beneficiatus, si propria manu in bello aliquem occidat, vel mutilet, beneficium resignare debeat, vel dispensationem super irregularitatem impetrare?

Et quid est dicendum de Religiosis laicis, & Monachis conuersis, vel choro mancipatis, an peccent pugnando propria manu?

Et an Clerici in Minoribus militiæ se adscribendo, peccent per se, & ex vi decretorum Ecclesiæ?

Et quid, si beneficium habeant, aut habitum & Tonsuram deferant, propter scandalū? Ex p. 6. tr. 4. Ref. 34.

Sup. contentis in hac Ref. supra in Ref. 52. per totam.

§. 1. Circa præsentem quæstionem Molina *tr. 2. de iustitia disp.* 108. sub finem docet, Primò verendum esse, ne huiusmodi Clerici, si actu habeant beneficium Ecclesiasticum dicta faciendo mortaliter peccent: quia reddunt se ad officium, ad quod obligantur in idoneos. Vbi non dicit absolutè eos peccare mortaliter, sed solùm insinuat id esse probabile. Secundò Clericos non habentes beneficium, gaudentes tamen priuilegio Clericali, vt si gestent Clericalem habitum aut ministerio Ecclesiastico deputati sint, aut in ordine ad illud de Episcopi licentia studeant, docet facientes peccare venialiter; quia faciunt aliquid suum statum dedecens, idémque insinuat de Religiosis non constitutis in sacris; quamuis putet hos grauiùs peccare, quàm illos, venialiter tamen. Tertiò docet alios Clericos sæculares in minoribus constitutos non peccare dicta faciendo; quia hi habentur ex hac parte quasi Laici.

2. Lorca verò 2. 2. *sect. 3. disp. 51. n. 12.* putat his omnibus vi Canonum non prohiberi pugnam, atque adeò eos pugnando in bello iusto non peccare, nisi fortè per accidens, quatenus se exponunt periculo incurrendi irregularitatem, atque ita reddendi se inhabiles ad suum officium.

3. Verùm licèt sententiam Molinæ amplectatur Conirch, *disp. 31. de Bello, dub. 6. num.* 87. Becanus *cap. 15. quæst. 25. conclus. 3.* Tamen ego puto cum Lorca, cui adde Layman *lib. 2. tract. 3. cap. 12. numer.* 19. & Bonacinam *tom. 2. disput. 2. quæst. vlt. punct. vlt. §. 42. numer.* 29. Clericos in Minoribus non prohiberi, quominus propria manu pugnent. Quamuis autem hinc excipi debeant beneficiati, non tamen peccati mortalis semper damnandi sunt, si eorum beneficia residentiam non postulent, & nihil obligationis, quòd beneficiis eorum incumbit, negligatur: maximè si bellum contra infideles, aut hæreticos institutum sit. Quod ideò assero, quia in quibusdam Germaniæ Diœcesibus vsitatum est, vt Canonicis nondum Capitularibus, neque reditus Capitularium habentibus interim permittatur, quocumque ipsis libitum est, etiam ad bellum proficisci. Si tamen accidat beneficiarium propria manu in bello aliquem occidere, vel mutilare; beneficium resignare debet, vel dispensationem super irregularitatem impetrare.

Sup. hoc ibidem in principio, & paulo post vers. Excipiunt. & pro Beneficiariis ibidē, paulo inferius vers. Quod etiā.

Sup. hoc vlt. in tom. 5. tr. 5. Ref. 142. §. 1. &c.

4. Sed quid dicendum de Religiosis Laicis. An peccent pugnando propria manu: & videtur affirmatiuè respondendum *ex c. eos qui 20. q. 3.* vbi mandantur excommunicari; quod non fieret, nisi graue esset peccatum. Sed dicendum est non obinde præcisè excommunicari; sed quia apostatando à Religione se militiæ, & publicis honoribus tradiderunt: & ideò si tales pugnarent in bello propria manu, solum venialiter existimo peccaturos, grauiùs tamen, quam beneficiatos Clericos.

Sup. hoc supra in Ref. 52. in principio, & prope finem, §. 1. Vers. De Religiosis.

5. Verùm circa omnia supradicta non desinam hîc apponere sententiam Duuallij *in 2. 2. Diui Thomæ tract. de charitate, q. 16. art. 7.* vbi sic ait. Ego verò puto primùm Monachos conuersos, si professionem emiserint, non posse militiæ adscribi, debent enim se à negotiis sæcularibus subducere, & Deo soli, vna cum officiis, quibus sunt mancipati, vacare. Adde istud generare grauissimum scandalum, videndo eos ex vna parte vel deposuisse habitum; vel si eum non deposuerint, supra illum ensem, arcabusium, & reliqua alia deferre, quo fit vt eorum superior non possit cum iis hac in re, quæ tantopere est scandalosa, dispensare. Secundò etiā puto, non posse Monachos Choro mancipatos, etiamsi sacris Ordinibus non sint initiati, non posse similiter sectari militiam: sunt enim deputati, ad sacerdotium, vel ad minus Altari seruiendum: ideóque Christum, quem aliquo modo repræsentant, debent in mansuetudine imitari. Tertiò dico Clericos in Minoribus militiæ se adscribendo non peccare per se, & ex vi Decretorum Ecclesiæ, quia de eis iura non loquuntur, minusque ius diuinum, & naturale; nec nobis licet illa iura ad personas non expressas extendere: ex accidente tamen, si beneficium habeant, aut habitum, atque tonsuram deferant propter scandalum, quod tunc aliis militibus causatur, potest subesse peccatum, illudque pro qualitate scandali dati, mortale, aut veniale. Ita Duuallius.

Quoad hoc ex Ref. Prima post seq. lege doctrinam §. vlt.

Sup. hoc supra in Ref. 52 in principio, & prope finem, vers. Ex accidēti.

Sup. hoc ibidem in principio, & paulo post, vers. Excipiunt.

Et pro hoc vlt. Ibidem inter mediū & finē vers. Quod etiā.

RESOL. LX.

An in aliquibus casibus licitum sit Clericis pugnare? Et explanantur casus, in quibus Clerici pugnantes & occidentes non sint irregulares. Ex part. 6. tract. 4. Ref. 35.

§. 1. Respondeo affirmatiuè. Primò si id necessarium sit ad defensionem propriæ vitæ. Secundò si necessarium sit ad defensionem proximi innocentis, præsertim qui Reipublicæ valdè vtilis aut necessarius est, teste Caietano *q. 40. art. 2.* Tertiò si necessarium sit ad defensionem Patriæ, aut Ciuitatis contra iniustos inuasores, *argumento cap. 2. de immunit. Ecclesi.* Quartò si necessarium sit ad consecutionem iustæ victoriæ, ex qua salus Ecclesiæ, vel Reipublicæ Christianæ

Sup. hoc supra in Ref. 52. §. vlt. Nota quod. & in Ref. 56. cursim, & recitanter in fine eius §. 1. & seq.

Christianæ multum pendet. Ordinariè autem talis necessitas in bello præsertim offensiuo non occurrit; cùm plerumque Milites Laici adhiberi possint. Ita Malderus *in* 2.2. *q*.40. *art*. 2. Molina *tom*.1. *tract*.2. *disp*.108. Beccanus *cap*. 25. *q*.25. *conclus*.3. Layman. *lib*.2. *tract*.3. *c*.12. *num*.19. Castrus Palaus *tom*.1. *tr*.6. *disp*.5. *punct*.6. *num*.7. Et in his casibus Clericos pugnantes & occidentes non esse irregulares tradit Hurt. de Mend. *vol*.2. *disp*.169. *sect*.2. §.139.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 5. Ref. 93 §. 2. & in Ref. 95. & in §. 1. not. praecipue circum ad finem.

defensionem Ecclesiæ, propriarum ouium, vel boni communis, vel ad illius notabile augmentum. Eoque plus locum habet præsumptus consensus superioris, quando cùm nihil occurrat vnde contrarium sit credendum, non est facilis ad eum accessus, vt Prælatorum ad Summum Pontificem. Præsumptus verò consensus in re proposita pro expresso haberi debet, præsertim cùm ex præsentia & adiutorio in bello iusto nulla illa incurratur irregularitas.

Sup. hoc supra in Ref. 57. prope finem, à vers. si bellū.&c.

RESOL. LXI.

An Clerici sine Superioris licentia; & Episcopus sine licentia Pontificis Summi in aliquo casu possint bello interesse, absque peccato?

Et an Religiosi subditi possint se conferre ad Exercitum sine venia saltem tacita sui Superioris, quia in omnibus ab eius voluntate pendent? Ex part.4. tract.4. Ref.36.

Sup. contentis in hac Ref. vsque ad §. vlt. supra in Ref. 58. per totum.

§. 1. Respondeo Clericos posse bello interesse, vt subsidia spiritualia ministrent, milites consolentur, & ad pugnam excitent: modò non excitent specialiter & expresse ad occisionem & mutilationem inimicorum, quia hæc officia non sunt aliena à Clericorum statu. Et Innocentius *in c. dubiis, de pœnis*, prohibens Sacerdotibus ne ad pugnandum incitent, intelligendus est de bello iniusto. Et ita præter Layman *vbi infra* docet Castrus Palaus *tom*.1. *tract*.6. *disp*. 5. *punct*.6. *num*.5.

Sup. hoc ibidem.

2. Verùm difficultas est. An in his casibus possint Clerici bello interesse sine licentia Episcopi & hic sine licentia Summi Pontificis. Et affirmatiuam sententiam apertè insinuat D. Thomas *in* 2. 2. *q*.40. *art*. 2. *ad* 2. & probari potest *ex c. reprehensibile*, & *cap. quo casu* 23. *q*.8.

3. Sed ego puto cum Coninch *disp*.31. *de bello dub*. 6. *num*.90. Castro Palao *tom*.1. *tract*.6. *disp*.5. *punct*.6. *num*.6. posse supradictos in supradictis casibus bello interesse sine licentia Episcopi, vel Pontificis: nam *in citato cap. reprehensibile*, reprehenduntur Episcopi, non quia ad bellum ob consolandos milites, eosque ad pugnam hortandos sine licentia profecti fuerint: sed quia ibi sicut reliqui milites pugnauerint; & quia hac occasione impediti non venerint ad Consilium, quod Summus Pontifex Romæ congregauit. Textus verò *in cap. quo casu*, non de profectione ad bellum; sed ad Imperatoris Ecclesiam loquitur, & grauiter reprehenditur à Pontifice Episcopus, qui eius mandatum contemnit ob Imperatoris iussa exequenda: præcipuè cùm Canones euidenter præcipiant nullum omninò Episcoporum, qui Leuitica portione sunt contenti, nisi Summo Pontifice viso atque consulto, ad Comitatum, hoc est, ad Imperialem Aulam debere contendere.

4. Nota tamen Lorcam *in* 2.2. *q*.40. *art*.1. *sect*.5. *disp*.51. *num*.18. asserere de iure communi hanc facultatem requiri, sed contrario vsu hos Canones fuisse abrogatos.

Quoad hoc supra in Ref. 59. lege doctrinā §. Sed eund. & signanter §. Verum circa.

5. Verum ego stando in prima opinione, puto tamen Religiosos subditos non posse conferre se ad exercitum, sine venia saltem tacita sui Superioris; quia in omnibus ab huius voluntate pendent. Et etiamsi esset vera opinio, quòd Clerici non possint bello interesse sine superioris licentia: putat adhuc Lorca *vbi suprà* & alij, sufficere virtualem & præsumptam: præsumptus verò consensus, ait Molina *tom*.1. *tr*.2. *disp*.180. intelligi potest, quando acceditur sine detrimento propriarum ouium; simulque acceditur, vel ad subueniendum proximis in spiritualibus, quia præsentia Ecclesiasticorum, qui accedunt, confert non parum ad

RESOL. LXII.

An Clerici modo, quo supra, licite bello assistentes spolia aduersariorum accipere, & retinere possint? Ex part.6. tr.4. Ref.37.

Sup. hoc supra in Ref. 58. §. vlt. prope finem.

§. 1. Ad hunc casum respondet Molina *de iustitia, tom*.1, *tract*.2. *disp*.180. hoc pendere ex expressa, vel tacita Ducis, aut Principis exercitus voluntate: & quando aliud non constat, præsumendum eam esse, vt quod diripuerint, suum id efficiant Clerici, non secùs ac si essent milites. Sunt enim vtiles exercitui, imò & pars exercitus, non minus quàm milites, atque adeò gaudere debent commodis belli, sicut milites: præsertim cum aduersarij non minùs Clericorum sint hostes, quàm aliorum, qui in exercitu pugnant. Quando autem constaret contrariam esse Ducis voluntatem, illi restitutio eorum bonorum esset facienda, cui Princeps, aut Dux vellet. Et hæc omnia etiam docet Layman *lib*.2. *tract*.3. *c*.12. *n*.20.

RESOL. LXIII.

An Clerici assistentes bello sine licentia Pontificis teneantur restituere prædam captam, vel resarcire, si quod nocumentum inferunt? Ex part. 6. tract. 4, Ref.40.

§. 1. Ad hoc dubium ita respondet Petrus Lorca *in* 2. 2. *Diui Thomæ, sect*.3. *disput*.53. *n*.7. Dubium est, vtrum Clerici assistentes in bello iusto sine licentia Pontificis, & etiam contra prohibitionem Ecclesiæ præliantes, teneantur restituere, si quid de spoliis accipiunt; vel resarcire, quod nocumentum inferunt. Gabriel *art*.3. *dub*.4. Angelus *verb. Bellum*. Syluester *verb. Bellum* 1. *quæst*.9. *conclusione* 2. & 3. *quæst*.4. obligant eos ad restitutionem. Sed meo iudicio decipiuntur: quoniam Clerici ita bellantes non agunt contra iustitiam, sed contra obedientiam Ecclesiæ, & decentiam status: & ideò non peccant; quatenus nocumenta inferunt, neque restituere debent. Ita Lorca, cui etiam ego libenter adhæreo.

RESOL. LXIV.

An post victoriam Clerici inuenti in Exercitu hostili possint impune occidi, vel spoliari?

Et notatur, quod si bellum iustum esset contra Prælatum Ecclesiasticum, possint Clerici etiam post partam victoriam spoliari.

Et quod in quocumque bello, dum Clerici pugnant, possint occidi, & spoliari. Ex part.9. tr.9. & Misc.4. Ref.9.

Sup. hoc lege §§. not. seq.

§. 1. Affirmatiuè respondet Caramuel *in Theol. moral. lib*.1. *disput*. 2. *artic*.1. *n*.340. vbi sic ait: Pugnantibus duobus Christianorum exercitibus cohortes aliquot captæ, & in illis Ecclesiastici nonnulli

nonnulli reperti; cumque vi mera, sine aliqua concordia intercepti omnes sint, singulos milites occidi posse ex dictis clarè constat; sed dubitas, an occidi possint Ecclesiastici? Ratio dubitandi est. Quia Summi illos Pontifices donarunt eximiis priuilegiis, excommunicantes quoscumque, qui in eos manus violentas imposuerint.

2. Respondeo, Ecclesiasticos vel esse Confessarios, vel Concionatores. Hos fortius eloquentia, quam Legionarios armis, militare certissimum est. Vel qui dubitas, Mongallardi memineris, qui contra Henricum IV. populum tam acriter concitauit, vt qui arma non timuit, debuerit huius eloquentiam horrere, imò & condescendere articulis ab illo suggestis. (Cistertio-Iuliensis ille fuit; & malè securus sub Henrico IV. ad Belgium veniens ab Alberto ad Aureauallensem Abbatiam promotus, obiit cum opinione sanctitatis.) Memineris etiam Ioannis de S. Bernardino, & aliorum Concionatorum, qui adhuc hodie turbant, & decipiunt populum in Lusitania proclamantes mendacia in veritatis sede; & asserentes secura potuisse conscientia Bargantinum coronam alienam inuadere. At verò puros Confessarios crudeliter à castris hostilibus arceremus; ipsi enim prosunt animabus, negotiis publicis non intermixti adeoque de Confessariis maior videretur, & difficilio controuersia.

3. Dico igitur Rempublicam posse tueri suum ius, & hoc directè. Addo eam posse indirectè occidere quemcumque hominem, sæcularem aut Ecclesiasticum, qui consecutionem iusti finis impediat. Subiungo malè ad Pontificem priuilegia recurri; non enim ille, aut concessit, aut concedere potuit, vt Ecclesiastici inuadant Rempublicam sæcularem impunè: nec interdixit, nec interdicere potuit iustam defensionem, aut rei propriæ recuperationem, quam natura concedit, ac per consequens nec expoliare authoritate indirecta occidendi Ecclesiasticos, nata ex iure directo se, & sua defendendi. Concionatores, vt potè exhortatores, hostes esse confiteor, an & confessarij hostes sint, decernere non audeo; video tamen pistores, laniones, mercatores hostilis exercitus inimicos censeri & tamen necessarij sunt, & arma non mouent: vnde videretur de Confessariis pariformiter philosophandum. Hucusque Caramuel.

4. Sed ego prorsus contrariam sententiam tenendam esse puto, quam in terminis tuetur Ioannes de la Cruz *in Direct. Conscien. par. 1. præcept. 5. art. 3. concl. 3.* vbi firmat, Clericos dum pugnant posse occidi, & spoliari; sed parta victoria, si non timetur periculum futurum, non posse occidi; aut spoliari, etsi pugnauerint; quia Principes extra actualem conflictum non sunt eorum Iudices. Et ita hanc sententiam tenet etiam Bañes *in 2. 2. D. Thomæ quæst. 40. art. 2. dub. vlt.* vbi sic ait: Per accidens possunt milites accipere bona Ecclesiæ, & Clericorum, & ipsos Clericos occidere, & Ecclesias subuertere. Probatur: nam possunt milites facere in bello iusto omnia necessaria ad consequendam victoriam: poterit autem esse ad id necessarium aliquando Clericos occidere, & Ecclesias subuertere, vt diximus in primo dicto: ergo. Notandum tamen est, quòd si Clerici pugnant in actuali conflictu, possunt expoliari, & occidi, tunc enim ex Clericis facti sunt hostes; parta tamen victoria non liceret Clericos occidere, aut expoliare, quia Princeps non est Iudex Clericorum extra conflictum actualem. Ita Bañes, cui adde doctum, & amicissimum Candidum *tom. 1. disquis. 17. artic. 8. dub. 2.* Vbi tamen notat, quod si bellum iustum esset contra Prælatum Ecclesiasticum possent Clerici etiam post partam victoriam expoliari in pœnam Prælidis Ecclesiastici, cui Clerici sint subiecti: non

Sup. hoc supra in Res. 53. Ad secundum & seq. & in alio §. eius anno

est igitur absolutè à negatiua sententia recedendum; & præsertim contra Caramuelem tenenda est in ordine ad Confessarios. Et hanc sententiam fatetur ipsemet obseruari ab Hispanis, & Gallis.

RESOL. LXV.

De Potestate, & Iurisdictione Ecclesiastica, & quasi Episcopali Vicarij Generalis Exercitus.

Et in textu huius Resolutionis explanatur, quando Milites gaudeant prædicta iurisdictione Vicarij Generalis Exercitus in vtroque foro & quando subsint ordinariæ iurisdictioni Episcopali.

Et adducitur pulchrum, & curiosum dubium in §. vltimo huius Resolutionis pro gaudendo Immunitate Ecclesiæ, à quodam Milite in Exercitu, qui ad Ecclesiam, vel Altare portatile Exercitus confugerat pro quodam delicto, & Generalis Dux Castra in alium locum diuerti iussit, vt ita reum capere, & plectere posset. Sed vir doctus Societatis Iesu Episcopi vices in Exercitu quoad spiritualia exercens tradidit reo Aram Altaris admonens reo, ne eam à se remouere permitteret, donec in alio loco Altare poneretur, & sic factum est, & Dux Genralis Exercitus non est ausus capere reum, vt pote Ecclesiæ Immunitate gaudentem, eo quod secum Aram deferret.

Et cursim deducitur Vicarium Generalem Exercitus esse iudicem, quando Miles deberet gaudere Immunitate Ecclesiæ, si confugerit ad tentorium, in quo celebratur, vel ad Ecclesiam Castri. Ex part. 10. tract. 15. & Misc. 5. Res. 15.

§. 1. Forsitan apud nullum Auctorem hanc materiam inuenies pertractatam, & quia in manus meas peruenit quædam Allegatio impressa Matriti die 20. Maij 1644. & composita ab octo doctissimis iurisconsultis; apponam hic aliqua, quæ ab ipsa decerpsi. Sic itaque ibi asseritur. [Ninguna cosa haze mas fuerca en la materia y reconocer quan assentada es la iurisdició omnimoda del Vicario general de los Exercitos reales que non lase mencion especifica, ni controuersia iudicial en los Autores deste officio, y exercitio à el competente, iuzgandolo todo por assentado, y sin dependencia de los Ordinarios, ni pudiera subsistir si fuera pendente dellos: pues es constáte, que siguiendo el Exercito, cada dia hauia de entrar en nueua iurisdicion Episcopal, y no bastara ni el nombramiento deste Obispo, niobratà en per iuyzio del otro; y assi es preciso cófessar que este officio de Vicario general del Exercito es iuez ordinario por Bulas Apostolicas de su Santidad immediatamente de baxo de su iurisdicion, sin que otro pueda ser su iuez, ni impedir le la iurisdicion, que exerce en los Capellanos del Exercicio ni en toda la iurisdicion spiritual concerniéte lo que es preciso que se obre mientras exerce este officio y ay Exercito, y guerra declarada, y que este oficio es del Patronazgo real, que toca, y pertenece à su Magestad la proteccion, y amparo, y defensa desta iurisdicion, y que en su virtud pudo el Vicario general del exercito de Badaioz fulminar las césuras en defensa de su iurisdicion, y de los Capellanos del Exercito subditos suyos, vt ex sequétibus plus quam liquido cóstabit.

2. Lo segundo tenemos por constáte, que su Magestad, que Dios guarde como los demas Principes de la Christianidad tiene Bula de su Santidad para eligir, y nombrar Vicarios generales de todos sus Exercitos con iurisdicion ordinaria sin dependencia de los Obispos, y Ordinarios en orden à que sea iuez de los Capellanos, y Confessores de los Exercitos, administrador del Hospital dellos

que los visite, que los den licentias para confessar, que assista à los matrimonios, que celebraten los soldados, que los administre los Sacramentos, sentencie los pleitos, castigue los excessos, cuyo oficio es tan necessario en vn Exercito Catholico que sin el no es possible erigirse, mantenerse, machar, ni subsistir, en cuya virtud hallamos, que esta observado esto en todos los Exercitos Ancianos, de que nos dan noticia las historias cuya costumbre inmemorial assegura el intento porque de los dos derechos por donde se rige toda esta maquina vniuersal del mundo, y por donde los prudentes, y Magistrados, y iuezes de nuestros tiempos deciden las controuersias, pleitos, y contiendas, que contenciosamente en sus tribunales ocurren que son la costumbre, y la ley escrita, no es menos poderosa à quella que esta: antes si bien se attiende mucho mas eficaz, mas fuerte, y perpetua, siendo assi que la costumbre es ley aprouada por las Republicas vniuersales.

3. Y lo que mas es que assistiendo al Vicario general del Exercito, esta costumbre immemorial sola ella es bastante sin que sea necessario alegar ni prouar titulo alguno, porque alegandose, y verificandose possession de tiempo immemorial, virtualiter & implicitè, taciteque intelligitur allegatus, & probatus titulus resultans ex possessione tanti temporis iuxta doctrinam Glossæ *communiter recepta d.verb. Non stat memoria in dict. cap. super quibusdam §. preterea de verborum significat.* Couarr. *in regula possessor.* 2. *par.* §. 5. *numer.* 7. Gutiertez *d. quæst.* 17. *numer.* 142. Garcia *de nobilit. de gloss.* 12. *numer.* 56.

4 Y no como quiera el titulo, que se induze por dicha costumbre, sino que es el mas eficaz, y el de meior calidad que se puede imaginar, y constituir, vt eleganter Menchaca, *lib.* 2. *contr. illustr. cap.* 81. *num.* 17. dicens. Tempus cuius initij memoria non extat facere verum omne possibile, facereque vt videantur interuenisse omnia quæ opotterent, quibusque opus esset ad perficiēdam præscriptionem, vel tale ius inducendum *in cap.* 1. *de præscriptionib. lib.* 6. La qual opinion como cierta, llana, y infalible siguieron Gonzalez, ad *reg.* 8. *Cancell. glos.* 18. *num.* 45. & glos. 33. *num.* 4. Gratian. *dict. discept.* 300. *num.* 2. Garcia *de nobilit. d. glos.* 12. *num.* 58. Rota *decis.* 4. *de testib. numer.* 2. *in antiquis*, & *in nouissimis Sacri Palatij*, 1. *par. decis.* 717. *numer.* 2. Hieronym. Gabriel. *cons.* 88. *numer.* 17. *cum seqq.*

5. Y se equipara esta possession immemorial à la mesma verdad; pacto, titulo y concession espressa, y obra lo mesmo que el titulo original, y el mas efficaz, que se puede imaginar contra quien no se puede imaginar contra quien no se puede alegar cosa en contrario, es vn titulo en blanco firmado de su Santitad, donde se puede segurar todo quanto es necessario para obtener en el coso presente, vt cum multis tenet Domin. Ioann. del Castill. *lib.* 7. *de tertijs, cap.* 28. *n.* 7.] Hæc ibi. Et ad confirmationem supradictæ doctrinæ multa alia adducuntur. Qua consuetudine immemorabili supposita huic sententiæ se subscripserunt manu propria omnes professores legum; & canonum inclytæ Academiæ Salmanticensis & inter illos sapientissimus & amantissimus Dominus meus D. Franciscus Ramos nunc meritò in supremo Castellæ Senator dignissimus, cuius forma hæc continebat. La difficultad vnica desto punto en mi conoscimiento consiste en dar por assentado, y verificado en forma bastante el echo de la costumbre, y possession immemorial, en que se halla el Vicario general de los Exercitos en lo Eclesiastico de exercer iurisdicion quasi Episcopal inmediata a su Santidad en las materias espirituales Eclesiasticas que se offrecen en vn exercitos Pero supuesto el hecho desta costumbre, y possession immemorial tengo por mui llano corriente el derecho de la iurisdicion quasi Episcopal del Vicario por el fundamento, de que la immemorial induce præsumpcion legal de titulo sufficiente, y equiuale en este caso à priuilegio, y concession Apostolica, como docta, y dilatadamente en esta informacion se discurrere, con que me conformo, y no dudo, de que supuesto el hecho de la costumbre, y possession referida, los procedimentos del Vicario han sido iuridicos, assi lo siento, y lo firmo, saluo, &c. Salamanca y April. 14. 1644. Il Dottor Franciscos Ramos del Mancanar.]

6. Nota verò quod post hæc scripta inueni Franciscum Zipæum aliqua de Vicario Exercitus docere *in Consul. can. tom.* 1. *lib.* 4. *tit. de spons.* & *matrim. consult.* 14. vbi citat Lanoyum à Mansuelt *in exercitatione de Parochia militari*, quam quidem videre non potui; & *in iure Pontificio nouo, lib.* 1. *tit. de officio Ordinarij num.* 4. idem Zipæus hæc asserit. Et ex eadem causa Pontifex Max. tam per Breue destinatum Archiepiscopo Cameracensi Barlemontio, quàm postea aliud anno 1597. 20. Februarij destinatum Archiepiscopo Mechliniensi Matthiæ Houio (per quæ respectiuè eosdem Archiepiscopos constituit delegatos Apostolicos in Belgio pro exercitu Regio) ita eam iurisdictionem delegatam temperat, vt & necessitati exercitus subueniat, quia, inquit, non facilè ad locorum ordinarios, aut ad Sedem Apostolicam recursus haberi possit, & nihilominus Ordinariorum auctoritatem intactam seruet. Illud quidem peragit dando facultatem ad dictæ Sedis beneplacitum, & quoad bellum hoc durauerit per se, vel alios subdelegandos omnem, & quācumque iurisdictionem Ecclesiasticam in vtroque foro extendi: hoc verò dum eam restringit, vt non comprehendat eos, qui sint in propria Diœcesi, sub qua illorum Ordinarij iurisdictionem suam in eo exercere possint, vnde ad vitandas difficultates anno 1595. die 23. Ian. inter deputatos d. Illustrissimi Domini Barlemontij, & Vicarios Archiepiscopus Mechlinensis pacti, & conuenti sunt hi articuli.

7. Primum, quod persona Gubernatoris Generalis omnium domesticorum ipsius vtriusque sexus, & eorum, qui sunt de eiusdem Gubernatoris custodia tam tempore pacis, quàm belli vulgariter hallabardiers, & archiers nuncupati sunt subiecti Ordinario loci, vbi habent suum domicilium, sed simul atque egrediuntur dictum ordinarium domicilium, vt accedant ad Exercitum regium, censentur esse subditi Delegato Apostolico.

8. Similiter omnes nobiles, & alij inferiores qui cessante Exercitu habent suos Ordinarios in his partibus, quando subsistunt iis in locis, vbi est fixum ipsorum domicilium, censentur subditi eorumdem locorum Ordinariis, etsi alioquin habeant officia, & stipēdia ratione dicti Exercitus. Qui verò non habent in hisce partibus suos Ordinarios, & castra sequuntur habentque officia aut stipendia regia ratione eiusdem Exercitus, ij censentur, quamdiù Exercitus consistit, subditi dicto Delegato Apostolico.

9. Antiqua etiam præsidia, quæ erant ante Exercitum, ratione cuius emanauit istud Breue Apostolicū quæque manere, & fouere solent sumptibus Regiis, etiam tempore pacis spectant ad Ordinarios locorum quoad alia præsidia, quamuis subdita maneant Delegato Apostolico, tamē fauore Ecclesiasticæ disciplinæ in animaduersione delinquentiū erit præuētioni locus.

10 Personæ autem Sacra sectantes, & ad Exercitium

citium spectantes, si de exercitu se se ad tempus negotiorum causa ad Vrbes, aut alia loca extra Exercitum recipiant, manent in omnibus subiecti Delegato Apostolico. Quæ tamen omnia supradicta sic intelligenda sunt, vt Parochis liberum sit administrare Sacramenta, & sepulturas omnibus diuertentibus ad suas Parochias, & in eis morientibus saluis iuribus. Iudicialia vero exercebantur per Superiores respectiuè eorum, de quibus præscriptum est in præcedentibus articulis.

11. An autem ob præsentes inducias bellum amplius durare non censeatur, & recursus ad Ordinarios locorum non esse difficiles vtpotè cum non in acie, sed in continuis præsidiis milites versentur ac eapropter locus sit *cap.* 20. *sess.* 14. Concilium Tridentinum nolim disputare, nec modo opus. Cum Vrbanus VIII. renouarit; finitum non fuisse bellum, sed suspensum satis diximus in Indice *lib.* 4. *cap.* 21. difficultas recursus minuta erat desinente ambulare Exercitu, & ferè locus tantum erat iis, quæ conuenta de præsidiis, in quæ iam omnis miles erat remissus, & ferè permanenter. Minuta inquam non omninò sublata, iisque de causis nec delegato desierat, & reuiuiscente pridem bello antiquum obtinet. Hucvsque Zypæus *loco citato*, & vide etiam ipsum in alio loco consultationum *vbi suprà, lib.* 1. *tit. de Officio ordin. consult.* 1. *per totam*.

Sed ego seclusa Pontificia delegatione in hac difficultate de meo nihil asserere volo per ea, quæ notat Layman, *lib.* 5. *tractat.* 6. *cap.* 10. *numer.* 5. & alij.

12. Obiter Doctores subscripti in allegatione Hispana superius adducta secundum eorum principium assererent Vicarium Generalem Exercitus esse Iudicem, quando miles deberet gaudere immunitate si confugeret ad Tentorium in quo celebratur, vel ad Ecclesiam Castri, & ita in praxi obseruasse testatus est mihi his diebus Episcopus Gaëte, dum erat Vicarius Generalis Exercitus.

13. Et tandem non desinam hic apponere casum curiosum, quem inuenies apud Quintanaduenam *in Theol. Mor. tom.* 1. *tract.* 4. *Singul. vlt. num.* 7. vbi sic habetur, Cùm in Castris miles quidam scelus morte dignum perpetrasset, confugit ad Ecclesiam, seu Altare portatile pro Missa celebranda in Castro positum. Militum generalis Gubernator volens eum ab ista Ecclesia, seu Altari extrahere, vt debitum mortis supplicium inferret territus est excommunicationis pœna lata à quodam viro docto Societatis nostræ Episcopi vices in Exercitu quoad spiritualia, gerenti, si reum ab Ecclesia, seu Altari illo extraheret. At Generalis Dux ne in excommunicationem incideret, & mortis pœna reum plectere posset, Castra in alium locum diuerti iussit, vt diuulso Altari reum caperet, ac puniret. Sed Societatis Iesu doctissimus vir Ducis Generalis animum perpetrans, tradit reo aram, vt quæ est Ecclesiæ præcipuum insigne, & immunitatis, qua Ecclesia gaudet ratio præcipua, admonens ne eam à se remoueri permitteret, donec in alio loco Altare poneretur. Sic factum est, & Dux Generalis non est ausus capere Reum, vtpotè Ecclesiæ immunitate gaudentem eo quod secum Aram deferret. Hac de re ipsemet ex nostra Societate, qui hunc nouum immunitatis modum inuenit, consuluit doctissimum Suarium, qui ei respondit rectè egisse, probabiléque esse valdè, Reum illum, eo quod Aram secum adsportaret immunitate gaudere, & puniri non posse. Ita ille, & ego.

TRACTATVS OCTAVVS DE SERVIS, SEV MANCIPIIS.

RESOLVTIO PRIMA.

Quo iure seruitus sit introducta? Ex parte 7. tractatu 7. Resol. 1.

§. 1. RESPONDEO quòd seruitus naturæ contraria, iure gentium inducta est, iure enim naturali omnes homines ab initio liberi nascebãtur, vt loquitur Iustinianus *hic in* §. 2. *ad finem*, & Vlpianus *in l. manumiss.* 4 *ff. de iust. & iur.* Sed dubitari posset, quî fieret, quòd Imperator hic, post Iurisconsultum, asserat; seruitutem iuri naturali contrariam esse, iuréque naturali omnes homines liberos nasci: cum non contemnendæ auctoritatis Philosophi, seruitutem iure naturali constitutam esse grauissimis rationibus doceant; Nam diuini ingenij Vir Plato *Dialog.* 3. *de legib.* scribit: primam dignitatis rectam rationem esse, vt genitores natis imperent: secundam vt ignobilibus generosi: tertiam, vt iunioribus seniores: quartam, vt domini seruis: quintam, vt potentioribus imbecilliores seruiant: sextam, & quidem omnium maximam esse, qua secundum naturam ignorantes sequi iubentur, prudentes autem ducere, ac dominari: Idem refert Ioannes Stobæus *sermone* 42. *ante finem pagin. mihi* 295. Similiter Aristoteles *lib.* 1. *Polit. capite* 3. & 4. asseuerat: seruitutem à natura oriri: seruósque instrumenta esse quædam animata: & animum corpori imperare, hoc autem seruire: & in sexibus fœminam masculo subesse: minúsque sapientes natura ipsa seruos esse, & sapientioribus subditos, vt ab iis regantur. Idem *libro Politicorum* 7. *capite* 14. affirmat esse natura ipsa seruitutem iuuenis ad senem. Sed & Marcus Cicero *in* 5. *Paradox.* indicat: omnes prudentes esse liberos; insipientes

vero & improbos natura esse seruos. Hanc ipsam Stoicorum opinionem recenset etiam Lipsius *lib. 3. manuduct. ad Stoicorum Philosophiam dissertat.* 12.

2. Verùm ad hæc & similia respondetur: aliam longè esse seruitutē, de qua iuris auctores agunt: aliam, de qua Philosophi locis iam citatis disputant. Hæc enim, de qua Iurisconsulti loquuntur, eum, qui seruus est, alterius dominio ac potestati ita subiicit: vt tanquam res quælibet, à domino vendi, & alienari possit. Atque hæc seruitus naturæ aduersatur, iureque gentium instituta est, *d. l. manumissiones 4. ff. de iustit. & iure l. libertas. 4. §. 1. & l. seq. ff. de stat. homin. §. Seruitus. 2. infra tit. prox.* At seruitus illa, quam Philosophi natura ipsa constitui autumant, ad dominium, coactionem vel necessitatem non pertinet: sed ad honorem, obsequium, & reuerentiam, senioribus, à iunioribus generosis ab ignobilibus, parentibus à filiis, marito ab vxore debitam: vel ad vtilitatem ipsius seruientis, qualis est illa, quæ imprudentis ad prudentem, minus sapientis ad sapientem dicitur. Qua de re latius, post Ioannem Driedo *de libertat. Christ. lib. 1. pag.* 8. Couarruuias *in d. cap. peccatum de reg. iur. in 6 secund p. relect. §. 11. num.* 5. Dn. Christophorus Besoldus, *in Commentar. ad l. 4. tit. 1. lib. 1 ff. num. 1. pag.* 78 *& sequ.* Ioannes Mercer. *lib. 1. opinion. c.* 9. & Vaconius à Vacuna *lib. 1. declarat.* 10. quibus adde Besoldum *in Synopsi Politicæ doctrinæ lib. 1 part. 1. c. 14. n. 2.* Et sanè perabsurdum, ridiculúmque fuerit putare, eos, qui conirer Principes, Reges, Ducésve, aut parentes, & superiores obseruant ipsis seruire. *l. non dubito. 7. §. 1 ff. de captiu. & postlim. reuers. l. fin. Cod. de patr. potest.* Alioquin Aristoteles, eiusque asseclæ hunc mundum seruis refertissimum facerent: cum nemo non Regibus aut Principibus pareat; vt Reges, vel Principes Deo & legi, *l. digna vox 4. C. de legibus.* Prætereà allucinari videtur Philosophus, dum ait, seruum esse instrumentum hominis: cùm homo sit pariter is, qui seruit, & conditione à domino differat, non genere. Atqui omne instrumentum sit alterius generis necesse est, quàm id, cuius est instrumentum: idcóque scapha non est alterius nauis capacioris instrumentum, *l. vltim. ff. de instructo, vel instrum. legat.* Ergo seruus, opilio, vel saltuarius erit villæ instrumentum, non villici. *l. si ita testamen. 15. §. 2. ff. eod.* Dicendum est igitur seruitutem de iure gentium esse introductam.

RESOL. II.

Quid sit seruitus? Ex p. 7. tr. 7. Res. 2.

§. 1. Iustinianus *in instit. tit. de iure personarum. §. 2.* sic definit seruitutem. Seruitus est constitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subiicitur; & idem asseritur *in leg. libertas, §. 1. ff. de stat. homin.* Dicitur autem constitutio iuris gentiū, hoc est quiddam iure gentium constitutum, & introductum. Et rectè sanè: quia, vt *supra* diximus, non potest esse ex iure naturali: cùm natura homines omnes liberi nascantur. *l. manumission. 4. ff. de iust. & iur. & d. princ. infra, de libertin.* neque ex iure ciuili, cùm ius ciuile seruos non agnoscat, nisi hactenus, vt eos pro nullis habeat, *l. qui testamento. 20. §. seruus. 7. ff. qui testam. fac. poss. l. nullo modo 7 ff. ad leg. Cornel. de fals. l. quod attinet. 32 ff de reg. iur.* Nec huic contrarium est, quod Iustinianus ex Marciano docet: seruos fieri non tantùm iure gentium; sed etiam iure ciuili: puta si quilibet homo maior annis viginti passus sit se tanquam seruum venundari ad pretium participandum. §. *Serui autem 4. infr. hoc tit. l. & seruorum. 5. §. 1. Dig. de stat. homin.* Etenim his in locis agitur de modis constituendæ seruitutis: in proposita vero definitione tractatur de natura seruitutis & prima origine, quam ex iure gentium esse constat ex §. 1. *vers. ius autem gentium suprà tit. proximo, & d. l. 4. Dig. de iustit. & iur.* cum similibus. Ac certè natura & vis seruitutis vbique est eadem, quocunque tandem modo obueniat. Etsi igitur modus iste seruitutis constituendæ sit ex iure ciuili: seruitus tamen ipsa non eò minus est ex iure gentium: quoniam nec aliud facit hic ius ciuile, nisi vt, qui se, tanquam si iure gentium seruus esset, venundari passus est dolo malo, vt deciperet emptorem, non impunè ferat: nec auxilium legis, prohibentis venditionem liberi hominis, implorare queat: *l. Licinius. 4. Dig. quib. ad libertat. proclam. non licet.* Ant. Faber. *tom. 1. Iurisprudent.* Papin. *tit. 3. princ.* 3.

Supra in Resol. quæ nunc est antecedens.

2. Additur in definitione, qua quis dominio alieno. Quia vt vera libertatis nota est, facere quod velis: ita etiam hæc est vera seruitutis nota, subiici alieno dominio. Hoc enim verbo dominij, omnia iura, & effectus in seruos continentur. Hincque elucescit: neminem seruum intelligi sine domino: seruumque & dominum, vt correlatiua se se habere. Non siquidem sibi ipsi seruire quispiam potest: imo nec cuiquam res sua. *l. in re commun. 26. Dig. de seruitutib. præd. vrban.* nec prædium vllum sib ipsi. *l. cum essent. 33. §. 1. Dig. de seruit. prædior. rustic.* Vnde etiam est, quod membrorum suorum dominus nemo esse censetur. *l. liber. homo 13. in princ. Dig. ad leg. Aquil.* Inter dominum namque & seruum necesse est realem esse distinctionem. Sed & verba ista, dominio alieno, differentiam inter filium familias & seruū manifestam inducunt. Filiusquippe familias alienæ quidē potestati subiicitur; sed non alieno dominio. *l. potest. 215. Dig. de verb. signif.* cùm eam ob causam suus hæres dicatur, id est, suus dominus (hæredem etenim pro dominio veteres appellabant. §. *vlt. infrà de heret. qualit. & different.*) quasi qui in proprio sui ipsius dominio sit, non in alieno, tradente Antonio Fabro *loco præallegato.*

3. Neque prædictis obstat *l. 1. in princ. Dig. de rer. diuis. & l. 3. in princ. Dig. de pecul.* vbi dicitur, seruum hæreditarium esse nullius. Nam licèt ratione possessionis seruus iste sit nullius in bonis. *l. 1. §. Scæuola ait. Dig. si quis testam. liber esse iusserit.* ratione tamen iuris, quòd hæres in rebus hæreditariis, vel alius in aliis bonis habet, in eius bonis intelligitur. Vel quamuis seruus hæreditarius reuera sit nullius; quia neque vllus est, qui iam mortuus est, neque adhuc dominus esse potest, qui nondum hæres est: attamen iuris interpretatione siue fictione dominio alterius, nimirum hæreditatis, quæ vicem dominij obtinet, subesse creditur. *l. denique, 13. §. quæsitum, vers. accedit. Dig. quod vi, aut clàm. l. cùm hæreditas. 9. C. depositi. §. seruus etiam 2. infra de hæredit. instituend.*

4. Similiter nihil restagatur. *l. si vsumfructum. 23 in princ. Dig. de liberali caus. & l. quod seruus 36. in fine. Dig. de stipulat. ser.* cum concordantibus in quibus habetur seruum sine domino esse posse. Quandoquidem serui verbum accipitur duobus modis. Aut enim significat relationem, & numquam est sine domino: aut verò denotat ius & qualitatem, & sine dominio esse potest: qui tamen non verè seruus dicitur: sed iure seruitutis vtitur, libertate caret. Additur etiam à Iustiniano in definitione, contra naturam, non quasi aliquo casu fieri possit, vt quis alieno dominio secundum naturam subiiciatur: sed quia semper & omnimodo contra naturam (scilicet primæuam, cui bella erant incognita *dict. leg. manumissiones 4. ff. de iust. iur.*) est vt homo subiectus sit dominio alieno: cùm natura omnes homines

homines æquales nasci, viuere, & mori voluerit *dict. leg. quod attinet. 32. ff. de Reg. iur.*

RESOL. III.

Vnde veniat origo vocabuli Seruorum, & Mancipiorum? Ex p.7.tr.7.Res.3.

§. 1. RESpondeo quòd iure gentium introductum est, vt capti in bello efficerentur mancipia seruorum, §. 2. *vers. ius autem gentium supra tit. proximo*, §. *serui autem, aut nascuntur*, 4. *infra hoc tit.* §. *item ea, quæ ex hostibus*, 17. *infra, de rer. diuis. l. adeo 7. in princ. ff. de acquiren. rer. dom.* Quia verò multi desæuiebant in captiuos, eósque iure belli necabant crudeliter; prohibitum id fuit, constitutúmque, vt potius venderentur, ac per hoc seruarentur, quàm occiderentur, per hunc §. nostrũ: vbi Iustinian. (post Florentinum Iureconsult. *in l. libertas 4. §. 1. ff. de stat. hom.* & Pomponium *in l. pupillus, 239. §. 1. ff. de verb. signif.*) disertè statuit: seruos ex eo appellatos esse, quod Imperatores (hoc est, vt Theophilus rectè explicat, οἱ τῶν πολέμων ἡγέμονες, belli duces) captiuos vendere, adeóque seruare solerent. Vnde & August. *lib. 19. de ciuit. Dei*, Origo (inquit) vocabuli seruorum, in lingua latina, inde creditur ducta, quòd hi, qui iure belli possent occidi, à victoribus conseruabantur. Quò pertinent quoque versus Horatij, *lib. 1. ad Quintium:*

Vendere cùm possis captiuum, occidere noli:
Seruiet vtiliter, sine, pascat durus, arétque:
Nauiget, ac mediis hyeme mercator in vndis:
Annonæ prosit, portet frumenta penúsque.

Sed & Agesilaus Lacedæmoniorum Dux, sæpiùs pro concione milites suos admonuisse perhibetur, ne captiuos, vt facinorosos cruciarent, sed vt homines seruarent. Plutarch. *in compar. Ægid. & Cleomen.* Meritò itaque interpretes plerique seruos à seruando, non à seruiendo denominatos esse censent. Vide Ioachimum Mynsingerium *in Instit. lib. 1. tit. de ingenuis*, §. *serui autem.*

2. Serui verò mancipia propterea dicuntur, quia manu à victoribus capiuntur. Et ideò Iustinianus *in Instit. de iure personarum* §. 3. sic ait: Serui autem ex eo appellati sunt, quod Imperatores captiuos vendere, ac per hoc seruare nec occidere solent. Qui autẽ mancipia dicti sunt, eo quòd ab hostibus manu capiuntur. Et hoc etiam asseritur *in l. libertas*, §. 1. *ff. eod. tit.* Hinc Varro; Mancipium, inquit, à manu, quòd manu capitur: hoc est, res omnes, quæ manu capiendo acquiruntur, mancipia dicta sunt, referente Hotomano *hic enuntiat.* 9. Sanè apud Latinos mancipium dicitur certi dominij comparatio: perpetuúmque ius possidendi, teste Balduino *hic in fine*, Vide eleganter Lucret.

Vitaque mancipio nulli datur, omnibus vsu.

RESOL. IV.

Quamnam potestatem habeant Domini in seruos?
Et an liceat Domino seruum suum pro arbitrio quam pecudem occidere?
Et adducitur eandem olim fuisse Patrum quoque in filios familias potestatem. Ex p.7.tr.7.Res.4.

§. 1. CErtum est esse in potestate Dominorum seruos, Et hæc potestas rectè definitur, ius quod Dominus habet in seruum; Et omni suo effectu eadem est cum dominio, quod dominus habet in rebus suis: ita vt quod dominium est in rebus cæteris, id sit potestas dominica in seruis. Nam cùm de seruis agitur, potestatis appellatione dominium significatur, *l. potestatis, 215. ff. de verb. signif.* Vlteius *hic num.* 1. Per Dominum verò intelligimus non solùm eum, qui verè dominus, id est proprietarius est: sed fructuarium etiam, & bonæ fidei possessorem, §. *de iis autem seruis*, 4. vbi Mynsinger, *infra, per quas personas cuique acquirit. l. acquiritur* 10. §. *de his autem ff. de acquir. rer. dom.* Stuck *par.* 1. *Exercit.* Iustin. *decad.* 2. *assert.* 1. *lib. B.* Quemadmodum porrò ius gentium seruitutem: ita & hanc potestatem dominicam introduxit, §. *sed ius quidem* 2. *vers. ius autem gentium suprà, de libertis. l. manumissiones*, 4. & *l. ex hoc iure* 5. *ff. de iust. & iur.*

2. Cæterum effectus huius potestatis præcipuè est duplex: prior est, quod dominus in seruos vitæ necísque potestatem habeat, hoc §. & *l.* 1. *ff. hoc tit.* Senec. *l.* 3. *de benef. cap.* 23. Cùm enim suæ quisque rei moderator sit & arbiter, *l. in re mandata* 21. *C. mandat.* & seruus sit in domini potestate ac dominio: consequens est, vt non minus liceat domino seruum suum pro arbitrio quàm pecudem occidere. Siquidem & hac de causa serui quadrupedibus comparantur, *l.* 2. *ff. ad l. Aquil.* Nec mouerit si obiiciatur, eandem olim fuisse patrum quoque in filios familias potestatem, *l. si in suis*, 11. *in fine, ff. de lib. & posth. vlt. C. de patr. potest.* & tamen non fuisse filios familias in dominio patrum, *d. l. potestatis*, 215. *de verb. signif.* Etenim respondetur: eandem fuisse hac in parte dominorum & parentum in seruos filiósque familias potestatem, sed non eodem iure, neque ex eadem ratione: quoad dominos enim, nihil fuit, quod tantam eis in seruos potestatem dare potuerit, nisi quod seruos in dominio suo, perinde ac aliam rem quamlibet vilissimam, haberent, vt paulò ante dictum. Quoad patres verò: fuit ius patriæ potestatis, cuius tanta vis, & auctoritas esse debere visa est, vt nec prohiberentur patres vitam adimere iis, quibus dedissent. Vnde illud etiam erat: quòd patres liberis in potestate constitutis non poterant eripere libertatem: quippe quam non tam à parentibus quàm à natura haberent, *d. l. vlt. C. de patr. potest.* Ast emancipatis etsi non minus, quàm in potestate retentis, vitam à patribus datam fuisse verum erat, vitam tamen illis hi adimere non poterant: quia sublato per emancipationem iure patriæ potestatis, emancipati hac parte ne pro liberis quidem, sed potius pro extraneis habebantur, vt pulchrè explicat Antonius Faber, *tom.* 1. *Iurisprud.* Papin. *tit.* 7. *princ.* 3. *illat.* 1. *pag.* 285. Enimuerò isthæc potestas dominica hodie ex constitutione Diui Pij Antonini valde diminuta & coarctata est. Licet enim illa olim fuerit summa, hoc est, licet dominus potuerit seruum suum sine causa impunè occidere, verberare, violare, vt suprà expositum: attamen hodie sine causa legibus cognita, non potest. Et hæc omnia docet Iustinianus *in Instit. lib.* 1. *tit. de his qui sui, vel alieni iuris sunt*? quæ quidem olim procedebant de iure ciuili; nam de iure naturæ contrarium dicendum, cùm homicidium sit intrinsecè malum.

Sup. hoc infra lege doctrinã Res. 37. per totã, signanter ante medium, §. 1. à vers. Fateor. & in alio §. not. 2. dictæ Res.

Sup. hoc in Res. not. præteritæ.

RESOL. V.

Quibus modis quis efficiatur seruus, & primo an iure belli?
Et an fas sit Christianis, qui bellum iustum cum Christianis gerunt, Christianos bello acceptos detinere non vt seruos, sed vt ab illis, dum detinentur, sint securi, & tuti, & vt pecuniam aliquam iustam, & moderatam pro eorum libertate & dimissione accipiant? Ex p.7. tr.7. Res.5.

§. 1. Respon-

§. 1. Respondeo affirmatiuè: igitur efficitur quis seruus quando in iusto bello capitur, iure namque gentium mancipium fit capientium, morte in perpetuam seruitutem commutata, de qua re non est dubitandum. Excipitur tamen quando Christiani à Christianis iusto bello capiuntur, consuetudo quippe præscripta; atque adeo ius est inter Christianos, vt seruituti non subiiciantur. Si tamen Christiani ab infidelibus bello iusto ex parte infidelium caperentur, verè essent illorum mancipia: eo quòd gentium ius omnibus sit commune, iustáque esset mortis commutatio, quam infideles iustè Christianis ita captis inferre possent, in perpetuam seruitutem.

2. Huic titulo annectere possumus, quando innocentes, qui partes sunt Reipublicæ aduersus quam iniustum bellum geritur, quales sunt infantes, & alij, capiuntur. Licèt enim licitè interfici non possint, iure tamen belli ac gentium, fiunt mancipia capientium. Ratio est; quoniam illis, tanquam in propriis membris, punitur iustè Respublica, quoad omnia bona fortunæ, de quorum numero est libertas: éstque hoc communi vsu receptum.

3. Et ideò Gaspardus Hurtadus *de iust. disput.* 1. *diffic.* 21. sic ait: Quamuis ex natura rei nullus sit nec nascatur seruus, seu mancipium alterius, potest tamen quis fieri seruus alterius, variis modis. Primò, iure belli iusti in quo potest quis directè occidi, commutata occisione in perpetuam seruitutem, vt constat ex *l. & seruorum, ff. de stat. hom.* Addimus, in quo quis potest directè occidi, quia an innocentes possint capi in seruos, dicimus *tr. de charit. disp.* 9. *diffic.* 15. ab hoc tamen primo modo redigendi in seruitutem, excipiuntur Christiani (qui quando non defecerunt totaliter fidem) iure inter Christianos ipsos consuetudine introducto, Romano Pontifice sciente, & non contradicente, nequeunt adhuc in bello iusto ab aliis Christianis in seruitutem redigi: quod etiam statuitur. *l.* 1. *Castellæ, tit.* 21. *parte* 4. bene tamen possunt à non baptizatis iustè bellantibus.

4. Vide etiam Sanchez *in opusc. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *dub.* 3. *num.* 5. Dicastillum *de iust. lib.* 2. *tract.* 1. *disput.* 1. *dub.* 11. *num.* 144. & Lessium *lib.* 2. *cap.* 5. *dub.* 4. *num.* 12. vbi tamen aduertit, eum, qui in bello ex parte sua iusto capitur, non contrahere veram seruitutem. Quod si iustitia belli vtrimque sit ambigua ob probabile ius partis vtriusque, capti vtrimque fiunt serui; vt rectè Couar. *ex lege supra dicta*, vbi tamen constare cœperit vtri faueat parti iustitia, tunc ea pars, quæ iniustè cepit, debet captum in libertatem sine pretio restituere. Procedit etiam hoc quoad infantes, qui licèt à victoribus occidi non possunt, possunt tamen fieri serui; quod probat Eminentissimus Cardinalis de Lugo *de iust. tom.* 1. *disputat.* 6. *sect.* 2. *num.* 12.

Sup. contentis in hoc §. supra in tr. 7. Ref. 30. & latè & melius in Ref. eius not.

5. Notandum est etiam hîc obiter, fas esse Christianis, qui bellum iustum cum Christianis gerunt, Christianos bello captos detinere, non vt seruos, sed vt ab illis, dum detinentur, sint tuti, maximè si sint Duces strenui, è quorum libertate ingentia damna, atque non vulgaria timeantur: & diuites, vt pecuniam aliquam iustam, & moderatam pro eorum libertate, & dimissione accipiant, vt videmus passim hoc tempore fieri in bello Belgico, quod nobis est cum Hæreticis Hollandinis, & Zelandicis, Caluinianis, Lutheranis, Zuinglianis, Arminianis, & cætera Hæreticorum turba, & peste, quorum religio, cùm diuersa sit, vera, & constans esse non potest. Et ita docet Fagundez *de iust. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 4.

RESOL. VI.

An quis efficiatur seruus ob delictũ? Ex p. 7. tr. 7. Ref. 7.

§. 1. Respondeo, quod quis potest in seruitutem alterius eligi in pœnam delicti, sine condemnatione iudicis, quia sicuti potest quis iustè puniri morte, ita etiam seruitute, siue lege aliqua, & hac Christiani defecteres ad arma, vel alia prohibita ac Sarraceni, possunt ab aliis Christianis eos capientibus, in seruitutem redigi, vt constat ex *cap. ita quorundam, de Iudæis & Sarracenis.*

2. Confirmantur etiam supradicta ex *cap. eos. qui* 32. *dist.* vbi Vrbanus II. concedit secularibus Principibus facultatem, vt seruituti subiiciant fœminas, quæ contraxerint cum initiatis ordinibus sacris; si illi admoniti à suis Prælatis, non destiterint. Item in Concilio Toletano 9. *cap. cùm multæ.* 15. *quæst.* 8. Sancitum est, vt filij, qui ex nefario Matrimonio cum initiatis ordinibus sacris fuerint suscepti, non solum excludantur omninò ab hæreditate parentum, sed etiam serui sint in perpetuum eius Ecclesiæ, ad quam initiatus ille pertinuit. Item libertus qui in eum se grauiter ingratum exhibuerit, qui sua sponte illum manumisit, in pœnam delicti redigitur in seruitutem, *l. si manumissus. Cod. de liber. & eorum liberis, & Inst. de capitis diminut. §. Maxima.* Præterea *cap. de raptorib.* 36. *q.* 1. constituitur, vt si raptor cum rapta ad Ecclesiam confugerit, constiteritque raptam violentiam pertulisse, raptor seruituti subiiciatur, ac se redimendi liberam habeat facultatem. Si verò puella raptori consentiat, illaque patrem habeat, raptor patri simili satisfactione teneatur. Et hæc omnia docet Maldetus *de iustit. tractat.* 11. *disputat.* 5. *dub.* 2. Dicastillus *de iustit. lib.* 2. *tract.* 1. *disput.* 1. *dub.* 11. *num.* 146. Lessius *lib.* 2. *cap.* 5. *dub.* 4. *num.* 14. & Eminentissimus Cardinalis de Lugo *de iust. tom.* 1. *disp.* 6. *sect.* 2. *num.* 13. Fagundez *de iustit. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 7.

RESOL. VII.

An quis efficiatur seruus titulo venditionis?
Et an liceat emere eum, qui se egestatis causa vendit?
Ex p. 7. tr. 7. Ref. 7.

§. 1. Respondeo, quod etiam seruitus contrahitur venditione qua quis ex libero fit ex sua voluntate seruus, quod quilibet liber potest ex natura rei validè efficere, quia non minus est dominus suæ libertatis, id est, suarum operarum quàm honoris, & famæ, & pecuniæ; vt tamen licitè fiat, requiritur aliqua rationabilis causa, aliàs esset prodigus, & profusor suæ libertatis, quæ præstantior est bonis fortunæ, honoris, & famæ: Vt tamen venditio libertatis validè fiat plures conditiones requiruntur iure Cæsareo, *l.* 4. *ff. quibus ad libertatem*, & iure Castellæ *leg.* 1. *titul.* 21. *part.* 4. Prima conditio est, vt quis non se ipsum immediatè vendat, sed per alterum. Secunda, vt qui patitur se vendi, sit maior vigintiquinque annorum. Tertia, vt intendat esse particeps pretij, & quod re ipsa sit particeps illius. Quarta, vt emptor credat illum esse seruum. Quinta vt qui venditur, sciat se esse liberum ante venditionem. Sexta, vt eum vendens sciat esse liberum. Concurrentibus igitur simul his sex conditionibus, valida esset venditio, & vsque adeò ille seruus ementis efficitur, vt esto ei postea pretium iustum pro illo offeratur, non teneatur eum manumittere. Quod si quacumque de causa illum manumittat, manet ille non ingenuus, vt antea erat, sed libertinus.

Quacumque

Quaecunque autem illarum sex conditionum deficiente, venditio est nulla, conceditur que vendito proclamatio ad libertatem. Hæc omnia constant ex *l. 1. & 4. ff. quibus ad libertat. proclamare non liceat, l. liberis. ff. de liber. cauf. l. non ideò, l. si ministerium, C. eod. tit. l. & seruorum, & l. homo liber. ff. de statu homin. ex §. penul. inst. de statu hominum*, notatque Glossa *ibi*, &cum ea D. Antoninus, *3. part. tit. 3. §. 5.* Syluester, & Angel. *verb. seruitus*, & Doctores communiter. Illud verò obseruandum est, ius hoc solùm habere vim, vbi ius Cæsareum vim habet. Quin & leges illæ solùm videntur loqui de liberis hominibus, qui cum legibus illis sint subiecti, permittunt seipsos vendi aliis hominibus, qui eisdem legibus adstringantur, vt satis innuit. *l. non ideò, C. de liber. causa.* Quò fit, vt si aliquis eiusmodi legibus subiectus, se ipsum sine illis conditionibus liberè vendat in loco, vbi leges illæ non vigent, venditio sit valida: eò quòd iure naturali disponere possit de sua libertate, volentique & consentienti non fiat iniuria. Efficitur deinde, vt si aliquis legibus quidem illis subiectus, sine illis conditionibus, emat aliquem in seruum, attamen in loco vbi leges illæ non vigent, vt Æthiopem in Æthiopia; validus sit contractus, vereque illi, qui emptus est, seruus reddatur. Efficitur præterea, vt si homo legibus illis non subiectus, se ipsum sine illis conditionibus vendat in loco, vbi huiusmodi leges vigent, emptio sit valida: eò quòd leges illæ solùm in fauorem libertatis eorum, qui illis subiiciuntur, latæ fuerint. Et hæc omnia docet Molina *tom. 1. tractat. 2. disput. 33.* Maldonius *de iust. tr. 1. cap. 5. dub. 2.* & Hurtadus *de iust. tract. 1. difficul. 21.* Lessius *lib. 2. cap 5. dub. 4. num. 16.* Sanchez *in Opusc. tom. 1. lib. 1. cap. 1. dub. 1. num. 2.* Eminentissimus Cardinalis de Lugo *de iust. tom. 1. disput. 6. sect. 2. num. 13.* Caspensis *in Cursu Theolog. tom. 2. tract. 18. disp. 5. sect. 1. num. 3. & 4.* Megala *in p. 2. lib. 2. cap. 19. n. 5.*

2. Non deseram tamen hîc adnotare Saytum *in Claui Regia lib. 9. cap. 9. num. 16.* & Trullench. *in Decalogum tom. 2. lib. 7. cap. 2. dub. 8. num. 6.* obseruare, sextam conditionem superiùs positam videlicet, vt qui seruum emit arbitretur illum esse seruum non repetite in iure: Et ideò non esse necessariam; quod etiam docet Fagundez *de iust. lib. 2. c. 1. n. 9.*

Sup. hoc in in Ref. seq. § Deinde. ad lin. 5.

3. Sed curiosa Quæstio est, & dubia, an liceat emere eum, qui se egestatis causa vendidit? nam ad grauem, vel extremam inopiam redacto gratis, & liberaliter lege charitatis cogimur subuenire Nauarr. *in Man. c. 23. num. 65.* respondet id nobis licere facere, quoniam non compellimur lege misericordiæ gratis succurrere, sufficit enim mutuò pecuniam dare, ac proinde etiam pretio dato operas hominis indigentis conducere. Sed certè distinguendum est: aut is qui indiget, nihil hic, aut alibi habet, aut secus. Rursus, aut nihil nunc habet, aut reuera habebit postea. Si igitur ita simpliciter indiget, vt nihil alibi habeat, nec postea sit habiturus, liberaliter est eius egestas subleuanda, non pretio libertas emenda: Si autem alibi habeat, aut postea habiturus sit, licet nobis vel mutuum aliquid dare, vel eius operas mercede conducere, vel pretio libertatem eius emendo redimere. Pari ratione cuique licet seipsum vendere causa egestatis, qua parens laborat, item, vt Principem pretio redimat. Et hæc docet Azorius *part. 2. lib. 2. c. 31. q. 2.*

RESOL. VIII.

An sit licita emptio mancipiorum Æthiopum fieri solita ab aliquibus in Angola, ni Gnea, & Viridi Promontorio?

Et docetur posse Parentes in necessitate constitutos filios vendere.

Imo posse quemquam se ipsum vendere in eadem graui necessitate constitutum. Ex p. 7. tr. 7. Ref. 71. alias 70.

§. 1. Affirmatiuam sententiam tenet Molina *de Iust. tom. 1. tract. 2. disp. 34. per totam*, Caspensis *in Cursu Theol. tomo 2. tract. 2. disp. 5. sect. 1. num. 11.* & Fagundez *in Decal. tom. 2. lib. 7. cap. 12. num. 15.* quia huiusmodi mancipia, ait ille, aut emuntur bona fide, aut mala, aut cum dubio illius. Si emantur bona fide, licitè emi, si verò mala, aut cum prædicta dubitatione, quòd iuste captiui sint, illicitè planè emi, & teneri emptores ad eos restituendos, & dimittendos amisso etiam pretio, quia huic fortunæ aleæ se exposuerunt, quando cum mala fide, vel cum eodem dubio emerunt; sicut ille, qui rem alienam, & furtiuam emit, aut de qua probabiliter dubitat esse furtiuam, velit nolit, tenetur eam restituere, quia ad id sese exposuit, quando sub eodem dubio emit, iuxta communem omnium doctrinam de qua infrà agemus.

2. Si verò à principio bona fide, & absque dubio emerunt, & postea subiit dubietas, in eo dubio melior est conditio possidentis, maximè quia quilibet venditor præsumitur bonus, & vendere quod suum est; quare si à principio quando aliquis mercator eos seruos in Angola, aut Guinea emit, nullus erat rumor, nulla præsumptio, quòd illi iniustè essent in seruitutem redacti, vt venderentur, melior est conditio illius cùm sit possidens.

3. Quando autem rumor est in iis Regionibus communiter aspersus, multos in nundinas ad venditionem afferri, qui sunt furto ablati; vel quando in euentu aliquo peculiari indicia aliqua probabilia concurrũt quibus meritò timendum sit eos fuisse iniustè captos, illicitum planè est eos emere, nisi facta prius diligenti inquisitione constet liquidò eos iustè vendi posse, & qui ita emunt, tenentur illos dimittere.

4. Deinde *vbi suprà* Fagundez obseruat in Guinea, & Angola esse aliquos dominos temporales Æthiopes, & Nigritas, Sobas vocant, qui habent certos Nigritarum pagos à tempore immemoriali instar pecorum, aut vaccarum, aut boum caularum, ex quo ad libitum ad venditionem extrahunt, quos volunt, & quando volunt de his quidem qui istis caulis aluntur, & qui ex illis venduntur, certum est nullum posse esse iustum scrupulum in tali eorum emptione, vel quia ab initio filios suos huiusmodi Sobis, ac Regulis in vrgenti aliqua necessitate vendiderunt, & postea ita multiplicarunt, vt in pagulos diuiderentur, vel quia in bello iusto capti fuerunt, & vita eis fuit relicta sub misera conditione seruitutis, vnde si hæc ita sint, de his nulla potest esse iusta dubitatio, quòd iustè, & sine scrupulo vendantur & emantur.

5. Deinde sciendum est posse parentes in graui necessitate constitutos filios vendere, vt passim affirmant Doctores, & ex iure probant, & præsertim Molina, *tomo 1. de Inst. tota disp. 33. à §. tertia conclusio, & deinceps*, imò posse quemquam seipsum vendere in eadem graui necessitate constitutum, manifestum est, vt idem docet Molina *ibid.* & ideò in multis Indiæ, & Angolæ locis, in quibus sæpe fames dirè admodum grassatur, & miseros premit incolas, fas est emere filios Infidelium, annona, vel pecunia, & parentes etiam illorum, qui se volunt vendere in seruos, in huiusmodi miseriis constitutos, vt doctè probat Molina allegatus. Nefas autem est denegare illis annonam si iustum pretium pro illa offerant, vt sic cogantur libertatem vendere; si tamen vnus libertatem offerat,

Sup hoc late in Ref. seq. &c.

Sup. hoc in Ref. præterita §. vlt.

offerat, & alius pretium, nec vtrique possis subuenire, fas tibi erit illum præponere, qui pretium iustum pro annona tibi ostendit, ei qui libertatem pro ea offert, vt doctè animaduertit Molina *d. tom. 1. de Iust. disp. 33. §. tertia conclusio*, & de emptione, & venditione huiusmodi nulla etiam esse potest dubitatio, quòd sit iusta, quod ò iustum pro ea pretium offeratur, & detur.

6. Sunt etiam vt dixi alij duo modi captiuitatis inducendæ, vel cùm vnus Nigritarum Rex aduersus alium iustum bellum habet, & multos captiuat illorum in quibus mortè cum vita cõmutauit sub cõditione seruituris, vel cùm Rex iuxta leges suas ob delicta aliqua supplicio mortis digna eos in captiuos accipit, vt vendat, ne occidat & de his processit doctrina tradit *n. 15. vers. si verò. & n. 16.* nam si rumor erat communiter per eas regiones sparsus bellum fuisse iniustum, aut illo falsis criminibus impositis captiuos Rege suo fuisse factos; & id tempore venditionis in communi hominum opinione erat, tunc etiam diximus, licitè emi non possunt, & tenentur emptores eos dimittere, quia velint nolint ad id sese exposuerunt, quando cum eo dubio, & eo rumore emerunt. Et hæc omnia obseruat Fagundez, *vbi suprà*.

7. Verùm his non obstantibus, emptionem supradictorum mancipiorum ferè semper tanquam illicitam damnat Mercado *de contr. lib. 5. c. 15.* Garsias *de Contr. par. 1. c. 17.* Palacius *de Controuers. lib. 2. cap. 8.* & alij. Sed quando casus in facti contingentia occurrerit, ne deseras recognoscere Sanchez *in Opusc. tom. 1. lib. 1. c. 1. dub. 4. n. 10. & seq.* cum Trullench *in Decalog. tom. 3. lib. 7. cap. 2. dub. 8. n. 10.*

RESOL. IX.

An Pater, aut Mater in necessitate constituti possint vendere filium, aut permutare, vel alio quocumque contractu filium alienare?

Et quid, si filius sit coniugatus, emancipatus, sacris Ordinibus initiatus, aut Clericus?

Et vtrum, si occurrat æqualis Patris necessitas cum nimia paupertate, & egestate, aut etiam maior, vt si in seruitutem sit redigendus, aut occidendus, vel mutilandus, nisi filium vendat, fas sit Patri filium vendere?

Et an in supradictis casibus, deueniente postea Patre in pinguiorem fortunam cogi possit vt filium, qui ita vendidit, redimat? Ex. p. 7. tr. 7. Res. 8.

Sup. hoc. in Res. præterita §. Deinde. cursim in principio, & in Res. seq. etiam breuiter, in fine §. 1.

§. 1. Respondeo affirmatiuè cum Hurtado *de iust. disp. 1. diffic. 21.* & aliis. Dico igitur quòd iure naturæ fas esset parentibus in graui sua necessitate filios vendere. Id quod ex Exodi 21. etiam colligitur. Cùm verò quondam, referente Couar. *3. var. resol. cap. 14. n. 4.* lege Romuli licitum esset patribus ter vendere filios, si casu semel, atque iterum manumitterentur, idque etiam nulla parentes cogente necessitate; postea tamen iure Cæsareo *l. 1. & 2. C. de patribus, qui filios suos distraxerunt*, sancitum est, vt non nisi nimia paupertate, & egestate parentes cogente, id liceat, alioquin sit alienatio nulla. Præterea, vt quotiescunque emptori iustum pretium offeratur pro filio, aut filia ita venditis, aut æquale aliud mancipium, is, qui ita fuit venditus, non solùm maneat liber, sed etiam fiat ingenuus, ac si nunquam in seruitutem incidisset. Quod de venditione dicitur, intelligetem etiam de permutatione, aut quocumque alio contractu quo filius alienaretur, vt grauissimæ patris necessitati subueniretur. Meritò autem Couart. *loco citato*, cum multis aliis, quos citat, affirmat, deueniente postea patre ad pinguem fortunam, cogi posse, vt filium quem ita vendidit, redimat. Facultas autem illa, filios in graui parentum necessitate vendendi, intelligatur, interim dum filij sub patria sunt potestate; factis verò filiis sui iuris, parentibus non licet, vt ait Gloss. *leg. 2. Cod. de patr. qui filios suos distraxerunt*, & habetur *l. 8. tit. 17. part. 3. legum Castellæ*, Affirmatque Arius Pinellus, *ad rub. Cod. de bon. mater. part. 2. num. 23.* Imò si filius esset coniugatus, esto de iure communi non ideò egrederetur patriam potestatem, vt de huius Regni, & Castellæ iure egreditur, vendi non posset: quia id cederet in detrimentum vxoris, neque etiam hodie potest pater vendere filium ordinibus sactis initiatum, vt Couar. *loco citato* ait esto, ordo sacer eum non eximat à patria potestate. Præterea, quia filius de iure Cæsareo non est sub matris potestate, de eodem iure vendi non potest à matre, vt affirmat Gloss. citata, & cum ea Arius Pinellus *loco citato*. Dubium est, vtrum si occurrat æqualis patris necessitas, cum nimia paupertate, & egestate, aut etiam maior, vt si in seruitutem sit redigendus, aut occidendus, vel mutilandus, nisi filium vendat, fas sit Patri filium vendere. Glossa citata, quam Couar. *loco citato*, & alij sequuntur, negat, quoniam inquiunt, *l. 2. citata*, solum concessit facultatem in casu nimiæ paupertatis, & egestatis. Placet tamen magis sententia Pinelli *loco citato num. 27.* contrarium affirmantis. Ea namque lex per epiicheiam ad casus, in quibus par, aut maior est ratio, extendenda est; quoniam si eiusmodi euentus legislatori tunc occurrissent, illos proculdubio expressisset. Illud admonuerim, legem secundam citatam, solùm habere vim in locis, in quibus ius Cæsareum viget, vt de præcedentibus dicebamus. Quare, & in Æthiopia, & in aliis similibus locis, standum est iuri naturali, nisi fortè eo in loco ius aliquod peculiare sit ea in parte. Quo fit, vt in euentibus, in quibus iure naturali fas est patri, aut matri propter egestatem, aut aliam similem causam, filium vendere, si venditio fiat in loco vbi nullum est peculiare ius, venditio sit valida; venditusque maneat verè seruus. Neque verò illo priuilegio fungi poterit, vt scilicet reddito pretio competenti, aut mancipio alio æquali, restituatur libertati, sitque ingenuus, eò quòd lex illa in fauorem libertatis eorum, qui legi illi subiecti sunt, sit lata. Idem dic, si in eodem loco vendatur aliquis, qui extra illum locum subiectus est iuri Cæsareo, vt si aliquis nostratum apud Æthiopes necessitate compulsus suum illis filium vendat. Et hæc omnia docet etiam Molina *de iust. tom. 1. tract. 3. disput. 33.* cui ego addo Fagundez *de iust. lib. 2. cap. 1. num. 9.* vbi sic ait: Notat Pinellus *ad rubric. Cod. de bonis maternis, 22. à num. 20.* communem esse Iuristarum opinionem, quam ipse etiam sequitur, in tali casu maximæ necessitatis, solì Patri, non matri permitti venditionem prolis propter imbecillitatem animi, & consilij inopiam, quæ in fœminis reperiri solet & quòd Pater diligat prolem constantius, mater verò intensiùs: de iure tamen naturæ etiam matri competit prædicta venditio filiorum: notat etiam *num. 23.* vnanimiter sentire Doctores l. illam 2. *Cod. de Patribus, qui filios suos distraxerunt*, non procedere, quoad filios iam emancipatos, sed tantùm quoad existentes sub patria potestate, quæ moderatio stando etiam in iure naturæ, videtur habere locum. Notat rursus, *num. 27.* licèt in dicta lege solùm exprimatur casus nimiæ famis, & egestatis, si tamen detur alia similis, aut grauior necessitas. v. g. si Pater sit ab hostibus in seruitutem abducendus, aut occidendus, vel mutilandus, nisi vendito filio, vel fillia se redimat, extendendam esse legis permissionem ad huiusmodi euentus, in quibus par, vel maior ratio militat. Ratio est, quia hoc non est pœna, quæ restringi debeat, sed est æquitas naturalis, quia filij ducente iure naturæ, tenentur succurrere parentibus à quibus totum esse, & substantiam acceperunt.

Sup. hoc late in Res. seq. à §. 4. Difficultas.

Sup. hoc in Res. not. præterita, & in eodem §.

2. Notandum

2. Notandum est tamen hîc cum Acatio Enkelio *de Priuileg. Parentum, & Liberorum, Priuileg. 29. n. 22.* & aliis ; Patrem non posse vendere filium Clericum.

RESOL. X.

An in extrema necessitate non solum Pater, sed etiam Mater possit vendere, aut donare, vel permutare filium?

Et supponitur, quod homo liber vendi non potest. Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. Res. 27.

§. 1. Certum est, quòd homo liber vendi non potest, etiamsi referatur in tempus, quo iam sit seruus. Ita prohibetur *l. Sed Celsus, citata.* & l. *Si emptione, §. Omnium rerum, ff. De contrahenda emptione, & §. 1. Instit. de inutilib. stipulation.* & *l. 15. titulo 5. partit. 5.* Legatur Molina *disp. 140. num. 21. & disput. 33.* Quando autem *l. Et liberi homin. ff. de contrahenda emptione*, dicitur valere venditionem liberi nominis factam ignoranti illum esse liberum; hoc dicitur ad effectum ; quòd venditor, qui liberum esse sciebat, tenetur emptori ad interesse, iuxta *§. vltimum, Instit. de empt. & vend.* Si autem venditor ignoranter vendidit, solùm repetit emptor pretium. Ita Anton. Gomez *tom. 2. variarum. c. 2. n. 50.* Legatur Molina *disp. 268. ad finem.* In extrema tamen necessitate famis, potest filius vendi à patre, vt habetur *in l. 2. C. de patribus, qui filios suos distraxerunt*, & ita docent communiter Iurisperiti, & Theologi, vt Dicastillus *de iust. lib. 2. tr. 9. disp. 1. dub. 1. n. 85.* & alij.

Sup. hoc supra in Res. 8. & 9. §. Deinde, cursim à principio.

2. Difficultas est, an hæc potestas extendatur ad matrem? Casus est curiosus, & à paucis pertractatum inuenio. Negatiuam sententiam docet Georgius Acacius *tract. de priuilegiis parentum, & liberorum, priuil. 21. n. 18.* qui citat Glossam, Baldum, Salycetum, & Azonem. Probari potest hæc opinio, primo : quia, qui in potestate aliquid non habet, illud vendere non potest : atqui in proposito casu famis, videlicet, & egestatis, permittitur patribus liberos distrahere : igitur in potestate liberos habere eos oportet. Iam verò matrem non habere in potestate liberos, expediti est iuris. Sequitur proinde, quòd mater non possit liberos ex prædicta causa distrahere. Si transactione mater non potest liberos efficere seruos ; multò minùs potest venditione eos in statum seruilem deducere : atqui verum est prius, per. *l. Transactione 26. C. de transact.* Igitur, nec mater liberos vendendo efficere potest seruos. Leges semper intelligi debent iuxta rubricam, sub qua ponuntur. Atqui rubrica, sub qua illa l. 2. collata est, concepta est nominatim & expresse de patribus, qui liberos distraxerunt, non autem de parentibus : ergo prædicta *l. 2.* illi rubricæ subiecta, non de parentibus, sed de patribus accipi debet.

Sup. contento in hoc §. in Res. præterita ante medium, §. 1. Vers. Præterea, & inter medium, & fine dicti §. Vers. non matri.

3. Sed, his non obstantibus, affirmatiuæ sententiæ mordicùs adhæret Hulricus Hunnius *in vol. 2. Trutlery, disp. 28. Thes. 4. q. 20.* Quia in toto illo titulo, *C. de patrib. qui lib. suos distrax.* nulla prorsus mentio fit patriæ potestatis, nec vnico quidē verbulo innuitur, quòd ius istud distrahendi liberos, effectus sit patriæ potestatis, eiúsque intuitu patribus competat. Nec denique alio in loco iuris nostri ad patriam potestatem referatur. Proinde verisimile non est ius istud effectū esse patriæ potestatis. Ex quo sequitur, quòd ius istud distrahendi liberos ad matrem æquè, atque ad patrem spectet. Et sanè alia longè ratio, ob quam parentibus conceditur potestas, accepto pretio, distrahendi liberos, ab Imperatore indicatur *in d. l. 2.* necessitas videlicet, nimiáque paupertas, & egestas, in qua sola sese fundat Imperator. Atqui perperam hoc fieret, si præcipua illius distractionis ratio in patria potestate consideret : per quàm enim absurdum foret, rationē constitutionis veram, ac principalē silentio inuoluere; aliam verò rationē ad rem parū pertinentem, aut sanè minùs principalem assignare; quod de tanto Imperatore præsumi non debet. Deniq; Imperator Constantinus *in d. l. 1. C. de patrib. qui lib. suos distrax.* vtitur verbo ; *Si quis.* Iam verò verbo hoc, *Si quis*, tam fœminas, quàm masculos contineri, author est Iurisconsultus *in l. 1 ff. de verbor. signif.*

4. Nec obstant argumenta pro opinione negatiua : Respondet Hunnius, & ad primū asserit, laborare æquiuocatione vocabuli, *potestas.* Cùm enim dicitur, quod quis in potestate nō habet, illud distrahi non posse, nomine potestatis significatur dominium. At in proposita quæstione potestas, non dominium, sed ius illud, quod parentes in liberos habent, denotat, quod à dominio diuersissimum est. Ad hæc, quod *d. l. 2.* permittit parentibus liberos suos ex causa famis, & paupertatis vendere : id planè singulare est contra ius commune receptum, vt ex *præcedente l. 1.* relucet : non igitur patriæ potestati, tanquàm eius effectus, adscribi debet : alioquin semper & regulariter liceret parentibus, etiam extra hunc necessitatis casum, liberos vendere.

5. Ad secundum quoque non est difficilis responsio : regulariter quippè, & ordinariè mater non potest sua transactione liberos suos efficere seruos, aut quacunque alia ratione in seruitutē conijcere ; id, quod vult *d. l. 26. C. de transact.* Sed nec patri, extra prædictum necessitatis casum, idem permissum est, *d. l. 1.* Si igitur ex *d. l. 26.* rectè infertur, quòd mater non possit ex causa paupertatis, & famis liberos vendere, ex eodem certè fundamento idem de patre quoque concludendum erit : Quocirca casus *d. l. 2.* planè singularis est, & exceptionem à regula *d. l. 1.* continet.

6. Ad tertium respondeo, argumentum à rubro ad nigrum non esse perpetuum, nec necessarium, sed probabile duntaxat, nec eo casu procedere, quo ratio legis generaliter est ipsa rubrica : ex ratione enim legis, vt quæ legis est anima, lex potiùs capit interpretationem, quàm ex rubrica : & interpretatio, quæ ex legis ratione sumitur, necessaria est : at quæ ex rubrica petitur, probabilis duntaxat. Iam verò, etsi rubrica sit de patribus duntaxat concepta, ratio tamen legis secundæ ita generalis est, vt parentum vtraque sexum comprehendat. Sed de sola venditione *dicta lex 2. Codicis* loquitur, nec donare, nec permutare filium licere colligit Baldus *in d. l. 2. q. 3.* Salyc. *ibi, numer. 3.* Ego tamen, vt de donatione consentio, quia contra rationem *d. l. 2.* non victus causa filium alienæ potestati tradit, qui donat, & eo non plus habet, quàm anteà : ita de permutatione, si filium in seruitutem tradat pro victu certo, aliud censuerim : idem enim egit, ac si vendidisset : permutatio enim vnica est emptori, *l. 2. ff. de rerum permut.* imò vicem obtinet emptionis *l. 2. C. eod. tit. §. item pretium. Inst. de empt. & vend.* Et hanc sententiam tenet etiam Acacius *vbi supra* ; hoc tamen admittens, vt diximus, in solo patre, sed Hunnius admitteret eam in matre.

RESOL. XI.

An quis ratione natiuitatis efficiatur seruus?

Et an possint fugere, qui à se, vel Parentibus legitimè sunt venditi, vel in pœnam criminum iustè ad seruitutem sunt condemnati?

Et eandem conditionem subdit proles, quam mater.

Et an peccet; qui consilium seruis ad fugam dedit?

Et an teneatur ad restitutionem totius damni inde sequuti? Ex part. 7. tract. 7. Res. 9.

erat legitimus ac indubitatus illius dominus, & ipse fugiendo seipsum ab eo furatur, vt habetur *l. C. de seruis fugitiuis*: ergo & peccat lethaliter, & tenetur seipsum restituere, non solùm ex parte iniustæ acceptionis. Confirmatur eum peccare lethaliter, etiam si extrà fines capientium, atque ad suos fugiat, quoniam *l. 3. C. eod. tit.* statuitur, vt deprehensus in eiusmodi fuga, puniatur, vel amputatione alterius pedis, vel deputatione ad metalla: tam grauis autem pœna non potest iustè statui, nisi pro culpa lethali. Hac verò in re potius standum est legibus Codicis, quam Digestorum, nom solum quòd posteriores sint, sed etiam quod sint Principum Christianorum, statuantúrque supposita iustitia, quæ in Christianorum bellis esse debet. Ac sane consuetudine est receptissimum, seruos fugientes tunc maximè puniri, quandò deprehenduntur fugere ad suos, quocumque titulo in seruitutem iustè sint redacti. Adde, si nefas esset punire seruos bello iusto captos, & ad suos fugientes, inutilem admodum fore eiusmodi seruitutem. Quotidie namque serui fugam arriperent ad suos, scientes se nec peccare, nec posse licite pro ea fuga puniri. Vnde plus domini insumerent in eis quærendis & asportandis, quam esset eorum, tum obsequium, tum etiam valor. Præterea, eiusmodi seruitus dominis esset multorum peccatorum occasio, dum continere se non possent, quin seruos toties fugam ad suos arripientes, eaque tot damna ipsis inferentes, punirent: quare potiùs homines iustè interficerent hostes suos in bello, quam ad tale seruitutis genus eos asportarent: quod in detrimentum ipsorummet seruorum redundaret. Ita Molina; vnde addit; suadentem fugam homini bello iusto capto, aut ad eam illum adiuuantem, teneri restituere domino valorem mancipij, & si quæ alia damna illi vlteriùs inde sequantur. Et hanc sententiam Molinæ tenet etiam nouissimè Machadus *de Perfecto Confessario tom. 2. lib. 6. part. 7. titul. 13. documento 3. n. 4.*

Sup. hoc infra in Ref. 15. à §. 2.

Sup. hoc in Ref. præterita, §. penultimo circiter ad medium, & lege infra §. Ex his. huius Ref.

2. His tamen non obstantibus affirmatiuæ sententiæ adhæreo, quam tuetur me citato Trullench. *in Decal. tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 6. num. 6.* Sanchez *in Opusc. tomo. 1. lib. 1. cap. 1. dub. 6. num. 5.* Turriang. *de Iustitia, disput. 32. dub. 2.* Caspensis *in cursu Theol. tomo 2. tract. 18. disput. 5. sect. 1. num. 7.* & Lessius *lib. 2. cap. 5. dub. 5. num. 14.* vbi affirmat posse seruos bello captos fugere ad suos, non tamen dominis persequentibus vi resistere: & probat hoc ex legibus Ciuilibus, & ex multis rationibus: Primò, quia cùm hæc seruitus communi consensu gentium sit introducta; non debet eius conditio magis onerari quàm consuetudine totius orbis sit receptum: atqui consuetudo habet vt tales serui sine conscientiæ scrupulo possint ad suos fugere: neque hoc censetur illicitum, nisi fortè dedissent fidem de non fugiendo, & ea lege vita eis esset condonata, tunc enim tenentur stare promissis. Secundò quia hæc seruitus cæteris est nobilior, minúsque probrosa: vnde etiam in viros nobiles cadere potest: ergo non est cogenda in eas angustias, in quas aliæ seruitutes. Tertiò, si non possent fugere, beneficium illud legum, quo conceditur libertas in termino, esset inutile; quia non possent illud nisi per peccatum consequi, vnde esset illecebra ad peccandum.

Sup. hac fide infra in §. Limitatur, huius Ref. & in alijs eius annot.

3. Ex his infertur licitum esse cooperari huiusmodi seruo ad fugam; modo scandalum, & aliæ indebitæ circumstantiæ absint. Secundò, idem esse iudicium de prole; quia non est deterioris conditionis suo parente. Tertiò, idē ius permanere, etiamsi decies quis vendatur: nam iure belli seruus censetur, cuius primæua seruitus sic est constituta, etiamsi decies vænierit

Sup. hoc supra in fine §. 1. Ref. & in alio eius not.

4. Limitantur supradicta, nisi capti bello iusto promiserint se non fugituros, tunc enim tenentur fidem seruare. Ita ex multis Sanchez *vbi suprà num. 6.* qui etiam *dub. 7. num. 3.* notat seruos bello iusto captos, non solum in patriam fugere posse, sed etiam alibi extra hostium confinia, igitur possunt fugere absque peccato, etiam in omnibus Regnis, distinctis tamen à loco captiuitatis. Licèt contrarium doceat nouissimè Fagundez *de Iust. lib. 2. cap. 2. num. 11.* vbi sic ait: Procedit hæc opinio de fuga ad suos, quia hæc sola est iure, & consuetudine concessa ad recuperandam libertatem, vnde non licet eis fugere ad Euangelium extra potestatem Domini, vt rectè hæc ait sententia, quia priuant dominos iniustè seruitio eis de iustitia debito, vbi notabis fugas seruorum Æthiopum, qui in bello ex nostra parte iusto à nobis capti fuerunt, communiter esse iniustas, & vagabundas, quia ita carent spe euadendi ad suos, vt hoc etiam nomine misera sit illorum conditio. Ita ille.

Sup. hoc fuse in tr. 7.

Ref. 19. §. Limitanda. & in Ref. 39. §. vlt. & hic supra in §. His tamen. huius Ref. post medium, vers. nisi forte, & in tom 8. tr. 4. ex Ref. 54. lege doctrinam §. Quod si à medio vsque in finem.

5. Et tandem Gaspar Hurtadus *de Iust. disput. 1. difficul. 21.* docet dictos seruos iure Cæsareo, & Castellæ, si ad suos peruenerint, ita consequi libertatem, vt quamuis postea causa mercaturæ, aut alia causa ad terram dominorum redeant, non possint in seruitutem retrahi. Ita tamen serui, iure iusti belli capti, possunt licitè ad suos fugere, vt etiam possint venditi. Et idem est de filiis eorum qui non alio titulo sunt serui nisi quia sunt geniti ex eis. Ita Hurtadus,

6. Non deseram tamen hîc obiter quærere; An famulus non seruus, qui ob stipendium. vel causa edicendi officium cum Domino conuenit, ad certum annorum numerum, peccet mortaliter, si à domino fugiat. Respondeo cum Petro Nauar. *lib. 3. cap. 1. numer. 204.* non peccare, si aliqua causa rationabilis adsit; vt si dominus asperæ sit conditionis, & eum malè tractat, aut nimis parcè cibaria præbet, ita vt vix ad eum sustentandum sufficiat, vel si non eum bene doceat officium, vel si melior occasio illi sese offerat à seruitute aliena, & vtilior viuendi modus. Non enim tenetur cum notabili suo de nouo emergente damno, stare contractui, neque dominus est rationabiliter læsus. At peccat mortaliter primò si ex fractione obligationis sequatur domino damnum notabile, vel quia non inueniat alium, vel quia in tali occasione r necessit, ex quo notabiliter dominus damnificatur, in quo casu tenetur se domino restituere. Secundò, aliqui putant etiam mortaliter peccare, si abeat absque vlla causa, quamuis nullum damnum domino sequatur. Existimo tamen cum Nauarro non peccare mortaliter, sed tantùm venialiter, quia violatio fidelitatis cùm absit iniustitia, solùm est peccatum veniale. Et hæc omnia docet Trullench loco citato *num.* 8

7. Nota etiam hîc obiter, quòd si quæras an seruus possit commodè se pecunia redimere? tunc ne ille tuta etiam conscientia, fugiet, vt redeat ad suos; Respondeo minimè, quia ius gentium solùm concedit, siue permittit, vt fugiat, quando aliter recuperare nequit. Quid si dominus, qui seruum cepit in bello iusto, alteri eum vendiderit, tuta ne conscientia talis seruus fugere poterit ab eo, qui illum emit? Poterit, quoniam emptor tacita eiusmodi conditione emisse intelligitur, nec itidem venditor plus iuris in emptorem transtulit, quàm ipse haberet. Et ita docet Azor. *tomo. 2. lib. 2. cap. 35. quæst. 3.*

RESOL. XIII.

An serui Turcarum, & Maurorum non solum possunt fugere, sed etiam ab illis, non autem ab aliis, auferre, quidquid potuerint, & hoc sine aliquo onere restitutionis: vel teneantur illud restituere, si commode facere possint, aut certe in vsus pios impendere? Ex p. 7. tr. Res. 11.

Sup. hoc supra in tr. 7. Res. 29. §. Et omnia, & late in tom. 8. tr. 7. Res. 38. paulo post initium, & seqq.

§. 1. NEgatiuam sententiam tenet Filliucius *tom.* 2. *tr.* 28. *part.* 2. *cap.* 3. *n.* 56. vbi sic ait. Etiamsi seruus nulla iniuria, vel damno affectus sit, tamen si sit apud Turcas, vel alios Christiani nominis hostes, potest præsertim inops accipere necessaria ad fugam à suo domino, non autem ab aliis. Ratio est, quia semper à suo domino posset iure petere mercedem sui laboris & obsequij præstiti, & quando nil præstitisset iniuriæ ob retentionem in captiuitate iniusta. Dixi, non autem ab aliis: quia etsi Caiet. 2. 2. *quæst.* 64. *art.* 8. videatur conducere vniuersaliter, licere Christianis spoliare Turcas, & Saracenos suis bonis, ob iustum bellum quod publicè semper intercedit cum illis, tamen si sermo sit de iis qui publica auctoritate id faciant, libenter admittimus. At si de iis, qui priuata auctoritate id agant, non videtur tutum, quia rapina, & furtum esset: & Turcæ etiam res suas iustè possident: vt docet S. Thomas, *quæst.* 66. *art.* 8. *ad* 2. & pluribus docet Azor. *d. quæst.* 7. Quòd si seruus egeret extremè, vel grauiter, posset absque dubio surripere ea, quæ ad aliquot dies, in quibus probabiliter eamdem penuriam passurus esset, sufficerent; & deinde licebit in iis locis per quæ fugiendo transit, ea sibi capere, quibus prouideat suæ extremæ, vel graui necessitati. Ita Filliucius.

Alibi signanter in Res. 2. not. præterita §. Sed ego.

2. Sed ego Alibi ex Molina, & aliis affirmatiuam sententiam docui, & nunc iterum doceo cum Lessio *lib.* 2. *cap.* 5. *dub.* 5. *num.* 18. vbi sic ait. Seruos certum est posse fugere si non sint iustè in seruitutem tracti; nec solùm fugere, sed etiam vi repellere impedientes, & surripere à suis dominis quantum satis ad compensationem iniuriæ, & operæ præstitæ; imò quantum possunt, si adhuc duret bellum quod ex parte capientium sit iniustum: quia tunc possunt hoc modo nocere hosti, ex tacito Principis iustum bellum gerentis consensu, vt rectè notat Molina. Sic Christiani à Turcis capti possunt eos spoliare & fugam capessere. Ita Lessius.

3. Vnde Machadus *de Perfecto Confess. tom.* 2. *lib.* 7. *p.* 7. *tr.* 13. *docum.* 3. *num.* 2. sic ait. [Por comun enseñan los Doctores, que el Christiano que esta cautiuo en tierra de Moros, ò Turcos ò qualesquiera otros Infieles, no solamẽte puede huirse licitamẽte del poder de su señor por engaño, fraude, fuerça, ò fauor necessario de sus compañeros; sino que tambien le es licito en recompensacion de los agrauios que ha recebido, i del seruicio iniusto que ha hecho à su señor, hurtarle cantidad competente con qua hazer recompensacion; i esto no solo al señor, sino tambien aqual quiera otro enemigo, i. segum presunta voluntad del Principe afirman, que no solamente les pueda tomar la cantidad bastante para recompensar los daños propios, sino tambien toda la que cessando el escandalo pudiesse tomar de qualesquiera enemigos si bien Cayetano, i otros niegan, que por autoridad particular, pueda el Christiano que esta cautiuo entre Infieles, tomarles mas de lo que fuere el daño que huuiere recebido, ò lo precisamente necessario para el camino.] Hæc ille; sed tu ne deseras nostram sententiam, quam etiam tenet nouissimè Fagundez *de iust. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 2. Vnde non est audiendus Azorius *tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 34. *quæst.* 7. vbi sic ait. Quid faciendum, quando Christianus seruus redierit, & ex bonis Turcæ, vel Saraceni fuerit aliquid furatus, illud ne restituere debebit? Respondeo restituendum esse, si id commodè fieri possit: aut certè in vsus pios impendendum, nam alienum nemo retinere vllo iure potest: & cum domino illud reddere commodè nequeat, vel quia ignotus est & incertus, vel quia ita longè abest, vt ad eum res sua mitti tutò nequeat, in pauperes erogari debent; non tam, quia id sit in rem, & commodum domini, quàm quod Reipublicæ auctoritate constitutum est, vt res aliena, quæ domino restitui non potest, in vsus pauperum impendatur. Ita ille. Sed me consulente serui Christiani à Turcis fugientes bona ab ipsis sublata securè sibi retineant, & expendant; etiam in quacumque maxima quantitate.

RESOL. XIV.

An serui ex pœna delicti possint fugere?

Et deducitur posse licite fugere à triremibus eum qui iuste ad eam pœnam damnatus est.

Et obseruatur quod proles sequitur matris conditionem, vnde si mater se vendidit, vel à Parentibus vendita est; vel ob crimen seruituti addicta est, proles non potest fugere. Ex p. 7. tr. 7. Res. 12.

§. 1. AD hoc dubium ex Lessio *suprà.* responsum est, nunc autem adducam verba Eminentiss. Card. de Lugo *de iust.*, *tom.* 1. *disp.* 6. *sect.* 3. *num.* 28. vbi sic ait: Hoc argumentum petit decisionem illius dubij, quod deesse videbatur ad completam resolutionem quæstionis in titulo propositæ, nempe an serui ex sententia in pœnam delicti facti possint licitè fugere: de quibus auctores nostræ sententiæ nihil dicunt: nam Sanchez solùm dixit, eos, qui à se, vel à patre venditi sunt, non posse? seruum verò bello captum posse licitè fugere. Turrianus etiam illud membrum seruitutis omisit. Rebellus verò *d. q.* 12. *num.* 2. dixit, conuenire omnes, quod seruis ratione delicti per iustam sententiam ad seruitutem damnatis fugere non licet. Melius tamen Lessius *d. dub.* 5. *num.* 22. dixit, doctrinam illam intelligi debere de seruitute, quæ non sit valde calamitosa; ab hac enim probabile est fugere posse, oblata commoda occasione: contrarium enim esset nimis durum, & superans humanam conditionem præsertim talium hominum. Et quidem cùm ipse Lessius, Corduba, Bannes, Ledesma, & alij, quos affert & sequitur Sanchez *lib.* 6. *in Decal. cap.* 8. *num.* 16. dicant posse licitè fugere à triremibus eum, qui iustè ad eam pœnam damnatus est; consequenter idem debent dicere de eo, qui ad talem seruitutem damnatus esset, quæ à prædicta triremium pœna parum distant. Ita Eminentiss. Cardinal. de Lugo. Vide etiam Fagundez *de Iust. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 8.

Sup. hoc supra in Res. 11. §. Infertur secundo.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 4. Res. 35. & in tom. 6. tr. 1. Res. 108. §. Notandum secundo. cursim in lin. penul: & in Res. 121. §. 2. paulo post initium, vers. & longo tempore.

2. Non desinam tamen etiam hîc apponere verba Gas. Hurtadi *de Iust. disp.* 1. *diffic.* 21. vbi sic ait: Quamuis communius & probabilius sit eum, qui in pœnam iustè condemnatus est in seruitutem, non posse licitè fugere, non tamen caret probabilitate, quòd possit fugere oblata occasione commoda, præsertim si seruitus sit calamitosa, quia contrarium est durum, & supra conditionem humanam. Ita ille. Cui etiam addendus Trullench *in Decal. tomo* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. *dub.* 6. *num.* 3. qui *num.* 4. obseruat, quòd proles sequitur matris conditionem, vnde si mater se vendidit, vel à parentibus est vendita vel ob crimen seruituti addicta, proles non potest fugere.

Sup. hoc supra in Res. 11. à principio, & signanter in §. Infertur tertio.

RESOL.

RESOL. XV.

An serui in casu, quo possint licite fugere, si inueniantur, possint à Dominis puniri?

Et an seruitus possit praescribi inter absentes 20. annos bona fide, & inter praesentes, an decem anni sufficiant?

Et quid, si mala fide fugiant, an efficiantur liberi post 30. annos? Ex part.7.tr.7.Res.40.

§. 1. SVppono ex dictis supra seruos, & mancipia bello etiam iusto capta, veluti Turcas & Mauros iustè, & licitè posse fugere, & iuuari re, & consilio ad talem fugam (quia qui iure potest aliquid licitè, & iustè facere, potest etiam ad id consilio, & opera iuuari) modò fugiant in propriam patriam, vel in alia Regna vbi libertatem consequantur, vel ad Ciuitates amicas, veluti Turcae ad Mauros, non tamen vt vagentur per Regna, & loca vbi sunt serui.

Sup. hoc supra in Res. 12.§.1.ad mediū, vers. Ac sanè.

2. His suppositis, quaero an possint licitè domini huiusmodi seruos punire, quando illis constat, quòd ad suos, vel ad regna vbi fiunt liberi, effugiant. Lessius *lib. 2. cap. 15. de modo acquir. domin. dub. 5. numer. 27.* affirmat, non quòd illi peccent fugiendo; sed quòd hoc priuilegium de fuga videtur illis concessum, cum hoc onere in fauorem dominorum; sicut in carceribus detenti licitè possunt fugere, & rumpere carceres & tamen si deprehendantur iustè puniuntur, *leg. 1. ff. de effractoribus.* Alij autem dicunt nullo pacto licitum esse dominis illos ob eam fugam punire: si autem id faciunt, ideo est, quia illis non constat de fuga ad suos, & qui praesumunt eos fugere ad diuagandum.

3. Notandum est tamen hîc obiter, quod seruitus potest praescribi inter absentes 20. annis cum bona fide, vnde si seruus fugiat ad diuagandum inter Christianos bona fide, putans se non esse captiuum, & 10. annis maneat inter Christianos, praescribit seruitutem, & manet de iure liber, inter praesentes decem anni sufficiunt ad praescribendam libertatem: sic docent communiter Doctores, Petrus Nauarra *lib. 3. cap. 1. numer. 210.* & statuitur *in leg. 13. titul. 29. part. 3.* docetque Gregor. Lopez *ibi*; si verò fugiat mala fide, efficitur liber post triginta annos; sed hoc de Iure Ciuili, & Caesareo; nam de iure Canonico nunquam praescribit malae fidei possessor, post latam tamen sententiam de libertate poterit in conscientia acquiescere; quia leges praescriptionis ad pacandas etiam conscientias latae fuerunt.

RESOL. XVI.

Pro prima diffic. huius tituli in tom. 8. tr. 7. Res. 38. §. Vlt.

An Christiani mancipia infidelium teneantur in conscientia soluere gabellas à Principibus impositas?

Et an Princeps etiam Infidelis possit tributa imponere soluenda à Christianis per eius Regnum transeuntibus? Ex part. 7. tract. 7. Res. 66. aliàs 65.

§. 1. REsolutio huius casus dependet ab illa Quaestione, An Principes Infideles habeant auctoritatem imponendi gabellas soluendas à Christianis; & de hoc Dubio ego alibi egi; & ad illud nouissimè sic respondet Eminentissimus Cardinalis de Lugo *de iustit. tom. 2. disput. 36. sect. 1. n. 16.* Dubitatur vltimò, an Princeps etiam Infidelis possit tributa imponere soluenda à Christianis per eius Regnum transeuntibus.

Alibi in Res. not. praeterita, & in eodē §. & non in alia Res. nec loco, author egit.

Negant aliqui eiusmodi tributa à Christianis deberi; Ita Hostiensis, Antoninus, Tabiena, Archidiaconus, Angelus, Rosella quos affert Sanchez *dicto c. 4. dub. 5.* Alij è contra docent, deberi haec tributa omnibus Principibus Infidelibus: tum quia hosti etiam est fides seruanda, *cap. innocens, 2. 1. q. 4. & cap. noli, 23. q. 1.* Tum etiam, quia licet Princeps Infidelis iniustè alienum Regnum vsurpet: illud tamen dominium non pertinet ad mercatores transeuntes, sed ad Principem Christianum, cuius Regnum illud erat; quare non possunt mercatores compensare sibi vsurpatione tributi: ita Rainerius apud Sylvestrum *verb. gabella, 3. quaest. 4.*

2. Tertia sententia verior distinguit inter Principē Infidelem iusto titulo possidentem Regnum, & illum, qui iniusto titulo illud possidet iniustè Christianis ablatum. Primò itaque debentur tributa etiam à Christianis transeuntibus, vel negotiantibus; Secundò non debentur, nisi praecedat pactum de illis soluendis. Ita Vasquez *dicto cap. 6. dub. 1. n. 21.* & alij, quos affert, & sequitur Sanchez *dicto dub. 5.* Probatur prima pars, quia illi sunt veri & legitimi Principes; quare ab omnibus iure naturae debent illis quicquid Principi debitum est: Ergo sicut Christiani transeuntes per Regnum alterius Principis Christiani, debent ibi tributa iusta soluere, sic etiam debebunt transeuntes per Regnum legitimi Principis infidelis. Secunda verò pars probatur, quia illi non sunt veri Reges, nec habent titulum: non ergo obligant eorum leges vtpote à potestatem non habente conditae, & per consequens tributi lex non obligat Christianos illac transeuntes.

3. Hanc doctrinam limitant Primò, vt etiam praecedente pacto de soluendis tributis, non sit obligatio soluendi, quando pactum non fuit liberum, sed metu extortum à Principibus secundi generis. Ita Rosella apud Sanchez *n. 6.* qui eam limitationem approbat. Secundò limitant, vt debeant etiam eisdem Principibus tyrannis tributa solui, quando sine periuriis, scandalo, aut mendaciis negari non possent. Ita idem Sanchez *n. 8.* Denique Tertiò limitant, vt debeant eisdem solui, si Princeps ille Infidelis pacem fecisset cum Rege Christiano, ad quem Regnum illud pertineret, soluendo ei pro Regno tributum annuum: tunc enim iam ex voluntate veri domini, & non tyrannicè Regnum possideret. Ita cum Medina, & Corduba idem Sanchez *n. 9.* Hucusque Eminentissimus Cardinalis de Lugo.

4. Et ideò ad casum propositum ex supradicta doctrina cum supradictis limitationibus assero Christianos Mancipia Turcarum non esse in conscientia astrictos soluere eorum gabellas; nec obstat eis seruitus; nam nomine tantùm sunt serui, sed reuera liberi sunt. Et ita ego in facti contingentia probabiliter consului, cùm olim essem Rector Theologus Regiae Archiconfraternitatis Redemptionis Captiuorum Regni Siciliae: Nam quidam Christianus à nobis redemptus à Mauris, cùm ibi haberet paruum peculium per intermediam personam negotiabatur, & aliquando gabellas defraudabat; Et ego tutò eum liberaui à supradicto scrupulo.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 7. Res. 38. §. Vlt.

RESOL. XVII.

An serua, quae à Domino ad turpia solicitantur, acquirant libertatem?

Et an doctrina huius quaestionis extendenda sit ad masculum etiam seruum, si Dominus ad turpia illum compelleret, vel quia inhumaniter illum tractat, an absque peccato etiam fuga ei liceat?

Et an ea, quæ hic seruus post fugam acquirit, Domino acquirat? Ex part.7. tr.7.Res.13.

§. 1. AD hoc dubium sic respondet Machadus *de perfect.Confess.tom.2.lib.6.part.7.tr.13.documen.9.n.4.*[Si quando el señor solicita,e impone necessidad a su esclaua para que peque con el,consiga libertad,no consta expressamente del Derecho.Con todo esso comunmente sienten los Dotores, que en tel caso puede ella con buena concientia huirse de su señor, i tratarse como libre, o pedir ante la justicia que la venda. Si bien otros Autores Classicos fundados en la ley que trata desta materia desienden, que puede en tal caso la esclaua de quien ha vsado mal el señor, implorar el auxilio del Obispo pidiendo libertad; i que deue el Obispo, constandole dello, compeler con censuras, i todo rigor de Derecho al señor, a que conceda libertad à la esclaua, por auer vsado mal della. I vna glossa celebre de la ley citanda aun dize, que todos los Dotores han entendido siempre, que por la dicha ley puede el Obispo por si, dar la libertad a la esclaua.] Ita ille; cui ego addo Fagundez *de Iust.lib.2. c.6.n.1.* Molinam *tom.1. tract. 2. disp.*38. Trullench. *in Decal.tom.1.lib.5.c.2.dub.6. n.2.* Et rectè hanc doctrinam cum Domino meo Eminentissimo Cardin.de Lugo *de iust. tom.1. disp.6.sect.4.n.30.* puto extendendam esse ad masculum, etiam seruum, si dominus ad turpia compelleret.

2. Sed pone seruum à domini sui seruitute se subtraxisse, quia vel à domino incitabatur ad peccandum,& rogatus desistere nolebat, vel quia inhumaniter tractabat, in quibus casibus seruis fugam absque peccato licere omnes Doctores docent; quæritur,an ea, quæ hic seruus post fugam acquirit, domino acquirat? & Respondetur affirmatiuè, nam verè adhuc illius domini seruus est, & cessantibus his causis ad eum reuerti tenetur; quia solùm ad euitandum animæ, vel corporis notabile periculum fuga licet, suo autem dominio dominus ideo spoliandus non erit, nisi forte tanta esset domini inhumanitas, vt meritò seruus libertatem acquireret, cuiusmodi est illa,de qua loquitur text. *in l.vnica, §.sed scimus, Cod. de latina libert. tollend.* vbi si dominus ad serui languidi curam ipse sufficeret, & ad xenodochium mitteret, libertatem seruus acquireret, & succedere ei talis dominus minimè posset. Et hæc omnia docet noster Megala, *in par.2. lib.2.c.19. quæst.3.n.13.* Sed limitanda venit eius doctrina in casibus, in quibus serui dominium acquirere possunt, vt suprà visum est.

RESOL. XVIII.

An si Dominus consentiat in matrimonium serui persona libera ignorante, seruus acquirat libertatem?

Idem dicendum est, si Dominus ancillam in vxorem tradat, homini libero seruitutis non ignaro, si tamen Dominus dotis instrumentum ancillæ conficiat. Ex part.7. tract.7. Res.14.

§. 1 REspondeo quòd si persona libera matrimonium contrahat cum serua ignorans seruitutem,domino vel tradente, vel certe sciente, & non detegente seruitutem, eo ipso serua persona fit libera ex *Auth de nuptiis,§.si vero ab initio,*& est communis Doctorum. Idem est, si dominus ancillam in vxorem tradat homini libero seruitutis non ignaro, sed tamen dominus dotis instrumentum ancillæ conficiat: ex *l. vnica.§ sed & si quis homini,juncta authent.ad hoc,C.de latina libertate tollenda.* Et hæc omnia docet Machadus *tom.2.lib.6.part.7.tr.13.docum.9.n.6.* Eminentissimus Cardinalis Lugo *de iust.tom.1.disp.6.sect.4.n.35.* Hurtad. *de iust.disp.1.diffic.22.* & alij.

2. Non desinam tamen hic adnotare quod Rebellius *q.13.n.6.* dicit,quòd in foro interno dominus non teneretur ad dandam libertatem, quando per ignorantiam inuincibilem, & sine animo decipiendi in casibus prædictis ita se gereret, vt non intenderet vllo modo ancillæ libertatem dare.

RESOL. XIX.

An seruus possit adoptari, & adoptatus an acquirat libertatem?

Et cum Dominus, actis interuenientibus, seruum filium suum nominat, an seruus acquirat libertatem? Ex par.7. tr.7. Res.15.

§. 1. IVstinianus Imperator *in Inst.lib.1.tit.de Adoptionibus,§.vlt.*sic respondet. Apud Catonē bene scriptum refert antiquitas,seruos,si à dominis adoptati sint,ex hoc ipso posse liberari. Vnde & nos eruditi, in nostra constitutione etiam eum seruum, quē dominus actis interuenientibus filium suum nominauerit, liberum esse constituimus: licet hoc ad ius filij accipiendum ei non sufficiat. Ita Imperator. In quibus verbis explicantur duo manumissionis modi; Primò, quo seruilis conditionis homo,si à domino suo adoptetur,hoc ipso etiam sine alia manumissione liber confestim efficiatur. Secundò, cùm dominus actis interuenientibus seruum filium suum nominauit. Prior species libertatem quidem, sed non ius filij seruo tribuit: eo quòd seruus adoptari à domino proprie non possit,vt indicat *leg.vlt.ff.de stat.hom.& leg.vlt. ff. hoc tit.* VVesenbec. *hic n.3.*Borcholt. Giphanius, & Hottomanus *Enunciat.2.*Ideò autem per adoptionem illam, libertas protinus,sine præcedente aliqua manumissione, seruo collata intelligitur: tum quia aliàs adoptio isthæc nullum, prorsus effectum habet,tum quia specie differentes potestates,patria scilicet, & dominica, mutuò consistere, aut cohærere non possunt: nempe vt aliquis & veri filij familias, & veri serui vice fungatur, Vulteius hîc, & Mynsinger.*n.2.* Altera species simili ratione nititur: quòd nimirum etiamnominatione filij,libertas conferatur, ne alioqui planè inutiliter illam factam quis existimet: cùm ad ius filij, siue(vt loquuntur) filiationis ea minimè prosit,*l.vnica, §.similique modo* 10. *C. de latina libertate tollenda.* Vnde vulgatum axioma istud: si id,quod ago,non valet, vt ago: valeat tamen, vt valere potest:de quo,post Accursium hîc & DD. videatur Alciat.*lib.1.parad.c.6.*& Salomonius *in leg.Gallus,*29. *§. quidam rectè, ff.de lib. & posth.* Item illud in ambiguis eam capiendam interpretationem, quæ facit, vt actus valeat potius, quàm pereat, *l. quotiens* 12. *& l. vbi est,*21 *ff. de reb. dub.l. cogi,* 16. *in fine princ. ff. ad Senatusc. Treb. l. in obscura,* 179. *ff. de reg. iur.*

2. Sed circa supradicta Eminentiss.Card.de Lugo *de Iust.tom.1.disp.6.sect.4.n.36.* acutè, & doctè dubitat, & ait:cùm filiatio naturalis fortior multò sit, quàm filiatio adoptiua; quomodo seruus per adoptionem eo ipso fiat liber: cùm tamen ipsi filij naturales ex propria ancilla suscepti non fiant iure ipso liberi, sed possint manere,& de facto maneant serui, nisi pater eos expressè, vel tacitè libertate donauerit.

3. Sed ad hoc respondet filiationem naturalem perfectam, & legitimam afferentem secum ius ad hæreditatem paternam,& ad patris honores, maiorem quidem vim habere, & magis intrinsecam, quàm adoptionem, quæ minus intrinsecè filio adoptiuo competit; filiationem tamen naturalem illegitimam, seu quæ non tale ius ad hæreditatem & alia emolumenta afferat,non habere tantam vim. Ratio autem est, quia filiatio

filiatio adoptiua esse non potest ex legibus, nisi quia iura,& emolumenta, quæ haberet si esset verus filius legitimus;alioquin adoptio non erit, cùm tota eius essentia consistat in acceptatione ad ea iura;ideo inseparabilis est adoptiua filiatio è libertate, quia seruus manens seruus, non potest esse hæres domini sui;at verò filiatio naturalis potest retinere totam essentiam, quæ in aliquo physico consistit, sine acquisitione eorum iurium:non est ergo mirum, quod adoptio habeat maiorem vim ad reddendum liberum, quàm filiatio naturalis in genere; quia adoptio includit voluntatem acceptandi ad ea iura,quam voluntatem filiatio naturalis non includit.

RESOL. XX.

An serui acquirant libertatem,si à Dominis promittatur saltem in conscientia?

Et quid de eorum filiis eo tempore promissionis natis? Ex p.7.tr.7.Res.55.aliàs 54.

§. 1. HÆc quæstio potest sæpius in praxi accidere, & ad illam more suo doctè respondet P. Sanchez *de Matrim.lib.7.disp.*24.*n.*22.vbi ex multis probat promissionem inter dominum & seruum minimè valere, quoad obligationem ciuilem, secus quoad naturalem,vt expresè habetur *in l.Si id,quod dominus* 64.*ff.de conditione indeb.*ibi, *Si id quod dominus seruo debuit,manumisso soluerit,quamuis existiment ei aliqua teneri actione,repetere non poterit.* Vbi Glossa, *verb. in conditione*, ait obligationem fuisse seruo in seruitute quæsitam.Et Bartol.*ibi* summit eam l.sic dominus obligatur seruo naturaliter.Et *n.*2.ait obligationem naturalem,cadere in seruum actiuè, & passiuè. Et Baldus *c.cùm contingat,n.*30.*concl.*2.*de iureiur.* explicat l. interpositas,in fine,*C.de transact.*quæ decidit obligationem acquiri seruo de ciuili,secus de naturali.

2. Et ideò post multa Sanchez sic concludit. Ex his ergo constat deberi naturaliter,& in foro conscientiæ libertatem ancillæ à domino promissam:at quia tantum est promissio antequam manumittat, non erit libera serua:ac proinde nec filij eo tempore nati:tenebitur tamen ratione damni emergentis ea fidei violatione,donare libertate illos filios.In hoc enim damnum illatum est matri,& proli.

RESOL. XXI.

An seruus infidelis,vel hereticus, si conuertatur ad Fidem,acquirat libertatem?

Et an,si Dominus infidelis,vel hereticus simul cum seruo conuertatur ad Fidem,perdat dominium serui? Ex part. 7. tract.7. Res. 41.

§. 1. REspondeo quòd si infidelis vel hæreticus habeat seruum infidelem,& hic conuertatur ad fidem,manet ipso iure liber, licèt postea etiam dominus conuertatur ad fidem.

2. Nota quòd si simul cum seruo conuerteretur dominus ad fidem, non perderet dominium serui.Et ita tenet Sanch.*in Opusc.tom.*1.*lib.*1.*c.*1.*dub.*5.*n.*4.cui adde Trullench.*in Decal.tom.*2.*l.*7.*c.*2.*dub.*8.*n.*9.

RESOL. XXII.

An serui Christianorum, qui in Tribunali S. Inquisitionis damnantur tanquam Haeretici, remaneant ipso facto liberi?

Et aduertitur,quòd exquisita semel à seruis libertate, numquam ad seruitutem pessimam redire possunt, etiam si eorum Domini ad Fidem conuertantur, & omnia bona illis restituantur.

*Et obseruatur quòd, si seruus infidelis Dominum apostatantem à Fide,bono zelo inquisitoribus denunciauerit,& si nullibi inueniatur concessa illi libertas, certè illi danda est.*Ex p.7.tr.7.Res.17.

§. 1. NEgatiuam sententiam tenet Ioan. Andreas Francus Dominicus *in c.quicumque,* §.*illorum de hæred. in* 6.Probatur hæc opinio ex *c. cùm secundùm leges, de hæretic.in* 6. vbi omnia hæreticorum bona ipso iure fisco addicuntur;nam cum nomine bonorum,etiam serui contineantur,iuxta legem, *Paulus* §.*vlt.ff.de pignorib.*videtur inde sequi illorum dominorum seruos,qui de hæresi damnantur,ad fiscum spectare,& libertatem non acquirere.Et hanc sententiam seruari in Inquisitione Lusitana testatur Fagundez *de Iub.lib.*2.*c.*6.*n.*13.

2. Sed ipse meritò laudat Inquisitionem nostram Castellæ,quæ affirmatiuæ sententiæ adhæret, & illam docet Sanctarellus *de Hæresi c.*37.*dub.*3.Azorius *tom.* 1.*lib.*8.*c.*12.*q.*7.Vasquez *in part.*2.*disp.*169.*c.*2.*n.*12. Molina *tom.*1.*tr.*2.*disp.*40.Pegna *in direct.part.*3.*comment.*168.Suarez *de fide,&c disp.*22.*sect.*5.*n.*6. Sanch. *in summa tom.*1.*lib.*2.*c.*24.*à n.*9.Simancha *in Cathol. Instit.tit.*61.*à n.*8.qui addit cum Pegna;quòd si aliquis horum hæreticorum post denunciationem sententiæ intra tempus gratiæ conuertatur, eique à Rege omnia illius bona concedantur? nihilominus Christiana illius mancipia donari libertate.

3. Probatur hæc opinio,Primò ex *leg.vnica,Cod.ne Christ.mancip.*& *ex leg.Deo nobis* §.*his autem, Cod.de Episc.& Cleric.*ex *leg. Manichæos,Cod.de hæret.ex c.*1. 2.*& vlt.de Iudæis,& Saracenis,ex c.mancipia,*& *c.fraternitatem dist.*54.& aliis iuribus:ad quæ licèt respondeant Lusitani apud Fagundez,*vbi suprà*,ipse, vt dixi, & meritò, non recedit à nostra sententia *n.* 13.vbi sic ait? Desidero maiorem pietatem in nostris auctoribus Lusitanis erga libertatem miserorum seruorum,maximè cùm hæc libertas cedat in fidei Catholicæ fauorem,in quo feliciores, & magis pios puto Doctores Castellanos,qui fauorem magis fidei, & libertatis respiciunt,quàm argumentum Regij fisci suorum Principum. Præterea deberét animaduertere? Primò,ipsi Doctores Lusitani,nec leges,nec sacros Canones pro prima sententia adductos,locutos fuisse cum aliqua restrictione, aut moderatione de illorú tantùm hæreticorum mancipiis,qui publicè cum suis bonis in sua hæresi viuebant inter Christianos,quales hodie in Germania,& Gallia multi permittuntur;sed locutos fuisse absolutè,& vniuersim de Christianis mancipiis hæreticorum: & vbi lex non distinguit,nec excipit,nec nos distinguere, aut excipere debemus,maximè quando leges loquuntur generaliter & absolutè,vt notat Reinosus,*obser.*21. *n.*1.& patet *ex l.de pretio,ff.de publican.*& *ex l.*1.§.*& generaliter,ff.de legat.præstand.*Secundò, debebant etiā animaduertere rationes primæ opinionis,quas ego puto fortiores,facere saltem rem dubiam, & probabilem pro vtraque parte,& in dubiis opinionibus;& pro vtraque parte probabilius standum est verbis legis, & in fauorem libertatis, & fidei inclinandum. Sic Fagundez.

4. Et nostram sententiam præter Doctores citatos tenet Castrus Palaus *tom.*1.*tract.*4. *disp.* 5.*punct.* 36.*n.*18.qui optimè obseruat, quòd si seruus infidelis dominum apostatantem à fide bono zelo inquisitoribus denunciauerit; etsi nullibi inueniatur concessa illi libertas:at certè danda illi est, præcipuè si spes subsit faciliùs ad fidem conuertendum:sic Pegna, & Sanchez *suprà*.Tandem aduerto acquisita semel à seruis libertate,

te,ad seruitutem pristinam nunquam redire: etiamsi eorum domini ad fidem reuertantur, & omnia bona illis restituantur, iuxta *c. vrgentes, de heret.* quia libertas quocumque modo data non reuocatur, *l.* 1. *&* 2. *C. aduersus libertatem.*

RESOL. XXIII.

An serui, qui libertatem Romæ in Capitolio acquirunt, illam pro toto Orbe acquirant? Ex p.7.tr.7.Res.18.

§. 1. AD hoc dubium sic respondet Eminentissimus Cardinalis de Lugo *de iust. tom. 1. disp. 6. sect. 4. n. 39.* Compatatur libertas per leges aliquorũ locorum prout refert Rebello, in Gallia serui omnes liberi fiunt, ne pauperes indigenæ fame premantur non inuenientes dominos, quibus inseruiant, si aliunde serui, & ancillæ exteræ asportarentur. Similiter extat Bulla Pij V. quæ incipit, *Dignum, & rationi congruum*, & est 17. inter eius Bullas *in tom. 2. Bullary*, & alia Bulla Pauli III. quæ à Pio V. *ibi* citatur, in quibus conceditur, & renouatur facultas Conseruatoribus Vrbis Romæ, vt quoscunque captiuos Christianos iam factos, ad dictos Conseruatores pro libertate confugientes, & libertatem proclamantes liberare possint, eósque sic liberos factos pro liberis hominibus, & Romanis Ciuibus vbique terrarum habendos esse decernitur. Quod priuilegium in vsu est hodie in Vrbe; suspicor tamen, quód extra Territorium & dominium temporale Pontificis non habeatur de facto rata illa libertas: sed domini, vbi primùm inueniunt seruos suos extra illud Territorium, eos sibi in pristinam seruitutem reuocant; ita enim à fide dignis accepi, qui diu in hac Curia versati sunt. Ita Eminentissimus de Lugo.

RESOL. XXIV.

De aliis modis, quibus serui acquirant libertatem. Ex p. 7. tr. 7. Res. 16.

§. 1. PRimus est per domini manumissionem siue dominus gratis, siue ex pretio, & conuentione seruum manumittat. Secundus est, si dominus, vel alius eo sciente, nec contradicente, vel post factum approbante, infantem seruũ exponat, quod idem est, si ægrotum seruum derelinquat, eique alimenta non præbeat: in quibus casibus non incidit seruus in dominium illius qui eius derelicti, vel expositi curam suscipit. Vide *c. vnicum, de infantibus, & languidis expositis l. 2. & 3. C. eod. tit. vlt. ff. pro derelicto, & l. vnica, § sed scimus. C. de latina libertate tollenda.* Tertius modus est, si à domino Iudæo, vel Infideli circumcidatur ex *c. multa 54. dist. & c. plerique de consecr. dist.* 4. Quartus modus si seruum suum aliquis hæredem instituat, vel tutorem filio suo relinquat: nam eo ipso censetur concedere ei libertatẽ, vt constat ex *lege penult. in princ. C. de necessariis seruis haredibus instituendis, § idem quoque iuris, Inst. quibus ex causis manumittere non liceat, & ex princ. Instit. qui testamento tutores dari possunt.* Quintus modus est si vir solutus, & nullo alio impedimento ligatus ancillam etiam solutam, quam posset in vxorem accipere, habuit vt concubinam vsque ad mortem, tunc enim, si nihil de Ancilla, & filiis ex ipsa habitis dixit, liberi manent *ex l. vltima. C. communia de manumissionibus.* Ad quod priuilegium duo requiruntur, nempe, quod non dimiserit Ancillæ rurpem vsum ante mortem, & quod filij nati non sint ex concubitu damnato, sed ex soluto & soluta. Hos, & alios modos quibus serui libertatem acquirant, inuenies apud Machadum *tom. 2. l. 6. part. 7. tr. 13. docum. 9. per totum*, Fagundez *de Iust. lib. 2. cap. 6.* & Hurtadum *disputat. 1. difficultat. 22.*

RESOL. XXV.

An expediat, & sit opus pium concedere seruis libertatem? Ex p.7.tr.7.Res.35.

§. 1. AD hoc dubium ex Simancha sic respondet Sanchez *in Opusc. tom. 1. lib. 1. cap. 1. dub. 10.* licèt iura faueant libertati, at cùm omnes ferè serui hodie stolidi, ac improbi sint, nec pia, nec vtilis est, nisi fortè serui sint boni, & industria sua facilè alimenta quærere possint, aliter enim fiunt otiosi, & fures, ac in carceribus, & furcis vitam finiunt.

2. Et ideò Machadus *de Perfecto Confessario tom. 2. lib. 6. part. 7. tr. 11. document. 9. num.* 8. sic ait. [Si la donacion de libertad sea causa pia, i tal que deua gozar de los priuilegios de las causas que lo son, no consta per Derecho, por lo qual queda dudoso entre los Dotores. Todos conuienen en que lo es, no absolutamente sino quando la libertad se dexa e esclauos virtuosos, i benemeritos della, que por si puedan facilmente buscar su sustento; pero no quando se dexa a esclauos holgazanes, i viciosos, que no sirue sino de que den en ociosos, i vengan a parar en la horca.] Ita ille; Cui adde etiam Trullench, *in Decalogum, tomo 2. lib. 5. cap. 2. dub. 6. num. 9.*

RESOL. XXVI.

Serui, quibus modis possint se redimere? Ex part.7.tr.7. Res.44. aliàs 43.

§. 1. REspondeo multis modis seruum se posse redimere; Primò ex suo, quando dominus ei concedit aliquid, vt habeat tanquam suum. Secundò, ex aliena pecunia, vt puta si rogatu ipsius, alius ipsum redimat, vel si ipse seruus ab aliquo pecuniam donatam accipiat ea condirione, vt redimat. vel testamento sponte sua aliquid relinquat hæredi suo, vel legatario libero ea conditione, vt seruum Titij Stichum redimat, Cùm autem hoc modo seruus redimitur, non datur ei pecunia, sed domino, à quo seruus emitur, vt fiat liber. Quarto modo potest seruus se redimere nummis ab alio acceptis ea conditione, vt eos illi postea restituat manumissus, & liber effectus. Quintò, *in l. is qui, ff. de manumissionibus:* ita legimus, siue ex peculio, quod ad venditorem pertinet, siue ex aduentitio lucro, siue etiam amici beneficio, vel liberalitate, vel rogante eo, vel repromittente, vel se delegante, vel in se recipiente redemptus sit, credendum est suis nummis eum redemptum. Satis enim est, quod is qui emptioni suum nomen accommodauerit, nihil de suo impedit. Sic *ibi* Tunc igitur suis nummis dicitur redimi, quando accepit mutuos nummos ab aliquo, vt se redimat, & manumissus eos restituit ei, qui dedit mutuos, vt illis nummis aliũ eum redimat, vel vt ipse seruus seipsum redimat. Et hæc omnia docet Azorius *tom. 2. l. 2. c. 36. quæstione ...*

2. Sed quia suprà probatum est, seruos sibi aliquando acquirere de illis bonis, dicendum est, posse etiam se redimere.

RESOL

RESOL. XXVII.

An seruus, vel ancilla possit sibi retinere id quod pro iniuria illata, vel ob vsum corporis illicitum ei elargitum est? Ex p.7.tr.7.Resl.29.

Sup. hoc cursim infra in Res. 31. §. At veriùs. ad medium, vers. Quarto.

§. 1. Negatiuè respondet Cardinalis de Lugo *de Iustitia tom.1.disp.3.sect.3.num.46. & 47.* stando in rigore legum Ciuilium, Nam si domino acquirit id, quod ex legato, vel donatione ei datur, cur non acquireret domino, quod titulo iniuriæ lucratur, Parum enim videtur ad hoc referre, quòd titulus ille non subordinetur domino: nam sicut seruus non subordinatur domino in iure ad famam, neque in iniuria contra illam; sic non subordinatur domino in pulchritudine, vel prudentia, aut aliis naturæ dotibus: & tamen si ei aliquid donetur intuitu earum dotium, & perfectionum naturalium, acquiritur domino iuxta leges antiquas: ergo licet donetur, vel soluatur intuitu iniuriæ, in qua non subordinatur domino, deberet id domino acquiri. Ratio autem à priori est, quia aliud est ius ad famam, aliud est ius quod postea habet ad pecuniam pro infamia acceptam, vt constat in Religioso, qui in iure ad propriam famam non subordinatur Prælato; & tamen si detur ei pecunia pro iniuria contra famam illata, pecunia illa acquiritur Monasterio, & subordinatur Prælato, sicut si ex quolibet alio titulo fuisset acquisita: ius ergo ad illam pecuniam habendam non est illud idem ius, quod habet ad famam: alioquin qui pecuniam hanc ei auferret, peccaret non solum peccato furti, sed etiam contra ius ad famam; per quod ius hanc pecuniam possidet. Fatendum ergo est illam pecuniam, licet in radice oriatur ex iure ad famam; posteà verò possideri per ius simile omnino iuri ad reliquas pecunias, atque ideò acquiri domino, cui omnia serui lucra acquiruntur vndecunque prouemiant.

2. Dices, fama erat in domino serui: ergo quod subrogatur pro illa tanquam pretium illius, debet esse ipsius serui, & non domini, cuius non erat illa fama. Sed contra, quia vt bona serui sint domini, non requiritur quod dominus habeat ius ad titulum pro quo datur illud pretium, vel illa bona; nam quando legato vel donatione aliquid acquirit seruus, acquiritur etiam domino iuxta leges antiquas ciuiles: & tamen dominus non habebat ius ad titulum, propter quem datur illud quod datur, nempe ad beneuolentiam, vel ad beneficium, propter quod donator vult seruo illa bona donare; sicut nec Religio habet ius ad titulum, ob quem aliquid donatur Religioso, & tamen statim acquirit quidquid acquirit Religiosus ex quocumque titulo illud acquirat.

Sup. hoc in Res.& §. annot. præteritæ, vers. Seltim.& in to. 6. tr. 7. Res. 32. & lege eam per totam.

3. Hinc constat quid dicendum sit ad secundum dubium, quod fieri potest de aliis, quæ seruus acquirit ob alios similes titulos v. g. si ob vsum corporis illicitum, vel propter alia peccata aliquid acquirit: quod Sanchez *num.* 8. Molina & alij dicunt, non acquiri domino, Consequenter tamen de iis omnibus est dicendum acquiri domino iuxta rigorem iuris antiqui, ob rationem suprà positam. Quod idem est de iis, quæ seruus lucratur, illicitè laborando diebus festis, aut etiam contra præceptum ipsius domini; quia hæc omnia sub illa vniuersalitate comprehenduntur.

4. Sed licet hæc omnia probabiliter ab Eminentissimo Cardinali de Lugo dicta sint, ego tamen non recedo à communi sententia, quam præter Lessium, Rebellum, & alios ab ipso citatos, tenet etiam me citato Trullench *in Decalogum, tom. 2. lib. 7. cap. 2. dub. 5. num. 3.* Malderus *de Iust. tract. 1 cap. 4. dub. 6.* Fagundez *in Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 13. num. 3.* Vnde me etiam citato sic asserit Machadus *tom. 2. lib. 6. part. 7. tract. 13. docum. 5. num. 8.* [La quinta exception es, que todo aquello que se le dà à la esclaua, por razon del mal trato de su persona es para ella, i no para su señor; porque lo adquiere con el vso de su cuerpo, en lo qual no tiene que ver su señor.] Ita ille, cui etiam adde Villalobos *in summa tom.2.tr.10.disp. 5.n.4.*

5. Et ideò ego olim consului cum Sanchez *in Opusc.tom.1.lib.1.cap.1.dub. 1.num.* 8. ancillam non fuisse astrictam restituere Domino magnam quantitatem pecuniæ ab amasio acceptam; quicquid in contrarium asserat Megala *in part.2.lib.2. cap.19.quæst.2. num.*18. qui sententiam Eminentissimi de Lugo firmiter tenet.

RESOL. XXVIII.

An seruus possit sibi retinere, quæ ludo acquirit? Ex p. 7.tr.7.Res. 30.

§. 1. Respondeo, quod si seruus cum bonis de quibus pot. st disponere aliquid ludo acquirat, quod sibi acquirat, & non domino: Et ita docet Hurtadus *de Iust. disp. 2. difficult.* 18. & Sanchez *in Opusc. tom.1.lib.1.cap.1.dub.1.num.*11. vbi firmat, quòd si seruus bonis suis, quorum seruus est dominus, ludo, aut aliqua negotiatione sine vllo præiudicio obsequiorum domini aliquid lucretur; id ipse sibi comparat. Idem docet Emanuel *verbo seruus,n.*7 Salas, *tr.de ludo, dub.* 20.*n.*3. Molina *de Iust.tom.1.tr.2.disp.*38.& Machadus *tom.2.lib.6.par.7.tr.13.docum.6.n.*1. Fagundez *in Præcept.Decal.tom.2.lib.7.c.12.n.*6. Sup. hoc infra in Resol. 31.§. At verius. ad medium, vers. Quintò.

2. Verum Eminentissimus Cardinalis de Lugo *de Iust.tom. 1. disp. 3. sect. 3. num.* 50. hanc sententiam admittit tantùm, si seruus acquirat ludendo modicam quantitatem, secùs autem si acquireret ingens lucrum; sed Doctores communiter sine vlla distinctione, vt visum est docent seruum sibi comparare id quod lucratur in ludo, bonis de quibus potuit disponere.

RESOL. XXIX.

An serui possint, inscio Domino, aliquid ludere?

Et in textu huius Resolutionis sex casus explanantur pro praxi prædictæ quæstionis, in quibus seruus possit dominium aliquarum rerum habere, & de facto habent.

Etiamque notatur, quod si mancipium ludo intentus priuaret dominum labore, non tenetur restituere nisi tantum pretij, quanti existimaretur ille labor, quo Dominum fraudauit, & nihil aliud. Ex p.7.tr.9. Res.12.

§. 1. Negatiuè videtur respondendum ex Soto *de Iust. lib. 4. quæst.2.art.2.* Lopez *in part.1. cap.*183. & aliis. Sed ego assero, quòd licèt seruus, seu mancipium regulariter non possit in ludo alienare, seu perdere nisi ex consensu saltem probabiliter præsumpto sui domini, quia regulariter caret bonis: quando verò ea habet, vt contingit, quando aliquid subtraxit ex eis, quæ illi dominus ad sui sustentationem confert, & in aliis casibus, potest ea ludo perdere, quia habet dominium eorum, & nullo iure impeditur de eis disponere. Sup. hoc infra in Res. 34.§. 1. post medium, vers. El esclauo. & quoad hoc in tom. 5.tr. 7 et Res.16. lege §. Notandum.

2. Conueniunt enim Doctores seruum posse dominium aliquarum rerum habere, & illud in sex casibus Pro iisis sex casibus con-

ccntis in alio §. Ex cum DD. infra in Res.31.§. At verius. & in aliis eius not. & in Res.33.recitanter in §.1.

bus de facto habere. Primò si dominus expressè, vel tacitè velit, vt seruus aliquid habeat tanquam suum, & de eo pro suo arbitrio disponat, siue illud habeat donatione domini, siue aliter. Secundò, si aliquid seruo donetur, aut legetur ea conditione, aut eo modo, vt nullatenus pertineat ad dominum. Tertiò, si aliquid seruo detur in satisfactionem pro iniuria ipsi illata in his quæ non subiacent domini. Quartò, si bonis suis aliquid ludo, aut negotiatione, aut aliter lucretur absque præiudicio obsequiorum, quæ domino debet. Quintò si aliquid sibi subtrahat absque præiudicio domini, ex eis, quæ poterat liberè consumere. Sextò, si aliquid ei detur ob opus factum, absque præiudicio domini.

3. Addimus, vt optimè Molina *disp.* 38. (quidquid alij dicant) in sex dictis casibus seruum habere dominium verum, & perfectum dictarum rerum, ita vt independenter à domino possit de eis disponere: & dominum non posse absque iniustitia in seruum ei aliquid earum auferre.

4. Iura verò, quibus decernitur, quidquid seruus acquirit domino acquirere, vel intelliguntur de acquisitis, operis domino debitis, vel iam contraria consuetudine esse mitigata. Et hæc omnia docet Hurtadus *de Iust. disput.* 1. *difficult.* 18. & *de contractibus disput.* 8. *difficult.* 8.

Sup. hoc infra in Res. 31. §. vlt.

5. Notandum est etiam hîc cum Dicastillo *de Iustitia lib.* 2. *tr.* 18. *disp.* 5. *dub.* 7. *n.* 47. quòd si mancipium ludo intentus priuaret dominium proprio labore, non teneretur restituere, nisi tantum pretij, quanti æstimaretur ille labor, quo dominum fraudauit, & nihil aliud; quod est valdè notandum.

RESOL. XXX.

An seruus possit sibi retinere ea, quæ ipsi relicta sunt in legato, vel testamento? Ex p.7.tr.7.Res.31.

Sup. hoc in Res. seq. §. At verius. vers. Secundò. & vers. Tertiò. & in Resol. præterita, cursim, & recitanter in §. Conueniunt. vers. Secundò, & in tom. 6. tr. 1. Res. 31.

§. 1. NEgatiuè respondet Azorius *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 36. *quæst.* 2. vbi sic ait: Quæritur, quid sit dicendum, quando Titius donat, vel legat Sticho seruo Caij, aliquid, ea conditione, vt sit ipsius, non domini, vtrum id seruo acquiratur an domino? Quidam iuniores Theologi dixerunt, acquiri Sticho seruo non Caio domino, quia donatum, vel relictum est à Titio, vt esset serui non domini. Id probant argumento à simili, quia si quis donet aliquid filio familias ea conditione, vt sit filij, & patet non habeat in eo vsumfructum, acquiritur filio familias, nec patri acquiritur vsusfructus: ergo seruo acquiritur, quod ei ab aliquo donatur ea conditione, vt sit eius & non domini.

2. Sed mihi in hac re videtur distinguendum. Aut enim Caius dominus consentit, vt Stichus seruus tanquam suum habeat, quod ei datur, ac donatur; & tunc acquiritur seruo, non quidem voluntate Titij, qui donauit, vel legauit: sed consensu ipsius Caij domini: aut in eo Caius non consentit, & tunc inutile est donum, vel legatum, quia vitiosum. Neque enim Titius transtulit dominium in seruum, nec in dominum: non in seruum, quia donauit, vel legauit contemplatione illius, qui tamen capax non erat? non in dominum, quia vetuit Titius ne domino acquireretur, quare sequitur, vt dominium eius, quod est ita seruo donatum, vel legatum, vel penes Titium donatorem manserit, vel penes eius hæredes. Secus est de filio familias, qui secundum leges, & iura potest habere peculium aduentitium, in quo patet eius vsumfructum non habeat, vt si ea conditione ab extraneo aliquid accipiat. Ita Azorius, cui etiam adde Megalam *in part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 19. *quæst.* 12. *num.* 17. qui mordicus contra seruos, negatiuam sententiam tenet, quia quando aliquid relinquitur sub conditione aliqua, quæ contra leges est, talis conditio pro non scripta habetur, & perinde ac si adiecta non esset, hereditas, legatúmve capitur, vt habetur *in l. conditiones, la.* 2. *ff. de condit. inst.* Cùm igitur prædicta conditio sit contra leges suprà citatas, quæ disponunt, vt quicquid seruus acquirit, domino acquirat, pro non scripta habetur, & dominio legatum est acquisitum: ad quod etiam facit *l. si quis sub conditione, ff. de condit. inst.* Nec obstat exemplum à simili de filio familias: nam leges ipsæ disponunt, vt tunc filio, & non patri vsusfructus acquiratur: vt patet *in auth. excipitur, C. de bonis qua lib.* & dixi suprà c. 3. q. 2. *vers. Sed pone*, Sed non est ita dispositum quoad seruum.

3. Sed ego contrariam sententiam teneo, si bona relinquantur seruo absolutè, & sine conditione, non tamen intuitu domino, vt v.g. ob industriam, vel officium exhibitum, vel vt se redimat, &c. Et ita docet Trullench. *in Decal. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *dub.* 4. *n.* 3. Molina *de iust. tom.* 1. *tract.* 2. *disput.* 38. Sanchez *in opusc. tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 1. *dub.* 2. *n.* 7. Lessius *lib.* 2. *c.* 4. *dub.* 4. *n.* 16. & Rebellius *lib.* 1. *q.* 11. *sect.* 2. *n.* 10. in vniuersum approbat saltem pro foro conscientiæ, quoties non donatur intuitu domini, licet donator non exprimat, quòd non acquiratur domino; quia iam donator virtualem saltem intentionem habere videtur, quòd acquiratur soli seruo; virtualis autē intentio idem operatur quòd formalis & expressa.

4. Verùm Eminentissimus Cardinalis de Lugo *de iust. tom.* 1. *disp.* 3. *sect.* 3. *num.* 55. *& seq.* licèt dissentiat in aliquibus, quoad supradicta, tamen optimè docet *n.* 59. quòd seruo potest donari independenter etiā à domini licentia, & ita vt domino non acquiratur: quare quoties aliquis seruo occultè aliquid donat, præsumi faciliùs potest, quòd habeat talem animum donandi, & excludendi ius domini: quia eo ipso quòd vult occulta donare seruo, & fugit domini notitiam, videtur implicitè donare, ita vt seruus non indigeat licentia, vel consensu domini ad vsum illius rei, atque adeò vult, quod acquiratur seruo soli, & non domino, cuius notitia, & licentia requireretur, si ipsi domino acquireretur. Ita de Lugo Eminentissimus.

5. Vnde ex dictis non est audiendus Azorius, quem nominatim refellit Machadus *tom.* 2. *lib.* 6. *tract.* 13. *docum.* 5. *num.* 9. vbi sic ait: [Todo aquello como quiera que sea, que alguno dexa al esclauo, ò le haze donacion con expressa, ò tacita condicion de que sea para el, i no para el señor, es proprio del esclauo, i no del señor. No obstante que Azor la contradize,] Ita ille; cui adde etiam Villalobos *in summ. tom.* 2. *tract.* 10 *diffic.* 5. *n.* 4. & Fagundez *in præcepta Decal. tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 12. *n.* 4.

RESOL. XXXI.

Quidam seruus aliquid sibi subtrahebat de necessariis sine Domini incommodo, & præter opera præscripta, ex quibus lucrum colligebat, interrogatus fui, an de his acquireret dominium sibi, vel Domino?

Quod est quærere an seruus possit habere aliquarum rerum dominium, & de rebus à se acquisitis disponere?

Et an hoc intelligatur non solum de seruis, qui domi nascuntur, sed etiam de seruis exemptis, & in bello captis?

Et

Et in corpore huius, Resolutionis aliquos casus decisos inuenies, ex quibus seruus possit aliquod peculium habere, vel non habere. Ex p. 2. tr. 17. & Miscel. 3. Res. 58.

Sup. hoc in Res. seq. & in aliis vers. eius primæ not.

§. 1. NOuissimè Turrianus *in 2.2. tom. 2. disp. 35 dub. 2. num.* 8. asserit seruum, & ancillam, si peculiariter vigilando, vel de sibi necessariis aliqua bona lucretur, non posse de illis liberè disponere, & Petrus de Aragon. *in 2.2. qu. 62. art. 1. & 2.* cum multis aliis absolutè docent, seruos ita esse dominorum suorum, vt quicquid acquirant domino acquirant. Probatur ex *l. id vestimentum, ff. de peculio*, vbi dicitur seruū non esse dominum vestimenti quotidiani, qui ab alio possidetur, nihil possidere potest. Secundùm hanc opinionem possunt domini accipere res seruorum, quia, vt diximus, ius omnia serui subiecit potestati dominorum: & ita absolutè sustinet hanc sententiam Megala *in summ. part. 1. lib. 6. cap. 19. q. 2. n.* 15. & adducit textum ex *l. acquiritur, §. igitur, ff. de acquir. rei dom.* vbi habetur, Quod serui nostri ex qualibet causa acquirant, id nobis acquiritur; ipse enim seruus, qui in potestate alterius est, nihil suum habere potest, cuiuscumque enim rei possessionem adepti fuerint, id nos possidere videmur.

Sup. sex primis casibus contentis in hoc §. suprà in Res. 29. recitanter in §. Conueniunt. & signanter pro primo, & secundo casu, supra in Res. 30. & pro quarto, & septimo, in Res. 27. & pro quinto in Res. 28. & pro sexto infra in Res. seq. & in aliis earū annotationum.

2. At veriùs, & magis probabiliter dicendum est, seruos posse habere aliquarum rerum dominium imperfectum, & secundùm quid; ita vt eas non teneantur suis dominis tradere: casus autem præcipui in quibus possunt aliquod peculium habere, sunt isti, Primò, si dominus expresè, vel tacitè consentiat aliquas res habere. Secundò, si aliquis det seruo, ea conditione, vt ad dominum suum non perueniat. Tertiò, si aliquid detur absolutè, & sine cōditione, non tamen intuitu ipsius domini; vt, v.g. propter industriam, vel aliquod seruitium factū? nam in hoc casu ille, qui dat, videtur dare, vt illa res scilicet nō sit domini, sed serui. Quartò, si aliquid detur in compensationem iniuriæ illatæ. Quintò, si aliquid lucretur sua pecunia, & ex rebus sibi datis, vt *suprà*: vnde suum facit lucrum acquisitum per ludum licitum, vel illicitum. Sextò, si aliquid sibi subtrahat, absque domini detrimento, quod licitè poterat cōsumere, vel expendere. Septimò, quando propter turpem corporis vsum aliquid ei datur. Ita Barthol. à S. Fausto *in speculo Confess. disp. 1. q. 19. n. 4.* Lessius *de iust. lib. 2. cap. 4. dub. 4. n.* 15. Rebell. *de oblig. iust. part. 1. lib. 1. q. 11. sect. 2.* Malder. *in 2.2. tract. 1. cap. 4. dub. 6.* Rodriquez *in summ. tom. 1. c. 89. concl. 6. n.* 8. Nauarr. *de rest. lib. 3. c. 1. dub. 5. n. 221.*

3. Nota verò, quòd ista doctrina non solùm procedit, vt opinatur Vega *in sum. tom. 1. c. 106. n. 4. & 5.* cum Lopez in seruis, qui domi nascuntur, sed etiam in seruis emptitiis, & in bello captis.

Sup. hoc etiā recitātèr infra in Res. seq. §. Dicendum. & latè in Res. 1. post seq. §. vlt.

4. Nota secundò, quòd in dictis casibus serui absolutum dominium acquirunt, ita vt sine iniuria dominus non possit eis auferre, & ipsi te eiusmodi fraudari, possint vti compensatione occulta.

5. Ad leges quas pro contraria sententia afferebat Megala, & alij; respondet Sotus *l. 4. de iust. q. 2. art. 2.* procedere quoad seruos, qui se sponte vendiderunt, non verò quoad alios seruos. Sed mihi absolutè, & sine vlla limitatione cum Maldero, Lessio, Rebellio, & aliis dicendum videtur, illas leges Cæsareas legitima consuetudine abrogatas, & mitigatas esse in fauorem omnium seruorum, tanquam miserabiliū personarum; passim enim videmus cuiusque generis seruos pecunia se redimere, quòd non pecunia domini, vel aliena, sed propter hoc facere possunt. Ergo, &c.

Sup. hoc supra in Res. 29. §. vlt.

6. Dices, si seruus, qui se & suas operas vendidit, & tempus quo laborare tenebatur, ludendo, vel alia negotia faciendo expendit, lucrum illud ad quem pertinet? Respondent aliqui ad dominum pertinere. Mihi verò cum Rebello, magis probabiliter asserendum videtur, in hoc casu seruum non teneri tantum ad restitutionē damni dati per omissionem operarum debitarum, hoc enim putandum est in sua venditione seruum intendisse.

RESOL. XXXII.

An seruus sibi acquirat ea, quæ parcè viuendo subtrahit, vel si præter opera præscripta aliquid faciat?

Et an Dominus peccet mortaliter, furtumque committat in seruos, si talia ab eis auferat?

Et ex doctrina huius Resolutionis infertur etiam decisio eiusdem dubij satis practicabilis de Viatoribus, qui diuersantur in hospitiis, in quibus ob certum pretium comedunt ex cibis appositis, quod volunt A PASTO, *nam illi etiam subtrahere sibi possunt, & reseruare aliquid ex eis, quæ commesturi erant, durante appetitu.* Ex parte 7. tractatu 7. Res. 31.

§. 1. AD hoc dubium respondet Sanch. *in Opusc. tom. 1. lib. 1. cap. 4. dub. 1. n. 13.* Nota quòd si non deficiendo debito seruitio domini, nec notabiliter vires diminuendo, seruus vigilaret tempore, quo somno vacaturus erat, & sic tunc aliquid acquireret, vel parcè viuendo subtraheret sibi aliquid de cibis, & id venderet, posset sibi retinere.

Sup. hoc in Res. præterita §. At verius. prope finem vers. Sextò. & in principio dictæ Res. & infra in Res. 35. paulo post initium, vers. Quintus.

2. Sed hoc intelligo duplici limitatione. Prima est, vt procedat ex præsumpta domini voluntate: vnde si dominus expresè nollet, & vellet sibi illud, teneretur ei dare. Pater, quia nullus damnaret dominum, qui illud auferret à seruo: at dum dominus hoc non exprimit, præsumitur eum velle. Secunda est, quando distincta est certa portio ciborum, id est, quando *se da por racion*, tunc enim præsumitur dominum velle, vt, quod seruus sibi subtrahit, non deficiendo debito seruitio, nec notabiliter vires minuendo, sibi acquirat. At quando non destinatur certa portio, id est, *no se da por racion*, non potest sibi seruus retinere, quod ob defectum appetitus relinqueret: Si verò ex eo quod ipse appetebat, & reuera erat manducaturus, aliquid sibi detraheret, non minuendo notabiliter vires, posset sibi retinere. Ita ille, cui cum dictis limitationibus consentit Eminentissimus Cardinalis de Lugo *de iust. tom. 1. disputat. 3. sect. 3. num. 66.* Sed *num.* 53. asserit, propter consuetudinem, & præsumptam domini voluntatem posse licitè seruum ea lucra sibi retinere, quando modica, & communia sunt: quia quoad maiora, & extraordinaria emolumenta, non præsumitur facilè talis voluntas in domino, vt dicebamus de lucro ex aliis rebus prouenientε. Denique voluntas illa præsumpta in domino non est ad vsum irreuocabilem, sed ita vt possit ipse dominus, quoties voluerit facultatem illam reuocare, & lucra illa sibi accipere propter rationes proximè adductas. Ita Eminentiss. Lugo, qui etiam adducit Turrianum *de iust. disput. 34. dub. 2. num.* 8. asserentem iuxta rigorem iuris hæc omnia domino acquiri, nec seruum posse de illis disponere. Et P. Azorius *tom. 2. lib. 2. cap. 36. q. 4.* tenet seruum si ex his quæ sibi dantur ad victum, parsimonia detraxerit minimè sibi acquirere.

3. Sed vt verum fatear DD. absolutè asserunt, quòd si seruus aliquid sibi subtrahat sine domini incommodo quod liberè poterit consumere, vel expendere, aut præter opera præscripta alia faciat ex quibus quæstum colligit. Et ita docet Lessius *l. 2. c. 2. dub. 4. n. 16.* Trullench *in Decal. tom. 2. l. 7. c. 2. dub. 4. n. 3.* Molina *de iust. tom. 1. tr. 2. disp. 38.* Fagund. *in Decal. tom. 2. l. 7. c. 11. n. 7.* Nauarra *de Rest. lib. 3. cap. 1. num. 219.* vnde in specie r. felix

refellit Turrianum nouissimè Machadus *de perfect. Confess. tom. 2. lib. 7. part. 7. tract. 13. docum. 5. num. 7.* sic asserens. [La quarta es aquella candidad que el esclauo granjea por su cuydado, i trabajo, ò por el juego, que como sea sin perjuizio del seruicio que deue a su señor, segun afirman graues Autores, adquiere el dominio en ella; no obstante que Turriano es de contrario parecer.] Ita ille.

4. Dicendum est igitur, quòd licèt serui quidquid acquirant domino acquirant, maximè si in eo acquirendo vires debilitent, tamen id est intelligendum de tempore deputato ad seruitium dominorum: neque enim serui, aut ancillæ sic possidentur à dominis, vt fundus, prædia, aut iumenta, vt semper domino fructificent; quamobrem dicendum est in foro conscientiæ sibi id adquirere, quidquid sit de foro externo, modò non fraudent dominos debito seruitio, & vires suas multum debilitent, quod iudicabit prudens Confessarius, & licitè posse illos taliter acquisita retinere, & expendere inuitis dominis, & peccare mortaliter dominos, furtúmque committere in seruos, si ea ab eis auferant, illis inuitis, quod videtur satis rationabile, & probabile.

...hoc etiā ...citantes in ...f. præteri... ...§. Nota ...cendo, & ...aliis latè ...§. Vlt. Ref. seq.

5. Ex his infertur incidenter decisio cuiusdam dubij satis practicabilis de viatoribus videlicet, qui diuersantur in hospitiis, in quibus more Italico, & Gallico ob certum pretium comedunt ex cibis appositis quod volunt, quod dicitur communiter, *A posto*, Gallicè *à table d'Hoste*, nam illi etiam subtrahere sibi possent & reseruare aliquid ex iis, quæ verè comesturi erant durante adhuc appetitu: quoniam hæc etiam apponuntur illis eodem pacto, quo apponuntur seruis, & famulis, vt comedant quod pro sua necessitate voluerint; ergo ex iis, quæ sibi necessaria essent, & attenta necessitate præsenti, erant comesturi, possent reseruare; parum enim hospitis interest, quòd ibi, vel alibi illum consumant; de iis verò, quæ ob defectum appetitus non erant comesturi, non possunt per se loquendo, reseruare, sicut nec serui; nisi fortè aliquando ob iustam compensationem pretij euidenter iniusti, quod ab ipsis exigitur. Et ita docet Eminentissimus Cardinal. de Lugo *loco cit.*

RESOL. XXXIII.

An serui in casibus, in quibus sibi acquirunt, si à Dominis spolientur, possint facere occultam recompensationem?

Et in principio huius Resolutionis apponuntur sex casus, in quibus serui acquirunt sibi dominium. Ex par. 7. tr. 7. Ref. 33.

Sup. his sex casibus supra in Ref. 31. §. At verius & in aliis eius not.

§. 1. SVppono seruos in his casibus sibi acquirere. Primò; si Dominus expressè vel tacitè consentiat vt possit aliquod peculium habere. Secundò; si seruo aliquid donetur, vel legetur ea conditione vt ad dominum non perueniat: tunc enim si dominus vsurparet hoc ipso amitteretur. Tertiò; si relinquatur seruo absolutè, & sine conditione, non tamen intuitu domini, v. g. ob industriam, vel officium exhibitum; hoc enim videtur dari, vt non sit domini, sed tantum serui. Quartò; si ei aliquid detur in compensationem iniuriæ illatæ: compensatio enim fit vt ex ea solatium capiat, loco doloris quem passus est; non vt dominus eius inde ditescat, vnde contra omnem humanitatem esset hoc ei auferre. Quinto; si aliquid lucretur sua pecunia: sicut si filius lucretur peculio castrensi, vel quasi castrensi; lucrum enim subit eandem rationem quam sors, quando quis nomine suo eam exponit. Sextò; si aliquid sibi subtrahat sine domini incommodo, quòd liberè poterat consumere, vel expendere; aut præter opera præscripta quædam alia faciat ex quibus quæstum colligat.

2. His suppositis, quæro an si Dominus seruis tollere bona quæ in su radictis casibus sibi acquisiuerant, possint vti occulta compensatione, affirmatiue respondeo cum Lessio *lib. 2. cap. 4. dub. 4. num. 17.* vbi sic ait. Notandum tamen est multos Doctores concedere seruis verum, & perfectum dominium in plerisque casibus suprà dictis; eisque fieri veram iniuriā obligantem ad restitutionem si dominus res ipsis concessas auferat, Iura autē, quæ tradunt seruos quidquid acquirunt domino acquirere, intelligenda regulariter. Ita Molina *disp. 38.* Posset etiam addi, Iura illa consuetudine esse mitigata: & hoc maxim in praxi. Itaque posset seruus vti occulta compensatione, si dominus ei res suas abstulisset. Ita ille: cui adde Villalobos *in summa tom. 2. tract. 10. difficult. 5. n. 4.* vbi enumeratis casibus superius in quibus serui sibi acquirunt, sic ait: [De lo qual se infiere, que si el señor le tomasse algo de lo dicho, estaria obligado a restituirlo, y en caso que no pudiesse el esclauo auerlo de otra manera, podria vsar de recompensacion oculta.]

Sup. hoc supra in Ref. 31. recitantes in §. Nota secundo. & in Ref. 32. §. Dicendum, in fine.

RESOL. XXXIV.

An serui possint facere eleemosynam?

Et in textu huius Resolutionis reperies aliquos casus, in quibus, & dequibus serui possunt facere eleemosynam.

Et an si serui habeant aliqua bona propria, possint de eis donationem facere? Ex part. 7. tract. 7. Ref. 34.

§. 1. REspondeo non posse facere eleemosynam de bonis dominorum. Ratio est quia non habent administrationem vllam bonorum domini. Excipiuntur tamen quinque casus. Primus, si sit extrema necessitas, ob rationem allatam *præcedente quæst.* Secundus, si detur modicum quid, & rarò, præsumitur enim probabiliter consensus Domini. Tertius, quotiescumque adsit eiusdem consensus, saltem interpretatiuus. Quartus, quando probabiliter speratur ratihabitio, quæ tunc maximè est, quando haberet seruus administrationem bonorum. Quintus, quando de certa portione sibi assignata ad victum detraheretur aliquid per abstinentiam, modò id non cedat in præiudicium Domini; si nimirum per hoc redderetur inhabilis ad seruitia. Et hæc omnia docet Filliucius *tom. 2. tract. 28. cap. 1. num. 95.* Qui addit etiam in bonis acquisitis in casibus appositis in superioris Resolutione posse seruos facere eleemosynam, & quicquid voluerint. Vnde me citato sic ait Machadus *tom. 2. lib. 6. p. 7. tract. 13. docum. 6. num. 1.* [Esclauo puede libremente dar limosna, jugar i gastar como quisiere sin consentimiento de su señor de los bienes en que el tuuiere dominio, de que atras hemos ya hecho mencion; conuiene a saber, de lo que huuiere ahorrado de sus jornales; de lo que huuiere ahorrado de lo que el señor le dà cada dia para su sustento, &c. finalmente de todo aquello que es suyo. De donde resulta, que de la misma manera que el esclauo non peca en dar limosna, jugar, ò gastar de estos bienes, que son suyos, tampoco la persona que los recibiere, ò se los ganare, peca, ni queda con obligacion de restituir cosa alguna al señor.]

Sup. doctrina contenta in hoc §. 1. in Ref. seq. & supra lege doctrinam Ref. 31.

Quæ hic est Resol. antecedens.

Sup. his pro eleemosyna in Resolutionibus not. primæ huius Ref. & pro ludo supra in Ref. 29. & in alio §. eius not. 1.

2. Vnde Filliucius *tom. 2. tract. 34. cap. 2. num. 46.* asseruit seruos, si habeāt aliqua propria bona, posse de eis donationes facere. De aliis non possunt nisi ex voluntate præsumpta rationabiliter dominorum:

Sup. hoc in tom. 6. tr. 7. Ref. 31. & 32.

si

si secus faciant, peccant, & tenentur ad restitutionem. Qui etiam si accepissent scienter, tenentur restituere: Si verò bona fide accepissent, siquidem rem illam habeant apud se, tenentur reddere: si ex ea facti sunt ditiores, id reddant in quo locupletiores facti sunt. Denique si rem non habeant, nec facti ditiores sunt, ad nihil tenentur. Et ita etiam docet Molina *disput.* 277.

RESOL. XXXV.

An serui possint facere eleemosynas?
Et an serui possint habere aliquarum rerum dominium imperfectum? Exp. 5. tr. 8. Res. 26.

Sup. hoc in Res. praeterita, & lege etiam doctrinam §. 1. & 2. alterius Res. eius not.

§. 1. IN aliquibus casibus affirmatiuè respondeo cum Filliucio *tom.* 2. *tr.* 28. *cap.* 3. *n.* 95. Primus, si sit extrema necessitas. Secundus, si detur modicum quid, & rarò, praesumitur enim probabiliter consensus domini. Tertius, quotiescumque adsit eiusdem consensus saltē interpretatiuus. Quartus, quando probabiliter speratur ratihabitio, quae tunc maximè est, quando haberet seruus administrationem bonorum. Quintus, quando de certa portione sibi assignata ad victum detraheretur aliquid per abstinentiam, modò id non cedat in praeiudicium domini, si nimirum per hoc redderetur inhabilis ad seruitia. Sed quia ego satis probabiliter firmaui *in* 2. *part. tr.* 3. *miscell. resol.* 58. seruos posse habere aliquarum rerum dominium imperfectum, & secundùm quid, ita vt eas non teneatur suis dominis tradere, igitur in illis casibus certum est seruos posse praebere eleemosynas. Primus casus est, si aliquis det seruo ea conditione vt res donata ad dominum non perueniat. Secundus, si aliquid detur absolutè, & sine conditione, non tamen intuitu ipsius domini, vt v. g. propter industriam, vel aliquod seruitium factum, nam in hoc casu ille qui dat, videtur dare, vt illae res scilicet non sint domini, sed serui. Tertius, si aliquid detur in compensationem iniuriae illatae. Quartus, si aliquid lucretur sua pecunia, & ex rebus sibi datis, vt *suprà & infra* vnde suum facit lucrū acquisitum per ludum licitum, vel illicitum. Quintus, quando propter turpem corporis vsum aliquid ei datur. Cùm igitur in his casibus seruus acquirat dominium rerum, potest de illis eleemosynam facere praeter alios casus à Filliucio suprà notatos.

Sup. hoc Quinto supra in Res. 32. & c.

Quae hic est supra Res. 31. §. At verius, & in aliis eius not.

RESOL. XXXVI.

An qui seruum alienum percutiendo inutilem reddit, vel occidit, teneatur restituere aliquid non solum Domino, sed seruo? Ex p. 7. tr. 7. Res. 20.

§. 1. EX Abulensi affirmatiuè respondet Molina *de Iust. tom.* 1. *tract.* 2. *disp.* 38. vbi sic ait. Meritò Abulensis adnotauit, eum qui alienum seruum occidit, aut ita percutit, vt illum ineptiorem ad seruiendum, minorisue valoris reddat, ad binam restitutionem teneri. Vnam domino serui faciendam, quatenus id in dānum illius cessit, alteram verò seruo pro damno illi illato. Simul etiam puniri debet per publicas potestates poena aliqua, quae in compensationem pro iniuria serno illata cedat. Hinc constat, minus peccare eum, qui seruum proprium, quàm qui alienum iniustè percutit: eò quòd ille vni tantùm, hic verò duobus damnum, ac iniuriam inferat.

2. Sed hanc doctrinam Molinae Eminentissimus Cardinalis Lugo *de Iust. tom.* 1. *disp.* 5. *sect.* 1. *n.* 20. cum limitatione accipit; nam si seruo sequatur ex iniuria damnum aliud circa victum, vestitum, aut caetera necessaria ad vitam humanam restituendum erit illi, ne id damnum patiatur, quod idem erit, quando vxor, parentes, vel filij eius ea de causa passuri essent. Quando verò eiusmodi damna non sequerentur, sufficeret restituere domino, quia supponimus, quod pro damnis corporis praecisè non est obligatio restituendi in bonis alterius generis.

Verùm sententiae Molinae adhaeret Fagundez *de Iust. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 4. Habet igitur vtraque sententia Defensores.

RESOL. XXXVII.

An qui occidit seruum suum, teneatur aliquid haeredibus serui restituere?
Et de aliquibus aliis casibus agitur, in quibus Dominus lethaliter peccat, si iniuria illata seruis suis à se notabilis sit, &c. Ex p. 7. tr. 7. Res. 45. alias 44.

§. 1. DIximus *suprà*, de restitutione facienda propter occisionem serui alieni; nunc ad dubium propositum assero negatiuè respondere Azorium *tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 38. *quaest.* 2. vbi sic ait. Quaeritur an si dominus seruum suum occiderit, debeat aliquid restituere; Quidam arbitrantur debere eum restituere serui haeredibus: quia dominus qui seruum suum necat, verè homicida est, at homicida restituere vitam alteri ademptam iure debet eo modo quo potest. Cùm igitur dominus suo seruo interfecto vitam reddere nequeat, debet aliquid ipsius serui haeredibus restituere. Sed certè non video quo iure haeredibus quicquam restituere cogatur. Fateor quidem eum verè, & propriè homicidam esse, qui suum seruum occiderit, & iniustitiae crimen admittere? quia eripit alteri vitam, & vt superius diximus, dominus vitae, & necis imperium, & potestatem non habet in seruum, & quod attinet ad ius naturae, & gentium, omnes homines sunt liberi. Cùm igitur seruo occiso vita reddi non possit, nec aliquid aliud quo vita compensetur; sequitur vt nulli alteri dominus quicquam debeat; eo quod vita, opera, & industria serui non erant aliorum, sed ipsius serui, & domini. Neque verò dominus suo seruo interfecto, aliis damnum intulit, sed sibi soli, qui se serui commodis, operis, & fructibus priuauit. Nec seruus cum bonis careat, vllam haber aliis haereditatem; nam etiam si filios haberet cum est in seruitutem abductus; illi continuo sui iuris sunt facti, & bona quae ante seruitutem Pater habebat, in eorum dominium transierunt: non tamen ipsius Patris vita, aut libertas; quare ipsius nullam aliam iure naturali legitimam portionē debet. Ita Azorius, cui adde Filliucium *tom.* 2. *tr.* 28. *part.* 2. *cap.* 4. *num.* 71.

Supra in Res. quae hic est antecedens.

Superius in Res. quae hic est 4. in §. vlt. per totum, & infra in Res. seq. §. vlt. ad lin. 4.

2. Sed affirmatiuam sententiam tenet Fagundez *de iustit. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 4. vbi sic ait: Quod si dominus seruum interfecerit, punietur tanquam homicida, & praeterea tenebitur arbitrio prudentis viri pretium iniuriae insumere, in suffragiis pro illius anima, si non habeat filios, quibus fiat restitutio.

3. Hanc etiam sententiam tenet Molina *de iustit. tom.* 1. *tract.* 2. *disputat.* 38. *num.* 3. Sic asserens; Licet ius dominorum in seruos tam latè pateat; non tamen se extendit ad eorum vitam, cuius dominium sibi soli Deus reseruauit, atque adeò neque ad membra, & salutem mancipij, quae quasi partes quaedam vitae illius sunt, à quibus vita ipsa pendet: & multò minus se extendit ad salutem illius spiritualem, quasi aliquid praecipere ei, aut ab eo exigere possint, quod cum spirituali illius salute pugnet. Quare, si eorum domini, vel

Sup. contenta in hoc §. ad literam in Res. seq. §. 1.

vel vitam, vel membrum ab eis eripiant, vel immoderatis laboribus inedia, nuditate, vel iniusto supplicio, aut aliqua alia ratione indebita, & quæ vim coercitiuam dominorum in seruos excedat, valetudini, aut corpori eorum noceant, vel aliquid, quod contra eorum spiritualem sit salutem illis præcipiant, aut quocumque alio modo iniuria eos afficiant, sanè, & lethaliter peccant, si iniuria, attenta quantitate personæ, & circumstantiis concurrentibus, notabilis sit, & ad restitutionem damnorum ipsismet mancipiis, hæredibus eorum faciendam, tenentur; punirique debent à potestatibus publicis, non solùm pro damnis iniustè eis illatis, sed etiam pro iniuriis, quæ damni rationem non habuerint, èstque illis à Confessariis iniungenda pro eiusmodi iniutiis debita satisfactio mancipiis facienda, quando per potestates publicas iniuria punita non fuerit, ne miseri homines omni subsidio careant in damnis, & iniuriis, quibus à dominis iniustè afficiuntur. Porrò tantum potest esse aliquando damnum, ac iniuria, vt non minùs, quàm libertate, compensetur. hæc Molina: vnde vtramque sententiam probabilem esse puto.

RESOL. XXXVIII.

An seruo ita possit à Domino inferri iniuria, vt adsit obligatio restituendi, vt v.g. quando Domini iura seruorum violant, per iniuriam notabilem, in quo casu non solum peccant mortaliter, sed etiam ad restitutionem teneantur?

Et aliqua alia explananatur, quæ in supra dicto casu fieri debent. Ex p. 7. tr. 7. Res. 19.

Sup. contento in hoc §. ad literam in §. vlt. Res. præteritæ.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Molina *de Iust. tomo* 1. *tract.* 2. *disp.* 38. vbi sic ait: Licet ius dominorum in seruos tam latè pateat: non tamen se extendit ad eorum vitam, cuius dominium sibi soli Deus reseruauit; atque adeo neque ad membra, & salutem mancipij, quæ quasi partes quædam vitæ illius sunt, à quibus vita ipsa pendet: & multò minus se extendit ad salutem illius spiritualem, quasi aliquid præcipere ei, aut ab eo exigere possint quod cum spirituali illius salute pugnet. Quare si eorum domini, vel vitam, vel membrum ab eis eripiant, vel immoderatis laboribus, inedia, nuditate, vel iniusto supplicio, aut aliqua ratione indebita, & quæ vim coercitiuam dominorũ in seruos excedat, veletudini, aut corpori eorum noceant, vel aliquid, quod contra eorum spiritualem sit salutem illis præcipiant, aut quocunque alio modo iniuria eos afficiant, sanè, & lethaliter peccant, si iniuria, attenta qualitate personæ, & circumstantiis concurrentibus notabilis sit, & ad restitutionem damnorum ipsismet mancipiis, aut hæredibus eorum faciendam tenentur; punirique debent à potestatibus publicis, non solùm pro damnis iniustè eis illatis, sed etiam pro iniuriis, quæ damni rationem non habuerint; èstque illis à Confessariis iniungenda pro eiusmodi iniuriis debita satisfactio mancipiis facienda, quando per potestates publicas iniuria punita non fuerit, ne miseri homines omni subsidio careant in damnis, & iniuriis quibus à dominis iniustè afficiuntur. Porrò tantum potest esse aliquando damnum, ac iniuria, vt non minùs, quàm libertate compensetur. Ita Molina, cui adde Rebellum *part.* 1. *lib.* 1. *q.* 1. *sect.* 1. *n.* 3. vbi exemplum ponit, si dominus deliberatè, luscum, mancum, vel claudum redderet seruum.

Sup. his late in Res. seq.

2. Sed Eminentissimus, Cardinalis Lugo *de Iust. tom.* 1. *disp.* 3. *sect.* 2. *num.* 19. obseruat, hoc vltimum difficultate non carere; quia secundum probabiliorem sententiam non est obligatio restituendi in bonis alterius generis pro damno illato in alio rerum genere, v. g. in pecuniis pro fama, & licet libertas, & membra pertinere videantur ad bona eiusdem generis; re tamen vera vnum non est æquiualenter aliud; nam libertas non conducit ad recuperandum oculum, vel pedem, quare non videtur magis restitui pes concessa libertate, quàm fama data pecunia. Ita Eminentissimus Lugo.

3. Verùm opinionem Molinæ tenet etiam Fagundez *de iust. tomo* 2. *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 4. asserendo quòd quando domini iura seruorum violant per iniuriam notabilem, non solùm peccant mortiferè, sed etiam ad restitutionem tenentur, iuxta iniuriæ, aut damni momentum & nocumentum. Leuiores tamen iniurias poterunt domini seruis suis resarcire, remittendo aliquid illis de consueto labore, aut commerito supplicio vel liberaliùs eos tractando quoad victum & vestitum tamen iniuria sit atrox, interdum non resarciretur, nisi manumissione. Sane *Exodi* 21. Si dominus ita percuteret serui oculum, vt redderet eum læsum, imò si excuteret ei dentes, iubebatur seruum libere dimittere, quæ leges, licet modò non obligent, probant tamen tantam esse posse dominorum in seruum iniuriam, vt nonnisi libertate compensetur; seruo verò oppresso adimitur apud Iudicem denunciatio aduersus dominum, vt docet Panormit. ad *cap. nouit. de iudic. num.* 47. & alij, & Iudex debet dominum cogere, vt ei satisfaciat, & in posterum mitiùs cum eo agat; si verò dominus setiò admonitus non se corrigat, potest Iudex, eo inuito seruum vendere, & pretium ipsi domino reddere iuxta §. *vltimum, Instit. de iis, quæ sunt*; in hoc enim est iustitia serui ad dominum, vt ait Aristoteles *lib.* 8. *Et hic cap.* 11.

4. Et hanc sententiam tenet etiam Villalobos *in summa tom.* 2. *tract.* 10. *difficult.* 5. *num.* 2. sic assetens. [Aunque es tan grande el dominio de los señores para con sus sieruos, no se estiende a que sean señores de sus vidas, ni sus miembros, y mucho menos de su salud espiritual. Y assi, si los matassent estarian obligados à restituyr à sus herederos, y si les cortassen algun mienbro, les hiziessen algun daño notable en su salud, estarian obligandos à restituyrles a ellos: y tanto podria ser el daño, è enjuria, que no se pudiesse satisfazer menos, que con darles libertad. Mas los daños menores se auran de compensar, perdonandoles algo del trabajo que deuian hazer, ò tratandolos mejor en lammida, y vestido. Y en esto han de cargar la mano los Confessores, como dize Molina, quando los juezes no los obligan a ello; en fauor de miseria destos pobres hombres.] Ita Villalobos.

Sup. hoc pro vita seruorum late in Res. præterita, & in alio §. eius secundæ not. & pro membro in Res. not. præteritæ huius Res.

RESOL. XXXIX.

An qui mutilauit membrum serui sui, teneatur ad aliquam restitutionem? Ex part. 7. tract. 7. Res. 46. alias 45.

§. 1. DE hac quæstione *suprà* aliquid dictum est; & aliqui negant, aliqui affirmant; vnde Machadus *tomo* 2. *lib.* 6. *par.* 7. *tract.* 12. *docum.* 2. *numer.* 8. sic ait. [Disputan los Doctores, si el señor que injustamente cortò algun miebro à su esclauo estè obligado à hazerle alguna restitucion. Molina affirma, que si por la justicia no fue castigado en señor deue hazerle alguna restitucion equiualente. El Padre Azor siguiendo à otros, dize, que està obligado darle libertad, ò satisfazerle por otro modo equiualente

Supra in Res. quæ hic est antecedens §. 1. in fine & seqq. & etiam in §. vlt

equiualente el daño; porque qualquiere miembro del cuerpo es mas amable, i precioso, que la libertad.] Ita ille.

2. Sed Trullench. *in tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 7. num.* 7. & Filliucius *tom.* 2. *tract.* 18. *part.* 2. *cap.* 4. *num.* 72. absolutè negatiuam sententiam tenet; sic enim ait. Quamuis Dominus non sit dominus membrorum serui, sicuti neque vitæ, sed tantùm operarum, & obsequij à seruo præstandi per totam vitam; tamen sicut pro bono vitæ nil est restituendum; sed tantùm pro damno illato familiæ, vel hæredibus ex priuatione illius, qui iis vtilis & lucrosus erat; ita pro bono integritatis corporis nihil est restituendum vt sic, sed tantùm pro damno operarum, & priuatione lucri ex amputatione membri consequente: Hoc autem damnum, quia spectat ad dominum, non erit ipsimet seruo restituendum. Superest ergo, vt ad nihil teneatur. Azor tamen probabiliorem censet primam sententiam, & consequenter obligari dominum ad dimittendum seruum liberum; eius tamen ratio non admodum vrget. Licèt enim corporis membrum sit pretiosius libertate, vt sic tamen æstimabile non est. Quod si æstimaretur ratione vtilitatis & fructus ex illo: iam eius ipse Dominus habet dominium; ideóque nil superest quod restituat. Ita Filliucius: Ego verò amplector vtramque sẽtentiã tanquam probabilem.

RESOL. XL.

An licitum sit in pœnam delicti alicuius adurere mancipia guttis accensi adipis, vel cera? Ex p. 7. tr. 7. Res. 28.

§. 1. Certum est posse dominos punire seruos non autem pœna atroci; pœna verò atrox in proposito præter mortem, de qua non est dubium, esset mutilationis, vulneris, flagellorum publicorum per vias publicas, aut in alio loco publico, & aliæ similes. Item pœna atrox esset, tam grauia verbera, percussiones, adustiones, aut similia alia; quæ filium, aut seruum exponerent vitæ periculo, aut notabilis diminutionis illius, vel periculo amissionis membri, aut partis illius. Procedere ergo potest Pater, aut dominus in puniendo filio, vel mancipio, ad verbera, & ictus ex quibus non immineat detrimentum notabile, aut læsio, etiamsi verberibus, aut alia percussione, excorietur aliquid; modò tamen delictum tanta pœna sit dignum.

2. Vtrum autem licitum sit adurere mancipia, adipe, aut cera accensis vt ab aliquibus dominis fieri consueuit. Non auderem id damnare, quando moderatè fieret, & sine periculo vitæ, aut notabilis læsionis mancipij, & quando delictum esset tanta pœna dignum, aut mancipium adeò esset durum ac incorrigibile, vt necessaria illi iudicaretur tanta pœna, vt corrigeretur, & contineretur in officio. Semper tamen consulendum est dominis, vt potius vtantur pœnis mitioribus. Et hæc omnia docet Molina *tom. 4. tract.* 3. *disput.* 2. *num.* 14. cui nouissimè adhæret Machadus *tom.* 2. *lib.* 6. *part.* 7. *tract.* 12. *docum.* 2. *num.* 2. vbi sic ait. [Los Doctores disputan si sea licito al señor pringar a su esclauo; i aunque es assi, que parece crueldad grande, è inhumanidad: con todo esso el Padre Molina no lo condena; con tal que se haga con moderacion, i sin peligro notable de la vida, ò salud del esclauo; i quando su delito, incorregibilidad, i contumacia me recieren tal genero de castigo. Si bien el mismo a conseja que los señores vsen de castigos menos rigorosos con sus esclauos, accordandose que son tambien hijos de Dios, i redimidos con la sangre preciosa de Iesu Christo nuestro señor.] Ita ille.

RESOL. XLI.

An serui possint signari à Dominis in facie? Ex p. 7. tr. 7. Res. 22.

§. 1. Negatiuè respondet Ioannes de Heuia *in Curia Philippica tom* 2. *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 3. Sed affirmatiuam sententiam docet Molina *tom.* 4. *tract.* 3. *disput.* 2. *num.* 14. vbi sic ait. Vtrum sit licitum signare mancipia in facie. Affirmanter est respondendum, esto nulla illorum antecedat culpa, quãdo periculum est amissionis illorum, nisi ita signentur: eò quòd eiusmodi sint, de quibus nullus præsumet ea esse mancipia; aut quando fugitiua sunt, atque in pœnam, & vt coerceantur à fuga, meliusque inueniantur, ratio ipsa postulat, vt signentur. Et hanc sententiam communem esse testatur Machadus *tom* 2. *lib.* 6. *part.* 7. *tractatu* 12. *docum.* 2. *num.* 4.

RESOL. XLII.

An Domini vocãdo seruos Christianos, Canes vel si grauiter eos verberent ex leui culpa peccent mortaliter. Et an peccent Domini, si sint notabiliter negligentes in corrigendis seruorum peccatis, in procurandis ijs, quæ sunt necessaria ad salutem seruorum, vt susceptio Sacramentorum, auditio Missæ, &c. vel si iubeant aliqua, quæ serui facere non possunt sine peccato, aut si eos onerant laboribus intolerabilibus? Ex p. 7. tr. 7. Res. 48. alias 47.

§. 1. Videtur affirmatiuè respondendum ex Trullench. *in Decal. to. 1. lib. 4. c. 1. dub. 6. n.* 2. vbi sic ait. Hinc sequitur posse grauiter peccare dominos, præcipuè in iis. Primò si sint notabiliter negligentes in procurandis iis, quæ sunt necessaria ad salutem seruorum; vt est susceptio sacramentorũ suo tempore, Missæ auditio, & alia huiusmodi. Secundò, si sint negligentes in corrigendis eorum peccatis. Tertiò, si iubeant aliqua, quæ serui facere non possunt sine peccato mortali. Quartò, cùm eos onerant laboribus intolerabilibus. Quintò, cùm eos afficiunt contumeliis, vt vocando seruos Christianos, canes. Sextò, si grauiter verberent, ex leui culpa. Ita ille, in quibus casibus Domini videntur peccare. Ergo, &c. sed cõmuniter dominos, vocando seruos Christianos canes, puto excusari à peccato, quia ex ira, & ex indeliberatione talem solent proferre iniuriam.

Sup. hoc supra in tr. 4. Res. 32. & in alio §. eius primæ not.

RESOL. XLIII.

An Domini propter nimiam sæuitiam cogendi sint seruos vendere? Exp. 7. tr. 7. Res. 65. alias 64.

§. 1. Respondeo affirmatiuè cum Menochio *de Arbitr. cent.* 2. *cas.* 138. *ex. l. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris* §. *Sed & maior*, in qua asseritur, quod dominus seruos vendere cogatur, si in eos nimiũ sæuierit, sicut cogitur Pater emancipere filium, quẽ acerbiùs quàm pro paterna pietate tractarit *l. vlt. si à par. quis man fuer.* Gloss. *in* §. *vlt. I. quibus ius pat. pot. solu.* Item ob sæuitiam socij licet etiam ante tempus à societate recedere, *l. si conuenerit. Pro socio.* Item Vassallus nimium sæuiendo in subditos ius feudi amittit. Cyn., & Bald *in dict. l.* 2. Alexand. *in*

Sup. hoc in tom. 9. tr. 1. ex doctrina Res. 69 §. 1. post medium, legè à vers. Quod si Dominus

in l. bene à Zenone. Cod. de quadr. præscr. qua de re aliàs dictum. Æstimatio autem cuiusq; sæuitiæ arbitrio iudicis præmittenda est.

RESOL. XLIV.

An licitè Dominus aliquando possit alimenta seruis denegare? Ex p. 7. tr. Res 47. aliàs 46.

§. 1. ALiqui opinantur id posse facere ob certa quædam crimina, & scelera serui; vt si sit ingratus vel contumeliosus in dominum, vel si mali aliquid fecerit, ob quod mortis pœnam meretur. Sed verius est, quòd' alij tradiderunt: si Serui crimen est vltimo supplicio dignum ad Magistratus, ac Iudices iure defertur: si alterius pœnæ sit reus, priuatim à domino Iure punitur; nunquam tamen alimenta, quæ sunt necessaria simpliciter vitæ subsidia, dominus potest iure denegare, quamuis ea ex parte minuere: ita vt seruus non inedia absumatur, & pereat, sed attenuato, & diminuto victu castigetur, vt sic fortè ad saniorem mentem, melioremque vitam redeat. Et ita docet Filliucius *tom. 2. tract. 28. part. 2. cap. 4.* & Azorius *tom. 2. lib. 2. cap. 38. quæst. 9.* & Trullench. *in Decalogum tom. 1. l. 4. cap. 1. dub. 6. num. 5.*

2. Vnde non sunt damnandi, qui propter aliqua delicta licèt leuiora detrahunt seruis, *Parte della ratione*, vt vulgo dicitur.

RESOL. XLV.

An serui, & ancillæ peccent, si cibos communes ex domo heri ad comedendum accipiant, vt furta esculentorum, & poculentorum, etiam si sensim perueniant ad notabilem quantitatem, vt ipsimet consumant, secus vero vt vendant?

Et si furta sint præter esculenta, an serui, siue mancipia peccent mortaliter; & teneantur ad restitutionem? Ex p. 7. tr. 7. Res. 28.

Sup. hoc supra in tr. 3. Res 41. §. Dico quarto.

§. 1. AD hoc dubium sic respondet Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 1. cap. 1. dub. 2. num. 17.* Ex dictis fit seruos, vel rarò peccare mortaliter, si accipiant, vt edant cibaria communia ex domo herorum; tum quia dominus non est inuitus, tum, etiam quia alij ex ordinario cibo, sumptum excipiunt, minus enim hora consueta comedunt. Sic Nauarra, *n. 221.* & refert Nauarr. *cap. 17. Hispan. num 139. Latina noua num. 138.* Sed Nauarrus non ita absolutè loquitur, vt Nauarra, sed dicit non peccare mortaliter, sed venialiter, quando credunt illa dominum concessurum esse si ab eo peterent, licèt nollent, vt se inscio accipiant quia tunc est tantùm furtum, quo ad modum. Vnde quando famulis tribuitur certa, ac determinata portio, id est, *si les das racion*, cùm credatur dominum nolle eos aliquid furari, nec ob hoc excipiatur ex alia parte, id quod illis daturus erat ad manducandum, censendum est de his furtis ac si fieret ab iis qui non sunt famuli nisi essent tam modica vt credatur dominum velle similiter quando minimè crederetur dominum velle, etiamsi illis non detur cibus sub certa quantitate, & portione; si tamen ipsis cibaria congruentia impertiuntur, nec ob ea, quæ furantur, aliquid excipitur ex consueto cibo, iudicandum est similiter, ac si talia furta fierent ab iis, qui non sunt famuli, nisi, vt dixi essent tam modica, vt rationabiliter deberet dominus velle. Hucusque Sanchez.

2. Et ideò Eminentissimus Cardinalis Lugo *de Iust. tom. 1 disput. 3. sect. 3. numer. 60.* putat seruos in tali casu non peccare mortaliter, quandò furta essent adeò modica, vt non credatur dominus rationabiliter inuitus, secus quando non ideò dominus minùs expenderet in cibo ordinario famuli, nec essent ita modica, vt non præsumeretur grauiter inuitus.

3. Dico igitur furta esculentorum, & poculentorum quæ committuntur à famulis, & ancillis, etiamsi sensim perueniant ad notabilem quantitatem, non esse peccata mortalia, si furentur ea, vt ipsimet consumant (secùs verò si vt vendant) sint que ordinaria, quæ non solent accuratè concludi, de quo vide Nauarrum *cap. 17. numer. 138.* Ratio est; quia dominis non omninò displicet, vt hæc capiantur: cuius signum est, quod etsi sciant ista passim fieri, tamen non impediunt; atsi rogarentur, facilè concederent. Vnde potiùs displicet modus accipiendi quàm ipsa acceptio, seu consumptio, atqui non est peccatum mortiferum accipere aliquid occultè ab eo cui non displiceret acceptio, si res ab eo peteretur, quamuis modus accipiendi displiceat; vt rectè docet Caietan. *in summa V. Furtum*, & Nauarr. *cap. 17. numer. 138. & comment. 2. de Regular. numer. 20.* qui dominus non est inuitus circa substantiam acceptionis, sed solùm circa modum, quod valde notandum, ob furta filiorum, vxorum, famulorum, amicorum, & similium, qui per verecundiam, vel timorem non audent petere.

Sup. hoc modo supra in tr. 3. Res. 39. §. Sed opinio, ante medium, à vers. Et ad confirmationē.

4. Si tamen surripias ad eum vsum, ad quem ille nullo modò voluisset conducere, vt ad compotationes, ludos &c. erit verum furtum: quia non vult rem esse tuam ad talem vsum? & ita acceptio secundùm substantiam censebitur fieri inuito domino: id enim maximè ex vsu, & fine, ad quem res accipitur, spectandum est.

5. Sed circa præsentem quæstionem ne deseras videre Fagundez *in Præcep. Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 12.* Machadum, *tom. 2. lib. 6. parte 7. tract. 11. document. 2. numer. 3. & sequ.* & Gasparum Hurtadum *de Iust. & iure disput. 13. difficult. 9.* qui tamen, & optimè obseruat, quod si furta sint præter esculenta seruos, siue mancipia peccaret, e mortaliter accipiēdo bona dominorū suorum: & sic peccando, teneri sub mortali ad restitutionem illorum.

6. Circa quantitatem ergo requisitam, & sufficientem ad peccatum mortale, existimamus, eam requiri & sufficere, quæ ad peccatum mortale in furto facto, ab extraneo, quia quò ad hoc non est aliqua peculiaris ratio pro seruis in furtis ex bonis domini, qualis reperitur pro filio ex bonis Patris, & pro vxore ex bonis mariti.

RESOL. XLVI.

An serui in casu æqualis necessitatis possint alimenta potius sibi, quam Dominis ministrare?

Et quid est dicendū, si daretur casus, in quo salus & vita esset Christiano populo, vel alicui Reipublicæ necessaria, & salus, & vita serui minime? Ex p. 7. tr. 7. Res. 67. alias 66.

§. 1. NEgatiuè respondet Nauarrus *in Man. cap. 17. num. 60.* quia quando creditor, & debitor eadem extrema necessitate premuntur, debitor, non habens aliud quam id quod ad suam suorumque vitam

vitam est necessarium; restituere, non tenetur, nisi dominium eius quod restituendum est, semper penes creditorem remaneat: sed in hoc casu seruus, & dominus æquali extrema necessitate premuntur, & dominium eorum, quæ seruus possidet, & quibus vel sibi, vel domino alimenta ministrare potest; semper penes dominum remansit; nam seruus dominij capax non est, cum pro mortuo habeatur *l. seruitutem ff. de regul. iur l. intercidit, ff. de condit. & demonstrat.* cum aliis concordantibus; & nulla in eius personam cadit obligatio, neque actiua, neque passiua *l. in personam ff. eod. l. serui ff. de actionib. & obligat. l. nec seruus. ff. de pecul.* ergo in æquali casu necessitatis potiùs domino, quàm sibi seruus alimenta ministrare tenetur.

2. Sed his non obstantibus affirmatiuæ sententiæ ego adhæreo. Dico igitur in casu prædictæ æqualis necessitatis, posse seruum tuta conscientia potiùs sibi ipsi, quàm domino alimenta ministrare. Et probo duobus mediis; Primò quia, etsi per seruitutem amittantur ea, quæ à ciuili iure vnicuique conueniunt, ea tamen, quæ à naturali iure cuique competunt, retinentur; sed conseruatio propriæ vitæ naturali iure ita cuique competit, vt licitè quisque possit pro illius conseruatione alterum occidere, si aliter euadere non possit; ergo seruus, in æquali extremæ necessitatis casu cum domino constitutus, licitè potest, domino postposito, sibi alimenta ministrare licèt dominus eius fame sit periturus.

3. Secundò, quia regulariter secundum ordinem charitatis, plus diligenda est propria salus corporalis, quàm corporalis salus proximi; nam, cum concurrant tunc bona alterius, & propria eiusdem ordinis, semper propria sunt præferenda; sed in hoc casu concurrit propria salus corporalis serui cum salute corporali aliena, quæ est domini; ergo regulariter à seruo præferenda est propria salus, & sic sibi, & non domino, in æquali necessitatis casu alimenta ministrare potest.

4. Dixi regulariter: nam si daretur casus, in quo salus, & vita domini esset Christiano populo, vel alicui Reipublicæ necessaria, & salus & vita serui minimè: tunc secundum eundem charitatis ordinem, teneretur seruus non sibi, sed domino alimenta ministrare; esset enim tunc vita domini, ratione publici boni, altioris ordinis, & ideò præferenda: nam ordo ipsius charitatis postulat, vt quæ altioris sunt ordinis, præferantur. Non est tamen hic altior ordo attendendus ex conditione seruili, vel libera? nam alioquin semper dominus præferendus esset, sed attendendus est respectu publici boni; nam etsi conditione dominus seruo sit maior, natura tamen æquales omnes sunt; & in naturali vita conseruanda non conditio, quæ accidentaria est, sed ipsa natura, quæ per se est, considerari debet, aliis regulis charitatis seruatis.

Ad doctrinam verò Nauarri, respondet Nauarra *de Restitut. lib. 4. cap. 4. num. 28.*

RESOL. XLVII.

An serui possint parare mensam, & ministrare cibos Dominis in die ieiunij. Ex p. 7. tract. 7. Ref. 58. alias 57.

§. 1. Respondeo affirmatiuè, quia hoc non est cooperari ad peccatum alterius, sed ad substantiam solam illius actus, nimirum, vt cœna est comestio quædam ad nutritionem, & sustentationem animalis. Item quia opus illud solum est officium, quod præstare solet seruus, vel famulus domino, aut amicus amico, aut hospes hospiti suo; sic licitum est, ministrare mensæ concubinariorum, vel duorum Hæreticorum, vel dominorum in cibo & potu, & epulis, ventrique indulgentium, vel aliorum peccatorum, dummodo non consentiamus peccato eorum, sed solùm præstemus officium, vel serui vel famuli, vel amici, vel hospitis. Vide me ipsum. *in part. 5. tr. 7. resol. 23.* Quæ hic est supra in tr. 5. Ref. 59. &c.

RESOL. XLVIII.

An licitum sit Dominis offerre carnes seruitij infidelibus in die ieiunij, vel illis imponere opera seruilia in diebus festis? Ex p. 7. tr. 7. Ref. 59. alias 58?

§. 1. Alibi probabiliter affirmatiuè respondi; quia Infideles sunt extra Ecclesiam, & non ligantur eius præceptis; & quò ad comestionem carnium in die ieiunij, me citato affirmatiuam sententiam tenet Trullench. *in Decal. tom. 1. lib. 3. cap. 2. dub. 2. num. 11.* vbi sic ait. In diebus ieiunij licitum est ministrare carnes Paganis, & perpetuò amentibus, sicuti pueris ante vsum rationis, vt cum Sanchez & Fagundez tenet Diana *part. 1. tract. 9. resol. 42.* ita Trullench. Quo ad opera seruilia idem tradit Pasqualigus *in Decis. moral. Decis. 310. num. 2.* Alibi in Ref. quæ nunc hanc seq[...]tur, per totã, & in Ref. & §. not. seq. Quæ nunc est in tom. 4. tr. 6. Ref. 67 §. vlt. &c.

RESOL. XLIX.

An Dominus licitè possit imponere seruo infideli vt opera seruilia exerceat in diebus festis?
Idem est dicendum de perpetuo amentibus.
Et docetur Paganis, & perpetuo amentibus fas esse ministrare carnes Diebus ieiunij, quia nulla lege Ecclesiastica obligantur? Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. Ref. 7.

§. 1. Casus potest in praxi frequenter accidere, & illud determinare noluit Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 1. cap. 12. numer. 18.* Sed negatiuam sententiam docet Anton. Fernandez Societatis IESV, *in instruct. confess. part. 3. mandamien 3. n. 16.* vbi sic ait. [Hazer que trabaje mi esclauo Moro, no es licito porque ninguna bestia puedo lleuar cargada y el esclauo el por si no està obligado à no trabajar, pero en orden à mi no ha de trabajar mandandoselo yo.] Sic ille. Sup. hoc & contento in hac Ref. in Ref. præterita, & in Ref. not. vlt. huius Ref.

2. Verùm ego dominum sic facientem de peccato mortali non auderem damnare, quia abstinentia ab operibus seruilibus in diebus festiuis est præceptum Ecclesiasticum, vt patet. Sed infideles, vt notat Granado *in 1. 2. contr. 7. tract. 3. p. 1. disput 6. n. 40.* & alij communiter, non tenentur legibus Ecclesiasticis, ergo dominus seruum infidelem laborare in die festo faciens, non peccabit, quia seruus non peccat. Et ideo Paulus Laymann *in Theol. mor. lib. 1. tr. 4. cap. 5. numer. 3.* docet, perpetuò amentibus fas esse opera seruilia diebus festiuis imponere, quod idem concederet quoad infideles, est enim in vtrisque par ratio cum sint à legibus Ecclesiasticis soluti? vnde ego ipse *in part. 1. tract. 9. de ieiunio, resol. 42.* cum Sancio, Sanchez, Azorio, & Suar. docui Paganis, & perpetuò amentibus fas esse ministrare carnes diebus ieiunij, quia nulla lege Ecclesiastica obligantur. Sup. his in Ref. not. præterita & seq. Quæ hic est in tom. 4. tr. 6. Ref. 67. §. vlt. & cursim in alio §. eius not.

RESOL. L.

An serui, & famuli possint licite obedire Dominis si præcipiant, ne audiant Missam, vel laborent in diebus festis? Ex part. 7. tract. 7. Res. 53. alias 52.

§. 1. AD hoc dubium respondet Azor. *tom.* 1 *lib* 7. *cap.* 7. *q.* vbi sic ait. Quæres an serui semper à præcepto excipiantur, quum iussu domini aliquid obire, & exequi compellunt. Respondeo, conuenire inter omnes legitimam eis inesse peccati excusationem, si sibi probabiliter, & grauiter nocerent domino non obtemperantes, vt alio loco superiùs admonui.

Superiùs in Res. not. seq. vltimæ, huius Res.

2. Rursus certi iuris est, eos debere Missam audire, si ob Ecclesiæ contemptum, omittere domini iuberent. Verùm id dubiæ quæstionis est, An quando Domini imperant famulis aliud facere, iustam peccati excusationem habeant, si iussa Domini faciant, tametsi nullum aliud detrimentum sibi probabiliter timerent præter duriusculam reprehensionem, vel rixam? Aiunt quidam generatim, eos liberos esse culpa si rem diuinam omittant, vt dominis obediant, omni etiam motu mali sublato. Verùm si eis obiicias, magis esse Deo, & Ecclesiæ parendum, quàm hominibus; Dicent id locum habere, cùm domini præcipiunt aliquid, quod esset contrarium Dei, & Ecclesiæ mandatis: at dum Ecclesia præcipit rem diuinam audiri, vult solùm vt serui, vel famuli audiant? cum iussu dominorum aliud præstare non coguntur: quare serui iustam hac in re excusationem obtendunt, domini non item qui quidem non raro in hac parte peccant: tum quòd nihil sua interesse putant quòd serui & famuli audiant rem diuinam, necne, salutem illorum spiritualem negligentes, tum sæpenumerò leuia aliqua præcipiunt eo tempore quo res diuina audiri deberet; cui nimirum incomodo, si vellent domini facilè possent occurrere. Ita Azorius, qui citat Syuestr. Rosellam, & alios.

Quo ad hoc lege doctrinam Res. seq.

3. Non desunt tamen Doctores excusantes seruos à peccato propter solam reprehensionem domini absque alio timore grauis damni: & ideò Machadus *tom.* 2. *lib.* 6. *p.* 7. *tract.* 11. *docum.* 4. *n.* 3. sic ait: [Es pues quæstion, i grauemente controuersa entre los Dotores, si quando el criado no teme que su señor le despida, ni se le quede con su salario, sino solamente que le reprehenda asperamente, si en tel caso deue no obedecerle, i padecer antes essa incomodidad, que dexar de complir con el precepto. Probable opinion es, que està, obligado à padecer essa pequenna incomodidad antes, que dexar de cumplir con la obligation des precepto: porque parece, que no auiendo incomodidad notable es muy iusto, que primero obedescamos à Dios que à los hõbres. Si bien la mas probable es, que aunque no cõcurra causa justa de miedo, ne de incõodidad alguna en el criado, solamente por euitar la riña, i condicion rigurosa de señor, se escusa de la obligacion del precepto, quando se lo manda: cuyo serà el pecado, i correrà por su euenta, si injustamente, i sin causa le mandare, ò occupare en el tiempo que deue el criado oyr Missa. Fundase lo Dotores desta opinion, en que juzgã, que quãdo la Iglesia, obliga ò manda à los criados que oygã Missa, no trabajen los dias de Fiestra, &c. Se entienda debaxo de condicion, si sus señores no les mandaren lo contrario ò lo impidieren con acciones incompatibles.] Ita ille.

Sup. hoc supra in tr. 5. lege doctrinam §. 1. Res. 46.

4. Sed vt verum fatear existimo cum Trullench. *tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 1. *dub.* 9. *n* 9. solam duriusculam reprehensionem Domini absque graui damno, modo explicato; non excusare famulum; quilibet enim tenetur præcepta adimplere per se loquendo, quoties ea potest adimplere, absque graui incommodo.

RESOL. LI.

Serui, in quibus non teneantur obedire Dominis? Ex p. 7. tr. 7. Res. 49. alias 48.

§. 1. REspondeo certum esse non teneri, nec posse obedire in iis, quæ per se mala sunt, vt quæ sunt contra ius naturale, vel ius gentium, & in iis, quæ contraria sunt diuinis præceptis. In iis verò quæ Ecclesiæ & legibus ciuilium Principum sunt contraria, considerandum est, an arctius obliget Ecclesiæ, vel Principis præceptum, quàm domini: & tunc etiam ipsi potius Ecclesiæ, quàm domino parendum est: Quod si Principis præceptum, vel Ecclesiæ non ita arctè obliget, vt velit anteponi præcepto domini, tunc poterit seruus tuta conscientia parere domino, quia in tali casu non obligat Ecclesiæ, vel Principis præceptum, vt in multis exemplis expressum est, agentes de præceptis Ecclesiæ. Denique si res sit indifferens nec bona, nec mala ex se, obediendum est domino: & à fortiori multò magis, quando essent opera bona, & conformia legibus. Et ita tenet Azorius *tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 38. *q.* 10. Filliuc *tom.* 2. *tract.* 28. *par.* 2. *cap.* 3. *n.* 46. & Trullench. *in Decal. tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 1 *dub.* 5 *n.* 4.

Quo ad hoc lege doctrinam præcedentes Res.

2. Non deseram tamen hîc adnotare Machadum *tom.* 1. *lib.* 6. *par.* 7. *tract.* 13. *docum.* 1. *num.* 4. Sic asserere. [Digno pues, que aunque por expressa enseñança de los sagrados Canones consta, que por ninguna causa, ni respeto se deue hazer accion alguna que de seyo, i ab intrinseco sea mala aunque por essa razon se pierda la vida, honra, i hazienda; porque la misma razon natural dicta, que todas essas causas se han de te mer menos, que la muerte del alma, que se causa por el pecado. Con todo esso vna glossa, que aprueba Iason dize, que el esclauo, que cometio algun delito por mãdato de su señor, i apremiado con temor de perder la vida, no peca. I otros Iuristas Classicos de fienden, que el esclauo, que por mandato de su señor compelido con este justo temor matò, a la muger de su señor, de quien sospechaua, que le hazie ofensa, no cometio pecado en el fuero in exterior, ni en el exterior, merece pena por auerla muerto.] Ita ille. Sed circa hæc magnam habeo difficultatem, & in his standum est Theologis, & non Iurisconsultis, & quidẽ Iurisconsultorum opinionem prorsus & meritò refellunt Theologi.

RESOL. LII.

An Christianis Infidelium serui possint licite obsequium præstare Dominis, quando intrant in Templum Idolorum.

Et ancilla Christiana à paganis capta possit genuflectere, vna cum Domina in Templo Idolorum genua flectente, & sese prosternente? Ex p. 7. tr. 7. Res. 56. alias. 55.

§. 1. DIfficultas est, an seruo Christiano apud Paganos captiuo liceat in eorum templis genuflectere, obsequium, & officium suo domino genua summittenti, debitum præstando, quò eum incuruatum sustentet? Nam ex vno capite id non esse licitum videtur, quoniam Nahaman opera, & ministerio Elisei curatus à lepra, ardenter postulauit ab eo, vt Deum suum precaretur: Quò, inquit mihi ignoscat, si adorauerim in templo Remon, domino meo adorante. Ex altero capite id videtur licitum esse facere,

cere, quia in eo seruus tantummodò suo officio & munere fungitur. Respondeo, ius esse seruo, id facere: nam dummodo seruus nullum cultum Idolo tribuat, tutò potest suo domino inseruire, id enim officij præstare solet domino suo, tum in templo, tum extra templum: quemadmodum etiam Christiana ancilla à Paganis capta, & caudam vestis dominæ suæ gestare solita, tuta conscientia genuflectit vnà cum domina in templo Idolorum genua flectente, & sese prosternente, quia id quoque facere vbique consueuit. Quare igitur, inquies, si id est licitum facere, petiuit Nahaman vt ipsi Deus ignosceret? Respondeo, dubium fuisse Nahaman; vtrum iure posset id obsequij genus domino suo Idoli cultori præstare, immo fortassis verebatur, ne id graue peccatum esset; & proinde impensè postulauit, vt Elisei precibus id iuris sibi à domino concederetur. Eliseus autem nequaquam soluit eum lege diuina, neque enim poterat in eo, quod est per se, & intrinsecè malū, legem aliquam soluere, & excipere, sed concessit ei rem sua natura indifferentem, quam tamen ipse anceps animi, tanquam bona mente præditus putabat, aut etiam verebatur esse interdictam, Deóque proinde odiosam, ac detestabilem: quod Abulensis, & Lyranus prudenter obseruarunt.

2. Et ideò ego puto non peccare seruum Christianum in partibus Infidelium, qui præstat obsequium domino suo sustentando eius brachium, etiam cum genua flectit, vel seruam, quæ gestat caudam dominæ suæ, & vna cum illa genua flectit. Ratio est, quia etiam extra Templa idem obsequium præstant: quod autem idem faciant in templo, id se habet per accidens. Et hanc nostram sententiam docet Trullench *in Decalog. tom.1. lib.1. cap. 1. dub. 7. num. 32.* Azotius *tom.1. lib.8. cap.27. quæst.7.* quibus etiam adde Thomam à Iesu *de procuranda salute omnium gentium lib. 5. part.2. dub.6.*

RESOL. LIII.

An serui teneantur defendere vitam Dominorum cum periculo vitæ? Ex p.7. tr.7. Res.50. alias 49.

§. 1. Affirmatiuè respondet Machadus *de Perf. Confess. tom.2. lib.6. part.7. tractat.13. docum.1. num.1.* vbi sic ait: [Se ha de aduertir, que segun expressamente disponen vnas leyes del Derecho comun, i Real, si algun esclauo teniendo noticia, que contra su señor, ò su muger, è hijos se intentaua alguna asechança, ò traicion, ò cosa semejante no solamente para quitarles la vida, sino tambien para hazerles algun agrauio de heridas, &c. o si pleando alguno de sus señores corria peligro su vida; si el esclauo no salio à la defensa, manifestandoles la traicion, que contra el los se fraguaua, ò no les defendio su vida con su propria persona, disponen como digo, que incurra en pena de muerte; i esto aunque al esclauo le huuiesse de constar la vida el defenderlos, sin que le escuses el auer dado vozes, i pedido socorro, quando por su persona pudo ayudarlos, ò defenderlos,] Ita ille.

2. Sed putat Molina *tom.4. tract.3. disp.13. memb.5. n.8.* dictas leges nimis rigidas esse, nec obligare seruos ad defensionem vitæ domini cum periculo suæ vitæ. At Trullench *tom.1. l.4. c.1. dub.5. n.2.* primæ sententiæ adhæret: nam docet mancipia teneri cum periculo vitæ defendere dominos à malis imminentibus, quando non temerè se ingerunt in pericula: quòd etiam docet Filliucius *tom.2. tract.28. part.2. cap.3. n.46.*

RESOL. LIV.

An serui validè possint emittere vota? Ex p.7. tract.7. Res.25.

§. 1. Respondeo, quòd seruus nullum votum reale potest emittere validè: nā quicquid seruus habet, domini est, siue ad personam, siue ad operas, siue ad res pertineat: vnde, nec potest emittere vota personalia, si ex toto, vel ex parte debitum domino obsequium perturbant, vt vouere Religionem, peregrinationem, aspera ieiunia, ea verò quæ non perturbant potest validè vouere. vt orationes, castitatem, &c. Vide D.Thom. 2.2. *quæst.88. art.8.* Syl. *verb. votum 3. q.3.* Et ita docet etiam Villalobos *in summa tom.2. tract.34. diffic.16. n.2.* & alij communiter. Sup. contentis in hac Res. lege doctrinam Res. primæ post seq. pro irritatione taliū votorum.

RESOL. LV.

An valeat votum seruorum collatum ad tempus libertatis?

Et an prædictum votum possit irritari à Dominis?

Et an valeant contractus seruorum collati ad tempus libertatis?

Et omnia supra dicta exponuntur etiam pro votis vxoris, & impuberum collatis ad tempus libertatis, & pubertatis. Ex p.7. tr.7. Res.26.

§. 1. Prima opinio docet valida esse prædicta vota seruorum collata in tempus libertatis, & obligare secuta postea prædicta libertate, & non posse irritari à dominis, nisi pro tempore, quo dominis fuerint subiecti, v. g. si pro tempore vitæ suæ serui voluerint aliquid faciendum, siue libertatem consequantur, siue non consequantur, non poterunt ipsi domini irritare talia vota, nisi pro tempore, quo serui illis fuerint subiecti, non verò pro eo tempore, quo libertatem consecuti fuerint. Hanc docent Lessius *tom. 1. de iust. lib.2. cap.40. dub.10. num.82.* Azotius *tom.1. lib. 1. cap.17. quæst.9.* Suarez *tom. 2. de Relig. lib.6. cap.3. num.2. &* 3. cum aliis quos citant. Fundamentum est, quia nihil ad dominos pertinent vota seruorum emissa in tempus libertatis; quid enim ad illos attinet, quod postea serui sint acturi, profectò nihil; & quia hæc vota simpliciter sunt conditionata, quare non incipiunt obligare seruos, nisi post purificatam, impletamque conditionem assecutæ libertatis. Tandem, quia non est eadem ratio de voto professionis viri non consentiente vxore, atque de voto seruorum collato in tempore libertatis non consentientibus dominis, quia votum viri ideò non obligat post mortem vxoris, quia vir id non vouit, nec mens illius erat, vt si nunc impediretur propter matrimonium, teneretur, ingredi vxore mortua, neque dici potest teneri illum ratione professionis factæ, quia hæc ipso iure fuit inualida, vxore nolente, nemo enim potest donare quod est alterius; corpus autem viri erat vxoris, vnde etiam vir ratione professionis non tenetur seruare paupertatem, & obedientiam, quia hæc non habent locum nisi in Religione, & quia ille non habet Prælatum. Ad castitatem tamen tenetur ex interpretatione iuris, quia hanc vouere poterat inuita vxore, vnde viuente vxore, non potest petere debitum, tenetur tamen reddere, & mortua vxore non potest aliam ducere, vt docet Lessius *tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 40. dub. 10. num.82.* Sup. contentis in hac Res. in tom. 8. tr.4. in Resol.44. & 45. & pro parte hic infra in Res. seq. cursim in principio, & cum Villalobos in fine.

2. Secunda opinio docet votum collatum in tempus libertatis, obligare quidem seruos, sed posse irritari à dominis. Hanc docet Syluester *verb. volum. 4.* *quæst.2.*

Sup. hoc ibidem, signanter in duabus Ref. not. praeteritae.

quaest. 2. §. *quintum*. Et debent docere omnes, qui dicunt vota impuberum collata in tempus libertatis, vt si voueant aliquid exequendum, cùm adoleuerint, valida quidem esse, sed similiter irritari posse à parentibus, & eorum qui loco parentum sunt, & hi sunt, idem Syluester, *dict. verb. votum* 4. *quaestione* 2. & *verb. Religio* 2. *num.* 14. ex Panormitano *in cap. scriptura, de voto, & voti redempt.* Nauarrus *in summa Latin. cap.* 12. *num.* 67. Sotus *lib.* 7. *de iustit. quaest.* 3. *art.* 1. Fundamentum huius opinionis est? Primò, quia, sicut vota impuberum habent ex dispositione iuris tacitam conditionem, si patri placuerit, ac proinde possunt irritari à dominis, & approbari, prout illis placuerit. Secundò; quia professio viri inuita vxore facta, ita est irrita, & inualida ex sua natura, vt nec post mortem quidem vxoris teneatur vir ad talem professionem, ad Religionemque redire, vt patet ex *capite quidam, de conuersione coniugat.* & *ex capite placet nobis, eodem titulo.* propterea quod corpus viri vxori subiectum, & obligatum erat: atqui magis subiectum est corpus serui domino, quam corpus viri vxori, & maius dominium habet dominus in corpus serui, & mancipij, quàm vxor in corpus viri; ergo sicut votum professionis viri sine vxoris consensu factum ita est irritum, & nullum, vt nec post mortem vxoris obliget, ita etiam vota seruorum collata in tempus libertatis, absque consensu dominorum facta, irrita omnino erunt, vt saltem à dominis irritari possunt.

Vnde ex his ego puto vtramque sententiam esse probabilem; ex qua etiam sequitur decisio illius dubij, an valeant contractus serui collati ad tempus libertatis.

RESOL. LVI.

An Domini possint irritare vota seruorum?
Et quid, si votum sit audiendi Missam, ieiunandi, communicandi, &c.
Et quid de voto seruanda Castitatis?
De votis vero ante seruitutem emissis, an Domini possint suspendere eorum executionem?
Et obseruatur vxorem non posse serui vota irritare, nisi spectet ad eius bona paraphrenalia?
Et notatur posse Dominum serui impuberis parentibus orbati omnia illius vota irritare, quod est valdè notandum. Ex p. 7. tr. 7. Ref. 27.

Sup. aliquibus ex contentis in hac Ref. lege supra breuem doctriuam Ref. 54. pro validitate aliorum votorum.

§. 1. REspondeo ea sola vota irritari posse, quae eorum obsequio, & seruitio obstiterint; quia in ea sola ratione dominis subiecti sunt. Sic Nauarrus *cap.* 12. *num.* 64. Valentia 2. 2. *disput.* 6. *quaest.* 6. *punct.* 6. *quaestione vltima*, Azorius *lib.* 11. *cap.* 16. *quaest.* 7. *cap.* 17. *quaest.* 9. Lessius *lib.* 2. *cap.* 20. *dub.* 14. *num.* 86. *in* 2. *edit.* Suarez *lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 1. 2. & 3. Sanchez pluribus relatis *lib.* 4. *cap.* 36. *num.* 2. Quapropter vota quorum executionem serui miserint in tempus solutae seruitutis irritari non possunt. Sed de hoc vide superiorem resolutionem. Quia neque in executione, neque in obligatione dominorum obseqnio praeiudicant. De votis verò ante seruitutem emissis suspendi eorum executio potest, si praeiudicantia fuerint, & idem est dicendum de votis obseruandi praecepta diuina, audiendi Missam, ieiunandi, communicandi. Nam ista irritari non possint, quia non sunt de materia ipsis dominis subiecta? possunt tamen impediri, & suspendi aliquando si praecipiantur eo tempore fieri aliqua opera cum eorum obseruatione incompassibilia, vt benè aduertit Sanchez *d. cap.* 36. *num.* 6. Quod à fortiori procedit in votis rerum ad consilium pertinentium, vt recitandi aliquas moderatas orationes, praestandive

Quae hic est etiam in Resol. antecedens, & in aliis eius primae annot.

aliquam moderatam abstinentiam. Votum verò castitatis, nullatenus irritari, neque suspendi potest. Quia eius obseruatio neque praeiudicare dominis potest, neque impedire eorum continuum obsequium, vt fatentur omnes D D. Et idem est de votis realibus, si fortè serui aliqua bona habeant propria, vt docuit Suarez *d. capite* 3. *numero* 5. Secus verò si ex bonis dominorum sint: nam eo ipso sunt eorum dispositioni subiecta.

2. Et ideò non desinam hîc apponere verba Villalobos *in summ. tom.* 2. *tract.* 34. *diffic.* 10. *num.* 1. vbi sic ait: [En las cosas que el sieruo no perjudica a su señor, no es seguro a el, sino que es, sui iuris, y assi no le podra irritar los votos, que en esso hiziere: mas en las cosas que perjudican al señor, no es suyo, si no del señor; y assi le puede irritar todos los votos que le perjudican, como todos tienen. De suerte, que puede libremente hazer voto da castidad, y aun casarse, como consta del derecho, que quanto a esto no le esta sugeto: mas podra el señor irritarle el voto de peregrinacion, y de rezar el Officio diuino, y otros semejantes, como dize Santo Thomas, porque el sieruo en ningun tiempo es esento del seruicio de su señor; y estes cosas, es llano, que requieren tiempo. Mas si hiziesse estos votos para cumprirlos despues que saliesse del dominio de su señor, es cierto que obligarian, y no se le podrian irritar: porque nada desto para en perjuyzio del señor.] Ita ille; cui adde omninò videndum Trullench. *in Decalog. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 37. *num.* 1. & *seq.* qui optimè etiam obseruat vxorem non posse serui vota irritare nisi spectent ad eius bona paraphernalia. Notat etiam idem Trullench. *dub.* 36. *n.* 7. posse dominum serui impuberis parentibus orbati, omnia illius vota irritare; quod est valdè notandum.

Sup. hoc in Ref. praeterita, & in aliis eius primae not.

RESOL. LVII.

An serui possint validè, & licitè matrimonium contrahere?
Et an peccet Dominus si prohibere intentet seruo suo, ne ineat matrimonium, vel conetur impedire, aut supplicio afficiat seruum ob contractum matrimonium?
Et an Dominus post promissionem & sponsalia serui non possit amandare, vel vendere illum in aliam regionem? Ex p. 7. tr. 7. Ref. 36.

§. 1. RËspondeo non solùm validè sed etiam licitè posse quemcumque seruum, absque vllo consensu domini, legitimo matrimonio copulari. Habetur in iure *cap.* 1. *de coniugio seruorum*, vbi sic definitum est: Nec inter seruos debent matrimonia vllatenus prohiberi; & si contradicentibus dominis, & inuitis contracta fuerint, nulla ratione sunt propter hoc dissoluenda. Ratione probat Sanctus Thomas *in* 4. *dist.* 36. *quaest.* 1. *art.* 2. Quia iure naturae & diuino, singuli homines facultatem habent, & libertatem ineundi matrimonium ad prorogationem humanae speciei, & in remedium propriae concupiscentiae. Qua facultate nullo humano iure poterant spoliari. Neque potestas domini in seruum, poterat huic facultati naturali praeualere: sed solùm ad exigenda ciuilia obsequia extenditur potestas domini super seruum. Quae non sunt incompatibilia cum vinculo matrimonij. Quinimo, licet per vsum & onus coniugij non remaneat seruus adeo expeditus ad omne obsequium, sicut si esset solutus; debet hoc ipsum tolerari à domino, quia ex natura rei ita cōpetebat cuilibet homini haec facultas, vt spoliari ea non posset.

2. Hinc

2. Hinc infertur, peccare grauiter dominum, si omnino prohibere tentet suo seruo ne ineat matrimonium. Non tamen per hoc tenetur dominus positiuè consentire: sed potest semper dicere, id sibi non placere. Item peccare grauiter dominum, qui conatur impedire seruum ab ineundo matrimonio: ita vt post promissionem & sponsalia, non possit amandare, vel vendere illum in aliam regionem, vbi ea sponsalia impleri non possint. Non tamen teneretur dominus, etiam ante sponsalitiam promissionem, deprehendens inclinationem serui nuptias molientis: illum retinere in eodem loco: sed benè posset vti iure suo, mittendi, aut vendendi illum in alium locum. Rursus peccare grauiter dominum: si pœna & supplicio afficiat seruum ob contractum matrimonium: quia non potest illum iustè punire ob actionem licitam, & non iniuriosam ipsi domino. Non tamen per hoc teneretur dominus, præstare adhuc seruo illa gratuita beneficia, quæ alioqui illi præstare solitus, aut paratus erat? vel ita benignè tractare, sicut alioqui faceret. Et hæc omnia docet Auersa *de Sacram. Matrim. q. 3 sect. 7.* & Sanchez *lib. 7. disp. 21.*

RESOL. LVIII.

An serui matrimonio copulari possint licitè vendi?

Et an vxor serui teneatur eum sequi in longinquam regionem ablegatum? Ex parte 7. tractatu 7. Res. 37.

§. 1. Respondeo distinguendo ex communi sententia Doctorum *in cap. 1. de coniug. seruorum* aut seruus iniuit matrimonium domini consensu, aut eo inscio, vel repugnante. Si primum, non licet vendere, quoniam damnum, & malum coniugi infertur, vt est constans omnium opinio. Si secundum, Nauarra sentit *in Man. cap. 22. num. 34.* id facere licere domino absque lethali peccato: eo quod dominus vendit seruum tanquam rem suam, cuius pretio indiget. Angelus tamen *in ver. Matrimonium, impedimento 4. num. 5.* Syluester *verb. seruus, quæst. 7.* Sotus *4. d. 35. quæst. 1. art. 1.* negant cum Sancto Thoma *in Addit. quæst. 52. art. 2. ad 4.* id iuris dominum habere, eo quòd vxor damnum graue patiatur in vita. Sed vtraque opinio facilè conciliari potest. Etenim si in longinqua, & remota regione dominus vnà cum seruo commoretur, & egestate, & inopia prematur, salua conscientia vendere potest, vt sibi ex pretio subueniat, quamuis seruus sit matrimonij vinculo adstrictus. Si in patria dominus degat, & necessitate aliqua cogatur, nisi ex serui pretio sibi succurrat, ibique emptorem ad vicina loca non inueniat, fas est seruum vendere emptori peregrino etiam in longinqua, & remota loca. His exceptis, & aliis huius generis causis, non licet domino seruum vendere in longinquam regionem amandandum, & transmittendum: eo quòd vxori eius graue damnum inferatur contra iustitiam. Quæres, An vxor serui debeat eum sequi in longinquam regionem ablegatum? Respondet Sotus *loco suprà citato*, Si maritus seruus possit commodè vxorem eò ducere, id facere deberet, cui vxor parère iure connubij cogeretur. Si vxor item maritum sequi commodè posset, tametsi eam ille non deduceret, sequi deberet; secus autem, si id commodè facere nequeat. Et hæc omnia docet Azorius *tom. 2. lib. 2. cap. 38. quæst. 6.* cui adde Filliucium *tom. 2. tractat. 28. part. 2. cap. 3. num. 74.* & Trullench *in Decalog. tom. 1. lib. 4. cap. 1. dub. 6. num. 4.*

2. Vide etiam Sanchez *lib. 7. disput. 22. per totam*, & Auersam *quæst. 3. sect. 7.* vbi sic ait: Hinc D. Thomas *in 4. d. 36. quæst. 1. art. 2. ad 4.* aliique plures notant non licere domino vendere, ac distrahere seruum in regionem longinquam, sic separando eum ab altero coniuge, & impediendo vsum coniugij. Id tamen non admittit Scotus *eadem dist. quæst. 1. §. Dico ergo*, & alij quidam, quando scilicet seruus absque consensu domini nupsit. Alij verò plures variis modis distinguunt. Et quidem limitanda est conclusio D. Thomæ, quando alter coniux potest commodè sequi illum qui venditur in regionem longinquam, quia tunc per se non impeditur vsus coniugij. Et quando dominus graui necessitate premeretur, nec inueniret sufficiens pretium serui in loco suo; quia tunc præponderare videtur necessitas domini. Et multum etiam refert, si dominus contradixit vel consensit matrimonio sui serui. Aut alia circunstantia occurrat. Quod totum erit prudenti arbitrio discernendum. Ita Auersa.

RESOL. LIX.

An seruus teneatur magis seruire Domino, quàm vxori. Ex part. 7. tr. 7. Res. 38.

§. 1. Respondeo, & dico primo, quòd si seruus vxorem duxit inscio domino; aut inuito, magis debet præstare obsequium domino, quam vxori, S. Thom. *in 3. parte, quæstione 52. art. 2. ad 3.* Gloss. *c. 11. de coniug. seru.*

2. Dico secundò. Si seruus domini consensu vxorem duxit, tenetur magis reddere vxori ius suum, quàm domino. Ratio est, quia eo ipso quòd domini consensu seruus contraxit, implicitè ac tacitè voluit, vt seruus vxori suæ debitum redderet. Hinc est, vt si eodem tempore dominus aliquid seruo præcipiat, & vxor debitum petat: si seruus vtrumque præstare potest; ad vtrumque teneatur. At si nequeat vtrumque simul præstare, potius coniugi parere debet quam domino. In praxi tamen vix poterit id contingere; & semper vxor conscia domini voluntatis, potest facilè differre petitum complexum in commodius tempus. Et ita docet Filliucius *tom. 2. lib. 1 cap. 38. quæst. 5.* Trullench *in Decal. tom. 1. lib. 4. cap. 1. dub. 5. num. 9.* & Auersa *de Sacram. Matrim. quæst. 21. sect. 1.* At de tota hac materia vide Sanchez *lib. 7. disp. 21. per totam.*

RESOL. LX.

An seruus possit dare mutuo; Ex parte 7. tractatu 7. Res. 23.

§. 1. Respondeo quòd si dominus concessit seruo administrationem peculij, potest dare mutuum, & accipere, *l. si rogasti § si fugitiuus ff. de reb. cred.* sin minus quandocumque seruus mutuum det, is qui accipit obligatur domino, non seruo: dominus enim accipit ius ex contractu serui, *leg. nec seruus ff. de pecul.* Denique si seruus mutuum accipiat, si quidem iussu, aut nomine domini, & sic dominus obligatur: sin minùs, seruus obligatur naturaliter, hoc est si fuerit adeptus libertatem, cogitur reddere mutuum. *l. quòd attinet ff. de reg. iuris.* In casibus verò in quibus seruus acquirit sibi dominium de aliquibus bonis, vt suprà visum est, posse dare mutuum dicendum est; sed generaliter inquirendum est. Supra in Resolutionibus quæ hic sunt 27. 28. 30. 31. 32

RESOL

33.34.35.& in aliis earu locatiorum

RESOL. LXI.

An serui validè contrahant, & obligentur?
Et quid si seruus promisit pecuniam pro libertate Domino, an tunc concedatur actio aduersus illum?
Eodem modo, si pactum fuit inter seruum & Dominum, vt propter pecuniam illum manumitteret, & seruus soluit pecuniam, habet seruus actionem contra Dominum, vt se manumittat, & alij diuersi casus adducuntur, & explanantur pro praxi supra dictarum quæstionum. Ex p.7.tr.7.Ref.24.

§. 1. Respondeo quod ex contractibus seruorum siue cum dominis, siue cum aliis, non oritur ciuilis obligatio, vnde neque illis neque aduersùs illos datur actio in foro seculari, etiam postquam peruenerint ad libertatem. *l.in personam, l. quod attinet. ff. de reg.iur.* in quarum vltima dicitur; Quod attinet ad ius ciuile, serui pro nullis habentur, non tamen ex iure naturali, quia quoad ius naturale attinet, omnes homines æquales sunt. Excipe, nisi seruus promisit pecuniam pro libertate domino, tunc enim conceditur actio aduersus illum *l.promissæ C.an seruus pro suo proprio*, &c. Promissæ, inquit, tibi pecuniæ à seruo tuo, vt eum manumiseris? si postea quam manumisisti, stipulatus ab eo non es, aduersus eum petitionem per in factum actionem habes. Eodémque modo si pactum fuit inter seruum, & dominũ, vt pro certa pecunia illum manumitteret, & seruus soluit pecuniam, habet seruus actionem contra dominum, vt se manumittat, *l.1.§ seruos ff. de offic.præf.verb.leg.vix.ff.de iudic.*

2. Sed ex contractu seruorum, quamuis non oriatur obligatio ciuilis, oritur tamen naturalis, vnde in foro conscientiæ ipse tenetur stare contractui, & vicissim is qui cum eo contraxit. *l.quod attinet. cit. ff. de regul.iur.leg.serui.ff. de actio & oblig.* Ex contractibus, inquit ciuiliter quidem non obligantur, sed naturaliter quidem obligantur, & obligant. Hinc est, vt si seruo dominus aliquid debebat, idque soluit postquam fuit manumissus non concedatur domino repetitio; quia soluit id ad quod naturaliter obligatus erat. Eodemque modo si quis nomine serui, vel ipse post manumissionem soluat, non conceditur repetitio, nec tenetur fideiussor pro seruo soluete *l. naturaliter. ff. de condic.indeb.* Et ita etiam docet Filliucius *tom.2.tract. 3.cap.3.num.50.& 51.* Sanchez *in opusc. tom.1. lib.1. cap.1.dub.2.* vbi firmat, quod seruus sine licentia domini promittens aliquid vel aliter contrahens obligatur naturaliter, & in foro conscientiæ. Hinc fit, quod in omnibus casibus in quibus liber homo tenetetur naturaliter, & ciuiliter, teneretur seruus naturaliter. Et si seruus se obliget dando fideiussorem, tenetur fideiussor naturaliter & ciuiliter: quia fideiussio potest accedere naturali obligationi. Sed circa præsentem quæstionem ne deseras etiam videre nostrum Megalam *in 2.2.lib.1.c.5.q.4.n.86.& seq.*

3. Dicendum est igitur quod de iure naturali actiuam & passiuam obligationem seruus habet; nam etsi seruitus ea, quæ sunt iuris ciuilis, tollat, tamen ea, quæ sunt iuris naturalis, inuiolata relinquit, vt *in l.quod attinet, ff de reg.iur.& iuxta §. Sed naturalia. instit. de iur.nat.gent.& ciu.* Inde fit, vt in conscientiæ foro tam ipsi serui, quàm illi, qui cum illis contrahunt, siue sint domini, siue extranei ad obseruationem contractus teneantur.

RESOL. LXII.

An serui possint esse testes? Ex parte 7.tract.7.Ref.72. aliàs 71.

§. 1. De hac quæstione vide Farinacium *de Testibus q.55. inspect.2.n.165.* cui adde Donellum *lib.25.c.9.* Rittershusium *in Nouellas Iustiniani, par.9.cap.22.n.22.* Dicastillum *de Iust.lib.2.tract.1. disp.8.dub.3.num. 25.* qui omnes negatiuè respondent *ex leg.quoniam liberi, C.de Testament.& in leg.pridem, C.de quæstion.* quod tamen limitatur in aliquibus casibus, quos ponit Farinacius *vbi suprà*, & præsertim quando veritas aliter haberi non potest, vt asserit Iurisconsultus *in l.serui, ff.de Testibus*, & probat Mascardus *vbi suprà, n.19.* Vnde in nostro sacro Tribunali sanctæ Inquisitionis, serui recipiuntur ad ferendum Testimonium etiam absque tortura.

RESOL. LXIII.

An serui possint testamentum facere?
Et an mancipia, & Christiani capti à Turcis, possint etiam in statu, & loco captiuitatis testamentum facere? Ex parte 7. tractatu 7. Ref. 51. alias 50.

§. 1. Respondeo cum Eminentissimo Cardinali de Lugo *de Iust.tom.1.disp.24.sect.4.n.65.* seruum testari non posse, nec si testetur valere illud testamentum, etiamsi postea liber fiat, quia factus fuit à non habente legitimam voluntatem, imò licet tunc iam ipso ignorante, vel dubitante, liber factus esset, testamentum non valet, *l.qui testamento domini, & l.seq. & l.filiusfamilias, 2.ff.de testam.* valeret tamen illud testamentum ad causas pias, si verè liber iam erat, quando illud fecit, vt probat Molina *disp.137.* Captiuus etiã bello iusto apud hostes, vel obses, qui est in loco captiui in eo statu non potest testari? si tamen antea testamentum fecisset, valebit, siue mortuo testatore post libertatem iure postliminij, siue etiam in eo statu, *§.vlt. inst.quibus non est permissum facere testamentum, leg. eius, leg. obsides.& aliis, ff.de testam.* Sup. hoc in tom. 6. tr. 8. Ref. 12. in principio.

2. Sed Thomas Manlius *tract.de testam. tit.2. num. 44.* ponit aliquas exceptiones, & asserit seruum condere posse testamentum. Primò, si hoc ei per aliquod statutum permittatur. Secundò si dominus seruo id permittat. Tertiò, si ad pias causas testatur. Quartò si liber decedat. Sup. hoc tertio in Resol.not. præteritæ, ad lin. 10. vers. Ad pias causas.

3. Obserua tamen quòd licet non valeat testamentum factum à captiuis, in loco captiuitatis, etiamsi postea redierint. Sed hoc non intelligitur, vt benè aduertit Amicus *de iust.& iure disp.19.sect. 3.n. 36.* & Molina *disp.37.* de mancipiis Christianis captiuis à Turcis; nam hi testati possunt etiam in statu & loco captiuitatis.

RESOL. LXIV.

An serui inuitis Dominis, possint eligere sepulturam?
Et an Dominus teneatur facere expensas circa funus serui?
Et an pro seruo tamen impubere Dominus possit eligere sepulturam?
Quod idem dicendum est de seruo pubere, si puber seruus illam non elegit. Ex p.7.tr.7.Ref.75.alias 74.

§. 1. Affir-

§. 1. Affirmatiuè respondet Potrel. *in Dub. Reg. V. sepultura, n. 6.* Pasqualig. *Decis.* 381. *n.* 7. quia in spiritualibus dominus non habet potestatem super seruum: At hæc opinio procedit si seruus pubes sit, nā tunc potest eligere sepulturam; sed quid, si non eligit sepulturam, Respondeo quòd dominus potest eligere, si neque is elegerit, sepeliendus est sepultura Parochiæ in qua dominus domicilium habet. Pro seruo tamen impubere dominus eligere potest sepulturam. Et hæc omnia ex Vbaldo docet Lauorius *in Elucubrat. var. tit.* 2. *c.* 11. *n.* 146. qui etiam *c.* 16. *n.* 19. notat quòd dominus tenetur facere expensas circa funus serui.

RESOL. LXV.

An licitum sit se exponere ludo cum periculo manendi mancipium in triremibus? Ex p. 7. tr. 7. Res. 43.

Supra in Resol. quæ hic est 7.

§. 1. Suprà dictum est liberum esse cuique se ipsum pro seruo vendere egestatis causa: nunc quæro, an licitum sit alicui seipsum lucri, & quæstus causa vendere? Alicubi ex vsu receptum, vt quidam ætate, & viribus valentes alea ludant ea lege & conditione, vt dicti, seruituti tradantur ad remigandum in triremibus quod si victores euaserint, pecuniam expositam ludo sibi comparent: & solet Respublica, aut Magistratus huiusmodi conditionis hominibus pecunias ad ludendum tradere. Scribit Tacitus *in libello de moribus Germanorum*, apud eos hunc morem fuisse. *Aleam*, inquit (*quod mirere*) *sobrij inter seria exercent tanta lucrandi, perdendiue temeritate, vt cum omnia defecerunt, extremo, ac nouissimo iactu de libertate, & de corpore contendant: victus voluntariam seruitutem adit; quamuis iunior, quamuis robustior alligari se, ac venire patitur: ea est in re praua peruicacia, fidem ipsi vocant.* Hactenus ille.

2. Dubitari non potest quin peccet is, qui seipsum sine vlla iusta causa vendit: nam est prodigus suæ libertatis venditor. Peccat itidem is qui cum aliquo, suæ vitæ periculo se vendit causa lucri. Ex quo fit, vt cum vita remigum fuerit, aut mortis periculo, aut peccatis obiecta non liceat alicui se ad remigandum vendere: Si verò id vitæ genus his malis caruerit, non video cur sit lethalis peccati condemnandus is, qui seipsum lucri causa aleæ ludo exposuerit: nam quamuis libertatem periculo obiiciat, lucrum nihilominus (vt plerisque cōtingit,) sibi potest acquirere: hoc tamen locum habere puto solùm, quando, hoc non est, cum graui detrimento familiæ, vel propinquorum, vel aliorum. Et hæc omnia docet Azor. *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 31. *quæst.* 3.

3. Ego autem consultus in facti contingentia ab Excellentissimo Duce Alcalensi tunc Siciliæ Prorege, respondi hoc esse admittendum à Principibus duabus conditionibus concurrentibus; Primò quod hoc efficiatur propter necessitatem publicam, vt quando armādæ essent triremes, & mancipia sufficientia, alijque remigantes non adessent. Secundò vt ad talem ludum nō admittantur personæ, quæ, vt dixit Azorius, graue detrimentum suæ familiæ afferrent. Tertiò vt euitentur periuria, blasphemiæ, &c.

RESOL. LXVI.

An serui possint à Dominis castrari ad suauitatem vocis conseruandam, si ipsi consentiant?

Et an liceat alicui non seruo ad vocis suauitatem conseruandam hoc permittere, ? vel parentibus maximè etiam pauperibus liceat ad lucrum comparandum castrare filios suos? Ex p. 7. tr. 7. Res. 64. alias 63.

§. 1. Respondeo certum esse ipsis inuitis non posse, quia vt suprà visum est domini non habēt dominium in membra seruorum; ideò difficultas est, si hoc licitum esset dominis ipsis seruis consentientibus: Et negatiuè respondeo per ea quæ dixi *in part. 6. tract. 6. resol.* 35. vbi cum multis Doctoribus probaui, non esse licitum seipsum castrare pro conseruanda voce; Quā sententiam nouissimè docet nunquam satis laudatus Doctissimus & Eminentissimus Cardinalis de Lugo *de iust. tom.* 1. *disp.* 10. *sect.* 1. *n.* 23. vbi sic ait: Dubitatur secundò an liceat alicui ad vocis suauitatem conseruandam, qua reditus sibi in vitam totam, & lucrum comparare possit, permittere, quod castretur, vel parentibus etiam maximè pauperibus, liceat ad hunc finem filios proprios castrare. Affirmat Salonius *in præsenti, quæst.* 65 *art.* 1 *controuers.* 2. quando id fiat sine vllo vitæ periculo, & de consensu illius, qui castratur. Alij tamen communiter id negant dum in vniuersum dicunt, solum ad vitam conseruandam licere membri abscissionem, & ideò latè id impugnat Tannerus 2. 2. *disp.* 4. *q.* 8. *dub.* 5. *num.* 101. quod videtur omnino verum: quia si ob alias causas, vel vtilitates: præterquam ob vitam vel sanitatem corporis tuendam, hæc mutilatio liceret, cōsequenter id posset admitti, quando Princeps nollet in Palatio intimos famulos habere, nisi Eunuchos, vt olim fiebat, & hodie obseruatur in aula Imperatoris Sinarum. Posset enim aliquis ad hunc gradum honoris consequendum cum animi alacritate id pati, imò si alius famulos elingues habere vellet, liceret eis linguam sibi abscindere, vt habiles fierēt ad obsequium Principis. Vnde multo magis videretur licere ob vtilitatem spiritualem, quæ pluris facienda est, quàm lucrum temporale, nempe vt faciliùs tentationes carnis vincerentur, vt securius cum fœminis conuersari posset, vel earum spiritualem curam suscipere, maximè quando ex hoc lucrum etiam temporale consequeretur ad vitam sustentandam: quæ omnia certè sine absurdo concedi non possunt, Et quidem de vtilitate spirituali, & ad superandas carnis tentationes constat id non licere ex decretis Ecclesiasticis suprà citatis, quia ad eum finem non est necessarium tale medium: ex quo à fortiori colligitur, nec ad alias vtilitates inferioris ordinis licere adhibere tale medium nisi ad summum in necessitate extrema, quando ad vitandam mortem ob famem, vel necessitatem imminentem, necessarium esset illud remediū, vt haberet aliquis victum necessariū, alioquin fame moriturus, qui casus est moraliter impossibilis. Ita Eminentiss. Cardinalis de Lugo, & ego.

Quæ nunc est in tom. 1. tr. 7. Res. 130. §. vlt. & latè in tom. 8. tr. 5. Res. 58. 59. & 60. & in tom. 6. tr. 1. Res. 118. §. Nota hic. & in tō. 9. tr. 1. Res. 107. §. Denique.

RESOL. LXVII.

An Dominus teneatur resarcire damnum à seruis illatum?

Et an ista obligatio liget in foro conscientiæ, vel solum post iudicis condemnationem? Ex p. 7. tr. 7. Res. 74. aliàs 73.

§. 1. Respondeo quòd competit actio aduersus Dominum mancipij ob damnum à mancipio culpabiliter illatū absque domini culpa, vt habetur *in titulo Instit. & Dig. de noxialibus actionibus*, (si enim culpa Domini illatum fuit, tenebitur Dominus aliunde ex iniusta læsione ad totum damnum) & tunc Dominus debet, vel damnum soluere, vel mancipium pro noxa dare, damnum passo. Dixi ob damnum à mancipio culpabiliter illatum: quia si absque vlla eius culpa fuit, sicut mancipium ad nihil tenetur, ita nec dominus, nisi in quantum ex damno illo factus est locupletior: si autem aduersus mancipium criminaliter agatur ad eum puniendum, non potest

Sup. hoc in tom. 8. tr. 5. ex Res. 89. lege doctrinam §. penult.

dominus

dominus illud liberare soluendo damnum, sed debet actio aduersus seruum intentari.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 5 Res. 76. per totum.

2. Sed difficultas est, an ista obligatio, quam dominus ex damno illato à mancipio contraxit, liget in foro conscientiæ, an solùm post Iudicis condemnationem Vasquez *Opusc. de restitut. c.2 §.2. dub.1.* & Turrianus *de Iust. disputat.11 dub.1 num.3.* Medina *Codice de Restitut. quæstione 9.* Paludanus *in 4. distinct.5. quæstione 2. num.15.* Gabriel *quæst.14 articulo 13. dub.2. & quæst. 15 dub.2.* cum aliis, affirmatiuam sententiam docent: quia postquam introducta est rerum diuisio, non est ablatum ius naturale, quod quisquam habet ad recuperandum damnum illatum sibi ab alio siue seruo, siue libero, siue bruto: vnde, si passus es damnum à bruto, ipsum animal manet obnoxium secundum sui valorem, quod idem de seruo dicendum est, ergo dominus obligatur non ob suam culpam, sed quia res est ipsa, quam possidet, est obligata, & obnoxia propter illud damnum.

3. Sed licèt hæc sententia sit probabilis, probabilior mihi contraria videtur. Dico igitur dictas leges ante Iudicis sententiam non obligare ad vllam restitutionem, quando in domino Theologica culpa non fuit. Et ita docet Dicastillus *de iustitia libro 2. tractatu 2. disputatione 3. dub.1. numero 6. & sequ.* Rebellius *libro 2. quæstione 10 sectione 4.* Lessius *libro 2. capite 9 dub.17.* Molina *tom.4. disputat.713.* quibus adde nunquam satis laudatum Dominum meum Doctissimum, atque Eminentissimum Cardinalem de Lugo, *de Iustit. tom.1. disputatione 8. sectione 3. numero 41.* Couarruuiam, *in Epitome 4. Decretal. parte 2. capite 6. § 8. num. 18.* Caspensem *in Cursu Theologico, tom.2. tract.17. sectione 6. num.92.* & Trullench. *in Decal. tom.2. lib.7. c.6. dub.3. num.9.*

4. Probatur hæc opinio, Primò; quia si mancipium, vel animal nocendo sine vlla culpa Domini, ob noxiũ restitutioni maneret, pari ratione, si tua domus per ruinam, vel aqua tuæ cisternæ per inundationem, vel alias res inanimis damnum daret, eandem obligationem incurreres, quod tamen nemo concedit.

5. Probatur secundò; Quia si tu sine vlla culpa non secus, vt, si amens aut dormiens, damnum intulisti, non teneris restituere: ergo à fortiori, neque res tua, si sine vlla culpa noceat, tua enim operatio magis ad te pertinet, quam tui serui, aut animalis.

6. Probatur tertio; quia nec teneris ratione rei acceptæ, cùm nihil acceperis, nec ratione iniustæ acceptionis, quæ nulla est, seu (vt docet Molina *tom.4 disp. 713. conclus.1.*) nec ex acceptione, neque ex re accepta, neque ex contractu, & conuentione partium, quæ hîc nulla est expressa, nec virtualis, ergo ex nullo capite teneris.

7. Quartò probatur; quia prædictæ leges positiuæ non sunt præceptiuæ, sed solùm concedunt damnificato actionem quoad forum externum, atque adeò pœnales videntur, vt dicitur *Instit. si quadrupes, ad fin.* Vnde ante condemnationem non obligant, vt etiã exprimitur, *ff. & Instit. de noxal. action. ad initium.*

8. Et ideò hanc sententiam præter Doctores citatos tenet etiam Villalobos *in Summa tom.2. tract.11 dific.4. num.13.* vbi sic ait.[El señor no està obligado en consciencia antes de la condenacion del Iuez, à restituyr el dano, que sin culpa sua hizieron sus criados, o esclauos, o sus animales. Assi lo tienen Molina, y es la razon, Porque el Derecho natural no estan obligados a ello, pues no estan obligados por razon de la injusta, accepcion; ni tampoco por rason de la cosa recebida, y assi las layes que ablan en esto en Derecho; se ha de entender, que son penales, pues mandan pagar lo que no se deue de Derecho natural, y si obligaran en el fuero de la conciencia, fueran muy rigurosas, y no se colige dellas, que quieran obligar, en el fuero de la conciencia. En la conclusion dezimos, sino huuo culpa, porque si la huuo, obligacion aura de restituyr.] Ita ille; & omnia supradicta sunt valdè notanda, quia hic casus sæpius in praxi potest accidere.

INDEX



INDEX

Rerum Notabilium huius Tomi Septimi.

Littera Prima Tractatum demonstrat, Secunda Resolutionem, Tertia Paragraphum, Quarta Paginam.

Accensum.

Si

C

Catholicus.

Cathedra.

Caupones.

Causa.

Et

3

Conuertendum.

Si

Et

Etsi

Excommunicationis absolutio.

Quando

G

Gabella.

Et

Iurisdictionem

L

Si

Pitantia.

De

* Vide

Suadere.

Vbi

V

An

F I N I S.

I 13